





OTTAWIENSI


UNIVERSITAS
O. M. I.
OTTAWIENSIS



SCRIPTURÆ SACRÆ

CURSUS COMPLETUS,

EX COMMENTARIIS OMNIUM PERFECTISSIMIS UBIQUE HABITIS,

ET A MAGNA PARTE EPISCOPORUM NECNON THEOLOGORUM

EUROPÆ CATHOLICÆ,

UNIVERSIM AD HOC INTERROGATORUM, DESIGNATIS,

UNICÈ CONFLATUS,

Plurimis annotantibus presbyteris

ad docendos levitas pascendosve populos altè positis.

ANNOTARUNT VERO SIMUL ET EDIDERUNT

FR. J.-P. ET V.-S. M**.**

TOMUS UNDECIMUS.

IN QUARTUM REGUM ET IN DUOS PARALIPOMENON LIBROS

COMMENTARIUM. — PLURIMÆ ANNOTATIONES ET DISSERTATIONES.



PARISIIS,

APUD EDITORES,

IN VIA GALLICÈ DICTA,

RUE D'AMBOISE, BARRIÈRE D'ENFER.

1838.



ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM

QUI IN HOCCE VOLUMINE CONTINENTUR

SANCTIUS.

In quartum Regum librum commentarium.

CALMET. — DUCLOT. — NATALIS ALEXANDER.
CORNELIUS A LAPIDE. — SACY.

Variæ dissertationes et annotationes.

CALMET.

In duos Paralipomenon libros commentarium.

IDEM. — SANCTIUS. — TRIINUS. — NATALIS ALEXANDER.
CORNELIUS A LAPIDE. — SACY.

Variæ dissertationes et annotationes.



INDEX RERUM.

EXCUDEBAT E.-J. BAILLY, IN FORO SORBONICO, 2.

GASPARDI SANCTII

IN LIBRUM IV. REGUM COMMENTARIUM.

CAPUT PRIMUM.

1. Prævaricatus est autem Moab in Israel postquàm mortuus est Achab.

2. Ceciditque Ochozias per cancellos cœnaculi sui quod habebat in Samariâ, et ægrotavit; misitque nuntios, dicens ad eos : Ite, consulite Beelzebub, deum Accaron, utrùm vivere queam de infirmitate meâ hâc.

3. Angelus autem Domini locutus est ad Eliam Thesbiten, dicens : Surge, et ascende in occursum nuntiorum regis Samariæ, et dices ad eos : Numquid non est Deus in Israel, ut eatis ad consulendum Beelzebub deum Accaron ?

4. Quamobrem hæc dicit Dominus : De lectulo super quem ascendisti non descendes, sed morte morieris. Et abiit Elias.

5. Reversique sunt nuntii ad Ochoziam. Qui dixit eis : Quare reversi estis ?

6. At illi responderunt ei : Vir occurrit nobis, et dixit ad nos : Ite, et revertimini ad regem qui misit vos, et dicetis ei : Hæc dicit Dominus : Numquid, quia non erat Deus in Israel, mittis ut consulatur Beelzebub deus Accaron? Idcircò de lectulo super quem ascendisti non descendes, sed morte morieris.

7. Qui dixit eis : Cujus figuræ et habitûs est vir ille qui occurrit vobis, et locutus est verba hæc ?

8. At illi dixerunt : Vir pilosus, et zonâ pelliceâ accinctus renibus. Qui ait : Elias Thesbites est.

9. Misitque ad eum quinquagenarium principem et quinquaginta qui erant sub eo. Qui ascendit ad eum : sedentique in vertice montis ait : Homo Dei, rex præcepit ut descendas.

CHAPITRE PREMIER.

1. Après la mort d'Achab, Moab, *que David avait assujéti,* secoua le joug d'Israël.

2. Il arriva aussi qu'Ochozias, étant tombé de la plate-forme par les barreaux d'une chambre haute qu'il avait à Samarie, en fut bien malade; et il envoya de ses gens en leur disant : Allez consultez Béelzébub, le dieu d'Accaron, *pour savoir* si je pourrai relever de cette maladie.

3. Mais l'ange du Seigneur parla à Elie de Thesbé, et lui dit. Allez au-devant des gens du roi de Samarie, et dites-leur : Est-ce qu'il n'y a pas un Dieu dans Israël, que vous allez consulter ainsi Béelzebub, le dieu d'Accaron?

4. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur : Vous ne relèverez point du lit où vous êtes, mais vous mourrez très-certainement. Et Elie s'en alla.

5. Et les messagers d'Ochozias étant retournés, il leur dit : Pourquoi êtes-vous revenus ?

6. Ils lui répondirent : Un homme est venu au-devant de nous qui nous a dit : Allez, retournez vers le roi qui vous a envoyés; et dites-lui : Voici ce que dit le Seigneur : Est-ce qu'il n'y a pas un Dieu dans Israël, que vous envoyez ainsi consulter Béelzébub, le dieu d'Accaron? C'est pour cela que vous ne relèverez point du lit où vous êtes, mais vous mourrez très-certainement.

7. Le roi leur dit : Quelle est la figure et l'habit de cet homme qui est venu au-devant de vous et qui vous a dit ces paroles ?

8. Ils lui répondirent : C'est un homme couvert de poil et qui porte sur les reins une ceinture de cuir. C'est Elie de Thesbé, leur dit-il.

9. Et aussitôt il envoya un capitaine de cinquante hommes et les cinquante soldats qui étaient sous lui. Ce capitaine monta vers Elie qui était assis sur le haut d'une montagne, et

10. Respondensque Elias dixit quinquagenario : Si homo Dei sum, descendat ignis de cœlo, et devoret te et quinquaginta tuos. Descendit itaque ignis de cœlo, et devoravit eum et quinquaginta qui erant cum eo.

11. Rursùmque misit ad eum principem quinquagenarium alterum et quinquaginta cum eo. Qui locutus est illi : Homo Dei, hæc dicit rex : Festina, descende.

12. Respondens Elias ait : Si homo Dei ego sum, descendat ignis de cœlo, et devoret te et quinquaginta tuos. Descendit ergo ignis de cœlo, et devoravit illum et quinquaginta ejus.

13. Iterùm misit principem quinquagenarium tertium et quinquaginta qui erant cum eo. Qui cùm venisset, curvavit genua contra Eliam, et precatus est eum, et ait : Homo Dei, noli despicere animam meam et animas servorum tuorum qui mecum sunt.

14. Ecce descendit ignis de cœlo, et devoravit duos principes quinquagenarios primos et quinquagenos qui cum eis erant; sed nunc obsecro ut miserearis animæ meæ.

15. Locutus est autem angelus Domini ad Eliam, dicens : Descende cum eo, ne timeas. Surrexit igitur, et descendit cum eo ad regem;

16. Et locutus est ei : Hæc dicit Dominus : Quia misisti nuntios ad consulendum Beelzebub deum Accaron, quasi non esset Deus in Israel à quo posses interrogare sermonem, ideò de lectulo super quem ascendisti non descendes, sed morte morieris.

17. Mortuus est ergo, juxta sermonem Domini quem locutus est Elias; et regnavit Joram, frater ejus, pro eo, anno secundo Joram filii Josaphat, regis Judæ; non enim habebat filium.

18. Reliqua autem verborum Ochoziæ quæ operatus est, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

lui dit : Homme de Dieu, le roi vous commande de descendre.

10. Elie lui répondit : Si je suis homme de Dieu, que le feu descende du ciel, et vous dévore avec vos cinquante hommes. Aussitôt le feu du ciel descendit, et dévora le capitaine avec les cinquante hommes qui étaient avec lui.

11. Ochozias envoya encore un autre capitaine avec ses cinquante soldats, qui dit à Elie : Homme de Dieu, le roi vous fait dire : Hâtez-vous de descendre.

12. Elie lui répondit : Si je suis homme de Dieu, que le feu du ciel descende, et vous dévore avec vos cinquante hommes. Et aussitôt le feu du ciel descendit, et dévora le capitaine et les cinquante hommes qui étaient avec lui.

13. Ochozias envoya encore un troisième capitaine et ses cinquante hommes avec lui. Ce capitaine, étant venu devant Elie, se mit à genoux, et lui fit cette prière : Homme de Dieu, sauvez-moi la vie, ainsi qu'à vos serviteurs qui sont avec moi.

14. Le feu est déjà descendu du ciel, et il a dévoré les deux premiers capitaines et les cinquante hommes que commandait chacun d'eux; mais je vous supplie présentement d'avoir pitié de mon âme.

15. Et l'ange du Seigneur parla à Elie, et lui dit : Descendez avec lui, et ne craignez point. Elie se leva donc, et descendit avec ce capitaine pour aller vers le roi,

16. Auquel il parla de cette sorte : Voici ce que dit le Seigneur : Parce que vous avez envoyé des gens pour consulter Béelzébub, le dieu d'Accaron, comme s'il n'y avait pas un Dieu en Israël que vous puissiez consulter, vous ne relèverez point du lit sur lequel vous êtes; mais vous mourrez certainement.

17. Ochozias mourut donc, selon la parole que le Seigneur avait dite par Elie; et Joram, son frère, régna en sa place, la seconde année de Joram, fils de Josaphat, roi de Juda; car Ochozias n'avait point de fils.

18. Le reste des actions d'Ochozias est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — PRÆVARICATUS EST AUTEM MOAB IN ISRAEL, POSTQUAM MORTUUS EST ACHAB. Hebræi aliter ac nos hos Regum libros diviserunt : duos hosce posteriores congerunt in unum, et *librum Regum* appellârunt. Latini in duos distraxerunt, in eos videlicet, quos nos tertium et quartum appellamus. Reliqui, ut constat, tunc suum habent finem, quando magna fieri videtur rerum inclinatio. Primus cùm Saüle defuncto, reque Israeliticâ vehementer afflictâ, ad Davidem translatum est regnum, quod sub eo rege magnum accepit incrementum. Secundus cùm ab illo transiit ad Salomonem filium, qui, constructo templo, magno rem patriam nobilitavit ornamento. Tertius cùm labi cœpit Israelis potentia, et à regibus externis malè jactari. Cùm enim Achab malè fuisset à Syrorum exercitu vexatus, reges qui aliquando à Davide domiti Israelitico jugo cervices submiserant, excusserunt illud, et impositum sibi imperium detrectaverunt : ac tandem eò deducta est gens ante florentissima, ut quæ externis populis imperabat, et ab illis stata tributa exigebat, ipsa externorum subiret imperium, et illis mutatâ rerum vicissitudine vectigalia penderet. Quod decem tribus priùs Assyriis, deinde duæ solverunt Babyloniis. Incipit ergo liber quartus à defectione Moabitarum, qui cùm antea Israelis regibus ex pacto servirent, nunc cùm illorum viderent fractam esse potentiam, à datâ fide et fœdere religiosè concepto defecerunt. Quòd autem fuerit Moabitis à Davide impositum tributum, dicemus cap. 3, ubi hâc de re commodior erit disputatio. Nunc satis sit notâsse Moabitas, Idumæos et plures alias gentes fuisse à Davide subjugatos, ut liquet lib. 2, cap. 8. Cùmque postea diviso regno regiones vectigales forent divisæ, Israelis regibus Moabitæ, et regibus Juda Idumæi indicta à Davide vectigalia pendebant. Et sicut nunc Moabitæ ne Israelitis, sic etiam cap. 8, Idumæi ne Judæis vectigalia solverent, rebellârunt.

VERS. 2. — CECIDITQUE OCHOZIAS PER CANCELLOS COENACULI SUI (1). Incipit jam, ut prædictum fuerat à prophetâ, impii Achab exagitari posteritas. Neque enim hoc loco sine causâ ponitur, quæ intempestiva videri poterat, Moabiticæ defectionis commemoratio. Accidit autem ut Ochozias, qui vixdùm regnum inierat à parente relictum, ex cœnaculo, id est, ex sublimi domûs parte laberetur, et eo casu corpus graviter affligeret. Cœnaculum pars est domûs sublimior, nempe proxima tecto, quæ est summum totius domûs tabulatum, ut habet frequens Latinorum usus. Aut certè locus est supremus et apertus, qui solarium dicitur, aut doma, in quo homines deambulare solent, et liberiùs cœlum intueri : quod in Evangelio sæpè tectum appellatur. Neque enim, ut observat Hieronymus Epist. 135 ad Suniam et Fretellam, in Palæstinâ eo modo construuntur domus, quo apud Hispanos et Italos, et in Europâ frequentiùs. « In Palæstinâ, inquit, et Ægypto, et ubi scripti sunt divini libri, vel interpretati sunt, non habent in tectis culmina, sed domata, quæ Romæ vel solaria, vel mœniana vocant, id est, plana tecta, quæ transversis trabibus sustentantur, et in Actibus Apostolorum cap. 10, quando Petrus ascendit in doma, in tectum ædificii ascendisse credendus est. » Et hoc postremum confirmat vox Hebraica *aliah*, et Græca ὑπερῷον. Neque cancellorum nomen huic expositioni quicquam incommodat : nam in extremâ tectorum parte, quæ ruinæ patet eorum qui minùs in tecto cautè deambulant, circumduci jubentur Deuteron. cap. 22, v. 8, muri, qui sunt quasi loricæ, qui incautos vindicant à lapsu. Hi autem muri, seu loricæ, ad dignitatem regiæ atque elegantis et cancellatæ domûs esse solent, et in varias formas perforatæ. Sic autem eo Deuteron. loco : *Cùm ædificaveris domum novam, facies murum tecti per circuitum, ne effundatur sanguis in domo tuâ, et sis reus, labente alio et in præceps ruente.* Hanc explicationem non videtur probare Dionysius, et Abulensis, quæst. 3, et Hugo, qui cancellos esse dicunt apodiamenta. Alii cancellatas putant cubiculi fenestras, et ex illis lapsum Ochoziam. Ita Pagninus, qui ita reddidit : *Cecidit ex cancellis in cœnaculum.* Quam translationem probat Vatablus, dùm dicit deambulâsse Ochoziam in tecto, vel solario, et per cancellatam fenestram, per quam ex tecto lumen in subjectum admittebatur cœnaculum, decidisse. Qui cancelli ideò dicuntur esse cœnaculi, quia illius causâ in supremo tecto facti fuerunt.

(1) Tropol. Eucher.: « Ochozias, inquit, rex Samariæ qui se à domo David separavit, et per cancellos decidit, hoc significare videtur, quòd hæretici sive schismatici, etsi aliquam bonæ actionis arcem conscendere videntur, quia tamen compagem Ecclesiæ unitatis non habent, quasi patentibus et non solidis laterum præsidiis, semper ad vitiorum infirma relabuntur, dùm divino destituti auxilio suæ pertinaciæ fastu intereunt. » (Corn. à Lap.)

Ite, consulite Beelzebub deum Accaron, utrum vivere queam (1). Solere diabolum per multa simulacra reddere responsum, non solùm profanæ, sed etiam sacræ historiæ produnt. Quare gentiles suos consulebant deos non infrequenter, à quibus accipiebant oracula, ita tamen obscura, ut oraculorum alia rursùs oracula essent necessaria, quæ effusas menti tenebras excuterent, et sic ambigua, ut in varias explicationes trahi possent, ut optimè Cicero de Divinatione lib. 2, et nos supra, lib. 3, cap. ultimo. Hinc sibi Apollo, maximus gentilium vates, λοξίας appellatus propter ambigua, obliqua et tortuosa responsa. Existimatur autem Ochozias inductus à Jezabele matre Beelzebub, quem familiarem deum habuit Accaron, consuluissse potiùs quàm verum Deum, quem cùm sanæ mentis esset, consuluit Israel. Erat autem Beelzebub sic gentilium nobilitatus insaniâ, ut princeps crederetur dæmoniorum, ut audimus Matth. 12, Luc. cap. 11 : *In Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia.* Beelzebub porrò idem sonat quod *deus Musca, vel deus Muscarum.* Unde hoc habuerit nomen, incertum est. Quidam putant hoc nomen illi datum esse, quia muscas avertit, quæ infestæ sunt, et sordidæ bestiolæ, sicut Apollo, quemadmodùm tradit Pausanias in Atticis, Parnopius appellatur, quia parnopas, id est, culices, seu, ut alii volunt, locustas avertit ex Atticis finibus ; et idem Smintheus, quia mures occidit : Cretenses enim mures Sminthas vocant. Fuit quidem apud gentiles deus quidam, cujus illud erat negotium aut solum, aut maximum, ut muscas arceret, qui Myiagrus dicitur, de quo Pausanias in Arcadicis. Eumdem, opinor, Plinius lib. 29, cap. 6, Myiodem vocat ; et lib. 8, cap. 29, Achorem, fortassè quia in Accarone colitur, et quia communiter deus nominatur Accaronis. Fortassè iste deus Accaronitis idem est, qui aliis gentilium populis Jupiter : hic enim etiam abigere existimatur muscas, et ideò ἀπομύιος vocatur, id est, muscarum aversor, ut auctor est Pausanias. Vide Lilium Gyraldum syntagmate 2 in Jove. Quare cùm Jupiter primus dicatur deorum omnium, nihil mirum si muscarum deus Beelzebub dicatur princeps dæmoniorum.

Hanc esse puto nominis rationem expeditam et promptam. Quod etiam tenet Salmeron tom. 6 in Matth. tract. 25, et Vatablus. Alii Beelzebub appellari putant, quia in ipsius sacrificiis magna convolabant muscarum agmina, in Accarone præcipuè, quæ regio est littoralis et maritima, ubi major esse solet muscarum copia. Alii *deum Muscam* exponunt, quia in muscæ similitudinem expressus est. Neque hoc cuiquam mirum videri debet, cùm alia non minùs vilia atque indecora gentibus esse soleant pro numine. Talpis et vespertilionibus à gentilibus divinum fuisse honorem impensum, habes apud Isaiam cap. 2, ubi nos diximus, alias immundas obscœnasque bestiolas apud gentes habuisse deorum nomen et pondus. Quod videtur sensisse Nazianzenus oratione 4 in Julianum, ubi cùm diceret nullum jam divinum honorem habendum esse gentium diis, de Accaronitis dixit in hunc locum intentus, ut notavit ejus Scholiastes Elias : « Non jam (ait Nazianzenus) fatuum « imperare jubebunt, hoc est, idolorum agmen « motûs et sensûs expers, nec muscam quæ« rent deum Accaron, aut si quid eâ magis est « ridiculum. » Idem Theodoretus quæst. 3, in quâ tamen pro Accaronitis Moabitas adhibuit : « Deflenda est, inquit, Moabitarum amentia ; « non solùm enim in deos referebant maxima « animalia, sed etiam minima, et vilissima, et « odiosa. Quid enim est muscâ odiosius? Sed « tamen, et ejus simulacrum deum dixerunt, et « Deo, qui verè est Deus, relicto, muscæ simu« lacrum de vitâ sciscitabantur, et quam viven« tem flabellis expellunt, ejus figuram deum « appellârunt. » Sed placet magis Beelzebub aversorem esse muscarum, quia aliquod putatur Deo dignum esse beneficium, si homines auctore Deo à muscarum molestiâ liberentur. Et quamvis nonnunquàm aliqui tanquàm dii colantur, placenturque muneribus, ne no-

(1) Tropolog. colunt Beelzebub, id est, deum Muscam vel Muscarum, impudentes, luxuriosi, insolentes, inquieti, litigiosi. Audi S. Greg., lib. 18 Mor. cap. 25, explicantem quartam Ægypti plagam, quæ fuit muscarum, Exodi 8, 21 : « Ægyptus, quæ hujus mundi « speciem tenet, muscis percutitur. Musca enim « nimis insolens et inquietum animal est. In « quâ, quid aliud, quàm insolentes curæ desi« deriorum carnalium designantur? Unde aliàs « dicitur : *Muscæ morientes perdunt suavitatem « unguenti ;* quia cogitationes superfluæ, quæ « assiduè in animo carnalia cogitante et na« scuntur et deficiunt, eam suavitatem quâ « unusquisque intrinsecùs per spiritum est, « perdunt, quoniam integritate ejus perfrui non « permittunt. Ægyptus ergo muscis percutitur, « quia eorum corda qui terrenam vitam dili« gunt, dùm desideriorum suorum inquietudi« nibus feriuntur, turbis cogitationum carna« lium ad ima depressa sunt, et ad quietis inti« mæ desiderium non levantur. Unde cùm ope « pietatis ad cor veritas venit, priùs ab eo co« gitationum carnalium æstus ejicit, in eo vir« tutum dona mira disponit. » (Corn. à Lap.)

ceant, quales sunt Fauni, et qui dicuntur subire atque inflare corpora, et illi denique, quos non tam observantia et amor, quàm odium et metus in deorum censum retulêre, de quibus Satyricus:

Primus in orbe deos fecit timor,

Tamen sæpiùs à beneficiorum opinione homines apud gentiles deorum nomen consecuti sunt.

Vers. 3. — Numquid non est Deus in Israel, ut eatis ad consulendum Beelzebub? Tulit Deus graviter despici se, et in suo populo, et tot jam nominibus suo alienos quæri deos, et ab eo rogari responsa, qui nihil nisi nugas effutiret, et sub oraculorum nomine mera mendacia, cuique sordidum muscarum nomen certam notam et appellationem indidisset. Quare per angelum præcepit Eliæ, ut nuntiis occurrat regis Israel, qui Dei et prophetæ nomine illi denuntient pro tam vesano atque inverecundo consilio, non descensurum à lecto, in quo tunc ægrotus decumbebat, nisi mortuus ad tumulum, futurus alioqui, ut verba Domini significant, incolumis, nisi vero Deo contempto, gentilico more externa consuleret non tam oracula quàm ab omni veritate vacua commenta. Quod putat Abulensis, quæst. 11.

Vers. 4. — Et abiit Elias. Nempe unde venerat, ad montem videlicet Carmeli, ubi, ut putat Abulensis, quæst. 6, frequens illi erat commoratio, et unde sicut priùs imbrem ad irrigandam jamdudùm terram sitientem, sic etiam modò de cœlo impetravit à Domino ignem, quo missi à rege milites conflagrarent.

Vers. 8. — Vir pilosus, et zona pellicea accinctus renibus (1). Hic erat habitus Eliæ: pilosus ideò dici potest, quia vestitutus erat hirsutis pellibus, quales eo tempore viros solitarios gestâsse verisimile est, qui urbanas delicias atque munditias, neque quærunt ipsi, nec accipiunt oblatas; sed quemadmodùm obvios comedunt cibos, et sycomoros, mel, et si quid aliud ultrò fundit terra, sic etiam illis utuntur vestibus, quas facilè ipsi sibi parare possunt, et rudi quâdam arte, facilique negotio consuere. Qualem habuit amictum Joannes, qui Matth. 3, cap. 4, indutus dicitur *vestimentum de pilis camelorum, et zonam pelliceam circa lumbos suos.* Et ideò fortassè Elias appellatur à Christo, et iterùm venisse in virtute Eliæ; tum quia neque Herodis majestate deterritus est, quominùs illum increparet audacter, sicut Elias priùs Achab, et nunc illius filium Ochoziam; tum etiam, quia eodem quo ille utebatur indumento. Quæ sententia mihi potior est, et omninò vera, quam tenet Abulensis quæst. 15, Lyra, Dionysius et Cassianus de Instit. lib. 1, cap. 2; Joannes, episcopus Hierosolymitanus, cap. 37; Theodoretus quæst. 8, pallium Eliæ pellem vocat ovinam. Neque aliud videtur à Paulo proponi Hebr. cap. 11, cùm de antiquis viris sanctis dixit: *Circumierunt in melotis et pellibus caprinis.* Quod cum Chrysostomo sentiunt fermè omnes tam antiqui quàm recentiores interpretes. Porrò melota non solùm est animalium pellis, seu exuvio naturali villo hispidum, sed etiam indumentum ex camelorum, seu ex caprarum pilis rudi opere contextum, quale Joannes Baptista induit, qui non ex pellibus, sed ex pilis camelorum tegumentum habuisse traditur. Fieri autem potuit, ut ex caprinâ pelle, eâque villosâ vestem habuerit intimam. Deinde pallium, quod postea tradidit Eliseo è pilis camelorum aut caprarum textile, à quibus vocatus est pilosus, non tam à suis quàm ab alienis pilis. Quod indumenti genus idoneum est et familiare illis qui duram agunt et agrestem vitam, qui sub dio vivunt, qui humi cubant, cœlorum temporumque injurias excipere parati. Ita Philo lib. de Victimis, in principio. « Ex caprarum, inquit, pilis ac « tergoribus contextis consutisque, fiunt pe« nulæ viatoriæ, velaminaque militibus et aliis « quos necessitas aliqua cogit extra urbes sub « dio degere. »

Hæc mihi explicatio potior, quia communior, magisque Scripturæ atque sylvestrium hominum, quique vitam agunt in solitudine instituto consentanea. Quod præter Pauli interpretes, ad citatum Pauli locum tenet Gregorius Nyssenus, cujus verba statim subjiciam in oratione de Laudibus Basilii fratris. Nihilò tamen minùs non displicet, quod visum est aliis, pilosum etiam fuisse et hispidum Eliam à naturali, prolixoque pilo, quod visum est Hieronymo tom. 4, ad illud Ezech. cap. 35: *Et factus est sermo,* ubi cùm *Seir,* quod *pilosum* sonat, et est nomen Esaü, in malam partem accepisset, statim subjicit: « Quòd si prudens lector oppo« suerit, quomodò in isto loco Seir, id est, « hispidus et pilosus intelligatur in malam par« tem, cùm Elias quoque vir pilosus dictus sit, « breviter respondebo, de Esaü scriptum esse

(1) Fabulatur R. Eliezer, cap. 31, zonam hanc Eliæ fuisse ex pelle illius arietis, quem pro Isaac immolavit Abraham Genes. 22. (Corn. à Lap.)

« quòd rufus fuerit, et quasi pelle hispidus; « de Eliâ verò quòd vir tantùm pilosus. In Esaü, « qui sanguinarius et cruentus pelli hispidæ « comparatur, mortalium operum, et ipsius « mortis indicium est; in Eliâ virilitatis argu« mentum. Quamobrem, et habitatio ejus in so« litudine, et conversationis asperitas non so« lùm virum, sed et virum fortissimum demon« strabat. » Idem putat Cajetan.; neque ex rerum naturâ leve sumitur argumentum, nam ita ferè contingit, ut qui nudi incedunt, illi viloso sint et hirsuto corpore, ut observavit Abulens. q. 14. Et nos ex antiquis historiis didicimus, in quibus viri solitarii, qui ut belluarum more nudo corpore vitam agunt sylvestrem, sic etiam illarum more piloso sunt et hirsuto corpore; neque aliam ob causam excrevisse dicitur in Nabuchodonosore pilorum sylva, nisi quia in regione percalidâ diù vixit nudus.

Verumtamen, si à naturali pilo villosum statuamus Eliam, non puto esse ab illâ corporis constitutione, quæ homines reddit hirsutos et intectos villis belluarum more: hi etenim stupido plerùmque sunt, et barbaro ingenio, qualis Polyphemus esse fingitur, quem de se Ovidius loquentem facit lib. 13 Met.:

Coma plurima torvos
Prominet in vultus, humerosque, ut lucus, obumbrat,
Nec mea, quòd duris horrent densissima setis,
Corpora turpe puta.

Aut qualis Cacus, de quo Virgilius lib. 8 Æneid.: *Villosaque setis pectora.* Neque sine causâ, ut opinor, Esaü homo stolido ingenio, agresti et barbaro, quique agrestia magis meditabatur quàm urbana, villosus esse dicitur et hirsutus. Existimo igitur Eliam potiùs pilosum appellari, quia cùm vitam profiteretur non urbanam, et delicatam, et cultam, sed solitariam et asperam, qualem eremitæ, et qui cœlestia meditantur, instituunt, sinebat excrescere cæsariem et barbam, quas cùm prolixas haberet et horridas, pilosus optimè ab Ochoziæ nuntiis vocari potuit, qui videre honestè nihil poterant, præter capillos et barbam. Quod putant omnes fermè qui à naturali pilo pilosum appellari putant, Hugo, Emmanuel Sâ, et antiqua translatio Hispanica, quæ ita reddidit: *Home aviente cabellos.* Quod etiam dixit Gregorius Nyssenus de Laudibus Basilii, ubi cùm illum priùs dixisset caprinis indutum fuisse pellibus, statim illi prolixum capillitium attribuit. Cujus verba hìc referre libuit, quæ optimè nobis Eliæ proponunt, et verè pœnitentis effigiem: « Cùm Achab, inquit, traxisset « populum ad idololatriam, exhibet Deus Eliam « ad curandum populum, virum qui curatio« nem et cultum corporis despiceret; facie « squallente, quæ multitudine suorum crinium « obumbraretur; qui peculiari modo vivendi « uteretur, aspectu venerando, vultu tristi ac « risûs experti, obtutu oculorum recto, et « eòdem quò intendisset vergenti; pelle ca« prinâ tantùm de corpore tegentem, quantùm « abscondi decorum erat, reliqua corporis ad « aera perdurantem, et nihil curantem vel « æstûs, vel frigoris iniquitatem. »

Et zona pellicea accinctus. Sicut vestem habuit interiorem è caprinâ pelle, sive ex alterius animalis spolio, non erasis villis, ut nuper putabamus verisimile, sic etiam zonam, seu cingulum habuit non ex depilatâ pelle, in quâ nonnihil esset elegantiæ, sed adhuc villosâ; atque ideò non coriacea dicitur, sed pellicea, quia in corio aliquid videmus arte politum atque perfectum, in pelle nihil, nisi quod à naturâ habuit, antequàm illam deposuisset animal.

Vers. 9. — Misitque quinquagenarium principem et quinquaginta qui erant sub eo. Quemadmodùm in militari ordine quidam sunt, qui præsunt decem, et isti decuriones vocantur; alii qui centum aut mille, qui centuriones, aut chiliarchi dicuntur; sic etiam sunt qui quinquaginta præficiuntur militibus, quos quinquagenarios, aut pentacontarchos appellamus, ex quo ordine unum cum subjectâ sibi cohorte misit Ochozias, ut Eliam, à quo tam durum vaticinium acceperat, seu accerserent volentem, seu raperent invitum. Quo animo afferri ad se prophetam jusserit Ochozias, non est adeò certum. Quidam non ut hostem advocari putant, ut pœnas daret liberioris linguæ et audacis vaticinii, sed ut patronum haberet, per quem impetraret à Domino, ut vel aboleret prorsùs propheticas minas, vel saltem aliquid de vaticinii acerbitate remitteret. Atque ideò missam esse cohortem illam, non ut reluctantem cum ignominiâ traherent, sed potiùs ut stipatum nobili comitatu cum dignitate deducerent. Hanc sententiam magis probat Abulensis q. 17. Sed alia sententia magis est communis, quam tuetur Lyra, Dionysius, Magister Historiæ Scholasticæ, Hugo, et apertè Josephus lib. 9 Ant. c. 1, ubi hoc dicit, cohortem illam habuisse mandatum ab Ochoziâ, ut si ille lubens venire nollet, traheretur invitus, et hoc quinquagenarium aperuisse prophetæ. Et quidem non videtur Jeza-

bel, quæ, ut par est, non recedebat ab ægrotante filio, sic animata in Eliam, quem tanto studio ad mortem ante quæsierat, ut illum honestè à regio satellitio comitatum deduci pateretur. Neque si eo animo ad Eliam profecti forent milites, videbantur digni, quos cœleste consumeret incendium. Quare dicendum puto instigatum à Jezabele filium jussisse pertrahi ligatum Eliam, ut pœnas Jezabeli ac regi tum de novo procacique vaticinio daret; tum de prophetarum Baalis tam copiosâ cæde, quam memori in animo assiduè versabat Jezabel.

Homo Dei, rex præcepit ut descendas. Sedebat in montis vertice propheta, quò sine magno labore ascendere cum suis quinquagenarius ille non poterat. Quare quò ab illâ liberetur molestiâ, jubet ut descendat, additis tamen minis, ut putat Josephus, nisi regiis mandatis ultrò obsequatur. Neque parùm ad hunc sensum facit illud, *præcepit,* quod non obsequium indicat et observantiam, qualem habere debet, qui ab alio patrocinium aut consilium rogat, sed imperium, quod si detrectet alius, minas secum et indignationem importat. Cùm autem eumdem quinquagenarius cum quinquaginta suis animum attulisset, quem dominum suum in Eliam habuisse cognoverant, nempe offensionis plenum et despumantem iras, descendere jubet imperiosè prophetam, additis minis si contra faxit, et cum irrisione vocans hominem Dei, quasi dicat nihil abesse ab illo magis quàm divini honoris observantiam et studium, et esse potiùs nugatorem, veteratorem et religiosæ disciplinæ labem, cùm ab illo tot prophetarum religiosum cœtum extinctum viderent.

Vers. 10.—Si homo Dei sum, descendat ignis de cœlo (1). Intellexit Elias et regis animum, et militum studium illi consentaneum, et omnes gravi aliquo dignos esse supplicio, qui ut se patronos profiterentur Baal, quorum Elias occiderat prophetas, et Beelzebub, cujus proximè damnârat oracula, et reginæ et matris Jezabelis, qui se à prophetæ libertate perstrictos dolebant, in illum inflammato ferebantur odio. Cognovit item (ut Lyra, Dionysius, Hugo, Emmanuel Sâ et Cajetanus docent) illud, *Homo Dei,* non tam à quinquagenario dictum esse seriò quàm ironicè; neque enim alio sensu tam honesta illa salutatio enuntiari posse videbatur ab idololatrâ, et qui animo esset in Eliam infenso. Cùm autem revelatum esset à Deo prophetæ, ut multis docet Abulensis q. 19, quinquagenarium cum suis dignum esse morte, atque eo tempore inflicto cœlitùs supplicio periturum, ac tandem inspiratum, ut ignem de cœlo ad illorum omnium interitum evocaret, fecit hoc non tam suo instinctùs spiritu, quàm divino, quod satis Dominus probavit, cùm statim cohors illa cœlesti cònflagravit incendio. Quod sanè Deus non fecisset tam prompto horribilique successu, nisi ad illius aures grata accessisset Eliæ deprecatio.

Voluit autem Deus hoc loco ostendere quàm amaret impensè, et quo in numero, et pretio haberet Eliam, cùm ad illius preces immittere voluit, et sedare malum. Nam cùm vexare statuisset Israeliticum regnum, repressâ pluviâ triennali fame, id fecit, non ignorante populo, ad preces, et propè dixerim, ad imperium Eliæ; supra cap. 17: *Vivit Dominus,* etc., *si erit annis his ros et pluvia, nisi juxta verba oris mei.* Et cùm exacto triennio pluviam tandem largiri decrevisset, id voluit scire omnes Eliæ precibus esse concessum cap. 18: *Factum est verbum Domini ad Eliam in anno tertio, dicens: Vade, et ostende te Achab, ut dem pluviam super faciem terræ.* Sic etiam nunc cùm hosce milites idololatras, quique idem sentirent et vellent, quod impius Ochozias et Jezabel scelesta, statuisset Deus igne comburere cœlesti; expectavit tamen, imò, et inspiravit Eliæ preces, ut magis illum timerent et observarent idololatræ, cùm viderent Eliæ sive minas, sive preces tam esse potentes.

At dicet aliquis spiritum Eliæ improbatum à Christo, cùm Lucæ cap. 15, v. 54, reprehendit duos Apostolos, quando dixerunt offensi Samaritanorum inurbanâ inclementiâ: *Domine, vis dicimus, ut ignis descendat de cœlo, et consumat illos?* (ad similitudinem nempe et exemplum Eliæ:) *et conversus increpavit illos, dicens: Nescitis cujus spiritûs estis.* Sed, ut benè notat Abul. q. 19, non erat idem spiritus Apostolorum, qui Eliæ: Apostoli enim vindictam aspirabant et cædem, quam nolebat Christus, *qui non venit animas perdere, sed salvare.* At Elias id petebat, optabatque, quod revelante Spiritu Deo placere cognoverat; imò, ut ea

(1) Symbol. S. Ambros. lib. de iis qui mysteriis initiantur, c. 9, cum Eliâ comparat sacerdotem consecrantem Eucharistiam. Sicut enim Elias igne cœlesti consumpsit quinquagenarium cum suis, sic sacerdos vi divinâ verborum Christi, consumit substantiam panis et vini, illamque in Christi corpus convertit; nam, ut ait Lanfrancus contra Bereng., « si « tantùm valuit sermo Eliæ, ut ignem de cœlo « deponeret, non valebit Christi sermo, ut « species mutet elementorum? » (Corn. à Lap.)

oraret in mandatis habebat; nihil de vindictâ cogitabat, aut meditabatur aliquid indignum eo, quo intùs afflabatur, Spiritu. Eo prorsùs modo quo Apostolus Petrus mortem est imprecatus Ananiæ. In verbis autem quinquagenarii aliqua etiam apparebat divini nominis irrisio; quasi diceret, *homo Dei*, illius, inquam, Dei, in quo nihil est divinum, sed tantùm inanis quædam umbra, et sonus vacuus divini nominis. Quæ blasphemia, cujus sensus non latebat Eliam, ignem exigebat, aut etiam fulmen vibratum è cœlo. De quo Eccl. c. 49, v. 3 : *Verbo Domini* (id est, jussus à Domino, seu interpositâ divini nominis majestate, et virtute) *continuit cœlum, et dejecit de cœlo ignem ter.* Et ideò fortassè ad illam impiam vocem attentus dicit propheta : *Si homo Dei sum, descendat ignis de cœlo,* ac si diceret : Vos me illius Dei servum esse dicitis, quem nihil posse existimatis, sed nunc illum experiemini terribilem; nam ille Deus, cui servio, ignem de cœlo mittet, qui devorabit vos, et serò tandem ac frustra cognoscetis eum, et vestram damnabitis insaniam et stulta consilia.

Vers. 11.— Rursusque misit ad eum principem quinquagenarium alterum. Missus est quinquagenarius alter cum eisdem mandatis, cujus audax et superba legatio non alium habuit exitum quàm prior. Fuit autem in secundo isto quinquagenario major quàm in priori libertas et audacia, cùm tamen in aliorum capite modestiam et observantiam discere debuisset. Nam cùm alter tantùm regis nomine descendere jussisset prophetam, hic tamen festinationem imperavit, ita ut omnem moram abjiceret, neque quicquam haberet potius quàm regis imperium. Quærit Abulensis q. 20, cur cùm Ochozias nôsset ab igne cœlesti tactam, consumptamque fuisse cohortem ad preces Eliæ, voluerit tamen secundò et tertiò alias cohortes mittere, et cum iisdem mandatis quibus videbatur exitium proponi. Mihi illa placet ratio (si tamen ratio ulla esse potest in homine quem exagitat furor, et motus alius quicumque immoderatus et præceps) : fecerunt id avari sæpè, sæpè ambitiosi, et quos inflammat libidinis æstus, aut vindictæ studium, qui sua seque ipsos temerè præcipitant, et in interitum cæci voluntarium feruntur. Inflammatus scelere ac furore ambitiosus homo, et regiâ inflatus majestate, ad vindictam totus anhelabat ; suffundebat ignem Jezabel illius tanti incendii prima fax, quæ fecit ut per summa etiam discrimina de medio tolleretur Elias, tam erat amens atque obstinatus furor (1).

Vers. 13. — Noli despicere animam meam, et animas servorum tuorum. Tertius quinquagenarius esse existimatur Abdias, de quo supra, qui prophetas centum gladio Jezabelis cum gravi sui capitis periculo subduxit, eisque diù in speluncâ inclusis de alimento providit. Sed hâc de re nihil certum; imò meo judicio, hoc aut nullo modo est, aut certè parùm probabile. Quis enim credat taciturum Abdiam, ut Eliæ in se clementiam inflecteret, illa tot merita, et supplices tantùm preces obtenderet. Fuit tamen ille prudens, quicumque fuit, qui maluit supplex orare veniam, quàm cum imperio, quod fecerunt alii, admixtis etiam minis, jubere, ut è Carmeli vertice descenderet. Quare consecutus est quod optârat, cùm dirum evaderet incendium, et ad regem prophetam non invitum deduceret. (2)

Vers. 15.—Locutus est autem angelus Domini ad Eliam, dicens: Descende. Timebat Elias regem, quia nôrat quàm dirè in ipsum foret animatus, et quò spectaret tertia jam missa militum cohors. Sed Deus jam Ochoziæ animum aut metu concusserat, aut ita temperârat, ut nihil jam ab illo esset metuendum. Quare admonet Deus per angelum prophetam, nihil ut timeat, sed securus descendat, quod ille sine ullo

(1) Ochozias, roi d'Israël, imite l'impiété de son père Achab ; Elie prédit sa mort. Ce roi envoie deux fois un détachement de cinquante hommes pour se saisir du prophète ; Elie fait tomber sur eux le feu du ciel qui les consume. « Voilà, disent les incrédules, un nouveau « trait de cruauté. »

Si les deux premiers officiers envoyés par Ochozias à la tête de cinquante hommes chacun, avec ordre de se saisir du prophète Elie, avaient parlé à l'envoyé de Dieu d'une manière respectueuse, comme fit le dernier, ils auraient évité ce châtiment. Mais des satellites d'un roi impie, qui secondaient ses ordres injustes, et qui s'avançaient contre Elie, sans respect pour son ministère, pour lui faire violence, furent punis avec justice. Pour soutenir le contraire, il faudrait prouver que Dieu ne peut jamais punir les idolâtres obstinés, non plus que les exécuteurs de leurs ordres injustes; enfin qu'il doit abandonner ses ministres à leur fureur et à toute leur rage. (Duclot.)

(2) Vers. 14. — Obsecro ut miserearis animæ meæ. Hic tertius duorum præcedentium supplicio territus, et sapientior factus, fit supplex Eliæ ; unde non audet petere, dicereque ut descendat, sed misericordiam postulat, ut scilicet sibi parcat, et dicat quid sibi facto sit opus ; quid scilicet regi renuntiare debeat. Quare ei Elias non tantùm pepercit, sed et monente angelo ultrò se comitem ad regem adjunxit. (Corn. à Lap.

metu ac cunctatione præstitit. Qui cùm ad regem esset ingressus, eâ constantiâ, quâ antea patrem, illum perfidiæ ac sceleris coarguit, quòd relicto Deo vero, qui propiùs aderat, ad peregrinos deos, seu deorum inania simulacra legationem misisset; quamobrem illi sceleratam mortem denuntiat, quæ statim propheticas minas consecuta est. Qui cùm nullâ susceptâ prole decessisset, Joram frater illius loco regnum obtinuit. (1)

VERS. 17.— ANNO SECUNDO JORAM FILII JOSAPHAT REGIS JUDA (2). Hoc loco aliquid occurrit difficile. Nam Joram frater Ochoziæ, rex Israel, regnum obtinuisse dicitur anno secundo alterius Joram regis Juda filii Josaphat, qui tamen regnum iniisse traditur anno 18 Josaphat statim, cap. 3, v. 1 : *Joram verò filius Achab regnavit super Israel in Samariâ anno* 18 *Josaphat regis Juda.* Cùm autem Josaphat annos regnârit viginti quinque, lib. 3, cap 22, v. 42, constat regnâsse Joram filium Achab octo annis antequàm regnum iniret alter Joram filius Josaphat. Adde quòd cap. 3, v. 7, Josaphat dicitur Joram regi Israel auxilium præbuisse. Multa occurrunt in his libris Regum in computatione et concursu temporum impedita maximè, quæ ut semel explicemus, operæ erit non leve pretium, si regulam statuamus, quæ nos ad hos nodos extricandos deducat, quæ certa est, et ab interpretibus et Patribus non semel usurpata, quam copiosè et eruditè tractavit Richardus de Sancto Victore, multisque confirmavit exemplis in tractatu quodam, cujus hic est titulus : *De concordiâ temporum regum conregnantium super Juda et super Israel, ad B. Bernardum abbatem Clarevallensem.* Quem tu tractatum omninò lege, quo nihil invenies eruditius, neque ad hujusmodi quæstiones exsolvendas opportunius. « Si diligenter, inquit, « attendimus, inveniemus pro certo frequens « esse illis temporibus, quod in nostris sæpè « actitari videmus. Videmus sæpè quòd reges « filios suos, cùm adhuc vivunt, coronant, ut « subditorum contradictionem et rebellionem « præveniant. Hoc apud reges Israel frequens « erat, timentes ne per aliquam rebellionem « regnum eorum ad domum David rediret. « Et hoc quidem in Scripturâ, quamvis « ubique apertè non dicatur, invenitur tamen in eâ, unde suis locis facilè convincatur. « Et notandum quòd tempora conregnantium « quandoque attribuntur soli patri, quandoque « filio soli, quandoque tam filio quàm patri. « Sunt enim qui quamvis filios suos coronaverint, nullo modo dùm vivunt, regiam potestatem exercere velint. Meritò ergo ejusmodi « tempus regnandi attribuitur soli patri. Sunt « qui post filiorum coronationem, modò propter « corporis, modò propter mentis infirmitatem, « otio vacant, luxui deserviunt, et negotia « regni per omnia filiis committunt. Nonne « hæc tempora regnandi rectiùs adscribuntur « filio quàm patri? Sed quando regni negotia « communiter tractabant, et contra rebelles « modò simul, modò separatim regnum defensabant (sicut Romani imperatores suis temporibus fecisse leguntur), nonne hæc regnandi « tempora utrisque meritò adscribuntur? » Hæc Richardus, et idem penè Magister Historiæ Scholasticæ, post libros Regum speciali quodam capite eâ de re. Quæ omnia statim uter-

(1) VERS. 16.—*Elie parla au roi de cette sorte: Parce que vous avez envoyé des gens pour consulter Béelzébud, comme s'il n'y avait point de Dieu en Israël, vous ne relèverez point du lit,* etc. Cette hardiesse avec laquelle le saint prophète parla à ce roi d'Israël, et cet étourdissement d'esprit par lequel ce prince demeura comme interdit, lorsqu'un homme faible et méprisable en apparence lui prononça son arrêt de la part de Dieu, étaient l'une et l'autre des effets du commandement tout divin que l'ange avait fait à Elie lorsqu'il lui dit : *Descendez et ne craignez point.* Que si l'on est obligé d'admirer la foi et la prompte obéissance de ce saint homme, qui part dans l'instant que l'ange lui a parlé, et qui ne craint point d'aller s'exposer au milieu de ses plus grands ennemis, parce que Dieu le lui commande, et lui défend d'avoir peur, on ne doit pas s'étonner moins de la faiblesse d'un grand roi, qui avait entre les mains celui qu'il voulait faire mourir, et qui l'ayant entendu le condamner lui-même à la mort, n'osa attenter sur sa personne, et souffrit qu'il s'en allât librement. Ces grands exemples et de l'humble fermeté d'un vrai serviteur de Dieu, et de l'impuissance d'un prince qui avait abandonné le Seigneur, devraient sans doute nous procurer une foi plus vive, et nous faire uniquement regarder en toutes choses la toute-puissance de celui sous l'assujettissement duquel se trouve toute la force et tout le bonheur des hommes. (Sacy.)

(2) Septuaginta editionis Romanæ in calce hujus capitis addunt : Vers. 17 : *Mortuus est Ochozias juxta verbum Eliæ;* v. 18 : *Et reliqua verborum Ochoziæ quæ fecit, nonne hæc scripta in libro Verborum dierum regum Israel? Et Joram filius Achab regnavit super Israel, Samariæ, annos duodecim, in anno octavo et decimo Josaphat regis Juda. Et fecit malum in conspectu Domini; verumtamen non sicut frater ejus, neque sicut mater ejus. Et amovit titulos Baal, quos fecerat pater ejus, et contrivit eos. Verumtamen in peccatis domûs Jeroboam, qui peccare fecit Israel, adhæsit, non recessit ab eis; et indignatus est irâ Dominus in domum Achab.* Desumpta hæc sunt ab exordio capitis 31. (Calmet.)

que plurimis, accommodatisque confirmat exemplis; nos pauca adducemus, plura occurrent, in hoc lib. 4, et in Paralipomenis, quæ suis locis exponentur. Primùm, Salomon lib. 3 Regum cap. primo, unctus est in regem vivente patre, regnavitque cum eo simul, et tamen illud, quantumcumque fuit temporis, adscriptum fuit non Salomoni, sed Davidi. Lib. 4 Regum cap. 4, v. 8, Joachim dicitur fuisse annorum 18, cùm regnare cœpisset, et idem annorum octo dicitur cùm regnare cœpit, lib. 2 Par. c. 36, v. 9, quia anno parentis secundo coronatus est, et cum eo simul decem regnavit annos, sed eo regno vitâque defuncto cùm annorum esset decem et octo, solus in regno vixit, et verè ac propriè vocari rex potuit. Tu plura invenies exempla, quæ si ad hanc regulam, quod necesse est, referre volueris, expedita invenies, quæ priùs admodùm videbantur implexa.

CAPUT II.

1. Factum est autem, cùm levare vellet Dominus Eliam per turbinem in cœlum, ibant Elias et Eliseus de Galgalis,

2. Dixitque Elias ad Eliseum : Sede hìc, quia Dominus misit me usque in Bethel. Cui ait Eliseus : Vivit Dominus et vivit anima tua ! quia non derelinquam te. Cùmque descendissent Bethel,

3. Egressi sunt filii prophetarum qui erant in Bethel ad Eliseum, et dixerunt ei : Numquid nôsti quia hodiè Dominus tollet dominum tuum à te ? Qui respondit : Et ego novi ; silete.

4. Dixit autem Elias ad Eliseum : Sede hìc, quia Dominus misit me in Jericho. Et ille ait : Vivit Dominus et vivit anima tua ! quia non derelinquam te. Cùmque venissent Jericho,

5. Accesserunt filii prophetarum qui erant in Jericho ad Eliseum, et dixerunt ei : Numquid nôsti quia Dominus hodiè tollet dominum tuum à te? Et ait : Et ego novi ; silete.

6. Dixit autem ei Elias : Sede hìc, quia Dominus misit me usque ad Jordanem. Qui ait : Vivit Dominus et vivit anima tua! quia non derelinquam te. Ierunt igitur ambo pariter ;

7. Et quinquaginta viri de filiis prophetarum secuti sunt eos, qui et steterunt è contra, longè; illi autem ambo stabant super Jordanem.

8. Tulitque Elias pallium suum, et involvit illud, et percussit aquas, quæ divisæ sunt in utramque partem, et transierunt ambo per siccum.

9. Cùmque transîssent, Elias dixit ad Eliseum : Postula quod vis ut faciam tibi, antequàm tollar à te. Dixitque Eliseus :

CHAPITRE II.

1. Lorsque le Seigneur voulut enlever Elie au ciel dans un tourbillon, il arriva qu'Elie et Elisée venaient de Galgala.

2. Et Elie dit à Elisée : Demeurez ici, parce que le Seigneur m'a envoyé à Béthel. Elisée lui répondit : Vive le Seigneur ! vive votre âme ! je ne vous abandonnerai point. Ils allèrent donc *ensemble* à Béthel.

3. Et les enfants des prophètes qui étaient à Béthel vinrent dire à Elisée : Ne savez-vous pas que le Seigneur vous enlèvera aujourd'hui votre maître? Elisée leur répondit : Je le sais, gardez le silence.

4. Elie dit encore à Elisée : Demeurez ici, parce que le Seigneur m'a envoyé à Jéricho. Elisée lui répondit : Vive le Seigneur ! vive votre âme! je ne vous abandonnerai point. Lorsqu'ils furent arrivés à Jéricho,

5. Les enfants des prophètes qui étaient à Jéricho vinrent dire à Elisée : Ne savez-vous pas que le Seigneur vous enlèvera aujourd'hui votre maître ? Il leur répondit : Je le sais ; n'en dites mot.

6. Elie dit encore à Elisée : Demeurez ici, parce que le Seigneur m'a envoyé jusqu'au Jourdain. Elisée lui répondit : Vive le Seigneur et vive votre âme ! je ne vous abandonnerai point. Ils allèrent donc tous deux ensemble.

7. Et cinquante des enfants des prophètes les suivirent, et les virent s'arrêter bien loin vis-à-vis d'eux; et ils se tinrent tous deux au bord du Jourdain.

8. Alors Elie prit son manteau, et, l'ayant plié, il en frappa les eaux, qui se divisèrent en deux parts, et ils passèrent tous deux à pied sec.

9. Lorsqu'ils furent passés, Elie dit à Elisée : Demandez-moi ce que vous voudrez, afin que je l'obtienne pour vous, avant que je sois enlevé d'avec vous. Elisée lui répondit : Je vous prie que votre double esprit repose sur moi.

Obsecro ut fiat in me duplex spiritus tuus.

10. Qui respondit : Rem difficilem postulâsti ; attamen si videris me quando tollar à te, erit tibi quod petîsti ; si autem non videris, non erit.

11. Cùmque pergerent et incedentes sermocinarentur, ecce currus igneus et equi ignei diviserunt utrumque ; et ascendit Elias per turbinem in cœlum.

12. Eliseus autem videbat, et clamabat : Pater mi, pater mi, currus Israel et auriga ejus ! Et non vidit eum ampliùs. Apprehenditque vestimenta sua, et scidit illa in duas partes.

13. Et levavit pallium Eliæ quod ceciderat ei. Reversusque stetit super ripam Jordanis ;

14. Et pallio Eliæ, quod ceciderat ei, percussit aquas, et non sunt divisæ ; et dixit : Ubi est Deus Eliæ etiam nunc ? Percussitque aquas, et divisæ sunt hùc atque illùc, et transiit Eliseus.

15. Videntes autem filii prophetarum qui erant in Jericho, è contra, dixerunt : Requievit spiritus Eliæ super Eliseum. Et, venientes in occursum ejus, adoraverunt eum proni in terram,

16. Dixeruntque illi : Ecce cum servis tuis sunt quinquaginta viri fortes qui possunt ire et quærere dominum tuum, ne fortè tulerit eum spiritus Domini, et projecerit eum in unum montium aut in unam vallium. Qui ait : Nolite mittere.

17. Coegeruntque eum, donec acquiesceret et diceret : Mittite. Et miserunt quinquaginta viros ; qui, cùm quæsîssent tribus diebus, non invenerunt.

18. Et reversi sunt ad eum (at ille habitabat in Jericho). Et dixit eis : Numquid non dixi vobis : Nolite mittere ?

19. Dixerunt quoque viri civitatis ad Eliseum : Ecce habitatio civitatis hujus optima est, sicut tu ipse, domine, perspicis ; sed aquæ pessimæ sunt et terra sterilis.

20. At ille ait : Afferte mihi vas novum, et mittite in illud sal. Quod cùm attulissent,

10. Elie lui dit : Vous me demandez une chose difficile ; néanmoins, si vous me voyez lorsque je serai enlevé d'avec vous, vous aurez ce que vous avez demandé ; mais si vous ne me voyez pas, vous ne l'aurez point.

11. Lorsqu'ils continuaient leur chemin, et qu'ils marchaient en s'entretenant, un char de feu et des chevaux de feu les séparèrent tout d'un coup l'un de l'autre ; et Elie monta au ciel dans un tourbillon.

12. Elisée le voyant, s'écriait : Mon père, mon père, vous, le char d'Israël et son conducteur ! Après cela, il ne le vit plus. Et, prenant ses vêtements, il les déchira en deux.

13. Il leva de terre le manteau qu'Elie avait laissé tomber afin qu'il lui demeurât. Et Elisée s'en revenant, s'arrêta sur le bord du Jourdain,

14. Et prit le manteau qu'Elie avait laissé tomber pour lui. Il en frappa les eaux, et elles ne furent point divisées. Alors Elisée dit : Où est maintenant le Dieu d'Elie ? Et frappant les eaux *une seconde fois,* elles se partagèrent d'un côté et d'un autre, et il passa *au travers.*

15. Ce que voyant les enfants des prophètes qui étaient dans Jéricho, vis-à-vis de ce lieu-là, ils dirent : L'esprit d'Elie s'est reposé sur Elisée. Et venant au-devant de lui, ils l'adorèrent prosternés en terre,

16. Et lui dirent : Il y a entre vos serviteurs cinquante hommes forts qui peuvent aller chercher votre maître ; car peut-être que l'esprit du Seigneur l'aura enlevé et jeté quelque part sur une montagne ou dans une vallée. Elisée leur répondit : N'y envoyez point.

17. Mais ils le contraignirent à y condescendre et à leur dire : Envoyez-y. Ils envoyèrent donc cinquante hommes, qui, l'ayant cherché pendant trois jours, ne le trouvèrent point.

18. Ils revinrent ensuite trouver Elisée, qui demeurait à Jéricho ; et il leur dit : Ne vous avais-je pas dit : N'y envoyez point ?

19. Des habitants de cette ville dirent aussi à Elisée : Seigneur, la demeure de cette ville est très-commode, comme vous le voyez vous-même, mais les eaux y sont très-mauvaises et la terre stérile.

20. Elisée leur répondit : Apportez-moi un vaisseau neuf, et mettez du sel dedans. Lorsqu'ils le lui eurent apporté,

21. Egressus ad fontem aquarum, misit in illum sal, et ait : Hæc dixit Dominus : Sanavi aquas has, et non erit ultra in eis mors neque sterilitas.

22. Sanatæ sunt ergo aquæ usque in diem hanc, juxta verbum Elisei quod locutus est.

23. Ascendit autem inde in Bethel; cùmque ascenderet per viam, pueri parvi egressi sunt de civitate, et illudebant ei dicentes : Ascende, calve; ascende, calve.

24. Qui cùm respexisset, vidit eos, et maledixit eis in nomine Domini : egressique sunt duo ursi de saltu, et laceraverunt ex eis quadraginta duos pueros.

25. Abiit autem inde in montem Carmeli, et inde reversus est in Samariam.

21. Il alla à la fontaine, et ayant jeté le sel dans l'eau, il dit : Voici ce que dit le Seigneur : J'ai rendu ces eaux saines, et elles ne causeront plus à l'avenir ni mort ni stérilité.

22. Ces eaux devinrent donc saines, comme elles le sont encore aujourd'hui, selon la parole qu'en donna alors Elisée.

23. Elisée vint de là à Béthel. Et lorsqu'il marchait dans le chemin, de petits enfants sortaient de la ville, et le raillaient, disant : Monte, tête chauve, monte, tête chauve.

24. Elisée, regardant, jeta les yeux sur eux, et les maudit au nom du Seigneur. Et deux ours sortirent du bois et déchirèrent quarante-deux de ces enfants.

25. Elisée alla ensuite sur la montagne du Carmel, d'où il revint à Samarie.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Factum est autem, cum levare vellet Dominus Eliam per turbinem in coelum (1). In hoc capite persequitur historicus sacer quidquid supererat gestorum Eliæ. Cùm Elias nôsset abeundum sibi esse ex hominum convictu, et hoc ascensu quodam admirabili ac novo, voluit illum non solùm prophetis aliis, quos ille tanquàm filios ad omnem pietatem instituerat, sed etiam Eliseo, quo magis utebatur familiariter, esse celatum. Jussit ergo illum sedere, et aliquandiù subsistere, causatus sibi à Deo in Bethel aliquid datum esse negotii quod oporteret expediri quamprimùm. At Eliseus, qui jam ante noverat quid de parentis ascensu Deus statuisset, sicut etiam alii prophetæ, Deo revelante, didicerant, negat sibi quòquam ab illo recedendum, idque precisè juramento confirmat. Cùmque venissent in Bethel, ubi quoddam erat prophetarum collegium, occurrerunt illis prophetæ, dixeruntque Eliseo instare jam Eliæ discessum, neque deinde cum illo quicquam futurum esse commercii, ut videret quid facto opus esset, quando ad illum tot collegiorum adventura esset administratio. Respondet illis nihil eâ de re sibi esse celatum : quare tacere jubet, et illius rei eventum expectare. Hoc idem dixerunt etiam alii discipuli, qui ad Jerichuntem collegium habitabant, quibus idem reddit responsum. Cùmque ibi subsistere jam tertiò Elias jussisset Eliseo, tamen impetrare ab Eliseo non potuit, neque ab aliis ex Jerichuntino collegio quinquaginta, quominùs ipsum ad Jordanem usque prosequerentur, qui tamen longiusculè steterunt à Jordane, et duos sui ordinis magistros longiùs abire passi sunt.

Ubi Vulgatus legit : *Quia Dominus hodiè tollet dominum tuum à te,* Hebr. est : *Desuper caput tuum.* Qui dicendi modus significat, quo loco nobis esse debeant parentes, et magistri, nempe supra caput, quod summam significat observantiam. Id quod etiam de dominis dicitur, qui supra servos potestatem habent, neque in illis pars est ulla, quæ non sit potestati dominorum subdita, modò honestæ ac justæ. Servilem certè conditionem significabat, qui dixit Psal. 65, v. 12 : *Posuisti homines super capita nostra.* Sed Vulgatus respexit ad Hebræorum usum, qui per caput hominem circumscribunt. Quare idem est *caput meum* atque

(1) Voluit Deus, ut sub lege in Eliâ, quemadmodùm ante diluvium in Henocho, futuræ resurrectionis et spei alterius vitæ argumentum ac typus resurrectionis atque ascensionis Jesu Christi exhiberetur; geminos hosce viros sanctissimos ex hâc mortalium terrâ transferens in locum, ubi immortali ævo fruerentur, opperientes seculorum exitum, qui supremam illorum felicitati manum imponet; tunc enim pretiosâ morte demùm ex hâc vitâ penitùs subducti, ad æternam cœli immortalitatem transibunt.

In coelum, id est, *in aera.* Elias primùm in aera sublatus, Elisei cæterorumque discipulorum spectantium oculis subductus est, deinde translatus, uti creditur, in hortum Eden, id est, in Paradisum terrestrem, ubi jucundâ cum Henocho societate extremam judicii diem opperitur. Hebræorum quidam censent, Eliam mortali in corpore viventem translatum fuisse ad usque ignis regionem, ubi absumptis vestibus et carne, spiritus purus et expeditus evolârit in cœlum. (Calmet.)

ego, caput Petri atque *Petrus.* Exemplorum satis nos adduximus in nostris Commentariis super Isaiam, ad illud c. 35 : *Lætitia sempiterna super caput eorum.* Gen. 49 de pistore Pharaonis dixit Joseph : *Tres dies adhuc sunt, post quos auferet Pharao caput tuum, ac suspendet te in cruce,* id est, auferet te; neque enim abscissum est caput illius, sed ille actus est in crucem. Sic ego accipio illud Prov. 15, v. 22, quod sumpsit Paulus ad Rom. 12, v. 20 : *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit, potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput ejus.* Nihil enim puto significare aliud, quàm super inimicos congerendos esse carbones. Optimè igitur Vulgatus dicit : *Tollet à te,* etiamsi in Hebraico textu sit, *caput tuum.* (1)

VERS. 7. — ILLI AUTEM AMBO STABANT SUPER JORDANEM. *Super* idem sæpè valet quod *juxta*, Exod. c. 16 : *Quando sedebamus super ollas carnium.* Psal. 136 : *Super flumina Babylonis, ibi sedimus.*

VERS. 8. — TULITQUE ELIAS PALLIUM SUUM, ET INVOLVIT ILLUD, ET PERCUSSIT AQUAS, QUÆ DIVISÆ SUNT IN DUAS PARTES. Pallium illud Septuaginta *Melotem* appellant, quia ex caprinâ, seu ovinâ pelle consutum erat. Theodoretus ex ovinâ pelle confectum dicit. Hispana translatio *esclavinam* transtulit, quæ ex corio fit communiter, et perferendis cœlorum temporumque injuriis censetur idonea. Sic sanè de penulâ scorteâ, quam Hispanus esclavinam vocat, Martialis lib. 14, disticho 110 :

Ingrediare viam cœlo licet usque sereno,
Ad subitas nunquàm scortea desit aquas.

A quâ, ut supra putabamus, dici potuit vir pilosus Elias. Sed neque illud est improbabile, pallium illud fuisse ex pilis caprarum, camelorumve contextum, quale fuit Joannis Baptistæ, cujus fuit cum Eliâ similitudo maxima. Eo igitur pallio non explicato atque expanso, sed complicato, et aptè ad ictum fluminis involuto, percussit Jordanem, divisitque aquas, ita ut transmissionem alvei aridam reliquerit; non secùs ac antiquissimis Josue temporibus arca testamenti sacerdotum cervicibus imposita idem siccavit flumen eodem propè loco, nempe non longè à Jericho et Galgalis. Chrysostomus homil. 4 ad populum, admiratur quòd Deus non sanctis solùm, et eorum verbis, sed etiam indumentis vim miraculorum quodammodò largitus sit. « Eliæ, inquit, melote Jordanem divisit, Eliseum duplicem Eliam fecit, etc. O quanta sanctorum virtus! Non tantùm ipsorum verba et corpora, sed et ipsa indumenta creaturæ omni undique sunt venerabilia : ut umbra Petri, calceamenta trium puerorum, Elisei lignum, Pauli vestimenta, Moysis virga. »

VERS. 9. — POSTULA QUOD VIS, ET FACIAM TIBI, ANTEQUAM TOLLAR A TE (1). Hæc verba plena

(1) VERS. 3. — FILII PROPHETARUM, QUI ERANT IN BETHEL. Elias è Galgalis profectus est in Bethel, è Bethel Jerichuntem, Jerichunte ad Jordanem, ceu periculum facturus de fide atque constanti in se studio Elisei discipuli sui, atque ut illum in tantis viarum ambagibus defatigaret. Scholam habebat, et prophetarum cœtum in Bethel et Jerichunte constitutam. Ante discessum utramque invisurus venit Elias; nihil tamen de suo discessu docuit. Quanquàm vitulorum aureorum cultus in Bethel jam inde ab Jeroboami ætate constitutus erat, neque ibi prophetæ satis observabantur, uti demonstrat ludibrium puerorum, qui Eliseo illùc accedenti illusêre, ibi tamen Elias asceterium discipulorum suorum posuit, ut pro viribus et cultum Domini, et memoriam eorum, quæ ibi sub patriarchis acciderant, conservaret. *Filii prophetarum* discipuli sunt illorum, qui sub regimine prophetarum primi ordinis, sanctioris et secretioris vitæ professionem exercebant. Filii autem ejusmodi prophetiam pariter agebant, et sæpè etiam filii erant è prophetis nati, quos parentes et institutionibus suis et vitæ exercitatione informabant, ut ad spiritum prophetiæ accipiendum compararentur. (Calmet.)

(1) « Un personnage, disent les censeurs de la Bible, d'une sainteté éminente, un humble disciple du plus grand des prophètes, peut-il ne pas se contenter d'avoir l'esprit prophétique, et le don des miracles au degré que l'avait Elie? »

« On s'est beaucoup tourmenté, dit un autre critique plus audacieux, pour savoir ce que c'est que ce double souffle ou ce double esprit qu'Elisée, valet et successeur d'Elie, demande à son maître. Il lui demande un esprit qui en vaut deux, c'est le *duplici panno* d'Horace; c'est comme nous disons : enfermer à double tour, » etc.

Elisée n'a manqué ni à la modestie ni à l'humilité. Il n'a point demandé d'avoir la moitié plus de génie que n'en avait son maître, comme l'incrédule le suppose. *Il* a demandé une portion abondante de cet esprit de zèle qui faisait le caractère d'Elie. Il désira d'obtenir *dans l'esprit prophétique* cette portion privilégiée que la loi et l'usage accordaient aux aînés dans les biens de la terre. Le texte porte littéralement : *Et sit, obsecro, portio duorum in spiritu tuo ad me.* Car l'expression originale *phi scenaïm* signifie *portio duorum.* Ainsi les a rendus la Vulgate elle-même. Or, les Juifs entendaient par ces termes *portio duorum* la portion de l'aîné. Chez eux, un père, partageant sa succession entre ses enfants devait donner à l'aîné la part de deux, c'est-à-dire autant qu'il en revenait à deux des cadets. La loi l'ordonnait expressément et appelait cette part *phi scenaïm.* Dès lors il est aisé de conce-

sunt officii, et paternæ benevolentiæ ac curæ, quibus Elias, quem habeat in Eliseum animum, ostendit, et quàm velit illi, si quem posset usum, et commoditatem præstare. Quod nos officium urbanum atque amicum tunc exhibemus, quando ab illorum complexu longè divellimur, quos habemus charos, et quibus secunda optamus, atque precamur omnia. Neque puto in digressu illo Eliam altiora cogitâsse, cùm Eliseum de suâ voluntate ac voto sciscitatus est. Quod ex eo fit satis verisimile, quia cùm duplicem optavit spiritum, admiratus est, et quodam modo illius studium votumque reprehendit, cùm dixit : *Rem difficilem postulâsti.* Atqui dices : Cùm pauper esset Elias, neque quicquam haberet præter pallium, et tunicam cum zonâ, et hæc aut consuta ex pellibus, aut è pilis contexta, quid posset promittere charissimo discipulo, nisi spirituale aliquid, quod à Deo, antequàm discederet, impetraret orando? Nisi dicamus vestium permutationem, quod faciunt amici, dùm ad longam moram separantur, ut habeant secum certum aliquod, familiareque monumentum, quo amicorum præsentem, vivamque memoriam perpetuò conservent. Respondeo potuisse Eliam orare à Deo cœleste aliquod donum, antequàm discederet, longè tamen inferius, aut quàm ipse concepisset animo, aut quàm petiturum Eliseum suspicaretur. Neque leve existimatur amicorum donum, etiamsi leve sit et vile, vel eo tantùm nomine, quòd aliquid est amicorum, quod memoriam excitat, et amorem inflammat, maximè si illorum sit, quorum est illustre nomen, et qui apud Deum existimantur valere plurimùm. Quare non parvi faceret Eliseus permutare pallium cum Eliâ, et illi relinquere familiare sui nominis symbolum, et ab illo accipere perpetuum paterni amoris et studii monumentum. Sanè Eliæ pallium, quod accepit, nullo à se pretio distrahi pateretur Eliseus, sicut neque Antonius Pauli tunicam, quam in sportulæ modum ex palmarum foliis sibi contexuerat, cum regiâ purpurâ, cum auro textili, et alio quovis principum instructu permutaret.

Obsecro ut fiat in me duplex spiritus tuus (1). Hìc multi multa de Elisei petitione ac voto

voir pourquoi Elisée demande cette portion de l'aîné. Il était le premier et le plus chéri des disciples de ce prophète. Il pouvait donc prétendre à une portion privilégiée, *à la part de l'aîné*, dans la succession de son maître, qui ne pouvait lui laisser que les dons du ciel, n'ayant pour tout bien que son manteau et ses vertus. Voilà pourquoi il fait allusion à la portion que l'usage et la loi accordaient aux aînés : allusion si marquée, qu'il se sert des termes mêmes de la loi, et dit : *Faites, je vous prie, que j'obtienne une portion d'aîné dans votre esprit.* (Duclot.)

(1) Sunt qui in hoc textu deprehendisse sibi videantur vestigia quædam metempsychoseos, quasi Eliseus censuisset, animam Eliæ in se migrare potuisse : sed opinionem hanc satis evertit ipsa per se historiæ hujus narratio. Communicavit Elias spiritum suum Eliseo, quemadmodùm Moyses senioribus ipsique Josue, et Apostoli discipulis suis per manuum impositionem et preces. Neque tamen illi hoc donum tanquàm rem suam in alios transtulerunt : ministri erant Divinitatis et Spiritûs, quo afflabantur ac dirigebantur. (Calmet.)

Ce fut par un mouvement de la charité, qu'Elisée fit cette demande à Elie; et ainsi il n'y avait ni témérité ni vanité dans une demande dont la charité était le principe. Car il ne faut pas juger témérairement de ces grands hommes, ni examiner ce qu'ils disent, par des sentiments humains. C'étaient des prophètes tout remplis de Dieu, et qui n'agissaient ni ne parlaient que par l'instinct tout divin de son Esprit. Ainsi Elisée, lorsqu'il demande de posséder doublement l'esprit d'Elie, ne doit pas être considéré comme un homme simple, mais comme un prophète qui demandait à Elie ce que Dieu-même lui inspirait de lui demander, et ce qu'il voulait accorder à ce saint disciple par le mérite de son saint maître. C'était, comme le dit saint Grégoire, l'amour très-pur qu'il portait au grand Elie, qui le rendit digne d'être rempli doublement de l'esprit d'Elie. Aussi saint Ambroise loue tout-à-fait Elisée du désir même qu'il eut, non par vanité, mais par ardeur, de surpasser en grâce celui que Dieu lui avait donné pour père, et il ajoute que cette sainte ambition qu'il fit paraître se trouvait accompagnée d'un grand fonds de piété qui l'en rendait digne. L'on peut bien dire qu'en cela même Elisée a été une excellente figure des disciples de Jésus-Christ, comme Elie, dans son enlèvement miraculeux, fut une très-vive image de Jésus-Christ même s'élevant au ciel, et se séparant de ses Apôtres. Car cette double portion de l'esprit d'Elie qu'Elisée lui demandait comme une chose qu'il devait lui accorder, et qu'il obtint en effet, puisqu'il fit le double des miracles qu'avait faits son maître, nous marquait très-bien ce que Jésus-Christ promit aux Apôtres avant que de les quitter pour s'en aller à son Père : *En vérité, en vérité, je vous le déclare,* leur dit-il, *celui qui croit en moi fera les œuvres que je fais, et en fera encore de plus grandes, parce que je m'en vais à mon Père. Et quoi que vous demandiez en mon nom, je le ferai.* Comme donc le Fils unique du Dieu vivant a bien voulu que ses disciples eussent le pouvoir de faire de plus grands miracles pour établir son Eglise, que ceux que lui-même avait faits durant le cours de sa vie mortelle, il n'est pas fort étonnant qu'Elisée souhaitât aussi posséder doublement les dons éminents de son saint maître, non pour lui-même, mais pour rétablir le culte de Dieu parmi son peuple; ou, pour mieux dire, il connut par la lumière de l'Esprit-

meditantur. Quidam in duplici spiritu magnum intelligunt, et excellentem spiritum, quo pollebat Elias, non duplicatum, aut duplo majorem. Ita Emmanuel Sâ. Et quidem congruum erat, ut qui curam suscepturus esset, ac munus, quo jam defungebatur Elias, spiritum illius magnum, quasi hæres acciperet, quo datas sibi partes strenuè atque fideliter obiret. Neque inusitatum est apud Latinos *duplex* pro *forti* et *magno*, seu copioso sumi, ut pluribus super Isaiam ostendimus ad illud c. 40 : *Suscepit de manu Domini duplicia*, id est, ingentia mala. In hunc sensum ego interpretabar illud Zachariæ 9 : *Duplicia reddam tibi*. Et illud Jerem. 17 : *Duplici contritione contere eos*. Quod etiam profanis usitatum est. Virgil. de equo, Georg. 3 : *At duplex agitur per lumbos spina*. Id est, lata. Et 1 Georg. de formâ aratri :

Binæ aures duplici aptantur dentalia dorso.

Duplex appellat dorsum, id est, latum et crassum.

Alii duplicem spiritum duplo majorem interpretantur, quasi non satis Eliseus habuerit æqualem esse magistro, sed haberi vellet duplo major. Hanc sententiam non improbat Abulensis, q. 15, ubi dicit hanc à plerisque probari et esse communem, licet ille in eam sententiam magis inclinet quæ in spiritu duplici spiritum agnoscit miraculorum et prophetiæ. Tenet sanè Cajetanus, Theodoretus, q. 7, et cum eo Procopius, qui dicunt ideò respondisse Eliam, *obduràsti, ut peteres*. Sic enim legunt Septuaginta, ubi Vulgatus : *Rem difficilem postulâsti*. « Hoc dixit, inquit, non invidens gratiam « discipulo, sed curam gerens aliorum homi- « num. Nam quoniam tribus annis et sex men- « sibus impiè se gerentes fame castigavit homi- « nes, necesse autem erat, ut qui duplicis erat « hæres gratiæ, res efficeret duplo majores, ex « his autem erat ea pœna, quæ erat irroganda « per famem, ei parcens dixit : Obduruisti ut « peteres. Hoc etiam discimus ex historiâ : « nam septem annis illatum fuit supplicium « per famem. » Addere etiam potuisset Theodoretus duplo plures igne desuper immisso consumptos iri ab Eliseo, quàm essent ab Eliâ consumpti, et eâdem proportione plures conficiendos ferro, quàm periissent sacerdotes et prophetæ Baal. Hoc autem erat verè obduruisse, quandoquidem animum postulabat, qui difficilè posset ad pietatem inflecti. Petrus Damianus serm. 2 in Nativitate Joannis Baptistæ, duplicem dicit accepisse spiritum Eliseum, non in meritorum cumulo, sed in miraculorum exhibitione, quia viginti quatuor edidit miracula, Elias autem duodecim. Idem penè docet hìc Lyra, sensit Rab. Salomon. Idem Rupertus in lib. Reg. c. 18. Tenet apertè Ambrosius serm. 89 : « Elias, inquit, cùm simplicem sanctitatis « ipse haberet spiritum, Eliseo duplicem dereli- « quit. Mirum ergo in modum plus Elias gratiæ « dimisit in terrâ, quàm ipse portavit in cœlos. »

Alii id putant ab Eliseo postulari, ut duplicem spiritum impetret Elias à Deo, non comparatione Eliæ, sed prophetarum aliorum, quorum erat pater et magister Elias; ut sicut de hæreditate paternâ supra fratres suos duplicatam portionem accipit primogenitus, sic ipse quasi primo inter alios natus loco, quique aliis pro patre futurus erat, duplicatam acciperet portionem spiritûs. Et quidem si jam pater erat destinatus tam amplæ familiæ, nihil sibi postulabat indebitum Eliseus. Notum est enim, et à Patribus sæpè repetitum, quo egeat spiritu, aut, quod idem est, spirituali subsidio, qui aliorum in se curam suscepit. Suo itaque jure majorem exigit spiritûs abundantiam, qui gravius suscipit onus; alioqui periculum est, ne majori suis viribus oneri indecorè succumbat. Hanc sententiam tenet Cajetanus, cui Hebraicus textus aliquantulùm favet, qui sic habet : *Mensuram duorum de spiritu tuo*, quasi dicat : Mensuram in me duplicem, quàm aliis discipulis imperti.

Sed est communis sententia, et, ut reor, omninò vera, in spiritu duplici spiritum intelligi prophetiæ et miraculorum. Ita omnes penè interpretes, quos non nomino, ne longus sim, cum quibus etiam tenet Magister Historiæ Scholasticæ, S. Thomas 4 contra gentes cap. 11. Eucherius, Angelomus. Sed cùm jam Eliseus spiritum accepisset prophetiæ, cùm unctus est ab Eliâ lib. 3, c. 19, aut tunc fortassè, cùm illi Elias pallium injecit, neque ipse ignoràsset se esse prophetam, cùm hoc ipso articulo afflatu divino didicisset tollendum Eliam : unum videtur petiisse spiritum, nempe miraculorum, quod neque acceperat antea, neque illius in se illatenùs argumentum haberet. Cùm igitur simplicem spiritum haberet, prophetiæ videlicet, duplicem habere vult, nempe etiam miraculorum, quem tunc fortassè accepit, quando illi relictum est ab Eliâ pallium, quemadmodùm antea, lib. 3 Reg., per idem pallium spiritum acceperat prophetiæ. Sic ego cogitabam.

Saint, qui était en lui, qu'il devait lui demander ce qu'il devait obtenir. (Sacy.)

VERS. 10. — REM DIFFICILEM POSTULASTI. Non est aut negotium leve, aut vulgare beneficium, propheticum habere spiritum, illum præcipuè, quem Deus inspiravit Eliæ; et insuper miraculorum raram et admirabilem gratiam, quam ad illud usque seculum habuêre paucissimi. Quam neque consequuntur homines naturali aliquâ potentiâ vel industriâ, neque est donum humanæ debitum naturæ, sed gratis, ut ipsum gratiæ nomen indicat, à Domino collatum. Quare jure propheta rem appellat difficilem, neque tamen ideò jubet desperare discipulum, et tunc demùm scire concessum sibi duplex, quod optaverat, donum, si ipsum à suo complexu abeuntem videret. Id quod absque dubio propheta à Domino didicerat, cùm tamen illi nondùm esset revelatum concessum iri Eliseo, quod ipse cupiebat, quod putat Abul. q. 16.

Ubi Vulgatus, *rem difficilem postulâsti*, Hebr. est, *hicsitha lisol*, quod sonat, obduruisti ad petendum, neque longè aliter reddunt Septuag. cujus explicatio supra à nobis adducta. Sed fortassè hoc dicendi modo voluit Elias nimiam Elisei in petendo confidentiam, seu audaciam modestè incusare; quasi ad ambitiosam petitionem magis obduruerit, quàm videretur postulare modestia. Quod magistro licuit in discipulum, quem suo jure corrigere potuit, imò et fortassè debuit. Notum est illum oris appellari duri, qui nimis est in petendo procax, quasi inverecundam habeat frontem, quam neque confundat tacita aliorum reprehensio, neque ab eo, quò rapit appetitus, contrahat pudor. (1)

(1) SI VIDERIS ME QUANDO TOLLAR A TE, ERIT TIBI QUOD PETISTI; SI AUTEM NON VIDERIS, NON ERIT. Ratio hujus conditionis à Deo et Eliâ propositæ Eliseo fuit, ut magis accenderet Elisei desiderium et studium, itàque eum præpararet ad tantum spiritûs Eliæ duplicis donum, utque ipsius Eliæ preces crescerent pro Eliseo, proque hoc spiritu ei impetrando, ad ipsius et totius Israelis bonum. Erat enim uterque incertus, an Eliseo præsente raperetur Elias, ut ejusdem spiritûs hæres et successor fieret. S. Chrysostom. hom. 1 in Acta, addit Eliam hìc præfigurâsse Christum, qui non statim post resurrectionem misit Spiritum in Apostolos, sed voluit priùs eos videre suam ascensionem in cœlum, indeque decimo die, puta in festo Pentecostes, misit in eos Spiritum sanctum, ut ad eum per plures dies se compararent. (Corn. à Lap.)

Elie lui dit : Vous me demandez une chose bien difficile. Néanmoins, si vous me voyez, lorsque je serai enlevé d'avec vous, vous aurez ce que vous avez demandé. Rien n'est difficile à l'égard de Dieu, mais seulement à l'égard des hommes. Et ainsi Elie, en disant à Elisée qu'il lui demandait une chose bien difficile, n'envisageait pas la toute-puissance divine, mais l'infirmité humaine. Il n'enviait pas à son disciple toutes les grâces qu'il avait lui même reçues, sachant qu'il est libre à Dieu de faire part de ses dons à qui il lui plaît, et d'élever quand il veut le disciple même au-dessus du maître, lui qui est le Maître souverain de tous les hommes. Mais peut-être qu'il craignait pour son disciple, qu'en recevant plus que lui, il ne fût chargé d'un plus grand compte, selon que le Fils de Dieu l'a dit depuis, *que l'on redemandera davantage à celui qui a plus reçu.* Le signe que ce saint prophète donne à Elisée pour s'assurer s'il obtiendra ce qu'il lui demande, paraît rempli de mystères. *Si vous me voyez,* lui dit-il, *lorsque je serai enlevé d'avec vous,* etc. C'est-à-dire, comme l'expliquent quelques-uns, si vous pouvez me regarder fixement dans le temps que je serai enlevé, et souffrir avec constance de me voir ainsi séparé d'avec vous. C'est ainsi que les Apôtres regardèrent Jésus-Christ s'élevant au ciel et les quittant, et qu'ils méritèrent par cette vue continuelle qu'ils conservèrent de l'ascension de leur divin Maître, ne le cherchant plus que dans le ciel, de devenir les héritiers de son esprit et de sa double puissance, soit pour pardonner aux hommes, ou pour les punir. (Sacy.)

VERS. 11. — CUMQUE PERGERENT, ET INCEDENTES SERMOCINARENTUR, ECCE CURRUS IGNEUS (1) ET

(1) Non erat hic currus verè igneus, sic enim adussisset Eliam, sed habebat formam et speciem ignis, sicut habent meteora in aere formata. Erant enim reverà angeli, qui assumentes formam ignis, sursùm vectabant Eliam, juxta illud : *Qui facis angelos tuos spiritus, et ministros tuos ignem urentem,* psal. 103, 4. Fuit ergo hic ignis aer crassior, splendens, rubensque ut ignis, ait Abulens, q. 17, Serarius et alii. Hic ergo currus igneus ab angelis ex nubibus fuit formatus, quo Elias, quasi triumphator et civis cœli, raptus est in altum. « Igneus enim currus congruebat igneo Eliæ « animo, ad eum vehendum in cœlum, » ait S. Chrys. hom. 1 de Eliâ. Item officio ad quod Elias reservatur, videlicet ad præveniendum secundum Christi ad judicium adventum. Porrò Elias hoc curru igneo non tantùm de Achab, Jezabele et idololatris, sed et de morte, ipsoque igne triumphavit; unde patet quàm ineptè dicat A. Kimchi, Eliam in sphærâ igneâ ab igne fuisse consumptum. (Corn. à Lap.)

Anagog. raptus Eliæ fuit expressus typus ascensûs Christi in cœlum, uti docet S. Bern. serm. 3 et 6 de Ascens., ac S. Greg. hom. 29 in Evang., quem audi : « In cœlum aereum « Elias sublevatus est ut in secretam quamdam « terræ regionem repentè duceretur, ubi in « magnâ jam carnis et spiritûs quiete viveret, « quousque ad finem mundi redeat, et mortis « debitum solvat. Ille etenim mortem distulit, « non evasit. Redemptor autem noster, quia « non distulit, superavit; eamque resurgendo « consumpsit, et resurrectionis suæ gloriam « ascendendo declaravit. » Deinde Christi ascensum præfert raptui Eliæ, subjiciens : « Notandum quoque est, quòd Elias in curru « legitur ascendisse : ut videlicet apertè de- « monstraretur, quia homo purus adjutorio « indigebat alieno. Per angelos quippe facta

EQUI IGNEI DIVISERUNT UTRUMQUE, ET ASCENDIT ELIAS PER TURBINEM IN COELUM. Trajecto Jordane incedebant simul duo prophetæ, aut de discessu, qui putabatur proximus, aut de collegiorum institutione et formâ in quibus erant religiosi discipulorum cœtus, agentes, cùm subitò inter utrumque apparuit medius currus igneus, quem ignei etiam trahebant equi, in quem conscendens Elias ad cœlum sublatus hiantem reliquit, et clamantem discipulum, qui non se solum, sed Israelem totum à moderatore, et in adversis rebus certo præsidio derelictum putabat. Qui discissis, juxta illius temporis mores, præ dolore vestibus, excessisse dicebat Israelis currum et aurigam, qui portaret fessum et languentem populum in adversis, et eumdem moderaretur in dubiis.

VERS. 12.—CURRUS ISRAEL, ET AURIGA EJUS(1). Hebræorum arbitror esse proverbium, quo summum in adversis significari solet præsidium, quale est illud Latinorum : *Columen patriæ, domus, anchora,* et quod de suo Mœcenate dixit Horatius lib. 2, ode 17 : *Grande*

(1) Hebr.: *Currus Israel et equites ejus.* Septuaginta : *Et eques ejus,* q. d. : Vale, ô Elia, pater mi, qui eras totum robur Israelis, ac magis Israelem juvabas tuo zelo et oratione, quàm magna curruum et equitum multitudo. Ita Procop., Vatabl., Cajet. et alii.

Unde Chald. vertit : *Magister mi, magister mi, qui melior eras Israeli oratione tuâ curribus et equitibus.* Sic et Joas rex visitans Eliseum morientem, ei succlamavit cap. 13, vers. 14 : *Pater mi, currus Israel et auriga ejus.* Talis enim post Eliam fuit Eliseus.

Tropolog. Elias, id est, doctor et prædicator mores populi corrigens, currus est, quia eum tolerando portat; auriga, quia eum exhortando agitat. Hinc S. Cyril. in Collectaneis : « Currus, inquit, significat excelsam et illuminatam vitæ rationem Eliæ. » Rursùm S. Ambros. lib. de Isaac c. 8 : « Currus, inquit, est « anima sancta, auriga et agitator est Christus; « equi sunt quatuor, prudentia, temperantia, « fortitudo, justitia; hi animam ad cœlum « evehunt. Velociores, inquit, prudentia tar« dat, justitia admonet flagello proprio segnio« res; temperantia mansuetiores, fortitudo « duriores reddit; novit copulare discordes, « ne fortè currum suum dissipent. Itaque licet « intelligibili spectaculo videre unamquamque « animam cum summo certamine ad cœlum « rapi, festinantes equos, qui priores perve« niant ad bravium Christi, quorum priùs im« ponatur palma cervicibus. Isti sunt equi sub« jecti fidei jugo, adstricti vinculo charitatis, « justitiæ frenis, retinaculis sobrietatis. »

Politicè, *currus Israel et auriga ejus*, est princeps, qui sustinet quasi currus onera reipublicæ et populi, ac dirigit ut auriga jugales; aurigatur, et præsidet, et simul bajulat et portat. Princeps et prælatus ergo sit ut mater, quæ regit et portat infantem. Hinc princeps hebraicè dicitur *nasu*, q. d. : Portitor, bajulus, qui populi onera levat. Sic Isaiæ 9, de Christo dicitur : *Cujus imperium super humerum ejus.*

Moraliter hic significatur, quòd si te totum divino imperio subdideris, facilè à tuis subditis debita obsequia impetrabis. Eliâ per turbinem in cœlum abeunte, exclamat de terrâ Eliseus : *Pater mi, pater mi, currus Israel, et auriga ejus.* Currum appellat simul et aurigam; currum, qui regitur, et aurigam, qui regit, ut ostenderet, eum optimi principis munia explevisse, quòd non solùm alios prudenter regeret, sed etiam seipsum ab ipso Deo regi facilè pateretur. Unde Lyran. in Commentario morali ad 1 Regum 9 : « Currus inquit, qui « ducitur, hìc ponitur primò, et auriga, qui « ducit, secundò, ad ostendendum quòd ille « benè ducit regendo, qui primò fuit ductilis « in obediendo. » (Corn. à Lap.)

« illa et ostensa sunt adjumenta, quia nec in « cœlum quidem aereum per se ascendere po« terat, quem naturæ suæ infirmitas gravabat. « Redemptor autem noster, non curru, non « angelis sublevatus legitur, quia is qui fece« rat omnia, nimirùm super omnia suâ virtute « ferebatur. Illò etenim revertebatur, ubi erat, « et inde redibat, ubi remanebat, quia cùm « per humanitatem ascenderet in cœlum, per « divinitatem suam et terram pariter contine« bat et cœlum. » Et nonnullis interjectis : « Nam Enoch translatus, Elias verò ad cœlum « subvectus esse memoratur, ut veniret post« modùm, qui nec translatus, nec subvectus « cœlum æthereum suâ virtute penetraret. »

Addit deinde, in hisce tribus sensim crevisse castitatem et sanctimoniam usque ad summum : « Translatus namque est Enoch, « inquit, et per coitum genitus, et per coitum « generans. Raptus est Elias per coitum geni« tus, sed non per coitum generans. Assumptus « verò est Dominus, neque per coitum gene« rans, neque per coitum generatus. »

(Corn. à Lap.)

« Enoch et Elie, dit saint Irénée, sont enle« vés dans le propre corps que Dieu leur avait « formé, et avec lequel ils s'étaient rendus « dignes de lui plaire, figurant tous deux et « prédisant par ce même enlèvement, celui « par lequel les justes s'élèveront jusqu'au « ciel. La pesanteur de leurs corps n'a pu leur « être un obstacle à être ainsi enlevés. Car les « mêmes mains par lesquelles ils ont au com« mencement été formés en Adam, ont été « celles qui ont soutenu leurs corps dans cet « enlèvement miraculeux. *Et nihil impedit eos « corpus in assumptione eorum. Per illas enim « manus, per quas initio plasmati sunt, per ipsas « et assumptionem acceperunt.* Que si quelqu'un, « ajoute ce saint, regarde comme impossible « que des hommes puissent vivre durant tant « de siècles, et qu'Elie ayant été enlevé sur « un chariot de feu, sa chair n'en ait point été « consumée, qu'il se souvienne que Jonas, qui « fut dévoré par la baleine, fut rejeté sur la « terre plein de vie, par un effet tout puissant « du commandement de Dieu; qu'il se sou« vienne que les jeunes hommes que l'on jeta « au milieu des feux de Babylone, sortirent « aussi sans aucun mal de cette fournaise ar« dente. » (Sacy.)

decus, columenque rerum. Quod Hebræorum proverbium multis verbis Maro assecutus est lib. 12 Æn., apud quem sic Latini uxor ad Turnum :

Spes tu nunc una senectæ,
Tu requies miseræ, decus, imperiumque Latini.
Te penès; in te omnis domus inclinata recumbit.

Unde orta fuerit proverbialis hæc forma, quæ summum auxilium et columen significat, obscurum non est. Currus enim multos habet usus, eosque rebus humanis maximè necessarios, qui languidos portat et lassos, qui frumenta convehit, et humanæ naturæ necessaria subsidia. Cujus in acie multiplex usus, et illius interdùm munimentum et vallus. Hìc porrò de plaustro agi non arbitror, seu de rustico curru, sed de militari, ut probat vox Hebraica, *paras*, quæ non tam aurigam et rhedarium significat, quàm equitem, qui ideò currum ascendit, ut ex eo pugnet; imò in plurali numero est *perasau*, id est, equites ejus, quasi unus Elias esset Israeli pro omni apparatu militari, qui significatur in curru, falcato nimirùm et idoneè ad inimicorum interitum instructo; sicut Moyses olim eidem populo cùm pugnaret contra Amalec, Exod. 17, cujus manus ad preces elevatæ multò erant fortiores manibus Israelitarum militum armatis, quæ arcu gladioque certabant. Id quod expressit hìc Chaldæus, dùm ita reddit : *Qui melior eras Israeli oratione tuâ curribus et equitibus*. Quod item dicit Vatablus. Theodoretus, q. 8 : « Reges aliarum gentium « equis utentes et curribus, stabant in acie. « Eâ de causâ magnum Eliam appellavit et « currum, et equitem Israel, ut qui solus suf« ficeret ad fundendos et profligandos hostes, « et rursùs ad dandam alienigenis victoriam. » Cajetanus idem quod Theodoretus opinatur, et addit allusum videri, ad id quod tunc intuebatur Eliseus: videbat enim igneum currum, et in eo insidentem Eliam, et recordatus quàm ille potens fuerit, tum oratione, tum prophetiæ atque miraculorum dono, talem illum appellat, quale tunc illius symbolum intuebatur. Erat quidem totus igneus Elias, et, ut legimus Eccl. c. 48 : *Quasi ignis, et verbum ipsius quasi facula ardens*, qui adversùs iniquos igne desuper emisso pugnavit, usque adeò spiritu atque sermone ardens, ut flammas evomere, non verba fundere putares. Quare nullo alio symbolo commodiùs exprimi posse videbatur, quàm igneo curru, qui ab igneis etiam equis traheretur, quales esse debent, quibus divini verbi negotium creditum est. De quibus Greg. hom. 22 in Ezech. : « Quid est, fratres cha« rissimi, quòd Elias currus et auriga Israel « dicitur, nisi quia auriga agitat, currus por« tat? Doctor ergo qui mores populi et per « patientiam sustinet, et sacri eloquii verbum « docet, et currus dicitur et auriga; currus, « quia tolerando portat; auriga, quia exhor« tando agitat; currus, quia mala sustinet; « auriga, quia populum bonis admonitionibus « exercet. » Adde quòd hic currus, in quo vir apostolicus adumbratur, igneus esse debet, qualis etiam à poetis dicitur solis currus, qui quocùmque à spiritu versetur, omnia et splendore illustrat, et exurat flammâ. Quemadmodùm ex hâc historiâ Eliæ occasionem sumpserint poetæ gentiles, ut solem currui imposuerint igneo, diximus l. 3, c. 17.

In hâc historiâ multa sunt obscura, et à variis variè disceptata, quæ à nobis hìc accuratiùs disputentur oportet, quia et locus à nobis suo jure postulat, et multùm continet eruditionis arcanæ. Quare eâ de re plures instituemus quæstiones, in quibus tamen erimus breviores, quia alii hæc disceptavêre fusiùs, qui nos ex parte ab hoc onere levare poterunt. Quales sunt ex nostrâ societate Franciscus Suarez in 3 p. S. Thom. tom. 2, quæst. 59, disp. 55, sectione 1; Ribera in cap. 11 Apocalyps., Pereira lib. 3 in Gen. quæst. 5; Abulensis quæst. 24; latè Malvenda lib. 9 de Antichristo, et interpretes varii in Apocal. et in cap. 4 Malachiæ. Qui plerùmque conjungunt Eliam cum Henoch, quia cùm de utroque eadem sit ratio, eædem etiam de utroque disceptantur quæstiones. Nos hæc de Eliâ tantùm disputabimus; qui volet, hæc ad Henoch, quoad historiæ ratio patietur, accommodet.

Primò dubitatur, an equi et currus, quibus sublatus fuit Elias, verè fuerint ignei; quia ignei in Scripturâ dicuntur equi et currus, ideò ad ignis naturam consentaneè loquuntur Patres, quasi hic currus inflammet et urat, sicut de solis curru et equis locuti sunt poetæ qui in Phaetontis fabulâ et cœlum et terram inflammata putant. Ita Chrysostomus tom. 1 in homil. de Ascensione Eliæ. Neque novum est, ut talia dicantur aliqua, qualia hominum oculis apparent. Et ne ab hâc metaphorâ longiùs abeamus, ardere ea in Scripturâ dicuntur, quæ splendorem emittunt, qualem vibrat ignis; sic in Scripturâ, Nahum cap. 1, vers. 3, inaurati et splendidi Chaldæorum clypei ignei dicuntur, item et habenæ currus, et quæ millies vocatur columna ignis, illa splendida com-

muniter existimatur, ut etiam hìc putavit Abulensis quæst. 17, et clariùs super Exod. cap. 13, quæst. 14, et colligitur non difficilè ex illo Numer. capite 9, vers. 15 : « Igitur die quâ « erectum est tabernaculum, operuit illud nu- « bes. A vespere autem super tentorium erat « quasi species ignis, usque manè, sic fiebat « jugiter ; per diem operiebat illud nubes, et « per noctem quasi species ignis. » Neque hic modus profanis est infrequens, qui igneum appellant, aut flammeum, seu ardens id quod est splendidum ; sic Maro lib. 8 Æneid. :

Terribilem cristis galeam, flammasque vomentem,

Et lib. 10 :

Stans celsâ in puppi, clypeum tum deinde sinistrâ
Extulit ardentem.

Et iterùm ibidem :

Ardet apex capiti, cristisque à vertice flamma
Funditur, et vastos umbo vomit aureus ignes.

Et ad nostrum institutum accommodatiùs, nubes, qualis hìc existimatur esse igneus currus, ardere dicitur cùm fulget :

Qualis cùm cærula nubes
Solis inardescit radiis, longèque refulget ;

Ad hunc modum, qui currus nunc dicitur igneus, et ignei equi, nubes fuit splendidissima, in currus equorumque similitudinem efformata, quæ accepit Eliam, illumque medium amplexa est, ita ut in curru sedere ac vehi videretur. Ita Cajet. hìc, et Abulensis supra, quæst. 24, et ita mihi videtur esse dicendum, tum quia hic modus magis videtur facilis, et aliud evitat miraculum, quo et Elias in corpore adhuc passibili et mortali non comburitur, neque pallium ad Eliseum mittitur ustulatum : tum quia turbo non tam rapit ignem quàm nubem. Neque dicendi modus ab hâc expositione alienus est, quo quod splendidum est et rutilum, licet non ab igne, igneum vocatur, ut diximus. Et quidem currus ignei, et equi ignei, non erant illi qui, infra cap. 6, visi sunt stare contra inimicorum castra in circuitu Samariæ, ut docuit hìc Abulensis, et Cajet. in cap. sextum infra. Apparuerunt igitur in nube splendidâ equorum effigies et currus, deinde tota illa species evanuit, et tantùm mansit turbo, qui Eliam procul in mediâ nube ab Elisei oculis abripuit, ut putat Abulensis, neque mihi displicet.

Secundò dubitatur, quònam ab Elisei oculis abreptus fuerit Elias, et ubi nunc agat. Quæ de Eliâ nunc quærimus, eadem alii de Enoch, cujus eadem est ratio, disceptant. Et sanè multi sunt qui has disputationes otiosas esse atque inutiles putant, cùm res sit obscura magis quàm ut illam humana assequi possit intelligentia. Chrysostomus, homil. 21 in Genes. et hom. 22 ad Hebræos : « Multi (inquit) quæ- « runt quò translatus sit Henoch, et quare « translatus sit, et quare non fuerit mortuus, « nec ipse, nec Elias, et si adhuc vivunt, quo- « modò vivunt, et quali habitu ; sed superva- « caneum est ista quærere. Quòd verò transla- « tus sit iste, et assumptus ille, Scripturæ « dixerunt ; ubi autem sit, et quomodò, non « addiderunt, nihil autem ampliùs, quàm ne- « cessaria sunt, dicunt. » Cyprianus de Henoch lib. de Montibus Sina et Sion : *Translatus est* (inquit); *ubi? Deus scit.* Ex Scripturâ tantùm habemus Eliam ascendisse per turbinem ad cœlum, de Henoch Eccl. 44, translatum esse in Paradisum. Quo sensu hìc cœlum accipiendum sit, obscurum; quidam in significatione capiunt magis propriâ, et in *cœlo* beatorum intelligunt sedes. Sic Hieronymus Epist. 61 ad Pammachium : « Henoch translatus est in « carne, et Elias carneus translatus est in cœ- « lum, necdùm mortui, et paradisi jam co- « loni, habent quoque membra cum quibus « rapti sunt atque translati. » Et hoc ipsum de Henoch affirmat Ambrosius lib. de Paradiso, cap. 3. Plerique de cœlo aereo capiunt, sicut alibi millies in Scripturâ capiamus necesse est, et eorum nonnulli Eliam ut Henoch in aere nunc habitare credunt; sed errant omninò plus quàm infantiliter. Alii communiter et verè assumptos putant è terrâ, et per aerem in certum aliquem translatos locum, ubi nunc degunt, sicut Habacuc ab angelo translatus est per aerem in Babylonem, in quem tamen terrestrem locum, non conveniunt.

Illud plerique sentiunt, eodem in loco Eliam agere cum Henoch, atque adeò in paradiso statuunt, quia Henoch, Eccl. 44, in paradisum traditur esse translatus. Et cùm paradisus communi vocabulo locum significet amœnitatis eximiæ, qualis est hortus arboribus consitus, aut plantis odoratis, et per antonomasiam, locum ubi positus fuit à Deo, et à diabolo tentatus Adam, alii de priori modo accipiunt, et nihil definiri certum existimant ; sed in illustrem aliquem, et deliciosum locum, qui tamen mortalium nemini notus sit, ab humano consortio fuisse traductum. Ita Gregorius homil. 29 in Evang. : « In cœlum, inquit, « aerium Elias sublatus est, ut in secretam

« quamdam terræ regionem duceretur. » Idem etiam existimavit Rupertus lib. 3 de Trinitate cap. 33 : « Nusquàm, inquit, Scriptura dat « intelligi, quòd eos (Eliam et Henoch) tulerit « Deus in ipsum paradisum, ubi comederent « de ligno vitæ, et viverent in æternum; « sed ita sublati sunt, ut in secretâ quâdam « regione terræ ducerentur, ubi in magnâ « carnis et spiritûs quiete viverent, quòus-« que ad finem mundi redeant, et mortis « debitum solvant. » Et facit ad hanc sententiam, quòd licet in Paradisum, unde ejectus fuit Adam, locatus fuerit Henoch, tamen non ideò efficitur, Eliam in eum fuisse translatum, aut in eo Eliæ tempore degere Henoch, cùm diluvium totam illius loci amœnitatem abstulerit, et inter paradisum, et alia universi loca (nisi fortè ob communes alias causas, quibus una regio ab aliâ discernitur) aut nullum, aut exiguum discrimen appareat. Quòd enim generalis illa terrarum inundatio splendorem terræ et amœnitatem abstulerit, et tradunt è recentioribus multi, in quibus est Pereira lib. 3 in Genes. quæst. 5; Genebrardus in Chronico; Jansenius in Concordiâ, cap. 143; Oleaster in 2 cap. Genes. 2. Et docet ipsa rerum natura : quomodò enim cùm terra tamdiù esset aquis operta, conservare potuit speciem antiquam, aut quomodò non esset ab aliquo tam rara illa amœnitas deprehensa, maximè cum fluvii qui suas in paradiso scatebras habent, ad illum locum deducere potuerint ?

Sanè res est difficilis, neque ejusmodi (Augustino teste lib. 2 de peccato originali cap. 23) ut nobis credendi necessitatem afferat, ut notavit Franciscus Suarez supra, et Pereira nuper citatus. Sic autem Augustinus : « Quæstiones sunt in quibus salvâ fide, quâ « Christiani sumus, aut ignoratur quid verum « sit, aut sententia definitiva suspenditur, aut « aliter quàm est, humanâ et infirmâ suspi-« cione conjicitur, veluti cùm quæritur ubi « nunc sunt Elias et Henoch, an in paradiso, « an alibi : quos tamen non dubitamus, in « quibus nati sunt corporibus vivere. »

Si extat nunc paradisus, quod aliqui verum esse putant, neque fortassè falsò, ibi nunc agere Henoch et Eliam neque ego dubitarem, neque ullus nisi in opinando foret audacior, quia ea est communis opinatio, simul esse Eliam et Henoch, et simul suavissimos dies ducere, et mutuos inter se conferre sermones, quâ de re postea; sed in paradisum translatum esse Henoch, id est, in locum ex quo protoplastus expulsus est homo, qui ὀνομαστικῶς paradisus vocatur, satis constat ex Eccl. c. 44. Sed licet illustris illa species et amœna generali totius mundi vastatione perierit, tamen verisimile est post illam universi deformationem et cladem, nullam esse regionem fortunatam aut ornatam magis illâ, in quâ ante diluvium fuerat paradisus. In quâ verisimile est vixisse Henoch, etiam postquàm splendorem pristinum amisit. Qui locus appellari potest paradisus, ab antiquâ specie et nomine, quod habuit, sicut alia multa, quibus licet nominis ratio propria defuerit, nomen tamen antiquum in magnâ rerum mutatione conservant. Quo sensu explicari possunt è Patribus non pauci, qui in paradiso dicunt esse duos hosce principes, ubi aliquando in deliciis vixit homo primus. Sic Irenæus lib. 5 contra hæreses cap. 5, quod confirmat testimonio presbyterorum Asiæ, qui dicunt se id ab Apostolis accepisse; Isidorus libro de Vitâ et Obitu sanctorum cap. 3; Hieronymus Epist. 61 ad Pammachium; Justin. quæst. 85 ad orthodox.; S. Thom. 3 p., quæst. 49, art. 5, ad 2; et primâ parte, quæst. 102, art. 2, ad 3, quod ex interpretibus tenent Abulensis hìc q. 23.

Tertiò dubitatur quid nunc in paradiso agant Elias et Henoch. Quæstio hæc nihil fermè habet præter conjecturas. An Dei nunc aspectu fruantur, dicemus statim; Dei tamen frui consortio docet Hieronymus Epist. 61. Quòd verò angelorum familiaribus fruantur alloquiis, quasi jam quodammodò illis concives et contubernales, utpote ab hominum comitatu separati, et in aliquâ humanâ conditione sublimiora expeditiùs intenti, docet Metaphrastes sermone de Eliâ, quem apud Surium invenies ad diem 20 julii. « Elias, « inquit, ne in hodiernum quidem diem mor-« tis fecit periculum, sed assumptus manet « expers senii, qui, ut arbitror, unà versatur « cum angelis, quorum incorruptionem et « materiæ vacuitatem per puram vitam est « imitatus. » Satis ergo habent viri illi sanctissimi dùm angelicis fruuntur alloquiis, mirisque rerum illustrationibus fruuntur, quo se oblectent, et quo diuturnam illam moram, non solùm patienter, sed etiam perquàm suaviter ducant. Quòd si illi humana curant adhuc, deque humanarum rerum statu edocentur ab angelis, qui non semper optimus est, semperque varius, neque deesse poterit materies, de quâ familiaris instituatur sermo,

neque quid doleat, aut curet, Dei et gentis suæ maximus zelator Elias, qui licet abstractus à suis, non tamen de illorum salute curam abjecit. Si enim Jeremias in loco et statu non magis ad orandum idoneo, in sinu videlicet Abrahæ, orabat tamen pro laborante populo, cur non idem de Eliâ, qui adhuc erat in vivis, licet à vivis procul existimandum? De Jeremiâ sanè habemus 2 Machab. 15, v. 14: *Hic est fratrum amator et populi Israel; hic est qui multùm orat pro populo et universâ sanctâ civitate, Jeremias propheta.* Nec est verisimile ignorare duos hosce principes, quid rerum fiat in mundo, in quo adhuc ipsi morabantur, maximè enim de populo, et pro illius salute fuisse sollicitos, cùm nôssent optimè quam ob causam ad illum locum essent delati, nempe ut sese maximæ hominum pesti, Antichristo videlicet opponerent, et illius dissolverent consilia, et quæ mortali hominum generi intulisset damna, restituerent. Quasi ipsi quodammodò redemptores essent futuri, et corporali morte ab æternâ vindicaturi eos quos Antichristi seduxissent illecebræ, aut vis et metus à recto transvertissent. Quasi ergo ad se quodammodò communis salus pertineret, de illâ frequentes ac longos existimari possunt contulisse sermones. Sanè Elias non videtur ab hominum convictu separatus, abjecisse curam cognati sibi populi, quando non longè à translatione suâ litteras dedit ad Joram, antiquos spiritus, id est, minaces et zelotypos, anhelantes, ut habes lib. 2 Paralipomenon cap. 21, vers. 12: *Allatæ sunt autem ei* (Joram) *litteræ ab Eliâ prophetâ*, etc.; et licet multi de tempore quo scriptæ sunt hæ atque datæ litteræ dubitârint, tamen non est improbabile in paradiso scripsisse litteras, easque angelorum ministerio ad regias manus esse translatas. Ita putat Malvenda lib. 9, cap. 2, et quidam ex Hebræorum mag'stris; dicitur apertè in Seder Olam cap. 17, ubi Elias septennio postquàm esset translatus, misisse traditur è cœlo litteras ad Joram. Sed de tempore nihil hìc definio; tantùm dico id mihi videri non improbabile.

Quartò dubitatur an Elias et Henoch nunc divino fruantur aspectu. Quâ de re variæ sunt sententiæ, et varii Patrum dicendi modi, qui rem dubiam relinquunt et implexam. Ex antiquis Procopius Gazæus in Genes. duobus hisce principibus gloriosa attribuit corpora, et beatam animam, cui ex recentioribus subscribit August. Eugubinus in cap. 2 Genes.: « Si hi, inquit, (nempe Elias et Henoch) cum « corpore assumpti sunt, arbitror ibi positos, « ubi Jesus cum corpore versatur, in cœlo « utique. » Idem fermè Catharinus opusc. de consummatâ gloriâ Christi. Sed est communis aliorum sententia illos nondùm eam beatorum felicitatem esse consecutos; ita aut expressè asserunt, aut indicant non obscurè antiqui Patres, ex quibus Tertullianus lib. de Resurrectione carnis cap. 58, non æternitatis compotes, sed æternitatis candidatos appellat, id est, qui in eo sint statu, ut ab æternitatis possessione non excidant, cui jam videntur aut proximi aut affines. Augustinus de peccator. Meritis et Remiss. cap. 3, cujus verba statim adducemus, et lib. 9 Genes. ad lit. cap. 6: « Neque enim arbitrandum est Eliam « vel sic esse jam, sicut erunt sancti, quando « peracto operis die denarium accepturi sunt. » Nazianzenus oratione 34, sic dubitat, ut tamen eò magis videatur propendere, ut putet nondùm esse compotem felicitatis æternæ: sic autem, ille longè post medium: « Henoch « autem quamvis translatus fuerit, nondùm « tamen constat, an Dei naturam comprehen- « derit, aut comprehensurus sit. » Neque abest aut conjectura optima, aut optimum ex Scripturâ sacrâ fundamentum. Quæ Franc. Suarez adducit tom. 2, in 3 p. S. Th. disp. 55, sect. 1. Primùm, quia Scriptura negare videtur quemquam viventem in hâc mortali vitâ visurum esse Deum. Exod. 23, v. 20: *Non enim videbit me homo, et vivet.* 1 ad Timoth. ultimo: *Quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest.* Scio scholasticos Doctores disputare an Moyses et Paulus divinam viderint essentiam, et eorum multis partem affirmantem, aut veram, aut certè non improbabilem videri; sed si ita concedamus, res tamen in Eliâ erit longè diversa, quia illis ad modicum tempus datum est, ut visione divinâ fruerentur, idque non sine aliquo, eoque gravi fundamento asseritur. At Eliæ et Henoch, ad diuturnum tempus dicitur esse concessum; neque tamen fundamentum habemus quod cogitationem istam utcumque sustentet. Quòd si hi duo viri Antichristi ætate, dùm causam tuentur piam, et quæ Antichristi machinis collapsa fuerunt, studiosè restaurant, occidendi sunt, ut communiter dicunt Patres et interpretes, ad illud Apocalyps. 11, v. 7: *Et cùm finierint testimonium suum, bestia quæ ascendet de abysso, faciet adversùs eos bellum; et vincet eos, et occidet illos.* Quis credat si

beatitudine fruerentur, talia esse passuros, quæ tam absunt à beatitudine longè, quæ aliquid sonat tum perpetuum, tum acerbitatis omnis atque doloris expers?

Est quidem illis omninò concedendum aliquid, quod non assequitur mortalis hominum et terrena conditio, cùm alia sit illis vivendi ratio, status alius longè dissimilis. De quibus August. lib. 9 Genes. ad litteram cap. 6 : « Neque enim, inquit, arbitrandum est Eliam vel « sic esse jam, sicut erunt sancti, quando per« acto operis die denarium accepturi sunt; « vel sic quemadmodùm sunt homines qui ex « hâc vitâ nondùm migrârunt. Jam itaque ali« quid meliùs habet, quamvis non habeat, quod « ex hâc vitâ rectè gestâ in fine habiturus sit. » Ex eo, quod præter communem hominum conditionem et statum habent, oritur ne corpus sit aut obnoxium morbis, aut senectute languidum, aut minùs vegetum ac robustum, quàm cùm ex hominum cœtu communique vivendi formâ fuêre translati. Ita Augustinus hoc ipso loco : « Si Elias et Henoch in Adam mortui, « mortisque propaginem in carne gestantes, « quod debitum ut solvant, creduntur redituri « ad hanc vitam, et quod tamdiù dilatum est « morituri; nunc tamen in aliâ vitâ sunt, ubi « ante resurrectionem carnis, antequàm ani« male corpus in puritate mutetur, nec morbo, « nec senectute deficiunt. » etc. Idem dixit lib. 1 de peccatorum Meritis cap. 3.

De illorum alimento dubitant Patres, et, quod necesse est, incertis tantùm ducuntur conjecturis. Angelorum ministerio aut alio quodam miraculoso modo allatos esse cibos, quibus tamdiù vitam viresque sustentant, non est improbabile, sicut ante Elias cùm vitam ageret ærumnosam, et magis indigentem, singulari quâdam et admirabili providentiâ sustentatus est, primùm à corvis, deinde farinæ atque olei in domo viduæ succrescente copiâ. Augustinus lib. 1 de peccator. Meritis, c. 3, non putat incredibile ex arborum fructibus, quæ tunc erant in paradiso, habuisse cibos, quibus deficientem naturam repararent, et de ligno vitæ contra vetustatem singulare remedium. Hoc verò postremum de ligno vitæ non improbat S. Th. 2, disp. 29, q. 1, art. 5, ad 4, dùm ait aliquos ita credidisse; verùm id difficile creditu est, cùm non constet extare adhuc paradisum, nedùm lignum quod naturæ familiare decrementum reficeret. Quæ sententia multùm apud me probabilitatis habet.

Sed est mihi multò verisimilius in eo statu nullo uti humano cibo duos hosce viros, sed impastos tamdiù vitam vegetam et robustam miraculosè conservare. Ita Augustinus lib. 1 de peccator. Meritis, c. 3 : « Neque his, inquit, « cibis egent, qui suî consumptione reficiunt; « sed ex quo translati sunt, ita vivunt, ut si« milem habeant satietatem illis quadraginta « diebus, quibus Elias ex calice aquæ et ex « collyridâ panis sine cibo vixit. » Et tenet Franciscus Suarez tom. 2 in 3 p. S. Th. disp. 55, sect. 1, et idem, arbitror, Hieronymus sentit, licet obscuriùs, Epist. 6 ad Pammachium : « Henoch, inquit, translatus est in carnem; « Elias carneus raptus est in cœlum, necdùm « mortui, et paradisi jam coloni, habent quoque « membra cum quibus rapti sunt atque trans« lati, vescuntur cœlesti pane, et saturantur « omni verbo Dei. » Et paulò inferiùs : « He« noch et Elias tanto tempore in eâdem per« manent ætate, quâ rapti sunt; habent dentes, « ventrem, genitalia, et tamen nec cibis, nec « uxoribus indigent. » Hoc Hieronymi testimonium ideò minùs videtur habere firmitatis, quia sentire videtur eo loco Hieronymus duos hosce viros esse in cœlo, fruique divino consortio, quod illis cibi usum præstat, et omne deficientis naturæ subsidium. Idem penè Epiphanius hæresi 64 : utcumque sit de sententiâ Hieronymi et Epiphanii, sanè ratio docet, ita et potuisse fieri, et quodammodò debuisse. Nam si cùm in eo statu foret Elias, qui multò magis aberat à beato, quadraginta diebus sic jejunus fuit, ut gustaverit nihil, quod etiam priùs ad montem Sinai Moysi contigerat, Exod. 34, quid mirum si hoc idem contigerit Eliæ, qui ab hominum societate distractus illam agebat vitam, qualis decebat eum qui jam erat, ut dicebat Tertullianus, æternitatis candidatus, et beatorum vitæ aliquod modo affinis.

De vestimentis aliisque necessariis subsidiis, blandimentisque naturæ omnia sunt incerta, qualia sunt tondere comas, resecare ungues et similia. Quâ de re latè Abulensis q. 24. Sanè nisi illi nudi agant in paradiso, sicut Adam, quem suæ nuditatis in illo meliori statu non pudebat, existimare quis posset non insipienter, eas nunc servatas esse vestes integras prorsus, quas illi in paradisum ab hominum consortio distracti, secum abstulerunt, neque excrevisse ungues et capillos, aut aliquid aliud, quod illis potuerit esse molestiæ. Nam si Hebræo populo in longâ trajectione per desertum neque vestimenta consumpta sunt, neque calceamenta detrita, cur negemus hoc illis esse

concessum, quos Dominus sic ab hominibus absumpsit ut ab illis usum nullum habere potuerint, et ad ardua rerum molimina reservavit? Quare de rebus omnibus illis commodatum oportuit. Quòd si (ut Hieronymus Epist. 61, longè post medium, putat) Israelitæ in deserto per annos quadraginta neque unguium, neque capillorum incrementa senserunt, quid vetat hoc idem duobus his viris in paradiso concedere, maximè si nullis uti aut indigere cibis concedamus, quæ nihil existimantur esse aliud quàm redundantia nutrimentorum excrementa?

Quintò dubitatur an Elias et Henoch in statu sint merendi, reque verâ in paradiso mereantur. Res est dubia, neque aliquid habet quod sequamur, præter conjecturas. Quidam illos toto illo tempore meruisse, et ad finem usque mundi merituros putant. Ita putant Abulensis hìc q. 24, et in c. 25 Matth. q. 566; Viegas in c. 11 Apoc. com. 5, sect. 4; Henriquez lib. ultimo de Fine hominis c. 23; Tenas in c. 11 ad Hebræos disp. 4, sect. 3; Malvenda l. 9 de Antichristo c. 5. Alii quidam omninò negant, quia licet nondùm assecuti fuerint terminum vitæ, sic tamen sunt sedati seu sopiti turbidiores animi motus, ut nulla sit reliqua vincendi seu pugnandi materies, quo singulari privilegio seu dispensatione quodammodò extracti videntur è viâ, et quasi in illius termino constituti. Ita putat Gabriel Vasquez 12, disp. 216, c. 1, probabile putat Pereira l. 7 in Genes. disp. de Henoch. q. 5; Francisc. Suarez, tom. 2 in 3 p. disp. 55, lect. 1; Luisius Turrianus in 2-2 S. Th. q. 2, a. 9, disp. 31, dub. 2, ubi negat condignum meritum, congruum admittit. Rationes illæ adducuntur præcipuæ, quia illi extra agonem sunt, neque ab internis animi motibus, quos sedatos habent et rectæ rationi obtemperantes; neque ab externis stimulis ac injuriis, aliquid habent adversum quod patiantur. Deinde, quia si toto illo tempore, quod longissimum fuit (nam Henoch saltem mortalis vita ipsam propè seculorum ætatem adæquabit, quia cum ipso ferè mundo cœpit, et cum ipso desinet) continens sit illius meritum, aliorum sanctorum et beatæ Virginis superabit merita, quod concedet nemo. Scio hanc rationem multis non adeò videri gravem, ut infirmari non possit. Nam licet plures fuerint numero in Henoch et Eliâ charitatis actus, at in beatâ Virgine usque adeò fuerunt intensione ferventes, ut unus multa aliorum millia longis excederet intervallis, sicut auri libra naturâ suâ et pretio plurimas vilioris metalli libras excellit; deinde, quia sicut in Eliâ et Henoch servatæ non sunt plurimæ naturæ leges, sic etiam neque in meritorum termino et modo. Hanc Suarez adducit rationem, quam putat aut propriam aut præcipuam : « Ratio, inquit, propria petita est ex « divinâ ordinatione, ex quâ pendet, ut tempus « meriti vel demeriti sit hominibus definitum « pro statu vitæ mortalis. Quanquàm verò hi « duo mortui non sint, tamen translatio divi- « nitùs facta quoad hunc effectum, tanquàm « mors illi reputata est. »

At dices, si ita statuamus, duriùs actum videri cum his tantis viris, et multò inclementiùs quàm cum quolibet è viris justis, qui aut jam Deo fruuntur in cœlo, aut in terrâ, tanquàm viatores et æternitatis candidati, rectam viam ad cœlum ingressi sunt. Illi enim licet mereri desierint, fruuntur tamen beatificâ visione, bono videlicet incomparabili; hi verò licet hâc visione aliquando careant, illius tamen desiderium eâ ratione consolantur, quia interea majori meritorum cumulo, majus sibi quotidiè beatitudinis incrementum acquirunt. At hi ita hoc tanto bono carent, ut nullo interea lucro ditiores fiant, ereptâ sibi merendi facultate. Fateor, gravis est hæc ratio, neque parùm cogitationem nostram premit in oppositum : neque tamen deest quid ad objectionem opportunè respondeam. Primùm non detineri hos sanctos Deique amicos homines in paradiso tanquàm in carcere, aut in hospitio parùm instructo, sed in domo planè regiâ, et beatorum domicilio, si ulla usquàm in terris, affini ac proximâ. Ibi enim nulla pugna, nulla sollicitudo ac pavor, cùm eò non aspirent hostiles insidiæ, neque externa aliqua vis, quæ pacem turbet, aut otium interrumpat; cùm non ampliùs timere possint fluctus illos, ex quibus jam in tranquillum portum emerserunt; cùm sedati sint animi turbidiores motus, quibuscum viri sancti bellum gerunt implacabile et durum. Magna sunt hæc, et quæ felicitatis æternæ aliquam præ se speciem ferunt et partem non exiguam. Adde quòd cùm in atriis excubent domûs Domini, id est, cœlo proximi vivant, magna quotidiè hauriunt oblectamenta de cœlo. Est illis cum angelis familiare commercium, quos habent sic frequentes et assiduos, sicut habuit quondam Jacob, cùm in terrâ positus ascendentes per scalam angelos et descendentes videbat, à quibus illum accipiebant cibum, qui cœlestes secum asportaret delicias, quo multò reficiebantur jucundiùs, quàm eo quo splendidas instruit mensas, et magnis sibi parat lau-

pendiis lautorum hominum delicata gula. In hunc sensum accipi posset illud Hieronymi Epistolâ 61 sæpiùs citatâ : « Vescuntur, inquit, « cœlesti pane, et saturantur omni verbo Dei, « habentes eumdem Dominum quem et cibum. » Epiphanius hæresi 64, non longè à fine, dicit Eliæ spiritalem esse carnem, quia spiritali pascitur neque corporalem appetit cibum, perinde atque si abstractus foret ab omni concretione mortali : « Elias, inquit, est adhuc in carne, « carne autem spirituali, et non opus habente, « ut per corvos nutriatur, velut cùm in hoc « mundo fuit, et ut de torrente Carath bibat, « et pellem ovilem induat, sed ut nutriatur « alio quodam spirituali alimento, cujus suppe- « ditator est, qui occulta cognoscit, et invisi- « bilia creavit Deus; ambrosiam quamdam ac « incorruptibilem cibum habens. » Aug. lib. 9 Genes. ad litteram, c. 6, ait : « Elias licet non- « dùm habeat quod sancti, qui jam peracto « cursu suorum operum in cœlis fructum per- « ceperunt, habet tamen melius quàm homi- « nes, qui nondùm ex hâc vitâ emigrârunt. » Bernardus serm. 6 de Ascensione, abundare cœlestibus bonis affirmat, et carere omnibus tam animi quàm corporis incommodis, cùm neque senectute conficiantur aut marceant, aut morbo languescant, aut ullo tententur dolore, aut cum turbidis motibus, quorum est grave periculosumque certamen, conflictantur: « Felices, inquit, viri, per quos divina ascensio « legitur præsignata; Henoch raptus, transla- « tus Elias. Felices planè qui soli jam Deo vi- « vunt, soli vacant intelligendo, diligendo, « fruendo. » Idem penè Tertul. de Resurrect. carnis c. 58, qui illis immunitatem tribuit ab omni vitio, et omni damno, et ab omni injuriâ et contumeliâ carnis. Hæc magna sunt bona, quæque à beatorum statu non valdè recedunt; sed audi quàm longè absint à pugnâ, aut ab his quæ in naturâ mortali existimantur incommoda : statim enim addit : « Neque enim cor- « pora quæ corrumpuntur, illas aggravant « animas, aut terrena inhabitatio sensus eorum « tanquàm multa cogitantes, deprimit, qui cum « Deo ambulâsse noscuntur. Factum (id est, « sublatum) est impedimentum omne de medio, « occasio universa sublata, materies nulla re- « licta est, quæ eorum affectum aggravet, « vel deprimat intellectum. Nam et priorem, « id est, Henoch ob hoc raptum Scriptura com- « memorat, ne fortè vincat malitia sapientiam, « et intellectus ejus vel anima ultra decipi « valeat, aut mutari.

Adde quòd, ut benè Suarez supra, credibile est hos duos viros in gratiâ fuisse confirmatos, quia non videtur æqua justaque conditio ut commereri non possint, ad augendum bonorum cumulum, peccare possint, ut à gratiâ excidant, et quam ante meruerant beatitudinem amittant. Neque est improbabile hoc ipsum illos non latere. Quare cùm nihil triste pati aut timere possint, et cœlestibus quotidiè consolationibus afficiantur, non videtur cum illis tam actum iniquè atque inclementer, sicut alii putant, qui contra sentiunt.

Dubitatur sextò an Elias venturus sit ad finem mundi ut quæ Antichristi labefactaverit improbitas, restauret. Hoc idem de Henoch quærunt disputantque theologi; nos de uno tantùm agemus Eliâ, quod nostri instituti est, licet quæ de hâc extremâ seculorum ætate de Eliâ dicuntur, in Henoch, laboris et instituti socium, illa quoque conveniant. De Eliâ est illud Malachiæ cap. 4 : *Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequàm veniat dies Domini magnus et horribilis;* et Septuaginta in codicibus à Sixto correctis legunt : *Mittam vobis Eliam Thesbitem.* Quem in locum nos latè in illius loci Commentariis, quæ hùc conferre libet, quia non minùs hìc quàm illìc opportuna. Multa hìc Patres de Eliâ, et de illius adventu, ut in diem judicii ea in Judæorum genere restituat, quæ Antichristi violentiâ et fraude collapsa sunt. De quibus præter Malachiæ interpretes, et illorum locorum Evangelii, quæ Joannem Baptistam Eliam esse dicunt, vide Franciscum Suarem, tomo 2 in 3 parte S. Th. q. 59, disp. 55, et Malvendam de Antichristo l. 9, c. 6. Et primò statuendum est contra quàm nonnulli existimârunt, Eliam, de quo hoc loco Malachias, non esse Joannem, neque contra graviter urget locus ille Matth. c. 17, et Marci c. 9 : *Interrogaverunt eum* (Christum) *discipuli dicentes: Quid ergo scribæ dicunt, quòd Eliam oporteat primùm venire? At ille respondens ait eis : Elias quidem venturus est, et restituet omnia. Dico autem vobis, quia Elias jam venit, et non cognoverunt eum. Tunc intellexerunt discipuli, quia de Joanne Baptistâ dixisset eis.* Nam ex usu Scripturæ talis aliquis dicitur, qualis ille dicitur, cujus exprimit mores et ingenium. Quo modo Ezech. cap. 16 Chananæa vocatur Jerusalem, quia Chananæorum mores imitatur; et Joannes Epist. c. 2 : *Nunc Antichristi multi facti sunt,* id est, qui Antichristi meditantur studia, et Ecclesiam Christi persequuntur. Hoc modo Joannes vocatur Elias,

quia illius imitatus est zelum, et pro Ecclesiâ Christi et Christi nomine laboravit: neque minùs constanter proposito capitis periculo reprehendit Herodem, quàm Elias Achab. Et sanè hoc ipso loco docet Christus dùm venturum dicit Eliam, cùm tamen jamdudùm venisset Joannes. Priori autem loco locutus est propriè de Eliâ; posteriori de Eliâ mysticè, et de Baptistâ figurato et vero: de illo dixit venturum esse, de hoc jam venisse. Et clariùs Matth. cap. 11, v. 14, ubi sic de Joanne: *Si vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus est,* ubi duos sine dubio proponit Elias, alterum proprium, qui venturus est ante secundum Christi adventum, alterum figuratum, qui ante primum. Et quidem venturum esse Joannem in spiritu et virtute Eliæ, et quasi futurum alterum Eliam, dixit Angelus ad Zachariam parentem, Lucæ cap. 1, v. 1: *Et ipse præcedet ante illum in spiritu et virtute Eliæ.*

Quare dubitandum non est de Eliâ propriè et verè agere Malachiam, quod docet apertè Septuaginta translatio in codicibus à Sixto correctis, qui ita vertunt: *Et mittam vobis Eliam Thesbitem.* Sed est alius locus maximè illustris, qui nullo modo dubitare nos sinit, Eccl. c. 48, v. 10, ubi sine dubio in hunc Malachiæ locum intentus, dixit iisdem penè verbis omnia fermè quæ nunc Malachias: *Qui receptus est in turbine ignis, in curru equorum igneorum, qui inscriptus est in judiciis temporum, lenire iracundiam Dòmini, conciliare cor patris ad filium, et restituere tribus Jacob;* ut nemo dubitare potest ab Ecclesiastico nunc Eliam designari, sic neque à Malachiâ, cujus ibi videntur verba numerari. Quòd verò Elias Christi posteriorem adventum præcessurus sit, qui collapsa restituat, communis est Patrum interpretumque sententia, quos non refero, ne longum texam auctorum catalogum, tu vide quotquot in hunc Malachiæ locum, et in Matth. c. 17, et in Apocal. c. 11 commentarios ediderunt, qui plurimi sunt, et communiter docent, cum Eliâ simul Henoch esse venturum. Loca præcipua, quibus firmatur ista sententia, sunt quæ à nobis nuper adducta sunt: nempe hoc Malachiæ testimonium, et quod ad illos respectantes exhibuerunt, Ecclesiasticus c. 48, et Christus, Matth c. 17, cùmque eâ de re latè ab auctoribus disputatum sit, jure videor ab hoc negotio supersedere posse.

Quòd autem in illo extremo cruentoque conflictu occidendus sit simul cum Henoch, tenent communiter interpretes, tum alibi, tum maximè ad illud Apocalyps. 11: *Et dabo duobus testibus meis, et prophetabunt diebus mille ducentis, amicti saccis.* Hi duo, ut communis est sensus, Henoch sunt et Elias; *hi habent potestatem claudendi cœlum ne pluat diebus prophetiæ ipsorum, et potestatem habent super aquas convertendi eas in sanguinem, et percutere terram omni plagâ quotiescumque voluerint.* Hæc Deus sanctorum virorum admiranda prodigia præstigiosis et falsis Antichristi miraculis opponet. *Et cùm finierint testimonium suum, bestia quæ ascendit de abysso, faciet adversùs eos bellum, et vincet illos, et occidet eos, et corpora eorum jacebunt in plateis civitatis magnæ.* Hæc erit mors, imò veriùs dies natalis Eliæ, quæ magno quodam incremento superiora merita cumulabit. Neque enim si, dùm in paradiso vixit, expers fuit agonis et meriti, sic extra illum quando ad certamen prodiit, caruit etiam merendi facultate. Quis enim credat strenuum illud studium, quo in collapsi populi instaurationem incubuit, et vitam in Domini causâ tam prompto atque hilari animo profusam, caruisse merito, neque ullam postea obtinuisse mercedem? Placet igitur quod Franciscus Suarez supra docuit, interruptam fuisse in Eliâ, non ablatam merendi facultatem. Ait verò fuisse in statu merendi, et in gratiâ crescere potuisse ad illud usque tempus, in quo translatus est, et ad eumdem statum merendi rediturum, quando iterùm ad secundum Christi adventum præcursor, et detrimenti per Antichristum allati reparator adveniet. Hæc nos pro materiæ difficultate pauca de Eliâ, pro nostro instituto plus fortassè satis attulimus, plura alii. Neque ita in eâ parte, quæ de meritorum agit facultate, nostra probamus, ut aliorum, qui contra sentiunt, sententiam improbemus, quæ neque caret bonorum auctorum testimoniis, neque gravium desiderat momenta rationum.

Et non vidit eum amplius, apprehenditque vestimenta sua, et scidit ea in duas partes. Ex quo ex Elisei oculis se subduxit Elias in igneo curru, non iterùm apparuit, neque, credo, cuipiam hominum visus est, aut videbitur unquàm, donec tandem ultimum seculorum tempus adveniat. Neque prævisus, et fortassè non semel ante ploratus magistri discessus efficere potuit, ne grave esset et quasi inopinatum illius desiderium. Quare fecit Eliseus, quod solent illi quos gravis aliquis et inexpectatus dolor invasit. Solent enim vestes discindere; ut sæpè diximus, maximè lib. 2, c. 1, ubi hoc

ipsum fecisse dicitur David in Saülis exequiis. Hanc reor esse causam vestis in eo articulo ab Eliseo disruptæ, non quia videret sibi ab Eliâ ipso digressu de pallio provisum. Ut quid enim homo inops pallium perderet, quod fratribus egenis integrum usui esse poterat? Rupit itaque pallium, vel ut pium pro parente sublato dolorem ostenderet, vel ut suo sibi dolori, ab illo familiari tegumento nudus, satisfaceret.

Vers. 13. — Et levavit pallium Eliæ quod ceciderat ei. Spiritum accepit prophetalem Eliseus ab Eliæ pallio lib. 3, c. 19, quo videtur primùm initiatus et quasi inauguratus ad prophetale munus, cum eodem pallio nunc duplicatum accipit spiritum, et quasi alter creditur à seipso. Neque jam videtur Eliseus, qui ante, sed Elias, in quem videtur repentè transformatus, utpote novis jam idoneus intelligentiis, et miraculorum patrator egregius. Neque fortuitò cecidit Eliæ pallium, quasi illud in discessu ascensuque ignei currûs, minùs servâsset propheta diligenter, sed magno Dei consilio, ut pignus haberet Eliseus dati sibi spiritûs, et quoties pallium videret Eliæ, parentis sui subiret memoria, et seipsum ad illius exprimendam imaginem incitaret. Quod optimum religiosis hominibus documentum est, qui ubi primùm religiosum institutum amplexi sunt, suos debent mores prorsùs exuere, et illos in seipsis ad vivum exprimere, quos informant illi, quorum gestant habitum, et quos habent in novo vivendi genere duces et magistros.

Vers. 14. — Percussit aquas, et non sunt divisæ (1), et dixit : Ubi est Deus Eliæ etiam nunc ? Percusserat supra Elias Jordanis aquas pallio suo, atque ita diviserat ut siccum reliquerit alveum ad transmissionem expeditam et

(1) Sic et Sept. Hæc tamen verba desunt in Hebr. et Chald., sed subintelliguntur : ideò enim Eliseus secundò percussit aquas, quia primâ percussione non fuerant divisæ. Noluit enim Deus in primâ aquas dividi, ne novus propheta Eliseus ex patrato miraculo superbiret de novo suo spiritu, sed per preces ad Deum recurreret ; rursùs ut sciret se hanc aquarum divisionem, cæteraque miracula secutura non suis, sed Eliæ meritis obtinere. Ita Abul. et Cajetan.

Ubi est Deus Eliæ etiam nunc? Hebr. et Sept., *etiam ipse*, qui scilicet semper idem est, fidelis, omnipotens, et servos suos se invocantes exaudiens. « Non quòd Deum putaret absen« tem, sed quia præsentiam ejus in beneficiis « requirebat, » ait S. Ambr. in psal. 37. Unde Chald. vertit : *Suscipe petitionem meam, Domine Deus Eliæ etiam ipse.* Hoc est primum Elisei miraculum, scilicet quòd pallio Eliæ percutiens Jordanem, eum diviserit et sicco pede transierit. Nota pro, *etiam ipse*, Hebr. est, *aph hu*, quam vocem Hebræam retinent Septuaginta, vertuntque ἀφφώ (quam proinde perperàm Theodor. accipit ut Græcam, vertitque *occultum*), quasi illud sit nomen proprium Dei. Dei enim nomen est illud : *Ipse est qui fecit nos, ipse fecit cœlum et terram, ipse est Dominus Deus noster ; hu* enim derivatur ab *haia;* quare idem est quod *Jehova*, sive ὁ ὤν, id est, *qui est*, Exodi 3, v. 6. (Corn. à Lap.)

Elisée prit le manteau qu'Elie avait laissé tomber. Il en frappa les eaux, et elles ne furent point divisées. Alors il dit : Où est maintenant le Dieu d'Elie? Naturellement il vient dans l'esprit que ce fut par une espèce de défiance qu'Elisée, voyant que l'eau du Jourdain ne s'était point retirée, lorsqu'il la frappa avec le manteau que son saint maître lui avait laissé, s'écria : *Où est maintenant le Dieu d'Elie?* Mais ce n'est point la manière dont les interprètes et les Pères même l'ont expliqué. Car ils témoignent que Dieu n'ayant point voulu lui accorder si promptement ce miracle, pour empêcher qu'il ne se glorifiât peut-être de ses grands dons, et qu'il ne se les appropriât en quelque sorte, au lieu de les rapporter à leur principe, il se sentit obligé d'élever son cœur vers celui de qui découlent toutes les grâces différentes sur les hommes, et qu'ainsi, lorsqu'il s'écria : *Où est maintenant le Dieu d'Elie?* ce n'était pas, comme le dit saint Ambroise, qu'il crût que le Dieu d'Elie fût absent, mais qu'il témoignait par là désirer qu'il voulût bien lui faire sentir sa présence par ce miracle qu'il lui demandait. *Non quòd putaret absentem, sed quia præsentiam ejus in beneficiis requirebat.* Et l'on peut bien ajouter sans doute à ce que dit saint Ambroise, qu'Elisée pressa le Seigneur de lui accorder cette grâce, afin qu'il parût à tous les disciples des prophètes qui le regardaient de loin, qu'il était véritablement l'héritier des dons d'Elie, et que ce serait par la vertu de son esprit, ou pour mieux dire, par la vertu de l'Esprit de Dieu, qu'il opérerait tous ces prodiges, comme c'était par l'attouchement de son manteau qu'il prétendait obtenir que l'eau du Jourdain se divisât et lui ouvrît un passage. Car c'est ce qu'il semble qu'il est aisé de juger par la suite du texte sacré, qui dit *que les enfants des prophètes l'ayant vu passer ainsi le Jourdain, dirent : L'esprit d'Elie s'est reposé sur Elisée.* Ainsi, bien loin que ce cri qu'il fit pour demander *où était le Dieu d'Elie,* fût une marque de son peu de foi, il devint plutôt une preuve de sa grande humilité. Quant à ce que dirent ces disciples des prophètes, *que l'esprit d'Elie s'est reposé sur l'esprit d'Elisée*, saint Augustin dit fort bien qu'on ne doit pas l'entendre grossièrement, comme s'ils avaient cru que le propre esprit d'Elie l'eût quitté pour venir remplir Elisée, ce qui est extravagant à penser, mais que l'Esprit-Saint, qui avait agi par le ministère d'Elie, agissait alors par Elisée, sans néanmoins quitter l'un pour animer l'autre, et sans être moindre dans Elie, pour s'être communiqué à son disciple, puisqu'étant Dieu, il peut être en tous autant qu'il le veut, selon la mesure de la grâce qu'il leur donne. (Sacy.)

facilem ; hoc idem tentavit Eliseus ut experimento disceret spiritum Eliæ duplicem sibi fuisse concessum. Quare eodem quo nuper Elias pallio percussit Jordanis aquas, quæ tamen divisæ non sunt, vel quia curiosè, quid sibi fuisset à Domino concessum explorare voluit, vel quia insolentiùs sibi ipsi de duplicato spiritu blandiebatur. Quare subindignans, quòd res non sibi successisset ex voto, et de Deo potiùs quàm de Eliâ, conquestus, quòd parentis fidem non liberâsset, à quo pater instinctus duplicem promisisset spiritum; ait : *Ubi est Deus Eliæ etiam nunc ?* id est, cùr Deus, qui Eliæ adfuit, divisitque Jordanem attactu pallii, qui fidelis fuit Eliæ, ad hunc usque diem, nunc etiam non est, neque talia mihi præstat, qualia præstitit hùc usque parenti?

Percussitque aquas, et divisæ sunt. Admonitus jam eo rerum eventu Eliseus suarum non esse virium aquas dividere, et demissiùs de se quàm ante cogitans, percussit iterùm aquas, quæ divisæ sunt; et sicut antea cum Eliâ, sic etiam posteà solus sicco vestigio ad ulteriorem usque ripam evasit.

Vers. 15. — Requievit spiritus Eliæ super Eliseum. Cùm filii prophetarum qui habitabant in Jericho, quique secuti Eliam et Eliseum non procul à Jordane substiterant, viderunt Eliæ pallio vestitum Eliseum, et in eo parentis imaginem, facilè sibi persuaserunt parentis spiritum in filio consedisse, et illum pro Eliâ parente atque magistrum fuisse suffectum. Quam cogitationem confirmavit magis Jordanis miraculosa trajectio, et eodem modo siccatum ab Eliseo fluminis alveum, quo paulò ante fuerat ab Eliâ. Quare omnes prompti atque hilares ad terram se venerabundi prosternunt. Cùmque parentis optimi desiderio languerent, deque illo etiam Eliseum sollicitum arbitrarentur, afferunt illi viros quinquaginta expeditos et fortes, qui omnibus vestigiis indagarent Eliam, et sicubi gentium lateret, illum ad consueta sibi domicilia deducerent. Cùmque sæpiùs ab Eliseo repulsi, urgerent tamen, acquievit illorum precibus Eliseus, neque labor ille tantus aliquid attulit præter lassitudinem et molestiam. Quomodò enim illum invenirent, quem Deus usque ad finem mundi ita latere voluit, ut nemo videret, aut locum nôssent, ubi suum sibi secessum aut latebras haberet? (1)

Vers. 19. — Ecce habitatio civitatis hujus optima est, sicut tu ipse, domine, perspicis; sed aquæ pessimæ sunt, et terra sterilis. Erat propè Jericho, ut vidimus, prophetarum collegium, ex quo paulò ante excesserat Elias, cujus sedes tum ad alios usus erat opportuna, tum maximè ad divinarum rerum contemplationem, quod prophetis erat proprium et familiare negotium. Sed illud ad alias commoditates accedebat incommodi, quòd salsæ erant atque insalubres aquæ, quæ terræ alioquin ubertatis eximiæ et felicis glebæ, maciem et sterilitatem invexerant. Quod incommodum si aliquâ ratione depelli contingeret, nihil inveniri posse putabatur prophetarum et cœnobitarum instituto magis idoneum. Quare orant prophetarum filii parentem Eliseum, cui adeò miraculorum facultatem concessam esse noverant ex siccato nuper flumine, quod aperto atque arente alveo proximè transmiserat, ut sanatis aquis, à quibus illius agri proveniebat tam dira calamitas, communi saluti et filiorum commoditati consuleret.

Vers. 20. —Afferte mihi vas novum, et mittite in illud sal (1). Duo hìc miracula, illaque

(1) Vers. 16. — Ne forte tulerit eum Spiritus Domini. Eliam perpetuò evanuisse, sibi non persuadebant prophetæ, putabantque, turbinem illum, qui virum rapuerat, in remotissimum aliquem locum Eliam transtulisse. Contigisse interdùm videtur, ut prophetæ eodem impetu transferrentur. Abdias ad Eliam : *Tu dicis mihi : Vade, et dic Domino tuo : Adest Elias. Cùmque recessero à te, Spiritus Domini asportabit te in locum quem ego ignoro; et ingressus nuntiabo Achab, et non inveniens te, interficiet me.* (Calmet.)

(1) *Elisée leur dit : Apportez-moi un vaisseau neuf, et mettez du sel dedans; il alla ensuite à la fontaine, et ayant jeté le sel dans l'eau, il dit : Voici ce que dit le Seigneur : J'ai rendu ces eaux saines, et elles ne causeront plus à l'avenir ni la mort des hommes, ni la stérilité de la terre.* Ce saint prophète commande qu'on lui apporte un vaisseau neuf, et que l'on mette du sel dedans, parce que voulant faire reconnaître la puissance du Seigneur dans le miracle qu'il allait faire, il craignait que si le vaisseau eût déjà servi, ou s'il avait mis lui-même le sel dedans, on ne pût pas s'assurer si clairement de l'effet purement miraculeux qu'il devait produire, et qu'on ne le soupçonnât peut-être de quelque espèce d'enchantement. Les saints ont expliqué d'une manière spirituelle ce miracle d'Elisée. Saint Jérôme dit que cette fontaine figurait la loi, dont l'amertume et l'impuissance ont été comme assaisonnées par la sagesse du vrai Elisée, qui l'a rendue douce et en même-temps féconde. *Intuita est et fontem quondam legis amarissimum et sterilem, quem verus Eliseus suâ condivit sapientiâ, et in dulcorem ubertatemque convertit.* Mais saint Ambroise fait cette même application d'une manière encore plus édifiante aux gentils. « Cette ville disait il, « dont on représente la stérilité à Elisée, nous

vehementer admiranda conspicimus, alterum sale immisso salsuginosum agrum et salsam aquam temporis momento sanari, et illum reddi uberem et gratum, hanc dulcem et salubrem; alterum modico sale occultas aquarum scatebras, quæ in ipsis terræ visceribus erant abstrusæ, quæ post multos dies, imò et post ætates multas, nunc etiam profluunt, eam accepisse virtutem, ut ab agris squalorem et maciem, et à corporibus fastidiosam amaritiem et ægritudinem expellant. Non dicitur ab aquâ salsâ provenire, et agri sterilitas, et corporum morbus, sed aquæ dicuntur pessimæ et solum sterile; quare ex alio aquarum vitio provenire potuit illa agrorum corporumque deformitas, ut quia sulphureæ sunt, aut aliquâ aliâ ratione fœtentes et graves, aut quia ex locis, quæ permeant, aliquid secum traxère pestilens et noxium, quod agros aut urit, aut corrumpit. Quales plurimæ ab historiæ naturalis auctoribus traduntur, quæ insalubres reddunt regiones, quas interfluunt et irrigant, aut ineptas sementi, aut bestiolas alunt infestas, non solùm frugibus, sed etiam hominibus. Quòd si ita statuas, quod Vallesio in suâ sacrâ Philosophiâ videtur non difficile, quia contra mortiferam vim, qualem aquæ istæ pessimæ videntur habuisse, dùm injecto sale excessisse dicitur mors et sterilitas, (mors enim non tam à salsugine, quàm ab aliâ vitiosâ qualitate provenit) non exiguum usum videtur attulisse salis admixtio, quod ut alia putrida atque corrupta, et olentia graviter, sanat et corrigit. Sic etiam, si quod ejusmodi vitium aquis adhærere contingat, illud salis aspersio aut omninò tollit, aut reddit minùs noxium et grave. Et addit iis, qui rerum naturas diligenter explorant, nullum remedium videri præstantius, ut expurgentur putei graviter olentes, aut pravo aliquo sapore infecti, quàm si in illos sal ad certam aliquam mensuram injiciatur. Quod si ita est, accommodatum fuit remedium à sale petitum : et in eo tantùm spectari potuit miraculum, quòd sale modico aquæ juges, et ex imis terræ visceribus quò penetrare non potuit medicina, scaturientes, vim illam gravem et pestilentem depulerint.

An verò aquæ illæ à salsugine, vel ab aliquâ aliâ proprietate fuerint infectæ, incertum est : ex loco autem, unde fons ille noxius erumpebat, sumi potest aliqua conjectura, ut putemus ex corruptione et qualitate fœtenti et putri, provenire sterilitatem et morbum, non ex salsuginis vitio. Erat enim fons ille proximus mari Mortuo, cujus aqua crassior est, et magis amara quàm ut potari queat : quæ et gravem habet anhelitum, neque in vicinis locis quicquam sinit esse frugiferum. Est autem verisimile ex mari illo Mortuo per occultos meatus aquas in illius fontis caput derivari, quæ et corporibus tabem, et agris maciem et sterilitatem inducerent. Sed hoc mihi ideò est difficile, quia cùm Jericho in superiori loco esset ex mari Mortuo, quod in valle est, ut constat ex Gen. c. 14 (ubi sæpè vallis appellatur Sylvestris), non potuit aqua acclivi cursu ad locum illum superiorem ascendere. Verius puto aquas illas Jerichuntinas fuisse salsas, quod ex ipsius loci naturâ mihi persuadeo, in quâ salis est plurimùm, atque adeò salsuginosus est ager. Antequàm vallem illam, ubi quinque fuère civitates, cœleste consumeret incendium, tantùm ibi salis fuit, aut fossile, aut ex aquâ concretum salsâ, ut vallis appellaretur Salis, Gen. 14, v. 3, et mare Salsissimum; et sæpè audivimus vallem Salinarum, quæ non procul abest à mari Mortuo. Neque levis conjectura sumitur ex statuâ salis, in quam Gen. 14 conversa fuisse traditur uxor

« marquait l'Eglise qui étant stérile avant l'a« vénement de Jésus-Christ, par la qualité « mauvaise des eaux, c'est-à-dire, par l'idolâ« trie des gentils, se trouvait dans l'impuissance « d'engendrer à Dieu des enfants. Mais le même « Jésus-Christ étant venu dans le monde, et « ayant pris un corps humain, ainsi qu'un « vaisseau de terre, a guéri l'impureté de ces « eaux, c'est-à-dire qu'il a détruit l'idolâtrie « des peuples profanes. Et en même temps « l'Eglise, qui avait été jusqu'alors stérile, a « commencé à être féconde; ce qui a fait dire « au grand Apôtre, après un prophète, en s'a« dressant à l'Eglise même : *Réjouissez-vous*, « *stérile, qui n'enfantiez point ; poussez des cris* « *de joie, vous qui ne deveniez point mère, parce* « *que celle qui était délaissée a plus d'enfants que* « *celle qui a un mari.* Car l'Eglise, qui était « stérile, a eu en effet un plus grand nombre « d'enfants que la Synagogue, qui avait passé « jusqu'alors pour être féconde. » Le même saint dit encore que le sel dont se servit Elisée pour rendre saines les eaux de cette fontaine, nous figurait les Apôtres, puisque Jésus-Christ a dit *qu'ils étaient le sel de la terre*. « Si donc, ajoute ce Père, les Apôtres ont été « comparés au sel, nous voyons en eux l'ac« complissement et la vérité qui n'était qu'une « figure du temps du prophète, c'est-à-dire, « que de même que le sel qui fut répandu du « vaisseau de terre dans les eaux de la fontaine « de Jéricho, les rendit saines, ainsi les Apô« tres, ayant été envoyés par le Sauveur et « répandus dans le monde, ont assaisonné « comme un sel divin, et guéri les peuples « d'une autre stérilité criminelle qui les em« pêchait de produire, ainsi qu'ils ont fait de« puis, les vertus chrétiennes. » (Sacy.)

Loth. Erat enim, opinor, ibi sal fossile, ex quo sicut alicubi in Hispaniâ quasi ex saxo duro simulacra finguntur. Ut ergo ibi, si quis fuit fons, illum salsissimum fuisse oportet, sic etiam si Jericho mons aliquis fuit ex salso lapide, salsas fuisse aquas necesse est. Adde quòd hoc vitium frequentissimum esse solet in aquis, ex quo illæ fiunt nullâ ratione poculentæ, quales sunt marinæ, et terram omninò reddunt infœcundam. Quare jam inde ab antiquissimis temporibus ad nostrum usque seculum terra illa in alicujus sceleris ultionem conspergitur sale, quam esse sterilem optamus. Quòd autem, jubente Deo, sal fuerit ab Eliseo in fontem missum, probat effectus ipse, id est, aquarum sanitas, et verba quibus in lustralis aquæ benedictione utitur Ecclesia. Ait enim: « Exorciso te, creatura salis, per Deum qui te « per Eliseum in aquam mitti jussit, ut sana« retur sterilitas aquæ. »

Sed quæret hìc aliquis, cur si Jerichuntinæ civitatis aquæ pessimæ fuerint, quæ hominibus tabem et agris sterilitatem inducerent, tamdiù habitata fuit et regia sedes, et iterùm tanto studio restaurata, quod sanè debuisse fieri non videbatur, si tam esset humanis rationibus et naturæ commodis inimica. Egit hâc de re Abul. q. 33 et 34, ubi eâ de re latissimè; ego sic puto occurri facilè posse huic difficultati, primùm, si dicamus Jerichuntis incolas, quod plures alii faciunt in terrâ promissionis, aquis uti ad potum non fontanis et jugibus, sed pluvialibus in cisternâ conclusis, neque regionem omnem esse sterilem, sed illam tantùm, quam fons ille salsus aut corruptus irrigaret. Quare cùm pinguis esset gleba, et ager non solùm ad fruges, sed etiam ad delicias idoneus, et satis esset civibus ab aquâ collectitiâ provisum, nil mirum si tam esset antea libenter habitata, et postea tantâ aviditate è redivivo lapide constructa. Secundò non hìc agi de omnibus aquis quibus ager abundabat Jerichuntinus, neque de omni agro, sed de fonte, qui erat in certo quodam loco, in eo fortassè, ubi prophetarum filii suum sibi collegium excitârant, cujus erant aquæ pestilentes et salsæ; et de agro quem ipsi colebant, quem aqua ex illo fonte diffusa reddebat infœcundum. Quòd si, qui hìc dicuntur viri civitatis, discipuli fuerunt Elisei, res videtur minùs difficilis. Quærere enim videntur prophetarum filii à parente suo Eliseo, quem Eliæ duplici spiritu cumulatum videbant, medicinam quâ sanetur aqua, quam habent suo vicinam domicilio, aut fructum capiant ex agro, quem sine ullo operæ pretio, assiduo colunt et molesto labore. Et hoc videri posset verisimilius; de suâ enim prophetarum filii, non de communi causâ laborâsse videntur.

Libet hìc adjicere, quod de hoc fonte Josephus refert lib. 5 de Bello, c. 4, in quo multa addit de suo potiùs cerebro, quod facit aliquando, quàm de sacro textu. « Hunc fontem, « inquit, aliquando ferunt, non solùm terræ « atque lignorum fructus, sed etiam femina« rum partus abundare solitum, cunctaque pa« riter morbo ac peste corrumpere: postea « verò mansuevisse, contraque feracissimum « et saluberrimum esse factum ab Eliseo quon« dam prophetâ. Receptus enim hospitio à Je« richuntis habitatoribus, quòd humaniores « expertus erat, ipsos et omnem illam regio« nem perpetuâ gratiâ remuneratus est, pro« gressusque ad fontem, lagenam fictilem salis « plenam in profluentem aquam misit; juxta « deinde ad cœlum dexteram extendens, fon« tique immergens blanda libamina, ipsum qui« dem fontem precabatur, ut fluenta leniret, « ac dulciores aquarum venas aperiret: Deum « verò ut fœcundioribus auris flumina tempe« raret, orabat, tamque ubertatem fructuum, « quàm successionem prolis daret indigenis, « nec eis genitrix filiorum aqua deficeret, « quoad justi manerent. Ad has preces ex dis« ciplinâ manibus quoque multa operatus, fon« tem immutavit, et qui antea causa erat his « orbitatis ac famis, idem victûs et fœcundita« tis auctor est effectus. » Hæc Josephus, ubi vides quàm multa Scripturæ affingat, et ut opinor, etiam veritati. (1)

(1) Nonnullis interjectis, Josephus asserit Eliseum precatum esse fontem et cœlum ut mansuesceret et dulcesceret; nimirùm voluit se accommodare Romanis gentilibus, qui superstitiosè fontes et cœlum precabantur, imò subinde ut numina adorabant.

Censet S. Ambrosius serm. 2 de Eliseo, cum Josepho, Eliseum non tantùm terræ, sed et feminis sterilibus fœcunditatem dedisse. « Non « enim, hoc facto unum Eliseus sanavit homi« nem, aut unius domûs præstitit medicinam, « sed totius civitatis populum reparavit. Si « enim tardiùs hoc fecisset, interveniente ste« rilitate, senescentibus cunctis civitas sine ha« bitatore remansisset. Igitur Eliseus dùm cu« ravit aquam, curavit et plebem, et dùm fontem « benedixit aquarum, fontem quemdam indul« sit animarum. Nam sicut sanctificatione ejus, « de occultis terræ venis aqua sana prodivit, « ita de occultis vulvæ visceribus soboles sana « processit. Non enim sola tantùm fluenta be« nedixit Eliseus quæ fontium jam gremio te« nebantur, sed et illa quæ humido terræ solo

Quærit hìc Abul. q. 35, cur Eliseus usus fuerit sale et vase novo, quod nulli antea ministerio servierat, ut aquas illas pestilentes corrigeret; et respondet id eo consilio factum à prophetâ, ne quis suspicaretur maleficio aliquo aut arte dæmoniacâ factum esse miraculum. Nam si certum aliquod vas, et sibi notum, et familiare ad illam fontis medicinam adhibuisset, crederet non nemo vas illud magicis veneficiis imbutum, et in illo vim totam esse medicam, non in virtute, quam ipse accepisset à Domino, aut in ipso Domino, cujus ipse tunc nomine locutus est. Atque ideò vas jubet sibi novum afferri, quod ipsi vellent, ne qua esset aut veteratorii artificii, aut artis damnatæ suspicio. Deinde jubet ut iidem sal mittant in novum illud vas, ne aliquid ipse attulisse existimetur è suo, in quo lateret aliquid magicum, cui aquarum sanitas esset attributa. Ex hoc Elisei sale, ut meditatur Abulens. q. 37, et Guillelmus Durand. de Ratione divinorum offic. lib. 4, c. 4, sumpsit Ecclesia sal, quod in aquæ lustralis benedictione benedicit et miscet, in quo salis meminit quod ad sanandas aquas Eliseus adhibuit. Abulensis putat non effudisse prophetam salem è vase, sed vas cum sale in caput fontis projectum fuisse; quod sumpsit ex Josepho, cujus nos proximè verba retulimus, sed pronior est textus in eam explicationem, quæ salem tantùm aquis putat infusum. *Egressus*, inquit, *ad fontem aquarum, misit in illum* (fontem) *sal*. Et ex eo tempore sanatæ sunt aquæ, in quibus postea nunquàm apparuit vis illa prior noxia, quæ terram reddebat infœcundam, imò, ut dicebat Josephus, feminarum vulvam et morbis humana corpora debilitabat assiduis. Quod de feminarum sterilitate dixit Josephus, dixit quoque Ambr. serm. 2 de Eliseo: « Videte, inquit, Elisei « quanta sint merita, cujus prima in civitate « hospitalitas, filiorum est magna fœcunditas. « Dùm enim sterilitatem avertit aquarum, suc« cessionem largitur hæredum. »

In hoc vase novo, et ab omni contagione puro, in quo sal continetur, quod aquam sanat, quæ campos urit et facit steriles, et corpora ægritudine penè familiari tentat atque contaminat, spectare videor, apostolici viri accommodatum symbolum et vivum exemplar, cujus est munus sanare aquas, non tam agris atque corporibus, sed animabus graves; mores, dico, pravos atque corruptos, qui non aliter serpunt, et libero labuntur influxu, quàm aquæ in declivi loco, quas nullus ager cohibet, nulla moles opposita retardat. Hoc vas esse debet aut novum, quod nulla contaminavit impuritas, aut si quando scelerum imbutum sordibus, ita post hæc mundatum diligenter, ut nullus sit reliquus superioris labis aut sapor aut odor, qui clamare quotidiè debet, nisi malit suum laborem esse, à fructu atque mercede vacuum, Davidicum illud Psal. 50: *Cor mundum crea in me, Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis.* Post quæ verba illud addere legitimè ac sine pudore poterit: *Domine, labia mea aperies;* quod idem est atque apostolicum obire ministerium.

VERS. 23. — ASCENDIT AUTEM INDE IN BETHEL. Sicut Elias cùm discessurus esset, discipulorum suorum conventus lustravit, Jericho videlicet et Bethel, ut vidimus nuper, sic etiam eadem lustrare collegia voluit Eliseus, tum ut suo conspectu solaretur dolorem, quem filii de parentis Eliæ profectione conceperant; tum etiam, ut doceret, licet Elias eò esset ablatus unde non esset iterùm reversurus, non tamen defuturum qui in ejus locum et curam succederet. Cùm igitur venisset primùm Jericho, quæ propior erat Jordani fluvio, quem Eliæ proximè pallio diviserat, statim profectus est in Bethel, ut suam de illius conventûs institutione sollicitudinem ostenderet, et in susceptâ vivendi ratione confirmaret.

« adhuc indiscreta, paulatim erant in posterum « defluxura. » Beda in Quæst. per sal accipit sapientiam Christi: Eliseus enim fuit typus Christi, tam factis quàm nomine proprio. *Eliseus* enim Heb. idem est quod *salus Dei*, vel *Deus Salvator*. Ita ex Bedâ Eucher. et Angelom.: Eliseus, inquiunt, vasi indidit sal, illudque in aquam immittens, itàque eam sanans et fœcundans, significabat quòd omnes aquæ, id est, omnes populi, antea virtutibus steriles, per Christi incarnationem, fœcunditatem et benedictionem accepturi essent. Hinc in nomine *Elisa*, id est, *Eliseus*, continetur nomen Jesu: *Elisa*, enim idem est quod *El Jesua*, id est, *Deus*, vel *potens* (omnipotens) *Jesus*. Paulò aliter S. Aug. lib. contra Fulgentium Donatistam, non longè ante finem per fontem Elisei accipit Jordanem, in quo baptizatus Christus aquas baptismi salutares effecit. « Eliseus, ait, « est Christus Salvator, qui aquarum sterilita« tem, id est, gentium infœcunditatem dis« cussâ morte sanavit. Accepit vas fictile, hoc « est, corpus fragilitatis humanæ. Sal misit, « id est, sapientiâ divinâ replevit; in aquam « projecit, hoc est, in Jordanem descendit; « aquas suo descensu sanavit, id est, gentes « suo adventu redemit, et maritante sermone, « Ecclesiam ex gentibus congregavit, et in « fœtus uberes longè latèque diffudit. »

(Corn. à Lap.)

Cumque ascenderet per viam, pueri parvi (1) egressi sunt de civitate, et illudebant ei, dicentes : Ascende, calve. Erat Bethel aurei vituli præcipuum, et, si quod aliud, admodùm illustre sacrarium. Quare civitas illa, ut impiis sacrificiis, sic etiam plurimis abundabat idololatris, qui veram religionem aut contemnebant, quasi aliquid foret vanum et nugatorium, aut certè de illâ, aliis jam sacris occupati ac dediti, non curabant. Hinc fiebat ut liberè insultarent his qui alienam profitebantur religionem, eosque conviciis inverecundè conciderent, et illos maximè, quos impensiùs videbant pietati servire. Quorum è numero Eliseus erat, et qui eamdem cum Eliseo vivendi formam, et amplexi studiosè fuerant, et externo profitebantur cultu. Cùm ergo id ferat natura rerum, ut filii parentûm exprimant mores, et ea sapiant, faciantque plerùmque, quæ parentibus vident esse familiaria, quæque frequenter in oculos incurrunt, fiebat ut filii paternos mores imitati, talia in viros sanctos maledicta conferrent, qualia videbant intorqueri à parentùm infensâ atque procaci linguâ; imò, ut communis est interpretum Patrumque sententia, emissa fuit à patribus puerilis illa turba, ut prophetæ quem suis studiis nôrant esse contrarium, insultarent audaciùs, aut certè illorum petulantiæ favebant. Quod docuerunt August. serm. 204 de Tempore: «Rem parentibus «instigantibus fecisse pueri contumeliosi cre«dendi sunt. Neque enim illi clamarent si suis «parentibus displiceret.» Idem penè Justinus q. 80 ad Orthodox., qui in pueris occisis castigatos dicit esse parentes, ut discerent non afficiendos esse prophetas contumeliis et in Prophetis Deum. Illud autem puerile convicium, *Ascende, calve*, sic explicat eo loco Justinus : «Proscindendæ, inquit, per detractionem «Eliæ assumptionis gratiâ proferebant, per«inde ac si dicerent : Abripiat te quoque spi«ritus, et in juga montium invia et inaccessa «abjiciat, quemadmodùm illum abjecit, ut iti«dem à te liberemur, sicut ab illo liberati su«mus.» Procopius subitâ illâ puerorum clade clementer ait actum esse cum filiis, quòd crescentem temporis progressu malitiam inhibuit, ut cum eorum etiam parentibus, quos docuit, quomodò denique informare debeant filiorum mores, qui quod rudioribus annis imbiberunt, non facilè deponunt. Deinde ipsos quoque à peccando deterruit adultos, dùm teneram ætatem tam severè castigat. Et tandem addit illud opus esse clementiæ, dùm illi de medio sublati sunt, quos Deus si vitæ contigisset usura diuturnior, deteriores fore prævidebat.

Cur verò à pueris calvus appelletur Eliseus, aut quid in eâ compellatione hæserit ignominiæ, videndum est. Calvus fortassè fuit Eliseus, licet de ipsius ætate non constet, quam verisimile est fuisse senilem, quando illius curæ atque prudentiæ tot hominum administratio commissa est, quæ senile, id est, maturum judicium requirit. Calvo præterea quemquam esse capite ex vitio creditur provenire naturæ, atque adeò probro datur, maximè à puerili et petulanti turbâ, quæ nullam honesti rationem habet aut decori, sed quicquid aliis inest vitiosum ac deforme, id statim exprobrat. Quàm verò turpe sit calvitium, docuerunt sæpè scriptores profani, quorum unus Ovidius cecinit :

Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus,
Et sine fronde frutex, et sine crine caput.

Quod indicârat multò ante Aristoteles lib. 5 de Generatione animal., idem esse in homine calvescere, quod plumas ex avibus, aut frondes ex arbore defluere, sine quibus quid illa deformitatis habeant, quis non videt? Sanè hoc antiqui signum conditionis servilis esse voluerunt. Notum est illud Aristophanis in Avibus, ubi accusatur quidam, quòd cùm servus esset,

(1) Vocantur hi pueri parvi, quia non erant adolescentes, sed pueri novem vel decem annorum, ideòque doli et culpæ capaces, ut patet, tum ex ipsâ petulanti et maledicâ irrisione, tum ex ejus acerrimâ punitione.

Alleg. Judæi Christo à se depilato, et coronâ spineâ coronato illuserunt, dicentes : *Ascende in crucem*. Unde S. Bern. serm. 1 ad milites templi, c. 1, ait : «Ascendit itaque crucem «Calvus noster, mundo pro mundo expositus; «et revelatâ facie ac discoopertâ fronte purga«tionem peccatorum faciens, probrosæ et aus«teræ mortis tam non erubuit ignominiam, «quàm nec pœnam exhorruit, ut nos ab op«probrio sempiterno eriperet, restitueret glo«riæ. Nec mirum ; quid enim erubesceret, qui «ita lavit nos à peccatis, non quidem ut aquâ «diluens, et retinens sordes, sed veluti solis «radius desiccans et retinens puritatem? Est «quippe Dei sapientia ubique attingens prop«ter munditiam suam.»

Nonnulli putant Eliseum non naturâ, vel ætate et senio, sed pro religiosorum et Nazaræorum ritu caput rasisse, ideòque fuisse calvum, id est, rasum. Sicut illius illorumque veterum exemplo in novâ lege pontifices, sacerdotes et monachi per tonsuram ecclesiasticam orbiculariter raso, et quasi calvo sunt capite, tum ut Christi coronam spineam repræsentent, tum ut mundo valedicentes, totos se Deo dedicent, uti olim fecêre Nazaræi; ab eis enim tonsuram hanc acceptam esse tradit S. Isidor. lib. de divin. Officiis in conc. Aquisgran. cap. 1. (Corn. à Lap.)

suæ conditionis immemor, comam nutriret, δοῦλος ὢν κόμην ἔχεις. Quantus honor esset in capillato capite docuit paucis Ambrosius lib. 6 Hexaemeron. c. 9 : « Ipse autem vertex capitis « quàm suavis et gratus ? Quàm speciosa cæsa« ries! quàm reverenda in senibus! quàm vene« randa in sacerdotibus! quàm terribilis in bel« latoribus! quàm decora in adolescentibus! « quàm compta in mulieribus! quàm dulcis in « pueris! » Deinde addit quod proximè Aristoteles : « Ex arboribus licet quæ humani sit « gratia capitis æstimare. In capite arboris « omnis est fructus, ibi omnis est pulchritudo, « tolle arbori comam, tota arbor ingrata est. »

Hinc, opinor, ortum est, ut calvi nomen sit jam omnibus commune ac familiare convicium, ita ut hominem stupidum ac bardum, etiamsi nulla insit à calvitio deformitas, calvum appellemus; sicut vocamus stipitem, caudicem, aut asinum, vel quid simile. Sanè sic videtur Lucianus appellâsse quemdam, dùm illum stuporis et tarditatis incusat : vocat enim φαλακρόν. Legisse me memini, locus non succurrit; vocatur fatuus et nugator *Calvus* à Persio, Satyrâ 1. Loquitur enim non cum homine, ex cujus capite defluxerunt capilli, sed cum stolido et vano, quicumque ille esset; quem explicationis gratiâ pinguem appellat :

Nugaris cùm tibi, calve,
Pinguis aqualiculus propenso sesquipede extat.

Moriones præterea in fabulis, et mimos calvos vocari, indicat lex duodecim Tabularum, *Si calvitur*. Quod, ut docet Nonus Marcellus, idem est, quod frustratur, aut decipitur : « Tractum, inquit Marcellus, à calvis mimicis, « qui sunt omnibus frustratui. » In comœdiis olim vilissima persona senis, qui plerùmque calvus. Cui illudebant alii, quasi moriones essent et deliri, qualis erat apud Terentium Demea in Adelphis. Sanè apud eumdem in Hecyrâ dixit senex Laches ad Sostratam anum : *Fabulæ sumus senex atque anus.* Explicuit hoc optimè Cicero lib. de Amicitiâ, in fine, ubi hæc recitat carmina ex poetâ nescio quo :

Hodiè me ante omnes comicos stultos senes
Versaris, atque luseris lautissimè.

Et addit de suo : « Hæc enim in fabulis stultis« sima persona est improvidorum et credulo« rum senum. » Et in lib. de Senectute ex Cæcilio, senes iterùm stultos comicos appellat, id est, qui in fabulis stulti finguntur. Neque aliud crediderim voluisse pueros, dùm calvum compellant Eliseum, quàm quod postea illi, qui statim cap. 9, vocaverunt *insanum* Elisei discipulum; vulgus enim hominum viros, qui sese exemerunt à turbâ, et aliud amplexantur vivendi genus, stultos et insanos appellat.

Ex his mihi verisimile est non proprio, sed communi, vulgarique convicio vocari calvum Eliseum à pueris, qui hoc nomen in maledictis à parentibus vel à majori turbâ sæpiùs audierant. Nihilominùs puto verè fuisse calvum Eliseum, sive ab ætate, sive ab instituto : fortassè enim qui illud vitæ genus profitebantur, radebant caput, etsi minùs à naturâ, calvis tamen erant capite raso, quàm simillimi. Neque aliam ob causam sacerdotes Isidis familiari epitheto vocantur calvi, nisi quia caput ad cutim ex instituto radunt : de quibus Juvenalis Satyrâ 6 :

Qui grege lanigero circumdatus, et grege calvo.

Et Martialis lib. 12, epigr. 29 :

Lanigeri fugiunt calvi, sistrataque turba.

Vers. 24. — Et maledixit eis in nomine Domini (1). Ex his constat divino afflatu impulsum

(1) Id est, imprecatus est eis à Deo justam punitionem et vindictam. Fecit hoc Eliseus ex justo religionis zelo, primò, quia dùm servi et prophetæ Dei irridentur, Deus ipse irridetur. Ita S. Thom. 2-2, quæst. 108, art. 1, ad 4; secundò, magis parentes quàm pueros punire voluit; parentes enim idololatræ pueris instillabant suam idololatriam et contemptum veri Dei ejusque prophetarum. Nam, ut ait S. August. serm. 204 de Tempore, « rem parenti« bus instigantibus fecisse pueri contumeliosi « credendi sunt. Neque enim illi clamarent, si parentibus displiceret. » Et S. Justin. quæst. 80 citatâ : « Deus, ait, puerorum clade parentes « flagellavit, ac simul posteros monuit ut in « vero Dei cultu, modestiâ et probitate filios « suos educent, ne similiter castigentur. » Unde S. Gregor. lib. 4 Dial., c. 18, narrat parvulum quemdam blasphemare solitum è sinu patris à dæmonibus abreptum, « quate« nùs, inquit, reatum suum pater ejus agnos« ceret, qui parvuli filii animam negligens, « non parvulum peccatorem gehennæ ignibus « nutrivisset. » Addit auctor Mirabil. S. Script. lib. 2, cap. 22, fortè pueros istos à parentibus vitulo aureo et idolis fuisse consecratos. Tertiò, Eliseus benè consuluit pueris; effecit enim ne impunitate deteriores fierent, ait Theod., quæst. 13; si enim diutiùs vixissent, sceleratiores et idololatræ parentum doctrinâ et exemplo evasissent, ideòque graviùs damnandi.

Egressique sunt duo ursi de saltu, et laceraverunt ex eis quadraginta duos pueros. Appositè ursos immisit Deus ad devorandos pueros ante ora patrum, ut quos ad informandos pueros imitari neglexerant, eosdem experirentur in illorum internecione lictores. Ostendit enim hosce parentes, qui in formandis filiis fuerant socordes, imò impii, ursis esse pejores. Ursi enim informes fœtus suos lambendo formant et figurant, teste Plinio lib. 8, cap. 36, et lib. 10, cap. 63. Unde S. Ambr.;

Eliseum, non studio vindictæ maledixisse pueris, et talia imprecatum, qualia ipsi ab ursis passi fuerunt. Neque enim si ut suæ sibi offensioni satisfaceret, malum optâsset, illius

« Ursa, ait, partus suos (lambendo) ad suî « effingit similitudinem; tu filios tuos instruere « similes tuî non potes ? »

Allegor. Abulens., Serar. et alii passim: « Eliseus, inquiunt, ascendens in montem, « est Christus montem Calvariæ ascendens, « ibique crucifixus; illuserunt ei 42 pueri, « id est, Judæi, dicentes: *Si tu es Christus « Dei Filius, descende de cruce.* Maledixit eis « Christus ordinando eis in pœnam, excidium « Jerusalem, ut scilicet post quadraginta « annos ab ascensu suo in *Bethel*, id est, *in « domum Dei*, puta in cœlum, de sylvâ gen- « tium venirent duo ursi, scilicet Titus et Ves- « pasianus, qui eos lacerarent et perderent. » Ita Angelom., Eucher., Beda, Rupert., et S. Hieronym. in tit. psalm. 46: « Eliseus, « ait, figuram Christi tenet; pueri, Judæo- « rum, qui dixerunt: *Ave, rex Judæorum;* « ursi propriè dæmones intelliguntur, quia de- « voraverunt corda illorum, ideòque psal- « mus ille inscribitur: *Pro filiis Core*, qui « sunt filii Calvi. » Et S. August. lib. 12 contra Faustum, cap. 35: « Eliseo, ait, pueros « insultantes et clamantes: *Calve, calve*, bes- « tiæ comedunt; pueruli stultitiâ deridentes « Christum in loco Calvariæ crucifixum, in- « vasi à dæmonibus pereunt. »

Tropolog. Origen. homil. 4 in Ezech., per duos ursos accipit dæmones et bestias vitiorum, quæ in animam peccatricem immittuntur. Denique Marcion hæresiarcha, ut probaret Moysen Christo, et vetus Testamentum novo contrarium, illudque à malo et crudeli Deo, hoc à bono et benigno editum: « Chris- « tus, inquit, jubet nos esse ut parvulos; at- « verò Deus ille vetus immisit ursos in parvu- « los Eliseum irridentes. » Hic ergo illi est contrarius. — Resp. Tertull. lib. 4 contra Marc., cap. 23: « Satis impudens antithesis, « cùm tam diversa committit, parvulos et pue- « ros; innocentem adhuc ætatem, et judicii « jam capacem, quæ conviciari poterat, ne « dicam blasphemare. Quia ergo justus Deus, « nec pueris impiis pepercit, exigens majori « ætati honorem, et utique magis à minore. « Quia verò bonus adeò diligit parvulos, ut « apud Ægyptum benè fecerit obstetricibus « protegentibus partus Hebræos, periclitantes « edicto Pharaonis, ita et hæc affectio Christi, « cum creatore est. » (Corn. à Lap.)

Les Manichéens qui étaient, dit saint Augustin, également ennemis de Dieu et de leur salut, disaient ordinairement que c'avait été une très-grande cruauté à Elisée d'avoir fait déchirer quarante-deux petits enfants pour quelques paroles de jeu qu'ils lui avaient dites. Et il ne se trouve en ce temps-ci que trop de Chrétiens qui en parlent de la même sorte. Cependant saint Augustin ne craint pas de traiter d'extravagance la pensée de ces hérétiques, et il nous apprend de quelle manière on peut leur répondre, ce que l'on sera sans doute bien aise de voir ici. « Lors, dit-il, que « ce saint homme était en Judée, non seule- « ment il n'était point respecté non plus que « les autres prophètes, par la plus grande par- « tie du peuple, mais ils étaient même regar- « dés avec mépris, et traités avec outrage « comme des fous et des fanatiques. Ce fut ce « qui porta ces enfants indisciplinés à user de « cette raillerie envers Elisée, lorsqu'il faisait « de si grands miracles. *Monte, chauve, monte, « chauve,* lui dirent-ils, et l'on peut bien « croire sans doute qu'ils le firent même par « le mouvement et l'instinct qu'ils en reçurent « de leurs propres pères. Au moins est-il très- « certain qu'ils ne l'auraient jamais fait, si la « chose avait été désapprouvée par leurs pro- « ches. Elisée donc étant pénétré d'une vraie « douleur de la perte de ce peuple; ou pour « mieux dire, le Saint-Esprit, qui agissait par « son ministère, voulant réprimer l'orgueil « des Juifs, fit venir deux ours, et leur livra « ces enfants pour être déchirés, afin que la « mort de ces petits fît rentrer les grands en « eux-mêmes, que les pères et les mères en « perdant leurs fils apprissent à sauver leurs « âmes, et qu'ils craignissent au moins un « prophète qui leur faisait ressentir ces grands « coups de la divine justice, puisqu'ils refu- « saient de l'aimer, lorsqu'il faisait devant « eux tant de merveilles. Que si les Juifs, « continue ce saint, ont persévéré dans leur « malice, en se faisant de nouvelles plaies des « remèdes mêmes qu'on leur présentait, on « ne peut pas pour cela décrier ce saint pro- « phète, puisque ce qui arriva à ces enfants ne « doit pas tant être attribué à Elisée qu'au « Saint-Esprit même, qui se servit d'Elisée « pour exécuter ce qu'il avait ordonné. Et il « l'ordonna ainsi, comme je l'ai dit, par un « mouvement de son ineffable miséricorde à « l'égard des Juifs, afin que ceux qui ne vou- « laient pas croire à Dieu, lorsque les pro- « phètes prêchaient de sa part avec une hum- « ble douceur, fussent frappés par la crainte « de cette sévérité de sa justice, et qu'ap- « préhendant la mort corporelle, ils recher- « chassent à sauver la vie spirituelle de leurs « âmes. »

C'est là, selon ce grand saint, la manière dont on doit entendre à la lettre cet événement si surprenant. Il ne peut point se lasser de répéter que ce ne fut pas par une émotion de colère, mais par le feu d'un zèle divin, qu'il permit aux ours de déchirer ces petits enfants, songeant seulement à corriger les incrédules, et non pas à se venger. Et Tertullien dit la même chose avec encore plus de force, lorsqu'il déclare, que ce fut Dieu même qui envoya ces deux ours contre des enfants qui insultaient au prophète, et que bien loin de blâmer sa sévérité d'une trop grande rigueur, on doit plutôt justifier cette même sévérité par la vue de sa souveraine justice. « Car si Dieu, ajoute-t-il, vengeait « les crimes des pères sur leurs enfants, c'était « ce peuple qui l'avait contraint par sa dureté « à user de tels remèdes, afin qu'au moins « l'affection qu'ils avaient pour leurs enfants « les portât à obéir à sa loi. » (Sacy.)

« Si l'histoire des quarante-deux petits gar- « çons était vraie, dit milord Bolingbrooke, « Elisée ressemblerait à un valet qui vient de « faire fortune, et qui fait punir quiconque

votis Deus annuisset. Quia ergo Deus illius probavit studium et zelum, petulantes puerorum voces repentino mulctavit interitu.

« lui rit au nez. Quoi ! exécrable valet de prê« tre, tu ferais dévorer par deux ours qua« rante-deux enfants innocents pour t'avoir « appelé chauve ! Heureusement il n'y a point « d'ours en Palestine. Ce pays est trop chaud, « et il n'y a point de forêts. » — Ce n'est pas seulement l'auteur du quatrième livre des Rois, c'est David parlant des exploits de sa jeunesse, c'est Salomon, c'est Isaïe, c'est Amos, c'est Jérémie, c'est l'auteur du livre de l'Ecclésiastique, qui attestent qu'on rencontre fréquemment des ours dans la Terre promise. Thévenot atteste qu'il a vu plusieurs ours dans son voyage de Suez au Tor, un entre autres qui passa l'eau à la nage à la pointe de Suez. Les sommets du Liban et de l'Anti-Liban sont perpétuellement couverts de neige; on en doit dire autant des montagnes de l'Idumée qui sont une branche de l'Anti-Liban; la Palestine est donc presque entièrement environnée des repaires des ours.

Le critique prétend que la Palestine est un pays trop chaud pour produire des ours. Mais le climat de la Palestine est-il plus chaud que celui de la Libye et de la Numidie, ou que les sables brûlants de l'Afrique? Cependant, selon M. de Buffon, on trouve des ours bruns ou roux dans les climats froids et tempérés, et même dans les régions du midi ; ils étaient communs chez les Grecs ; les Romains en faisaient venir de *Libye* pour leurs spectacles ; il s'en trouve à la Chine, au Japon, en *Arabie*, en *Egypte* et jusque dans l'île de Java. Jules Solin nous apprend que les ours de la *Numidie* sont plus gros et plus furieux que ceux des autres contrées, et qu'on en a vu au cirque par centaine. Strabon nous dit que les ours sont si communs dans la *Mauritanie* que les habitants se servent de leurs peaux pour les usages les plus communs de la vie.

« Il y a des naturalistes qui prétendent qu'on « ne voit point d'ours dans les pays qui nour« rissent des lions. » — Les naturalistes disent précisément tout le contraire. Ceux que nous venons de citer nous ont dit qu'on trouvait des ours en *Libye*, en *Mauritanie*, en *Numidie*, etc. Qui ignore que ces contrées fourmillent de lions? Ecoutons encore Valmont de Bomare, au mot *ours : Les ours noirs n'habitent guère que les pays froids..... On en trouve même dans les régions du midi*, etc. (Voyez aussi l'article *lion*.) Les naturalistes sont donc persuadés qu'il y a des lions et des ours dans un même pays.

« Il n'y a point de forêts dans la Palestine. » — Les voyageurs nous disent encore tout le contraire. Le savant Hasselquist, dont les voyages ont été publiés par ordre du roi de Suède, parle ainsi : « Je partis le 2 de mai « d'Acre pour me rendre à Nazareth..... Nous « passâmes par un village appelé Rama..... Il « y avait au-delà *de grands bois* de chênes d'O« rient..... Au sortir de *ces bois*, nous entrâ« mes dans les belles plaines de Zabulon..... « Nous trouvâmes à l'extrémité une belle *forêt « de chênes*..... Nous fûmes de Nazareth au « mont Thabor. *Tout le pays est rempli de fo« rêts*, à travers lesquelles nous vîmes *Samarie*. » Nous pourrions citer Josèphe et plusieurs autres voyageurs ; mais qu'est-il besoin d'apporter un plus grand nombre de témoignages ? Voilà des *forêts*, un pays plein de *forêts*, et cela dans le royaume de Samarie où vivait Elisée.

LACERAVERUNT EX EIS QUADRAGINTA DUOS PUEROS. Magnam fuisse oportet puerorum turbam, quando tanta illorum multitudo interiit, ali-

« Elisée fut un homme très-vindicatif et « très-cruel d'avoir fait dévorer par des ours « quarante-deux enfants innocents, pour l'a« voir appelé chauve. » M. Bullet a montré que le terme *achkhar*, rendu dans la Vulgate par *puer*, enfant, peut très-bien signifier des *gens du petit peuple*, comme nous disons nous-mêmes tous les jours en français, *le petit peuple*, pour marquer le menu peuple ; de *petites gens*, pour désigner des personnes du bas peuple, ou, si l'on veut, de *la canaille*. Voltaire aurait dû réfuter cette réponse, ou ne pas répéter pour la centième fois, qu'Elisée avait fait *mourir quarante-deux enfants innocents*.

Nous pourrions aussi observer 1° que ces quarante-deux personnes de la lie du peuple, qui avaient insulté le prophète, c'est-à-dire l'envoyé de Dieu même, s'étaient rendues coupables du crime de lèse-majesté, puisque le gouvernement de la nation juive était théocratique, et que Dieu avait expressément ordonné de respecter ses prophètes. 2° En supposant que ceux qui insultèrent Elisée fussent des enfants de douze à quatorze ou quinze ans, nous opposons aux emportements et aux sarcasmes des incrédules la judicieuse observation du savant Bochart, et des auteurs anglais de l'histoire universelle : *Il est vraisemblable*, disent-ils, *que ces enfants étaient nés des idolâtres de Béthel et que leurs parents les excitaient à insulter les prophètes du vrai Dieu.* Les pères, plus coupables que les enfants, méritaient d'être punis dans la personne de ceux qu'ils rendaient les instruments de leur malice.

« Elisée les *maudit* au nom du Seigneur. » — Le texte original dit seulement : Il se retourna, il les vit et les *réprimanda* de la part de Dieu. C'est le sens du verbe *kalal*, qui signifie *donner une réprimande*, *réprimander* quelqu'un, lui *dire ses vérités*. Quoi qu'il en soit, de deux choses l'une : ou l'arrivée des ours qui tombèrent sur ces jeunes gens fut un effet du hasard, ou ce fut un châtiment surnaturel : dans le premier cas, le prophète n'en est pas responsable ; dans le second, c'est à Dieu qu'il faut s'en prendre.

« Point du tout, répliquent les incrédules ; « c'est à la Bible ; elle nous fait entendre que « Dieu prêtait son pouvoir pour servir à la « passion d'un vieillard vindicatif et cruel. « N'est-ce pas là un blasphème? » Où l'Écriture dit-elle que Dieu en agit ainsi pour satisfaire la vengeance du vieillard, et non pour faire respecter ses prophètes dans un pays où ils étaient persécutés et mis à mort? Il faudrait prouver que l'on avait raison de les mépriser et de les insulter, ou que ces jeunes gens n'avaient pas cette intention ; alors il sera per-

quot tamen illorum ex eâ clade fuisse superstites, indicat ipse loquendi modus. Perierunt, opinor, illi, in quibus major hæserat culpa, aut quos ad illudendum prophetæ parentes incitârunt, ut et ipsi pueri suæ petulantiæ, et adhortationis impiæ parentes in filiorum cæde pœnas exsolverent.

mis de conclure que la vengeance est injuste, que Dieu a mal fait de punir ces *innocentes créatures*.

Tindal faisait encore une autre objection contre ce fait. Il disait qu'il était impossible que deux ours mangeassent quarante-deux enfants.

On répond à Tindal que ni la Vulgate ni l'hébreu ne disent que les ours *dévorèrent* ces quarante-deux personnes. La Vulgate, dit *laceraverunt*, ce qui signifie aussi bien *blesser* que *dévorer*. Le terme hébreu signifie *se jeter contre quelqu'un*, *le blesser*, etc. Ainsi les versets 23 et 24 du second chapitre du quatrième livre des Rois doivent être rendus à la lettre en ces termes : « Elisée vint de là à Béthel, et « comme il avançait, des gens du petit peuple « (ou des jeunes gens), sortis de la ville, se « moquaient de lui, et lui disaient : *Monte*, « *chauve, monte, chauve*. Elisée se retourna, « les vit et les reprit de la part de Dieu. Deux « ours sortis du bois en blessèrent quarante- « deux. » (Duclot.)

CAPUT III.

1. Joram verò filius Achab regnavit super Israel in Samariâ anno decimo octavo Josaphat, regis Judæ; regnavitque duodecim annis.

2. Et fecit malum coram Domino, sed non sicut pater suus et mater; tulit enim statuas Baal quas fecerat pater ejus.

3. Verumtamen in peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel, adhæsit, nec recessit ab eis.

4. Porrò Mesa rex Moab nutriebat pecora multa, et solvebat regi Israel centum millia agnorum et centum millia arietum cum velleribus suis.

5. Cùmque mortuus fuisset Achab, prævaricatus est fœdus quod habebat cum rege Israel.

6. Egressus est igitur rex Joram in die illâ de Samariâ, et recensuit universum Israel.

7. Misitque ad Josaphat regem Juda, dicens : Rex Moab recessit à me; veni mecum contra eum ad prælium. Qui respondit : Ascendam; qui meus est tuus est, populus meus populus tuus, et equi mei equi tui.

8. Dixitque : Per quam viam ascendemus? At ille respondit : Per desertum Idumææ.

9. Perrexerunt igitur rex Israel et rex Juda et rex Edom, et circuierunt per viam septem dierum; nec erat aqua exercitui et jumentis quæ sequebantur eos.

10. Dixitque rex Israel : Heu! heu! heu! congregavit nos Dominus tres reges ut traderet in manus Moab.

11. Et ait Josaphat : Estne hìc propheta

CHAPITRE III.

1. La dix-huitième année du règne de Josaphat, roi de Juda, Joram, fils d'Achab, régna sur Israël dans Samarie; et son règne dura douze ans.

2. Il fit le mal devant le Seigneur, mais non pas autant que son père et sa mère; car il ôta les statues de Baal que son père avait fait faire.

3. Il demeura néanmoins toujours dans les péchés de Jéroboam, fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël, *en lui faisant adorer les veaux d'or*, et il ne s'en retira point.

4. Or, Mésa, roi de Moab, nourrissait de grands troupeaux, et payait au roi d'Israël cent mille agneaux et cent mille moutons avec leur toison;

5. Mais après la mort d'Achab, il rompit le traité qu'il avait fait avec le roi d'Israël.

6. C'est pourquoi le roi Joram sortit alors de Samarie, fit la revue de toutes les troupes d'Israël,

7. Et envoya dire à Josaphat, roi de Juda : Le roi de Moab s'est soulevé contre moi, venez avec moi pour le combattre; Josaphat lui répondit : J'irai avec vous; ce qui est à moi est à vous, mon peuple est votre peuple, et mes chevaux sont vos chevaux.

8. Et il ajouta : Par quel chemin irons-nous? Joram lui répondit : Par le désert de l'Idumée.

9. Le roi d'Israël, le roi de Juda et le roi d'Edom, *tributaire de Josaphat*, marchèrent donc avec leurs gens; et ils tournèrent *autour de la mer Morte*, par le chemin *du désert*, pendant sept jours. Mais il n'y avait point d'eau pour l'armée ni pour les bêtes qui la suivaient.

10. Alors le roi d'Israël dit : Hélas! hélas! hélas! le Seigneur nous a joints ici trois rois ensemble pour nous livrer entre les mains de Moab.

Domini, ut deprecemur Dominum per eum? Et respondit unus de servis regis Israel : Est hìc Eliseus filius Saphat, qui fundebat aquam super manus Eliæ.

12. Et ait Josaphat : Est apud eum sermo Domini. Descenditque ad eum rex Israel et Josaphat rex Juda et rex Edom.

13. Dixit autem Eliseus ad regem Israel : Quid mihi et tibi est? vade ad prophetas patris tui et matris tuæ. Et ait illi rex Israel : Quare congregavit Dominus tres reges hos, ut traderet eos in manus Moab?

14. Dixitque ad eum Eliseus : Vivit Dominus exercituum, in cujus conspectu sto! quòd si non vultum Josaphat regis Judæ erubescerem, non attendissem quidem te, nec respexissem.

15. Nunc autem adducite mihi psaltem. Cùmque caneret psaltes, facta est super eum manus Domini, et ait :

16. Hæc dicit Dominus : Facite alveum torrentis hujus fossas et fossas.

17. Hæc enim dicit Dominus : Non videbitis ventum neque pluviam, et alveus iste replebitur aquis : et bibetis vos, et familiæ vestræ, et jumenta vestra.

18. Parùmque est hoc in conspectu Domini; insuper tradet etiam Moab in manus vestras.

19. Et percutietis omnem civitatem munitam et omnem urbem electam, et universum lignum fructiferum succidetis, cunctosque fontes aquarum obturabitis, et omnem agrum egregium operietis lapidibus.

20. Factum est igitur manè, quando sacrificium offerri solet, et ecce aquæ veniebant per viam Edom, et repleta est terra aquis.

21. Universi autem Moabitæ, audientes quòd ascendissent reges ut pugnarent adversùm eos, convocaverunt omnes qui accincti erant balteo desuper, et steterunt in terminis.

22. Primoque mane surgentes, et orto jam sole ex adverso aquarum, viderunt Moabitæ è contra aquas rubras quasi sanguinem;

11. N'y a-t-il point ici de prophète du Seigneur, afin que par lui nous implorions le Seigneur? L'un des serviteurs du roi d'Israël répondit : Il y a ici Elisée, fils de Saphat, qui versait de l'eau sur les mains d'Elie.

12. Josaphat dit : La parole du Seigneur est en lui. Alors le roi d'Israël, Josaphat, roi de Juda, et le roi d'Edom descendirent vers Elisée.

13. Et Elisée dit au roi d'Israël : Qu'y a-t-il entre vous et moi? Allez aux prophètes de votre père et de votre mère. Le roi d'Israël lui dit : D'où vient que le Seigneur a assemblé ces trois rois pour les livrer entre les mains de Moab?

14. Elisée lui dit : Vive le Seigneur des armées, en la présence duquel je suis! si je ne respectais la personne de Josaphat, roi de Juda, je n'eusse pas seulement jeté les yeux sur vous, et ne vous eusse pas regardé.

15. Mais maintenant faites-moi venir un joueur de harpe *pour calmer, par le son de cet instrument, l'émotion que je viens d'éprouver.* Et lorsque cet homme chantait sur sa harpe, la main du Seigneur fut sur Elisée, et il dit :

16. Voici ce que dit le Seigneur : Faites plusieurs fosses dans le lit de ce torrent;

17. Car voici ce que dit le Seigneur : Vous ne verrez ni vent ni pluie, et *néanmoins* le lit de ce torrent sera rempli d'eau; et vous boirez, vous, et vos serviteurs, et vos bêtes.

18. Et ceci est encore peu de chose devant le Seigneur: il livrera aussi Moab entre vos mains.

19. Vous détruirez toutes les villes fortes, toutes les places les plus importantes; vous couperez par le pied tous les arbres fruitiers; vous boucherez toutes les fontaines, et vous couvrirez de pierres tous les champs les plus fertiles.

20. Le lendemain matin, sur l'heure où l'on a accoutumé d'offrir le sacrifice, les eaux vinrent tout d'un coup le long du chemin d'Edom, et la terre en fut remplie;

21. Les Moabites ayant appris que ces rois étaient venus pour les combattre, rassemblèrent tous ceux qui portaient les armes, et vinrent les attendre sur leurs frontières.

22. Et s'étant levés dès le point du jour, dès que les rayons du soleil brillèrent sur les eaux, elles leur parurent rouges comme du sang;

23. Et ils s'entredirent : C'est le sang du glaive; les rois se sont battus l'un contre l'au

23. Dixeruntque : Sanguis gladii est; pugnaverunt reges contra se, et cæsi sunt mutuò; nunc perge ad prædam, Moab.

24. Perrexeruntque in castra Israel. Porrò consurgens Israel, percussit Moab, at illi fugerunt coram eis. Venerunt igitur qui vicerant, et percusserunt Moab,

25. Et civitates destruxerunt, et omnem agrum optimum, mittentes singuli lapides, repleverunt, et universos fontes aquarum obturaverunt, et omnia ligna fructifera succiderunt, ita ut muri tantùm fictiles remanerent; et circumdata est civitas à fundibulariis, et magnâ ex parte percussa.

26. Quod cùm vidisset rex Moab, prævaluisse scilicet hostes, tulit secum septingentos viros educentes gladium, ut irrumperent ad regem Edom; et non potuerunt.

27. Arripiensque filium suum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocaustum super murum : et facta est indignatio magna in Israel, statimque recesserunt ab eo, et reversi sunt in terram suam.

tre, et se sont entre-tués : Moabites, marchez pour enlever les dépouilles.

24. Ils vinrent donc au camp d'Israël. Mais les Israélites se levant soudain, battirent les Moabites, qui s'enfuirent devant eux. Les vainqueurs, les poursuivant, les taillèrent en pièces,

25. Détruisirent leurs villes, remplirent tous les champs les plus fertiles de pierres, que chacun vint y jeter, bouchèrent toutes les fontaines, abattirent tous les arbres fruitiers, et ne laissèrent sur pied que les murailles faites de terre. La ville *capitale* fut aussi investie par les frondeurs, et une grande partie des murailles fut abattue.

26. Le roi de Moab, voyant qu'il ne pouvait plus résister aux ennemis, prit avec lui sept cents hommes de guerre pour forcer les quartiers du roi d'Edom; mais ils ne purent y réussir.

27. Alors, prenant son fils aîné, qui devait régner après lui, il l'offrit en holocauste sur la muraille *pour se rendre ses dieux favorables;* ce que les Israélites ayant vu, ils eurent horreur d'une action si barbare, et, s'étant retirés aussitôt de dessus les terres de Moab, ils s'en retournèrent dans leur pays.

COMMENTARIUM.

Vers. 1 — Joram verò filius Achab regnavit super Israel in Samaria anno decimo octavo Josaphat regis Juda, regnavitque duodecim annos (1). Hic Joram non successit Achab parenti suo proximè; sed Ochoziæ fratri, qui duobus regnavit annis, ut diximus, et sine liberis decessit. Hìc nonnulla occurrunt in temporum ratione non admodùm expedita. Quæ tamen juxta regulas supra traditas ad c. 1, num. 17, conciliari possunt, ubi diximus annos interdùm imperfectos omitti, interdùm censeri pro integris, et cùm aliquando filii simul cum parentibus regnaverint, nonnunquàm filiis annumerari annos, in quibus filiis cum parentibus fuit commune regnum, interdùm illos tantùm, quos extincto patre solus sine consorte filius tenuit regni gubernacula Quare si cum patre quisquam duobus regnavit annis, et solus decem, regnâsse dici poterit aut decem, aut duodecim : et regnâsse cœpisse alterius regis anno aut decimo octavo, aut vigesimo; sic multa componi posse diximus, quæ minùs inter se consentire videbantur, cùm uno in loco ponatur alius annorum numerus, v. g., in libris Regum;

(1) Disputat hìc Abulens. quæst. 21, an deceat religiosos, qualis erat Eliseus, in aulis principum versari, ac respondet decere si sint magnæ solidæque prudentiæ et virtutis, uti erant Elias et Eliseus, quos Deus ad reges mittebat, ut eos in Dei cultu erudirent, vitia castigarent, sana concilia suggererent. Sic Plutarchus scripsit libellum hoc titulo : *Maximè cum principibus viris philosopho esse disputandum.* Unde Pericles usus est Anaxagorâ, Dionysius tyrannus Siciliæ Platone, Pythagorâ principes Italiæ, Cato Athenodoro, Scipio Panætio. Cœterùm, ad castra magis religiosos probatæ virtutis mitti expedit, ut milites instruant, coerceant, sacramenta ministrent; unde multi militum per eos salvantur; qui sine eis damnarentur, ut patet ex missionibus castrensibus in Belgio, Germaniâ, Italiâ, Galliâ, etc. Adde religiosorum exempla sanctitatis, preces et sacrificia, multùm prodesse exercitibus, uti profuit hìc Eliseus. Cæterùm, religiosi, qui honoris, libertatis vel vanitatis causâ aulas ambiunt, tam aulas quàm seipsos perdunt, ac religionum superioribus magnas creant molestias, ut satius esset eos esse seculares quàm religiosos, ut experientia docet. (Corn. à Lap.)

alius in alio, puta in lib. Paralip., in quibus idem sæpè tractatur argumentum. Hoc ad varios usus præmissum esse volo, ne cogar iterare sæpiùs, et eamdem responsionem, ad multas quæstiones, sibique quam simillimas adhibere. Si quid occurrerit, cui hæc communis veraque doctrina non satisfaciat, quod accidet aliquando, aliam tentabimus viam explicandi nodi.

VERS. 2. — ET FECIT MALUM CORAM DOMINO, SED NON SICUT PATER SUUS ET MATER; TULIT ENIM STATUAS BAAL. Duo fœdârunt tempore Achab Israelitidem gentem impietatis genera, vitulorum impia sacraria, quæ primùm induxit Jeroboam, et conservavit Achab, et quæ accepta à parente patriâque gentili induxit Jezabel. Quæ cùm esset Sidonia, Sidoniorum diis in Israelitico tractu excitavit altaria, et Baalis effinxit simulacra, sacravit sacerdotes, instituit sacrificia. Posteriora hæc sustulit Joram, priora retinuit, et sicut fecêre superiores reges Israel, divinos vitulis honores impendit. Atque ideò dicitur neque tam peccâsse impudenter et graviter sicut parentes, qui novam induxerant impietatem: neque omninò ab idololatriâ fuisse liberum, cùm conflatis à Jeroboamo vitulis adhæserit. (1)

VERS. 4. — PORRÒ MESA REX MOAB NUTRIEBAT PECORA MULTA, ET SOLVEBAT REGI ISRAEL CENTUM MILLIA AGNORUM. Subegit David sibi regiones plurimas, easque sibi reddidit vectigales, ut habes lib. 2, c. 8. Qualis fuit Syria, Idumæa, Moab. De Moab habes ibi, v. 2, de Idumæâ v. 14. Quod ad hoc usque tempus pensitavit Moab, ad tempus, inquam, Achab, nam et illo mortuo, et Ochoziâ regnante, rebellavit Mesa. Neque tamen contra illum quicquam molitus est Ochozias, aut quia non satis habuit temporis, cùm regnum non duraret ultra biennium, aut certè, ut erat animo imbecillo et languido, tentare non est ausus. Cùm verò hæ regiones Davidi et Salomoni filio, qui in Israele toto dominabantur, vectigalia penderent, postquàm regnum illud dissectum est, aliæ provinciæ regibus Israel, aliæ regibus Juda, pro locorum opportunitate et viciniâ tributa solvebant. Moabitica regio Israelis, Idumæa regibus Juda, ut mox videbimus. Huic porrò Mesæ cùm regionem incoleret uberem, et pascendis gregibus idoneam, de gregibus statis temporibus certus quidam numerus impositus est; quem ille fideliter reddidit, non detonso vellere ex pacto. Ubi Vulgatus, *nutriebat*, Hebraicè est *noked*, id est, punctans, seu consignans, quia qui greges pascunt, aut nutriunt, certâ quâdam notâ, seu charactere consignant pecora, quo ab alienis gregibus distinguantur. Est autem usitatum valdè, ut certa quædam actio totam artem aut munus significet. Quomodò salsamentarius hâc notâ significatus est, *qui cubito se emungit*; tribunus, *qui in militum capita frangit vites.* Sic quia pastores aut pecorum domini notis quibusdam pecora compungunt, aut signant, נקדים dicuntur, id est, punctantes. Certè hoc esse proprium pastorum munus, dixit Virgil. lib. 1 Georgicorum:

Aut pecori signum, aut numeros impressit acervis.

Festus: « Signare significat modò scribere, « modò annulo signa imprimere, modò pe« cora signis notare. » Isidorus libro 20: « Character est ferrum caloratum, quo notæ « pecudibus inuruntur. » (1)

VERS. 6. — EGRESSUS EST IGITUR REX JORAM IN DIE ILLA DE SAMARIA, ET RECENSUIT UNIVERSUM ISRAEL. Cùm statuisset Joram omninò subigendum esse populum rebellem, et ad officium et fidem revocandum, delectus habuit ex ditione suâ, quàm maximos potuit, et affinem jam sibi regem Juda Josaphat, rogavit sibi ut veniret subsidio contra rebellem servum et hostem quodammodò communem. Quod ille libenter ac prolixè pollicitus est. Neque satis habuit è subdito populo milites cogere, qui unà secum militarem operam Joramo navarent, sed etiam eòdem compulit Idumæum, subjectum tunc sibi et vectigalem populum. Quod ex eo mihi persuadeo, quia rogatus Josaphat per quam viam ducendus esset exercitus in terram Moabitidem, respondit, per Idumæam, id est, per regionem sibi jam ante subjectam. Unde secum regem abstulit Idumæum, ut è toto capite constat. (2)

(1) VERS. 3. — VERUMTAMEN IN PECCATIS JEROBOAM, etc., ADHÆSIT, colendo vitulos aureos à Jeroboam erectos, et populum ad eorum cultum impellendo, ne à se deficeret ad Josaphat regem Juda, si Jerosolymam ejus metropolim ad colendum verum Deum in templo adiret. Magna fuit regum Israel judicii perversitas, cæcitas et obstinatio, in sustentandis hisce vitulorum idolis, ideòque omnes perierunt et excisi sunt. (Corn. à Lap.)

(1) VERS. 5. — CUMQUE MORTUUS FUISSET ACHAB, PRÆVARICATUS EST FŒDUS, hoc est, rex Moab rebellavit, ut vertit Chald., Joramo regi Israel, eique solitum tributum negavit, quia eum ob juventutem et ob cæsum in prælio Achab patrem contempsit. (Corn. à Lap.)

(2) VERS. 8. — PER QUAM VIAM ASCENDEMUS?..... PER DESERTUM IDUMÆÆ. Moabitarum regio sita erat ad orientem maris Mortui; atque iter

Vers. 9. — Perrexerunt igitur rex Israel, et rex Edom, et circuierunt per viam septem dierum. Ex Idumæâ ad regionem usque Moabitidem septemdiale iter est, non quidem singulari et expedito, sed militari incessu, seu prætorio, qui magis est impeditus et tardus; totus autem tractus inaquosus erat et sitiens. Quare necesse erat, nisi Deus laborantem respexisset exercitum, ut perirent omnes siti, aut gravi aliquo premerentur incommodo. Quod cùm impendere sibi existimaret rex Israel, cujus præcipuè agebatur causa, exclamare cœpit et dolere, quasi actum jam esset de tribus regibus, quos Deus Moabitarum ferro objecisse videbatur.

Vers. 11. — Et ait Josaphat : Estne hic propheta Domini ? Inops consilii Josaphat cùm rem eò addictam videret, unde non putabat habiturum effugium, aut exitum talem qualem sibi pollicebantur, priùs à Domino duxit petendum esse consilium, quando opportunum nihil expectari poterat ab hominibus. Rogat igitur an ibi esset prophetarum aliquis, qui à Deo sciscitetur rerum eventum, aut quid sit opus factu. Accidit autem percommodè non sine divino consilio, ut reges hosce sequeretur Eliseus, qui, ut ex fine capitis præcedentis liquet, in Samariam venerat, unde movit conscriptus exercitus à Joramo.

Est hic Eliseus filius Saphar, qui fundebat aquas super manus Eliæ. Hìc Rab. Salomon suo more nugatur, et putat ab Eliseo, Eliæ aquam manibus tunc infusam, quando in monte Carmelo super sacrificium ex bove, et circùm altare aquam fudit copiosam, ita ut aqua fossas hinc inde circumductas impleret. Sed errat hìc Rabbinus iste admodùm infantiliter, tum quia capite illo 18 apertè dicitur ab illis, qui contra stabant pro Baal, impletas fuisse hydrias, et aquam effusam. *Implete,* inquit Elias, *quatuor hydrias aquâ, et fundite super holocaustum.* Deinde, quia eo tempore nondùm sibi Elias socium adsciverat Eliseum, quem c. 19 unxit prophetam, et sibi sociavit. Fudisse autem super Eliæ manus aquam Eliseum, nihil est aliud quàm Eliæ fuisse famulum, et illi talia præstitisse ministeria, qualia servi assolent dominis suis. Est autem usitatum tam in sacrâ quàm in profanâ litteraturâ, ut actio aliqua pro toto ministerio aut arte sumatur. Quomodò solvere corrigiam calceamenti idem est quod obire servile ministerium; et, quod dicebamus proximè, notas pecoribus imprimere, quo distinguantur ab aliis, idem valet quod pastoritium opus exercere. Neque puto tam fuisse delicatum aut lautum Eliam, ut illam operam sibi ab Eliseo præstari voluerit, quam ipse multò libentiùs impenderet Eliseo, sed quia hoc est plerùmque servile negotium, ideò proverbiali specie suspicor usurpari solitum pro munere et conditione servili.

Vers. 12. — Descenditque ad eum rex Israel, et Josaphat rex Juda, et rex Edom. Verùm angustiæ et ineluctabilis infortunii incussa formido, faciunt ne quis magnificè de se loquatur ac sentiat; imò ne se quis aliis superiorem existimet. Quare viri etiam principes, ut subsidium sibi parent in adversâ fortunâ, supplices se abjiciunt ad inferiorum pedes. Id hoc loco tribus contigit regibus, cùm ante illorum oculos, aut mors obversaretur, aut ignobilis fuga, aut quod ab insolente victore accidere solet infortunium. Quare non accersunt Eliseum quem esse secum in castris audierant, sed ad illum descendunt, orantque ut pro ipsorum causâ, quam in summum putabant adductam esse discrimen, precaretur Deum, et ab illo de rerum exitu aut de pugnandi ratione consuleret. Quòd vero eò spiritus demitterent regios, faciebat et angustus ille rerum articulus, et quòd non ignorabant, quàm esset Elisei oratio et indignatio dura, cùm audiissent (quis enim rem ignoràsset tantam?) et sanatum esse fontem Jerichuntinum, et quadraginta duos pueros laceratos ab ursis, qui vulgari convicio tanto viro petulanter illuserant.

Vers. 13. — Dixit autem Eliseus ad regem Israel : Quid mihi et tibi est? Vade ad prophetas patris tui et matris tuæ. Satis grave documentum dederat Eliseus accepti ab Eliâ duplicis spiritûs, prophetici nimirùm et mirabilium operum operatorii, tum etiam severi in eos, quorum essent liberi et profligati mores; nunc autem et illum zelum ostendit, quem

brevissimum expeditissimumque, rectà ducens ex Judâ in Israelem, erat per vada Jordanis, paulò supra influxum ejus amnis in mare Mortuum. Sive autem metuerent reges ne Moabitæ obsiderent vada Jordanis, et Arnon, qui pariter transmittendus erat venientibus in eam regionem, vel improvisi supervenire, ac Moabitas à tergo adoriri vellent, venire per Idumæam, atque copias circumducere per oras maris Mortui statuerunt, ut in plagâ meridionali Moabitas aggrederentur. Hinc paulò inferiùs tres iidem reges *circuisse per viam septem dierum* dicuntur. Brevius enim tempus satis erat, ut rectâ viâ è regione Israelis in ditionem Moabiticam pervenirent. Illud etiam huic viæ accedebat incommodi, quòd aquâ destitueretur, cujus defectus in eas angustias, de quibus statim, conjecit exercitum. (Calmet.)

Elias habuit adversùs reges impios, quorum neque horruit potentiam, neque ita aspectum veritus est, ut objecerit prorsùs impavidè tum ipsorum, tum parentûm errata. Ait igitur ad regem Israel, filium nempe Jezabelis et Achab, nihil cum illo sibi aut fuisse, aut futurum esse commune. Quare si Deum consultum esse velit, id faciat per prophetas, quos in honore parentes habuerunt, et inanium deorum præposuerunt sacris. Quo verbo tacitè videtur innuere, quàm illorum esset futilis et inanis religio, et quemadmodùm magnus illorum numerus fuerit extinctus ab Eliâ. Neque tamen negat se imperata, seu rogata facturum : non tamen ut obsequatur regis Israelis seu precibus, seu imperio, quem adeò vilem habuit, ut neque dignaretur aspectu, sed ut placeret Josaphat regi Juda, quem pium esse noverat, neque indignum, cujus imperio et voto satisfaceret. (1)

VERS. 15. — NUNC AUTEM ADDUCITE MIHI PSALTEM. CUMQUE CANERET PSALTES, FACTA EST SUPER EUM MANUS DOMINI (2). Cùm res Israelitica premente siti foret angustior, accinxit se statim ad opus Eliseus, nihil cunctandum ratus, et quò à Domino responsum acciperet, et quod esset opus facto doceret, acciri jubet psaltem, cujus se numeroso cantico ad accipiendum à Domino responsum præpararet. Mira est harmonicæ pulsationis et ad numeros musicos temperatæ vocis, vis et potestas ad affectus omnes vel incitandos, vel remittendos. De quibus externi plurima ; vide Plutarchum, in lib. qui de Musicâ inscribitur; Aristotelem lib. 8 Politicorum, et alios plurimos, quos videre est promptum. Illud notissimum, notata ab antiquis quædam sonorum genera, quæ variis serviunt animorum affectibus, Lydium, Dorium, Lesbium, Phrygium, qui mirificam in animos potestatem habent. Quidam acres et bellicos ingenerant impetus, alii mitiores et ad pietatem accommodatos magis : alii immoderatiùs exultantes animos contrahunt, componuntque ad religionem et modestiam : alii contractos solvunt et exhilarant. Est ergo ad pietatem aliquod musicæ genus opportunum, quale est illud quod ad sacrum officium adhibet Ecclesia, quod, ut experientiâ ipsâ nôrunt

VERS. 14. — VIVIT DOMINUS (id est, juro per Dominum), IN CUJUS CONSPECTU STO (quem ut mihi præsentem semper in mente habeo, revereor, colo et amo, æquè ac magister meus Elias, à quo hoc didici), QUÒD SI NON VULTUM JOSAPHAT REGIS JUDA (qui mecum Deum verum colit) ERUBESCEREM, NON ATTENDISSEM QUIDEM TE, NEC RESPEXISSEM, sed despexissem, nec te dignatùs essem responso, multò minùs oraculo, quia tu Deum meum negligis et despicis. Qui enim Deum habet præsentem, nullius præsentiam timet aut curat. Quocirca Sextus Philosophus in sententiis (quæ falsò Sixti pontificis nomine impressæ extant) numer. 293 : *Ad omnia quæ agis*, inquit, *Deum invoca testem*. Et numer. 278 : *Exordium in agendo à Deo sume. Ore autem priùs Deum habeto et mente quàm respires.* Et num. 277 : *Sapientum animæ insatiabiles sunt in amore Dei.* Et num. 304 : *Particeps Dei est vir sapiens.* Et num. 430 : *Sapiens mens speculum est Dei.* Et num. 368 : *Optimè honorat Deum, qui mentem, quoad potest, similem Deo facit.* (Corn. à Lap.)

(2) « Pourquoi Elisée ne peut-il prophétiser « sans le secours d'un ménétrier ? » — « Il fal- « lait aux prophètes des instruments de musi- « que pour se disposer à l'inspiration. Les Co- « rybantes, les Galles ou prêtres de Cybèle, « ceux de la déesse de Syrie, les devins des « sauvages faisaient de même. L'auteur de « l'Examen important dit que l'on annonçait « l'avenir en dansant. »

La coutume de joindre le chant et la danse aux exercices publics de religion a régné dans tous les temps et chez tous les peuples. Qu'y a-t-il d'étrange et d'indécent qu'Elisée ait employé le chant des hymnes sacrées pour se disposer à recevoir l'inspiration divine ? Il ne faut pas croire que le don de prophétie fût habituel et continuel. Dieu n'inspirait ses prophètes que lorsque cela était utile à ses vues et à ses desseins. Au reste on ne voit dans tous les livres saints qu'Elisée qui ait demandé, pour prophétiser, l'assistance d'un musicien. De ce seul exemple isolé, les incrédules concluent que tous les prophètes ne pouvaient, sans ce secours, prédire l'avenir. Cette conséquence est évidemment déraisonnable. On ne peut même rien conclure de ce fait, relativement à la personne d'Elisée. Le texte sacré ne nous apprend pas pour quel motif il désirait le musicien. Ne pourrait-on pas en donner une raison particulière ? Le prophète venait d'avoir un mouvement d'impatience très-vif contre le roi Joram qui, tout idolâtre qu'il était, prétendait obliger les prophètes du Seigneur à lui prédire l'avenir. Elisée put demander un musicien pour se remettre de cette effervescence.

On cite les chants des *Corybantes*, des *prêtres de Cybèle*, de la *déesse de Syrie*, des *devins des sauvages;* mais a-t-on connaissance qu'ils aient prétendu être inspirés ? A-t-on conservé quelques recueils de leurs prophéties ? Qu'on les produise, et nous les comparerons avec celles d'Elisée , d'Isaïe , de Jérémie et des autres prophètes. Parce que David était prophète et qu'il a dansé devant l'arche, s'ensuit-il qu'on annonçait l'avenir en *dansant ?* En quel endroit est-il dit que ce saint roi a fait quelque prophétie dans cette circonstance ? Ce n'est donc qu'en confondant la fonction des prophètes avec celle des musiciens, le chant et la danse avec l'inspiration, que les incrédules cherchent à en imposer à ceux qui n'ont jamais lu l'Histoire sainte et qui ne la connaissent que d'après leurs rapports infidèles et travestis. (Duclot.)

viri pii, animos quodammodò abstrahit à terrenis et rapit ad cœlestia. Sanè August. in Confession. mirè se affici dicebat cùm canticum audiret ecclesiasticum : sic autem ille lib. 9 Confession. cap. 6 : « Quantùm flevi in « hymnis et canticis tuis suave sonantis Eccle« siæ tuæ vocibus commotus acriter! Voces « illæ influebant auribus meis, et eliquabatur « veritas tua in cor meum, et ex eâ æstuabat « affectus pietatis, et currebant lacrymæ, et « benè mihi erat cum eis. » Vide Basilium homil. de legendis gentilium Libris. Neque alios numeros aut cantus audivit Eliseus, quàm qui modò à religioso cœtu in Ecclesiâ cantantur. Ut enim docet Theod. q. 11, psaltes ille, qui suo cantu excitavit spiritum, et ad excipiendum divinum afflatum aptè disposuit, Levita fuit, qui Psalmos cecinit Davidicos. « David, « inquit, Levitas uti jussit citharis, et tibiis, et « cymbalis, et aliis instrumentis. Utebantur « autem ipsi spirituali Davidis modulatione. « Ex his unum jussit accersiri propheta; illo « autem psallente, quod erat agendum signifi« cavit gratia spiritûs. » Ut autem psalmus malum è Saüle spiritum pellebat aut sedabat (nam suos tunc Psalmos cecinisse Davidem verisimile est), sic etiam Psalmus bonum spiritum advocare potuit. Quâ de re vide Greg. hom. 1 in Ezech., ubi per psalmodiam dicit omnipotenti Deo ad hominum corda iter aperiri. Sanè S. Franciscus ad lyricinis cantum ad cœlestium rerum contemplationem excitabatur.

Facta est super eum manus Domini. Cùm caneret psaltes ad musicos numeros, soporati sunt Elisei sensus, et animus magis à corporeis impedimentis solutus, sicut in somno contingit, seipsum ad cœlestium rerum contemplationem afflatumque divinum excitavit. Tunc autem novâ rerum cognitione illustratus à Deo, et id quod quærebat assecutus, dixit :

Vers. 16. — Hæc dicit Dominus : Facite alveum torrentis hujus fossas et fossas. Usitatum est ut nomen illa retineant, quæ habuerunt quondam, etiamsi ratio aut notatio nominis omninò desierit. Quomodò *congiarium*, aut *salarium* vocamus servorum annuam mercedem, licet non jam servilem operam congius vini, aut salis mensura compenset. Sic Trojam appellamus campos ubi Troja fuit. Et ut alveus dicitur hoc loco sinus qui fluviales aquas cohibet, aut etiam pluviales, licet nihil in se contineat aquarum, sic alibi millies. Quod observatum est, tit. de rerum Divisione, Instit, § *sin autem*, ubi sæpè locus ille appellatur alveus, quem aqua deseruit. Ob eamdem rationem torrens dicitur hic locus, qui aliquando abundavit aquis, licet modò, ut apparet, aridus esset. Jubet ergo propheta, ut in sinu illo aridi torrentis fossæ fiant, aut scrobes plurimi (id enim valet fossæ geminatum nomen) qui aquam excipiant, quas admirabili modo Dominus uberes sitienti multitudini largietur.

Vers. 17. — Non videbitis ventum, neque pluviam, et alveus iste replebitur aquis. Hinc fit verisimile alveum illum non habuisse aquas fontanas et juges, sed ad breve aliquod tempus è pluviâ collectas; alioquin historicus sacer non meminisset pluviæ, quæ torrentem implet, neque venti, imbriferi videlicet, qui pluviam inducit. Erit igitur prodigium à divinâ manu, si alveus, qui non, nisi à pluviâ, aquas colligit, sine pluviâ tamen, imò sine vento, qui nubes cogit, et indicat pluviam, aquis abundet.

Vers. 19. — Et percutietis omnem civitatem munitam. Non solùm à Domino promittit Eliseus abundantes aquas, quibus tantus ille exercitus reficeret et declinaret malum quod timebat, sed etiam, quod non sperabat, subjiceret iterùm Moabitidem gentem, quæ Israeliticum jugum ex suis cervicibus excutere moliebatur; et illius regionem ita deleret, ut nullum ubertatis aut pulchritudinis antiquæ vestigium relinqueret. Neque enim civitatem illam quantumcumque munitam et splendidam, reliquam futuram esse dicit à communi cæde, cædendas esse frugiferas arbores, et ne qua superesset species ubertatis et amœnitatis, regionis illius obstruendos esse fontes, quibus irrigata, speciosa reddebatur et fertilis. Quod ita omninò contigisse constat ex v. 24 et 25. (1)

(1) Fontes aquarum obturabitis. Dicta hæc accipi possunt de quâlibet aquarum scaturigine, seu fontium seu puteorum, ut opposita cisternis, cæterisque aquis ex imbre collectis. Jubet Deus obstrui puteos, obrui scaturigines aquarum, aggestis lapidibus et arenâ, atque in loca petrosa et arenosa aquas flecti, ut scilicet dissipatâ in locis sterilibus et incultis aquâ, cultu tellus arescat.

Omnem agrum egregium operietis lapidibus. Obtinebat id in eâ regione, aliisque pluribus, ut collecti ex agro lapides congererentur in strues secundùm agros, ne vomerem aratri, neque ligonem vinitoris impedirent. Hùc spectat Isaias v. 1 : *Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei* (in loco edito et fertili) *et sepivit eam, et lapides elegit ex illâ.* Agrum hunc appellat Persius satyrâ ultimâ : *Exossatum*

VERS. 20. — FACTUM EST IGITUR MANÈ QUANDO SACRIFICIUM OFFERRI SOLET, ET ECCE AQUÆ VENIEBANT PER VIAM EDOM. Hæc verba dicta fuisse videntur pridiè sub vesperum, aut etiam fortassè adultâ nocte, neque distulit promissum. Nam sequenti die quo tempore sub lucem sacrificium offerri solet vespertinum, ab eâ parte quæ spectat Idumæam, apparuerunt aquæ, quæ torrentis alveum et fossas impleverunt, cùm tamen illarum causæ nusquàm apparerent. Neque enim ut fuerat ab Eliseo prædictum, imber apparuit ullus, aut ventus pluvius, aut aliquid aliud, à quo vis illa aquarum inopinata provenire posset. Quærit Abulens. q. 14 undenam illa aqua in torrentem influxerit : ego cùm videam hìc intercessisse miraculum, de reliquo non laboro. Fieri enim potuit ut novas Deus venas aperuerit, aut sicut in deserto olim aquam excusserit è silice, cuivis licebit excogitare quod maluerit, cùm ex Scripturâ nihil habeamus aliud quàm aquam venisse per viam Edom, per viam, inquam, illam quam priùs experti fuerant arentem.

VERS. 21. — UNIVERSI AUTEM MOABITÆ, AUDIENTES QUÒD ASCENDISSENT REGES UT PUGNARENT, etc. Jam ante Moabitæ certis conjecturis noverant, ex quo impositum sibi tributum noluerunt exolvere, comparari bellum à rege Israel, cujus imperium declinare statuerant. Quare ipsi contra armaverant, quos idoneos esse bello compererant, illos nimirùm, quibus jus erat, aut consuetudo baltei, quique belli pondus sustinere poterant. Et steterunt in terminis, in eo nimirùm loco, qui Moabiticos fines ab Idumæorum ditione secernit.

VERS. 22. — PRIMOQUE MANE SURGENTES, ET ORTO JAM SOLE EX ADVERSO AQUARUM, VIDERUNT MOABITÆ È CONTRA AQUAS RUBRAS. Progressi fuerant Moabitæ ad duorum populorum confinia, ut inde hostes arcerent ab ulteriori progressu, cùmque orto jam sole, vicino jam hoste obviàm prodirent, viderunt aquas instar sanguinis rubras, cùmque neque id expectarent, neque coloris illius sanguinei causam nôssent, suspicati sunt reges illos, inter quos propter religionem, studiaque diversa minùs convenire existimabant, ortas inimicitias, et mutuis se confecisse vulneribus. In quam cogitationem eò venerunt procliviùs, quòd id aliis temporibus contigisse didicerant. Neque enim hoc ignorare poterant, cùm esset res admiratione digna, neque accidisset procul ab ipsorum finibus.

Nôrant enim quod antea dudùm Madianitis sub Gedeone Judic. cap. 7, et Philistæis lib. 1 Regum cap. 14, hoc idem accidisse ; atque ideò, quasi verum esset quod optabant, se non jam ad bellum, sed ad prædam hortabantur, dicebantque : *Perge ad prædam, Moab.* Sed accidit contra quàm optabant sibique persuaserant. Nam cùm potu contrariæ acies se refecissent, confirmâssentque, gravi plagâ percusserunt Moab, et in ignobilem fugam compulerunt. Fecerunt tandem quod illis per Eliseum Dominus promiserat, subversis optimis quibusque, munitissimisque civitatibus. Oppletis lapidibus agris, eòque redactis, ut ex illis sperari non posset fructus, succisis arboribus et fontibus obturatis, quâ agrorum specie spectari nil poterat miserabilius.

Circa hæc aliqua nobis observanda sunt. Primùm, quomodò Moabitæ aquæ, quæ per torrentem influxerant, ita rubuerint, ut viderentur sanguinis habere similitudinem, imò et esse sanguis, quem gentes in Moabitarum exitium conjuratæ ex cognatis fœderatisve corporibus expressissent. Unde vis illa aquarum tanta, quæ tantum exercitum reficere aut saturare potuit, provenerit, jam à nobis nuper dictum est, nempe certò cognosci non posse, sed tantùm ibi intercessisse miraculum. Cur verò aquæ visæ fuerint aut sanguineæ, aut infectæ sanguine, quærit Abulens. q. 19. Duæ possunt assignari causæ coloris illius : altera quia alveus ille, quem subitus implêrat aquarum influxus, terram habebat, seu glaream rubram. Notum est enim aquam, quæ colorem habet suâ naturâ nullum, à circumfusâ materiâ colorari : unde cùm Arabici sinûs aqua non magis sit quàm alia quævis colorata, rubra tamen apparet. Quia rubra est terra, quæ vastam illam aquarum molem ambit atque concludit; et mare illud proptereà Rubrum, seu Erythræum nominatur. Et in Hispaniâ Bethicâ torrens quidam est, quem *albas aquas*, et flavus, quem *viridem* appellamus, quia hujus aquas virides ripæ, illius arenarum seu saxorum candor albas apparere facit ; sic credo, alvei illius aut fundum aut latera fuisse rubra, et ex eis aquam cruentum illum contraxisse colorem. Sed sanè verisimile non est ignorâsse Moabitas rubram esse terram illam quam toties vidissent atque calcâssent, et aquam illam aliàs apparuisse rubram ; quare neque sanguinem esse, aut sanguine infectam aquam arbitrarentur, neque se mutuò ad hostium potiùs exuvias, quàm ad bellorum discrimen horta-

agrum. Mandat Deus Hebræis, ut per optimos agros lapides hosce disperdant. (Calmet.)

rentur. Placet magis quod Abulensi non displicet, quod sumpsit ex Josepho lib. 9, cap. 1, aquam illam rubram tunc apparuisse Moabitis, quia matutino tempore egressi sunt, quando rubere solent, et accendi nubes à radiis solaribus, quarum imaginem omnis materia aut tersa, aut perspicua recipit, ut experientiâ constat. Quod Chaldæus indicat, dùm ita vertit : *Surrexerant manè, et sol descenderat super aquas.* Quare cùm sub auroram rutilaret cœlum, et solis radiis inardescerent nubes, colorem igneum et rutilum acceperunt aquæ, et à Moabitis, qui rationem illam propter ingenii stuporem, aut parùm attentam observationem non considerabant, sanguineæ videbantur. Rutilare autem cœlum matutino tempore etiam sine nubibus, habes lib. 2 Reg., cap. 13, v. 4 : *Sicut lux auroræ oriente sole manè absque nubibus rutilat.* Et Christus ipse Matth. 16, v. 3 : *Facto vespere, dicitis : Serenum erit, rubicundum est enim cœlum. Et manè : Hodiè tempestas, rutilat enim triste cœlum.* A colore igitur cœli rutilo et flavo colorem rutilum, aut conceperunt, aut expresserunt aquæ in alveo conclusæ.

VERS. 25. — Secundò : DESTRUXERUNT AGROS, MITTENTES SINGULI LAPIDES, REPLEVERUNT. De illis tantùm agris puto sermonem esse, per quos exercitus ille victor et copiosus transibat : sed est adhuc difficile expendere quomodò illi etiam agri injectis lapidibus ab offenso, seu ludibundo milite redderentur inutiles. Videtur enim opus fuisse longi molestique negotii : sed res tunc minùs videbatur difficilis, si regionis naturam consideremus. Est enim Moabiticus ager, Ammoniticus et Idumæus, sicut etiam ille fermè omnis qui terram promissionis continet ac definit, lapidosus, utpote qui in regione magnâ, ex parte confragosâ et asperâ ; lapides autem illi difficilem reddunt agrorum vinearumque culturam, atque ideò expurgari solent à lapidibus, ne steriles sint, et parùm ad culturam faciles et idonei : qui ab agricolis agri dicuntur exossati, sicut à Persio satyrâ ultimâ :

Exossatus ager juxta est.

Quod officium seduli et intelligentis agricolæ, præstitit Dominus vineæ suæ, quam dicitur Isai. cap. 5, à saxis emaculâsse, *et lapides elegit ex eâ.* Hi porrò lapides aut extrahebantur extra vineas et agros, ex quibus ad agrorum custodiam maceriæ extrahebantur, sive in ipsis agris colligebantur in acervos; quales nos in Caracitano solo, quod Compluto vicinum est, passim videmus, ubi frequentes spectamus acervos ex illis congestos lapidibus, quos ab agro purgato agricola sedulus exemit. In hunc ergo sensum explicui illud Oseæ cap. 2, v. 11 : *Altaria eorum quasi acervi super sulcos agri.* Cùm ergo frequentes essent lapidum acervi, sive in agrorum medio, sive in illorum ambitu, non difficile fuit à tantâ multitudine dissipari collectos illos lapides, et in eumdem locum, unde fuerant extracti, dispergi. Quare nisi molesta quædam opera iterùm poneretur in purgandis agris, futuri rursùs videbantur steriles.

ET UNIVERSOS FONTES AQUARUM OBTURAVERUNT. Miseranda planè species erat agrorum, cùm lapides, inimici frugibus et arboribus, agros operirent, sed erat miserabilior multò, cùm nulli jam superessent fontes, qui amœnos agros, hilaresque reddiderant, neque relinqueretur miseris quo sitim depellerent et revocarent deficientem animam.

ET OMNIA LIGNA FRUCTIFERA SUCCIDERUNT. En alia plaga quæ Moabiticos deformavit agros, et possessores dolore affecit, et detrimento gravi. Arbores enim fructiferæ, quæ ornamento erant agris, et civibus subsidio, succisæ sunt. Quo cives solatio, quod futurum videbatur extremum, orbati, nihil jam habere in suâ regione videbant, quod amarent, aut in quo suum sibi natale solum placeret. Quærit Abulens., q. 17, quomodò ligna inimicorum succidere Israelitæ potuerint, cùm id expressè ne fieret, Deut. cap. 10, cautum fuerit : *Quando obsederis civitatem multo tempore, et munitionibus circumdederis eam, non succides arbores, de quibus vesci potest, nec securibus per circuitum debes vastare regionem*, etc.; *si qua autem ligna non sunt pomifera, sed agrestia, et in cæteros apta usus, succide et instrue machinas*, etc. Et respondet aut id fieri potuisse, aut etiam debuisse fieri, quia Deus, qui legis auctor est, ab illius observatione populum exemit, quod per Eliseum illi significavit, ut vides. Aut certè, illud præceptum vim habere voluit tantùm in terrâ Chanaam, quam habitari placuit à filiis Israel. Cùm autem arbores pomiferæ ad terræ illius fœcunditatem et indigenarum usum pertinerent, noluit illas excindi, sed si qua materia esset ad bellicas machinas, seu tormenta necessaria, ex agrestibus voluit arboribus sumi.

ITA UT MURI TANTUM FICTILES REMANERENT. Evertit, ut vidimus, exercitus Israel, civitates omnes quæ erant in terrâ Moab, et quantùm potuit populatus est agros, atque ita vastavit

dispersis lapidibus, succisis arboribus, et fontibus obturatis, ut valdè reliquerit ineptos habitationi, nisi longo atque molesto labore ad priorem statum revocarentur. Ex tot civitatibus superfuerunt tantùm muri fictiles, ad quos se rex Moab recepit ex fugâ; quos obsedit, percussitque adversarius exercitus; et regem illic conclusum eo desperationis adegit, ut consilium cœperit planè miserrimum, quo suæ suorumque saluti consuleret, de quo mox.

Qui sint muri fictiles, obscurum est. Quidam ideò muros fictiles relictos esse putant, quia direpti fuerunt lapides, ut saxa ex illis excussa, agros, vinetaque consternerent. Ita Rab. Salomon citatus à Lyrâ, cujus sententiæ ex nostris subscripsêre non pauci. Mihi illa magis probatur cogitatio, quæ muros fictiles nomen putat esse civitatis, quod tenent omnes penè recentiores interpretes, qui ita vertunt, *Kirchareseth.* Esse autem certam aliquam civitatem, illa, quæ proximè consequentur, ostendunt; illam autem esse fortissimam, regiamque civitatem, ex eo constat, quia in illam quasi in locum maximè munitum rex se recepit; ibi filium reliquit, quem jugulavit postea; in illam ad extremum totum belli pondus incubuit: dicitur autem *Kirchareseth.* Præcipuam autem esse civitatem illam, tum regiâ sede, tum præclaro munimento lateritiæ fabricæ, habemus ex Isaiâ cap. 16, v. 7: *His qui lætantur super muros cocti lateris, loquimini plagas suas.* Quasi dicat: Neque illos ex Moabitide gente futuros esse tutos à plagâ, qui præsidio sibi civitatem illam elegerunt, quæ dicitur *muri cocti lateris*, seu *muri fictiles*, aut *muri testacei*, seu *lateritii;* plura hâc de re nos in nostris Commentariis super Isaiam ad locum proximè citatum. Vide etiam Pagnin. in radice חרש *cheres.* Cur verò civitas illud nomen habuerit, ea videtur esse causa non levis, quia in totâ terrâ promissionis, locisque vicinis, cùm lapidibus abundent, vix auditur lateritium opus, cùm à saxo optimè ad aspectum et firmitatem construantur muri, secùs atque apud Babylonios et Ægyptios, ubi lapis rarus, et ideò à cocto latere magnæ excitantur moles. Et quemadmodùm quia porta quædam Hierosolymis, quod petrarum est, è laterculo ædificata fuit (si fortè ea causa est, quam nos in nostris Commentariis in cap. 19 Jeremiæ non probabamus) porta appellatur fictilis, Jerem. citato cap. v. 2, sic etiam à materiâ rarâ, civitas illa muri fictiles vocata fuit.

Illud hìc ad extremum observandum, in textu Hebræo ad verbum pauca aliter legi, et aliquo modo codices illos priori explicationi favere. Sic enim illi: *Ad hisir habaneheh bakir charaseth,* id est, donec relinquerentur lapides in Kirchareseth, quasi dicas eò redactam esse civitatem illam regiam, ut tantùm in illâ lapides, nempe murorum, reliqui forent. Porrò in lapidibus lateres, intelligo coctos, ex quibus constructa fuerunt civitatis mœnia. Notum est enim Hebraicam vocem *eben,* latiorem habere significationem, et significare pondus, quâcumque id ex materiâ fiat, unde pondus stanneum, quale est perpendiculum אנך vocatur. Zachar. cap. 4: *Et videbunt lapidem stanneum in manu Zorobabel.* Quare dùm Vulgatus muros fictiles relictos esse dixit, nihil omisit ex Hebraico textu, si lapides hìc lateres sunt: perinde enim est ac si diceret relictos fuisse lateritios muros, aut relictos lateres, ex quibus fuêre mœnia compacta.

VERS. 26. — TULIT SECUM SEPTINGENTOS VIROS EDUCENTES GLADIUM, UT IRRUERENT AD REGEM EDOM. Cùm civitas gravem à fundibulariis et cæterâ multitudine plagam accepisset, neque diutiùs viderentur sustineri posse impetus hostiles, statuit subeundam esse aleam, et ferro aperiendam esse ad salutem viam. Assumpsit igitur ex totâ multitudine viros septingentos, quibus major inesset vis et audacia, ut in eam partem irrumperet, ubi constitisse viderat regem Edom, sive quia stationem illam infirmam esse viderat, et facilè, minùs certè difficilè, superabilem, sive quia duriùs in illum erat infensus; quòd cùm sibi vicinus esset, et favere potiùs Moabitarum partibus, quàm illas oppugnare debuisset, non tamen segniùs obsidionem urgeret quàm quivis alius ex Israelitico genere. Sed profecit nihil, neque enim quod destinârat animo, consecutus est; quare rediit in urbem, et quando armis videt nihil tentari posse utiliter, magis existimavit futurum ex usu, si placaret infensos animos. Spectaculo planè tragico, quale ad ejusmodi finem nunquàm superiora secula viderunt.

VERS. 27. — ARRIPIENSQUE FILIUM SUUM PRIMOGENITUM, QUI REGNATURUS ERAT PRO EO, OBTULIT HOLOCAUSTUM SUPER MURUM. De hoc consilio crudeli et barbaro regis Moab, multa meditantur tam nostri quàm Hebræorum magistri, de quibus nos pluribus in nostris Commentariis ad illud Amos cap. 2 vers. 1: *Super tribus sceleribus Moab et super quartum non convertam eum, eò quòd incenderit ossa regis Idumææ usque ad cineres.* Primùm hìc explodenda

est illa Hebræorum sententia, cujus auctor videtur esse Rab. David ad cap. 2 Amos, ubi dicit regium illum puerum immolatum in muris, esse filium regis Idumææ, non regis Moab: *Accepit*, inquit, *filium ejus* (nimirùm regis Edom, quem in bello ceperat, vel apud se obsidem habebat) *primogenitum, qui regnaturus erat pro eo: et obtulit eum holocaustum super murum. Et fuit indignatio magna super Israel, quæ indignatio fuit regis Edom, contra Israel ab illo die in posterum, eò quòd combussisset rex Moab filium regis Edom in bello in quo saucius erat Israel.* Si hæc verba conferas cum verbis Amos, invenies multa ab hoc Rabbino infantiliter peccari. Ut quid enim pueri recens mortui à carnibus nudaret ossa, illaque immolaret sacrificali ritu? An tantùm erat otii regi, cujus in extremo periculo vita versabatur, ut ossa spoliaret carnibus, quod brevi tempore fieri non poterat, maximè cùm instaret hostis, et præsens intentaret exitium? An carnes ineptæ sacrificiis, et tantùm ossa altaribus destinata? Deinde, quia si regis Idumææ filius esset eâ ratione jugulatus, potiùs reges urgerent obsidionem, et ad mortem usque Moabitam persequerentur, ut amici ac fœderati regis dolorum solarentur de filii immolatione conceptum, quàm arma confestim deponerent, et de reditu in patriam cogitarent.

Minùs abs re Rab. Salomon: ait enim, ut refert Lyra hìc, quem non improbat, interrogâsse regem Moab à sapientibus, quam ob rem tam esset Deo gratus populus Israel, et cùm responsum fuisset illud esse adscribendum Abrahæ meritis, propterea quòd ille filium unigenitum Isaac Deo sacrificâsset, statuisse eodem sacrificii genere divinam sibi gratiam et patrocinium conciliare. Atque ideò immolâsse filium primogenitum, et eâ ratione impendentem suis faucibus gladium effugisse. Quam explicationem multis refutat Abulens. q. 23, et Burgens. hìc.

Alii probabiliùs dicunt, immolatum esse filium, non Deo vero, quem colebat Israel, sed Moabitarum idolo Moloch, cui à parentibus filios immolari solitos ex Scripturâ docemur. Levit. cap. 20, versiculo 2: *Si quis dederit de semine suo Moloch, morte moriatur.* Quod fecerunt sæpè gentiles, ut auctor est Euseb. lib. 4 de Præpar. cap. 7, ubi hâc de re plurima. Humana verò victima eò dæmoni gratior putabatur, quæ charior erat sacrificanti. « Gentilium, « inquit, animos adeò pestis invaserat, ut « quasi dæmoniaci, et à perniciosis profectò « spiritibus agitati, liberorum sanguine cœle« stes virtutes placarent. Ita pater unicum fi« lium, dilectam mater filiam dæmoni tanquàm « ovem sacrificabant. » Idem consilium iniisse traditur Sennacherib, cùm amisso exercitu propè Hierosolymam ignominiosè cum paucis remigravit in patriam. Ut enim ait Rab. Salomon, et cum eo Lyra ad cap. 19 lib. 4 Reg., ut refert Abulens. ibi, quæst. 31, magnam in se Assyriorum conflavit invidiam. Nam cùm attritas viderent Assyriorum vires et amicorum, cognatorumque cædem familiariter dolerent, statuerunt regem, ut suum aliquo modo dolorem solarentur, occidere. Quod ille malum ut maturè declinaret, cùm humanum non posset, divinum sibi voluit subsidium adsciscere. Quare duos filios in honorem Dei sui Nesroth sacrificare voluit, quò illius sibi gratiam demereret. Quod suspicati filii parentis anteverterunt consilium, atque illum occiderunt incautum, cùm adoraret in templo. Hoc idem fecisse existimatur rex Moab, dùm auxiliatorem sibi advocat deum immolato filio.

Alii id egisse putant regem Moab, ut miserabili spectaculo placaret sibi illorum animos, quos violato fœdere, et vectigali perfidiosè negato infensos reddiderat; atque ideò non in occulto sacrificalem dederat operam charissimæ victimæ, supra murum videlicet, ubi à toto exercitu spectari posset. Neque illum sua fefellit cogitatio, nam ubi regem eò redactum esse vident, ut de filio suo tam severè decerneret, sibiipsis subirati, quòd patrem miserum coegissent in sua penè viscera ferrum adigere, et ex tragico sacrificio cruentas referre manus, statuerunt condendum esse gladium in vaginam, et salvo rege ab ulteriore cæde in patriam redeundum esse. Hanc explicationem magis probat Abul. q. 23. Ego utram harum præferam, non satis constitutum habeo; utraque magnam habet probabilitatis speciem. Et sive hoc, sive illud spectaverit rex ille Moab immolato filio, id certum est, eo spectaculo deterritos fuisse adversarios, et victrices manus à cæde et ferro continuisse. (1)

(1) FACTA EST INDIGNATIO MAGNA IN ISRAEL. Sævitiem hanc detestati sunt Israelitæ. Vel: Indignatus est Deus, quòd in eas angustias redactus fuerit rex Moab, nec ante receptæ fuerint copiæ, quàm parari omnia in detestabile illud facinus viderent. Reputari etiam posset, Israelitas hoc nomine vicinarum gentium invidiam subiisse. Tres enim hasce interpretationes æquè textus admittit. (Calmet.)

CAPUT IV.

1. Mulier autem quædam de uxoribus prophetarum clamabat ad Eliseum, dicens : Servus tuus vir meus mortuus est, et tu nôsti quia servus tuus fuit timens Dominum ; et ecce creditor venit ut tollat duos filios meos ad serviendum sibi.

2. Cui dixit Eliseus : Quid vis ut faciam tibi ? Dic mihi, quid habes in domo tuâ ? At illa respondit : Non habeo ancilla tua quidquam in domo meâ nisi, parùm olei quo ungar.

3. Cui ait : Vade, pete mutuò ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca ;

4. Et ingredere, et claude ostium tuum, cùm intrinsecùs fueris, tu et filii tui ; et mitte inde in omnia vasa hæc, et cùm plena fuerint, tolles.

5. Ivit itaque mulier, et clausit ostium super se et super filios suos : illi offerebant vasa, et illa infundebat.

6. Cùmque plena fuissent vasa, dixit ad filium suum : Affer mihi adhuc vas ; et ille respondit : Non habeo ; stetitque oleum.

7. Venit autem illa, et indicavit homini Dei. Et ille : Vade, inquit, vende oleum, et redde creditori tuo ; tu autem et filii tui, vivite de reliquo.

8. Facta est autem quædam dies, et transibat Eliseus per Sunam ; erat autem ibi mulier magna quæ tenuit eum ut comederet panem. Cùmque frequenter inde transiret, divertebat ad eam, ut comederet panem.


9. Quæ dixit ad virum suum : Animadverto quòd vir Dei sanctus est iste qui transit per nos frequenter ;

10. Faciamus ergo ei cœnaculum parvum, et ponamus ei in eo lectulum, et mensam, et sellam, et candelabrum, ut, cùm venerit ad nos, maneat ibi.

11. Facta est ergo dies quædam, et veniens divertit in cœnaculum, et requievit ibi.

12. Dixitque ad Giezi puerum suum : Voca Sunamitidem istam. Qui cùm vocâsset eam, et illa stetisset coram eo,

13. Dixit ad puerum suum : Loquere ad eam : Ecce sedulò in omnibus ministrâ-



CHAPITRE IV.

1. Alors une femme de l'un des prophètes vint crier à Elisée, et lui dit : Votre serviteur, mon mari, est mort, et vous savez que votre serviteur craignait le Seigneur ; et maintenant son créancier vient pour prendre mes deux fils, et en faire ses esclaves.

2. Elisée lui dit : Que voulez-vous que je fasse ? Dites-moi, qu'avez-vous dans votre maison ? Elle répondit : Votre servante n'a dans sa maison qu'un peu d'huile, pour m'en oindre.

3. Elisée lui dit : Allez, empruntez de vos voisins un grand nombre de vaisseaux vides ;

4. Et après que vous serez rentrée, fermez la porte sur vous ; et, vous tenant au-dedans, vous et vos fils, versez de cette huile que vous avez dans tous ces vases, et quand ils seront pleins, vous les ôterez.

5. Cette femme s'en alla donc, ferma la porte sur elle et sur ses enfants ; ceux-ci lui présentaient les vaisseaux, et elle versait de l'huile dedans.

6. Et lorsque *tous* les vaisseaux furent remplis, elle dit à son fils : Apportez-moi encore un vaisseau : Il lui répondit : Je n'en ai plus. Et l'huile s'arrêta.

7. Cette femme alla rendre compte de tout à l'homme de Dieu, qui lui dit : Allez, vendez cette huile ; payez votre créancier ; ensuite, vous et vos fils, vivez du reste.

8. Un jour Elisée passait par Sunam, et une femme fort considérable le retint par force pour manger ; et, passant souvent par là, il allait loger chez elle pour y manger :

9. Alors cette femme dit à son mari : Je vois que cet homme qui passe souvent chez nous est un saint homme de Dieu ;

10. Disposons donc pour lui une petite chambre, et mettons-y un petit lit, une table, un siége et un chandelier, afin que lorsqu'il viendra nous voir, il demeure là.

11. Un jour donc Elisée étant venu *à Sunam*, alla loger dans cette chambre, et y reposa.

12. Il dit ensuite à Giézi, son serviteur : Faites venir cette Sunamite. Giézi l'ayant fait venir, et elle se tenant debout devant lui,

13. Il dit à son serviteur : Dites-lui *de ma part* : Vous nous avez rendu avec soin toutes sortes de services ; que voulez-vous donc que je fasse pour vous ? Avez-vous quelque affaire, et voulez-vous que je parle *pour vous* au roi ou au général de ses armées ? Elle lui répondit :

sti nobis; quid vis ut faciam tibi? Numquid habes negotium, et vis ut loquar regi sive principi militiæ? Quæ respondit: In medio populi mei habito.

14. Et ait: Quid ergo vult ut faciam ei? Dixitque Giezi: Ne quæras, filium enim non habet, et vir ejus senex est.

15. Præcepit itaque ut vocaret eam; quæ cùm vocata fuisset et stetisset ante ostium,

16. Dixit ad eam: In tempore isto et in hâc eâdem horâ, si vita comes fuerit, habebis in utero filium. At illa respondit: Noli, quæso, domine mi, vir Dei, noli mentiri ancillæ tuæ.

17. Et concepit mulier, et peperit filium in tempore et in horâ eâdem quâ dixerat Eliseus.

18. Crevit autem puer; et cùm esset quædam dies, et egressus esset ad patrem suum, ad messores,

19. Ait patri suo: Caput meum doleo, caput meum doleo. At ille dixit puero: Tolle, et duc eum ad matrem suam.

20. Qui cùm tulisset, et duxisset eum ad matrem suam, posuit eum illa super genua sua usque ad meridiem, et mortuus est.

21. Ascendit autem, et collocavit eum super lectulum hominis Dei, et clausit ostium; et, egressa,

22. Vocavit virum suum, et ait: Mitte mecum, obsecro, unum de pueris et asinam, ut excurram usque ad hominem Dei, et revertar.

23. Qui ait illi: Quam ob causam vadis ad eum? hodiè non sunt calendæ neque sabbatum. Quæ respondit: Vadam.

24. Stravitque asinam, et præcepit puero: Mina, et propera, ne mihi moram facias in eundo; et hoc age quod præcipio tibi.

25. Profecta est igitur, et venit ad virum Dei in montem Carmeli. Cùmque vidisset eam vir Dei è contra, ait ad Giezi puerum suum: Ecce Sunamitis illa.

26. Vade ergo in occursum ejus, et dic ei: Rectène agitur circa te, et circa virum tuum, et circa filium tuum? Quæ respondit: Rectè.

Je demeure ici *en paix* au milieu de mon peuple.

14. Elisée dit à Giézi: Que veut-elle donc que je fasse pour elle? Giézi lui répondit: Il n'est pas besoin de le lui demander, car elle n'a point de fils, et son mari est déjà vieux.

15. Elisée ordonna donc à Giézi de faire venir cette femme; et, étant venue, elle se tenait devant la porte.

16. Elisée lui dit: *Dans un an,* en ce même temps et à cette même heure, si Dieu vous conserve en vie, vous aurez un fils dans vos entrailles. Elle lui répondit: Non, mon seigneur, non, homme de Dieu, ne trompez pas, je vous prie, votre servante.

17. Cette femme conçut ensuite, et elle enfanta un fils au même temps et à la même heure qu'Elisée lui avait dit.

18. L'enfant crût, et étant un jour allé trouver son père, qui était avec ses moissonneurs,

19. Il lui dit: La tête me fait mal, la tête me fait mal. Son père dit à un de ses serviteurs: Prenez cet enfant, et menez-le à sa mère.

20. Il le prit, et le porta à sa mère; et, l'ayant tenu sur ses genoux jusqu'à midi, il mourut.

21. Elle monta ensuite à *la chambre de* l'homme de Dieu, et mit l'enfant sur son lit; et, ayant fermé la porte, elle vint trouver son mari,

22. Et lui dit: Envoyez avec moi, je vous prie, un de vos serviteurs, et je prendrai l'ânesse pour courir jusqu'à l'homme de Dieu, et m'en revenir.

23. Son mari lui répondit: D'où vient que vous allez le trouver? ce n'est aujourd'hui ni le premier jour du mois ni un jour de sabbat, *où vous puissiez profiter des instructions qu'il fait au peuple.* Elle lui répondit: Je veux y aller.

24. Elle fit *donc* seller l'ânesse, et dit à son serviteur: Menez-moi promptement; que rien ne m'arrête dans mon voyage; et faites tout ce que je vous ordonne.

25. S'étant donc mise en chemin, elle vint trouver l'homme de Dieu sur la montagne du Carmel. Et l'homme de Dieu l'ayant aperçue venir à lui, dit à Giézi, son serviteur: Voilà cette Sunamite.

26. Allez au-devant d'elle, et dites-lui: Tout va-t-il bien chez vous? Vous, votre mari et votre fils, se portent-ils bien? Et elle lui répondit: Bien.

27. Cùmque venisset ad virum Dei in montem, apprehendit pedes ejus : et accessit Giezi, ut amoveret eam ; et ait homo Dei : Dimitte illam ; anima enim ejus in amaritudine est, et Dominus celavit à me et non indicavit mihi.

28. Quæ dixit illi : Numquid petivi filium à domino meo ? numquid non dixi tibi : Ne illudas me?

29. Et ille ait ad Giezi : Accinge lumbos tuos, et tolle baculum meum in manu tuâ, et vade (si occurrerit tibi homo, non salutes eum, et si salutaverit te quispiam, non respondeas illi) ; et pones baculum meum super faciem pueri.

30. Porrò mater pueri ait : Vivit Dominus et vivit anima tua ! non dimittam te. Surrexit ergo, et secutus est eam.

31. Giezi autem præcesserat ante eos, et posuerat baculum super faciem pueri, et non erat vox neque sensus ; reversusque est in occursum ejus, et nuntiavit ei, dicens : Non surrexit puer.

32. Ingressus est ergo Eliseus domum, et ecce puer mortuus jacebat in lectulo ejus.

33. Ingressusque clausit ostium super se et super puerum, et oravit ad Dominum.

34. Et ascendit, et incubuit super puerum ; posuitque os suum super os ejus, et oculos suos super oculos ejus, et manus suas super manus ejus ; et incurvavit se super eum ; et calefacta est caro pueri.

35. At ille, reversus, deambulavit in domo, semel hùc atque illùc ; et ascendit, et incubuit super eum ; et oscitavit puer septies, aperuitque oculos.

36. At ille vocavit Giezi, et dixit ei : Voca Sunamitidem hanc. Quæ, vocata, ingressa est ad eum. Qui ait : Tolle filium tuum.

37. Venit illa, et corruit ad pedes ejus, et adoravit super terram ; tulitque filium suum, et egressa est.

38. Et Eliseus reversus est in Galgala. Erat autem fames in terrâ, et filii prophetarum habitabant coram eo. Dixitque uni

27. Et, étant venue trouver l'homme de Dieu sur la montagne, elle se jeta à ses pieds, et Giézi s'approcha d'elle pour la retirer. Mais l'homme de Dieu lui dit : Laissez-la ; son âme est dans l'amertume, et le Seigneur me l'a caché et ne me l'a point fait connaître.

28. Alors cette femme lui dit : Vous ai-je demandé un fils, mon seigneur? Ne vous ai-je pas dit : Ne me trompez point?

29. Elisée dit à Giézi : Ceignez vos reins, *pour relever votre robe;* prenez mon bâton en votre main, et allez-vous-en *chez cette femme.* Si vous rencontrez quelqu'un, ne le saluez point, et si quelqu'un vous salue, ne lui répondez point. Et mettez mon bâton sur le visage de l'enfant.

30. Mais la mère de l'enfant dit *à Elisée :* Je vous jure par le Seigneur et par votre vie que je ne vous laisserai point. Il partit donc, et la suivit.

31. Cependant Giézi était allé devant eux, et il avait mis le bâton d'Elisée sur le visage de l'enfant ; mais ni la parole ni le sentiment ne lui étaient revenus. Il retourna au-devant de son maître, et vint lui dire : L'enfant n'est point ressuscité.

32. Elisée entra donc dans la maison, et il trouva l'enfant mort couché sur son lit.

33. Et, étant entré, il ferma la porte sur lui et sur l'enfant, et pria le Seigneur.

34. Après cela, il monta *sur le lit*, et se coucha sur l'enfant; il mit sa bouche sur sa bouche, ses yeux sur ses yeux, et ses mains sur ses mains, et il se courba sur l'enfant. Et la chair de l'enfant fut échauffée.

35. Et, étant descendu *de dessus le lit,* il se promena et fit deux tours dans la chambre ; il y remonta encore, et se coucha sur l'enfant ; alors l'enfant bâilla sept fois, et ouvrit les yeux.

36. Elisée ensuite appela Giézi, et lui dit : Faites venir cette Sunamite. Elle vint aussitôt, et entra dans la chambre. Elisée lui dit : Emmenez votre fils.

37. Cette femme s'approcha de lui, et se jeta à ses pieds, et elle adora sur la terre ; et, ayant pris son fils, elle s'en alla.

38. Et Elisée retourna à Galgala. Or, la famine était en ce pays-là ; et les enfants des prophètes demeuraient avec Elisée. Il dit donc à l'un de ses serviteurs : Prenez un grand pot, et préparez à manger pour les enfants des prophètes.

de pueris suis : Pone ollam grandem, et coque pulmentum filiis prophetarum.

39. Et egressus est unus in agrum ut colligeret herbas agrestes; invenitque quasi vitem sylvestrem, et collegit ex eâ colocynthidas agri, et implevit pallium suum, et reversus concidit in ollam pulmenti; nesciebat enim quid esset.

40. Infuderunt ergo sociis ut comederent; cùmque gustâssent de coctione, clamaverunt, dicentes : Mors in ollâ, vir Dei. Et non potuerunt comedere.

41. At ille : Afferte, inquit, farinam. Cùmque tulissent, misit in ollam, et ait : Infunde turbæ ut comedant. Et non fuit ampliùs quidquam amaritudinis in ollâ.

42. Vir autem quidam venit de Baal-Salisa, deferens viro Dei panes primitiarum, viginti panes hordeaceos, et frumentum novum in perâ suâ. At ille dixit : Da populo ut comedat.

43. Responditque ei minister ejus : Quantum est hoc ut apponam centum viris? Rursùm ille ait : Da populo ut comedat ; hæc enim dicit Dominus : Comedent, et supererit.

44. Posuit itaque coram eis ; qui comederunt, et superfuit, juxta verbum Domini.

39. Et l'un d'eux étant sorti pour cueillir des herbes des champs, trouva une espèce de vigne sauvage ; et il en cueillit des coloquintes sauvages plein son manteau. Etant revenu, il les coupa par morceaux, et les mit à cuire dans le pot, car il ne savait pas ce que c'était.

40. Ils servirent ensuite à manger aux disciples d'Elisée, qui, en ayant goûté, s'écrièrent : Homme de Dieu, la mort est dans ce vase. Et ils ne purent en manger.

41. Elisée leur dit : Apportez-moi de la farine. Ils lui en apportèrent ; il la mit dans le pot, et leur dit : Servez-en maintenant à tout le monde, afin que chacun en mange. Et il n'y eut plus ensuite aucune amertume dans le pot.

42. Et il vint un homme de Baal-Salisa, qui portait à l'homme de Dieu des pains et des prémices, vingt pains d'orge et du froment nouveau dans sa besace. Elisée dit : Donnez-les au peuple, afin qu'il mange.

43. Son serviteur lui répondit : Qu'est-ce que cela pour servir à cent personnes? Il redit encore : Donnez-les au peuple, afin qu'il mange ; car voici ce que dit le Seigneur : Ils mangeront, et il y en aura de reste.

44. Il servit donc ces pains devant ces personnes. Elles en mangèrent, et il y en eut de reste, selon la parole du Seigneur.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — MULIER AUTEM QUÆDAM DE UXORIBUS PROPHETARUM CLAMABAT AD ELISEUM, DICENS : SERVUS TUUS VIR MEUS MORTUUS EST. Quisnam fuerit vir iste, de illorum, ut arbitror, prophetarum numero, quos in suis collegiis aluit et informavit Eliseus, incertum est, neque ex Scripturâ aliquid habemus, quod nos ad illius cogitationem deducat. Multi cum Josepho lib. 9, cap. 2, putant hujus viduæ conjugem fuisse Abdiam, de quo lib. 3, cap. 18. In his sunt Theodoretus, Historia Schol., Lyra, Abul. q. 2, et ita communiter Hebræi. Hic pavisse dicitur non paucos è prophetarum cœtu, quo tempore gravi populus laborabat fame, et Jezabel prophetas incredibili studio expetebat ad mortem. Quare necesse fuit ut Abdias maximos fecerit sumptus in alendis, maxima discrimina in occultandis, servandisque prophetis adierit. Quâ fortassè de causâ tantùm æris contraxit, quanto postea solvendo non fuit. Propter quod nunc vidua à creditoribus urgetur, ut æs solvat alienum, et filii subire coguntur gravia honoris et salutis dispendia, et creditoribus navare servilem operam : sed de hoc, ut dixi, nihil habemus certum.

ET ECCE CREDITOR VENIT, UT TOLLAT DUOS FILIOS MEOS AD SERVIENDUM SIBI. Usitatum esse apud Hebræos, ut filii pro parentûm debitis venderentur, aut à creditoribus sumerentur servi, quibus aut perpetuam operam, aut tempore, pro debiti mensurâ, definito navarent, probat satis hic locus. Neque enim creditores viduæ filios sibi vendicarent in servos, nisi hoc foret à lege permissum. Quod item docet illa parabola, quæ est apud Matthæum cap. 18, in quâ pro parentis debito filii jubentur venumdari, imò et uxor : *Cùm autem non haberet unde redderet, jussit eum dominus ejus venumdari, et uxorem ejus, et filios.* Quòd verò parentes, ut æs dissolverent alienum, liberos à se pretio distrahere potuerint, docuit apertè illud Isai. cap. 50 : *Quis est creditor meus, cui ven-*

didi vos? ubi Deus filios Israel, quasi filios alloquitur, ut constat. Fuit autem lex apud Romanos antiquissima, ut tradit Dionysius Halicarnas. lib .2 Antiquit. Rom., quæ jus permittebat parentibus adeò liberum in filios, ut illos oblato pretio pro suo arbitratu alienare possent impunè. Quam etiam legem olim apud Athenienses viguisse, tradit Plutarchus in vitâ Solonis, à quo legem illam sublatam esse prodit. Quâ de re vide l. 2 de Patribus, qui filios distraxerunt, lib. 4 Cod. tit. 43. Quod suâ etiam ætate fieri, auctoritate publicâ frequenter, dolet graviter et queritur Ambros. lib. de Job. cap. 8 : « Vidi, inquit, ego miserabile « spectaculum, liberos pro paterno debito in « auctionem deduci, et teneri calamitatis hæ« redes, qui non essent participes successionis, « et hoc tam immane flagitium non erubescere « creditorem. Instat, urget, addicit. Meà, in« quit, nutriti pecuniâ pro alimento servitutem « recognoscant, pro sumptu licitationem sub« eant. Agitetur hasta de pretiis singulorum. » Lege totum caput.

Vers. 2. — Quid vis ut faciam tibi? Multis modis subvenire poterat Eliseus viduæ inopiæ, vel rogando creditorem, ne usque adeò durè viduam urgeret, et laxaret definitum spatium debiti solvendi, aut certè intercedendo apud regem, cujus benevolentiam ante demeruerat, ut viduæ causæ regiâ auctoritate aut largitate subveniret, aut aliis modis, quibus levari solet miserorum inopia, et potentiorum frangi aut mitigari durities. Sic sanè idem propheta suam operam promisit Sunamitidi, infra, v. 13 : *Quid vis ut faciam tibi? numquid habes negotium, et vis ut loquar regi, sive principi militiæ?* Quòd si creditor fuit Joram rex Israel, ut putant Hebræi (existimant enim Joram filium Achab, vivente adhuc patre, dedisse Abdiæ fœnori pecunias, quibus prophetis alimenta coemerat), non difficilè ab ipso quoque Joram obtineret, quod optabat vidua, cùm impetratâ cœlitùs aqua paulò ante sitientem refecisset exercitum, et penè revocâsset ad vitam. Sed hæc Hebræorum opinio multa peccat, quam q. 4 optimè confutat Abulensis.

Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea, nisi parum olei, quo ungar. Quærit hìc, opinor, Eliseus, quid domi habeat obærata vidua, ut eo multiplicato urgenti illius necessitati subveniat. Quæ nihil dixit sibi esse reliqui, præter parùm olei, quo seipsam ungeret. Usitatum fuit in terrâ promissionis, vicinisque locis, ut homines valetudinis ac etiam deliciarum causâ caput ungerent, atque alias etiam corporis partes. Unde sæpè audimus in Scripturâ, *ungi oleo :* sicut fecit David lib. 2, cap. 12, quod Christus faciendum esse dixit his qui videri nollent hypocritæ, Matth. 6; imò expostulavit cum Pharisæo, quòd oleo ipsius caput, ut officium hospitale poscebat, non unxisset, Lucæ cap. 7; ubi Vulgatus *oleum*, Hebraicus codex habet *semen*, quod unguentum significat, non solùm quod ex olivis, licet hoc sæpiùs, sed etiam quod ex aliâ materiâ quâvis exprimitur. Hìc tamen olearum succum esse puto, quia hic copiosus est in terrâ Chanaanitide, et plures habet magisque necessarios usus, quàm alius quivis, qui arte aut compositione conficitur.

Sed nimis videtur elegans et lauta hæc femina, quæ cùm esset vidua, deceretque illam multò magis squalor et luctus, quàm urbana et arte quæsita mundities, tum præterea sic onerata debitis ut ideò de filiorum libertate laboret, habeat tamen domi, quo speciem asciscat, et elegantior appareat : quod neque pudicam decet, et abesse videtur longè à prudentiâ. Sed est quòd viduam hanc ab hâc reprehensione vindicemus. Unctio enim non tam videri potest ad speciem, quàm ad valetudinem adhibita, ut Abul. indicat q. 6, aut certè eo dicendi modo significare voluit, quàm parùm habuerit olei, quod una tantùm unctio consumeret. Quasi dicat habere se oleum, non tamen quod sufficeret ad alios usus, sed ad unctionem unam, quæ permodicam olei quantitatem requirit. Aut certè sibi ex omnibus facultatibus relictum esse pro sepulturâ, quam jamjam spectabat propè, parùm olei, quo in funere de more inunguntur cadavera. Quòd autem antiquorum tam Hebræorum quàm gentilium cadavera ungerentur, res est certa. De Hebræis diximus in nostris Commentariis super Jeremiam, ad illud cap. 53 : *Secundùm combustiones patrum suorum.* Et ne longiùs abeamus, hoc pium officium secundùm consuetudinem Judæorum impensum fuisse Christo tradit Joan. c. 19. De profanis res est magis nota. Unctum oleo Patrocli cadaver, dixit Homer. lib. 18 :

Membra lavant, oleoque omnis perfunditur artus.

De Tanaquile cecinit Ennius :

Tarquinii corpus bona femina lavit et unxit.

Et post illum Virgilius de Misseno lib. 6 Æn. :

Pars calidos latices, et ahena undantia flammis
Expediunt, corpusque lavant frigentis et ungunt.

Horat. libro 2, satyrâ 5 :

Anus improba Thebis
Ex testamento sic est elata: cadaver
Unctum oleo largo nudis humeris tulit hæres.

Hoc porrò unctionis officium impensum tantùm videtur ingenuis. Quod docet Cicero lib. 2 de Legibus, ubi refert cautum esse lege, ne servile corpus ungerent in funere. Hæc pluribus dixi, ut viduam et inopem ab immoderatæ elegantiæ et philocaliæ suspicione vindicem.

Vers. 3. — Pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca. Non dubitabat propheta de olei ubertate penè jugi, quando vasorum numerum, aut illorum capacitatem non præfinit, sed tantùm omninò pollicetur olei, quantùm capere possint vicinorum vasa, quotquot illa et quantacumque fuerint. Fecit vidua quod imperatum à prophetâ fuerat, et ex tantulo oleo quotquot attulerat vasa vicinorum implevit, neque constitit olei scaturigo jugis, donec vasa deficerint, quæ compleret. Tantùm denique olei haustum est, ex eo quod in lecythi fundo subsederat, ut non solùm creditori satisfacere, sed domum suam abundanter alere potuerit.

Pro re morali hìc nobis aliqua observare licet. Primum est, exhaustam esse venam manantis et exundantis olei, quando vasa, quæ diffusum exciperent, defecerunt; si plura fuissent vasa, aut illa ab alio liquore vacua, aut magis capacia, procul dubio plus olei difflueret. Hìc imaginem quamdam intueor illius qui terrenarum rerum curam, pondus et studium abjecit, qui vacuum habet animum, ut cœlestis olei, id est, divinæ suavitatis abundantiam excipiat. Si cui verò minùs sæpè atque copiosè liquor iste suavissimus influit, non id ab oleo, atque illius largitore provenit; nam et olei vis est immensa, et sicut mare plenitudo ejus, neque illius olei dispensator et dominus parcus est, aut avarus, sed quia vas non est, aut certè non vacuum, quod oleum excipiat, illapsumque conservet. Ita Bernardus serm. 6 de Ascensione: « Unde « spiritualis gratiæ inopia tanta quibusdam, « cùm aliis copia tanta exuberet? Profectò nec « avarus, nec inops est gratiæ distributor, sed « ubi vasa vacua desunt, stare oleum necesse « est. Undique se ingerit amor mundi, cui « consolationibus, imò desolationibus suis ob« servat aditus, per fenestras irruit, mentem « occupat, sed non ejus qui dixit: *Renuit con« solari anima mea; memor fui Dei, et delectatus « sum.* Præoccupatum nempe secularibus desi« deriis animum delectatio sancta declinat: « nec misceri poterunt vera vanis, æterna « caducis, spiritualia corporalibus, summa « imis, ut pariter sapias quæ sursùm sunt et « quæ super terram. » Lege reliqua quæ in hanc sententiam gravissima sunt.

Gregorius super Ezechiel. hom. 3, in hâc viduâ Ecclesiam intelligit, quæ per doctores oleum infundit in mentes hominum vacuas, et cùm exigua videatur stilla, propter eximiam tamen virtutem atque fœcundam, sic in vasis feliciter augetur, ut ad summum expleat. « Quia dùm ab unius ore doctoris, parvum « quid de amore divinitatis multorum vacuæ « mentes audiunt exuberante gratiâ unigenito « divino amoris, usque ad summum replentur. « Etiam multorum nunc corda, quæ priùs « fuerant vacua vascula, unguento Spiritûs « plena sunt, quæ ex paucitate olei solummodò « infusa videbantur. » Ex quo suspicari possunt non immeritò viri qui se munus tractare putant apostolicum, neque tamen auditorum animis infusum vident oleum Spiritûs, quod emolliat, quod durum videtur in Evangelio et cruce, neque faciat olere divinum aliquid, atque cœleste; oleum illud quod in auditorum suorum animos instillant, non esse porrectum ab Ecclesiâ, sed aliunde sumptum, et esse illud fortassè, quod oleum dicitur peccatoris, à quo suum caput impinguari horrebat David, adeò non amabat. Psalm. 140: *Oleum autem peccatorum non impinguet caput meum.* Tale oleum infundit qui lenire vult potiùs compunctum scrupulis peccatoris animum, quàm excitare et exulcerare quiescentem, qui à sale abstinet, quo durantur animi, qui otio ac voluptate defluunt, et fluentia tabo ulcera siccantur, et fomentis lenioribus illinunt, et non tam resecant uruntque saniosa vulnera, quæ periculosè serpunt, quàm blandiori lenimento multiplicant.

Tertium hìc morale documentum intueor. Defuerant in domo viduæ ornamenta omnia, et vitæ subsidia, et solùm fuerat reliquum modicum olei, in quo spes erat libertatis et vitæ. Fuerat domus illa (si illius dominum Abdiam putemus) misericordiæ quædam officina, quæ prophetas aluerat, quo tempore viris etiam lautis et copiosis alimenta defuerunt: erat ibi aliquid olei, id est, aliquod misericordiæ vestigium, quod in oleo significatur, quod accommodatum est misericordiæ symbolum. Illud oleum licet quantitate modicum, virtute tamen copiosum fuit, quod olei tantùm peperit quantùm ex ubere vindemiâ

sperari non poterat. Sic etiam illa misericordia, quæ adhuc in symbolo manebat in domo viduæ, misericordiam advocavit divinam, quâ et creditori satisfecit, et victum familiæ paravit in posterum. Planè verum est illud, et multiplici jam experimento firmatum, Eccl. 3, v. 34 : *Eleemosyna resistit peccatis, et Deus prospector est ejus, qui reddit gratiam ; meminit ejus in posterum, et in tempore casûs sui inveniet firmamentum.* (1)

(1) Vers. 5. — Illi offerebant vasa, et illa infundebat; infundendo ergo crescebat oleum. Angeli enim continuò aliud et aliud oleum lecytho suggerebant et indebant, donec omnia vasa implerentur, quo facto stetit oleum, subducente se Angelo. Allegor. S. August. serm. 206 de Temp. : « In oleo, ait, misericordia « intelligitur. Ergo viduæ illi ideò debitum « creverat quia oleum misericordiæ peccando « perdiderat. Considerate, fratres, defecit « oleum et debitum crevit. Crevit oleum, et « periit debitum. Creverat cupiditas, et periit « charitas. Redit charitas, et periit iniquitas. « Veniente verò Eliseo Christo Domino, vidua, « hoc est, Ecclesia, per augmentum olei, id « est, donum gratiæ et misericordiæ, vel cha« ritatis pinguedine de peccatore debito li« beratur. »

Tropol. idem S. August. ibidem per oleum accipit charitatem, quæ erogando non minuitur, sed suî diffusione semper accrescit. « Con« siderate, inquit, fratres charissimi, quàm« diù vidua illa oleum in vasculo proprio ha« buit, nec sibi sufficiebat, nec debitum red« dere poterat. Verum est, charissimi. Qui « se solùm diligit, nec sibi sufficit, nec pec« catorum suorum debitum reddit. Cùm verò « in alienis vasculis, id est, omnibus vicinis et « propinquis, et omnibus omninò hominibus « cœperit oleum charitatis infundere, tunc et « sibi sufficere, et ab omnibus se debitis poterit « liberare; et verè, fratres, talis est natura « sancti amoris et veræ charitatis, ut erogando « crescat, et quantùm in aliis plus expenditur, « tantùm in se abundantiùs cumuletur. » Idem confirmat ex antithesi cibi et olei, sive charitatis : « Cibum corporis si volueris egenti « tribuere, ad præsens, quod illi dederis, tu « habere non poteris. Panem charitatis si de« deris centum hominibus, integer manet. Si « universo mundo largiri volueris, tibi nihil « deficit, imò non solùm non deficit, sed om« nium illorum quibus largitus fueris, lucrum « tibi multipliciter crescit. Verbi gratiâ : Unum « panem charitatis habebas; si nemini de« disses, ipsum solum haberes; mille hominibus « dedisti, mille panes acquisîsti. » Rationem à priori subjicit : « Quia tanta est possessio « charitatis, ut et singulis tota sit, et omnibus « integra esse possit. Ergo et aliis dedisti, et « tu nihil penitùs perdidisti; imò non solùm « non perdidisti, sed, sicut jam dixi, quidquid « aliis à te collatum est, tu centupliciter acqui« sîsti. » Unde subdit quærendos esse homines pane corporali vel spirituali egentes, ut eis charitatem exhibentes, faciamus eam tam in nobis quàm in ipsis continuò crescere. Ea-

dem habent et ex S. August. transcripsêre Eucher., Angelom., Beda, Rupert. et alii.

(Corn. à Lap.)

Vers. 6. — *Elle dit à son fils : Apportez-moi encore un vaisseau. Il lui répondit : Il n'y en a plus, et l'huile s'arrêta.* Il ne tint qu'à cette femme de recevoir une plus grande abondance de cette huile, puisqu'Elisée l'avait avertie d'emprunter le plus de vaisseaux qu'elle pourrait, et que la source du miracle ne se fût point arrêtée tant qu'elle aurait eu ces vases pour recevoir ce qu'il lui donnait gratuitement. On ne saurait assez admirer dans cette figure la magnificence de Dieu à l'égard des hommes, puisqu'il semble ne leur demander qu'une chose très-facile pour les remplir de ses dons : Qu'ils aient soin de lui présenter seulement un cœur vide et d'eux-mêmes et des créatures, et la source de cette onction sainte de sa grâce et de son Esprit, capable de les racheter de tous leurs péchés, et de les nourrir divinement, ne cessera point de couler au fond de leurs cœurs; que si elle vient à s'arrêter, c'est une marque qu'ils ne sont plus du nombre de ceux dont parle la sainte Vierge, lorsqu'elle s'écrie *que Dieu remplit de ses biens ceux qui en sont affamés.* Ils sont donc pleins de quelque autre chose, dont la plénitude leur a ôté cette faim si nécessaire pour pouvoir être rassasiés de la divine justice. Saint Augustin étend encore cette vérité en l'expliquant de l'exercice de la charité envers le prochain. Ses paroles sont très-remarquables. « La charité, dit ce saint, s'augmente, tant « qu'elle se communique. Tous les hommes « sont des vases de la charité. Si nous désirons « que l'huile de la charité nous remplisse avec « abondance, nous devons aimer, non pas seu« lement les bons, parce qu'ils sont bons, mais « aussi les méchants, afin qu'ils cessent d'être « méchants. Car l'huile de la charité a cette « vertu, qu'elle rend les bons encore meilleurs, « et qu'elle retire les méchants des ténèbres de « leurs péchés, en les ramenant à la lumière « de la vérité. Quant à ce que l'Ecriture dit, « ajoute ce Père, que cette veuve ferma la « porte de sa maison, lorsqu'elle voulut ré« pandre l'huile dans les vases dont on a parlé, « cela nous marque que nous ne devons aussi « faire l'aumône qu'après que la porte de « notre cœur a été fermée, c'est-à-dire, que « chacun de nous la doit faire uniquement « pour l'amour de Dieu, non pour en être « loué par les hommes, mais pour mériter que « Dieu nous fasse miséricorde. Car celui qui « fait l'aumône pour être loué, a la porte de son « cœur tout ouverte lorsqu'il la fait. Mais celui « qui envisage seulement dans ses bonnes « œuvres la vie éternelle et le pardon de ses « péchés, tient la porte de son cœur fermée, « lors même qu'il s'acquitte publiquement de « ses bonnes œuvres, parce qu'il y cherche, non « ce qui paraît, mais ce qui ne paraît pas. »

(Sacy.)

Vers. 8. — Facta est autem quædam dies, et transibat Eliseus per Sunam. Hæc omnia obscura non sunt ad versum usque 32, neque aliud in tractu isto, qui paulò longior est, continetur, quàm à Sunamitide feminâ para-

tum esse atque instructum cubiculum Eliseo, ubi commodum haberet, et familiare diverticulum. Ut autem homo gratus aliquam pro tam prompto obsequio, et liberali hospitio gratiam rependeret, ad certum quoddam tempus filium promittit, qui spes esset propagandæ familiæ, et opprobrium sterilitatis averteret, cujus ardenti conjuges piæ desiderio languebant. Cùm verò post aliquos annos morbum puer ex gravi temporis æstu contraheret, illum Eliseus ad matris preces revocavit ad vitam. Hæc est historiæ totius summa complexio in quâ nonnulla nobis paulò accuratiùs explicanda.

Transibat Eliseus per Sunam. Suna, ut diximus l. 3, c. 1, erat in tribu Issachar, unde adducta adolescentula illa Sunamitis, quæ suo complexu senilia Davidis membra calefaceret. Porrò Rab. Salomon, hanc feminam, quæ nobilis erat, ut apparet, et locuples, quia mulier magna vocatur, sororem esse putat illius Abisag Sunamitidis, de quâ proximè. Sed non videt Rabbinus ille, in confingendis fabulis audacissimus, neque satis esse patriæ communitatem, ut probat genus esse commune, neque videri probabile, ut cùm ab extremâ Davidis senectute, ad hoc Elisei tempus tantùm interjectum sit spatii, quantùm duæ illius seculi ætates implere non possent, ut hæc Sunamitis illius Sunamitidis soror existimetur. Illud verò commentitium est, ne dicam fabulosum, quod idem addidit, ideò Eliseum Sunamitidi judicatum esse sanctum, quòd in mensâ, quam illi toties straverat, et eduliis instruxerat, neque musca ulla, neque aliquid sordidum unquàm insedisset. Quasi rationes aliæ, illæque gravissimæ defuissent, quæ illius proderent sanctitatem, nempe, parcitas, modestia, vivendi non vulgaris forma, sermo, qui nihil oleret nisi religiosum et sanctum, et denique miraculorum excellentia et numerus, quæ fama gloriosâ prædicatione vulgaverat. (1)

Vers. 13. — In medio populi mei ego habito. Nihil aliud his verbis à Sunamitide significatum arbitror, quàm nullius se indigere patrocinio, sive cum rege, sive cum populi principibus aliquid negotii seu disceptationis intercedit, cùm non peregrinetur in alienâ terrâ, sed inter suos habitet, quorum operâ, si quid incideret molestum, uti posset, maximè cùm non sit femina de mediâ turba, sed, ut proximè vidimus, *mulier magna,* nempe locuples et nobilis, cuique deesse non posset à cognatis, quibus à genere, et opibus esset non vulgaris auctoritas, patrocinium.

Vers. 16. — (2) Noli quæso, domine mi, noli

(1) Vers. 9. — Animadverto, quod vir Dei sanctus est iste. Id advertebat ex Elisei modestiâ, abstinentiâ, gravitate, sermone, precatione assiduâ, aliisque virtutibus heroicis. Quare fabulatur R. Salomon, id illam cognovisse ex eo quòd mensæ, quam toties straverat Eliseo, nunquàm musca insedisset, vel quid sordidum inhæsisset. (Corn. à Lap.)

Candelabrum. Ejusmodi candelabra ingentia erant, in medio conclavis posita, quibus unica lucerna vel plures imponebantur, quin et interdùm ardentes tædæ, quæ noctis tenebras dissiparent. Hodiè pariter in Ægypto singulæ lampades ardent in singulis cubiculis domûs, quæ quis incolit; id verò Ægyptii tanto præstant studio, ut tenuiores cibo faciliùs quàm lumine abstinuerint. Eumdem morem apud Hebræos pariter obtinuisse arbitror. In tabernaculo suum erat candelabrum septemplex, totâ nocte collucens, Exod. 25, 31, et in Evangelio frequens est sermo de lucernâ in domo ardente, Matth. 15. (Calmet.)

Vers. 12. — Qui cum vocasset eam... Vers. 13. — Dixit ad puerum suum : Loquere ad eam. Si hujus textûs littera teneatur, mulieris sermonem non percepisse Eliseus, neque verba cum illâ nisi per interpretem fecisse videtur, nisi fortè miscere cum illâ colloquium Eliseus renuit; vel denique mulier, quâ erat modestiâ, per se cum prophetâ colloqui non audebat. Hæc tamen singula vix æquâ ratione tuearis. Præstat itaque parenthesi claudere versiculos 13 et 14, ac textum in hanc sententiam per plusquàm perfectum reddere : *Dixit ad Giezi : Voca Sunamitidem istam, quæ venit et stetit coram eo.* Vers. 13 : *Sed priùs dixerat ad puerum suum : Loquere ad eam : Quid vis ut faciam tibi? numquid habes negotium, et vis ut loquar regi, sive principi militiæ? Quæ responderat : In medio populi mei habito.* Vers. 14 : *Cùm autem Eliseus dixisset Giezi : Quid ergo vult, ut faciam ei? dixerat Giezi : Ne quæras : filium enim non habet, et vir ejus senex est.* Vers. 15 : *Tunc Eliseus præcepit Giezi, ut vocaret eam,* cui venienti filium spopondit.

Vis ut loquar regi, sive principi militiæ? Gratiam iniverat magnam Eliseus apud Joramum regem Israelis, cui utilem adeò operam locaverat in expeditione Moabiticâ; neque suâ hâc gratiâ meliùs usurum se censuit, quàm in beneficium mulieris tantæ probitatis ac pietatis, uti Sunamitidis, cui pariter privato nomine plurimùm obstringebatur. Episcopos hortantur prisci canones ut deferant ad principes querelas et preces orphanorum, aut pauperum, qui opprimuntur.

In medio populi mei habito. Tranquillam in domo meâ vitam dego, nihil habens rei cum alienis quibusque. Quare opera pro me tua apud principem inanis futura est et vacua. Contenta sum sorte et conditione meâ; nullæ sunt mihi cum quoquam querelæ, nec res habeo ad regis aures deferendas. (Calmet.)

(2) In tempore isto, et in hac eadem hora, si vita comes fuerit, habebis in utero filium. Persimilis loquendi phrasis occurrit in Genesi 18, 10, cùm angeli filium Saræ spoponderunt. Hebræus ad litteram : *Ad statum tempus istud,*

MENTIRI ANCILLÆ TUÆ. *Mentiri* latiùs patet apud Hebræos, quàm ut habet Latinorum usus. Est enim interdùm *mentiri* idem quod adulari, aut in spem vocare aliquem earum rerum, quas quis habet in votis, ut illum à mœrore, aut sollicitudine liberet : quo modo si quispiam alii felicem optet et prædicet eventum, quod non tam est prædicare quàm optare. Hoc igitur suspicari potuit illa femina, quæ animum noverat prophetæ, et sciebat omnia cupere, quæcumque sibi forent in votis. Quasi dicat : Noli, ô vir Dei, dùm mei animi dolorem consolari studes, in falsam me spem, voluptatemque conjicere.

VERS. 21. — ASCENDIT AUTEM, ET COLLOCAVIT EUM SUPER LECTULUM HOMINIS DEI, ET CLAUSIT OSTIUM, ET EGRESSA EST. Eodem die, quo puer à sole æstuare cœpit, in matris complexu et gremio animam egit; tum mater ad cœnaculum, in quo sæpè prophetam hospitata fuerat, ascendit, et puerum exanimem in prophetæ lectulo composuit. Et statim ostio cœnaculi obserato, ne quisquam puerum mortuum sciret, quem à mortuis excitatum iri sperabat, aut ne ab aliquo, dùm ipsa abesset domo, sepeliretur, corripuit sese, neque virum, ut opinor, tam lugubris casûs conscium esse voluit, ut vult Abulens. q. 46, sed tantùm ab illo petiit sibi ut liceret cum famulo ad virum Dei conveniendum excurrere. (1)

VERS. 23. — QUAM OB CAUSAM VADIS AD EUM? HODIE NON SUNT CALENDÆ (1), etc. Hinc constat usitatum esse inter Hebræos, ut diebus sacris atque solemnibus orationis ac religionis gratiâ, loca quædam adirent religioni et pietati destinata, qualia erant oratoria, aut templa, aut sanctorum cœnobia, qualia videntur fuisse illa quæ instituerunt Elias et Eliseus, quorum præcipuum videtur fuisse in monte Carmelo, ubi magnus habitabat prophetarum numerus, qui divinis laudibus assiduè vacabant, quod hic locus docet non obscurè. Neque enim miraretur maritus, quòd uxor vellet adire Carmelum, cùm neque sabbatum esset, aut calendæ, nisi diebus illis viri pii religiosa loca soliti essent obire. Quod etiam docuit apertè Paulus, Actor. c. 16, v. 13: *Die autem sabbato, cùm egressi sumus foris portam juxta flumen, ubi videbatur oratio esse, et sedentes loquebamur mulieribus quæ convenerant.* Ubi Vulgatus, *oratio*, Græcè est προσευχὴ, quod nomen non solùm orationem, sed etiam orationis locum signifi-

secundùm tempus vitæ, tu amplecteris filium. Quæ verba designare possunt cum Vulgatâ et Septuaginta : Filium concipies; vel filium habebis, possidebis, amplecteris. (Calmet.)

(1) *Elle monta ensuite à la chambre de l'homme de Dieu, et mit l'enfant sur son lit; et ayant fermé la porte, elle vint trouver son mari.* Les interprètes témoignent que cette femme ne désespérant pas qu'Elisée ne pût bien ressusciter son fils, comme Elie avait ressuscité celui de la veuve de Sareptha, le mit sur son lit, soit qu'elle espérât que l'attouchement du lit même d'un si saint homme pourrait lui servir, soit afin que ce prophète, qu'elle avait dessein de faire venir, le trouvant ainsi couché sur son lit, fût plus ému de compassion, et plus porté à prier pour lui, soit enfin qu'elle voulût seulement tenir son enfant caché jusqu'à ce qu'elle eût parlé au prophète. Ils ajoutent qu'elle put encore avoir différents motifs en fermant la porte de cette chambre, qui furent, ou d'empêcher que la chose n'éclatât, ce qui aurait accablé d'affliction son mari, et même exposé le nom de Dieu aux railleries et aux blasphèmes des impies, ou de peur que son mari en s'opposant à son départ ne devînt par son incrédulité un obstacle à la résurrection de son fils, ou que l'on ensevelît son corps durant son absence. Elle pouvait bien sans doute avoir ces vues différentes. Et l'on ne saurait assez admirer combien la demeure passagère de ce saint prophète chez cette femme avait contribué à faire croître sa foi, puisque celle qui auparavant avait eu peine à le croire, lorsqu'il lui avait promis un fils, ne craint pas présentement de s'assurer en quelque sorte qu'il le pourra bien ressusciter après sa mort, et qu'elle use pour cela de toutes les précautions que lui suggéra sans doute le Saint-Esprit. Que cet exemple est édifiant et en même temps plein d'instruction pour nous! Car si la présence d'Elisée, qui était, comme le fait voir saint Augustin, la figure de JÉSUS-CHRIST, est devenue si efficace pour le salut de cette femme, combien la présence du Sauveur même et sa demeure non passagère, mais fixe, au fond de nos cœurs par la communication réelle de son corps et de son esprit, doit-elle y produire des effets sans comparaison plus divins? Et si une femme Juive a pu espérer qu'un homme mortel lui procurerait la grâce de la résurrection de son fils, après avoir procuré la naissance à ce même fils par la vertu de sa foi, qui sont les pécheurs, parmi les Chrétiens, qui pourront désespérer qu'un Dieu homme, ressuscité pour sauver les hommes, n'ait le pouvoir de donner une vie nouvelle à leurs âmes, pourvu qu'ils soient dans les mêmes dispositions où a été cette femme Sunamite, qu'ils fassent, comme elle, toutes les démarches qu'ils doivent faire pour leur salut, et qu'ils emploient tous les moyens qu'une sagesse vraiment chrétienne leur doit inspirer? (Sacy.)

(1) QUÆ RESPONDIT : VADAM. Hebræus : ותאמר שרים *Respondit : Pax.* Nullâ tenearis sollicitudine : dimitte me; vel: Omnia rectè procedunt, da mihi abeundi copiam. Causam itineris celat maritum, mendacio etiam addito, omnia rectè geri affirmans. Idem repetit inferiùs, v. 16, cùm Giezi alloquens, agi omnia rectè quoad virum et filium affirmavit. (Calmet.)

cat, latinè proseucha. Expectabat igitur Paulus Judæorum conventum ad illam proseucham, seu oratorium, quia dies erat sabbati, quando homines religionis gratiâ in loca ejusmodi de more conveniunt. Vide quæ nos in nostris Commentariis ad hunc locum Actorum. Fortassè eo consilio religiosorum loca adibant viri alii de populo in calendis et sabbatis, ut ab illis legis interpretationem acciperent, nam illis diebus legem explicari, habemus ex cap. 13, cap. 15, cap. 17 Actorum, ubi eâ de re in nostris Commentariis non pauca.

Ex his facilè intelligitur Sunam oppidum esse Carmelo conjunctum, quia domus Elisei, religione salvâ, adiri poterat in sabbato, in quo longum spatium confici deambulando non poterat, de quo egimus multis ad illud c. 1 Actor.: *Sabbati habens iter.* Neque si longè Carmelus à Sunâ distaret, abiisset mulier illa relicto filio, rediissetque cum Eliseo, antequàm maritus aliique domestici de parvuli obitu quicquam nôssent. Erat, opinor, Suna ad radices Carmeli, ad illam regionem quæ spectat ad Jordanem, per quam frequenter transibat Eliseus, cùm Galgala et Jerichuntem inviseret et alia collegia, quæ in suam sibi curam et administrationem susceperat, atque ideò cùm illìc Eliseus frequenter transiret, Sunamitis illi de hospitio commodare voluit. (1)

VERS. 27. — CUMQUE VENISSET AD VIRUM DEI IN MONTEM, APPREHENDIT PEDES EJUS, ET ACCESSIT GIEZI UT AMOVERET ILLAM. Observavit Abulens. q. 19, quàm esset Eliseus castitatis studiosus et amator, qui supra Sunamitidem hanc allocutus non est, nisi per Giezi, quasi internuntium et interpretem, ut constat. Neque enim putabat, aut satis esse tutam castitatem, quæ non sibi caveret à feminarum colloquio, seu aspectu, aut illorum decere institutum et nomen, qui religiosam illam vivendi formam essent complexi. Nôrat optimè ex longâ familiarique consuetudine Giezi, quàm esset ipsius dominus castitatis amans, quàm feminarum colloquia atque aspectum horreret, atque ideò accessit statim ut amoveret illam, quando se ad Elisei pedes supplicem advolvit. Quâ de re optimè Hieronymus ad Nepotianum de Vitâ clericorum: « Hospitiolum tuum rarò, aut nunquàm mulierum pedes terant, quia non potest toto corde cum Deo habitare, qui feminarum accessibus copulatur. Femina conscientiam secum pariter habitantis exurit. Feminæ nomen tuum nesciant. Feminam, quam benè videris conversantem, mente dilige, non corporali frequentiâ. »

DIMITTE ILLAM, ANIMA ENIM ILLIUS IN AMARITUDINE EST; ET DOMINUS CELAVIT A ME. Cavendum esse à feminarum congressu, docuit Eliseus nuper. Sed idem nunc docet illum interdùm esse feminarum statum, ut illas repellere inhumani sit animi, et ejus à quo absit pietas et clementia. Sanè parùm est tutum et honestum ad colloquium admittere feminas, cùm in illis est aliquid, quod alliciat animos aut oculos oblectet, qualis ætas, forma, cultus paulò ornatior, à quibus tentari solet atque expugnari castitas; at ubi ætas defloruit vetustate aut morbo, cultus squalidus, madens vultus lacrymis, non illitus fuco, et status ita durus et gravis ut medicinam exquirat, inhumanitatis est supplicem et mœrentem repellere. Atque ideò cùm amaram videret Sunamitidis animam Eliseus, Giezi admonet, quod cum aliis, fortassè jubente Domino, priùs fecerat sæpè, ne feminam arceat advolutam pedibus. Est apud Cassianum collat. 7, cap. 16, exemplum cœnobitæ cujusdam, quem Dominus gravi percussit morbo, quia in eâ curâ fugiendi feminarum consortii plus satis cautus et abstinens fuit.

ET DOMINUS CELAVIT A ME. Ex hoc loco et similibus aliis, statuunt theologi prophetam ignorare plurimùm, neque dari illis propheticum spiritum per modum habitus ita ut sem-

(1) VERS. 24. — MINA ET PROPERA, NE MIHI MORAM FACIAS IN EUNDO : ET HOC AGE QUOD PRÆCIPIO TIBI. Hebræus : *Duc me, et vade, ne moreris in eundo, nisi dixero tibi.* Ne festinantem asinam remoreris, ne lassari illam gradiendi celeritate timeas ; si enim grave quid hâc in re mihi acciderit, indicabo; silente me, sine illam properare. Censent quidam mulierem hanc pedestre iter fecisse, nec asinam nisi ad Eliseum ferendum secum duxisse. Vertunt illi : *Duc asinam, et ambula, ne me compellas equitare nisi dicam tibi.* (Calmet.)

VERS. 26. — RECTENE AGITUR CIRCA TE? etc; QUÆ RESPONDIT : RECTE. *Rectè :* licet enim filius meus sit mortuus magno meo dolore, tamen scio eum mortuum ex voluntate et decreto Dei, quæ rectissima et sanctissima est. Aut quia mox *rectè* mecum agetur; omninò enim confido eum à te resuscitandum. Sic de puellâ mortuâ ait Christus : *Non est mortua, sed dormit,* quia scilicet ego eam mox à morte suscitabo, ut non tam esse mortua quàm dormire videatur, Lucæ 8. Sunamitis autem hoc prætexit apud Giezi, ut per eum pateat sibi accessus ad Eliseum, qui virgo et castus vitans consortia feminarum, si audîsset ejus filium jam mortuum, ad eum suscitandum misisset suum servum Giezi, uti et reipsâ postmodùm fecit. (Corn. à Lap.)

per comitetur et illustret prophetam, sicut ars artificem, et scientia numquàm deserit scientem, sed infundi à Deo pro hujus vel illius eventûs, aut somnii cogitatione, et statim abesse, donec iterùm prophetæ mens communicato spiritu ad novam cogitationem illustretur. Ita Gregor. hom. 11 in Ezech.: « Aliquando, « inquit, spiritus prophetiæ deest prophetis, « nec semper eorum animis præstò adest, ut « videlicet cùm ipsum non habent, agnoscant « se dono Dei habere quod habent. » Quod probat ex eo quod Eliseo accidit hoc ipso lib. 1, cap. 3, ubi consultus à regibus Israel et Juda de belli eventu, asciri jussit psaltem, quo canente afflatus est Spiritu, et quid futurum esset deinde sine errore prædixit. Et hoc exemplo quod habemus præ manibus. Vide plura in nostris Commentariis ad cap. 1 Danielis, propè finem.

Vers. 29.—Accinge lumbos tuos. Phrasis est familiaris Hebræis, et penè proverbialis, quæ strenuam operam diligentemque significat. Ex eo autem orta est, quia Hebræi tunicis utuntur ad talos usque defluentibus, quæ impedimento necessariò sunt his qui festinatum aliquod opus moliuntur. Quare cùm aliquid maturandum est, accingunt se arctiùs servi, et lacinias ad cingulum reducunt et colligunt, ne properantes morentur et impediant. Hinc sæpè audimus *præcingere se, præcingere lumbos*, et similia, cùm studium et celeritatem in agendo explicare volumus. Hispani dicunt, *poner haldas en cinta*. Quare cùm hic dicendi modus aliquid oleat proverbiale, dixisset, credo, Eliseus servo, etiamsi brevem haberet et expeditam vestem, cùm celeritatem commendavit ut lumbos accingeret, quia id ab illis fieri communiter solet, qui præstare volunt non negligenter imperata.

Si occurrerit tibi homo, non salutes eum (1). Proverbialis hæc species est, quâ significamus in negotio dato non esse cunctandum, aut oblatâ aliquâ occupatione interponendum aliquid moræ. Quid levius illi, qui iter agit, quàm obvios salutare, et salutantibus in eodem officii genere respondere, cùm interposita salutatio neque molestum reddat iter, neque celeritatem retardet? Hâc eâdem proverbiali phrasi usus est Christus Lucæ 10, cùm Apostolis tradidit prædicandi negotium, cui ut fidelem operam et sedulam navarent, à reliquis abstinere jussit : *Neminem*, inquit, *per viam salutaveritis;* quasi diceret : Id unum curate sedulò, reliqua vobis aut nullo sint loco, aut saltem ita vili, ut nihil huic curæ aut prævertant aut adimant. Ita putat Ambros. lib. 1 in Lucam : « Non salutationis officium aufertur, sed ob« staculum impediendæ devotionis abolетur, « ut quando divina mandantur, paulisper se« questrentur humana. » Sanè Aug. serm. 42 de Sanctis, parabolicum esse dicit loquendi modum, eâ locutione quâ solent dicta exaggerari consuetudine sermocinandi, id est, proverbiali formâ. Sic Latini dicunt, *hoc age*, id est, in hoc uno incumbe; aut *fixis oculis aliquid intueri*, ita ut neque oculos neque cogitationem aliorsùm deflectas. Quod Cicero sic expressit pro Flacco : « Totam causam, quàm « maximè intentis, ut aiunt, oculis acerrimè « contemplamini. » Hispani ejusmodi celeritatem ita explicant : *Ni seas oydo ni visto*. Hæc

(1) lis verbis : *Neminem per viam salutaveritis*, docet Christus, ait S. Gregorius, *sub quantâ festinatione iter prædicationis pergere debeat*. Eâdem proportione dicendum est de Eliseo, qui Giezi mittit oneratum mandatis, ne quemquam per viam salutet et resalutet. Moris est hodiè pariter apud Hebræos, ut euntes ad synagogam neminem in viâ salutent, veriti ne ad latera respicientes, mentem sanctis rebus intentam avertant. (Calmet.)

Tolle baculum meum. Hinc Eliseum gestâsse baculum, ideòque priscos monachos eum gestâsse, docet Cassian. lib. 1 Instit. cap. 9, additque mysticam ejus significationem, dicens : « Cujus gestatio spiritualiter monet, nunquàm « debere eos inter tot oblatrantes vitiorum « canes, et invisibiles nequitiarum spiritualium « bestias, inermes incedere; de quibus beatus « David liberari postulans, dicit : *Ne tradas*, « *Domine, bestiis animam confitentem tibi;* sed « irruentes eas retundere crucis signaculo, ac « longiùs propulsare, atque adversùs se sæ« vientes, jugi memoriâ Dominicæ passionis, « et imitatione illius mortificationis extin« guere. » (Corn. à Lap.)

Quant au bâton qu'Elisée envoya par son serviteur, nous devons le regarder comme le manteau d'Elie, ou comme la verge de Moïse, qui avaient servi à faire de grands miracles, Dieu employant ordinairement quelques instruments extérieurs pour opérer ses prodiges, et voulant par là comme frapper davantage les sens des hommes, et leur faire concevoir que c'est au mérite et à la personne de ceux à qui appartiennent ces instruments, qu'il lui a plu d'attacher des effets si miraculeux de sa puissance. Elisée donc put bien croire que le bâton dont il se servait, étant appliqué sur l'enfant mort, pourrait le ressusciter sans qu'il fût luimême obligé d'aller en personne pour opérer un si grand miracle, quoique saint Augustin semble témoigner qu'il savait ce qu'il faisait. Mais, comme on a vu déjà que les prophètes ne connaissent que ce qu'il plaît à Dieu de leur découvrir, peut-être que Dieu ne lui fit pas connaître d'abord ce qui devait arriver. (Sacy.)

mihi explicatio maximè probatur : aliæ ab aliis adducuntur, quæ duriores sunt et minùs ad textum. Theodoretus quæst. 18 : « Sciebat, inquit, nempe Eliseus de Giezi, eum esse honoris cupidum, et causam dicturum (profectionis), inanem autem gloriam fore impedimentum ne faciat miraculum. » Abulens. quæst. quadragesimâ sextâ alias adducit causas, quas tu vide. (1)

VERS. 33. — INGRESSUSQUE CLAUSIT OSTIUM SUPER SE, ET SUPER PUERUM, ET ORAVIT AD DOMINUM. Miserat ante se famulum Eliseus cum baculo, qui defuncto puero impositus illum revocaret ad vitam, quod tamen consecutus non est. Quid in causâ fuerit, non constat. Rabb. Salomon citatus à Lyrâ, peccato id attribuit Giezi, qui cùm jussus est ab Eliseo neminem in illâ viâ salutare, ipse tamen ambitiosè obviis quibusque dicebat se ad excitandum puerum ab Eliseo missum. Propterea ablatam fuisse Elisei baculo virtutem, neque quicquam præstare potuisse eorum, quæ Eliseus ante mente conceperat. Alii id fidei adscribunt Giezi, et Sunamitidis feminæ, quæ infirma fuit, neque crediderunt, aut sperârunt, ex attactu baculi revocandam animam, quæ jam excesserat; quæ optimè confutat Abulens. quæst. 50, ac tandem putat ideò nihil perfecisse baculum, quia Deus non tantùm voluit magnificare Eliseum, quantùm ille aut sperabat, aut volebat. Decipi porrò aliquando prophetas, cùm non semper afflati divino Spiritu loquantur, sed interdùm suo, qui falli potest, sicut aliorum, quos nunquàm propheticus illustravit spiritus, certum est, ut pluribus ostendimus supra, libro secundo, capite septimo, in principio, ad illa verba Nathan ad Davidem : *Omne quod est in corde tuo, vade, fac*, id est, templum ædifica, cùm tamen postea illum ab ædificando templo prohibuerit. Vide quæ nos ibi. Quare cùm speravit Eliseus ut baculi attactu puer revocaretur ad vitam, spes illa neque injecta est à Deo, neque à spiritu concepta prophetico, sed ab humanâ cogitatione, quæ interdùm sibi plura promittit, quàm concedit Deus. Hoc autem maximè expediit Eliseo, ut de se minùs cogitaret magnificè, neque altiùs saperet quàm oportet, sed saperet ad sobrietatem. Atque ideò postea magis quàm antea timidè et cautè rem aggreditur. Ascendit enim cœnaculum sibi antea notum, clausit ostium, orationem præmisit, quod ante non fecerat : et multò pressiùs suo corpore tetigit corpus exanime, quàm nuper Giezi ipsius baculo tetigerat. Extendit enim se supra illud, et ita seipsum attemperatè applicuit, ut manus suas cum pueri manibus,

(1) VERS. 30. — *Mais la mère de l'enfant dit à Elisée : Je vous jure par le Seigneur que je ne vous quitterai point. Il alla donc avec elle.* Cette femme, selon la remarque d'un interprète, ne crut point que le serviteur d'Elisée eût le pouvoir, même avec le bâton de son saint maître, de ressusciter son fils. Et Dieu se servit de sa voix et des instances qu'elle fit à Elisée, pour l'obliger de partir lui-même, cachant sous les voiles de cette conduite extérieure et humaine, des vérités importantes que nous verrons dans la suite. (Sacy.)

VERS. 31. — GIEZI POSUERAT BACULUM SUPER FACIEM PUERI, ET NON ERAT VOX NEQUE SENSUS. Rei hujus culpam alii rejiciunt in Giezi, qui Elisei mandata neglexerat, quique jactitaverat ire se ut suscitaret filium Sunamitidis. Sed quibus argumentis hæc accusatio fulcitur? Malunt alii, defuisse mulieri fidem, quippe quæ baculo Elisei inesse virtutem patrandi prodigium non credidit : quare testata est, nunquàm se illum dimissuram, nisi ipse per se veniret. Alii denique suspicantur, Eliseum sibi nimiùm detulisse, misso baculo, ut ejus ope filium in vitam revocaret; cujus illi consilii auctor fuit voluntas privata, non Deus. Præstat tamen hoc in providentiam Numinis referre, typo quodam grande illum mysterium designaturi, inutilem scilicet esse legem, et necessariam Filii Dei incarnationem. Elisei baculus, pueri cadaveri impositus, exprimebat legem Moysi, imparem per se vitæ justitiæque conferendæ. Admovendus erat ipse per se Eliseus, figura Jesu Christi, et princeps omnium quotquot missi sunt sub lege; qui veniens sese in arctum Incarnatione suâ redigeret, quodam modo pueri corpori aptaret, id est, toti hominum generi, vitâ, lumine et viribus destituto. Ita totam hanc historiam exponunt Patres, unâque docti plures interpretes. (Calmet.)

VERS. 32. — POSUIT BACULUM SUPER FACIEM PUERI, ET NON ERAT VOX NEQUE SENSUS. S. Petrus per baculum à se missum è morte suscitavit S. Maternum suum discipulum, et primum Trevirensem episcopum, ut habet ejus vita, et S. Macedonius per baculum suum suscitavit Theodoretum penè exanimem, uti ipse refert in Philotheo cap. 3.

PUER NON SURREXIT. Cur? Rationem reddit Rabbi Salomon apud Lyran. : « Hoc, inquit, fuit propter demeritum Giezi, qui non servavit præceptum Elisei, sed occurrentibus sibi hominibus jactanter dicebat, se missum ad suscitandum mortuum. » Indignus enim est, qui miracula faciat, qui de illis faciendis gloriatur. Hoc profectò et prævidit et præcavit Eliseus, dicens ad puerum quem mittebat : *Si occurrerit tibi homo, non salutes eum ; et si salutaverit te quispiam, non respondeas illi.* Nam, ut rectè Theod. q. 17 : « Sciebat, inquit, eum esse honoris cupidum et causam dicturum; inanem autem gloriam fore impedimento ne faciat miraculum. » Aliam causam dat R. Eliezer c. 33 : « Ridebat, inquit, Giezi dicendo obviis : Credisne baculum istum vitam restituere? » (Corn. à Lap.)

os cum ore, cum oculis oculos conjungeret, idque non semel : et insuper discurrit sæpè ut calorem conciperet, quo infantile corpus calefaceret, et puerum ipsum quodammodò parturiret. Neque tam facilis fuit illa cadaveris animatio, quàm ipse crediderat : nam oscitavit septies, id est, revixit lentè, et post illa minùs certa signa animati cadaveris, tandem aperuit oculos, quod revocatæ vitæ majus quoddam argumentum fuit.

Est sanè opus valdè difficile excitare mortuos, neque hoc opus est servile, id est, quod servis committi debeat, et arido ligno, qualis erat Elisei baculus, sed illorum, quos Deus Spiritu suo ornare atque illustrare voluit ; qui tamen opus illud, non molli, ut aiunt, brachio, aut studio quodam inerti et languido suscepturi sunt, sed constanti ac fervido, orent oportet priùs, calorem discurrendo concipiant, foveant sicut gallina ova, ut tandem ex emortuâ materiâ et frigidâ, viventes excludat pullos et animatos fœtus. Hìc vides illustre symbolum Apostolici viri, sapientis et vigilantis episcopi, qui sibi ipsi assumit tam grave et periculosum onus, neque pastorali baculo committit. Qui non debent pastoris, aut Apostolici, seu Evangelici doctoris titulo intumescere, et humilia despicere, sed ad illa quæ stultum hominum vulgus putat esse indecora ac vilia, seipsos abjicere, et suam amplitudinem ita contrahere, ut ad infantis mensuram, si illius exigat necessitas, aut usus cohibeat.

Vers. 34. — Incubuit super puerum, posuitque os suum super os ejus (1). Idem penè fecit Elias, lib. 3, cap. 17, v. 21, ubi nos satis, opinor, diligenter egimus de hâc cæremoniâ atque

(1) Vers. 31, 32, etc. — *Cependant Giézi était allé devant eux, et il avait mis le bâton d'Elisée sur le visage de l'enfant. Mais ni la parole, ni le sentiment ne lui étaient point revenus. Elisée entra ensuite dans la maison. Il ferma aussitôt la porte sur lui, et il pria le Seigneur. Après cela, il monta sur le lit, et se coucha sur l'enfant. Il mit sa bouche sur sa bouche, ses yeux sur ses yeux,* etc. La seule lecture de toutes les circonstances de cette histoire si particularisée, imprime d'abord nécessairement l'idée de quelque mystère. Et l'on ne peut point se persuader, ni que Dieu ait inspiré à ce saint prophète d'en user d'une manière si extraordinaire pour ressusciter un enfant, ni qu'il ait voulu que toutes ces particularités aient été marquées dans son Ecriture, seulement pour faire connaître aux hommes que le fils d'une femme de la ville de Sunam recouvra la vie, après être mort. On peut dire même que, n'envisageant cette histoire que selon la lettre, on est moins frappé de la toute-puissance du Créateur lorsqu'il emploie des moyens si bas et si petits en apparence pour produire la résurrection d'un enfant, que si par la seule voix de son prophète, il l'eût retiré en un instant d'entre les bras de la mort, comme il lui était certainement très-facile. C'est ce qui oblige aussi les interprètes, quoique scrupuleusement attachés, comme l'on sait, à la lettre, dont ils ne s'écartent que le moins qu'ils peuvent, à reconnaître que l'histoire de cette résurrection, bien que véritable en elle-même, a été toute mystérieuse. Et l'on peut bien assurer qu'en cela même la grandeur de l'Esprit de Dieu paraît davantage, lorsque, sous la vérité d'une histoire très-réelle, il a renfermé visiblement le plus grand de tous les mystères, qui est celui de l'incarnation et de la rédemption des hommes. Voici la manière dont saint Augustin, le plus éclairé d'entre les Pères, nous représente cette vérité. « Cette femme de Sunam, dit-il, était « stérile ; mais par la vertu de la prière d'Elisée, elle devint mère et eut un fils. L'Eglise « de même, qui était stérile avant la venue de « Jésus-Christ, a enfanté depuis son avènement le peuple chrétien. Ce fils de la Sunamite était mort durant l'absence d'Elisée, « et le peuple des gentils était mort aussi par « ses péchés, avant que le Fils de Dieu se fût « rendu présent parmi eux. Elisée descend de « la montagne, et l'enfant de cette veuve est « rétabli dans la vie. Jésus-Christ descend du « ciel, et le peuple des gentils, qui est l'enfant de l'Eglise, est ressuscité. Mais voyons « de quelle sorte cela se passa. Le bienheureux « Elisée donne son bâton à son serviteur, et ce « serviteur s'en va mettre ce bâton sur le « visage de l'enfant mort, mais le mort ne « ressuscita point. Ce serviteur d'Elisée portait « la figure de Moïse. Car Dieu envoya Moïse « avec une verge ou un bâton en Egypte. Mais « cette verge ou ce bâton de Moïse, qui put « bien affliger l'Egypte par plusieurs plaies « différentes, ne put point la ressusciter en la « délivrant du péché originel ou actuel. Car, « comme parle l'Apôtre, *la loi ne conduit personne à une parfaite justice.* Il était donc nécessaire que celui qui avait envoyé le bâton, « descendît lui même. Le bâton, sans Elisée, « n'avait aucune vertu, parce que la croix, sans « Jésus-Christ, n'avait point non plus aucun « pouvoir. Ainsi ce prophète, étant venu, monte « sur le lit, et se couche sur l'enfant, *mettant « ses yeux sur ses yeux, ses mains sur ses mains,* « pour le pouvoir ressusciter. Voyez, ajoute « ce saint, combien cet homme, arrivé à la « plénitude d'un âge parfait, se rétrécit pour « ajuster tous ses membres à ceux d'un enfant « qui était mort et couché ; et considérez dans « ce que fait Elisée à l'égard de cet enfant, la « figure de ce que Jésus-Christ même a accompli à l'égard de toute la nature humaine. « Ecoutez l'Apôtre, qui dit du Sauveur, *qu'il « s'est rabaissé lui même, se rendant obéissant « jusqu'à la mort.* Parce que nous étions petits, « il s'est fait lui-même petit ; parce que nous « étions morts et couchés par terre, ce médecin charitable s'est rabaissé jusqu'à nous, « nul ne pouvant effectivement relever un « homme qui est abattu, s'il ne veut auparavant se pencher et s'abaisser jusqu'à lui. « Quant à ce qui est marqué, que l'enfant bâilla « sept fois, cela vous figure les dons du Saint-

mysterio. Quare hìc abstinere posse videor à multis, quæ locus iste nobilis exigere videba-

« Esprit, qui ont été conférés aux hommes par « le mérite de l'avénement du Fils de Dieu, « pour pouvoir être ressuscités. Aussi, lorsque « Jésus-Christ donna cet Esprit divin aux « Apôtres, il souffla sur eux, en leur disant : « *Recevez le Saint-Esprit*. Et lorsqu'il leur con- « féra l'Esprit-Saint, en soufflant sur eux, *il* « *mit* en quelque façon *sa bouche sur leur bouche*, « à l'exemple d'Elisée. *Os enim quodammodò* « *super eos posuit, quando insufflando Spiritum* « *dedit*. » Nous voyons donc, comme dit encore le même saint, Elisée, ainsi qu'un prophète, prédire, non pas seulement par ses paroles, mais encore par ses actions, un grand et profond mystère. *Attende Eliseum in magno altoque mysterio tanquàm prophetam, agendo prœnuntiantem, non solùm loquendo.*

Il semble que nous pouvons ajouter à ce que dit saint Augustin, que toutes ces différentes actions d'Elisée, qui ferme la porte sur lui, qui prie le Seigneur, qui monte ensuite sur le lit où était couché l'enfant mort, qui se rapetisse et se proportionne à son petit corps, comme afin de réchauffer tous ses membres, qui descend après de dessus le lit et se promène dans la chambre, qui remonte encore une fois sur le lit, et se couche de nouveau sur l'enfant, que toutes ces circonstances, dis-je, de la conduite d'Elisée, nous font concevoir d'une manière très-sensible combien la résurrection spirituelle de toute la nature humaine figurée par la résurrection corporelle de cet enfant, a dû coûter au Fils de Dieu, et de prières et d'humiliations et de souffrances, depuis qu'étant descendu du ciel pour entrer dans notre maison, c'est-à-dire, pour s'unir à notre chair, il eut comme fermé la porte après lui, en oubliant, pour le dire ainsi, qu'il fût Dieu, et embrassant, pour l'amour de nous, des abaissements qui allaient jusqu'à l'anéantissement.

Saint Ambroise dit excellemment que l'ardeur de la charité de Jésus-Christ était figurée par la chaleur qu'Elisée s'efforça de procurer aux membres froids de cet enfant mort, et que c'est dans le baptême, où l'on meurt avec Jésus-Christ, comme dit saint Paul, que l'on sent l'effet de cette ardeur vivifiante de son amour; que celui-là éprouve toujours le froid de la mort, qui ne meurt point avec ce divin Sauveur, ne pouvant être échauffé, s'il ne s'approche de son feu, qui doit être en lui une source de lumière et de chaleur. *Christus nobis commortuus est, ut nos calefaceret, qui ait : Ignem veni mittere in terram. Frigidus itaque est, qui non moritur in Christo. Calefieri non potest, cui ignis ardens non appropinquat.*

Saint Grégoire pape dit de même que la crainte figurée par le bâton du prophète fit place à l'amour, et que celui que cette crainte n'avait pu ressusciter, le fut par l'esprit de cet amour tout divin ; et il ajoute que ces deux tours que fit Elisée en se promenant dans la chambre, nous marquaient figurément ce que devait faire Jésus-Christ, qui alla des deux côtés appeler les Juifs et les gentils. *Hùc illùcque deambulat, quia et Judœam juxta, et longè positas gentes vocat.* (Sacy.)

tur ab interprete, cùm omnia quæ illìc tradita

ET INCURVAVIT SE SUPER EUM, ET CALEFACTA EST CARO PUERI. Septuaginta : *Inflexit se super puerum, et calefacta est caro pueri*. Veteres Græci interpretes reddiderant : *Insufflavit super illum*, etc. Arabs : *Spirans in eum, calescit carnem pueri;* uti cùm Dominus insufflando vitam inspiravit Adamo, ait Theodoretus. (Calmet.)

Franciscus Valesius sacræ Philosoph. c. 35 : « Si liceret dicere, inquit, puerum non fuisse « omninò mortuum, sed syncopen passum, « naturalis fuisset hæc Elisei curatio ; nam « syncope correpti, extinctione naturalis calo- « ris periclitantur mori, solentque fotu et « calefactione (maximè anhelitûs humani ; is « enim calor congener est et vitalis) revocari. « Rursùm discurrebat Eliseus, ut suum calo- « rem puero infundendum excitaret : is enim « maximè exercitio excitatur ; unde mox per « eum sibi incumbentem excipiens, cœpit « oscitare, calore jam incipiente flatum agi- « tare, et discutere, et crescente vigore et spi- « ritibus animalibus moveri, aperti sunt oculi, « et deinde aliorum sensuum instrumenta, et « puer ad officia vitæ revocatus est. » Verùm ex narratione S. Scripturæ clarè liquet puerum verè fuisse mortuum, non syncopen passum ; incubuit ergo puero Eliseus easdem ob causas, ob quas Elias magister suus simili mortuo incubuerat, quas recensui 3 Reg. 17, 21.

Allegorica et præcipua causa fuit, ut Eliseus uti nomine, ita et facto repræsentaret Filii Dei incarnationem, in quâ ipse carnem nostram induit, et quasi os ori, manus manibus, pedes pedibus accommodavit. Ita S. August., serm. 11 de Verbis Apostoli : « Quid, inquit, significavit « mortuus puer, nisi Adam (et peccatorem Adæ « filium per peccata mortuum)? Posuit baculum « supra mortuum, non surrexit. Si enim data « esset lex, quæ posset vivificare, omninò ex lege « esset justitia. Non ergo potuit lex vivificare. « Venit ipse grandis ad parvulum, Salvator ad « salvandum, vivus ad mortuum, venit ipse. Et « quid fecit? Juvenilia membra contraxit, tan- « quàm seipsum exinaniens, ut formam servi « susciperet. Juvenilia ergo membra contraxit, « parvum se parvo coaptavit, ut efficeret corpus « humilitatis nostræ conforme corpori gloriæ « suæ. Itaque in ipso typo Christo propheticè « expresso suscitatus est mortuus, tanquàm « justificatus est impius. » Eadem ex S. August. habent Eucher., Angelomus, Beda, Rupert. et alii. Audi quoque S. Ambrosium, tomo 2 in cap. 4 Ecclesiastæ, Exhort. ad clericos, qui hæc de Christo in cruce se nobis commensurante, calefaciente et vivificante explicat : « Christus nobis commortuus est, ut nos cale- « faceret, qui ait : *Ignem veni mittere in terram*. « Mortuus eram, sed quia in baptismate com- « mortuus Christo sum, accepi lumen vitæ à « Christo. Et qui in Christo moritur, per Chri- « stum calefactus vitæ et resurrectionis vapo- « rem accipit. Frigidus erat puer, calefecit eum « Eliseus spiritu suo, dedit ei vitæ calorem. « Condormivit ei, ut eum calor quietis ejus, « qui in symbolo consepultus ei fuerat, excita- « ret. Frigidus itaque est, qui non moritur in « Christo. Calefieri non potest cui ignis ar-

sunt, in locùm istum non minùs quàm in illum aptè conveniant. (1)

VERS. 38. — (2) ERAT AUTEM FAMES IN TERRA.

« dens non appropinquat, invalescere non potest alteri, qui secum non habet Christum. » Audi denique S. Bernard. serm. 16 in Cant. : « Oculis suis tetigit meos, interioris hominis frontem claris luminaribus ornans, fide et intellectu. Ori meo junxit suum, et mortuo signum pacis impressit ; quoniam cùm adhuc peccatores essemus, reconciliavit nos Deo, justitiæ mortuos. Os ori applicuit, iteratò inspirans in faciem meam spiraculum vitæ, sed sanctioris, quàm primò. Nam primò quidem in animam viventem creavit me ; secundò in spiritum vivificantem reformavit me. Manus suas meis superposuit, exemplum præbens bonorum operum, formam obedientiæ ; aut certè manus suas misit ad fortia, *ut doceret manus meas ad prœlium, et digitos meos ad bellum.* Et oscitavit puer septies, quia *septies in die laudem dicere* consuevit. » Psalm. 118.

Symbolicè, B. Petrus Damiani lib. de Contemptu seculi cap. 28 : « Is, inquit, quem terroris virga suscitare non poterat, per amoris spiritum ad vitam redit, dùmque se parvulo accommodavit et composuit, facilè erexit et suscitavit. » Rursùm Eliseus hìc symbolum dedit Eucharistiæ, in quâ Christus, ut ait S. Cyrillus, totum se nobis commiscet, ac quasi oculos oculis, os ori, manus manibus, animam animæ nostræ applicat ; id quod pulchrâ specie per visum repræsentatum fuit Ruperto abbati Tuitiensi ; cùm enim ipse à superiore juberetur capessere sacerdotium, putaretque se tanto gradu indignum, per visum vidit Christum crucifixum se ad amplexum invitantem. Quare Rupertus Christum arctissimè amplexus et osculatus, narrat Christum, quò profundiùs oscula admitteret, divinum os suum apertum, et hians præbuisse, simul etiam factum esse, ut inter eos amplexus, tum divino amore majorem in modum inflammaretur, tum etiam sacerdotii, quod antea fugiebat, desiderium sibi inspirari senserit, quod, simul ac illuxit, cùm suo abbati indicâsset, paulò post cum omnium gaudio executum esse. (Corn. à Lap.)

(1) VERS. 35. — ET OSCITAVIT PUER SEPTIES. Recentiorum interpretum plerique reddunt Hebræum : *Sternutavit septies.* Est autem sternutamentum bonæ valetudinis indicium. Docet etiam Plinius : *Sternutamenta capitis gravedinem emendant.* Puer, de quo hìc, dolore capitis obierat. Vocem hanc non expresserunt Septuaginta. Arabs vertit : *Contorsit puer oculos suos septem vicibus.* Reddunt alii : *Cohorruit septem vicibus ;* vel : *Eliseus coarctavit illum septem vicibus.* (Calmet.)

(2) ELISEUS REVERSUS EST IN GALGALA. Innuere hæc videntur Eliseum statim antea discessisse ; sed ex v. 25 constat è Carmelo in Sunam venisse. Igitur ea verba, *reversus est*, ita accipienda sunt, quasi scilicet secundò concesserit in Galgalam : eò enim pariter venerat cum Eliâ paulò ante ejus raptum, rediitque iterùm cùm regrederetur ex Jordane, post spectatum magistri sui raptum prodigiosum.

FILII PROPHETARUM HABITABANT CORAM EO ; cùm illo scilicet, vel coram illo ; vel, juxta He-

Jam proponitur aliud Elisei miraculum, quo amarum condimentum pro discipulorum edu-

bræum : *Sedebant coram illo*, tanquàm discipuli coram magistro. (Calmet.)

Elisée dit à l'un de ses serviteurs : Prenez un grand pot et préparez à manger pour les enfants des prophètes, etc. Les saints Pères nous font remarquer sur cet endroit la pauvreté dans laquelle vivaient alors les prophètes, puisque le premier de tous, qui avait un si grand don pour faire divers miracles, et dont la foi avait multiplié l'huile d'une manière si miraculeuse en faveur de cette veuve dont on a parlé, qui était réduite à l'extrémité, ayant à traiter tous ses disciples, ne leur donne que quelques herbes sauvages, telles qu'on pouvait les trouver alors, et quelques pains d'orge qu'on lui offrait, qui étaient des pains faits des prémices des fruits de la terre, consacrés à Dieu suivant la loi de Moïse, mais qu'on donnait aux prophètes, à cause sans doute que l'impiété des princes et des peuples d'Israël avait renversé le ministère de la religion du vrai Dieu. La farine dont se servit Elisée pour corriger l'amertume de ces herbes, que son serviteur avait fait cuire, n'eût été par elle-même qu'un faible remède, et incapable d'arrêter tout seul un si grand mal. Mais la bénédiction du prophète lui conféra la même vertu qu'au sel dont on a parlé auparavant, dont il se servit pour changer ces eaux malsaines, qui causaient la stérilité. Aussi saint Jérôme, parlant de cette action de l'homme de Dieu, témoigne que, lorsque les disciples des prophètes se plaignirent tous ensemble de ce poison qu'on avait mis dans le pot sans le connaître, il ne se mit point en colère contre ceux qui l'avaient fait, mais se contenta d'y remédier avec un peu de farine qu'il y répandit, en adoucissant, dit-il, ces herbes amères par la vertu toute-puissante du même Esprit qui avait servi à Moïse pour changer et adoucir miraculeusement l'amertume des eaux de Mara. *Non iratus est cocis ; sed farinâ desuper jactâ, amaritudinem dulcoravit eâdem Spiritûs virtute quâ Moyses mutaverat Maram in dulcedinem.* Saint Bernard dit que la parole de Dieu, que les pasteurs annoncent au peuple, et qu'ils leur présentent comme la vraie nourriture de leurs âmes, leur paraît souvent ainsi amère, parce que n'ayant du goût que pour les choses de la terre, ils ne peuvent point goûter les choses du ciel, et qu'ils s'écrient contre l'amertume de cette divine parole, à l'exemple de ces disciples de Jésus-Christ, qui, voyant qu'il leur présentait sa chair sacrée à manger, trouvèrent de la dureté dans ce qu'il disait. Mais il ajoute que la charité, figurée par cette farine, dont se servit Elisée, est capable d'adoucir dans leurs esprits et dans leurs cœurs ce qui leur paraît amer et dur dans la volonté de Dieu, que Jésus-Christ appelait lui-même sa nourriture, et qu'il n'y a que Dieu seul qui peut donner, pour le dire ainsi, au palais du cœur de l'homme, ce goût céleste de la charité. *Non affert, imò afferri jubet farinam, quoniam non præbet, sed hortatur habere charitatem, cujus condimento redduntur dulcia quæ priùs videbantur amara. Nemo namque nisi solus Deus valet saporem charitatis palato cordis infundere.*

lio præparatum esculentum reddidit, cùm tamen priùs sic esset insulsum, ut instar videretur obtinere mortis. Ingruerat gravis fames, quæ latè regionem illam oppresserat, in quâ tunc habitabat Eliseus, et prophetarum cœtus ipsius curæ ac disciplinæ creditus. Jussit autem cuidam ex illis, qui magis erant familiares et assidui, ut cibum pararet prophetarum filiis, talem, opinor, qualem ipsi adhibere solerent, ad mensam frugalem nempe, id est, ex terræ frugibus et herbis conditum. Hoc enim videtur eo tempore illorum prophetarum commune pulmentum : id indicat ille, qui egressus dicitur in agrum, *ut colligeret herbas agrestes.*

VERS. 39. — (1) INVENITQUE QUASI VITEM AGRESTEM, ET COLLEGIT EX EA COLOCYNTHIDAS AGRI. Nomen *vitis* plura significat, quàm quod proximè atque communiter sonat. Vitem enim albam et vitem appellamus nigram, quæ à vite viniferâ longè differt. Sic ego existimabam illam, quæ hìc vocatur *vitis agrestis*, non esse propriè vitem, sed herbam diversi generis, quæ vitis sylvestris similitudinem referret. Quod ideò mihi persuadebam, quia in Hebraico textu non est, *quasi vitem*, sed *invenit vitem*, sicut etiam habent Septuaginta et Chaldæus, qui ita legunt : *Invenit vitem sylvestrem, et collegit ex eâ colocynthidas.* Colocynthides autem nullo modo colliguntur è vite, sed è plantâ quæ viniferæ viti quamsimillima est, quod videtur voluisse significare Vulgatus, dùm convertit, *quasi vitem.* Quasi dicat : Invenit herbam, quam vitem appellant sylvestrem, quæ à vite, quæ in sylvis nascitur, et nullâ vinitoris arte colitur, parùm differt; quam nos communiter labruscam appellamus. Quare Vulgatus nullo modo ab Hebraico, Græco atque Chaldaico textu dissentit.

Sed quænam sit illa planta, obscurum est; Vulgatus *colocynthidas* vertit, cujus fructus rotundus est, et id significat vox Hebraica *pecuoth;* Chaldæus ovorum dicit habere figuram, alii cucurbitas agrestes esse putant, quæ sativis minores sunt. Hispanica translatio, *cohombros de el campo,* vertit, quos communiter Hispani vocant *cohombrillos amargos.* Alii illam herbam esse arbitrantur, quæ fructus fert, qui proximè ad cucurbitæ similitudinem accedunt, qui sanè amarissimi sunt, et vulgo Hispanorum *tueras* appellantur. Et hoc mihi placet maximè.

VERS. 40. — MORS IN OLLA, VIR DEI. Quod nimis est amarum et triste, quia mortis est instar, mortis significamus nomine, sicut mori etiam dicimur cùm triste aliquid patimur, et humanæ vitæ commodis inimicum. Sic Seneca :

Mortis habet vices
Lentis cùm trahitur vita gemitibus.

Et Martialis libro 6, epigrammate 69 :

Et quantùm tetricæ tulêre febres,
Aut languor gravis, aut mali dolores,
A vitâ meliore separentur :
Non est vivere, sed valere vitâ.

Ut ergo mori dicimur, cùm duris vitæ jactamur incommodis, sic etiam durum illud incommodum mortem appellamus. Sic enim prophetarum filii cùm ex edulio malè condito amaritiem senserunt admodùm ingratam palato, mortem se invenisse clamant. Aut certè, quia ex sapore nondùm ad illud tempus sibi cognito suspicati sunt aliquid in ollam infusum esse mortiferum, et ideò tanti mali remedium sibi quærunt à prophetâ.

VERS. 41. — AFFERTE, INQUIT, FARINAM. Abstulit à pulmento quam colocynthides induxerant amaritiem, infusâ farinâ, sicut antea Jerichuntinas aquas dulces reddidit, infuso sale. Quærunt aliqui an à naturâ habuerit farina vim, ut si quid haberent colocynthides amarum et pestilens, illud sanaverit, eduliumque reddiderit non modò ad valetudinem salubre et commodum, sed etiam palato non ingratum. Medici quidam vim quamdam inesse putant farinæ contra vim illam acrem et amaram, quam habent colocynthides. Ita Levinus Lemnius c. 7, ubi proprietatem istam inesse dicit à naturâ farinæ, præsertim hordeaceæ. Idem etiam admittit Vallesius in sacrâ Philosophiâ c. 37; fatetur tamen hoc opus fuisse supra naturalem farinæ facultatem. Ut enim fateamur valere aliquid ad sanandum herbæ illius noxiæ tam amaros ac pestilentes morsus, et tam brevi tantam fieri mutationem, non est naturale opus. Ut enim farina suam vim utiliter expromeret, et contrariam emendaret et frangeret, plusculum moræ interjectum oportuit. Lege Abulensem q. 60, qui optimè probat in eâ mutatione nihil operatam esse naturam, sed

(1) UT COLLIGERET HERBAS AGRESTES, enectis hortensibus sæviente in totâ regione fame, ut in versiculo præcedenti animadversum est. Hebræum *Oroth*, vel, uti legunt Septuaginta : *Arioth*, redditur à Syriaco et Arabe *Malva.* Vertunt alii *Erucas.* Verbum *arah*, unde *oroth*, sonat *colligere, evellere, congregare, vindemiare.* Reddendum ego maluerim planiùs : *Egressus est unus in agrum, ut colligeret aliquid ad cibum,* herbarum vel fructuum aliquid.

(Calmet.)

planè intercessisse miraculum. Quod mihi semper placuit, et certè, ut vides, hoc inter Elisei miracula numeratur.

Vers. 42. — Vir autem quidam venit de Baalsalisa (1), deferens viro Dei panes primitiarum. En aliud miraculum factum, opinor, sub hoc ipsum tempus, quia si qua est agresti cucurbitæ opportuna maturitas, tunc judicari potuit matura, quando matura est falci messis triticea. Eo igitur tempore cùm gravis esset fames in Israel, hanc mentem dedit Deus viro cuidam pio, qui habitabat in Baalsalisa, ut Elisei, et eorum, quorum ille curam susceperat, quos alebat ut filios, et ut magister ad pietatem informabat, necessitati subveniret. Quibus dedit ex primis frugibus, quas eo ipso tempore messuerat, panes, nempe hordeaceos et frumentum novum, quod primùm ex triticeâ messe perceperat, in perâ, grana puto, neque magnâ, ut apparet, mensurâ, quia in perâ non multùm portari frumentum potest. Ubi Vulgatus *pera*, Hebr. est, *be siclono*, quod multi reddunt, *in tunicâ suâ*, et eorum non pauci interpretantur, *in folliculis suis*, quasi dicant: Attulit spicas frumenti, grana videlicet in spicis, nondùm excussa atque purgata. Et quidem vox Hebr. *carmel*, pro quâ interpres noster reddidit, *frumentum novum*, spicas significat plenas atque virentes, ut constat Levit. capite 2, vers. 14, ubi eamdem vocem noster interpres spicam reddidit virentem. Neque ab hoc sensu videtur abiisse Vulgatus, quia pera folliculum etiam significare potest, ubi clauduntur grana. Et licet superiorem explicationem non improbem, hanc tamen improbare non audeo, quia in eam pronior est textus Hebraicus, et in hanc omnes penè translationes aliæ propendent, neque Vulgata respuit. Spicas autem illas virentes et plenas torrere potuerunt prophetarum filii, et ex illis sibi facere polentam, quæ in deliciis erat olim Hebræis, de quibus nos plura lib. 1 Reg. cap. 17, ad v. 17. Quomodò verò hordeacei panes in usu fuerint apud Hebræos, neque illi viles haberentur, aut insulsi, diximus alibi.

Vers. 43. — Da populo ut comedat; hæc enim dicit Dominus: Comedent, et supererit. Pro tantâ multitudine perpauci videbantur viginti panes hordeacei, et frumenti modicùm excussi ex folliculis, aut adhuc in spicis inclusi. Atque ideò qui jussus est hæc dispensare multitudini, dixit: Quantum est hoc, ut apponam centum viris? Sed de tenuis illius penu augmento non dubitabat Eliseus, qui à Domino acceperat non modò satis, sed etiam superfuturum esse quod illam multitudinem ad satietatem usque cibaret. Quod ita planè accidit: nam cùm omnes refecti forent abundanter, non tamen exiguæ fuerunt, quæ ex illo convivio superfuêre reliquiæ. Est autem verisimile benedixisse panibus Eliseum, sicut Christus fecit Joan. 6, et post benedictionem, illud accepisse panes incrementum. Disputant alii quomodò istud miraculum acciderit, quam ego quæstionem prudens omitto, quia neque multùm refert illam expediri, neque aliquid certum affirmari potest.

(1) Baalsalisa, urbs est in finibus Diospoleos, ab eâ distans 15000 passibus, septentrionem versùs, in regione Thamniticâ. Hoc docent Eusebius et S. Hieronymus; quod difficultatem aliquam exhibet, cùm Thamna, unde nomen regioni Thamniticæ, jaceret inter Diospolim et Hierosolymam in tribu Dan, iisdem auctoribus, adeòque ad meridiem, quà vergit ad orientem, Diospoleos. Ita ergo accipiendus est Eusebius: Baalsalisa jacebat ad meridiem, et 15000 passibus à Diospoli in regione Thamniticâ, et ad septentrionem Hierosolymæ. (Calmet.)

CAPUT V.

1. Naaman, princeps militiæ regis Syriæ, erat vir magnus apud dominum suum et honoratus: per illum enim dedit Dominus salutem Syriæ; erat autem vir fortis et dives, sed leprosus.

2. Porrò de Syriâ egressi fuerant latrunculi et captivam duxerant de terrâ Israel puellam parvulam, quæ erat in obsequio uxoris Naaman;

3. Quæ ait ad dominam suam: Utinam fuisset dominus meus ad prophetam qui est in Samariâ! profectò curâsset eum à leprâ quam habet.

4. Ingressus est itaque Naaman ad do-

CHAPITRE V.

1. Naaman, général de l'armée du roi de Syrie, était un homme puissant et en grand honneur auprès du roi, son maître, parce que le Seigneur avait sauvé par lui la Syrie; il était vaillant et riche, mais lépreux.

2. Or, quelques voleurs étant sortis de Syrie avaient emmené captive une petite fille du pays d'Israël, qui servait la femme de Naaman.

3. Cette fille dit à sa maîtresse: Plût à Dieu que mon seigneur eût été trouver le prophète qui est à Samarie! il l'aurait sans doute guéri de sa lèpre.

4. Sur cela, Naaman se rendit auprès de son maître, et lui dit: Une fille d'Israël a dit telle et telle chose.

minum suum, et nuntiavit ei, dicens : Sic et sic locuta est puella de terrâ Israel.

5. Dixitque ei rex Syriæ : Vade, et mittam litteras ad regem Israel. Qui cùm profectus esset, et tulisset secum decem talenta argenti, et sex millia aureos, et decem mutatoria vestimentorum,

6. Detulit litteras ad regem Israel, in hæc verba : Cùm acceperis epistolam hanc, scito quòd miserim ad te Naaman servum meum ut cures eum à leprâ suâ.

7. Cùmque legisset rex Israel litteras, scidit vestimenta sua, et ait : Numquid deus ego sum, ut occidere possim et vivificare, quia iste misit ad me ut curem hominem à leprâ suâ? animadvertite, et et videte quòd occasiones quærat adversùm me.

8. Quod cùm audisset Eliseus, vir Dei, scidisse videlicet regem Israel vestimenta sua, misit ad eum, dicens : Quare scidisti vestimenta tua? veniat ad me, et sciat esse prophetam in Israel.

9. Venit ergo Naaman cum equis et curribus, et stetit ad ostium domûs Elisei.

10. Misitque ad eum Eliseus nuntium, dicens : Vade, et lavare septies in Jordane, et recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis.

11. Iratus Naaman recedebat, dicens : Putabam quòd egrederetur ad me, et stans invocaret nomen Domini Dei sui, et tangeret manu suâ locum lepræ, et curaret me.

12. Numquid non meliores sunt Abana et Pharphar, fluvii Damasci, omnibus aquis Israel, ut laver in eis et munder? Cùm ergo vertisset se, et abiret indignans,

13. Accesserunt ad eum servi sui, et locuti sunt ei : Pater, etsi rem grandem dixisset tibi propheta, certè facere debueras : quantò magis, quia nunc dixit tibi : Lavare, et mundaberis?

14. Descendit, et lavit in Jordane septies juxta sermonem viri Dei, et restituta est caro ejus sicut caro pueri parvuli, et mundatus est.

15. Reversusque ad virum Dei cum universo comitatu suo, venit, et stetit coram

5. Le roi de Syrie lui répondit : Allez, j'écrirai *pour vous* au roi d'Israël. Il partit donc, et il prit avec lui dix talents d'argent, six mille écus d'or et dix habits neufs,

6. Et porta au roi d'Israël la lettre du roi de Syrie, laquelle était conçue en ces termes : Lorsque vous aurez reçu cette lettre, vous saurez que je vous ai envoyé Naaman, mon serviteur, afin que vous le guérissiez de sa lèpre.

7. Le roi d'Israël ayant lu cette lettre, déchira ses vêtements, et dit : Suis-je un Dieu pour pouvoir ôter et rendre la vie? pourquoi m'envoyer ainsi un homme, afin que je le guérisse de sa lèpre? Vous voyez que ce prince cherche seulement des prétextes contre moi.

8. L'homme de Dieu, Elisée, ayant appris que le roi d'Israël avait déchiré ainsi ses vêtements, lui envoya dire : Pourquoi avez-vous déchiré vos vêtements? Que cet homme vienne à moi, et qu'il sache qu'il y a un prophète dans Israël.

9. Naaman vint donc avec ses chevaux et ses chariots, et se tint à la porte de la maison d'Elisée.

10. Et Elisée lui envoya une personne pour lui dire : Allez vous laver sept fois dans le Jourdain, et votre chair sera guérie et deviendra nette.

11. Naaman, tout fâché, commençait à se retirer, en disant : Je croyais qu'il viendrait me trouver, et que, se tenant debout, il invoquerait le nom du Seigneur, son Dieu, qu'il toucherait de sa main ma lèpre, et qu'il me guérirait.

12. N'avons-nous pas à Damas les fleuves d'Abana et de Pharphar, qui sont meilleurs que tous ceux d'Israël, pour aller m'y laver et me rendre le corps net? Comme donc il avait déjà tourné le visage, et qu'il s'en allait tout indigné,

13. Ses serviteurs s'approchèrent de lui, et lui dirent : Père, quand le prophète vous aurait ordonné quelque chose de bien difficile, vous auriez dû néanmoins le faire : combien donc devez-vous plutôt lui obéir lorsqu'il vous dit : Allez-vous laver, et vous deviendrez net?

14. Il descendit et se lava sept fois dans le Jourdain, selon que l'homme de Dieu le lui avait ordonné; et sa chair devint comme la chair d'un petit enfant, et il se trouva guéri.

15. Après cela, il retourna pour voir l'homme de Dieu avec toute sa suite; et il vint se pré-

eo, et ait : Verè scio quòd non sit alius Deus in universâ terrâ nisi tantùm in Israel : obsecro itaque ut accipias benedictionem à servo tuo.

16. At ille respondit : Vivit Dominus, ante quem sto ! quia non accipiam. Cùmque vim faceret, penitùs non acquievit.

17. Dixitque Naaman : Ut vis; sed obsecro, concede mihi servo tuo ut tollam onus duorum burdonum de terrâ; non enim faciet ultra servus tuus holocaustum aut victimam diis alienis, nisi Domino.

18. Hoc autem solum est de quo depreceris Dominum pro servo tuo : quando ingredietur dominus meus templum Remmon ut adoret, et, illo innitente super manum meam, si adoravero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, ut ignoscat mihi Dominus servo tuo pro hâc re.

19. Qui dixit ei : Vade in pace. Abiit ergo ab eo electo terræ tempore.

20. Dixitque Giezi puer viri Dei : Pepercit dominus meus Naaman Syro isti, ut non acciperet ab eo quæ attulit; vivit Dominus! quia curram post eum, et accipiam ab eo aliquid.

21. Et secutus est Giezi post tergum Naaman. Quem cùm vidisset ille currentem ad se, desiliit de curru in occursum ejus, et ait : Rectène sunt omnia ?

22. Et ille ait : Rectè. Dominus meus misit me ad te, dicens : Modò venerunt ad me duo adolescentes de monte Ephraim, ex filiis prophetarum; da eis talentum argenti et vestes mutatorias duplices.

23. Dixitque Naaman : Melius est ut accipias duo talenta. Et coegit eum, ligavitque duo talenta argenti in duobus saccis, et duplicia vestimenta, et imposuit duobus pueris suis, qui portaverunt coram eo.

24. Cùmque venisset jam vesperi, tulit de manu eorum, et reposuit in domo, dimisitque viros, et abierunt.

25. Ipse autem ingressus stetit coram domino suo. Et dixit Eliseus : Unde venis, Giezi? Qui respondit : Non ivit servus tuus quòquam.

26. At ille ait : Nonne cor meum in

senter devant lui, et lui dit : Je sais certainement qu'il n'y a point d'autre Dieu dans toute la terre que *celui qui est* dans Israël : je vous conjure donc de recevoir le présent que votre serviteur vous offre.

16. Elisée lui répondit : Vive le Seigneur, devant lequel je suis présentement! je ne recevrai rien de vous. Et quelque instance que fît Naaman, il ne voulut jamais se rendre.

17. Et Naaman lui dit : Selon votre volonté; mais je vous conjure de me permettre d'emporter la charge de deux mulets de la terre de ce pays; car à l'avenir votre serviteur n'offrira plus d'holocauste ou de victimes aux dieux étrangers, mais il ne sacrifiera qu'au Seigneur.

18. Il n'y a qu'une chose pour laquelle je vous supplie de prier le Seigneur pour votre serviteur : lorsque le *roi*, mon seigneur, entrera dans le temple de Remmon pour adorer, en s'appuyant sur ma main, si j'adore *aussi* dans le temple de Remmon lorsqu'il y adorera lui-même, que le Seigneur me le pardonne.

19. Elisée lui répondit : Allez en paix. Naaman se sépara ainsi de lui; et il avait déjà fait une lieue de chemin,

20. Lorsque Giézi, qui servait l'homme de Dieu, dit *en lui même :* Mon maître a épargné ce Naaman de Syrie, et n'a rien voulu prendre. Vive le Seigneur ! je courrai après lui, et j'en recevrai quelque chose.

21. Giézi s'en alla donc après Naaman; et Naaman, le voyant courir vers lui, descendit promptement de son chariot, vint au-devant de lui, et lui dit : Tout va-t-il bien ?

22. Bien, répondit Giézi. Mon maître m'a envoyé vous dire que deux jeunes hommes des enfants des prophètes lui sont arrivés tout à l'heure de la montagne d'Ephraïm; il vous prie de me donner pour eux un talent d'argent et deux habits neufs.

23. Naaman lui dit : Il vaut mieux que je vous donne deux talents. Et il lui fit des instances pour les accepter; et, ayant mis les deux talents d'argent et les deux habits dans deux sacs, qu'il lia, il en chargea deux de ses serviteurs, qui les portèrent devant Giézi.

24. Le soir étant venu, il les prit de leurs mains, et les serra dans sa maison, et renvoya ces gens, qui s'en retournèrent.

25. Giézi entra ensuite, et vint se présenter devant son maître. Et Elisée lui dit : D'où venez-vous, Giézi ? Giézi lui répondit : Votre serviteur n'a été nulle part.

26. Mais Elisée lui répondit : Mon esprit n'é-

præsenti erat, quando reversus est homo de curru suo in occursum tuî? Nunc igitur accepisti argentum, et accepisti vestes, ut emas oliveta et vineas, et oves et boves, servos et ancillas :

27. Sed et lepra Naaman adhærebit tibi et semini tuo usque in sempiternum. Et egressus est ab eo leprosus quasi nix.

tait-il pas avec vous, lorsque cet homme est descendu de son chariot pour aller au-devant de vous? Vous avez donc reçu maintenant de l'argent et des habits, pour acheter des plants d'oliviers, des vignes, des bœufs, des brebis, des serviteurs et des servantes ;

27. Mais aussi la lèpre de Naaman s'attachera à vous et à toute votre race pour jamais. Et *Giézi* se retira d'avec son maître tout couvert d'une lèpre blanche comme la neige.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — NAAMAN PRINCEPS MILITIÆ REGIS SYRIÆ ERAT VIR MAGNUS (1). Aliud miraculum narratur ab Eliseo editum, quo apud externos illius nomen factum est illustre : quod ita perspicuè à sacro historico proponitur, ut non admodùm necessarius videatur labor interpretis. Hic rex, cui Naaman operam navavit in acie strenuam et utilem, erat Benadad, qui bellum aliquoties gessit cum Achab rege Israel, et tandem, ut habes infra, cap. 8, ab Hazaele strangulatus interiit. Hic autem erat potens et magno in pretio habitus à rege, quia inter alia merita in regem illustria, illud erat non ultimum, quòd regem Achab suâ manu occidisset in eo bello, de quo lib. 3, cap. 22, ut putat Rabb. Salomon, quâ fide, ipse viderit. Sed gratiam illam apud principem, et apud Syros gloriam singularem obscurabant et fœdabant ulcera, quæ tanti viri corpus, et cruciabant acerbè, et miserandum in modum deformabant. Casu didicit ab ancillâ, quam captivam egerat è terrâ Israelitide, fieri posse ut prophetæ operâ, cujus tunc erat celebre nomen in Israel, à leprâ mundaretur. Quare litteras obtinuit à rege suo, quæ regi Israel, qui tunc erat Joram, leprosi servi commendabant causam : petebatque ut eum à fœdâ illâ infirmitate mundatum in patriam remitteret. Quæ litteræ magnam Israelis regi sollicitudinem et metum incusserunt. Putabat enim occasionem captare Syrum, et colorem, ut honestè bellum videretur inferre regi, à quo id quod per litteras orârat, non obtinuisset. Sed liberavit illum Eliseus ab eâ perturbatione et metu, cùm diceret in Israele esse prophetam, à quo Syrus ille leprosus sanitatem obtinere posset, cujus gratiâ illùc usque pervenerat. Cùmque rectà ad Elisei domum accessisset, à quo didicerat sperari posse sanitatem, jussus est per nuntium antequàm ad prophetæ conspectum pervenisset, ut si vellet à fœdo illo atque molesto ulcere mundari, septies in Jordane flumine corpus ablueret, neque de promissâ ac speratâ munditie dubitaret. Hæc aperta sunt, paucula tamen exponenda.

(1) Historiam hanc Naamani, quâ de causâ incertum, Josephus omisit. (Calmet.)

VERS. 2. — EGRESSI FUERANT LATRUNCULI (1).

(1) *Quelques voleurs étant sortis de Syrie, emmenèrent captive une petite fille du pays d'Israël, qui servit depuis la femme de Naaman. Cette fille dit à sa maîtressse : Plût à Dieu que mon Seigneur eût été trouver le prophète qui est à Samarie! il l'aurait sans doute guéri de sa lèpre.* Cet exemple, comme plusieurs autres de l'Ecriture, nous fait voir que beaucoup de choses sont regardées dans le monde comme étant de purs effets du hasard, qui ne le sont pas néanmoins à l'égard de Dieu, dont l'éternelle Providence préside à tout, et tire des choses mêmes les plus communes de grands avantages pour le salut des élus. Si l'on regarde, en effet, avec des yeux de païen, ce qui se passa alors, on n'y trouvera qu'un événement fort simple et fort ordinaire. Des voleurs sortis de Syrie viennent piller le pays des Israélites. Ils en enlèvent une petite fille captive. Cette jeune fille est vendue et devient l'esclave d'un des grands seigneurs de Syrie, qui la donne à sa femme pour la servir. Ce fut ainsi que Joseph étant vendu à des marchands Ismaélites, et depuis à un grand seigneur d'Égypte, devint son esclave. Mais si l'on regarde ces mêmes événements avec les yeux de la foi, on reconnaîtra que comme Dieu sut tirer de la malice des enfants de Jacob, qui avaient vendu leur frère Joseph, un aussi grand avantage qu'était celui de rendre ce Joseph même le sauveur tant de l'Egypte que de son père et de ses frères, il se servit de la même sorte de la mauvaise volonté de ces voleurs de Syrie, qui emmenèrent captive une jeune fille israélite, pour procurer à Naaman, général des armées du roi, le plus grand bonheur qui pût lui arriver, qui était celui de la guérison de sa lèpre, et encore plus de la connaissance du vrai Dieu. Cette vue est tellement attachée à la lettre de l'Ecriture, que ce serait même s'en écarter en quelque sorte que de ne la pas avoir, puisque l'auteur de ces livres saints ne joint ensemble ces deux circonstances de la captivité de cette petite fille et de la guérison miraculeuse de Naaman, qu'afin sans doute de nous donner lieu d'y faire cette importante réflexion. Saint Ambroise, recherchant la figure dans la lettre, dit que cette fille captive figurait l'Eglise des gentils, plus jeune, c'est-à-dire plus nouvelle que celle des Juifs. Elle

Latrones non solùm dicuntur, qui aliena furantur, sed etiam qui arma tractant, et illi præcipuè, qui ad militarem operam mercede conducuntur, qui etiam diminutivâ formâ latrunculi vocantur. Quales vocantur Ammonitæ, Moabitæ, Syrii, Babylonii, et qui variis incursionibus aggressi sunt gentem Israelitidem, et illius terminos hostiliter populati. De quibus infra, cap. 24 : *Immisit ei* (nempe Joachim) *Dominus latrunculos Chaldæorum, et latrunculos Syriæ, et latrunculos Moab, et latrunculos filiorum Ammon, et immisit eos in Judam, ut disperderent eum.* Neque alienum est à Latinorum usu, ut milites etiam latrones appellentur. Ita Festus et Servius ad illud Virgil. lib. 12 :

Fixumque latronis
Impavidus frangit telum, et fremit ore cruento.

De quibus etiam Plautus in Milite glorioso actu 1, scenâ 1, ad finem :

Nam rex Seleucus me opere oravit maxumo,
Ut sibi latrones cogerem et conscriberem. (1)

Vers. 5. — Qui cum profectus esset, et tulisset secum decem talenta argenti, et sex millia aureos, et decem mutatoria vestimentorum. Hæc omnia secum attulit leprosus ille princeps, ut impensum sibi à prophetâ salutis beneficium compensaret. Usque adeò cupiebat ab illo fœdo atque odioso morbo libertatem. *Mutatoria vestimentorum.* Est qui putet mutatoria vestimentorum, seu, quod idem est, *mutatorias vestes*, pontificis esse, quia illæ communes, sed statim à sacerdote, peracto sacrificio, deponebantur. Quod ex eo conjectat, quia Zachar. cap. 3, v. 4, indutus fuisse traditur Jesus sacerdos mutatoriis. Ita in eo loco Montanus. Sed sanè neque Naaman secum pontificias attulerat vestes, neque Deus cùm à filiabus Sion ablaturum se minatur mutatoria, Isai. cap. 3, de cultu agit, instructuque pontificis. Sunt itaque mutatoriæ vestes, mundæ et lautæ, quibus homines in splendidâ utuntur fortunâ festisque diebus, et mutant, cùm profestis diebus ab otio atque elegantiâ se rursùs ad laborem expediunt. (1)

(1) Vers. 6. — Ut cures eum a lepra, ut cures eum à leprâ liberari per prophetam, quem audio apud te esse thaumaturgum. Nec enim rex noverat Eliseum, ideòque non ad eum, sed ad regem Israel sibi notum scribit, ut per Eliseum curet Naaman sanari. (Corn. à Lap.)

Vers. 7. — Numquid deus ego sum, ut occidere possim et vivificare? Gravissimus habebatur lepræ morbus, non dolore tantùm, quo angebat, sed quòd etiam insanabilis haberetur cresceretque in dies, ac depasceret corpus, ut interdùm paulatim singulas corporis partes enecaret, donec valetudine penitùs eversâ, mors sæva et acerba undique totum corpus obtineret. Cùm Maria soror Moysis afficeretur leprâ, eumdem Moysem rogabat Aaron : *Obsecro ne fiat hæc quasi mortua,* ceu cadaver, *et ut abortivum quod projicitur de vulvâ matris suæ : ecce jam medium carnis ejus devoratum est à leprâ.* Pœnam illam, quam Isaias Sobnæ denuntiat, de leprâ exponendam censuit Grotius : *Coronans coronabit te tribulatione, quasi pilam mittet te in terram latam et spatiosam : ibi morieris.* (Calmet.)

Vers. 10. — Misitque ad eum Eliseus nuntium. Cur ipse Eliseus non ivit ad Naaman, ut eum quasi principem honorificè exciperet? — Respondent primò Theodor. et Procop. quòd legis adeò studiosus esset Eliseus, ut ne immundi quidem hominis aspectum, multò minùs contactum ferre vellet, ut scilicet intelligeremus, quàm eorum mores et consuetudinem defugere oporteat, quos graviorum scelerum infidelitatis et hæreseos lepra inquinat.

Secundò, et veriùs, ut ostenderet se ab aulâ et aulicis abstractum, Deo soli quasi religiosum vacare, ideòque parvi facere principum præsentiam, famulos, equos et pompam, quæ mundus admiratur. Non ergo id fecit ex superbiâ, utpote qui, *non solùm se conspici, sed teneri etiam à muliere permisit,* cap. 4, ait S. Greg. 7, Mor. c. 15, qui et sub initium capitis celsitudinem animi in Eliseo similibusque sanctis deprædicans, ait : « Cuncta quippe « quæ foris eminent, occultis eorum obtutibus

était captive, dit ce saint évêque, non d'une captivité ordinaire, comme est celle de ceux qui sont seulement esclaves des hommes ; mais d'une captivité beaucoup plus terrible, qui est celle du démon, lequel domine avec un empire tyrannique sur tous les pécheurs. *Captivus erat populus nationum, non dico captivitatem sub hoste aliquo constitutam, sed eam captivitatem dico quæ major est, quando diabolus cum suis sævo dominatur imperio, et captiva sibi colla subjicit peccatorum.* Cette Eglise donc, auparavant captive, mais devenue libre par la grâce, donne conseil à tous ceux qui sont, comme Naaman, encore engagés dans la lèpre, ou du paganisme, ou de l'hérésie, ou du péché, et les invite à recourir aux prophètes du Seigneur pour être guéris. Que s'ils sont plus sourds que ce général d'armée, qui écouta aussitôt le conseil qu'on lui donnait, et qui mérita de trouver dans la guérison de son corps celle de son âme, on peut dire qu'il s'élèvera un jour aussi bien que la reine du Midi, pour les condamner dans le jugement de Dieu d'avoir été moins sensibles à la voix de Jésus-Christ même, qu'il ne le fut à celle d'une jeune fille et d'un prophète. (Sacy.)

(1) Profecto curasset eum a lepra. Hebræus : *Collegisset eum à leprâ suâ.* Ex quo interpretes nonnulli colligunt, Naamanum tunc exclusum fuisse ab aulâ, quippe qui vitio illo affectus, adesse cum cæteris vereretur. Sed præstat verbum illud *colligere* usurpare pro adimere, tollere, auferre. Est lepra morbi genus, cujus sublati vel perseverantis indicium sunt externa quædam signa, ab eodem morbo parta vel ablata. (Calmet.)

VERS. 11. — PUTABAM QUÒD EGREDERETUR AD ME, ET STANS INVOCARET NOMEN DOMINI DEI SUI, ET TANGERET MANU SUA LOCUM LEPRÆ. Non unius Naaman hoc est vitium, sed omnium fermè potentium, qui ac si suæ voluntati subjecta vis et ordo naturæ, sive spirituali, sive corporali morbo laborent, præscribunt tam spirituali quàm corporali medico, quem tenere debeant curationis modum : neque patienter ferunt, si aliter atque ipsi cupiunt medicinam adhibeant. Et nonnunquàm magno suo malo illorum molliori voluntati, seu puellari libidini obsequuntur medici, qui cùm à severiori medicinâ abstinent, corpus alii, animam alii, languentis perdunt, quæ servâssent omninò, si arti suæ potiùs quàm ignavorum et mollium voluntati paruissent. Laborabat Naaman homo potens leprâ, et eâ fortassè, quæ graviter cruciat, neque ullam medicinam habet, quæ sit salutaris, nisi quæ dolorem faciat vehementem ; et cùm tantus esset morbus, modum ipse secum excogitârat medicinæ, facilem nempe, quique nihil ipsi molestiæ esset allaturus. Sic enim secum ipse meditabatur, totum illud negotium agendum esse precibus, et ubi res esset durior, tangendam ulcerosam corporis partem propheticâ manu, neque aliud expectandum esse præterea. At ubi audivit abluendum esse in Jordane septies, impatiens medicinæ de reditu cogitat in patriam ; neque obsecutus esset prophetæ monitis, nisi servi, quibus majori erat curæ domini salus, ab eâ cogitatione revocâssent.

« per despectum jacent. Nam super se interiùs « rapti in alio animum figunt : et quæque in « hâc vitâ patiuntur, quasi longè infra labentia « atque à se aliena conspiciunt, atque, ut ita « dixerim, dùm mente extra carnem fieri de« certant, penè ipsa quæ tolerant, ignorant. « In horum profectò oculis quid temporaliter « eminet, altum non est. Nam velut in magni « vertice montis siti præsentis vitæ gaudia « plenè despiciunt, seque ipsos per spiritalem « celsitudinem transcendentes, subjecta sibi« met intùs vident, quæcumque per carnalem « gloriam foris tument. Unde et nullis contra « veritatem potestatibus parcunt; sed quos « attolli per elationem conspiciunt, per spiri« tûs auctoritatem premunt. »

Sic S. Antonius salutatus à Constantino Magno per litteras, vix voluit respondere ; respondit tamen coactus penè à discipulis, eique monita salutis dedit, teste S. Athanasio.

Tertiò voluit Eliseus miraculi et sanitatis futuræ magnitudinem augere, dùm per famulum internuntium illud peragit, ait Abulensis, idque non contactu, sed solo verbo, ait auctor Mirabilium S. Scripturæ, lib. 2, c. 28. (Corn. à Lap.)

VERS. 12. — NUMQUID NON MELIORES SUNT ABANA, ET PHARPHAR FLUVII DAMASCI (1)? Ili duo

(1) *Abana* vel *Amma* urbem permeat, ait Benjamin Tudelensis in Itinerario, cujus aquæ per canales distribuuntur in fora et loca publica et virorum principum ædes. *Pharphar* propè urbem fluit, irrigatque vicinos hortos, eodem auctore. Sunt qui credant, *Abanam* ipsum esse *Orontem* et *Pharphar Chrysorrhoam* Gabriel Sionita et Joannes Hezronita sermonem habent de amnibus Abana et Pharphar, agrum Damascenum perluentibus. Amnis urbem permeans appellatur hodiè pariter in Itinerariis *Tarfar*, *Tarfaro*, *Fer*, *Pir*, *Oronz*, *Farfaro*. Idem esse Orontes dicitur; sed Orontes et Chrysorrhoas duo sunt amnes diversi, quorum prior alluebat Antiochiam, alter Damascum. Narrat de Chrysorrhoâ Strabo, aquas suas, Damasco ita sufficere, ut per varios dispersus canales totus fermè deficiat : sed Orontes amnis est non minimus, qui diù per Syriam fluens, perluit Antiochiam, desinitque tandem in Mediterraneum. Damasci amnem Stephanus appellat *Bardinem ;* et Syri adhuc nuncupant *Barrady*, teste Maundrello, qui accuratam ejus descriptionem exhibet, affirmatque pariter, nullum se vestigium in totâ regione Damascenâ nancisci potuisse nominum Pharphar et Abanæ. (Calmet.)

N'avons-nous pas à Damas les fleuves d'Abana et de Pharphar, qui sont meilleurs que tous ceux d'Israël ? Ce seigneur de la cour de Syrie n'étant point encore éclairé de la lumière de la foi, ne comprenait pas, comme le remarque saint Ambroise, que l'eau par elle-même n'avait aucune vertu pour le guérir de sa lèpre, et qu'ainsi ce ne serait ni l'eau du Jourdain, ni l'eau des fleuves d'Abana et de Pharphar, qui le guériraient, mais la grâce du Seigneur attachée à l'eau, dans laquelle on lui ordonnait d'aller se laver. *Non aqua omnis sanat, sed aqua sanat, quæ habet gratiam Christi.* C'est ce que ce Père entend proprement de l'eau du baptême, qu'il regardait comme ayant été figurée par l'eau du Jourdain, qui fut depuis consacrée par le baptême de Jésus-Christ. Il dit que le peuple des gentils, qui était lépreux et tout plein de taches, avant qu'il fût baptisé dans le fleuve mystérieux de l'Eglise, a été purifié de toutes ces taches, tant corporelles que spirituelles, dans le sacrement du baptême, et est devenu comme une vierge toute pure, selon la parole de saint Paul. Naaman crut à la fin le conseil qu'on lui donna d'obéir à Elisée; il s'y soumit, il s'alla laver dans l'eau du Jourdain, et il fut guéri, dit le même saint, également et dans le corps et dans l'âme. Le Fils de Dieu nous fait remarquer dans la guérison miraculeuse de cet officier du roi de Syrie, quel était l'aveuglement du peuple Juif, qui demeurait comme insensible à ses grâces, lorsqu'un étranger venait, pour parler ainsi, ravir et sa grâce et son royaume au milieu d'eux. *Il y avait,* dit Jésus-Christ, *plusieurs lépreux en Israël au temps du prophète Elisée, et néanmoins nul d'entr'eux ne fut guéri, mais seulement Naaman, qui était de Syrie.* Sur quoi saint Ambroise fait encore cette excellente réflexion : « D'où vient, dit« il, qu'Elisée ne guérissait point ses frères et

fluvii adeò Damascenæ civitatis proprii sunt, ut alter interfluat civitatem mediam, alter abluat muros, et circumjectos irriget civitatis campos. Sic in suo Itinerario Benjamin: « Abana, inquit, Damascum influit, cujus « aquæ per trabes in omnes magnatum domos, « atque etiam in forum et plateas deducuntur. « Pharphar urbem ipsam præterfluit, et hortos « paradisosque omnes irrigat. »

Vers. 13. — Pater, et si rem grandem dixisset tibi propheta. Patres illi dicuntur, qui nobis aut reipublicæ præsunt; unde qui res curant publicas, ut senatores, patres dicuntur conscripti; sic etiam reges, et quibus honor debetur et observantia. Apud Virg. lib. 12, Turnus Latinum regem patrem appellat, et apud poetas Jupiter, qui diis aliis præest, pater sæpè deorum appellatur; et qui familiæ præest, pater vocatur familiâs; sic etiam servi Naaman dominum suum patrem salutant, sicut etiam Eliseus Eliam magistrum et dominum suum paulò ante patrem compellavit, dùm dixit cap. 3: *Pater mi, currus Israel et auriga ejus.*

Vers. 14. — (1) Et restituta est caro ejus, sicut caro pueri. Non solùm depulsus est morbus ille dirus et fœdus, sed omnis à corpore deformitas, imò et morbi vestigia, et antiquorum ulcerum argumenta, quod optimâ similitudine sacer exprimit historicus: in corpore enim pueruli non est squammosa cutis, nulli apparent vibices, nullæ maculæ, nulla fœditas, quia nullum, ut plerùmque fit, antecessit ulcus, aut maligna qualitas, quæ notatam relinquat et maculatam carnem. Hic ego pœnitentiæ optimum aliquod symbolum intueor, et divini lavacri ex Christi sanguine illustre miraculum. Fieri fortassè posset, ut Abana et Pharphar fluvii Damasci aliquod lepræ genus detergerent ab affecto corpore; id enim fieri posse docet Vallesius in suâ sacrâ Philosophiâ c. 38: « *Descendere*, inquit, *in fluviales aquas* « *crebrò maturèque, præcipuè ad rapidos aquarum vortices, plurimùm facit ad eluendam omnem cutis immunditiam, atque sanandum omne* « *genus scabiei.* » At inveteratum gravioris lepræ genus depellere, et omnes à corpore maculas eluere, et ad infantilis corporis munditiem adducere, Jordanis est opus, qui suo nomine et hâc mirabili lepræ curatione pœnitentiæ sacramentum adumbrat. Est enim Jordanis, si illius notationem expendas, idem quod judicii flumen, seu descensio, quæ optima est pœnitentiæ descriptio. Quid enim aliud est pœnitentia quàm judicium quoddam conscientiæ, et illius severum examen, ad quod descendit qui peccatorum vult onus deponere, et illorum penitùs maculas detergere? Illud porrò judicii flumen sordes omnes diluit

Et mundatus est. Ecce hìc est fructus simplicis obedientiæ. Sic Constantinus Magnus à leprâ purgatus est aquâ baptismi collati à S. Sylvestro, non vi aquæ, nec etiam vi baptismi præcisè (baptismi enim effectus est abluere peccata animæ, non lepram corporis), sed quia aqua hæc *divinæ voluntatis et propheticæ jussionis instrumentum fuit,* ut ait S. Ambrosius.

Allegor. lotio Naaman in Jordane significat primò baptismum, qui lavat lepram animæ. Hic enim in Jordane, dùm Christus in eo baptizatus est, ad hoc quasi consecratus fuit. Secundò, pœnitentiæ; Jordanis enim Hebr. idem est quod *fluvius judicii,* quod in sacramento Pœnitentiæ peragitur. Ita Angelom., Prosper et alii. Audi S. Ambr. lib. 4 in cap. 4 Lucæ: « Disce spiritalia sacramenta signari. « Corporis remedium petitur, mentis acquiritur. « Abluitur caro, affectus diluitur. Non enim « magis corporis quàm mentis lepram video « fuisse mundatam, quando post baptismum « veteris erroris colluvione detersâ, negat se « diis alienis hostias, quas spoponderat Domino, litaturum. » (Corn. à Lap.)

« ses concitoyens, lorsqu'il guérissait des « étrangers, sinon parce que la guérison est « attachée à la volonté, et non au pays, et que « les faveurs de Dieu sont données au désir « du cœur, et non exigées comme un droit « par la nature? Apprenez donc, ô Chrétien, « ajoute-t-il, à demander ce que vous souhaitez d'obtenir; car les grâces et les dons du « ciel ne sont point pour ceux qui les regardent avec dégoût et avec froideur. *Disce,* « *Christiane, rogare quod cupias impetrare.* « *Fastidiosos viros cœlestium profectus munerum* « *non sequuntur.* » (Sacy.)

(1) Descendit, et lavit septies in Jordane. Cur septies? ut septenarius numerus, qui universitatis numerus censetur, demonstraret omnia scelera capitalia, quæ septem numerantur, et in omne tempus, quod septem hebdomadæ diebus circumfertur, penitùs ex animis eradicanda. Tertull., lib. 4 contra Marc. cap. 9, ait: « Quæ septem maculis capitalium « delictorum inhorrent. Quapropter septies, « quasi per singulos titulos, in Jordane lavit; « simul et ut totius hebdomadis caneret expiationem, quia unius lavacri vis et plenitudo « Christo soli dicabatur, facturo in terris si« cut sermonem compendiatum, ita et lava« crum. » Secundò, septies, ut significetur perfecta corporis et animi ablutio et sanitas; illa enim constat elementis quatuor, eorumque justâ temperie producitur; hæc verò invocato S. Trinitatis nomine in baptismo peragitur. Ita Theodoret. et Procop. Tertiò, septena lotio septem Ecclesiæ Christi sacramenta adumbrat, quibus omnis peccati lepra abstergitur; hæc ergo sunt quasi septem baptismata et ablutiones animæ.

et demergit, ita ut quod priùs nauseam movebat, atque fastidium nusquàm appareat. Dixit hoc perquàm optimè Chrysostomus hom. 80 ad populum, ubi cùm ageret de pœnitentiâ, docet qualiter Deus peccata pœnitentium delet: « Si sola, inquit, foret pœnitentia, jure time« res; sed postquàm cum pœnitentiâ miscetur « Dei misericordia, confide, quoniam tuam « vincet nequitiam, etc. Ita delet peccata, ut « nec eorum remaneat vestigium. In corpori« bus quidem hoc non licet; quin etiamsi mil« lies medicus elaboret, et imponat vulneri « remedia, vulnus quidem tollit, cicatrix verò « permanet, vulneris circumferens argumen« tum, aspectûs deformitatem. Et licet in in« finitum medicus contendat, non tamen ci« catricem delere potest: ipsa namque naturæ « repugnat imbecillitas, et artis impotentia, « vilitasque medicamentorum. Deus autem cùm « delet peccata, neque cicatricem relinquit, « neque permittit remanere vestigium; sed « cum sanitate pulchritudinem quoque resti« tuit, cum liberatione à pœnâ dat et justi« tiam, et prævaricatum non prævaricato si« milem reddit. Si namque infinita quis habens « vulnera pœnitentiam egerit, et aliquid fece« rit boni, sic ea Deus delet, ut neque cica« tricem, neque vestigium, neque peccatorum « ostendat indicium. » (1)

(1). VERS. 15. — OBSECRO ITAQUE UT ACCIPIAS BENEDICTIONEM A SERVO TUO, scilicet munera quæ tibi attuli, v. 5. Hæc enim ab Hebræis vocantur, *benedictio*, quia signa sunt amoris et benevolentiæ. Adde, hæc *benedictio* est realis, idemque quod *benefactio*. Sic benedicere Dei est efficax, idemque quod benefacere.

Après cela, il retourna pour voir l'homme de Dieu avec toute sa suite, et il lui dit: Je sais certainement qu'il n'y a point d'autre Dieu dans toute la terre que celui qui est dans Israël. Des dix lépreux que le Fils de Dieu guérit, selon qu'il est rapporté dans l'Evangile, il n'y en eut qu'un qui revint trouver son bienfaiteur, et qui rendit gloire à Dieu, et celui-là était étranger. Il est vrai que nous ne voyons ici qu'un seul homme qui est guéri de la lèpre par Elisée. Mais cet homme était aussi étranger, et il possédait la première dignité dans un royaume. Cependant la grâce de la guérison de sa lèpre corporelle passa jusqu'à son cœur. Il reconnut dans un effet si miraculeux la toute-puissance de celui dont le prophète était le ministre. Ni ses richesses, ni le premier poste qu'il tenait à la cour du roi ne le purent empêcher de changer de religion, et d'embrasser celle du Dieu d'Israël. Il revient tout plein de reconnaissance trouver Elisée, pour lui déclarer qu'il reconnait et qu'il est très-convaincu qu'il n'y a point d'autre Dieu dans toute la terre que celui qu'il adorait, et qu'il ne sacrifiera plus aux dieux étrangers, mais à

VERS. 17. — CONCEDE MIHI SERVO TUO UT TOLLAM ONUS DUORUM BURDONUM (1); NON ENIM FACIET

lui seul. Quel est le bras qui put produire un changement si subit, sinon celui du Très-Haut? *Hæc mutatio dexteræ Excelsi.* Et qui n'admirera l'infinie miséricorde de Dieu, qui va chercher dans le milieu de la Syrie, et au milieu d'une cour, un des plus puissants du royaume, pour le guérir de la lèpre spirituelle de l'idolâtrie, par la guérison de la lèpre de son corps? Mais qui ne s'étonnera en même temps de voir qu'aujourd'hui dans le sein même de l'Eglise, plusieurs de ceux qui sont, non des étrangers, mais ses enfants, demeurent froids au milieu de tant de grâces qu'ils reçoivent tous les jours de la main d'un Dieu qui s'est fait homme et est mort pour eux? C'est peut-être ce que l'Ecriture a voulu nous figurer dans la suite par l'exemple de Giézi, dont nous parlerons bientôt. (Sacy.)

VERS. 16. — VIVIT DOMINUS ANTE QUEM STO, QUIA NON ACCIPIAM, q. d.: Esto sim cum meis discipulis in summâ egestate et paupertate, tamen juro me tua munera non accepturum, ut ostendam hoc miraculum non esse meum, sed Dei; utque illud me purè ex amore Dei, non ob munera patrâsse demonstrem; utque tu discas servos Dei, non munera hominum, sed Dei ambire.

Idem fecit S. Hilarion. Audi quid de Oriono à legione dæmonum per eum liberato in ejus vitâ scribat S. Hier.: « Curatus, ait, cum « uxore et liberis, venit ad monasterium, plu« rima, quasi gratiam redditurus, dona afferens. « Cui sanctus: Non legisti, inquit, quid Giezi, « quid Simon passi sint; quorum alter accepit « pretium, alter obtulit; ut ille venderet gra« tiam Spiritûs sancti, hic mercaretur? Cùm« que Orionus flens diceret: Accipe, et da pau« peribus, respondit: Tu meliùs potes tua dis« tribuere, qui per urbes ambulas, et nôsti « pauperes; ego, qui mea reliqui, cur aliena « appetam? » Perfecta ergo sanctitas munera quælibet et quantalibet refutat, uti fecit Abraham Gen. 14, 22, de quo S. Ambrosius, lib. 1 de Abraham, cap. 3: « *Quantum*, inquit, *est* « *illud, quòd de prædâ victoriæ nihil voluit con*« *tingere, nec oblatum sumere? Minuit enim fru*« *ctum triumphi mercedis susceptio, et beneficii* « *arrodit gratiam. Plurimùm enim refert, utrùm* « *pecuniæ an gloriæ dimicaveris.* » Hinc à Deo audire meruit: *Ego protector tuus sum et merces tua magna nimis*, Genes. 15, v. 1; ubi S. Ambrosius citatus: « Quoniam, inquit, sibi « mercedem ab homine non quæsivit, à Deo « accepit. » Hinc Eliseus hìc fuit typus Christi jubentis Apostolis: *Gratis accepistis, gratis date*, ait S. August. serm. 208 de Tempore. (Corn. à Lap.)

(1) *Burdonum*, id est, *mulorum*, ut vertit Chald., Sept., Vatab., Pagnin. et alii. Hebr. enim *pered* est *mulus*, ac fortè à *pered* dictus est burdo, litteram P in vicinam labialem B commutando. Fit in Digest. lib. 32, t. 49, mentio *burdonum*, ubi malè Accursius baculos intelligit, qui Gallicè *bourdons* vocantur. Unde Cujacius lib. 11 Observat. cap. 16, *burdones* asserit esse mulos, qui manni et burici vocantur, geniti ex asino et equâ, vel equo et asinâ, ideòque Hebraicè dicuntur *peradim*, id est,

SERVUS TUUS HOLOCAUSTUM, AUT VICTIMAM DIIS ALIENIS. Sicut qui curati fuerunt à Christo, et à corporali morbo liberati, spiritualem quoque salutem acceperunt, sic etiam leprosus iste sic est ab illo inveterato morbo liberatus, ut sanato corpore acceperit et animæ salutem. Quare statuit non jam sibi ampliùs cum patriâ religione diisque Syriorum futurum esse commune. Novas aras dicebat excitandas sibi, et longè alias immolandas esse victimas. Atque adeò cùm impium putaret ac sordidum Syriæ pulverem, quem toties calcavissent idololatræ, et in quo immania idolorum monstra jampridem fuerant dominata, oravit ab Eliseo sibi ut liceret ex terrâ Israelitide, quam sacram putabat et electam à Deo quondam audierat, tantùm secum in Syriam exportare, quantùm duorum burdonum justum esset pondus, ut sibi videretur esse non in execrando Syrorum solo, aut in eo sacrificare, sed in religioso et sacro electi à Deo populi.

VERS. 18.—SI ADORAVERO IN TEMPLO REMMON, ADORANTE EO IN EODEM LOCO, UT IGNOSCAT MIHI DOMINUS. Non putabat Naaman fieri posse ut non comitaretur regem ut ante solitus, cùm templum iniret Remmon, et illum de more pronus et supplex adoraret. Cùm enim ipsius humeris inniteretur rex, si ille in terram caderet, aut in genua procumberet, non poterat ipse non inclinari, et speciem saltem edere adorantis et supplicis. In hoc aliquid esse culpæ prudenter ac verè suspicabatur Naaman. Quare id sibi concedi postulat à prophetâ, et si quid in eo peccatum fuerit, ignosci. Porrò solere reges aliorum humeris inniti, non Syros solùm, sed etiam Hebræos, probat ille, qui lib. 4, c. 7, hoc ministerium præstitit regi Joram. Quod item puto aliis vicinis regibus esse commune: sanè fuit feminis præcipuis usitatum, quæ sibi honori esse ducunt, et pulchritudinis partem, esse molles et teneras, ut docuit Esther cap. 15, et in nuptialibus sacris novæ nuptæ famularum brachiis innitebantur. Sic docet Catullus in nuptiis Juliæ et Manlii:

Mitte brachiolum teres prætextatæ puellulæ.

VERS. 19.—QUI DIXIT EI: VADE IN PACE. Hæc verba ejus sunt qui postulata concedit. Quare facultatem ut cum rege simul adoret Remmon videtur concedere, quod omninò non potest, si contra stat divinum præceptum, aut docet in illâ adoratione nullum esse peccatum, quod sanè nemo pius diceret. Quare hìc nobis, ut prophetam ab errore et scelere vindicemus, duo explicanda sunt: primum an externa illa ante idolum inclinatio peccatum sit idololatriæ, et cur illa quæ longè abest ab animo, et nihil magis execratur et horret, quàm impensum mutis deorum simulacris obsequium, dicatur adoratio. Nam Naaman dùm de inclinatione interrogat, de adoratione videtur intelligendus. Sic enim ait: *Si adoravero in templo Remmon.*

Quod ad priorem partem spectat, certum est, *cadere, incurvari, prosterni*, significare, quod propriè sonat, quod multas ob causas posse fieri ignorat nemo. Procumbit aliquis, ut regi aut patri aut digniori personæ reverentiam exhibeat; procumbit etiam, ut adoret, et alicui honores impendat divinos: in hoc latria quædam est, id est, nobilior quædam adoratio, quæ uni debetur Deo, quam nullo modo concedit aut probat Eliseus. Alia est incurvatio, seu inclinatio, quæ homines veneratur, et superiores agnoscit, quæ tamen adoratio non est, quia longè est, quæ tale hominibus exhibet obsequium, ut aliquid ibi divinum agnoscat, quod superioribus in templis etiam præstari potest, si aliis in locis illud civilis et politicus cultus exigeret. Ita communiter doctores. Ex his patet quid in Naaman probet atque permittat Eliseus. Solebat rex Syriæ cùm incederet, aut se quâcumque de causâ prosterneret, inniti aut manibus aut humeris Naaman; quare necesse erat ut sese Naaman ad regis motum atque habitum accommodaret. Ex quo fiebat ut cum stante staret, cum incedente incederet, et procidente ipse quoque procideret. Quod opus ex naturâ suâ adoratio non est, sed obsequium domino debitum à servo, atque ideò nullâ lege prohibitum. Quod si servus omitteret, non inurbanus solùm, sed etiam infidelis haberetur. Quod etiam nunc apud Christianos viri pii in templis exhibent principibus, quos de geniculis alloquuntur, neque tamen proditæ, aut violatæ pietatis aut fidei à quoquam accusantur.

Cur verò obsequium istud adoratio dicatur, et is dicatur adorare, qui cum procumbente rege procumbit, cùm tamen procul absit ut simulacrum adoret, imò cùm illud nugas esse

divisi, separati, quòd divisæ et diversæ à suis genitoribus sint speciei: *parad* enim est dividere, separare. Sensus est, q. d.: Concede ut possim tollere de terrâ tuâ tantùm quantùm possunt ferre duo *burdones*, id est, muli, ut ex eâ quasi sanctâ erigam in patriâ meâ altare Deo Israel, quem solum verum esse Deum ex hoc miraculo sanationis meæ agnosco, veneror et amo. (Corn. à Lap.)

credat, et hominum inutile figmentum, explicandum est. Et observandum rebus accommodari nomen ex effectis quæ ex aliquâ causâ plerùmque nascuntur, licet causa sit omninò diversa, et interdùm maximè contraria. Quomodò Deus, in quem nulla cadit pœnitentia, pœnitentiâ adductus esse dicitur Genes. 6, v. 6, quòd hominem creâsset in terrâ, et lib. 1 Reg. cap. 15, v. 11, quòd Saülem regem constituisset, quin mundo aquarum exundatione obruto, et abjecto Saüle signa dedit pœnitentis animi; illud enim fecit quod homines, quos facti pœnitet, qui illud destruunt cum offensione atque irâ, quod ante construxerant. Odisse jubemur patrem et matrem, imò et animam nostram, cùm tamen illa omnia amare debeamus, quia dùm Dominus vocat, illorum ratio habenda non est, neque curandum quid illi exigant aut velint; illa verò quæ relinquimus, aut quorum vitam aut preces non curamus, ex odio, communi hominum sensu, facere existimamur. Ex quo fit ut dùm hæc relinquimus, licet amemus plurimùm, odisse tamen dicamur aut fastidiisse, quia id plerùmque odii censetur esse, non amoris opus.

Cùm ergo incurvatio aut inclinatio corporis adorationi plerùmque serviat, fit ut inclinatio, aut prostratio, quocumque illa fine aut ratione adhibita, adoratio vocetur. Sanè sæpè inclinatio ejusmodi, atque prostratio, cum adoratione conjungitur. Danielis cap. 3, v. 5: *Cadentes adorate statuam auream*; et in Ecclesiâ quotidiè audimus illud Psal. 44: *Venite, adoremus, et procidamus*. Matth. c. 4, diabolus utrumque conjunxit. *Omnia*, inquit, *tibi dabo, si cadens adoraveris me*. Et adorationis nomen sæpiùs audimus, ubi nullus divinus, aut religiosus honor impenditur. Adorâsse dicitur Miphiboseth Davidem, item Thecuana mulier, et Bethsabee: at nemo illorum putabat Davidem Deum, aut divinis prosequebatur, aut dignabatur honoribus. Adorâsse dicitur Abraham Gen. 23, v. 7, populum terræ: at quis viro tanto tantum impingat scelus, ut debitum Deo honorem hominibus deferat? Et quidem verbum *sachah*, pro quo adorare reddit hoc loco Hieronymus, propriè significat incurvare se, aut humiliare, quo modo ipse millies Hieronymus exposuit. Quo modo facit servus ante dominum, aut supplex coram eo cujus supplex sollicitat clementiam, aut opem implorat. Quare nihil hìc contra religionem petit Naaman, aut concedit Eliseus, cùm civilis sit iste, et regi debitus, non divinus cultus.

Quis sit iste Deus Remmon, cujus templum et sacra obibat rex Syrorum Benadad, obscurum est, neque admodùm refert hæc accuratiùs explorare. Neque, si quæ sunt conjecturæ, ejusmodi sunt, ut certum aliquid, imò verisimile ostendant. Remmon, si etymologiam consulas, aliquid significat excelsum; quare conjectare aliquis non inscitè posset illum esse, qui sublimem inter reliquos gentilium deos obtinet locum, qualis est Jupiter, aut aliquis alius ex eorum numero qui magni vocantur dii, aut certè qui templum habet in sublimi loco, aut præcipuâ aliquâ religione observatur à Syris. Quid si illa sit dea, quæ Syria dicitur, quia præcipuo loco apud Syros fuit, quæ esse creditur Venus, de quâ sub alio nomine à nobis dictum est, lib. 1 Reg. c. 5. Verisimile est Venerem esse, sicut de Dagon eo loco dicebamus. Venerem autem sub utroque sexu ab antiquis expressam diximus eo loco. Et facit ad hanc cogitationem, quòd Remmon malum significat punicum; Venerem autem à Damascenis coli, et hortis præesse, ipsa docet aut indicat Venus apud Ovidium lib. 10 Metamor., si modò correctus codex, nam non eodem apud omnes modo, carmina leguntur. Sic autem ibi Venus:

Est ager indigenæ, Damasanum nomine dicunt,
Telluris Syriæ pars optima: quam mihi prisci
Sacravêre senes, templisque accedere dotem
Hanc jussêre meis. Medio nitet arbor in arvo
Fulva comas.

Satis longa est, imò plus satis de re tam incertâ et futili disputatio, quam libenter omisissem, nisi viderem hæc levia nonnunquàm ab interprete requiri. Et interdùm aut concedendum est aliquid, aut ignoscendum curiosorum auribus, qui levia hæc captant, non tam nobilium ingeniorum pabula, quàm pretiosi temporis detrimenta.

Vers. 19. — Abiit ergo ab eo electo terræ tempore. Hic locus obscurus est, et multiplex interpretum translatio. Plerique spatium putant esse viæ, quod jam confecerat Naaman, ex quo ab Eliseo recessit, et ubi illum convenit Giezi. Sic omnes fermè recentiores. Pagninus: *Et abiit ab eo quasi milliare terræ*. Tigurina, *jugerum agri*. Cajetanus, *prandio terræ*, id est, tanto spatio aberat ab Eliseo, quantùm prandio durante conficitur, ut ille interpretatur cum Rab. David. Isidorus, *quasi per stadium terræ*. Septuaginta ipsam Hebraicam vocem reliquerunt, ἐν χαβραθὰ τῆς γῆς, quod Latinè vertitur, *in spatio terræ*. Vox He-

braica est *kibrath*, quam interpretes variis modis exponunt; Hieronymus à verbo ברה deducit, atque ideò tempus reddidit *electum*, et explicationis gratiâ addidit, *tempus*, quæ explicatio omninò nobis probanda atque tenenda est. Sed neque in hujus electi temporis explicatione concors est sententia. Mihi duæ explicationes videntur esse minùs difficiles. Altera est si locorum distantia non per stadia, seu milliaria, sed per temporum discrimina metiamur. Quod in usu fuisse olim, et nunc etiam alicubi locorum, satis est exploratum. Sic enim dicimus unam civitatem ab aliâ distare itinere unius diei, seu tridui, aut unius horæ, etc., aut etiam, quod magis ad rem facit, distare uno die, unâ horâ, etc., id est, tanto spatio quantùm decurri potest uno die, vel horâ. Tempus igitur electum illud esse videtur, quod commodissima temporum, aut locorum mensurat spatia, aut intervalla distinguit. Illud verò videtur accommodatum magis, quod viarum intervalla notissima notat atque secernit; illud verò est quarta, seu tertia pars horæ, seu quadrans, aut triens. Ut enim signa quædam, v. g., lapides, aut columnæ milliaria distinguunt, sic etiam tempus in quo ambulando milliare conficitur, quale est horæ quadrans, aut triens, appellari potest tempus lectum. Ad quam cogitationem facit quòd, ut communis est doctorum sententia, tantùm decurri potest sabbatino progressu, quantùm quadrans, aut triens unius horæ metitur, milliare videlicet unum. Quare tempus illud appellari meritò poterit electum, quia spatium quodammodò sacrum certè à lege vel consuetudine constitutum definit, quod etiam in viis, sicut apud Romanos, Hebræi lapide, aut alio quodam signo notârunt, ut diximus in nostris Commentariis in Act. Apost. c. 1.

Altera explicatio est in *tempore electo*, neque temporum significari, neque locorum intervalla, sed tantùm opportunitatem. Quasi dicas, tempus illud in quo profectus est Naaman è Syriâ, et quo in Syriam rediit ex Samariâ, fuisse valdè opportunum, quod notatum oportuit, quandoquidem jussus est Naaman homo delicatus et splendidus in flumine lavari, quod tempus si importunum esset, ac frigidum, nimis videretur durum imperium, et medicina gravis. Neque verè dicere potuissent servi, nihil difficile atque insuave ab Eliseo præceptum, si alieno tempore jussisset septies in flumine demergi. Sed illud magis hanc expositionem persuadet, quòd Vulgatus Gen. c. 35, v. 16, hanc eamdem vocem כברה per vernum tempus, id est, placidum et temperatum explicuit. Et reverà vernum fuit illud tempus, nam paulò antea Laban ierat ad tondendas oves, ut constat Genes. c. 31, v. 19.

VERS. 20. — DIXITQUE GIEZI PUER VIRI DEI : PEPERCIT DOMINUS MEUS, etc. Quæ reliqua sunt ad finem capitis, satis sunt aperta, neque aliud continent, quàm infidelem servum earum rerum, quas attulerat Syrus captum desiderio petiisse Elisei nomine ea munera, quæ dominus oblata liberaliter paulò ante repulerat. Cùmque lubens Syrus obtulisset plura quàm petiisset Giezi, idque latere dominum suum existimâsset, negavit se abiisse quòquam, cui Eliseus prædixit à se perspecta fuisse omnia, neque argentum, quod accepisset, ut suæ familiæ abundè provideret, ita futurum liberum ab illius lepræ contagione, quam à suo corpore princeps ille Syrus deterserat, ut non ipsi, ac deinceps illius posteris, cum leprâ quam è mutatoriis vestibus, argentoque contraxerat, æternam ignominiam et fœditatem inureret. Nunc observanda pauca.

VERS. 21. — RECTENE SUNT OMNIA? Hoc se modo salutant, qui benè sunt inter se et familiariter affecti. Sic c. præcedenti Giezi Elisei nomine dixit Sunamitidi : *Rectène agitur circa te et circa virum tuum?* Neque hoc tempore quicquam est frequentius, quàm in primo congressu post datam acceptamque salutem, amicos à seipsis vicissim sciscitari de valetudine, et de rerum statu. Quod faciunt hoc fermè modo, *satin' salve;* seu *satin' salvus.* Et hoc frequentissimè, neque minùs frequenter eâ utuntur salutationis formâ, quâ usus est Naaman. Nempe, *rectène omnia?* Exempla adducit plurima Brissonius lib. 8 de Formulis; et hoc esse vulgare, et penè legitimum, docuit Donatus ad illud Terentii in Phormione, act. 2, scen. 1 : *Satin' omnia ex sententiâ?* ubi hæc verba idem valere dicit quod illud vulgare, seu quod vulgò dicitur : *Omnia rectè.* (1)

(1) VERS. 24. — CUMQUE VENISSET JAM VESPERI, etc.; pecuniam accepit, atque in domo suâ condidit. Hebræa vox sonat *editum locum :* cùm pervenisset ad editum quemdam locum, accepit ex eorum manibus pecuniam. Septuaginta, Syriacus, Arabs, et S. Hieronymus aliter ac nos Hebræum legisse videntur. Reddunt enim omnes : *Cùm venisset jam vesperi.* Animadvertendum est tamen, Naamanum longiùs adhuc non recessisse à Samariâ, cùm Giezi post illum currens pecuniam postulavit. Adde, vix credibile esse, Naamanum iter suscepisse inclinato jam in noctem die. Denique neque Giezi remisisset famulos Naamani in mediis noctis

VERS. 27. — SED ET LEPRA NAAMAN ADHÆREBIT TIBI, ET SEMINI TUO USQUE IN SEMPITERNUM. Magno stetit Giezi alieno nomine pro re quodammodò sacrâ, id est, pro restitutâ sanitate di-

vinitùs, accepisse munera, eaque amplissima, quæ retinere sibi nullo modo poterat, quæ sapienter et sanctè repudiavit Eliseus. Ubi duo alia peccata insuper addidit, tum menda-

tenebris ; imò et permisit, ut ascenderent collem, cui Samaria insidebat : sed è re suâ esse non censuit, ut ingredi in urbem pateretur, ne subortâ apud quempiam rei gestæ suspicione, rumor ad Eliseum deferretur.
(Calmet.)

VERS. 26. — NONNE COR MEUM IN PRÆSENTI (præsens) ERAT QUANDO REVERSUS EST HOMO (Naaman) DE CURRU SUO IN OCCURSUM TIBI? *Cor*, id est, mens et oculi mentis meæ à Deo supernaturaliter elevati et adjuti fuêre, ut absentem et remotam tuam munerum à Naaman acceptionem, quasi præsentem cognoscerent et cernerent; q. d.: Putabas me absentem, cùm munera petiisti; at ego spiritu tibi præsens eram; mentis enim intuitu vidi omnia quæ fecisti. Multò ergo magis, ait S. August. lib. 22 Civit. 19, sancti in cœlis absentia et remota quæ in terrâ fiunt, cernere possunt. Simili modo S. Benedictus vidit absentia multa, uti narrat S. Gregor. 2 dial. cap. 13, 18, 19, unde addit S. Gregor., eum habuisse spiritum Elisei.

ACCEPISTI ARGENTUM, etc., UT EMAS OLIVETA ET VINEAS, ET OVES, ET BOVES, ET SERVOS, ET ANCILLAS. Talentum argenti continebat sex millia siclorum argenti, hoc est, sex millia florenorum Brabanticorum sive francorum, ut vocant Galli ; quare duo talenta quæ accepit Giezi valebant duodecim millibus francorum, quæ faciunt quatuor millia coronatorum francicorum : quorum quisque continet duodecim julios sive regales ; hâc summâ autem illo ævo, cùm omnia essent vili pretio, ac rarum foret argentum, poterant emi hæc omnia. Alii disjunctivè explicant, q. d.: Ut emas vel oliveta, vel vineas, vel oves et boves. Hinc videtur quòd Eliseus munera hæc sibi à Naaman per Giezi missa, ipsi Giezi concesserit et dederit, ne ipse injustè ea possidens continuè peccaret. (Corn. à Lap.)

Elisée répondit à Giézi : Mon cœur n'était-il pas présent avec vous, lorsque cet homme est descendu de son chariot pour aller au-devant de vous? Maintenant donc vous avez reçu de l'argent et des habits, etc. *Mais, en récompense, la lèpre de Naaman s'attachera à vous et à toute votre race pour jamais.* Saint Augustin, admirant cette parole d'Elisée, qui témoignait à Giézi que son cœur était présent avec lui, lorsqu'il exigeait des présents de Naaman, quoiqu'il en fût éloigné de corps, dit que cette vue spirituelle du prophète, qui était en lui un effet de la lumière que Dieu répandait d'une manière miraculeuse au fond de son cœur, nous fait connaître que les saints étant dépouillés de ce corps mortel, verront sans comparaison encore plus clairement toutes choses avec les yeux de l'esprit, puisque la lumière des plus grands prophètes en cette vie étant comparée à celle des saints en l'autre monde, ne peut être regardée que comme l'état de l'enfance à l'égard de l'âge d'un homme parfait. Mais saint Ambroise considérant le parfait désintéressement de ce saint prophète, représente sa conduite comme un modèle de la charité toute pure des ministres du Seigneur dans la dispensation de ses dons célestes, et celle de Giézi son serviteur, comme un exemple des effets funestes que produit la cupidité dans le cœur des hommes. « Elisée, dit-il, donna une preuve de sa foi, en « refusant les présents qu'on lui offrait. Ap- « prenez donc, et du précepte du Seigneur, « et de l'exemple du prophète, à donner gra- « tuitement ce que vous avez reçu gratuite- « ment, et à ne pas vendre les sacrés mystères, « mais à les offrir ; car la grâce de Dieu ne se « prise point pour de l'argent, et dans la dis- « pensation des sacrements, le ministre n'y « doit point chercher son intérêt, mais faire « paraître sa fidélité. Et ce n'est pas néanmoins « assez que vous ne recherchiez point le gain « vous-même ; il faut encore que vous ayez « soin de conserver pures les mains de vos « domestiques. Instruisez donc votre famille, « exhortez-la, et veillez sur elle. Que s'il ar- « rive en cela que quelqu'un de vos serviteurs « vous trompe, suivez l'exemple du saint pro- « phète, en le rejetant aussitôt que vous l'au- « rez découvert. La lèpre suit promptement « un gain honteux, et un argent mal acquis « rend impur en même temps le corps et « l'âme. *Vous avez reçu de l'argent*, dit Elisée « à Giézi ; *c'est pourquoi la lèpre de Naaman « s'attachera à vous et à toute votre race pour « jamais.* Il paraît d'abord de la dureté dans « cette sentence du prophète, par laquelle toute « la race de Giézi est condamnée pour jamais « à cause de sa cupidité, à moins que nous « n'entendions plutôt par sa race les héritiers « de ses vices, que ses enfants selon la chair ; « de même que Jésus-Christ a dit des Juifs « qu'ils étaient enfants du diable, non par une « succession charnelle, mais par une imitation « de ses crimes. Ainsi, toutes les personnes « avares et remplies de cupidité deviennent « les héritiers de sa lèpre, en même temps « que de ses richesses mal acquises, qui sont « pour elles plutôt un trésor de crimes que « de vraies richesses. *Ergo omnes cupidi, omnes « avari, Giezi lepram cum divitiis suis possident; « et malè quæsitâ mercede non tam patrimonium « facultatum, quàm thesaurum criminum congre- « gârunt.* » Ce qu'il y a d'étonnant dans l'exemple de Giézi, c'est qu'il était tous les jours témoin de la vie tout angélique d'un si saint prophète, et qu'il avait le bonheur d'être instruit à tous moments autant par l'exemple que par les paroles de l'héritier de toutes les grâces et du double esprit du grand Elie. Mais, puisqu'on a vu depuis un Judas dans la compagnie de Jésus-Christ même, on ne doit point être si surpris de voir que ce serviteur d'Elisée ait été avare et menteur. Dieu permet ces sortes d'exemples, pour étonner salutairement ses vrais serviteurs, et pour leur faire comprendre la vérité de cette parole de Jésus-Christ, que dans son royaume, plusieurs de ceux qui paraissaient les premiers, seront les derniers, et plusieurs de ceux que l'on regardait comme

cium in re non levi, tum prophetico nomini inusta labes, quam omnis studio atque labore exurere vellent, imò et debent qui sacram aliquam operam, neque naturæ debitam impendunt. Gloriosum fuit Eliseo, sicut etiam viris apostolicis, qui causam agunt Evangelii, puras servâsse manus à muneribus: imò hoc maximè testatus est verum se esse prophetam, qui non lucrum quærit ex vaticiniis, aut ex spiritu virtuteque quam à Domino supra naturæ facultatem accipit. Alii enim, qui se prophetas venditant, sive illi sint ex Israelitide gente, sive à gentili populo, venalem habent prophetalem operam, et addictum mercedi vaticinium, quasi quodlibet aliud quæstuarium artificium. Quare cùm Elisei nomine aliquod quasi lucrum exigit à Syro Giezi, ostendit aut prophetam esse gentilem, aut ex Israelitico populo pseudoprophetam, atque ideò tantùm honoris detraxit Eliseo accipiendo receptæ sanitatis pretium, quantùm illud repudiando, conciliârat Eliseus. Eo penè nomine sæpè ac graviter accusantur pseudoprophetæ, et sacrilegi coarguuntur mendacii, quòd mercedem accipiunt venalis linguæ, et artem instituunt ex eo, quem ipsi afflatum appellant divinum, quæstuariam. Sic sanè de illis Ezechiel c. 22, v. 15: *Conjuratio prophetarum in medio ejus, sicut leo rugiens, rapiensque prædam, animas devoraverunt, opes et pretium acceperunt.* Michæas cap. 3, vers. 31: *Principes ejus in muneribus judicabant, et sacerdotes ejus in mercede docebant, et prophetæ ejus in pecuniâ divinabant.* Quocirca credo curâsse prophetam, quamprimùm ut Syrus intelligeret, infidelis et avari servi illam fuisse calliditatem, non ipsius mandatum, ne qui de Israeliticâ regione benè sentire cœperat, propter avaritiam servi, minùs deinceps religiosè sentiret.

Quemadmodùm qui vestem ab illo furantur, aut emunt, quem pestis infecit, cum vestibus pestem quoque secum domum referunt, quæ illos aut extinguit, aut fœdè periculosèque contaminat: sic acceptum à leproso Syro argentum et vestes, quasi totam illam pestilentem luem imbibissent, illam in infidele mendacis servi corpus importârunt. Neque alius est usus earum rerum quas homo, aut fraude, aut vi, aut malis denique rationibus acquisivit. In quem cecinit illud perquàm verè et graviter Habacuc, c. 2: *Væ qui congregat avaritiam malam domui suæ!* Vide quæ nos ad illum locum. Sunt dona quædam quæ videntur magno futura usui his quibus mittuntur, quæ cùm sint in speciem officii plena, et ad commoditates maximas opportuna, sunt reverà venenata quædam tela, quæ ab hostili vibrata manu viscera confodiunt, quæ vulgari proverbio ἄδωρα δῶρα nominantur: qualis, ut est in fabulis, vestis ad novam nuptam à Medeâ missa, quâ genialis domus tota conflagravit, aut tunica centauri delibuta sanguine, quæ à Dejanirâ dono data Herculi, illum horribili consumpsit incendio. Erant, credo, vestes illæ splendidæ, et quæ regias decerent nuptias; sed quia veneno aut maleficiis infectæ, perniciem attulerunt et mortem. Tale ego video fuisse munus à Naaman extortum callido consilio, et astu planè veteratorio, quod licet splendidum, à peccato tamen infectum avaritiæ, et possessorem primum, et ejus progeniem postea æternâ maculavit infamiâ.

Quærit Abul. q. 43, an tota posteritas Giezi lepram à parente in sempiternum contraxerit, et tandem eò inclinat, ut judicet labem illam in Giezi posteritate, non fuisse perpetuam, tum quia parentûm peccata non dicitur luitura progenies, nisi ad quartam generationem, Exod. 34, v. 7, et Num. 14, v. 18; deinde, quia *æternum, sempiternum,* et similia, secundùm sacrarum litterarum idioma, non semper significant id quod principium nullum habuit, et eâ ratione montes appellantur æterni, aut quod nullum finem est habiturum, sed quod diuturnum futurum est. Sic Genes. 17, v. 18, dixit Deus ad Abraham: *Dabo tibi et semini tuo terram peregrinationis tuæ, omnem terram Chanaam in possessionem æternam;* et tamen jampridem Abrahæ filii ab eâ possessione exciderunt. Ezechiel cap. 26, de Tyro: *Non invenieris ultra in sempiternum;* et tamen illud sempiternum se-

les derniers, deviendront enfin les premiers. Naaman et Giézi en sont des preuves très-éclatantes, puisqu'en même temps que Dieu va choisir dans un royaume étranger un grand seigneur et un général d'armée, pour le retirer de l'idolâtrie, en l'éclairant par la lumière de la foi, on voit le serviteur du plus saint prophète qui fût alors, retomber dans une espèce d'idolâtrie, qui est l'avarice, selon que saint Paul l'a nommée lui-même. Cette lèpre corporelle, dont il fut puni, n'était que l'ombre et la figure de la lèpre intérieure qui défigurait son âme aux yeux de Dieu. Et si ceux qui imitent sa cupidité ne sont pas frappés extérieurement de cette plaie si sensible à l'homme, ils ne laissent pas, comme le dit saint Ambroise, d'être de véritables lépreux devant celui qui s'est contenté de faire voir une fois en la personne de Giézi combien il avait horreur d'une disposition si criminelle.

(Sacy.)

ptuaginta annorum spatium tantùm significat, ut explicuit Isai., c. 23 : *In oblivione eris, ô Tyre, septuaginta annis.* Et quidem reædificatam esse Tyrum satis constat, cùm postquàm excisa fuit à Nabuchodonosore, iterùm ab Alexandro subversa est. Sic ergo verisimile est sustinuisse diu Giezi filios parentis ignominiam, ad quartam fortassè generationem, non in perpetuum, imò illos fortassè pertulisse tantùm, ad quos illa pervenêre aut eorum fructus, quæ Giezi pater pernicioso mendacio extorsit à Syro, sicut de auro Tolosano, et Sejano equo sive verè, sive fabulosè narrat antiquitas.

ET EGRESSUS EST AB EO LEPROSUS QUASI NIX. Hoc non tam precatus est propheta, ut accideret infideli servo, quàm eventurum prædixit. Sciebat enim quid decrevisset Deus in illius caput. Statim autem respersus fuit leprâ, illâque non vulgari, sed omnium, ut apparet, maximâ, ad aspectum deformi, ad dolorem acerbâ, ita ut sic incanduerit repentè, ac si nive fuisset conspersus. Quod genus lepræ fuerit (nam varia esse genera tradunt medici) non constat; fuisse tamen illud, quo laborabat Syrus, penè certum est, quia illud indicant propheticæ minæ. Illud autem fuisse odiosum omnibus, et ipsi Giezi maximè ad dolorem grave, et denique curatu difficillimum, ex eo mihi persuadeo, quia vir usque adeò potens, quique nullum omisisset, ut credibile est, curationis genus, liberari tamen ab eo ullâ humanâ industriâ, aut medicinâ non potuit. Quàm porrò gravis fuerit morbus, ex eo facilè quivis persuadere sibi poterit, quòd restituta sanitas fecit ut patriam reliquerit religionem, et antiqua sacra; quòd multa polliceretur Eliseo hilari animo, et postea servo tam liberali manu porrexerit. Laboravit itaque Giezi morbo gravi et fœdo, in quo fortassè curando, licet irrito labore ac sumptu, multa consumpsit eorum quæ acceperat à Syro, et juxta ea quæ habes Levitic. c. 13, v. 45 : habuit vestimenta dissuta, caput nudum, os veste contectum, contaminatum et sordidum se clamavit, et extra civitatem et hominum cœtum solus habitavit. Hic fuit pecuniæ sacrilegæ et peccati legitimus fructus, ut neque suis uteretur opibus honestè et commodè, et omnibus esset odiosus, vilis, execrabilis. Neque unquàm arbitror ad Eliseum rediisse, quod putat Abul. q. 10. Neque enim ille admisisset leprosum, contra id quod cautum esset lege. Neque ampliùs quicquam audimus de Giezi, nisi statim cap. 8, ubi tamen non erat cum Eliseo, et cap. sequenti minister Elisei non videtur fuisse Giezi, sed alius ætate minor, quique non videbatur satis nôsse quam à Deo propheta virtutem accepisset.

CAPUT VI.

1. Dixerunt autem filii prophetarum ad Eliseum : Ecce locus in quo habitamus coram te, angustus est nobis;

2. Eamus usque ad Jordanem, et tollant singuli de sylvâ materias singulas, ut ædificemus nobis ibi locum ad habitandum. Qui dixit : Ite.

3. Et ait unus ex illis : Veni ergo et tu cum servis tuis. Respondit : Ego veniam.

4. Et abiit cum eis. Cùmque venissent ad Jordanem, cædebant ligna.

5. Accidit autem ut, cùm unus materiam succidisset, caderet ferrum securis in aquam; exclamavitque ille, et ait : Heu, heu, heu! domine mi, et hoc ipsum mutuò acceperam.

6. Dixit autem homo Dei : Ubi cecidit? At ille monstravit ei locum. Præcidit ergo lignum, et misit illùc : natavitque ferrum.

7. Et ait : Tolle. Qui extendit manum, et tulit illud.

CHAPITRE VI.

1. Un jour les enfants des prophètes dirent à Elisée : Vous voyez que ce lieu-ci où nous demeurons avec vous est trop petit pour nous :

2. Permettez-nous d'aller jusqu'au Jourdain, afin que chacun de nous prenne du bois de la forêt, et que nous nous bâtissions là une demeure pour nous y retirer. Elisée leur répondit : Allez.

3. L'un d'eux lui dit : Venez donc aussi vous-même avec vos serviteurs. Il lui répondit : J'irai.

4. Et il s'en alla avec eux. Lorsqu'ils furent venus jusqu'au Jourdain, ils commencèrent à couper du bois.

5. Mais il arriva que comme l'un d'eux abattait un arbre, le fer de sa cognée tomba dans l'eau; il s'écria, et dit *à Elisée :* Hélas ! mon seigneur, hélas ! j'avais emprunté cette cognée.

6. L'homme de Dieu lui dit : Où le fer est-il tombé? Il lui montra l'endroit. Elisée coupa donc un morceau de bois, et le jeta au même endroit; et le fer nagea sur l'eau.

8. Rex autem Syriæ pugnabat contra Israel; consiliumque iniit cum servis suis, dicens : In loco illo et illo ponamus insidias.

9. Misit itaque vir Dei ad regem Israel, dicens : Cave ne transeas in locum illum, quia ibi Syri in insidiis sunt.

10. Misit itaque rex Israel ad locum quem dixerat ei vir Dei, et præoccupavit eum, et observavit se ibi non semel, neque bis.

11. Conturbatumque est cor regis Syriæ pro hâc re ; et convocatis servis suis, ait : Quare non indicatis mihi quis proditor meî sit apud regem Israel ?

12. Dixitque unus servorum ejus : Nequaquàm, domine mi rex ; sed Eliseus propheta, qui est in Israel, indicat regi Israel omnia verba quæcumque locutus fueris in conclavi tuo.

13. Dixitque eis : Ite, et videte ubi sit, ut mittam et capiam eum. Annuntiaveruntque ei, dicentes : Ecce in Dothan.

14. Misit ergo illùc equos et currus et robur exercitûs ; qui cùm venissent nocte, circumdederunt civitatem.

15. Consurgens autem diluculò minister viri Dei, egressus, vidit exercitum in circuitu civitatis, et equos et currus ; nuntiavitque ei, dicens : Heu, heu, heu! domine mi, quid faciemus?

16. At ille respondit : Noli timere, plures enim nobiscum sunt quàm cum illis.

17. Cùmque orâsset Eliseus, ait : Domine, aperi oculos hujus, ut videat. Et aperuit Dominus oculos pueri, et vidit, et ecce mons plenus equorum et curruum igneorum in circuitu Elisei.

18. Hostes verò descenderunt ad eum. Porrò Eliseus oravit ad Dominum, dicens : Percute, obsecro, gentem hanc cæcitate. Percussitque eos Dominus ne viderent, juxta verbum Elisei.

19. Dixit autem ad eos Eliseus : Non est hæc via, neque ista est civitas ; sequimini me, et ostendam vobis virum quem quæritis. Duxit ergo eos in Samariam.

20. Cùmque ingressi fuissent in Samariam, dixit Eliseus : Domine, aperi oculos

7. Elisée lui dit : Prenez-le. Il étendit la main et le prit.

8. Le roi de Syrie combattait un jour contre Israël ; et tenant conseil avec ses serviteurs, il leur dit : Il faut que nous dressions une embuscade en tel et tel endroit.

9. L'homme de Dieu envoya donc dire au roi d'Israël : Prenez garde à ne pas passer par là, parce que les Syriens doivent y dresser une embuscade.

10. Le roi d'Israël envoya à l'endroit que lui avait dit l'homme de Dieu, et il s'en saisit le premier ; et il se tint en garde ainsi plus d'une et deux fois.

11. Le cœur du roi de Syrie fut troublé de cet accident ; et, ayant assemblé ses serviteurs, il leur dit : Pourquoi ne me découvrez-vous point qui est celui qui me trahit auprès du roi d'Israël?

12. L'un de ses officiers lui répondit : Ce n'est point qu'on vous trahisse, ô roi mon seigneur ; mais c'est le prophète Elisée, qui est en Israël, qui découvre au roi d'Israël tout ce que vous dites *en secret* dans votre chambre.

13. Il leur répondit : Allez, voyez où il est, afin que je l'envoie prendre. Ils vinrent donc l'avertir, et lui dirent : Elisée est à Dothan.

14. *Le roi de Syrie* y envoya aussitôt de la cavalerie, des chariots et ses meilleures troupes ; et, étant arrivés la nuit, ils investirent la ville.

15. Le serviteur de l'homme de Dieu, se levant au point du jour, sortit dehors ; et ayant vu l'armée autour de la ville, la cavalerie et les chariots, il vint en avertir son maître, et lui dit : Hélas, mon seigneur ! hélas ! que ferons-nous ?

16. Elisée lui répondit : Ne craignez point, car il y a plus de monde avec nous qu'il n'y en a avec eux.

17. Et quand Elisée eut prié, il dit : Seigneur, ouvrez-lui les yeux afin qu'il voie. Le Seigneur ouvrit les yeux à ce serviteur, et il vit aussitôt la montagne pleine de chevaux et de chariots de feu, qui étaient autour d'Elisée.

18. Cependant les ennemis vinrent à lui ; et Elisée fit sa prière au Seigneur, et lui dit : Frappez, je vous prie, tout ce peuple d'aveuglement. Et aussitôt le Seigneur les frappa d'aveuglement, selon la prière d'Elisée.

19. Alors Elisée leur dit : Ce n'est pas ici le chemin ni la ville *où vous devez aller* ; suivez-moi, et je vous montrerai l'homme que vous cherchez. Il les mena donc dans Samarie.

istorum, ut videant. Aperuitque Dominus oculos eorum, et viderunt se esse in medio Samariæ.

21. Dixitque rex Israel ad Eliseum, cùm vidisset eos: Numquid percutiam eos, pater mi?

22. At ille ait: Non percuties, neque enim cepisti eos gladio et arcu tuo, ut percutias; sed pone panem et aquam coram eis, ut comedant et bibant, et vadant ad dominum suum.

23. Appositaque est eis ciborum magna præparatio, et comederunt et biberunt; et dimisit eos, abieruntque ad dominum suum; et ultra non venerunt latrones Syriæ in terram Israel.

24. Factum est autem post hæc congregavit Benadad rex Syriæ universum exercitum suum, et ascendit, et obsidebat Samariam.

25. Factaque est fames magna in Samariâ; et tamdiù obsessa est, donec venumdaretur caput asini octoginta argenteis, et quarta pars cabi stercoris columbarum quinque argenteis.

26. Cùmque rex Israel transiret per murum, mulier quædam exclamavit ad eum, dicens: Salva me, domine mi rex.

27. Qui ait: Non te salvat Dominus, unde te possum salvare? De areâ, vel de torculari? Dixitque ad eam rex: Quid tibi vis? Quæ respondit:

28. Mulier ista dixit mihi: Da filium tuum, ut comedamus eum hodiè, et filium meum comedemus cras.

29. Coximus ergo filium meum, et comedimus. Dixique ei die alterâ: Da filium tuum, ut comedamus eum. Quæ abscondit filium suum.

30. Quod cùm audîsset rex, scidit vestimenta sua; et transibat per murum: viditque omnis populus cilicium quo vestitus erat ad carnem intrinsecùs.

31. Et ait rex: Hæc mihi faciat Deus et hæc addat, si steterit caput Elisei filii Saphat super ipsum hodiè.

32. Eliseus autem sedebat in domo suâ, et senes sedebant cum eo. Præmisit itaque virum; et antequàm veniret nuntius

20. Et lorsqu'ils furent entrés dans la ville, Elisée dit: Seigneur, ouvrez-leur les yeux, afin qu'ils voient. Le Seigneur leur ouvrit les yeux, et ils reconnurent qu'ils étaient au milieu de Samarie.

21. Le roi d'Israël les ayant vus, dit à Elisée: Mon père, les tuerai-je?

22. Elisée lui répondit: Non vous ne les tuerez point, car vous ne les avez point pris avec l'épée ou avec l'arc, pour *avoir droit de* les tuer; mais faites-leur servir du pain et de l'eau, afin qu'ils mangent et qu'ils boivent, et qu'ils s'en retournent vers leur maître.

23. Le roi d'Israël leur fit donc servir une grande quantité d'aliments. Et après qu'ils eurent mangé et bu, il les renvoya, et ils retournèrent vers leur maître; et les bandes de Syriens ne vinrent plus sur les terres d'Israël.

24. Quelque temps après, Bénadad, roi de Syrie, rassembla toutes ses troupes, et vint assiéger Samarie.

25. Et la ville fut pressée d'une famine extrême, jusque-là que, le siége continuant toujours, la tête d'un âne fut vendue quatre-vingts pièces d'argent, et la quatrième partie d'un cab de fiente de pigeon, cinq pièces d'argent.

26. Et comme le roi d'Israël passait le long des murailles, une femme s'écria, et lui dit: O roi mon seigneur, sauvez-moi.

27. Il lui répondit: Le Seigneur ne vous sauve pas, d'où prendrai-je de quoi vous sauver? serait-ce de l'aire ou du pressoir? Et le roi ajouta: Que voulez vous dire? Elle lui répondit:

28. Voilà une femme qui m'a dit: Donnez votre fils, afin que nous le mangions aujourd'hui, et demain nous mangerons le mien.

29. Nous avons donc fait cuire mon fils, et nous l'avons mangé. Je lui ai dit le jour d'après: Donnez votre fils, afin que nous le mangions; mais elle a caché son fils.

30. Le roi l'ayant entendue parler de la sorte, déchira ses vêtements; et il passait le long des murailles; et tout le monde vit le cilice dont il était couvert sur sa chair.

31. Et le roi dit: Que Dieu me traite dans toute sa sévérité, si la tête d'Elisée, fils de Saphat, demeure sur ses épaules aujourd'hui.

32. Cependant Elisée était assis dans sa maison, et des anciens étaient assis avec lui. *Le roi* envoya donc un homme *pour le tuer*;

ille, dixit ad senes : Numquid scitis quòd miserit filius homicidæ hic ut præcidatur caput meum? Videte ergo cùm venerit nuntius; claudite ostium, et non sinatis eum introire; ecce enim sonitus pedum domini ejus post eum est.

33. Adhuc illo loquente eis, apparuit nuntius qui veniebat ad eum. Et ait : Ecce tantum malum à Domino est; quid ampliùs exspectabo à Domino?

et avant que cet homme fût arrivé, *Elisée* dit aux anciens : Savez-vous que ce fils de meurtrier a envoyé ici *un homme* pour me couper la tête? Prenez donc garde lorsqu'il arrivera; fermez-lui la porte, et ne le laissez pas entrer; car j'entends le bruit des pieds de son seigneur qui vient après lui.

33. Lorsqu'Elisée parlait encore, on vit paraître cet homme qui venait à lui, et lui dit : Vous voyez l'extrême malheur où Dieu nous réduit; que puis-je attendre davantage du Seigneur?

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Ecce locus, in quo habitamus coram te, angustus est. Aliud jam succedit Elisei miraculum, in re quidem levi, sed tamen leve non est eximiæ virtutis argumentum. Habitabant prophetarum filii, quibus tanquàm magister et pater Eliseus præerat, propè Jordanem; an propè Jerichuntem, aut Galgala, non constat, utrumque est non procul à Jordane : ubicumque statuas hoc prophetarum collegium, constat pro habitantium numero non habere satis spatii. Quare rogant Eliseum sibi ut liceat è sylvâ cæduâ, quæ est ad Jordanis ripam, ligna comportare, quibus laxetur magis communis illa commoratio. Quam facultatem ab Eliseo consecuti, progressi sunt ad sylvam, ubi cùm quidam minùs cæderet cautè sylvestrem illam ad ædificandum materiam, excidit securis, quam mutuam acceperat, in Jordanem; cujus jacturam tulit graviter, tum quia otiosum ageret diem illum inermis, tum quia rem amiserat alienam, quam domino neque posset reddere, neque haberet fortassè illius pretium, quod illius jacturam compensaret. Quare rem totam ad Eliseum retulit, qui cum aliis aut materiam succidebat, aut certè cædentibus instabat : qui injecto ligno in eum locum, in quem securim decidisse cognoverat, ferrum, quod in solo gurgitis profundo consederat, ad summas aquas enatare fecit. Hæc omnia nota sunt, neque est aliquid in quo immorari debeat commentatio.

Sed hìc Patres aliquid altius meditantur, quod demersa securis et sursùm evocata portendit. « Hoc, inquit Theodoretus q. 19, præ« figuravit Servatoris nostri dispensationem; « quomodo enim lignum quidem, quod est le« vissimum, fuit demersum, quod est autem « gravissimum, nempe ferrum, supernatavit; « ita divinæ naturæ descensus effecit, ut hu« mana natura ascenderet. » Hoc pluribus tractavit Augustinus tom. 10, serm. 1; idem Angelomus et Eucherius. Alii hìc alia meditantur satis ad mores opportuna. Ferrum donum esse putant intelligentiæ, quod Dominus prælatis virisque Apostolicis, imò et iis qui præsunt, concedit, ut ligna cædant sylvestria et infrugifera, et illa ad utilem aliquam fabricam comportent. Quibus interdùm excidit securis, quæ sylvam purgat, et plantas succidit inutiles, et manet in manu jam inermi, pro securi acutâ aridum et obtusum manubrium, à quo sperari nihil potest; quod commodatum habuerat et alienum, nempe non proprium, sed datum à Deo. Quod sanè iis qui munus tractant evangelicum, persæpè contingit, qui pro acuto ferro, quod dedit Dominus commodato, lignum retinent obtusum et inutile, quod neque cædit, neque truncat, quod maximè truncatum et cæsum oportuit. Audi Eucherium et Angelomum, eisdem utrumque verbis. « Fer« rum in manubrio, donum intellectûs in corde « est. Ligna verò per hoc cædere est pravè « agere, increpare, quod nonnunquàm dùm « fluxè agitur, dùm lapsus vanæ gloriæ in ac« ceptâ eâdem scientiâ non vitatur, ferrum in « aquâ perditur, quia ex dissoluto opere intel« ligentia fatuatur. Quam profectò intelligen« tiam ad hoc novimus dari, ut ante dantis « oculos ex bonâ actione debeat restitui. Unde « rectè is qui ferrum amiserat, clamabat : *Heu, « heu, heu, domine mi! et hoc ipsum mutuum « acceperam.* » Idem penè Rupertus in hunc librum cap. 32. Hìc tamen addo pejorem quodammodò conditionem illorum esse qui malè utuntur dono sibi intelligentiæ commodato, quàm illorum qui intelligentiæ securi, ab eo, in quo radicati fuerant, et inveteraverant, infelici solo succisi non sunt : hi enim propè fluvium, sunt in ripâ, unde ab aliis eradicari aut

succidi possunt ; hi verò in profundo flumine cum suâ intelligentiâ ibi demersâ ac perditâ, unde ab aliis educi ferunt quàm ægerrimè, quia satis sibi putant esse consilii et scientiæ, neque ipsi utpote suâ jam sapientiâ graves enatare possunt. Hoc planè est sal illud infatuatum, quod neque sibi, neque aliis usui esse potest. Sed hi si filii prophetarum sunt, id est, si benè instituti, cùm securis excidit commodata à Domino, non ad futiles usus et inanes plausus, sed ad majus opus et salutem animarum, statim erràsse se clamant, et restitui sibi postulant, quod exciderat, ne in vacuum postea, et sine ullo tantæ operæ pretio laborent. « Unde, ait Eucherius, rectè is, qui ferrum amiserat, clamabat : *Heu, heu, heu, domine mi! et hoc ipsum mutuum acceperam.* « Habent enim hoc electi proprium, si quando « in eis sua scientia furtiva vanæ gloriæ culpa « subripitur, ad cor velociter redeunt, et quicquid in se ante districti judicis oculos damnabile inveniunt, lacrymis insequuntur. Qui « flentes non solùm cautè inspiciunt, quæ « malè commiserunt, sed ex accepto munere, « quæ reddere etiam bona debuerunt. » (1)

VERS. 8. — REX AUTEM SYRIÆ PUGNABAT CONTRA ISRAEL. Aliud jam proponitur Elisei miraculum, quo Samariam liberavit à Syrorum insidiis, et illos priùs cæcitate percussos, in laqueos, id est, in ipsam Samariæ plateam incautos induxit, unde non emersissent incolumes, nisi idem, qui induxerat, ab hostili manu defendisset. Hic rex Syriæ, qui bellum intulit Israelitis, fuit Benadab, qui vario eventu cum iisdem jam ante pugnaverat, à quo, ut nuper vidimus, litteras attulit Naaman ad regem Israel. Quæ fuerit belli causa, non docet Scriptura, neque alia quærenda, quàm antiquum, et quasi naturale odium inter duas illas gentes, inter quas, utpote inter vicinos

(1) VERS. 2. — EAMUS USQUE AD JORDANEM, ET TOLLANT SINGULI DE SYLVA MATERIAS SINGULAS, UT ÆDIFICEMUS tuguria in quibus tanta multitudo religiosorum habitet. Vide hìc priscorum religiosorum paupertatem, laborem et unanimitatem. Audi Theodoretum : « Chorus prophetarum extremam amplectebatur paupertatem : « non enim habebant domos, sed utebantur « tuguriis. Quamobrem à magno illo prophetâ « supplices petierunt, ut abiret cum ipsis ligna « secantibus ad ea construenda. Tantâ autem « utebantur paupertate, ut ne securim quidem « sustinerent possidere. » Et S. Hieronymus, epist. 4 ad Rustic. : « Filii prophetarum, ait, « quos monachos in veteri Testamento legimus, « ædificabant sibi casulas propè fluenta Jordanis, et turbis urbium derelictis, polentâ et « herbis agrestibus victitabant. »

Alleg. Tertull. lib. contra Judæos cap. 13, per aquas Jordanis accipit baptismum ; per lignum, crucem Christi ; per ferrum, dura peccatorum corda. « Quid, inquit, manifestius « hujus ligni sacramento, quòd duritia hujus « seculi mersa in profundo erroris, et à ligno « Christi, id est, passionis ejus in baptismo « liberatur, ut quod perierat olim per lignum « in Adam, id restitueretur per lignum Christi? » Sic et S. Ambr. l. 2 de Sacram. c. 2 : « Ecce, « inquit, aliud genus baptismatis. Quare ? quia « omnis homo ante baptismum, quasi ferrum « premitur atque demergitur. Ubi baptizatus « fuerit, non tanquàm ferrum, sed tanquàm « jam levior fructuosi ligni species levatur. » Et mox : « Vides ergo quòd in cruce Christi « omnium hominum levatur infirmitas. »

S. August. verò serm. 210 de Temp., per fluvium accipit fluentes voluptates et concupiscentias, ex quibus nos mersos liberat Eliseus, id est, Christus per lignum crucis. « Securis « illa, inquit, in profundo jacebat, quia genus « humanum in omnium criminum abyssum in« felici ruinâ corruerat, sicut scriptum est : « *Infixus sum in limo profundi.* Et iterùm : *Deveni « in altitudinem maris, et tempestas demersit me.* « Fluvius enim ille, ubi securis cecidit, signi« ficat præter fluentem et fugitivam, et in abys« sum descendentem voluptatem, vel luxuriam « seculi hujus. Fluvius enim à fluendo nomen « accepit. Et quia omnes peccatores transitoriis « voluptatibus inhærentes, fluere dicuntur, « ideò securis illa in fluvio et in limo jacebat « oppressa. » Pergit deinde ad Eliseum, id est, Christum Salvatorem : « Veniens verò Eliseus « misit lignum, et natavit ferrum. Quid est « lignum mittere, et ferrum in medium pro« ducere, nisi patibulum crucis ascendere, et « de profundo inferni humanum genus erigere, « ac de omnium peccatorum limo per crucis « mysterium liberare? Postquàm verò natavit « ferrum, misit manum propheta, et recepit « illud, et rediit ad utiles usus domini sui. Ita « et de nobis factum est, dilectissimi fratres, « qui de manu Domini superbiendo cecidera« mus, per crucis lignum iterùm ad manum « vel ad potestatem Domini redire meruimus. « Et ideò quantùm possumus, cùm ipsius ad« jutorio laboremus, ne iterùm superbiendo de « manu Domini corruamus. »

S. Irenæus autem, lib. 5, cap. 17, per ferrum accipit firmum Dei verbum, quod per lignum (comedendo ex ligno scientiæ boni et mali à Deo vetito Genes. 3) negligenter amiseramus, nec inveniebamus, sed per lignum crucis Christi recepimus. « Quòd autem securis « similis sit verbo Dei, inquit, docet Joannes « Baptista dicens : *Jam autem securis ad radicem « arborum posita est*, Matthæi 3. »

Anagogicè Beda : Sicut ferrum aquis mersum Eliseus reduxit ad manubrium, sic Christus corpus suum aquis passionis et mortis demersum revocavit ad vitam. Idem faciet nobis in communi omnium resurrectione. Corpus enim nostrum instar ferri est durum, grave, frigidum, ferruginosum, et pronum ut in abyssum ruat ; sed Christus ferro huic contrarias dotes corporis gloriosi inseret, illudque quasi igniet, ut sit clarum, agile, leve, subtile, impassibile, gloriosum. (Corn. à Lap.)

loco, et diversos religione populos assiduum esse solet. Cùmque insidias, quas opportuno loco constituerat Syrus, declinâsset rex Israel, neque quicquam tentaret, quod haberet successum, ejusque causam Eliseum esse cognosceret, cujus oculos aut intelligentiam ipsius consilia non laterent, statuit omninò tollendum esse de medio. Erat tunc Eliseus in Dothan, quam equis et curribus undique circumdedit Syrus, ne ullo modo, qui ibidem erat inclusus, Eliseus haberet effugium.

Vers. 15. — Consurgens autem diluculo, minister viri Dei egressus vidit exercitum. Hic minister non erat Giezi, ut paulò ante diximus, sed alius puer, cui, ut apparet, non erat explorata satis Elisei virtus; alioqui neque timeret adeò, neque tam ploraret infantiliter, quasi jam esset actum de suo ac domini capite. Quem consolatus est Eliseus, affirmans multò plures esse, multòque fortiores, qui defendunt, quàm qui obsident et oppugnant civitatem. Cùm autem adhuc timeret puer, cùm videret hostes et multitudine innumerabiles, et armis egregiè ad omnem contentionem instructos, neque contra stare, qui arcere possent, aut sustinere illorum impetum, oravit Dominum Eliseus, ut clausos, aut hebetes aperiret oculos pueri, ut sciret quàm non esset timendum à mortali manu, umbratilique Syrorum acie, cùm sese opponeret è cœlo multò potentior et numerosior acies, cujus comparatione nihilomagis poterat adversaria potentia, quàm spuma gracilis, quæ dissipatur à vento, aut aridæ stipulæ, quæ ab igne momento temporis rediguntur in cineres. Atque ideò objecti sunt equi, et currus ignei, et eorum item ignei ascensores, ut eorum significaretur et vis acerrima ad pugnandum, et celeritas maxima ad conficiendum id quod essent aggressi. Sicut ignis, qui materiam, quam habet obviam, celeritate maximâ corripit, et ita consumit, ut nullum interdùm superioris formæ vestigium relinquat. Sanè in igne dùm materiam arripit aridam, explicari solet vis et celeritas. Sic Sap. cap. 3, v. 7, de justis : *Sicut scintillæ in arundineto discurrent.* Hæc porrò angelorum erat acies, qui igneum corpus, aut speciem sumpserunt ex aere, quam adolescentuli oculis objecerunt. Tales justi secum habent custodiam, dùm pro Dei causâ cum adversariâ potestate suscipiunt certamen. De quâ Psal. 33, v. 8 : *Immittet angelus Domini in circuitu timentium eos.* Hebraicè, *castra metabitur.* Talem custodiam habuit Jacob, quando illi magno stipatus comitatu occurrit Esaü, Genes. 32; cùm enim non minùs timeret fratrem, cujus priùs audierat minas, et quem adhuc antiquum retinere animum suspicabatur, Deum sibi adfuisse sensit, et angelorum misisse castra, quæ confirmarent languentem animum, et quæ quadringentis viris, quos secum frater afferebat, opponeret : *Fueruntque ei obviàm angeli Dei, quos cùm vidisset, ait : Castra Dei sunt hæc.* (1)

(1) Vers. 10. — Præoccupavit eum, et observavit se ibi non semel, neque bis. Regem Israelis insidias illas prævenisse, locis occupatis ubi locandæ erant, Hebræus textus non exprimit, sed solùm : *Monuerat eum vir Dei, et observavit ibi se non semel, neque secundò.* In Arabico legimus regem Israelis misisse suos, ut in iis locis manerent, denuntiatumque illis fuisse, ne eò pertransirent, nec semel, nec iterùm. (Calmet.)

Vers. 12. — Dixitque unus servorum ejus. Abulensis putat hunc fuisse Naaman, quem Eliseus à leprâ curârat; sed videtur incredibile, quòd ipse Eliseum sibi tam beneficum regi prodiderit, uti sub initium c. 8 fatetur Abul.

Eliseus propheta qui est in Israel, indicat regi Israel omnia verba quæcumque locutus fueris in conclavi tuo. Spiritus enim prophetiæ est cognoscere tam arcana, absentia et remota, quàm futura prædicere. Utrumque enim eamdem virtutem requirit, scilicet opem et revelationem divinam. (Corn. à Lap.)

C'est le prophète Elisée qui découvre au roi d'Israël tout ce que vous dites en secret dans votre chambre. Un savant théologien (Estius), admirant de quelle sorte Elisée découvrait les choses les plus secrètes, et semblait voir toutes choses, comme s'il avait été présent partout, remarque, contre les impies et les hérétiques, qu'on doit être convaincu, par ces exemples, que les saints qui sont dans le ciel avec Jésus-Christ, peuvent aisément connaître les prières des fidèles, quoiqu'ils ne soient pas personnellement présents parmi eux, puisque si un homme étant encore engagé dans un corps mortel, a pu connaître tous les secrets d'un prince étranger, et découvrir tous les artifices de son conseil, les âmes des saints qui sont dépouillés de leur chair, et présentes devant Dieu, peuvent sans comparaison plus facilement et plus clairement voir en lui, comme en un miroir, toutes les choses qui les regardent, en quelque manière que ce soit. (Sacy.)

Vers. 13. — Ecce in Dothan. Idem est locus ac Dothain, de quo Genesis 37, 17. Constituit illum Eusebius in Locis, ad septentrionem Samariæ. (Calmet.)

Vers. 16. — Noli timere; plures enim nobiscum sunt, quam cum illis. *Plures,* nimirùm angeli, qui pro Deo et sanctis ejus, quasi cœlestes acies innumeræ et fortissimæ militant, ob quas ipse vocatur *Deus Sabbaoth,* id est, *exercituum,* juxta illud psalmi 33 : *Immittet* (Hebr. *chone,* id est, *castra metabitur*) *angelus Domini in circuitu timentium eum.* Sic de Jacob fugiente Esaü dicitur Genes. 32, vers. 1 : *Fue-*

runtque ei obviàm angeli Dei, quos cùm vidisset, ait : Castra Dei sunt hæc. Sic angeli pugnârunt pro Mose et Hebræis contra castra Pharaonis in mari Rubro, Exodi 14. Unde S. Ambr. serm. 1 de Eliseo : « Divinus timor, inquit, « terrorem à nobis expellit hostilem. Arma « autem hæc nostra sunt, quibus nos Salvator « instruxit, oratio, misericordia atque jeju- « nium. Jejunium enim meliùs quàm murus « tuetur; misericordia faciliùs liberat quàm « rapina, oratio longiùs vulnerat quàm sagitta. « Sagitta enim non nisi proximè conspectum per- « cutit adversarium, oratio autem etiam longiùs « positum vulnerat inimicum. » Et paulò post : « Mira res, plures è cœlo defensores meretur « sanctitas, quàm in terris oppugnatores ad- « duxit improbitas. » Causam subdit : Scire « enim debet, quòd adversarii meritis magis « quàm virtute vincuntur, et non tam virtute « quàm sanctitate superantur, sicut sanctus « Eliseus hostes suos non armis superabat, sed « oratione vincebat. » (Corn. à Lap.)

Elisée lui répondit : Ne craignez point, car il y a plus de gens armés avec nous, qu'il n'y en a avec eux. En même temps, faisant sa prière, il dit à Dieu : Seigneur, ouvrez-lui les yeux, afin qu'il voie. Le Seigneur ouvrit les yeux du serviteur, et il vit aussitôt une montagne pleine de chevaux et de chariots de feu qui étaient autour d'Elisée. « O foi de ce saint prophète, s'écrie « saint Ambroise ! Il ne craint point tous les « ennemis qui l'environnent, parce qu'il est « assuré que les anges sont autour de lui pour « le défendre. Combien les yeux spirituels « voient-ils avec plus de pénétration que les « yeux charnels? Et combien la sainteté mé- « rite-t-elle de recevoir plus de défenseurs du « côté du ciel, que la malice des hommes ne « lui suscite de persécuteurs? Telle est la « grande bonté de notre Sauveur, de procurer « notre salut sans se montrer à nos yeux, et « se faire sentir plutôt en nous comblant de « ses grâces, qu'en se faisant voir à nous. Et « ainsi ceux-là se trompent qui s'imaginent que « lorsqu'ils ont réussi en quelque entreprise, ç'a « été par un effet de leur force. Car il faut qu'ils « sachent que c'est le mérite de la vertu, et « non la force, qui nous fait vaincre nos en- « nemis; comme Elisée surmonta alors les « siens, non par la force des armes, mais par « sa prière. On ne doit pas néanmoins s'éton- « ner, dit encore le même Père, qu'un si « grand saint ait mérité de recevoir ce secours « du ciel, puisque son esprit était sans cesse « dans le ciel même. Car s'il est vrai, comme « dit l'Apôtre, que nous conversons dès cette « vie dans les cieux, les esprits célestes peu- « vent bien aussi converser dès à présent avec « nous, puisque la conversation est un lien « qui unit ensemble ceux qui paraissent d'ail- « leurs séparés, et qu'ainsi les saints étant « tous liés entre eux par un commerce tout « spirituel, tantôt les anges viennent sur la « terre parmi les hommes, et tantôt les hom- « mes s'élèvent au ciel avec les anges. Saint « Jean Chrysostôme dit aussi dans le même « sens que saint Ambroise, qu'Elisée avait si « parfaitement renoncé à toutes les choses de « cette vie, à toute la gloire, à toute la puis- « sance et à toute la grandeur du monde, qu'il « mérita que le royaume du ciel fût ouvert « devant ses yeux, et qu'il fut digne de voir « ce que nul autre n'avait jamais vu, c'est-à- « dire une montagne toute pleine de chevaux « et de chariots de feu. Car celui, ajoute-t il, « qui est dans l'admiration des choses pré- « sentes, se rend indigne de voir les choses « futures. Mais lorsqu'il méprise tout ce qu'il « voit dans le monde, le regardant comme une « ombre et comme un songe, il est en état de « jouir dès à présent des choses qui sont vrai- « ment grandes et spirituelles. »

Le serviteur d'Elisée manquait de ces yeux spirituels, qui sont attachés à une grande pureté de cœur. C'est pourquoi, dans la crainte que lui cause la vue des Syriens qui l'environnaient, il eut besoin que son maître, pour le rassurer, demandât à Dieu qu'il daignât ouvrir ses yeux, afin qu'il pût voir cette armée céleste que Dieu opposait à ses ennemis, et qui couvrant la montagne environnait Elisée. On demande quelle était cette montagne, et comment tous ces chevaux et tous ces chariots de feu qui la remplissaient, pouvaient être autour d'Elisée, puisqu'il était dans la ville de Dothaïm. Mais cette montagne, pouvant être celle sur laquelle la ville même était située, il est aisé de comprendre que toute cette armée céleste qu'il plut à Dieu de faire voir à ce serviteur sous la figure de chevaux et de chariots de feu, conformément à la portée de ses sens, environnant Dothaïm où Elisée était renfermé, environnait en même temps ce saint prophète. Ou bien, selon que l'explique un interprète, c'était seulement une vision dans laquelle Dieu représentait au serviteur d'Elisée, son saint maître, sur une montagne toute environnée des esprits célestes qui le protégeaient contre la mauvaise volonté de ceux qui voulaient le prendre. Saint Jérôme dit que l'on doit remarquer que ce serviteur vit bien des chevaux et des chariots, mais qu'il n'est point dit que dans ce grand nombre de chariots et de chevaux il y eût aucune personne qui les montât, parce que celui qui les conduisait était Dieu même, dont le Roi-Prophète a dit qu'il est assis sur les Chérubins, et que ce fut par de tels chevaux et sur un tel chariot qu'Elie fut enlevé dans le ciel, ainsi qu'on l'a vu auparavant. (Sacy.)

Vers. 17. — Et aperuit Dominus oculos pueri. « Non mirum, ait S. Ambr. serm. de « Eliseo, si oratio aperuit oculos, ut videret « exercitus; non mirum, inquam, si novos « inserit oculos, qui nova promeretur auxilia. « Aut cur non aciei producat obtutum, qui « acies instruxerat angelorum? Cur, inquam, « non oratione suâ hebetudinem pupillarum « detergeret, qui meritis suis caliginem nubium « penetravit? Necessariò ergo S. Eliseus hoc « facto ministro formidoloso præstitit securi- « tatem, cui jam refuderat claritatem. »

Et ecce mons plenus equorum et curruum igneorum, in circuitu Elisei. Angeli hos equos et currus specie ignis ex aere et nubibus ac radiis solis, appositè ad ignis colorem exhibendum per eas transparentibus effomârunt, ut Eliseo suam cœlestem naturam igneamque celeritatem, fortitudinem, vim et efficaciam repræsentarent, uti repræsentârant Eliæ in ejus raptu. Spiritûs enim Eliæ successor et

VERS. 18. — PERCUTE, OBSECRO, GENTEM HANC CÆCITATE (1). Ad preces Elisei percussit Deus illum Syrorum exercitum, eà cæcitatis specie quæ ἀορασία dicitur, et secundùm alios ἀκρισία, cùm homo aliquid videt, illud tamen, quid sit, discernere non potest. Qualis fuit Sodomæorum cæcitas, qui cùm viderent alia, portam tamen Loth videre non poterant; aut ita videbant, ut tamen ab aliis portis, aut etiam à solido continuoque pariete non distinguerent. Hanc Septuaginta ἀορασίαν vocant. Cùm autem interpretes nullam haberent Latinam vocem, quâ hujus significationem exprimerent, cæcitatem reddiderunt. De quibus sic Aug. lib. Quæst. in Genes. q. 43: « Viros, qui erant ad « ostium domûs (Loth) percusserunt cæcitate. « Græci habent ἀορασία, quod magis significat, « si dici potest, avidentiam, quæ faciat non vi« deri non omnia, sed quod non opus est. « Hac ἀορασία, et illi percussi sunt, qui quæ« rebant Eliseum. » Et idem Aug. lib. 22 de Civitate cap. 19: « Cùm aliquid non videtur, « quamvis adsit, à quibus alia quæ pariter ad« sunt, videntur, sicut illam claritatem dici« mus adfuisse, non visam, à quibus alia vide« bantur, ἀορασία Græcè dicitur, quod nostri « interpretes Latinè dicere non valentes lib. « Genes. 19, cæcitatem interpretati sunt. Hanc « enim passi sunt Sodomitæ, quando quærebant « ostium justi viri, nec poterant invenire. Quæ « si cæcitas fuisset, quæ fit, ut nihil possit vi« deri, non ostium, quo ingrederentur, sed « duces itineris, à quibus inde abducerentur, « inquirerent. » Hæc eadem Augustini ratio valet etiam in hanc Syrorum cæcitatem; neque enim, si cæci omninò forent, Eliseum quærerent, quem videre non possent, sed potiùs viæ duces, quæ ipsos in loca, unde nuper exierant, sine errore deducerent. Videbant igitur Eliseum, quocum loquebantur; videbant Dothan, ubi tunc Eliseum esse audierant; sed neque illam Dothan, neque hunc Eliseum esse putabant; quia alia Elisei, alia Dothan, in illorum oculos species incurrerat.

VERS. 19. — NON EST HÆC VIA, NEQUE ISTA EST CIVITAS: SEQUIMINI ME, ET OSTENDAM VOBIS VIRUM. Hìc non nemo mendacii arguere posset Eliseum, cùm neque illam diceret esse viam, quæ duceret ad civitatem, quam ipsi quærebant, neque illam esse Dothan, ubi tunc esset Eliseus, cùm omninò se res haberet contra. Abul. q. 17, cùm priùs refutâsset Lyræ sententiam, qui dicebat non esse civitatem illam Elisei patriam, sed Samariam, atque ideò in verbis prophetæ non esse mendacium, quia non negavit illam esse civitatem, ubi esset tunc Eliseus, sed illam esse Elisei patriam et familiare domicilium. Quòd verò Samariæ esset Elisei domus, probabat Lyra, quia, ut cap. præcedenti vidimus, puella Hebræa dixit uxori Naaman: *Utinam fuisset dominus meus ad prophetam, qui est in Samariâ!* Et infra: *Eliseus autem sedebat in domo suâ*, et tamen ibi erat sermo de civitate Samariæ. Quod optimè confutat Abul., quia Syri non quærebant Samariam, sed Dothan, in quâ erat Eliseus, at-

hæres fuit Eliseus; in eo ergo impletum fuit illud Dei promissum: *Ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu, et in gloriâ ero in medio ejus,* Zachar. 2, 5. Vide ibi dicta. Causam dat S. Ambr. serm. 2 de Eliseo: « Quid mirum, « ait, si is auxilia meretur è cœlo, cujus animus « semper in cœlo est, sicut ait Apostolus: « *Nostra autem conversatio in cœlis est?* Ergo « si nostra conversatio in cœlis est, et cœle« stium conversatio potest esse nobiscum, hoc « est, ut qui vitâ vivimus, angelorum rectè « consortium mereamur. Est ergo sanctè vi« ventibus quædam inter se cognatio, con« junctio atque societas, nec interest utrùm « in cœlis maneant, an in terris; angelici sint « habitûs vel humani, dummodò in iis sit ea« dem vita vel sanctitas. Conversatio enim « connectit, quos separat elementum, et diver« sis licet corporibus dividantur, iisdem tamen « actibus conjunguntur. Atque ideò fit ut san« cti sibi quodam consortio cohærentes, à se « invicem non discedant; et modò angeli ad « terras veniant, modò homines ad cœlestia « transferantur: ac profectu meliore quibus « vita communis est, incipiunt illis vivendi « etiam elementa esse communia. »
(Corn. à Lap.)

Mons Dothain, et assurgentes circùm colles speciem exhibuerunt oculis pueri, tanquàm obsiti essent armatis igne fulgurantibus, paratisque in auxilium Elisei. Cujusmodi erant fermè agmen illud, vel castra, quæ obviàm habuit Jacob redux è Mesopotamiâ, ad torrentem Jaboc, cujusmodi pariter fuissent legiones angelorum, quas Filius Dei evocare se posse in opem suam adversùs furentes Judæos asseruit. (Calmet.)

(1) Audi S. Ambr. serm. 1 de Eliseo: « Tunc « igitur oravit Eliseus, et omnem hostilem « exercitum cæcitate percussit. Non mirum si « adversariis cæcitatem intulit, qui famulo lar« gitus est claritatem; et si hostibus aufert « visum, qui ministro præstat aspectum. Ubi « sunt, qui dicunt, plus quàm preces sancto« rum, hominum arma posse? Ecce una oratio « Elisei totum exercitum vulneravit, et unius « prophetæ meritis omnis est hostium nume« rus captivatus. Quæ catervæ regum, quæ « turba militum talem victoriam perpetrârunt, « ut ita hostes prosternerent, ut de illis nullus « occumberet? Hæc est vera, hæc incruenta « victoria, ubi sic adversarius vincitur, ut de « vincentibus nemo lædatur. »
(Corn. à Lap.)

que ideò malè negavit illam esse civitatem, et ibi esse prophetam, cujus causa eò essent profecti.

Ille aliam adducit expositionem accommodatè non tam ad verba militum, aut regis Syriæ, quàm ad illorum desiderium et animum. Quærebant illi civitatem, ubi inventuri essent Eliseum, sed reverà, ut satis probavit eventus, invenerunt in Samariâ, quia cùm illum priùs juxta Dothan non agnovissent, propter ἀκρισίαν, perinde fuit ac si vidissent nunquàm. Quam expositionem etiam adhibuit Hugo, verbis tamen obscuris. « Quando, « inquit, verba proferuntur prophetice, vel « significativè, intelligi debent in sensu quo « fiunt, non quem faciunt. » Et tandem eò magis inclinat Abul. ut putet Eliseum tunc fuisse mentitum, officiosè tamen, vel non reputatum esse mendacium, quia illud dicebat incitante Deo, ut per ostensionem miraculi, magis esset Dominus gentilibus notus.

Mihi non displicet prior Abulensis explicatio; sed neque displiceret, si quis diceret non de civitate aut de homine, quæ coram habuêre milites illi, locutum Eliseum, sed de illâ hominis et civitatis specie, quæ se illorum oculis objecerat, quæ longè aberat à verâ civitatis et Elisei formâ. Ac si diceret, illam quam se videre putabant, non esse Dothan, quia longè alia erat, vera illius veritatis imago, licet materialiter, ut dicunt logici, civitatem viderent; sicut etiam cùm materialiter viderent Eliseum, formaliter tamen non videbant, quia non illius acceperant expressam imaginem; neque Eliseus promittit ostensurum se, quam quærebant civitatem; alioqui Samariam non ostenderet, de quâ ne cogitârant quidem, nisi ut illam effugerent, sed tantùm virum, cujus gratiâ venerant, quem ante non videbant, cùm tamen haberent præsentem, quia alienam illis formam objecerat, non suam, se tamen ostendit cùm sublatâ sensuum ἀκρισίᾳ, Eliseum esse cognoverunt, quem ante alium esse crediderant. Quare neque mentitus est Eliseus, cùm dixit, neque illam esse viam, quia longè aliam apparere fecit, quàm ipsi ante noverant, neque civitatem ex hoc solùm negavit, neque de civitate ullum præterea verbum. Promisit solùm se virum ostensurum, quem quærebant. Quod fideliter præstitit in Samariâ. Expende singula, et videbis nullum in his verbis apparere mendacium. *Non est*, inquit, *hæc via, neque ista est civitas. Sequimini me, et ostendam vobis virum quem quæritis.* Non dixit : ostendam civitatem quam quæritis.

VERS. 20. — CUMQUE INGRESSI ESSENT IN SAMARIAM, DIXIT ELISEUS : DOMINE, APERI OCULOS ISTORUM, UT VIDEANT. Hactenùs Syri ἀορασίᾳ seu ἀκρισίᾳ laborabant, putabantque illam, quam ingressi fuerant viam, ducere in Dothan, cùm ibi omnia expectarent signa, quæ vel ipsi observâssent antea, vel ab aliis notata didicissent. Præterea cùm plurimùm Dothan dissimilis esset Samariæ civitati regiæ, in Samariam quam jam, Eliseo duce, fuerant ingressi, expressam quamdam imaginem spectabant Dothan, et captam jam civitatem, et Eliseum comprehensum arbitrabantur. Cùm autem clausi mœnibus tenerentur, ne possent effugere, et in mediâ plateâ, omnium oculis et telis expositi constitissent, ex eâ spe et gaudio quamprimùm exciderunt. Oravit enim Eliseus Dominum, ut cæcis illis, aut qui non procul aberant à cæcis, oculos restitueret, et verè, sicut antea de rebus judicarent : quod cùm essent ex inopinato consecuti, in eum se locum deductos agnoverunt, unde sibi ad libertatem et fugam, aperiendum aditum desperabant. Quid enim facerent homines, licet multi numero, turbati tamen et impediti, et eo in loco ubi ut maximè cuperent, commovere se non possent, neque tractare utiliter arma, cùm contra se omnes Samariæ vires et arma intenta, et animos similiter infensos viderent; de quibus Chrysostom. tom. 1, homil. de Eliseo et Syrorum insidiis : « O vir« tus, inquit, admirabilis Dei : ducuntur cap« tivi, qui prophetam venerant captivare; de« tinentur ut rei, qui Dei hominem voluerant « detinere. Propheta sanctissimus non pu« gnat et vincit, non dimicat et subigit, etc. « Mox ut captivi exercitus civitatem ingressi « sunt, clauduntur portæ, occurrit populus, « rex festinat, stupent omnes, cuncti miran« tur. » Et cùm ad Elisei preces meliùs de suo progressu atque periculo judicarent, ἀκρισίᾳ sublatâ, qui priùs cùm essent cæci, aut etiam multò magis quàm cæci miserabiles, cùm se victores et fortunatos tunc censerent, quando minùs aberant à mortis periculo, *tunc reddito visu lamentantur et plangunt; tunc se captivos, tunc reos, tunc se morti jam proximos recognoscunt.*

In his ergo Syris imaginem quamdam intueri videor illorum, qui dùm humana curant et fugacia, dùm potentiorum aucupantur gratiam, et illorum studiis et libidini serviunt, felices se putant, quia quâdam ἀορασίᾳ et rerum quas ante oculos habent, ἀκρισίᾳ labo-

rant : at dùm illis Deus oculos aperit quos clauserat cupiditas, aut ambitio, aut alius quivis immoderatus affectus aut quibus falsæ rerum imagines illuserant, cùm in plateâ Samariæ ab hostibus undique conclusi, instare sibi sentiunt inopinatum exitium, in horâ videlicet extremâ vitæ suæ, *tunc reddito visu lamentantur et plangunt, tunc se captivos, tunc reos recognoscunt.*

VERS. 22. — NON PERCUTIAS, NEQUE ENIM CEPISTI EOS GLADIO ET ARCU TUO. Convenerat ad novum illud spectaculum cum rege Samariæ totus populus instructus armis, et qui facilè turbatum illum et impeditum exercitum conficere potuisset. Sed non audet rex Israel tentare aliquid, nisi Eliseo consulto, cujus operâ et precibus inexpectatum illum casum contigisse noverat. Quare rogat an sibi sive liceat, sive expediat, exercitum illum morti dedere, et illius clade Syrorum vires debilitare, et spiritus frangere insolentes et acres. Negat id Eliseus fieri licere, cùm in eas angustias redactus fuerit hostilis exercitus, non ab humanâ virtute, et bellico congressu, sed à divinâ manu. Non quia non liceret, aut fortassè esse posset ex usu ; sicut fecêre sæpè cum magno rei Israeliticæ progressu viri sancti, qui in illos sævierunt, quos ipsorum ferro Deus exanimatos, et penè constrictos tradiderat, ut Judic. 7, sub Gedeone, et lib. 1 Reg. c. 14, sub Jonathâ; sed quia Deus suam potentiam, ipsis etiam hostibus notam esse voluit, et tot habere illius in gentilicis populis præcones, quot fuerunt in illis Syrorum castris, et priùs inductâ ἀορασίᾳ in periculum vitæ certissimum adducti, et postea suo beneficio ex ipsius mortis faucibus extracti. Ita Chrysostomus supra : « Intercipitur, inquit, « virtus, si virtutis relator extinguitur; fru« stra signum apud nos, quod gestum est, « remanens ostenditur, si ipse signifer abole« tur ; discant, qui nesciunt, referant qui « senserunt, pergant ad suos, ad proprios re« deant, virtutes indicent Dei, potentiam re« ferant Domini. Nuntient, inquam, quæ « senserunt, qui nuntiare non poterunt, si « iidem qui senserant, occiduntur. » Et post pauca : « Dimittit Eliseus exercitus istos ad « suos ; dimittit, inquam, tot prædicatores, « quot habuit hostes, tot relatores virtutum, « quot homines hostium. Jam apud gentes Deo « negotium geritur, jam apud exteros veritas « comperta demonstratur. » Idem penè Theodoretus q. 20 : « Si interficiantur, non cogno« scetur magnitudo miraculi : sin autem re« vertantur sani ad eum, qui misit, ille quo« que discat Dei nostri potentiam. »

SED PONE PANEM, ET AQUAM CORAM EIS (1). In pane et aquâ per synecdochen, omne poculentum et esculentum intelligitur. Et quidem varia ciborum genera fuisse Syris apposita, constat ex eo quod statim subditur : *Apposita eis est magna ciborum præparatio,* qualis nimirùm regem decebat splendidum, in eâ maximè civitate, quæ caput erat regni, quæque, ut est verisimile, iis rebus abundabat, quæ sunt ad vitæ subsidia et splendorem necessariæ.

VERS. 23. — ET ULTRA NON VENERUNT LATRONES SYRIÆ IN TERRAM ISRAEL. Quomodò latrones et latrunculi, idem interdùm sint, qui milites, diximus supra, c. 5, in principio. Quomodò verò latrones Syriæ in Israelis terram non venerint ultra, cùm tamen constet venisse non longè post, explicuimus in nostris Com-

(1) Noluit Eliseus Syros licet hostes, occidi à rege Israel, sed benignè et lautè tractari, ut eos charitate superaret et ex inimicis amicos faceret, ut deinceps terram Israel non invaderent, nec prædarentur ; quod et fecerunt victi ab Eliseo, tum potentiâ, tum potiùs amore. Vide S. Chrysost. (vel quisquis est auctor : styli enim elegantia arguit fuissse Latinum, non Græcum) hom. de Eliseo et Syrorum insidiis detectis, tomo 1, ubi, inter cætera, ait de Syris : « Mirantur et stupent « sibi pro morte victum, pro interitu cibum, « convivium pro pœnâ parari. » Et inferiùs : « Fit tunc propheta sanctissimus gloriosus in « suis, gloriosior in alienis. Exhibet suis signa « virtutum, et alienis causas exhibet gloria« rum. Docuit prior inimicos foveri, docuit « primus debere hostibus parci, docuit adver« sariis pro pœnâ epulas exhiberi. » Deinde docet Eliseum fuisse typum Christi, unde subjicit : « O Dominum Christum, et in veteri« bus novum, et in novis exemplis veterem fi« guratum ! Eliseus sanctissimus claudit visum « et reserat ; cæcos efficit et illuminat; aspe« ctum adimit et condonat; persequentibus « adimit, et se sequentibus tribuit ; cæcos « efficit alienos, et videntes efficit in civitate « inclusos. Qui captivare prophetam venerant, « excæcantur; et qui capti jam fuerant, oculan« tur. Hujus utriusque veritas completur, ut « et figura Christi, et exemplum futuri populi « monstrarentur, ut jam fierent ex alienis pro« prii, ex inimicis amici, et ex hostibus sui. « Dimittit Eliseus exercitus istos ad suos ; « dimittit; inquam, tot prædicatores, quot « habuit hostes ; tot relatores virtutum, quot « homines hostium. » Denique concludit dicens : « Quod tunc temporis defuit, postmo« dùm completum esse per Apostolos in Pente« coste et deinceps, dicente Script. Psal. 18 : « *In omnem terram exivit sonus eorum, et in « fines orbis terræ verba eorum.* »

(Corn. à Lap.)

mentariis super Isaiam cap. 2, ad illud : *Et conflabunt gladios suos in vomeres*, ubi diximus *non ampliùs, non ultra*, et similia non significare semper aliquid perpetuum, sed aut quod diuturnum est, aut quod fieri solet, neque ita frequenter, neque eodem quo priùs, successu. Sic de his qui erant evangelico tempore, dicitur Isai. c. 2 : *Non exercebitur ultra ad prœlium*, et Gen. 35 : *Dictum est Jacob à Deo : Non vocaberis ultra Jacob, sed Israel erit nomen tuum*; et tamen, ut constat, sæpè post hæc vocatus est Jacob; et Evangelii tempore bella non defuerunt. Sed verè homines dicuntur non exercendi ad bellum, et Jacob non esse vocandus antiquo nomine, quia utrumque minùs sæpè accidit, quàm priùs : vide quid nos hâc de re capite præcedenti ad finem. Alii alias adducunt solutiones, quæ minùs videntur expeditæ, aut quia non probant, quod assumunt, aut quia non adeò curioso lectori satisfaciunt. Hæc explicatio placuit Abulensi q. 24, et Adriano Fino lib. 7, oppositione 5. Et fortassè verum est quod supra putat Abulensis, latrones dici non quoscumque milites, sed qui turmatim prædaturi aliorum fines ingrediuntur; nam qui cum rege aut imperatore sub signis merentur, latrones non vocantur. Quare licet rex Syriæ cum exercitu venerit contra Samariam, non tamen latrones venisse existimantur, sed milites. Aut certè cùm alii cum rege latrones fuerint in castris, non tamen isti quos sibi Eliseus beneficiis, et populo Israelitico demeruit.

VERS. 24.—CONGREGAVIT BENADAD, REX SYRIÆ, UNIVERSUM EXERCITUM SUUM, ET ASCENDIT, ET OBSIDEBAT SAMARIAM. Hic Benadad ille idem fuit, quocum eventu vario non semel congressus est Achab : qui cùm amplificare vellet imperium, quicquid habuit virium undecumque conscripsit, et Samariam Israelitici regni caput obsedit. Fuit autem usque adeò longa et gravis obsidio, ita dira atque obscœna fames, ut illa adhiberentur in cibum, quæ natura horret, et quæ sine nauseâ tangi aut spectari non possunt.

VERS. 25.—DONEC VENUMDARETUR CAPUT ASINI OCTOGINTA ARGENTEIS. Fecit illa pertinax Syrorum obsidio, ut humana consumerentur alimenta, et obsessos eò adigeret fames ut vulturino more putridis vescerentur cadaveribus, imò et stercore, quod faciunt canes et porci; et quod magis est miserandum et horribile, matres ipsæ naturâ molles, et in prolem indulgentissimæ, filiorum carnibus, quos suâ ipsæ manu priùs occidissent, acutam famem non tam explerent et levarent, quàm obtunderent. Fuerunt profanis tempora usque adeò angusta, propter hostium in obsidendo pertinaciam, ut homines è muribus magno interdùm pretio coemptis, ex serpentibus, ex his denique rebus, quas natura, quia inutiles, repudiavit et excrevit, alimenta paraverint. Vide Valerium Maxim. lib. 7, c. 6; illa tamen omnia pertulit Samaria, quæ omnibus seculis memorabile prodidit documentum.

Caput asini venumdatum dicitur octoginta argenteis, siclis videlicet, quos Græci stateres appellant, valentque trecentas et viginti drachmas, totidem videlicet Hispanicos argenteos. Lyra in capite totum animal significari putat : et quidem, ut sæpè à nobis usurpatum est, vulgari Hebræorum idiomate *caput alicujus* pro eo sumitur cujus est caput. Quo modo dicimus, *caput canis, caput colubri*, pro cane et colubro. Hinc tritum illud : *O præclarum caput, vile caput, caput liberum*, pro homine præclaro, vili et libero : et in re armentariâ et pecuariâ valdè familiare est. Cùm enim greges numeramus, numerata dicimus capita, et tot esse capita, quot sunt, verbi gratiâ, oves, boves, equi, etc. Hispani certè, cùm de gregibus est sermo, sic plerùmque loquuntur : *Diez mil cabeças, mil reses*. *Res* autem idem est, quod caput apud Hebræos, à quibus hanc vocem sumpserunt Hispani. De hâc re multa habemus in jure : unum pro multis exemplum accipe. Marcianus lib. 13 de Pignor. : « Gregi, « inquit, pignori obligato, quæ postea nascun« tur, tenentur, sed etsi prioribus capitibus « decedentibus totus grex fuerit renovatus, « pignori tenebitur. » Et Ulpianus lib. 3, digest. de rei Vendicatione. Marcellus lib. 4 digest. scribit : « Qui gregem habebat capitum trecen« torum, amisit centum, redemit totidem « aliena capita. » Unde tributum personale, capitale dicitur. Vide Petrum Gregorium, 1 p. Syntag. lib. 3, cap. 5, ex Num. 10. Non displicet Lyræ cogitatio; verumtamen placet magis, quod visum est communiter aliis, et probat vocis ipsius proprietas, quæ in capite intelligit id quod propriè sonat. Et quidem in eâ ciborum charitate nimis esset vile pretium, pro uno asino, qui conditus sale diù unam posset sustentare familiam, octoginta argenteorum, neque magna esset illa famis amplificatio. Neque mirum est tanti venditum esse unum asini caput, cùm teste Plinio lib. 8, c. 57, Valer. Max. lib. 7, c. 6, cùm Annibal

Casilinum obsideret, mus unus ducentis denariis emptus esse dicatur.

ET QUARTA PARS CABI STERCORIS COLUMBARUM QUINQUE ARGENTEIS (1). Quia in columbino stercore, nihil esse videtur esculentum, quodque vim habere possit alimenti, quidam non putant hìc significari columbarum excrementa, sed grana quædam, et arborum baccas, quas in gutturis vesicâ habent columbæ. Ita Lyra, cujus sententiam non improbat Historia Schol., Dionysius, Hugo. Columbis autem licet suos in urbe, cùm omne esculentum deerat, nidos haberent, tamen quia extra mœnia egressæ sua foris ex agris alimenta portabant, satis erat cibi. Hoc fortassè verum. Sanè non improbabile; verumtamen verborum non est deserenda proprietas, ubi ipsa rerum difficultas, aut contradictio non cogit. Sanè, ut animalia quædam sunt, quæ aliorum stercore pascuntur, ut quotidiè videmus, neque in illo deest aliqua nutritiva et esculenta materia; sic etiam in columbino stercore aliquid est reliquum de confecto cibo, quod non appetit, aut concoquit columbarum, hominum tamen natura non respuit, imò quod salutares

(1) Quarta pars cabi continebat hemisextarium, quartam pintæ partem cum digito cubico, et ampliùs aliquantò. Ea mensura stercoris columbarum plena, venibat siclis quinque, id est, libris octo circiter monetæ nostratis. Sed quorsùm stercus illud columbarum, ad extremam illam famem leniendam? Sunt qui credant, usum ejus fuisse ad ignem, alii ad saliendum, alii ab cibum, alii ad stercorandum.

Qui in usum cibi adhibitum censent, rem exemplis non carere dicunt. Rabsaces minitatur Judæis, redigendos fore illos in tantam rerum angustiam, ut stercore suo vesci cogantur. Constat utique, stercus merularum ac turdorum valere ad alendos saginandosque boves et porcos : *Ego arbitror præstare ex aviariis turdorum, ac merularum, quod non solùm ad agrum utile, sed etiam ad cibum, ita bobus ac suibus, ut fiant pingues.* Cur igitur dira fames non adegerit homines ad cibum, quo bruta saginantur? An stercus columbarum minùs nutrit, quàm merularum et turdorum? Accidit interdùm, ut strictæ obsidione urbes offerrent in cibum coria clypeorum, calceorum, lora, nervos et fœnum vetus, quin et in sordidis quibusque locis quæsita sunt sordidissima quæque ac fœtidissima, ut misero cibo vita sustentaretur. De Druso in carcerem dato tradit Suetonius : *Druso adeò alimenta subducta, ut tomentum è culcitâ tentaverit mandere.* Quis tamen in animum induxerit, ut in fame licet desperatâ, empta fuerit pretio stercoris columbarum octava pintæ pars et aliquantò ampliùs in usum cibi! Quis ignorat, nihil in iis excrementis esse aptum quo alamur? cùm enim columba avis sit omnium, quas noverimus, calidissima, strenuè cibum digerit, nec dimittit nisi stercus aridissimum, omni succo destitutum. Quæ Judæis nuntiabat Rabsaces, thrasonicæ erant minæ; et si fortè famis rabies ad extremum aliquod interdùm adegit, nunquàm tamen factum est, ut satis præmeditato consilio emerentur in cibum res ad alendum ineptissimæ.

Fatemur equidem, stercus columbarum fomentum esse ignis, atque cogente necessitate ad cibos decoquendos valere potuisse. Scitum est, alicubi vaccæ stercore vel cameli pabulum ignis præberi; et apud Turcas publica balnea stercore cameli vel capræ incenso igne calescere. Sed quorsùm hæc exempla ad probandam extremam illam, quâ Samaria tenebatur, famem? Insuper credibilene est, defuisse adeò in totâ hâc vasti ambitûs urbe struem lignorum cæteraque ignis fomenta, ut cogerentur incolæ tam charò emere in eum usum parvam quantitatem fœtidissimi hujus excrementi?

Arbitrantur alii, eo fimo usos fuisse ad stercorandos agros et hortos intra urbem comprehensos; quasi scilicet ad stercorandum opus fuisset emere octavam pintæ partem stercoris pretio octo librarum, id est, multò chariùs quàm vendi potuissent radices et stirpes eo stercore fovendæ.

Josephus et Theodoretus stercus illud pro sale adhibitum fuisse censent : verùm, esto, salem in iis excrementis contineri, quantâ difficultate, quantis sumptibus et sudore opus fuisset, ut ejusmodi saltem terrestri et insipidâ materiâ defæcaretur? Docent Thalmudistæ, Samariæ olim frequentissimas fuisse columbas, edoctas volare per arva, atque ingluviem replere tritico, quod domum reduces regerere cogebantur. Porrò de frumento ita à columbis reddito sermonem esse hìc, ejusmodi præclari doctores tradunt : sed ineptiam hujus fabellæ nemo non sentit, atque ipsa se satis superque refutat.

Junio et Fullero alia succurrit interpretatio textûs Hebræi, minùs utique probabilis, ferens, ventrem et interiora columbæ pretio quinque siclorum vendita fuisse Samariæ. Opinionem hanc, quæ minores conatus exegisset, fusiùs et operosiùs refutat Bochartus. Deinde sententiam suam proponit, docens voces originales reverà quidem stercus columbæ exprimere; quod tamen nomen longè aliud designare affirmat, quàm quod solet apud nos intelligi. Arabes enim stercus columbarum vel passeris duo prorsùs diversa appellant, muscum nempe quemdam arboris, vel terræ calculosæ, ciceri persimilem, cui vis inest refrigerandi, et quo unà cum melle vinum conficitur. Genus alterum stercoris columbarum legumen est, ad classem cicerum referendum. Appellant Arabes *Usnen* vel *Kali*, rediguntque in pulverem astringentem et detersivum, nuncupatum *Salem Alkali* : creditur autem herba hæc Kali eadem esse ac nostratum *Soude*, cujus cineres liquescunt in vitrum; *Usnen* recensent scriptores Arabes inter ciceres, atque Hebræi nomen *Kali* tribuebant tosto ciceri, cujus frequens erat olim apud veteres, et nunc pariter communis est usus in Oriente. Postrema hæc sententia, cujus argumenta fusiùs apud auctorem habes deducta, meritò retinenda est. (Calmet.)

habet et non insuaves escas. Quod in aliis animalibus facit natura, id in homine facit necessitas, et illa fames quam Virgilius lib. 3 Æneid. *obscœnam* vocavit, quia homines, ut docet ibi Servius, ad obscœnas et indecoras epulas compellit, et lib. 6, *malesuadam*, quia nihil est tam inhumanum et fœdum, ad quod non invitet, imò trahat fames et dira necessitas. Sunt qui dicunt cum Josepho non adhiberi columbarum stercus ad cibum, sed ut ciborum esset condimentum, sicut sal. Alii emi stercus illud, ut eo ad coquendos cibos pro lignis uterentur obsessi; sed ista satis suam fidem et veritatem produnt.

VERS. 26. — CUMQUE REX ISRAEL TRANSIRET PER MURUM, MULIER QUÆDAM EXCLAMAVIT AD EUM, DICENS: SALVA ME, DOMINE MI REX (1). Ascendit rex murum, ut videret an satis diligenter vigilarent excubiæ, et an satis alii fideliter datas sibi stationes tenerent, aut ut inde hostium exploraret castra; aut alias ob causas, quibus in eo rerum articulo providere debent qui reipublicæ præsunt. Quem mulier quædam adiit, et magno clamore et femineo ululatu regem alloquitur, illumque suarum injuriarum vindicem appellans, ait: *Salva me, ô rex.* Puto hanc esse familiarem formam, quâ homines aut in afflictâ fortunâ, aut cùm à fortiori premuntur adversario, qui jus nostrum obtinere non sinit, patronos advocamus, et illorum, ut nulla contra jus et fas inferatur injuria, imploramus auxilium. Sic qui res suas ab alio iniquè sublatas judicio repetit, optimè, meo judicio, diceret: *Salva me, judex*, quia nisi meum jus te vindice juxta leges obtineo, mihi pereundum est. Neque mihi videtur improbabile, hoc loquendi modo aliquid honoris ab inferiori ordine superioribus deferri. Unde sæpè in salutationibus usurpabant Hebræi, *Hosanna*, id est, serva, obsecro. Cùm autem hic dicendi modus ad varios pateret et adhiberetur sensus, quia multis modis salvare alios aliquis potest, vel judicio, cùm bona alicui restituuntur ablata, vel armatâ manu, cùm armatus imminet adversarius, vel certè porrecto cibo, cùm gravis urget fames; rex, ut apparet, in posteriorem hunc sensum accepit hanc mulieris sive obsecrationem, sive querelam, quasi panem peteret, aut aliud quodvis deficientis naturæ subsidium. Quod ipse præstare non poterat, cùm non minùs quàm illa premeretur angustè. Offensus illâ tam intempestivâ imploratione respondit, id quod homines cùm exulcerato sunt animo, cum fastidio et stomacho: *Non te salvet Deus.* Quod dicunt in eodem affectu, et cum eodem stomacho profani: *Dii te perdant, dii tibi malefaxint*, et similia.

VERS. 27. — UNDE TE SALVARE POSSUM, DE AREA, VEL DE TORCULARI (1)? Putabat rex optare, atque exigere feminam esculentum aliquid, aut poculentum: cùmque in areâ et horreis, in torculari, et doliis horum nihil haberet,

(1) Des critiques prétendent, dit Voltaire, « que cette aventure (celle des deux femmes de « Samarie) ne peut être arrivée comme elle « est rapportée dans le quatrième livre des « Rois. Il est dit dans ce livre que le roi d'Israël, en passant par le mur ou sur le mur « de Samarie, une femme lui dit: *Sauvez-moi, « seigneur roi; et le roi répliqua: Que veux-tu? « Elle répondit: O roi, voici une femme qui m'a « dit: Donnez-moi votre fils, nous le mangerons « aujourd'hui, et demain nous mangerons le « mien.* » etc. « Ces censeurs prétendent qu'il « n'est pas vraisemblable que le roi Bénadad « assiégeant Samarie ait passé tranquillement « par le mur ou sur le mur de Samarie pour « y juger des causes entre les Samaritains. »

Assurément *cela n'est point vraisemblable*, cela choque au contraire toute vraisemblance, qu'un roi ennemi assiégeant une ville ennemie *ait passé tranquillement par le mur ou sur le mur de cette ville pour juger des causes entre ses habitants;* c'est bien ce qu'on peut imaginer de plus absurde. Mais cette absurdité n'est point dans le quatrième livre des Rois. Ce livre marque expressément que ce fut au *roi d'Israël* que ces deux femmes s'adressèrent. Ce livre est-il responsable de ce que des critiques, ou ignorants ou de la plus insigne mauvaise foi, confondent ce qu'il a parfaitement distingué, à savoir le roi d'Israël d'avec le roi de Syrie?

« Il est encore moins vraisemblable que « deux femmes ne se soient pas contentées « d'un enfant pour deux jours: il y avait là « de quoi les nourrir quatre jours au moins. »

Ces critiques savent sans doute de quel âge et de quelle grandeur était cet enfant; et ils ont exactement calculé ce que peuvent manger en quatre jours deux femmes dévorées depuis long-temps d'une faim cruelle.

Voilà comme raisonnent les habiles censeurs de nos divins livres. Qu'ils sont bien dignes de la confiance de leurs lecteurs! (Duclot.)

(1) NON TE SALVAT DOMINUS: UNDE TE POSSUM SALVARE? DE AREA, VEL DE TORCULARI? Veteres quidam codices ferunt: *Non salvet te Dominus: unde te possum salvare?* Quod congruit Hebræo et Septuaginta, retineturque à doctis pluribus interpretibus. Perdat te Deus, ô infelix caput! quomodò vis ut tibi salutem procurem? non vides imparem me esse ut te juvem? Biblia quædam vetera impressa alium sensum, quanquàm eadem verba, reddunt: *Salva me, domine mi rex. Qui ait: Non* (non valebo); *salvet te Dominus; unde te possum salvare?* Sed Vulgatæ interpretatio magis perspicuam sententiam reddit. (Calmet.)

repulit illam à se, quasi suæ et publicæ necessitatis ignaram. In areâ illâ intelliguntur, quæ grana continent, in folliculis inclusa, et quæ in areâ, plaustris aut tribulis teruntur, qualia sunt frumentum, hordeum, lupinus, cicer, et similia; in torculari, qui ex vite præcipuè, et si qui alii poculenti succi ex pomis, punicis malis et aliis plantarum fructibus exprimuntur. Cùm autem in pane et vino omnia intelligantur naturæ subsidia, quæ sunt à potu et cibo, puto tam vinum et aquam, quàm aream et torcular pro omni alimento figurâ sumi proverbiali.

Quid tibi vis? Apparet hunc regem præcipiti esse, atque iracundo ingenio, quod ut facilè à furore abripitur, sic etiam illo defervescente facilè sedatur. Malè aliquid precatus fuerat mulieri, quæ ab illo importunè salutem implorabat, brevi tamen se ab illo furore recipit, et à muliere rogat, ecquid velit à regiâ sive liberalitate, sive potentiâ et auctoritate præstari. Eodem modo, cùm paulò post omnia esset Eliseo minatus, dixissetque: *Hæc mihi faciat Deus, et hæc addat, si steterit caput Elisei super ipsum hodiè*, statim consedit furor, et mitiùs illum est allocutus.

Vers. 28. — Mulier ista dixit : Da filium tuum, ut comedamus eum hodie. Hæc est tota causa, quæ mulierem planè miseram ad regios pedes supplicem abjecit, ut quando suum ipsa filium occidisset, epulandumque tradidisset vicinæ suæ ex pacto, juberet ut staret promissis, et filium quoque suum juberet occidi. En crimen, en causa: vitam insectatur infantis, et sibi deberi ex pacto contendit infantile corpus. Exempla habemus aliquot diræ famis, quorum nonnulla paulò ante retulimus; sed nulla magis acerba, quàm quæ passus fuit populus Israeliticus, sicut illi minatus fuerat Deus, si quando à divinarum legum observatione recederet. Deut. 28. v. 53 : *Comedes fructum uteri tui, et carnes filiorum tuorum et filiarum tuarum.* Hoc autem accidit hìc, ut vides, et cùm à Chaldæis obsessa fuit Jerusalem, ubi non solùm parentes ex filiorum carnibus sibi parârunt cibos, sed etiam ex parentùm filii. Ezechiel. c. 5, v. 10 : *Patres comedent filios in medio tuî, et filii comedent patres suos.* Quod accidit tertiò cùm à Romanis in easdem angustias adducti sunt Judæi, ut auctor est Josephus lib. 7 de Bello, capite 8. (1)

(1) Permisit Deus Samaritas ad hæc extrema adigi, primò ad puniendum eorum schisma et idololatriam ; secundò, ut illustrior fieret sua ex iis liberatio, et Elisei illam promittentis prophetia. Sic Deus permittit homines subinde ad ipsa mortis limina pervenire, ut eò ferventiùs Deum invocent, ac Deus eos exaudiens majorem ab eis gratiarum actionem et laudem referat : quare in rebus naturaliter desperatis maximè sperandum est in Deo, qui illis solet succurrere. Audi S. August. Serm. 211 de Temp. : « Natum convertit in cibum, « quem Deus condidit in solatium. Sed post- « quàm ad funestas epulas ventum esset, altera « mulier alteram exhortatur : Recipe, inquit, « recipe, miseranda mater, in viscera filium « nuper visceribus procreatum; esto tui nati « sepulcrum, esto ejus corporis diversorium; « esto ejus, ut ita dixerim, monumentum; « intrà te paululùm comestus infans redeat, « qui per famem vivere jamjamque non pote- « rat. Recipiat nunc comestum uterus, quem « vivum ediderat partus. Repetat habitaculum « mortuus, unde nuper exierat vivus. »
(Corn. à Lap.)

Vers. 30. — Quod cum audiisset rex, scidit vestimenta sua, et transibat per murum (1). In

Vers. 29. — Coximus filium meum. Inauditam sævitiem ! terribile vindicis flagellum Numinis, quod ore Moysis prædixerat Israelitis, si quidem unquàm Deum desererent, futurum ut *comederent fructum uteri sui, et carnes filiorum suorum et filiarum suarum.* Crudelitatis hujus exempla quædam similia spectata sunt, tum in obsidione Hierosolymæ per Nabuchodonosorem, tùm in postremâ per Romanos.
(Calmet.)

(1) *Tout le monde vit le cilice dont le roi était couvert, et il dit : Que Dieu me traite dans toute sa sévérité, si la tête d'Elisée est sur ses épaules aujourd'hui au soir.* Quelle étrange pénitence d'un roi impie, qui se couvre d'un cilice, comme voulant apaiser la juste colère du Seigneur, et qui fait en même temps un serment terrible de faire couper la tête ce jour-là même au plus saint prophète qui fût alors, à cause qu'il ne détournait point de dessus la ville de Samarie ces fléaux épouvantables d'une guerre très-cruelle et d'une horrible famine. Ce prince insensé, dit un ancien Père, était en cela le vrai fils et l'imitateur de la cruauté d'Achab, son père, et de Jézabel, sa mère, et nous pouvons ajouter, de leur extrême folie, puisque, comme dit encore le même auteur, au lieu de prier, comme il aurait dû, ce saint prophète, d'offrir à Dieu ses prières et ses larmes, tant pour lui que pour son peuple, il menace de le tuer, comme s'il eût négligé, ou qu'il eût même volontairement méprisé de secourir Samarie dans cette pressante extrémité. C'était à lui-même qu'il devait attribuer la cause du malheur où il se trouvait, et il en accuse ce grand serviteur de Dieu, ou pour mieux dire, Dieu même. C'est la conduite assez ordinaire, non-seulement des impies, mais de beaucoup de Chrétiens, qui, étant pressés par le poids de quelque grande affliction, ne s'avisent guère de sonder leur cœur et le fond de leur conscience, pour reconnaître sincèrement si leurs crimes n'ont point attiré sur eux les fléaux de la divine justice, mais en accusent très-souvent les hommes. C'était aussi la coutume des païens, qui

dolore, quâcumque ex causâ ille nasceretur, discindebant Hebræi vestimenta sua, ut variis sæpè locis ante docuimus. Vide quæ nos supra lib. 2 Reg. cap. 14. Sed antequàm audisset illarum feminarum controversiam, et videret ad cædem posci miserum infantem, ut duarum matrum famem levaret, jam ipse vestem induerat cilicinam, quam ad extorquendam ab irato Deo misericordiam, maximum putavit habere momentum. Sic sanè fecerat non multò ante Achab, cùm graviter esset ab Eliâ reprehensus, lib. 3, cap. 25, v. 16. De hujusmodi luctu diximus plura lib. 2 Reg. c. 12, et in Commentariis nostris in Jonam, c. 3, ubi duorum regum legimus exempla quàm simillima, alterum Davidis, alterum regis Ninive, qui Deum sibi offensum afflicto corpore, et abjectâ regiâ majestate placârunt. Vide Commentarios nostros ad illud Joelis c. 2 : *Scindite corda vestra, et non vestimenta vestra.* Et licet occultum rex ad illud usque tempus cilicium gestaret appressum carnibus, cùm tamen fuerint vestimenta discissa, omnium oculis confestim apparuit. Quid sit cilicium, nemini dubium, vestimentum nempe asperum et rude, quod non tam foveat, tegatque corpus ad honestatem et mollitiem, quàm affligat et pungat. Dicitur autem cilicium, à Ciliciâ, ubi caprarum sunt numerosi greges, quæ vellus habent tonsile, ex quo vestes fiunt crassæ, et saga ad rusticos usus et cœli nubiumque molestias opportuna. Quia verò in capris hircisque pili sunt rigentes, quique à setis non admodùm differunt, fit ut vestes cilicinæ, quæ à capris hircisque, seu etiam interdùm à camelis materiam sumpserunt, non dicantur laneæ, quia lana mollior est quàm ut in caprarum pilos convenire debeat. Sic sanè Martialis lib. 14, epigr. 140, cujus titulus est, *Udones cilicini :*

Non hos lana dedit, sed olentis barba mariti :
Ciniphio poterit planta latere sinu.

Hoc nomen sæpè in Scripturâ sacrâ audimus, et caprarum pilos, ex quibus ad tegendum tabernaculum stragula texebantur cilicina. Exod. c. 26 : *Facies et saga cilicina undecim, ad operiendum tectum tabernaculi.* Cilicinum quoque fuit tegumentum illud quod sibi de camelorum pilis Joannes contexuit. Et quicquid jam è setis, sive equinis, sive bovinis, ad affligendum corpus homines pœnitentiæ gratiâ conficiunt, cilicium appellatur.

VERS. 31. — HÆC MIHI FACIAT DEUS, ET HÆC ADDAT, SI STETERIT CAPUT ELISEI. Miror quòd tam stomachetur rex in Eliseum, à quo nihil passus fuerat quod aut majestatem læserat regiam, aut aliquâ ratione ad statum illum angustum civitatis pertineret. Sed sanè qui tyrannico more rempublicam non tam moderantur quàm imperiosè vexant, non tam spectare solent quid ab illis ratio et æquitas exigat, quàm quid imperet nimis præceps et vesana libido, cui libentiùs obsequuntur quàm legi. Quidam ideò tam succensere regem putant prophetæ, quia cùm posset civitatem ab hoste liberare, sicut antea fecit, cùm hostes cæcos in medium civitatis induxit, et penè constrictos tradidit Samaritanorum armis, id tamen cùm civitas magis angustè premeretur, non facit, aut saltem aliquo alio modo civitatem ab obsidione non solvit, aut de vitæ naturali et necessario subsidio non providet. Ita Ambr. lib. 3 de Officiis. Aut etiam cùm tam videret legis et patriæ religionis amatorem, et in illos tam severum atque infensum, qui illam prodidissent, et cum vitulorum superstitioso atque nefario cultu permutarent, persuadere sibi potuit duram illam et obscœnam famem suis precibus exorâsse à Domino, ut vexatio daret intellectum, et qui à verbis propheticis noluerant, ab obsidione et fame disciplinam acciperent. Dicit etiam Ambr. ubi supra, nunc indignari regem vehementer Eliseo, quòd ipsi non permiserit illos occidere, qui cæci in Samariæ plateam fuerant ingressi, cùm tamen nullo negotio facere potuerit. Quæ illum ratio aut furor in vesanum illud consilium impulerit, mihi incertum est; illud scio non fuisse ante illum articulum meditatum, neque causam fuisse gravem, quando tam brevi revocavit mentem, et cui severè minatus fuerat capitale supplicium, illum statim mitiùs allocutus est, quod facilè suadet illum non tam à ratione duci, quàm à furore trahi.

VERS. 32. — ELISEUS AUTEM SEDEBAT IN DOMO SUA, ET SENES SEDEBANT CUM EO. Non lego Eliseum in Samariâ, intra illius nempe mœnia, habuisse collegium, ubi discipulos, sicut pluribus aliis locis, instituerat, sicut habuit propè Jericho in Carmelo et Galgalis. Existimo autem habuisse hospitium, sicut habuit in Suna, ubi Sunamitidis filium excitavit. Quia ergo hoc tempore, quo duravit obsidio, quod longum fuisse oportet, in certâ aliquâ domo commo-

rejetaient autrefois sur les Chrétiens la cause de tous les malheurs de l'empire, comme Tertullien le leur reproche très-justement, au lieu qu'ils devaient plutôt les attribuer à leur propre impiété et à leurs blasphèmes. (Sacy.)

ratus est, quam habuit pro suâ, ideò in illâ sedisse dicitur, et cum illo senes, qui illius delectabantur consuetudine, aut quia cum illo de communi re deliberabant. Est sanè in rebus angustis virorum sanctorum ad defendendos animos mœrore contractos potentissimus sermo, qui aut docet quid lateat commodi in eo quod videtur humanis rationibus esse contrarium, aut promittit brevem et expeditum exitum ab eo quod illi aut perpetuum aut diuturnum futurum esse crediderant.

Præmisit itaque virum. Cur rex hominem præmiserit ad Eliseum, non docet Scriptura: illud videtur certum, eo misisse consilio, ut commodiùs posset, quod ante minatus fuerat, amputare caput prophetæ. Id enim valet quod statim additur : *Numquid scitis quòd miserit filius homicidæ hic ut præcidatur caput meum?* Eò fortassè spectabat illa viri præmissio, ut doceret regem ubinam esset, an solus, et quid rerum ageret Eliseus, ut ipse statim subsecutus, faciliùs quod optabat perficeret. Quod videbat propheta, et ideò obserari ostium jussit, ne rex, qui nuntii sequebatur vestigia, in domum interiorem irrumperet. Aut certè missus est, ut prophetam occideret, quod cùm sciret Eliseus, jussit portam occludi tantisper, ut opinatur Abulens. q. 38, dùm dominus illius adveniret, qui aderat à tergo jam alienus à priori sententiâ, quam dùm paululùm à furore respirâsset, mutaverat. Quasi dicat : Si nuntium tantisper foris excludatis, nihil erit timendum, neque ab armato nuntio, neque ab irato rege. Nam rex qui illum proximus assequitur, jam mutavit animum, et ferrum extorquebit de nuntii manibus, cui id ante negotii dederat, ut caput meum præcideret. Quare perbrevis mora caput meum ab hostili ferro vindicabit.

Vers. 33. — Adhuc illo loquente, eis apparuit nuntius, qui veniebat ad eum, et ait. Obscurum est quisnam hic fuerit, qui locutus esse dicitur, nuntiusne, an rex, qui antegressum assectabatur nuntium. Josephus regem esse putat, qui simul cum nuntio, aut eo fortassè prior ingressus est; qui cùm animum exiguâ illâ temporis morâ jam mutâsset, compresso furore, à quo priùs rapiebatur ad prophetæ cædem, verba locutus est, et sana magis, et minùs quàm antea minacia : idem etiam putat Theodoretus q. 32, et mihi est penè certum, quia non priùs ingressus est nuntius quàm rex. Neque enim objectis portarum claustris intrare nuntius potuit, et rex qui eodem penè temporis momento adfuit, ut nuntium retardaret à cæde, prohiberi neque debuit, neque potuit. Sed præsente rege ipsius nuntium loqui neque urbanitas, neque observantia patiebatur. Hæc sententia placuit Abulensi q. 39; Lyræ, Dionysio, Cajetano, Vatablo, qui omnes dicunt adductum pœnitentiâ regem revocare voluisse spiculatorem ab Elisei cæde. *Filius homicidæ.* Filius erat Joram Achab et Jezabelis. Uterque homicida fuit, Achab quidem, quia occidit Naboth, et conscius fuit, aut etiam adjutor illorum prophetarum cædis, quos interfecit Jezabel, de quâ lib. 3, c. 18; Jezabel autem, quia et ipsa Naboth interfecit et prophetas, et nihil fecit reliqui, quo Eliam Elisei magistrum interimeret. Quare verè ab Eliseo vocatus est Joram homicidæ filius.

Ecce tantum malum est a Domino : quid amplius expectabo? Exposuit, opinor, Joram illarum feminarum controversiam, quæ proximè ad se delata fuerat. Quo nihil videbatur excogitari posse miserabilius, quàm eò, premente fame, adactas esse matres, ut filios laceratos et coctos in sua rursùs viscera reconderent. Ait ergo rex in eo esse statu rem Samaritanam, ut nihil esse videatur, quò fames, aut calamitas procedere possit ulteriùs. Aut certè nihil esse expectandum gravius, ut jam tandem oret ad Deum, ut respiciat populum tam durè vexatum, et rebus jam omninò cadentibus desperatisque subveniat. Et hæc posterior explicatio mihi probabilior.

Quærit Abulensis q. 42, quare non antea, cùm tot urgerent mala, pro populo non orârit propheta; et docet ideò omissum esse precationis officium, quia Deus jam antea dixerat, nihil impetraturas preces pro gente usque adeò sceleratâ profusas; sicut Ezechieli, c. 14, et Jeremiæ c. 15, dixit, si in peccatore populo essent viri quidam sanctissimi, Moyses, Samuel, Noe, Daniel, Job, nihil tamen effecturos esse, cùm contra ad cœlum usque peccatorum scelera clamarent. Jam forsan audierat id, quod Jeremias c. 7, v. 16 : *Tu ergo noli orare pro populo hoc, neque assumas pro eis laudem et orationem; et non obsistas mihi, quia non exaudiam. Nonne vides quod isti faciunt?* Et fortè jam Eliseus sæpiùs oraverat, nihil tamen obtinuerat, quia nondùm advenerat orationis maturitas; sicut oravit sæpè pro Saüle Samuel, et pro commisso sibi populo Moyses, neque tamen illi semper auditi sunt.

Mihi illud etiam videbatur non alienum à prophetico zelo, noluisse Eliseum orare ad illud usque tempus pro populo, quantùmvis

illum urgeret augustè Syrorum obsidio, quia illam vexationem opportunam esse noverat, ut cæcos aperiret oculos, et intellectum daret insipientibus. Sanè qui supra c. 2 pueris maledixit, qui statim ab ursis lacerati sunt, quia id spirituali tam ipsorum quàm parentûm saluti expedire censebat, idem cùm fame et ferro domari posse existimaret gentem cervicis duræ, et ad sanam mentem et officium adduci, non tam hebetare voluit orando, quàm acuere tribulationum aculeos. Neque eam ob rem judicari debuit inhumanus et durus, sicut neque pater, cùm filium flagello cædit, dùm distortum ingenium corrigere, et depravatos mores ad rectam regulam informare vult. Sanè Paulus molle cor habuit, et infirmabatur cum infirmis, et cum scandalizatis urebatur, et tamen 1 Cor. 5, non dubitavit fornicarium quemdam tradere Satanæ, cujus tyrannis erat multò magis quàm Syrorum acerbior, quia id putabat ad spiritualem illius salutem expedire. *Jam judicavi,* inquit, *tradere hujusmodi Satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit.*

CAPUT VII.

1. Dixit autem Eliseus : Audite verbum Domini : Hæc dicit Dominus : In tempore hoc cras modius similæ uno statere erit, et duo modii hordei statere uno, in portâ Samariæ.

2. Respondens unus de ducibus, super cujus manum rex incumbebat, homini Dei, ait : Si Dominus fecerit etiam cataractas in cœlo, numquid poterit esse quod loqueris ? Qui ait : Videbis oculis tuis, et inde non comedes.

3. Quatuor ergo viri erant leprosi juxta introitum portæ; qui dixerunt ad invicem : Quid hìc esse volumus donec moriamur ?

4. Sive ingredi voluerimus civitatem, fame moriemur; sive manserimus hìc, moriendum nobis est : venite ergo, et transfugiamus ad castra Syriæ ; si pepercerint nobis, vivemus; si autem occidere voluerint, nihilominùs moriemur.

5. Surrexerunt ergo vesperi ut venirent ad castra Syriæ. Cùmque venissent ad principium castrorum Syriæ, nullum ibidem repererunt.

6. Siquidem Dominus sonitum audiri fecerat in castris Syriæ curruum et equorum, et exercitûs plurimi; dixeruntque ad invicem : Ecce mercede conduxit adversùm nos rex Israel reges Hethæorum et Ægyptiorum, et venerunt super nos :

7. Surrexerunt ergo, et fugerunt in tenebris; et dereliquerunt tentoria sua et equos et asinos in castris, fugeruntque, animas tantùm suas salvare cupientes.

8. Igitur, cùm venissent leprosi illi ad principium castrorum, ingressi sunt unum

CHAPITRE VII.

1. Alors Elisée dit : Ecoutez la parole du Seigneur : Voici ce que dit le Seigneur : Demain, à cette même heure, la mesure de pure farine se donnera pour un sicle à la porte de Samarie, et deux mesures d'orge pour un sicle.

2. Un des chefs de l'armée, sur la main duquel le roi s'appuyait, répondit à l'homme de Dieu : Quand le Seigneur ferait pleuvoir des vivres du ciel, ce que vous dites pourrait-il être? Elisée lui répondit : Vous le verrez de vos yeux, et vous n'en mangerez point.

3. Or il y avait quatre lépreux près de la porte *de la ville;* ils se dirent l'un à l'autre : Pourquoi demeurons-nous ici, où nous ne pouvons attendre que la mort?

4. Si nous voulons entrer dans la ville, nous mourrons de faim ; si nous demeurons ici, nous ne pouvons éviter la mort; venez donc, et passons au camp des Syriens; s'ils ont pitié de nous, nous vivrons, et s'ils veulent nous tuer, nous mourrons, comme nous ferions ici.

5. Ils partirent donc le soir pour aller au camp des Syriens, et, étant venus à l'entrée du camp, ils ne trouvèrent personne;

6. Car le Seigneur avait fait entendre dans le camp des Syriens un grand bruit de chariots, de chevaux et d'une armée innombrable, et les Syriens s'étaient dit l'un à l'autre : Le roi d'Israël a fait venir à son secours contre nous les rois des Héthéens et des Egyptiens, et ils sont venus pour fondre sur nous :

7. Ils se levèrent donc, et s'enfuirent dans les ténèbres, abandonnant dans leur camp leurs tentes, leurs chevaux et leurs ânes, et ne pensant qu'à sauver leur vie par la fuite.

8. Ces lépreux étant donc venus à l'entrée du camp *des Syriens* entrèrent dans une tente, où ils mangèrent et burent; et ayant pris de

tabernaculum, et comederunt et biberunt; tuleruntque inde argentum et aurum et vestes, et abierunt et absconderunt; et rursùm reversi sunt ad aliud tabernaculum, et inde similiter auferentes absconderunt.

9. Dixeruntque ad invicem : Non rectè facimus; hæc enim dies boni nuntii est; si tacuerimus, et noluerimus nuntiare usque mane, sceleris arguemur : venite, eamus, et nuntiemus in aulâ regis.

10. Cùmque venissent ad portam civitatis, narraverunt eis, dicentes : Ivimus ad castra Syriæ, et nullum ibidem reperimus hominem, nisi equos et asinos alligatos et fixa tentoria.

11. Ierunt ergo portarii, et nuntiaverunt in palatio regis intrinsecùs.

12. Qui surrexit nocte, et ait ad servos suos : Dico vobis quid fecerint nobis Syri : sciunt quia fame laboramus, et idcircò egressi sunt de castris et latitant in agris, dicentes : Cùm egressi fuerint de civitate, capiemus eos vivos, et tunc civitatem ingredi poterimus.

13. Respondit autem unus servorum ejus : Tollamus quinque equos qui remanserunt in urbe (quia ipse tantùm sunt in universâ multitudine Israel, alii enim consumpti sunt) : et mittentes, explorare poterimus.

14. Adduxerunt ergo duos equos, misitque rex in castra Syrorum, dicens : Ite, et videte.

15. Qui abierunt post eos usque ad Jordanem : ecce autem omnis via plena erat vestibus et vasis, quæ projecerant Syri cùm turbarentur; reversique nuntii, indicaverunt regi.

16. Et egressus populus diripuit castra Syriæ; factusque est modius similæ statere uno, et duo modii hordei statere uno, juxta verbum Domini.

17. Porrò rex ducem illum in cujus manu incumbebat constituit ad portam; quem conculcavit turba in introitu portæ, et mortuus est, juxta quod locutus fuerat vir Dei, quando descenderat rex ad eum.

l'argent, de l'or et des vêtements, ils allèrent les cacher, et étant retournés, ils entrèrent dans une autre tente, et en emportèrent de même diverses choses, qu'ils cachèrent.

9. Alors ils se dirent l'un à l'autre : Nous ne faisons pas bien; car ce jour est un jour de bonne nouvelle; si nous demeurons dans le silence, et que nous n'en donnions point avis avant demain matin, on nous en fera un crime : allons donc porter cette nouvelle à la cour du roi.

10. Lorsqu'ils furent venus à la porte de la ville, ils le rapportèrent aux gardes, disant : Nous avons été au camp des Syriens, et nous n'y avons pas trouvé un seul homme, mais seulement des chevaux et des ânes, qui y sont attachés, et leurs tentes, qui y sont encore dressées.

11. Les gardes de la porte allèrent au palais du roi, et firent entendre cette nouvelle à ceux du dedans.

12. Le roi se leva de nuit, et dit à ses serviteurs : Je vois bien le dessein des Syriens contre nous. Comme ils savent que la faim nous presse, ils sont sortis de leur camp, et sont cachés dans la campagne, en disant : Ils sortiront de la ville, et alors nous les prendrons vifs, et nous entrerons sans peine dans la ville.

13. L'un des serviteurs du roi lui répondit : Il y a encore cinq chevaux restés seuls ici de ce grand nombre qui était dans Israël, tous les autres ayant été mangés; prenons-les et envoyons des gens à la découverte.

14. On amena donc deux chevaux, et le roi envoya dans le camp des Syriens, disant : Allez, et voyez.

15. Ils allèrent donc après les Syriens jusqu'au Jourdain, et ils trouvèrent que tous les chemins étaient pleins de vêtements et d'armes, que les Syriens avaient jetés dans le trouble où ils étaient; et les coureurs étant revenus, en rendirent compte au roi.

16. Le peuple sortit *de la ville*, et pilla le camp des Syriens; et la mesure de pure farine fut vendue un sicle, et on donna pour un sicle deux mesures d'orge, selon la parole du Seigneur.

17. Or le roi avait mis à la porte *de la ville* le chef de l'armée sur la main duquel il avait coutume de s'appuyer; et la foule du peuple fut si grande à l'entrée de la porte qu'il fut étouffé, et mourut, selon que l'homme de Dieu le lui avait prédit, lorsque le roi vint le trouver chez lui.

18. Factumque est secundùm sermonem viri Dei quem dixerat regi, quando ait : Duo modii hordei statere uno erunt, et modius similæ statere uno, hoc eodem tempore cras, in portâ Samariæ ;

19. Quando responderat dux ille viro Dei, et dixerat : Etiamsi Dominus fecerit cataractas in cœlo, numquid poterit fieri quod loqueris ? Et dixit ei : Videbis oculis tuis, et inde non comedes.

20. Evenit ergo ei sicut prædictum fuerat : conculcavit eum populus in portâ, et mortuus est.

18. C'est ainsi que fut accompli ce qu'avait prédit l'homme de Dieu, lorsqu'il dit au roi : Demain , à l'heure qu'il est , on donnera, à la porte de Samarie, pour un sicle deux mesures d'orge, et la mesure de pure farine ne vaudra qu'un sicle.

19. Et lorsque cet officier eut dit à l'homme de Dieu : Quand le Seigneur ferait pleuvoir des vivres du ciel, ce que vous dites pourrait-il être ? l'homme de Dieu lui répondit : Vous le verrez de vos yeux, et vous n'en mangerez point.

20. Ce qu'Elisée avait prédit lui arriva ; il mourut à la porte *de la ville*, et le peuple le foula aux pieds.

COMMENTARIUM.

In tempore hoc cras modius similæ uno statere erit (1). Cùm jam ad extremam lineam ærumnosa Israelitarum conditio perveniret adfuit quoque orandi certa et designata maturitas ; tunc enim propior solet esse libertas, quando magis premit iniqua servitus ; et tunc propior est, ut levetur, cùm ad summum venit dolorum acerbitas. Quod Ægyptii captivi sunt experti, qui cùm duriùs à Pharaone premerentur, de illius libertate cogitabat Deus, et Moysem cum potestate et virgâ in Ægyptum mittebat. Neque alii ex eodem populo captivi Babylo-

(1) Hebræus : *Satum similæ in siclo.* Stater , de quo auctor Vulgatæ, idem est ac siclus , valetque solidis duobus et triginta , ac denariis quinque monetæ nostratis. Satum mensura est novem pintarum cum dimidiâ , hemisextario , octavâ pintæ parte , quatuor pollicibus cubicis, et ampliùs aliquantò. (Calmet.)

Allegor. *Benadad* est diabolus , qui obsidebat Samariam , id est , Ecclesiam veterem , faciebatque ut esset magna fames spiritualis verbi Dei , ac salutis rerumque cœlestium. Venit Eliseus , id est , Christus , qui per se et Apostolos ubique prædicando , hanc famem sustulit , fecitque ut ubique sint doctores , qui prædicent verbum Dei , quique doceant viam salutis , virtutis et perfectionis. Ita Eucher. et Angelom. (Corn. à Lap.)

Demain à cette même heure, la mesure de pure farine se donnera pour un sicle à la porte de Samarie. L'histoire qui est rapportée dans tout ce chapitre est très-claire, et n'a pas besoin d'explication, mais seulement d'un peu de réflexion, pour y remarquer d'une part l'incrédulité d'un grand du siècle, qui prétend borner la toute-puissance du Seigneur par des idées si étroites de la faiblesse de l'homme ; d'autre part, le secours inespéré que Dieu donne à Israël d'une manière si éclatante , quoiqu'il s'en fût rendu si indigne ; d'un côté, l'effroyable consternation qu'il répand en un instant au milieu du camp des Syriens ; d'autre côté , le très juste châtiment de celui qui en rejetant la prédiction d'Elisée à la vue de toute la cour, avait exposé la grandeur et la majesté de Dieu aux blasphèmes des impies. Que si l'Ecriture nous propose ici un exemple d'une charité et d'une douceur extraordinaire en la personne de ce prophète , qui , selon que le remarque un ancien évêque , pria Dieu pour ses ennemis dans le temps même qu'ils venaient de conspirer contre lui , et qui fit lever tout d'un coup par la force de ses prières un siége qui les réduisait à l'extrémité , nous devons sans doute ne nous pas borner à admirer seulement une si sainte disposition dans un prophète , mais travailler solidement à en tracer quelque chose dans notre conduite , puisque le dessein de Dieu, en faisant écrire les actions de ses serviteurs, n'a pas été de les présenter comme un objet d'admiration à nos esprits , mais plutôt de les faire pénétrer jusque dans nos cœurs, comme des modèles de piété que nous devons imiter. Mais d'ailleurs qui sera celui d'entre les pécheurs qui osera se désespérer , comme si Dieu négligeait ou refusait de le secourir, lorsqu'il voit un prince et un peuple, dans le temps même qu'ils avaient abandonné le Seigneur , obtenir , par un effet de son infinie miséricorde , ce puissant secours dont ils s'étaient tout-à-fait rendus indignes ? Que les pécheurs donc apprennent d'un événement si consolant , qu'à quelque famine , pour parler ainsi , qu'ils soient réduits , comme cet enfant de l'Evangile , qui n'avait pas même pour se nourrir ce qui servait de nourriture des pourceaux , et quelque pressés qu'ils puissent être par des ennemis beaucoup plus redoutables que les Syriens , qui sont les démons , ils ont toujours lieu d'espérer en cette vie que cette famine peut être changée pour eux, par la divine miséricorde , en une abondance de toutes sortes de grâces, pourvu qu'ils implorent son assistance , et qu'ils aient recours à ceux qui, comme Elisée, se sont acquis près de lui, par une profonde humilité, un plus grand pouvoir d'assister leurs frères. Ce sont principalement les saints, qui sont déjà dans le ciel assurés de leur bonheur éternel , et qui ne peuvent sans doute ne pas avoir dans cet état d'une souveraine félicité le même crédit auprès de Dieu , qu'avait sur la terre un homme paisible et mortel comme Elisée. (Sacy.)

nii, propiores erant gloriæ, à quâ videbantur excidisse, quàm cùm, Aman agente, de illorum capite universè actum videbatur. Quà de re optimè Chrysostomus in Psalm. 117 : « Quando, inquit, res in maximam inciderint inopiam, tunc « tu spera maximè. Tunc enim Deus maximè « ostendit suam potentiam, non à primordio, « sed quando res fuerint planè desperatæ ab ho« minibus. Hoc est enim tempus divini auxilii. « Et ideò nec pueros eripuit à principio, sed post« quàm fuerunt conjecti in fornacem; nec Danie« lem antequàm esset missus, sed septem post « diebus. Ne attende rerum naturas, quæ præ« cipites agunt in desperationem, sed Dei po« tentiam, quæ, quæ sunt desperata, adducit « in bonam spem. » Quando igitur eò adducta est parentûm fames, ut alimenti gratiâ in filiorum viscera ferrum adigerent, tunc Deus illam Syrorum spoliis explere decreverat. Scit igitur propheta crastinâ luce eam futuram annonæ vilitatem ex abundantiâ natam, ut modius similæ, nobilis videlicet frumenti statere uno, et duo modii hordei tantidem in portâ Samariæ venderentur, in eo videlicet loco, juxta quem castra metati fuerant adversarii.

Vers. 2. — Respondens unus è ducibus, super cujus manum rex incumbebat. Vir quidam princeps ex illorum numero, qui assidui erant regi, illique præstabant familiare ministerium, in cujus videlicet aut manu aut humero rex innitebatur. Sicut rex Syriæ in manu seu humero sustentabatur Naaman. Ubi Vulgatus, unus è ducibus, Hebr, est שליש *salis*, quæ vox idem valet quod triarius, aut tertiarius, seu trium vir. Septuaginta τριστάτης, quod nomen est dignitatis atque personæ. Quid tamen hìc aut quibusdam aliis locis Scripturæ sacræ, significet, obscurum est. Illud est verisimile, aliquod munus eo nomine significari illustre, quod tres viri simul, aut certè terni, obire solent, quales illi qui apud Romanos dicuntur triumviri. Horum verò id videtur esse proprium, ut per suas vices adsint regi, et illi aut manum aut humerum supponant, quibus innixus molliùs et honestiùs incedat. De hâc voce vide plura in nostris Commentariis super Ezech. cap. 23.

Si Dominus fecerit etiam cataractas in cœlo. Incredibile judicabat vir ille primarius, seu τριστάτης, tantam futuram abundantiam frumenti, cùm tanta tunc esset in civitate illius inopia. Quid sit cataracta, seu cataracter, diximus in nostris Commentariis super Malachiam ad illud cap. 3, v. 10 : *Si non aperuero vobis cataractas cœli,* ubi ostendimus cataractas esse, aut aquas quæ cum fragore aut impetu labuntur è sublimi atque præcipiti loco, aut quæ in loco etiam plano ruptis aggeribus erumpunt magnâ mole, et angustis ante faucibus coarctatæ. Interdùm tamen cataractæ dicuntur locus ipse qui emittit aut excipit aquas, quæ cum strepitu atque impetu labuntur. Unde fit ut portæ aut fenestræ, seu emissaria, quæ aquam effundunt, quasi violenter ante compressam, vocentur cataractæ. Hinc sæpè audimus cœli cataractas apertas, quando eâ copiâ atque impetu præcipitantur aquæ, ut videantur in nubibus apertæ fenestræ per quas in terras fluvius, qui in sinu cohiberetur nubium, præceps erumperet. Hic vir ille princeps non loquitur de nubium cataractis, ex quibus aqua torrens et præceps in terram defluit, (quid enim aquarum copia in crastinam diem afferre posset, quo famem expleret, et frumenti vilitatem induceret ?) sed considerat in cœlo et nubibus quædam tanquàm horrea, ex quibus per fenestras et cataractas, frumenta aut farinæ in terram delabuntur. Ac si dicat : Si Deus faciat, ut modò frumenti, sicut olim manna, pluvia quædam in Samariam descendat, non tamen eveniet quod tu in crastinum diem futurum promittis. Ita hunc locum exponit Josephus : « Sicut absurdum sit « sperare similas et hordei pluviam, ita neque « quod tu dicis mihi fit verimisile. »

Videbis oculis tuis, et inde non comedes. Dignus erat dux iste usque adeò incredulus verbis non solùm prophetæ, sed etiam Domini, ut sequenti die, quem Dominus illucere voluit Israelitis fortunatum et candidum, neque frueretur oblatâ divinitùs ciborum abundantiâ, et vitæ in reliquum usuram amitteret. Qui cùm vidisset Syrorum fugam, et ex illorum castris collectas exuvias, et tantam repentè rerum mutationem, non tamen illi facta potestas fuit, ut vel modicè libaret victoriæ fructum, cùm in ipsâ portâ, ubi jam prostabat vilissimo pretio venale frumentum, erumpentis turbæ pedibus conculcatus obierit.

Vers. 3. — Quatuor ergo viri leprosi juxta introitum portæ. Hæc ad finem capitis sic ipsa per se patent, ut nullam interpretis operam desiderent. Leprosi non permittebantur cum aliis in civitate simul vivere, aut cum aliis habere familiare commercium. Quam legem licet alia divinæ legis præcepta prodidissent, hanc tamen servabant Samaritani. Quare leprosi sua extra mœnia habuêre tabernacula, ubi soli viverent, ne alii aliquid obscœnum et

immundum ex eorum consuetudine et habitu contraherent. Quos cùm opprimere facilè possent Syri, qui Samaritanis aliis omnia cupiebant et moliebantur adversa, horum tamen vicem miserati, aut certè cùm illorum speciem fœdissimam horrerent, aut ab illorum contagione metuerent, ab illorum cæde manus continuerunt armatas. Aut quia nihil leprosi inferre potuerunt acerbius, quàm quod morbus ipse tam fœdus, quàm dirus afferebat. Nam qui in dolore est, et ab amicis et cognatis etiam despicitur, benè secum actum esse putat, cùm mors contingit, quæ in lucro ponitur, cùm à dolore vindicat et ignominiâ. Quòd si, ut observavit Chrysostomus hom. 16 in Matth. tomo 2, Eliseus principem Syrum hominem lautum et splendidum, qui regio planè cultu lepræ fœditatem, aut tegere, aut moderari poterat, neque tangere, neque comitari voluit, quomodò Syri illos homines ignobiles, horridos fœdore atque illuvie obsitos, aut tangerent, aut spectarent sine horrore ac nauseâ? *Cùm ad Eliseum Naaman venisset leprosus alienigena missus à rege suo, mandat illi per discipulum suum: Vade ad Jordanem fluvium, et lavare septies, et mundaberis à leprâ tuâ; ipse verò non est ausus ire, et videre lepram, et tangere illam.* Scio aliis rationibus ex religione natis adductum Eliseum, ut sibi à leproso principe caveret. Sed quis scit an hæ quoque rationes apud Syros valuerint, qui sicut alia à vicinis populis, sic etiam leges de leprosis evitandis ab Israelitis acceperunt, quorum attingebant fines, et ignorare non poterant quid de leprosis cautum esset à lege, Levit. 13, v. 44?

Quid hic esse volumus, donec moriamur? Eadem foris patiebantur leprosi, quæ cives intra mœnia, neque enim ipsis copia erat panis, neque à quo emendicatò peterent, habebant. A Syris autem erogare non audebant, cùm satis se ab illis accepisse putarent, si per ipsos in suis sordibus utcumque vivere liceret. Cùm ergo moriendum sibi esse existimarent præ ciborum inopiâ, deficiente naturâ, (quod mortis genus, et longum est et durum) maluerunt misericordiam experiri Syrorum, quàm in suis diverticulis inediâ et situ contabescere. Quòd si illos minùs haberent pacatos et benevolos, satius esse ferro judicabant, quàm fame tabeque consumi; vicit ergo cogitatio posterior, et cùm sub vesperem, quo tempore minùs est lucis, et quæ fœdâ sunt specie, aliorum oculos minùs verentur et fugitant, in castra venissent, illa invenerunt sic à milite atque custodiâ nuda, ut quantùm liberet, sive ex cibis, sive ex argento ac vasis, omnique nobilium ornamento, sumere potuerint. (1)

Vers. 6.—Dominus sonitum audiri fecerat in castris Syriæ. Rationem reddit cur tam subitò et festinatò in fugam se conjecerint Syri, castraque reliquerint ingentibus ornata divitiis futura hostibus opima spolia, neque ex tot ornamentis ad vitæ viæque necessaria subsidia, quicquam assumpserint, quia Dominus terrorem incussit, audito ingenti sonitu, quasi novi exercitus instructi equitibus ac curribus cum omni apparatu militari, qui in castra tunc imparata, et à vicino hoste et ab omni perturbatione secura, jamjam irrumperent. Quos adscitos suspicabantur ex Ægypto, et à fœderatis gentibus, maximè ab Hebræis, quibuscum genus erat commune, et sibi vicissim mutuam præstabant operam. Quare cùm reliqua in illâ subitâ perturbatione non curarent, et tantùm vitæ, cui extrema putabatur imminere necessitas, consulerent, quàm potuerunt ocissimè fugam arripuerunt, et si quid secum raptim abstulerunt, illud, ne sibi foret oneri, projecerunt in viâ. (2)

Vers. 9. — Si noluerimus nuntiare usque manè, sceleris arguemur. Prudenter conjectârunt leprosi sibi aliquid à rege imminere supplicii, nisi quamprimùm de Syrorum fugâ et castris derelictis admonerent, quia perire poterat oblata divinitùs occasio, quæ magnas posset obsessis commoditates afferre. Hoc verò illius est, qui hostium vellet commodis servire, et patriæ prodere libertatem, à quâ cum vitæ etiam periculo contra hostium perniciosa consilia stare debuisset; referunt igitur quod de Syrorum castris et fugâ compererant, cùm-

(1) Vers. 5. — Surrexerunt ergo vesperi. Hebræus: *Surrexerunt in crepusculo;* quod de vespertino crepusculo, vel de noctis exordio plerique exponunt; quorum sententiæ narrationis series favet.

Ad principium castrorum. Ad locum ubi constituebantur speculatores, vel ad prima tentoria. (Calmet.)

(2) Mercede conduxit reges Hethæorum. Reges Hethæorum commercia equorum detinuerant cum Salomone, atque ex iis gentibus Salomon uxores duxerat. Occupabant facilè locum in Arabiâ Petræâ ad meridiem Palæstinæ. Textum hunc exposuit Josephus de regibus *Ægypti* et *insularum,* sumens facilè Græcum Septuaginta, ferentem, *reges Chettæorum,* pro, *regibus Cethim.* Docet alibi, Judæos id nominis tribuisse insulæ Cypri, cæterisque insulis locisque maritimis. Verùm Hebræum *Chitthim* longè aliud est à *Cethim,* à quibus frequentata Cyprus dicitur. (Calmet.)

que rex dixisset illam Syrorum fugam sibi valdè videri suspectam, ac tandem timendum ne in simulatâ trepidatione et fugâ laterent insidiæ, neque vana aliis suspicio videretur, statuerunt antequàm populus tumultuariè, ut solet, cùm sese ostentat præda, extra mœnia procurreret, explorare solertiùs an aliquis ibi instructus esset dolus, et quod esset Syrorum consilium. Quod fecerunt duobus equis assumptis, qui fermè ex omnibus erant reliqui. Qui cùm apertè cognovissent nihil ibi timendum esse doli, omnes ad prædam advolant, ex quâ præter alia ornamenta, tantùm retulerunt frumenti atque hordei, ut uno statere, juxta prophetæ vaticinium, unus frumenti, et duo hordei modii venirent in portâ Samariæ. Tunc autem rex virum illum principem, de quo supra, qui vanam crediderat jactaveratque prophetæ promissionem, constituit ad portam civitatis, ut suâ auctoritate contineret tumultuantem populum, ne dùm avidus prædæ sine ordine erumpit, et pacem turbat tamdiù desideratam, et id in seipsos, dùm ad prædam inhiant, afferant mali, quod hostis tamdiù præstare non potuit, qui tam abfuit, ut turbam, quasi ruptis aggeribus fluvium erumpentem, continere potuerit, ut illius pedibus conculcatus in ipso civitatis aditu fuerit extinctus, ne qua pars prophetici vaticinii pondere careret et fide. Quod Rab. Salomon, ut refert Lyra, putat hos quatuor leprosos esse Giezi, et tres illius filios, perridiculum, et merè nugax : neque aliud habuit fundamentum, quàm quòd illi et liberis ipsis, ut minatus fuerat Eliseus, adhæsit lepra Naaman. Quasi tunc Giezi cum totâ familiâ viveret in Samariâ, aut nullus præter illum eo tempore leprosus in illâ regiâ civitate foret. Optimè commentum hoc Rabbinicum confutat Abulensis q. 12. (1)

(1) Vers. 10. — Nisi equos et asinos alligatos. Alligatos nempe præsepio; seu potiùs posterioribus pedibus alligatos, commendatosque defixo paxillo, pro veteri more, hodiè pariter apud Orientales perseverante, ubi non rarò occurrunt errantes in agro equi ita fune devincti. (Calmet.)

Vers. 13. — Tollamus quinque equos, qui remanserunt in urbe, quia ipsi tantum sunt in universa multitudine Israel. Hebræus : *Capiamus quinque equos, qui remanserunt; ecce ipsi secundùm omnem multitudinem Israel, qui consumpti erant; et mittamus*, etc. Mittendi sunt quinque isti equi in urbe residui, cùm alii interfecti fuerint, sive in usum cibi, sive fame enecti. Sunt autem equi isti, quemadmodùm et reliqui cives, extenuati fame, et jamjam morituri, ut nihil prohibeat quin objiciantur discrimini, quippe quibus nihil infaustius timendum sit, quàm quod imminet universo populo, nempe interitus. Septuaginta : *Sumant nunc quinque equos, qui remanserunt hic (ecce sunt ad omnem multitudinem Israel, quæ defecit), et mittamus illùc*. Constat utique aliter illos legisse Hebræum ac nos, quemadmodùm auctorem Vulgatæ. Syriacus : *Abducantur quinque ex equitibus, qui reliqui sunt; si capti fuerint, censebuntur cum universo populo Israelis qui perierunt, et mittamus exploratum*. Arabs : *Mittamus jam quinque ex equitibus residuis, qui remanent illùc; si evaserint, computabuntur inter eos, qui reliqui sunt ex Israelitis; si autem perierint, censebimus eos perinde ac reliquos Israelitas qui perierunt*. (Calmet.)

Vers. 14. — Adduxerunt ergo duos equos, è quinque residuis in urbe. Primò quidem decretum fuerat quinque equos, deinde visum est duos mittere. Rabbini ita exponunt versiculum 13 : *Sumamus aliquos ex illis quinque equis, qui soli remanserunt*... V. 14. *Acceperunt igitur duos equos*, etc. Hebræus hujus textûs fert : *Tulerunt duos currus equorum*; vel duos currus, quos equi trahebant. Biga equorum jungebatur singulis curribus. Syriacus : *Duo paria equitum*, vel, *quatuor equites vectos equis*, etc. Septuaginta, Arabs, et optimi plures interpretes nonnisi binos equites et equos totidem agnoscunt. Hebræum accipiunt de duobus equis currilibus, vel militaribus, doctis trahere militares currus; ut potiùs sit *currus equorum*, pro *equis currilibus*. Sed cur textus, ferens perspicuè duos currus cum equitibus, non retineatur? Scitum est olim egredi in prælium consuevisse milites curru vectos. Ducti sunt igitur duo currus, quos singulos bini equites trahebant. (Calmet.)

Vers. 17. — Quem conculcavit turba in introitu portæ, quia porta erat angusta, et turba ingens; quæ fame rabida quasi furebat ad cibum, qui erat in castris Syrorum : unde ipse dux portæ volens hanc turbam moderari, et in partes dividere, ne se mutuò comprimeret, ab eâdem violenter irrumpente oppressus et contritus est; ita Elisei oraculum per omnia verum certumque fuit. (Corn. à Lap.)

CAPUT VIII.

1. Eliseus autem locutus est ad mulierem cujus vivere fecerat filium, dicens : Surge, vade, tu et domus tua, et peregrinare ubicumque repereris; vocavit enim Dominus famem, et veniet super terram septem annis.

2. Quæ surrexit, et fecit juxta verbum

CHAPITRE VIII.

1. Or, *avant que cette famine arrivât*, Elisée parla à la femme dont il avait ressuscité le fils, et lui dit : Levez-vous, vous et votre famille; et allez séjourner partout où vous pourrez, car le Seigneur a appelé la famine, et elle viendra sur la terre *d'Israël* pendant sept ans.

2. Cette femme se leva donc, selon ce que l'homme de Dieu lui avait dit; et, partant avec

hominis Dei, et vadens cum domo suâ, peregrinata est in terrâ Philisthiim diebus multis.

3. Cùmque finiti essent anni septem, reversa est mulier de terrâ Philisthiim; et egressa est ut interpellaret regem pro domo suâ et pro agris suis.

4. Rex autem loquebatur cum Giezi, puero viri Dei, dicens : Narra mihi omnia magnalia quæ fecit Eliseus.

5. Cùmque ille narraret regi quomodò mortuum suscitâsset, apparuit mulier cujus vivificaverat filium, clamans ad regem pro domo suâ et pro agris suis. Dixitque Giezi : Domine mi rex, hæc est mulier, et hic est filius ejus quem suscitavit Eliseus.

6. Et interrogavit rex mulierem, quæ narravit ei. Deditque ei rex eunuchum unum, dicens : Restitue ei omnia quæ sua sunt, et universos reditus agrorum à die quâ reliquit terram usque ad præsens.

7. Venit quoque Eliseus Damascum. Et Benadad rex Syriæ ægrotabat; nuntiaveruntque ei, dicentes : Venit vir Dei hùc.

8. Et ait rex ad Hazael : Tolle tecum munera, et vade in occursum viri Dei, et consule Dominum per eum, dicens : Si evadere potero de infirmitate meâ hâc?

9. Ivit igitur Hazael in occursum ejus, habens secum munera, et omnia bona Damasci, onera quadraginta camelorum. Cùmque stetisset coram eo, ait : Filius tuus Benadad rex Syriæ misit me ad te, dicens : Si sanari potero de infirmitate meâ hâc?

10. Dixitque ei Eliseus : Vade, dic ei : Sanaberis; porrò ostendit mihi Dominus quia morte morietur.

11. Stetitque cum eo, et conturbatus est usque ad suffusionem vultûs; flevitque vir Dei.

12. Cui Hazael ait : Quare dominus meus flet? At ille dixit : Quia scio quæ facturus sis filiis Israel mala; civitates eorum munitas igne succendes, et juvenes eorum interficies gladio, et parvulos eorum elides, et prægnantes divides.

13. Dixitque Hazael : Quid enim sum

sa famille, elle séjourna long-temps dans la terre des Philistins.

3. Après que les sept années *de famine* furent passées, la femme revint du pays des Philistins, et se rendit auprès du roi pour lui redemander sa maison et ses champs.

4. Le roi parlait alors avec Giézi, serviteur de l'homme de Dieu, et lui disait : Contez-moi toutes les merveilles qu'a faites Elisée.

5. Et comme Giézi rapportait au roi de quelle manière Elisée avait ressuscité un mort, la femme dont il avait ressuscité le fils vint se présenter au roi, le conjurant de lui faire rendre sa maison et ses champs. Alors Giézi dit : O roi mon seigneur, voilà cette femme, et c'est là son fils qu'Elisée a ressuscité.

6. Le roi ayant interrogé la femme *même*, elle lui raconta tout. Le roi envoya avec elle un eunuque, auquel il dit : Faites-lui rendre tout ce qui est à elle, et le revenu de toutes ses terres depuis le jour où elle est sortie du pays jusqu'aujourd'hui.

7. Elisée vint aussi à Damas. Et Bénadad, roi de Syrie, était *alors* malade : et on lui dit : L'homme de Dieu est venu dans ce pays.

8. Et le roi dit à Hazaël : Prenez des présents, et allez au-devant de l'homme de Dieu, et consultez par lui le Seigneur pour savoir si je pourrai relever de cette maladie.

9. Hazaël alla au-devant de l'homme de Dieu, menant avec lui quarante chameaux chargés de présents, de tout ce qu'il y avait de plus précieux à Damas. Hazaël s'étant présenté devant Elisée, lui dit : Bénadad, roi de Syrie, votre fils, m'a envoyé vers vous pour savoir s'il pourra relever de sa maladie.

10. Elisée lui répondit : Allez, dites-lui : Vous serez guéri; mais le Seigneur m'a fait voir qu'il mourra assurément.

11. Et l'homme de Dieu s'arrêta avec lui, et il fut ému, et son émotion parut sur son visage, et il versa des larmes.

12. Hazaël lui dit : Pourquoi mon seigneur pleure-t-il? Elisée lui répondit : Parce que je sais combien de maux vous devez faire aux enfants d'Israël; vous brûlerez leurs villes fortes, vous ferez passer au fil de l'épée leurs jeunes hommes, vous écraserez leurs petits enfants, et vous fendrez le ventre aux femmes grosses.

13. Hazaël lui dit : Que suis-je moi votre

servus tuus; canis, ut faciam rem istam magnam? Et ait Eliseus : Ostendit mihi Dominus te regem Syriæ fore.

14. Qui cùm recessisset ab Eliseo, venit ad dominum suum. Qui ait ei : Quid dixit tibi Eliseus? At ille respondit : Dixit mihi : Recipies sanitatem.

15. Cùmque venisset dies altera, tulit stragulum, et infudit aquam, et expandit super faciem ejus; quo mortuo, regnavit Hazael pro eo.

16. Anno quinto Joram filii Achab, regis Israel, et Josaphat, regis Juda, regnavit Joram filius Josaphat, rex Juda.

17. Triginta duorum annorum erat cùm regnare cœpisset, et octo annis regnavit in Jerusalem.

18. Ambulavitque in viis regum Israel, sicut ambulaverat domus Achab; filia enim Achab erat uxor ejus; et fecit quod malum est in conspectu Domini.

19. Noluit autem Dominus disperdere Judam propter David servum suum, sicut promiserat ei ut daret illi lucernam et filiis ejus cunctis diebus.

20. In diebus ejus recessit Edom ne esset sub Judâ, et constituit sibi regem.

21. Venitque Joram Seira, et omnes currus cum eo ; et surrexit nocte, percussitque Idumæos, qui eum circumdederant, et principes curruum; populus autem fugit in tabernacula sua.

22. Recessit ergo Edom ne esset sub Judâ, usque ad diem hanc. Tunc recessit et Lobna in tempore illo.

23. Reliqua autem sermonum Joram, et universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum Regum Juda?

24. Et dormivit Joram cum patribus suis, sepultusque est cum eis in Civitate David. Et regnavit Ochozias filius ejus pro eo.

25. Anno duodecimo Joram filii Achab, regis Israel, regnavit Ochozias, filius Joram regis Judæ.

26. Viginti duorum annorum erat Ochozias cùm regnare cœpisset, et uno anno

serviteur, un chien, pour faire de si grandes choses? Elisée lui répondit : le Seigneur m'a fait voir que vous serez roi de Syrie.

14. Hazaël, ayant quitté Elisée, vint retrouver son maître, qui lui dit : Que vous a dit Elisée? Il lui répondit : Il m'a dit que vous recouvrerez la santé.

15. Le lendemain Hazaël prit une couverture, qu'il trempa dans de l'eau, et l'étendit sur le visage du roi *pour l'étouffer; et*, le roi étant mort, Hazaël régna en sa place.

16. La cinquième année de Joram, fils d'Achab, roi d'Israël, et *sous le règne* de Josaphat, roi de Juda, Joram, fils de Josaphat, régna sur Juda.

17. Il avait trente-deux ans lorsqu'il commença de régner, et il régna huit ans, dans Jérusalem.

18. Il marcha dans les voies des rois d'Israël, comme la maison d'Achab y avait marché, parce que sa femme *Athalie* était fille d'Achab; et il fit le mal devant le Seigneur.

19. Mais le Seigneur ne voulut pas perdre entièrement Juda, à cause de David, son serviteur, selon la promesse qu'il lui avait faite de lui conserver une lampe ainsi qu'à ses enfants dans toute la suite.

20. Pendant le temps de son règne, Edom, *que David avait soumis*, secoua le joug de Juda pour ne plus lui être assujéti, et il s'établit un roi.

21. Mais Joram étant venu à Séir avec tous ses chariots, sortit la nuit contre les Iduméens, qui l'avaient environné, et tailla en pièces leur armée et ceux qui commandaient leurs chariots, et ce peuple s'enfuit dans ses tentes.

22. Depuis ce temps-là donc, Edom se retira de Juda, ne voulant plus lui être assujéti, comme encore aujourd'hui il ne l'est plus. En ce même temps, Lobna se révolta aussi.

23. Or le reste des actions de Joram, et tout ce qu'il a fait, se trouve écrit dans le livre des Annales des rois de Juda.

24. Et Joram s'endormit avec ses pères, et fut enseveli avec eux dans la Ville-de-David, *mais non pas dans le tombeau des rois.* Et son fils Ochozias régna en sa place.

25. La douzième année de Joram, fils d'Achab, roi d'Israël, Ochozias, fils de Joram, roi de Juda, monta sur le trône.

26. Il avait vingt-deux ans lorsqu'il commença de régner, et il régna un an, dans Jé-

regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Athalia, filia Amri regis Israel.

27. Et ambulavit in viis domûs Achab, et fecit quod malum est coram Domino sicut domus Achab; gener enim domûs Achab fuit.

28. Abiit quoque cum Joram filio Achab ad præliandum contra Hazael, regem Syriæ, in Ramoth Galaad; et vulneraverunt Syri Joram.

29. Qui reversus est ut curaretur in Jezrahel, quia vulneraverunt eum Syri in Ramoth præliantem contra Hazael, regem Syriæ. Porrò Ochozias filius Joram, rex Juda, descendit invisere Joram filium Achab in Jezrahel, quia ægrotabat ibi.

rusalem. Sa mère s'appelait Athalie, et était fille d'*Achab, fils* d'Amri, roi d'Israël.

27. Il marcha dans les voies de la maison d'Achab; et il fit le mal devant le Seigneur, comme la maison d'Achab, parce qu'il était *fils d'un* gendre de la maison d'Achab.

28. Il marcha aussi avec Joram, fils d'Achab, pour combattre contre Hazaël, roi de Syrie, à Ramoth de Galaad; et Joram fut blessé par les Syriens.

29. Il revint à Jezrahel pour se faire traiter, parce que les Syriens l'avaient blessé à Ramoth lorsqu'il combattait contre Hazaël, roi de Syrie. Et Ochozias, fils de Joram, roi de Juda, vint à Jezrahel pour voir Joram fils d'Achab, parce qu'il y était malade.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Eliseus autem locutus est ad mulierem, cujus vivere fecerat filium. Magnus planè est misericordiæ fructus, quo Deus impensum pauperibus officium, aut etiam homo interdùm cumulatè compensat. Commodârat Sunamitis Eliseo de hospitio, cui ut referret gratiam, impetravit à Domino filium, deinde mortuum revocavit ad vitam: neque id satis esse putavit ad officii gratiam, cujus neque deposuerat, neque, ut opinor, ad finem usque vitæ memoriam deposuit; cùm enim septennalem famem prævidisset in terrâ Israelitide, admonuit illam, ut maturè ex illâ regione discederet, et eò migraret, ubi septennali spatio major esset à frumento commoditas.

Hanc famem in terram Israel missam esse dicit Theodoretus q. 25, quia cùm tantis populus ille esset affectus beneficiis, et nunc ad extremum fugatis Syris, et penè ab interitu revocatâ Samariâ, in suis tamen hæreret peccatis, neque tantillò melior esset quàm antea. De tempore quo ista contigerunt, non levis inter auctores disceptatio est. Quidam historiam de Naaman contigisse putant post hanc septennii famem, aut extremo anno septennii illius: quod eâ ratione probant, quia ex illo septennio Sunamitis ex eo loco, ubi toto illo tempore commorata fuerat, in patriam remigravit, vindicavitque sibi hæreditates, in quas alii quasi caducæ forent, irruperant: et eodem tempore Joram cum Giezi Elisei famulo loquebatur; quod sanè non faceret, si tunc leprosus esset. Quî enim rex homo lautus cum homine deformato à leprâ, et grave aliquid olenti loqueretur, maximè cùm cautum esset à lege ne cum homine eo morbo fœdato quicquam esset commercii? Ita tradunt Hebræi in Seder olam c. 18, et probat Abulens. q. 1, et Lyra.

Ego primùm non sum nescius usitatum esse in Scripturâ, ut non eo ordine, quo contigerunt, res gestæ narrentur, atque ideò fieri potuisse ut quæ hìc narrantur, antecesserint, et Giezi lepram, et Naaman sanitatem restitutam. Sed illa ratio non mihi videtur tantùm habere momenti, ut perturbare debeat narrationis ordinem. Primùm, quia si religionem spectes, quæ omne dirimit commercium cum homine leproso, non est adeò severum illud, si quod est à lege præceptum, ut colloquium neget. Sanè quatuor illi leprosi, de quibus capite præcedenti, locuti sunt cum civitatis custodibus, imò cum ipso, ut opinor, rege Joram. Deinde homo idololatra, qui vitulis supplicabat, non adeò erat divinæ legis studiosus, ut magnum esse scelus existimaret, si quid in illius legis observatione foret omissum. Atqui dices: Homines lauti istorum hominum consuetudinem horrent, ut neque aspectu, quâ sunt animi mollitudine dignentur. Sunt sanè aliqui qui ad ista nauseant, quibus est muliebris putida quædam et languida mollities; at viri ista nunquàm aversantur, neque horrent. Certè rex Syriæ Naaman leprosi, si quid incidisset, quod illius prudentiam et consilium exigeret, non aversabatur consuetudinem, et si quid nobis usui est aut voluptati, illud à leproso libenter audimus. Cupiebat Joram aliquid nôsse de Elisei gestis, cujus multa audierat, neque pauca ipse testis agno-

verat : cùm autem testis esset oculatus Giezi, qui diù ab ipsius latere nunquàm dicesserat, à nemine meliùs quàm ab illo de rebus ab Eliseo gestis doceri potuit. Neque necesse fuit propè astare regi, cùm loqueretur, ita ut gravem inspiraret halitum, aut aspectu horrido regis oculos offenderet. (1)

Vers. 4. — Rex autem loquebatur cum Giezi. Admiratus Joram grandia, inauditaque miracula, quæ de Eliseo latè fama vulgârat, rogavit à Giezi tunc leproso (studium enim sciendi molestiam facilè levavit) ecquid de tanto viro ipse aut vidisset, aut nôsset. Accidit autem opportunè, ut tunc esset sermo de Sunamitidis filio, quem ad vivos defunctum revocaverat, cùm ingressa est mulier illa cum redivivo filio, ut domum suam, et agros vendicaret sibi ab alienis possessoribus, qui in illa bona quasi caduca venerant. Quæ cùm jus suum à rege obtinere vellet, impetravit facilè. Id negotii rex dedit eunucho cuidam, qui sibi de more aderat; cui dixit, ut non solùm domum et agros, sed etiam perceptos ad illum usque diem fructus rèferendos curaret. Est autem hoc loco, sicut aliis sæpè, eunuchi nomen honestum; neque enim valet id, ad quod vulgus hominum usurpat, sed aliquid virile magis et decorum. Hoc nomine afficiuntur viri proceres regis familiares et assidui, qui regum mandata curant, et regalibus præsunt ministeriis. Hoc verò nomen ideò datum est regis præfectis, quia hoc hominum exectorum genus intimum erat regis penetralibus, utpote magis à suspicione liberum, et illorum operâ ad obvia quævis negotia utebantur reges. (1)

Vers. 7. — Venit quoque Eliseus Damascum, et Benadad rex Syriæ ægrotabat. Quâ de causâ profectionem illam in Damascum susceperit Eliseus, non constat; sed illa videtur neque otiosa, neque levis, ut Hazaeli prædiceret, quem Syriæ regem futurum esse præscierat, quàm dirum et barbarum habiturus esset imperium, ut illius animum ad lenitatem et clementiam traduceret. Alii alias causas adducunt; aiunt enim eò venisse, ut regem Syriæ ungeret Hazaelem, quod non fecerat ante Elias, cùm tamen, ut faciendum curaret, mandatum accepisset à Domino lib. 3, c. 19; sed est verisimilius unctum esse Hazaelem ab Eliâ: neque hoc loco Scriptura tacuisset, si factum fuisset ab Eliseo. Hebræi, in quibus principes sunt Rab. Salomon, et Rab. David, Eliseum dicunt abiisse Damascum, ut Giezi confirmaret animum, qui propter peccatum, quod illi lepram induxit, de salute desperârat animæ, atque ideò à patriâ verâque religione ad idololatriam defecerat, Damascique cum gentilibus habitabat. Sed quo fundamento ac fide dicant Hebræi, ipsi viderint. Eo porrò tempore gravi laborabat morbo Benadad rex Syriæ, cujus causam eam esse dicit Josephus lib. Ant. 9, c. 2, quia graviter tulit se fuisse deceptum vano terrore ac sonitu, cùm magnas hostium copias adventare atque imminere crederet, neque ullus esset à quo strepitus ille tantus ederetur. Quare cùm urgeri se crederet ab adverso numine, sic est affectus animi ægritudine, ut ægritudinem quoque corporis inde contraxerit. Josephi sententiam probat Histor. Scholastica, Lyra, Dionysius, Abul. q. 14; fundamentum habemus nullum hujus cogitationis, omninò tamen non est improbabilis.

Vers. 8. — Et ait rex ad Hazael : Tolle tecum munera, et vade in occursum viri Dei (2).

(1) Vocavit Dominus famem, et veniet super terram septem annis. Cœperat jam fames, quo tempore Eliseus filium Sunamitidis revocavit ad vitam. Hebræus : *Vocavit Dominus famem, et etiam venit ad terram septem annis.* Docet Scriptura non obscurè, famem tenuisse jam regionem, quo tempore Eliseus, restituto matri Sunamitidi filio olim defuncto, è Sunam reversus est in Galgala. Reddenda est igitur sententia per verbum plus quàm perfectum : *Eliseus autem locutus fuerat ad mulierem, cujus vivere fecerat filium, dicens : Surge, vade, et peregrinare ubicumque repereris; fames enim, quam vocavit Deus super terram, septem annis perseverabit.* Hasce omnes circumstantias revocavit hùc sacer historicus, in gratiam narrationis mox ineundæ de reditu hujus mulieris, rerumque suarum amissarum, quam à rege impetravit, restitutione. Præcesserat fames obsidionem Samariæ, de quâ in capite præcedenti. Numinis vigil providentia in fidelium servorum suorum commoda ita res disposuit, ut quo temporis articulo mulier venit ad regem, ille cum Giezi de prodigiis Elisei colloqueretur. Notum feminæ et filii vultum agnoscens Giezi, admonuit Joramum, adesse hominem precibus Elisei ad vitam revocatum. (Calmet.)

(1) Vers. 6. — Restitue ei omnia quæ sua sunt, et universos reditus agrorum. Regio fisco addictæ fuisse creduntur res omnes hujus mulieris, quæ sedes suas deseruit. Jubet autem Joramus restitui non fundos modò, sed et fructus, ut restitutionis integro privilegio fruatur : *Restituere, est possessorem facere, fructusque reddere.* Reputari etiam posset, necessarios vel gentiles hujusce mulieris absentis fundos illius invasisse, ut regiâ auctoritate cogendi essent ad restitutionem. (Calmet.)

(2) *Le roi de Syrie dit à Hazaël : Prenez des présents; allez au-devant de l'homme de Dieu, et consultez par lui le Seigneur, pour savoir si je*

Erat Hazael inter regis ministros, aut primus, aut cum primis, quem oneratum his muneribus, quæ in Syriâ censentur esse præcipua, jussit ut Eliseum adiret, rogaretque an ex eo morbo, quo tunc afflictabatur ægrè, consecuturus esset sanitatem. (1)

pourrai relever de cette maladie. On est étonné de voir tantôt Elisée à Damas, et tantôt à Samarie, c'est-à-dire tantôt parmi les Syriens, et tantôt parmi les Israélites, qui étaient des peuples si opposés les uns aux autres. Et ce qui augmente cet étonnement, c'est qu'un homme que le roi même de Syrie avait envoyé assiéger quelque temps auparavant dans la ville de Dothaïm, comme le plus grand ennemi qu'il eût, ose venir à Damas, c'est-à-dire dans sa ville capitale. Il semble d'abord qu'il ne l'ait pu faire sans témérité et sans tenter Dieu en quelque sorte, ou même sans insulter à la puissance d'un prince entre les mains duquel il s'allait mettre volontairement. Mais il ne faut pas juger de la conduite des prophètes par celle du commun des hommes. C'était Dieu qui les conduisait immédiatement par lui-même et par son Esprit. Il réglait souverainement toutes leurs démarches, et ils étaient sur la terre en quelque façon ce que les anges sont dans le ciel, s'occupant uniquement de la volonté de Dieu, qu'ils suivaient à chaque pas dans le ministère si relevé dont ils s'acquittaient comme envoyés de sa part envers les hommes. Il est donc vrai qu'Elisée était principalement destiné de Dieu pour être prophète en Israël. Mais on peut encore le regarder comme ces hommes apostoliques du temps de l'établissement de l'Eglise, qui servaient à Dieu de ministres à l'égard de tous les peuples. Et l'on peut même ajouter qu'Israël se rendant indigne, par l'impiété de sa conduite, de posséder un prophète si éminent en piété, et si rempli de bonté pour eux, Dieu voulait en quelque façon, selon la parole de saint Paul, piquer son peuple de jalousie, en envoyant à des infidèles celui qu'il leur avait destiné pour leur prophète et pour leur père. D'ailleurs, à juger des choses humainement, il n'est pas si surprenant qu'Elisée se soit résolu d'aller à Damas après l'action si généreuse qu'il avait faite, pour sauver la vie à tant de troupes du roi de Syrie qui étaient venues pour le prendre, et qu'il aveugla de telle sorte par sa prière, qu'il les fit entrer au milieu de Samarie, sans permettre néanmoins au roi d'Israël d'user d'aucune violence à leur égard, l'ayant obligé au contraire d'exercer l'hospitalité envers eux, avant qu'il les renvoyât. Cette action, vraiment digne d'un grand prophète, en donnant lieu à ces infidèles d'admirer la toute-puissance et la grandeur du Dieu d'Israël, put donner en même temps au roi de Syrie de la vénération pour celui qu'il regardait auparavant comme le plus grand ennemi de ses états. Aussi, lorsqu'il eut appris étant malade, qu'Elisée était pour lors à Damas, ou qu'il y venait, il lui envoya un des officiers de sa cour avec beaucoup de présents, pour le consulter touchant son mal, et savoir de lui s'il en guérirait, l'engageant par là, dit un interprète, à prier pour lui. Quant à ces présents qu'il lui envoya, l'Ecriture ne marque point si Elisée les accepta, ou si, au contraire, il les refusa. C'était assez la coutume, lorsqu'on venait consulter quelque prophète, de lui apporter en même temps des présents, non pour le corrompre, mais pour lui donner cette marque extérieure d'affection, et en soulageant sa pauvreté par cette offrande, se rendre plus digne de connaître par sa bouche la volonté du Seigneur. Car les prophètes, comme on l'a déjà marqué, étaient pauvres, et vivaient comme les Apôtres ont vécu depuis, dans un grand mépris de tous les biens de la terre. (Sacy.)

Voltaire accuse Elisée d'avoir employé *l'ambiguité des réponses* pour se ménager une évasion à tout événement. Il cite, pour le prouver, sa réponse au traître Hazaël. Tindal avait déjà fait cette objection.

Résolu d'assassiner le roi de Damas son souverain, le perfide Hazaël était venu de la part de ce prince malade consulter le prophète et savoir s'il guérirait. « Elisée, dit Voltaire, « répondit que *le roi pourrait guérir, mais qu'il* « *mourrait.* Si Elisée n'avait pas été un pro« phète du vrai Dieu, on aurait pu le soup« çonner de se ménager une évasion ; car si « le roi n'était pas mort, Elisée avait prédit « sa guérison en disant qu'il *pourrait guérir*, « et qu'il n'avait pas spécifié le temps de sa « mort. »

On pourrait en effet *le soupçonner,* si l'on en jugeait par la manière dont le sophiste rapporte cette réponse ; mais que l'on consulte le texte : Elisée y dit à Hazaël : *Allez, rapportez à votre maître qu'il pourrait guérir,* c'est-à-dire que sa maladie n'est pas mortelle ; *mais,* ajouta-t-il en regardant fixement le traître, *le Seigneur m'a révélé qu'il mourra*, c'est-à-dire, *que vous lui arracherez vous-même la vie.* Ainsi le comprit Hazaël ; et sentant par cette réponse et par le regard fixe du prophète qu'il avait lu dans son cœur, *il se troubla et rougit*, dit le texte. Voilà comme Elisée se ménageait une évasion.

Parce qu'Elisée se mit à pleurer en refléchissant sur les maux qu'Hazaël devait faire un jour aux Israélites, l'auteur de l'Esprit du judaïsme soutient qu'il les lui suggéra. « Benadad, roi « de Syrie, dit cet autre incrédule, envoie qua« rante chameaux chargés de présents à Elisée, « *qui les reçoit* et inspire à Hazaël le dessein de « tuer son maître. » De là cet auteur conclut que le métier de prophète était très-lucratif.

Où est-ce qu'il est écrit qu'Elisée *reçut* ces présents ? L'Ecriture ne le dit point ; elle nous apprend, au contraire, que ce prophète avait refusé ceux de Naaman, qu'il venait de guérir de la lèpre, et qu'il punit Giézi, son serviteur, pour en avoir reçu en secret.

De ces deux accusations intentées à Elisée par deux philosophes, l'une détruit l'autre ; car si le prophète eût suggéré à Hazaël le dessein de tuer son maître, avait-il besoin de se ménager une évasion pour justifier sa prophétie ? (Duclot.)

(1) Vers. 9. — Filius tuus Benadad. Obsequium illud, quod olim mentibus hominum insederat erga viros prophetas, regibus suadebat, ut patris loco illos haberent. Eliseus pater nuncupatur ab Joramo et Joas regibus Israelis.

VERS. 10. — VADE, DIC EI : SANABERIS : PORRÒ OSTENDIT MIHI DOMINUS, QUIA MORTE MORIETUR (1). Implexa hæc est, et multis modis implicata responsio. Sanitatem promittit, et mortem minatur; neque sanitatem consecutus est, de quâ illum securum propheta reddiderat ; quis hæc componat? varios hìc video modos expediendi nodi, quos adducit Abulensis q. 20; ego duos adducam, qui minùs videntur esse difficiles. Alter servorum indicat ingenium, qui dominorum sic obsequuntur voluptati, ut nihil illis annuntient durum, aut quod illis aliquid possit afferre molestiæ. Quare adversa omnia aut tegunt, aut elevant; quæ verò contigerunt ex votis, sic ornant et amplificant, ut nihil esse dicant fortunatum magis. Deinde notum est satis, et in Scripturâ frequens, imperativum et optativum sumi pro futuro, ut non tam optet aut imperet aliquid propheta, quàm futurum prædicat. Quare si duo hæc: Vade et dic, per futurum exponas, hic erit sensus : Tu vades, ô Hazael, dicesque regi pro tuo aliorumque assentatorum ingenio salutem et vitam; longè tamen erit aliter quàm tu ad illius votum dicturus es, quia Dominus ostendit mihi omninò illi fore moriendum. Parùm ab hâc explicatione differt, si hìc esse dicas permissionem ironicam, quæ apud profanos et sacros frequentissima est, quæ cùm videatur aliquid alicui concedere, potiùs negat et prohibet. Quale est illud Virgilii lib. 4 Æneidos :

I, sequere Italiam ventis, pete regna per undas.

Tale est illud lib. 3, c. 22 : *Ascende, et vade prosperè : et tradet eam Dominus in manu tuâ.* Et c. 18, dicebat Elias ad sacerdotes Baal : *Clamate voce majori,* et Thren. 4 : *Gaude et lætare, filia Edom.* Vide quæ nos ad illa loca. Quare sensus erit ironicæ promissioni contrarius, quasi dicat propheta : Non est cur vadas, et assentatorum more sanitatem annunties, quia ostendit mihi Dominus illi quamprimùm mortem esse paratam.

Sed illa mihi videtur explicatio solutior, quæ negat moriturum regem à naturali causâ, id est, ab eo morbo, quo tunc laborabat, et de quo propheta consulebatur. *Consule Dominum per eum, dicens : Si evadere potero de infirmitate meâ hâc ;* re autem verâ, si vim infirmitatis intueare, sanabitur rex, id est, non extinguetur ab infirmitate, quia illa adeò gravis non est, et facilè à medicinâ levari potest; verùm morietur, quia vis illi afferetur extrinsecùs, et à ferro, aut laqueo, seu ab aliâ causâ præcluso spiritu potiùs peribit, quàm ab intrinsecâ qualitate, deficiente naturâ. Hùc advocare oportet illam regulam, cujus sæpè meminimus, juxta quam id dicitur fieri, licet nunquàm futurum sit, quod ut fiat, ipsa rerum natura videtur exigere : et id fieri negatur, licet reverà fiat, quod neque exigit, neque patitur rerum natura; quo modo dicimus christianum hominem, quadragesimalibus aut sextis feriis non comedere carnes, licet aliqui id contemptâ religione aliquando faciant, quia id secundùm legem fieri non debet, et contra homo dicitur hoc vel illo cibo vesci, licet illius copia non adsit, quia illius stomachus illum cibum amat, et utiliter concoquit, alios respuit; sic ergo sanandus dicitur rex ab illâ infirmitate, licet ante receptam sanitatem decesserit, quia infirmitas ejusmodi fuit, ut vinci posset à naturâ non difficilè, cui tandem brevi sanitas succederet. Sanatus ergo est, quia sanari potuit et debuit, quoad morbi vim et naturam spectat; mortuus autem, quia vis incubuit externa, quæ illum oppressit, oppressissetque etiamsi corpore esset juvenili et vegeto.

VERS. 11. — STETITQUE CUM EO, ET CONTURBATUS EST USQUE AD SUFFUSIONEM VULTUS, FLEVITQUE VIR DEI. Priora verba ejusmodi sunt, ut tam Hazaeli quàm Eliseo convenire possint. Plerique Eliseo attribuunt, Septuaginta Hazaeli, in editione Complutensi : *Et stetit Hazael ante faciem ejus, et apposuit coram eo munera, donec confusus esset : et flevit homo Dei.* Aliter habent Græci codices à Sixto correcti. Juxta hanc Septuaginta lectionem sententia esset non difficilis. Si enim tot illa munera, quæ à rege acceperat, ut illis prophetæ muneraret oraculum, ante faciem expandit Elisei, non est mirandum, si eâ regis liberalitate suffunderetur prophetæ facies, pudore videlicet et dolore; est enim grave illi dura nuntiare, qui tibi benè cupiat, et te quàm potest humanissimè prosequatur. Est durum item homini modesto, quique de se non superbè cogitat, qui paupertatem amat et libentiùs ab se abdicat bona, quàm alius ambit et acquirit, divitias offerri eo pondere et pretio, ut quadraginta onerent

Christiani olim id nominis tribuebant episcopis et sacerdotibus. (Calmet.)

(1) Hebræus : *Vade, dic ei : Vivendo non vives ; et ostendit mihi Dominus quòd moriendo morietur.* Quæ lectio difficultatem omnem removet. Sed Chaldæus, Syriacus, Arabs, Septuaginta, editio Complutensis, Rabbini, atque interpretum plerique legunt, ut in Vulgatâ : *Vade, dic ei : Vivendo vives,* etc. (Calmet.)

camelos, et quæ dici potuerint omnia bona Damasci. Sed plerique, ut dixi, hæc Eliseo tribuunt, cui hæc accidit vultûs suffusio, dùm intentis oculis in Hazaelem, illum intuebatur attentè, quasi quoddam in illo cerneret naturæ monstrum, donec tandem conturbato atque suffuso vultu dejecit oculos quos vis lacrymarum maxima replebat.

Cajetanus aut attonitum, aut attoniti similem dicit fuisse prophetam offirmatâ in aliquem locum et immotâ facie, quasi alienus esset à seipso, et altius aliquid secum meditaretur; qui quasi aliquid in eâ exstasi aspexisset horribile, flebili vultu vim lacrymarum maximam profudit. Abul. q. 20 : « Suffusio, « inquit, vocatur, quædam dispositio subitò « orta, secundùm quam mutatur facies ad « plorandum : nam incipientes plorare ex quâdam amaritudine, incipiunt habere vultus « alteratos, et cùm maneret Eliseus coram Ha« zaele, cœpit suffundi, scilicet non potens tene« re fletum. » Hanc dispositionem Latinus sic explicaret : *Conformare, aut fingere vultum ad fletum, aut ploraturire.* Hispanus *hazer pucheros.* Talem, opinor, affectum et vultum expressit Virg. lib. 1 Æneidos in Venere :

Tristior, et lacrymis oculos suffusa nitentes
Alloquitur Venus.

Vers. 12. — Cui Hazael ait : Quare (1) domi-nus meus flet ? Mirum visum est Hazaeli quòd Eliseus cum illâ vultûs suffusione ploraret, cùm nihil videret usque adeò molestum ac durum, ut ex viro tam constanti et forti oculis lacrymas excuteret : causam igitur rogat, quam ille nihil cunctatus reddit.

Quia scio quæ facturus es filiis Israel mala. Intuebatur eo tempore, quo stetit plorabundus et silens Eliseus, ea omnia, quæ statim objecit Hazaeli, fumantes ab hostili incendio civitates, strata juvenum cadavera, infantes elisos, et excisis matrum uteris effusisque visceribus extractos aut informes, aut malè formatos fœtus. Hæc autem species planè barbara, multùmque miserabilis suffudit vultum, et ex prophetæ oculis lacrymas expressit. Hæc porrò ab Hazaele fuisse patrata habemus infra, c. 10, v. 32 : *In diebus illis cœpit Dominus tædere super Israel, percussitque eos Hazael in universis finibus Israel à Jordane contra orientalem plagam.* Et iterùm cap. 13, v. 3 :

(1) Ce qu'il y a de terrible en cette histoire, c'est que Dieu envoie un prophète aux ennemis de son peuple, pour sacrer roi un prince qui devait *brûler,* comme il est dit en ce lieu, *leurs villes fortes, tuer par l'épée leurs jeunes hommes, écraser contre terre leurs petits enfants, et n'épargner pas même leurs femmes grosses.* Qui ne sera effrayé de voir que le Dieu même d'Israël, qui venait de le protéger d'une manière si éclatante contre le roi de Syrie, lorsque Samarie était réduite aux dernières extrémités par le siége dont on a parlé, semble mettre toute sa puissance entre les mains de son successeur, en lui faisant déclarer qu'il serait roi, pour punir son peuple par des malheurs dont l'idée seule est capable d'ébranler les cœurs les plus fermes?

Mais si l'on s'applique à considérer le fond des choses, on trouvera dans la conduite des Israélites et de leur roi la vraie cause de ce changement de la conduite de Dieu envers eux. Le poids des grâces qu'ils recevaient du Seigneur semblait ne servir qu'à les rendre plus stupides et comme insensibles à son égard. Ni les miracles qu'il faisait en leur faveur, lorsqu'il jetait tout d'un coup l'épouvante et le désordre dans le camp des ennemis, ni les fléaux qu'il leur envoyait en les affligeant, comme il est marqué ici, par une famine de sept années, n'étaient point capables de les faire retourner à Dieu. Il se forme donc et se prépare, pour le dire ainsi, un instrument propre pour exercer toute sa fureur contre eux, et il va chercher parmi les Syriens le plus cruel homme, pour le revêtir de l'autorité royale, et l'envoyer punir les crimes et l'ingratitude de son peuple. Si cet exemple ne frappe et n'étonne salutairement les hommes, il faut dire avec un grand saint qu'ils sont plutôt déjà morts qu'endormis. Cependant il est nécessaire de remarquer que Dieu en faisant sacrer Hazaël roi de Syrie, ne doit pas être regardé comme approuvant la disposition criminelle de son cœur, qui le portait à attenter sur son prince, puisqu'il ne pouvait ne pas condamner l'ambition et la fureur de cet homme, qui osa faire ce que David ne se crut nullement permis à l'égard d'un roi réprouvé, après même qu'il fut sacré roi d'Israël en sa place, et lorsque sa propre vie était tous les jours exposée au dernier péril; mais l'abandonnant aux mouvements de sa fureur, et mettant entre ses mains sa puissance, comme il l'a mise autrefois entre les mains des Domitien et des Néron contre son Eglise, il lui permit d'exercer toute sa cruauté contre ceux qui abusaient tous les jours si insolemment de ses faveurs. C'est ce qu'il est important de bien concevoir, pour n'attribuer pas à Dieu des sentiments tout-à-fait indignes de sa souveraine pureté, qui condamne nécessairement le péché dans tous les hommes, mais qui se sert néanmoins des hommes pécheurs et criminels, pour punir ceux qui prétendent irriter impunément sa justice. On peut dire encore que Dieu, en faisant marquer dans les Ecritures qu'il donna ordre à son prophète de sacrer roi un très-méchant homme, qui devait être le persécuteur de son peuple, a voulu nous faire connaître que toute puissance, comme dit saint Paul, vient de lui ; que c'est par lui seul que les rois règnent, et qu'on doit les respecter comme les ministres ou de la justice ou de la miséricorde de celui qui est souverainement le roi et le maître de tous les rois. (Sacy).

Iratusque est furor Domini contra Israel, et tradidit eos in manus Hazael regis Syriæ, et in manu Benadad filii Hazael cunctis diebus. Et v. 7: *Et non sunt relicti Joacham (regi Israel) de populo, nisi quinquaginta equites, et decem currus, et decem millia peditum: interfecerat enim eos rex Syriæ, et redegerat quasi pulverem in triturâ areæ.*

Et prægnantes divides. Reliqua neque obscura sunt, neque incredibilia: at illud difficile creditu est, quòd ab Hazaele prægnantes dicantur esse discissæ, et ex illarum utero infantes extracti, aut in eo exanimati crudeliter. Quare multi hoc loco non tam propriam putant quàm figuratam orationem, neque illius cogitationis grave aliquod deficit argumentum. Hoc enim dicendi genere, dira significatur et barbara crudelitas, quia multi dicuntur divisi, aut secti, à quibus in sumendo supplicio ferrum abfuit, et id quod serrare homines, aut dissecare potest. Oppressi sanè fuêre lapidibus duo senes, qui, Dan. c. 13, Susannæ pudori priùs, deinde honori et vitæ insidiati sunt, quia, ut constat Deut. 19, illud supplicium accusator mendax sustinere debuit, quod reo sceleris convicto subeundum fuit: adulterio autem, cujus deferebatur rea Susanna, lapidatio erat à lege constituta, ut liquet Ezech. 16, v. 40; et 23, v. 45 et 47, ubi apertè dicitur adulterium esse lapidationi subjectum. Cùm igitur lapidati fuerint duo illi, non minùs crudeles, quàm libidinosi senes, serrâ tamen aut alio instrumento simili dicuntur esse dissecti; sic enim Daniel ad eorum alterum: *Ecce angelus Dei acceptâ sententiâ ab eo scindet te medium.* Et rursùs ad alterum: *Manet angelus Domini habens gladium, ut secet te medium.* Neque alio sensu accipit Matth. 24, de servo malo, de quo sic Christus: *Veniet dominus servi illius, in die quâ non sperat, et horâ quam ignorat, et dividet eum, partemque ejus ponet cum hypocritis.* Quòd verò eo loco *divido* significet propriè aliquem secare, seu serrare medium, probat verbum Græcum διχοτομέω, cujus ea sola aut præcipua significatio est.

At fecisse Hazaelem, id quod verbum in propriâ significatione sonat, et reverà dissecuisse prægnantes, veri est similior et communior sententia. Primùm, quia ibi nulla apparet neque contradictio, neque novitas, cùm idipsum alii aliquando fecerint, ut Ammon Amos c. 1, v. 13, ubi dicitur dissecuisse prægnantes Galaad et Manahem 4 Reg. 15, v. 16: *Percussit Manahem Thapsam, et omnes qui erant in eâ, et interfecit omnes prægnantes ejus, et scidit eas.* Quod etiam admissum ab Hazaele docet Amos c. 1, v. 3; nam ubi Vulgatus transtulit de Damasco: *Eò quòd trituraverint in plaustris ferreis Galaad*, Septuaginta legunt: *Pro eo quòd secuerunt serris ferreis prægnantes Galaad.* Quâ de re vide plura in nostris Commentariis super Amos ad hunc locum. Ubi aliquot narratur supplicia his non dissimilia, qualia sunt ducta esse super homines victos, et quasi messium stratos acervos ferrata carpenta, et plaustra serrantia, in quibus non apparet sævitia minor, quàm in diviso feminarum utero.

Vers. 13. — Quid enim sum servus tuus canis, ut faciam rem istam magnam? Sunt qui canem hoc loco sumant pro re vili, ut sæpè in Scripturâ, et tunc hanc existimant esse sententiam: Ego homo tenuis et vilis, nihilò cane melior atque robustior rem tantam aggrederer, quam perficere non posset, neque tentare auderet is cui major esset animus et regia potestas! Cui respondet Eliseus illi non defuturas vires, quia brevi perventurus esset ad regni Syriæ splendorem atque potentiam. Ita penè Abulensis q. 22, et favet huic cogitationi, quod proximè subditur, *ut faciam rem istam magnam?* quasi dicat: Non ego tam sum potens, aut tantùm mihi assumo, ut sperem rem tantam me posse perficere, cùm sim instar canis vilissimi: hoc opus regias exigit vires. Cum Abulensi sentiunt Cajetanus, et Hugo Nicolaus de Lyra, Emmanuel Sâ, et Joannes Mariana, sic superiorem sententiam probant, ut etiam admittant illam, quæ in cane non vilitatem et abjectionem, sed crudelitatem et feritatem intelligat.

Ego in priorem sententiam sic afficior, ut nunquàm illam probare potuerim, quia nescio quomodò minùs canis nomen cum extremâ sententiæ parte convenire posset. Non horret Hazael, ut opinor, priora, nempe civitates incendio dedere, et juvenes, viros videlicet bellatores et strenuos, gladio conficere, cùm illud in acie, reque bellicâ non sit indecorum. Neque id sibi impossibile, neque fortassè admodùm difficile fore credebat, cùm vir esset princeps inter Syros, et cui castrorum cura et bellorum administratio committi posset, sicut fortassè non semel ante credita fuerat. Illud tamen horrebat, quod ad extremum addidit Eliseus, cùm dixit: *Parvulos eorum elides, et prægnantes divides.* Ad hæc postrema respondit Hazael, dixitque cum admiratione et stoma-

cho, quasi injuriam sibi fecisset Eliseus : *Quid enim sum servus tuus canis, ut faciam rem istam magnam?* Quasi diceret, ferinum esse opus, non humanum, infantes lacerare, aut allidere ad saxa, eviscerare matres, et ex illarum utero fœtus nondùm maturos et informes extrahere. Porrò in cane impudentiam execramur, cujus ipse est symbolum, et feritatem etiam videmus, quâ morsu membra lacerat, fodit et dissipat intestina, neque putridis sanieque fluentibus corporibus parcit; utrumque execratur Hazael, dùm canem se esse negat. Neque enim tam est impudens, ut illa velit aut cogitet, aut tam ferus et rabidus ut audeat et tentet optata, aut cogitata complere. Hæc, meo judicio, neque à rerum naturâ aliena sunt, neque à textu.

Ostendit mihi Deus te regem Syriæ fore. Hæc verba induxerunt multos in priorem explicationem, quæ placuit Abulensi, quæ ostendunt, ut illi probant, Hazaelem neque vilem, neque infirmum esse futurum ad ardua quæque tentanda, cùm rex sit futurus Syriæ; quod nomen illi et auctoritatem conciliabit apud omnes, et vires dabit tanto negotio pares. Quæ ratio non videtur ita gravis, ut meam mihi cogitationem extorqueat. Quòd enim posset facilè priora præstare, subjugare videlicet, et accendere civitates, faciet regia potestas, quæ Syrias vires sibi obsequentes facit. Quod autem nunc homo privatus et modestus execratur et horret, allidere videlicet parvulos, et prægnantes exenterare, illud etiam, ut velit et audeat, regia potestas faciet, quæ non solùm, statum et ordinem, sed etiam mores et ingenium mutat. Neque enim raró vidimus eos, qui in privatâ fortunâ sibi à cæde et morum diritate temperârunt, fueruntque aliis optimæ disciplinæ et sanctitatis exemplum, succubuisse postea fortunæ ponderi, et quasi Circeo poculo exuisse antiquam et humanam, et novam quamdam et ferinam naturam induisse. Exempla sunt obvia apud profanos; apud sacros docuit paulò ante hæc tempora Saül, quem alterum à seipso fecit regia conditio, et qui in priori statu modestus fuerat, mitis, prudens, et quo nemo fuit in Israele melior, postea verò ita se totum ipse retexuit, ut evaserit superbus, immitis, fatuus; talis denique ut non facilè illo quemquam in regibus pejorem invenias. Et hic etiam, de quo nunc agimus, Hazael, cùm hoc ipso tempore benè esset in suum regem et dominum animatus, deque illius salute prophetam avidè consuleret, cuique omnia, ut credibile est, secunda cuperet, cùm primùm se vocari ad Syriæ regnum audivit, sic est à seipso regni expectatione mutatus, ut proditâ fide, quam servare debuit sartam et tectam, et officiorum immemor, quibus à rege cumulatus fuerat, de illius nece cogitârit, reque ipsâ quamprimùm intulerit, ut mox dicemus.

Hâc prædictione existimant multi impletum esse mandatum, quod à Domino acceperat Elias in Oreb lib. 3, c. 19, vers. 15, ubi jussus est propheta Hazaelem ungere regem Syriæ, et Jehu regem Israel. Ut autem Jehu unctus est, sub hæc tempora, ut constat ex capite sequenti, sic etiam nunc Hazael. Ita putant Cajetanus hic, et cap. 19, lib. 3 Reg. Histor. Scholastica. Ego tam Hazaelem, quàm Jehu unctos esse puto in reges ab Eliâ, quando descendit ex Oreb, ut pluribus docui in lib. 3 Reg. cap. 19. Ut quid enim ex illo monte venturus esset in Damascum, nisi ut ibi unctione Hazaelem designaret in regem? *Revertere,* ait Deus, *in viam tuam per Damascum, cùmque perveneris illùc, unges Hazael regem super Syriam.* Quòd verò postea unctus fuerit Jehu, et Hazaeli spes objecta de regno, nihil incommodat : novimus enim reges semel et iterùm ungi solitos, ut constat de Saüle et Davide. Et Hazael non dicitur unctus ab Eliseo, sed tantùm ab illo accepisse futurum esse Syriæ regem. Quod verò unctione designavit Elias, aut non credidit homo gentilis, qui Eliam non antea viderat, aut fortassè de famâ non noverat, aut certè, quia plurimùm putabat superesse temporis, non admodùm de regno laborabat, neque animi modestiam, aut in regem fidelitatem et studium abjecerat; sicut David, qui cùm unctione sacrâ à Samuele vocaretur ad regnum, quàm diutissimè tamen antiquam modestiam et spiritum retinuit. Tunc autem Hazael spiritus assumpsit insolentes et regios, cùm ab Eliseo, cujus admirandam non solùm famam noverat, sed etiam in gente suâ non semel fuerat expertus vim et potentiam, Eliæ designatio confirmata est: tunc enim, ut debitum sibi regnum obtineret, id tentavit, quod proximè cogitare non auderet.

Vers. 15. — Cumque venisset dies altera, tulit stragulum, et infudit aquam, et expandit super faciem ejus (1). Laborabat, ut diximus,

(1) *Le lendemain Hazaël prit une couverture qu'il trempa dans l'eau, et l'étendit sur le visage du roi. Et le roi étant mort, Hazaël régna en sa place.* On ne peut pas dire qu'Elisée, en dé-

Benadad, febri videlicet gravi, quâ, ut fit, vehementer æstuabat. Neque parùm conferebat ad levandum febrilem illum æstum, et refrigerandum corpus, madidum aquâ frigidâ stragulum super faciem expandere; quod videtur rex ipse imposuisse sibi, aut certè ut alii sibi imponerent, præcepisse : et hoc videtur vero magis simile. Quam occasionem perire noluit Hazael, qui jam Syriæ regnum expectatione non dubiâ devorârat. Quare, quasi vellet officium illud pietatis impendere eodem linteo, quo faciem refrigerare se velle simulabat, obstructis faucibus spiritum præclusit. Ita cum Josepho tenent communiter alii. Sic autem Josephus de Hazaele : « Sequenti die reti uvido « in eum injecto, præfocati à se regiam oc« cupat. »

Regnavit Hazael pro eo. Non fuit difficile Hazaeli regnum occupare, cùm vir esset strenuus et populo charus, et quia jam à tempore usque Eliæ increbuerat Syriæ regnum Hazaeli deberi, maximè quia, ut occisi à se regis invidiam declinaret, (perfidia enim populares animos vehementer alienat) sic cautè incautum regem fraudulentus oppressit, ut non tam attulisse mortem, quàm beneficium contulisse videretur. Porrò hos duos reges Benadad, quem Josephus appellat Adadum, et Hazaelem, qui in illius locum et nomen suffectus est, magno apud Syros post longa secula in honore fuisse docet ipse Josephus lib. 11, c. 2 : « Usque in præsens, inquit, tempus tam « Adadus quàm Hazael ejus successor divinis « apud Syros coluntur honoribus, tum pro« pter aliam beneficentiam, tùm quia magni« ficè templis extructis Damascenorum urbem « ornatiorem reddiderunt : eorum enim effi« gies quotidianis pompis honorant. » Sanè aliquot post annos nobile hos duos reges apud Syros habuisse nomen, indicat Amos cap. 1, ubi regnum Syriæ domum appellat Benadad et Hazaelis : *Mittam ignem in domum Hazael, et devorabit domos Benadad.*

Vers. 16. — Anno quinto Joram filii Achab regis Israel, et Josaphat regis Juda, regnavit Joram filius Josaphat, rex Juda. Hinc incipiunt implicari quamplurima, in quorum explicatione mirè se torquent interpretes, quæ nobis necessariò expedienda sunt. Et primùm observandum duos reges ejusdem nominis in idem omninò tempus incurrisse : Joram nimirùm regem Israel, et Joram regem Juda, qui regnare cœpit simul cum parente Josaphat ab anno illius regni quinto, et anno item quinto alterius Joram regis Israel, ut habes in textu. Sed occurrit hìc primùm impeditus nodus, quem expediamus necesse est. Neque enim videtur fieri potuisse, ut initium regni Joram regis Juda fuerit anno quinto regis Josaphat et regis Joram, cùm Josaphat viginti annis regnare cœperit in Juda, antequàm Joram in Israel. Nam Josaphat regnum iniit quarto anno regis Achab, 3 Regum 22, v. 41 ; Achab autem regnavit annos viginti duos, lib 3 Reg. c. 16, v. 29. Solutio facilis est, juxta illam regulam, quam supra tradidimus lib. 3 Reg. c. 1, v. 25; et lib. 4, c. 3, v, 1, ubi diximus regnare sæpè filios cum parentibus aliquandiù simul, et parentibus mortuis aliquandiù solos, et numerari interdùm annos, quos cum parentibus simul, et deinde soli, interdùm illos tantùm, quos soli regnavêre. Quæ observatio multa dissolvit, quæ videntur in Scripturâ sacrâ vehementer implexa. Regnavit Joram rex Juda cum patre simul ab anno quinto Josaphat, multò antequàm alter Joram regnum iniisset Israel ; cœpit autem regnare solus anno quinto Joram, id est, viginti annis postquàm regnum habuerat cum parente commune : pater enim regnavit annos viginti quinque, lib. 3, cap. 22, v. 42.

Vers. 17. — Triginta duorum annorum erat,

clarant à Hazaël qu'il serait roi de Syrie, l'avait engagé par là à commettre un si horrible attentat contre la personne de son prince, non plus que depuis le Fils de Dieu, en déclarant à Judas qu'il le trahirait, ne le portait pas sans doute à une action si détestable, quoiqu'il lui dit d'exécuter promptement ce qu'il avait résolu, à cause de l'extrême ardeur qu'il avait pour sauver les hommes. Ainsi lorsque Dieu fit sacrer David roi d'Israël, du vivant même du roi Saül, il ne mettait pas non plus le poignard entre les mains de ce nouveau roi, pour s'en aller promptement égorger l'autre; mais il déclarait seulement ce qui devait arriver; et en ordonnant qu'on sacrât ces rois, il faisait voir, comme on l'a marqué, qu'il avait une souveraineté tout entière sur tous les royaumes de la terre; mais il laissait néanmoins agir ensuite ces princes selon les divers mouvements, ou de la corruption, ou de la droiture de leur cœur. Ainsi ceux dont le cœur était vraiment droit et pur devant Dieu, auraient mieux aimé perdre la vie et le royaume qu'on leur assurait, que d'attenter sur l'oint du Seigneur, parce qu'ils savaient qu'il n'appartenait qu'à Dieu même, qui les avait fait sacrer, de les établir sur le trône. Mais ceux, au contraire, dont le cœur était rempli d'ambition, ne craignaient point d'abuser de l'autorité que Dieu leur donnait, et d'entreprendre sur la vie des princes dont ils auraient dû respecter jusqu'à la fin l'onction royale. (Sacy.)

CUM REGNARE COEPISSET, ET OCTO ANNIS REGNAVIT IN JERUSALEM. Triginta duorum annorum erat Joram, cùm regnare simul cum parente cœpit, quocum simul annos viginti posuit in regno: cùm verò pater obiit, annos habuit quinquaginta duos, quibus si addas octo, qui reliqui fuerunt regni et vitæ, annos illius vitæ sexaginta complebis, quod maximè observatum oportet, propter illa quæ dicuntur lib. 3 Paralip. c. 22, v. 2, ubi Ochozias filius Joram regnum iniisse traditur anno ætatis suæ 42; unde videtur Ochozias parente suo duobus annis esse senior, cùm eo tempore quadragenarius obierit, aut obiise videri potuerit Joram, cùm Ochozias filius annos impleret quadraginta duos. Nam si Joram triginta duorum annorum fuit, cùm primùm regnum suscepit, et octo tantùm regnavit annos, consequens est, ut annos non excesserit quadraginta, sed quâ ratione, nos explicuimus, cùm decessit Joram annos jam sexaginta compleverat. Quam explicationem probavit Franciscus Suarez tom. 1, in 3 p. S. Thom. disp. 6, sect. 15.

VERS. 18. — AMBULAVITQUE IN VIIS REGUM ISRAEL, SICUT AMBULAVERAT DOMUS ACHAB : FILIA ENIM ACHAB ERAT UXOR EJUS. Quia filii magis cum matribus assiduè et familiariter vivunt, et matrum indulgentia mollior, fit, ut in disciplinâ et moribus filii magis maternos quàm paternos exprimant mores, ut statim in Ochoziâ videbimus, qui matrem habuit ex gentilico genere, et ideò gentilicos à teneris annis imbibit mores. Quod matres faciunt, possuntque in filiorum ætatulam, id etiam non minùs et possunt et audent in maritos uxores, quæ deliniunt familiaribus illecebris, capiuntque conjugali consuetudine et multiplici blandimento naturæ. Hæc nunc ratio traditur, cur optimi regis filius in alienos mores degenerârit, quia consortem habuit thalami, et in suo fovit sinu feminam ab impiâ religione corruptam, quod perinde fuit atque si colubrum foveret in sinu. Hæc porrò uxor Joram, et filia Achab fuit Athalia, de quâ postea suo loco pluribus.

ET FECIT QUOD MALUM EST IN CONSPECTU DOMINI. Licet in conspectu Domini malum sit, quidquid à lege rectâque ratione deficit, illud tamen ἀντονομάστικῶς malum coram Domino dicitur, ut putat Abul. q. 30, quod illius prodit religionem et legem, et debitum illius nomini honorem et cultum ad deorum muta simulacra traducit. Sed fecit alia etiam mala gravissima, in quibus non pietatem solùm, sed etiam humanitatem exuisse videbatur ; nam, ut legimus, lib. Paralip. 2, c. 21, sex fratres occidit, ubi se paululùm in regno confirmavit, sive ut omnem amittendi regni suspicionem tolleret, sive ut alendorum pro dignitate fratrum onus abjiceret, seu ut relicta à parente bona et civitates adimeret. Nam, ut eodem libro, et capite Paralipomenon legimus, *reliquit Josaphat filio primogenito regnum, aliis verò filiis munera argenti et auri, et pensitationes cum civitatibus munitissimis in Juda.* Et ne quid viri principes eâ crudelitate, aut morum improbitate offensi in regno turbarent, illos quoque interficiendos curavit, ut habes ibidem v. 4.

VERS. 19. — NOLUIT AUTEM DOMINUS DISPERDERE JUDAM PROPTER DAVID SERVUM SUUM. Eò se projecerat Juda sub Joram et Athaliâ uxore gentili atque impiâ, ut meruerit à Domino disperdi : sed quia Dominus meritorum meminit Davidis, et fidei datæ de regno in illius familiâ retinendo, continuit furorem, et ita illius regni vires attrivit et debilitavit potentiam, ut tamen lucernam relinqueret à nobili stirpe, quæ in eo regno perpetuò luceret. Id porrò Deus promiserat lib. 2 Reg. c. 7, v. 12 ; et 3 Reg. c. 8, v. 25. Quomodò autem lucerna sumatur pro filiis, diximus lib. 2 Reg. ad illud c. 14 : *Quærunt extinguere scintillam meam.*

VERS. 20. — IN DIEBUS ILLIS RECESSIT EDOM NE ESSET SUB JUDA, ET CONSTITUIT SIBI REGEM (1). Quemadmodùm David Idumæos, vicinasque alias regiones subjugârit, reddideritque vectigales, diximus supra, cap. 3, ad v. 4, cùmque dissecto Israelis imperio, quædam provinciæ regis Israelis ditioni subessent : Idumæa ta-

(1) Habes hìc impletam fidem oraculi Jacob, qui futurum prædixerat, ut Idumæi jugum Hebræorum excuterent. (Calmet.)

Les Iduméens, c'est-à-dire, les descendants d'Esaü, avaient été jusqu'alors assujettis aux rois de Juda. Mais, comme l'a fort bien remarqué un ancien Père, on vit enfin s'accomplir la prédiction que le patriarche Isaac avait faite près de neuf cents ans auparavant, lorsqu'il avait dit à Esaü *qu'il serait assujetti à son frère, mais qu'il secouerait son joug, et se tirerait un jour de sa servitude.* Ainsi les Iduméens s'étant soulevés sous le règne de Joram, roi de Juda, et l'étant même venus attaquer, quoique ce prince remporta sur eux une signalée victoire, ne laissèrent pas de se maintenir dans leur révolte, et de vivre ensuite dans la liberté qu'ils s'étaient acquise. Ils la conservèrent durant l'espace de sept cent soixante années, jusqu'à ce que Jean, surnommé Hircan, les subjugua de nouveau, et les obligea de s'assujettir, comme tous les Juifs, à la circoncision et à toutes les cérémonies judaïques. (Sacy.)

men regi Juda vectigalia pendebat, et illius dominatum agnoverat. Eo verò tempore, quo regnabat Joram, ab illius ditione recessit Idumæa, vel quia Deus tantæ provinciæ jacturâ punire voluit Joram, et populi scelerati crimina, et hoc potiùs, vel quia homines etiam alienos à religione pudebat illi parere, in quo tanta fuit in suos etiam fratres crudelitas, et in aliis rebus morum intemperantia. Quare excutere voluerunt jugum quod ad illud usque tempus ab ætate Davidis licet inviti subierant tamen, et quæ ex pacto tributa debebant, ad unum dependerant.

Sed illud aliquid quæstionis habet, quòd nunc rex ab Idumæis constitutus esse traditur, cùm paulò ante, c. 3, rex dicatur esse in Idumæâ. Respondet Abulens. q. 33, illum tunc propriè non esse regem, neque fortassè ex Idumæo genere, sed præfectum qui partes obiret regias à Davide primùm, deinde ab aliis Judæ regibus præpositum, qui cùm rex non esset, rex tamen ab omnibus dicebatur, quia pro rege illam administrabat provinciam : cui ea à reliquis deferebatur observantia, ut qui illius majestatem læderet, majestatis regiæ læsæ reus accusaretur. Quales multis sæpè locis et olim, et nostrâ ætate illi vocantur, qui ad aliorum arbitratum, et illorum nomine provinciam aliquam administrant, cui superior potestas, et moderationis formam præscribit, et cùm libuerit, ab illâ moderatione, et quasi regno depellit. Quales sunt omnes penè qui Japoniis præsunt, qui reguli commodiùs vocari possunt, et qui proreges à nobis appellantur. Tali ergo præposito aut rege sublato, ex suo genere regem constituerunt Idumæi, qui non ad alienam voluntatem, aut ipse viveret, aut rempublicam administraret, sed omninò liberè, et juxta antiquas Idumæorum leges aut consuetudines, non quasi alieni juris, sed omninò sui.

Vers. 21. — Venitque Joram Seira, et omnes currus cum eo. Seira idem est quod Idumæa; ut enim Esaü Idumæorum pater appellatus est Edom ab edulio rufo, pro quo vendidit primogenii jus, et ab Edom vocata est Idumæa, sic etiam ab hirsuto corpore vocatus est Seir, quod hirtum sonat atque pilosum, et à Seir, Seira fuit appellata provincia eadem Idumæa. Venit igitur Joram in Idumæam cum omni instructu militari, ferens secum equites et currus, et egressus nocte, cùm illi, qui contra stabant, ex Idumæis securiùs agerent, quàm ille rerum articulus poscebat, gravi plagâ percussi sunt, quam neque illi effugere potuerunt, qui curribus et equitatui præerant, ut clariùs expressum est lib. 2 Paralip. c. 21, v. 9, ubi dicuntur omnes equitatûs duces esse percussi, hoc verò loco principes curruum. Cùm autem præcipuum castrorum firmamentum esset sublatum, reliqua Idumæorum turba in sua se tabernacula recepit.

Tunc recessit et Lobna (1) in tempore illo. Lobna civitas erat regia, antequàm regio Chanaanitis occuparetur ab Hebræis, ut constat Josue cap. 12, v. 15, ubi rex Lobnæ percussus dicitur à Josue, quæ Josue c. 21, v. 13, assignata dicitur Levitis cum suburbanis suis. Non solùm igitur alieni Jorami detrectaverunt imperium, sed etiam domestici, quique pro Davidicæ familiæ gloriâ, et regno ante certaverant. Neque ratio defuit, cur etiam contribules à Judæi regis imperio defecerint, cùm morum improbitas alienum à cognatione fecerit, et propè gentilem. Neque rarò fieri solet, ut in eos acriùs invehamur, oderimusque magis, qui cùm nobis genere sint conjuncti, illorum nos improbitatis et tædet et pudet. Rationes verò hujus defectionis habemus, lib. 2 Paralip. c. 21, v. 10 : *Lobna recessit, ne esset sub manu illius; dereliquerat enim Dominum patrum suorum, insuper excelsa fabricatus est in domibus Juda, et fornicari fecit habitatores Jerusalem, et prævaricari Judam.* Hæc eadem scelera repetuntur statim v. 13, in eis litteris quæ datæ dicuntur ab Eliâ, de quibus mox.

Hìc rogabit aliquis, quomodò si victi fuerunt Idumæi, Joram non est victoriam persecutus, neque ampliùs regionem illam ad jugum, quod excusserat, retrahere conatus est : nam, ut habes proximè v. 22, ad tempus usque scriptoris sacri suum sibi jus et libertatem conservavit. *Recessit*, inquit, *Edom, ne*

(1) Urbs *Lobna*, vel *Lebna*, jacebat in plagâ meridionali tribûs Juda, in finibus Idumææ, atque Idumæorum defectio urbem hanc maximi ad rem momenti, secum rapuit. Cùm à Josue subacta fuit, regi suo parebat. Cessit in sedem sacerdotum, sed facilè ad alienos dominos transiit, cùm hìc, statim oblatâ opportunitate, domum Davidicam deserat.

Rediit deinde iterùm ad obedientiam regum Juda, quippe quæ sub regno Ezechiæ obsidionem Sennacheribi sustinuerit, et Josias uxorem Lebniticam duxit. Neque Scriptura hìc ea docet de Lebnâ, quæ de Idumæâ, perseverâsse illam liberam jugo regum Juda, *usque in hodiernum diem*, id est, usque ad ætatem scriptoris hujus historiæ, qui circa tempora Babylonicæ captivitatis florebat. (Calmet.)

esset sub Juda usque ad diem hanc. De Lobnâ alia ratio est; licet enim quando detrectatum jugum iterùm subierit non constet, subiisse verisimile est aliquot saltem annis post hanc discessionem, quod probat Abulensis q. 37, quia aliàs infra, c. 23, Josias non accepisset uxorem Amital filiam Jeremiæ de Lobnâ. Hæc autem ibi traditur mater fuisse Joachaz. Deinde quia de Idumæâ dicitur usque ad diem hanc, id est, usque ad scriptoris ætatem recessisse, quod dicendum esset item de Lobnâ, nisi jam rursùs ad fidem officiumque rediisset, eo fortassè tempore, quo regnabat in Judâ rex aliquis justus, qui custos esset religionis, vindex legum, pater denique patriæ, cujus se fidei securè committeret. Nunc itaque videndum cur cùm belli initio secundum viderentur habuisse successum, et fausta portenderent in posterum, Joram tamen neque contra Idumæos et Lobnenses quidquam deinceps molitus est; sed in suo consilio, sive perfidiâ, obstinatò hærere permisit. Hujus ego rationem hanc esse puto, quia conscientia mala semper est timida, quæ vires debilitat, et in ipso etiam portu timet naufragium; neque ullum est tempus, in quo non occurset oculis debitum suis sceleribus, et quoddam quasi fatale periculum. Quid enim sperare posset boni, qui tot fratres nullâ lacessitus injuriâ de medio sustulisset? De hâc scelerum conscientiâ est illud Sap. 17, v. 10: *Cùm sit enim timida nequitia, dat testimonium condemnationis. Semper enim præsumit sæva, perturbata conscientia.* Vide, quid hâc de re Plutarchus, libro de serâ numinis vindictâ. Auxit, opinor, valdè hanc perturbationem et metum epistola Eliæ, quæ sub hoc tempus videtur allata, quæ scelerum conscientiam exagitavit acerbè, et gravia prædixit tum populi, tum familiæ, honoris ac valetudinis incommoda. Quem enim non commoverent et frangerent epistolæ ab illo datæ, qui aliquot ante annis è vivis abierat, et illæ minæ, quibus nihil videbatur objici posse horribilius? De his epistolis sic habemus lib. 2 Paral. c. 21, v. 12: *Allatæ sunt autem ei litteræ ab Eliâ prophetâ, in quibus scriptum erat: Hæc dicit Dominus Deus David patris tui: Quoniam non ambulâsti in viis Josaphat patris tui, et in viis Asa regis Juda, sed incessisti per iter regum Israel, et fornicari fecisti Judam, et habitatores Jerusalem, imitatus fornicationem domûs Achab, insuper et fratres tuos, domum patris tui, meliores te occidisti: ecce Dominus percutiet te plagâ magnâ cum populo tuo, et filiis et uxoribus tuis, universâque substantiâ tuâ. Tu autem ægrotabis pessimo languore uteri tui, donec egrediantur vitalia tua paulatim per singulos dies.* Quando verò scriptæ fuerunt hæ litteræ, et unde, aut per quos allatæ, diximus supra, cap. 2, dub. 3, de Eliâ.

Alia præterea causa fuit, quæ regem Joram ab ulteriori in Idumæos insectatione deterruit: quia juxta minaces Eliæ litteras conjurârunt finitimi populi contra Joram, magnisque tam illius domum, quàm regnum ipsum Juda attriverunt incommodis; ut enim statim post propheticas minas, lib. Paralip. 2, c. 21, v. 16, legimus: *Suscitavit Dominus contra Joram spiritum Philistinorum et Arabum, qui confines sunt Æthiopibus, et ascenderunt in terram Juda, et vastaverunt eam, diripueruntque cunctam substantiam, quæ inventa est in domo regis, insuper et filios ejus et uxores. Nec remansit ei filius nisi Joachaz, qui minimus natu erat, et super hæc omnia percussit eum Dominus alvi languore insanabili*, etc. His ergo tentatus incommodis, et eodem tempore à tot nationibus appetitus, non tantùm à privatis malis nactus est otii, ut externis se bellis implicaret. Quare cùm undique à finitimis populis, et adversâ valetudine imminerent mala, priorem abjecit cogitationem, et impunitam reliquit Idumæorum audaciam.

Vers. 23. — Nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regis Juda? Quænam sint verba dierum, explicuimus in Proleg., § 3; eorum, quæ hìc omissa sunt, aliqua habemus lib. 2 Paralip. c. 21.

Vers. 24. — Et dormivit Joram cum patribus suis, sepultusque est cum eis in civitate David. Nihil hìc dicitur de mortis genere ac funere Joram; id tamen habemus ex lib. 2 Paralip. cap. 21. De morte quidem, v. 18: *Percussit eum Dominus alvi languore insanabili, cùmque diei succederet dies, et temporum spatia volverentur, duorum annorum expletus est circuitus, et hâc longâ consumptus tabe, ita ut egeret viscera sua, languore pariter et vitâ caruit.* De funere statim: *Mortuusque infirmitate pessimâ, et non fecit ei populus secundùm morem combustionis exequias, sicut fecerat majoribus ejus.* Erat, ut apparet, odiosus populo, idque magno suo merito Joram, atque ideò alia omnia funeris officia impendi regibus solita omisit, neque aliud præstitit quo regium cadaver honestaret, præter sepulturæ locum. Neque in regum sepulcro tumulatus est, quasi illo indignus honore, sed

in separato alio ignobilique sepulcro, in civitate David : sic enim habemus lib. 2 Paralip. c. 21 : *Sepelierunt eum in civitate David, verumtamen non in sepulcro regum.* Neque combustiones adhibuit, quod fortassè præcipuum erat in feralibus sacris. Quid porrò sit in funere combustio, diximus in nostris Commentariis super Jeremiam, ad illud c. 34, de Sedeciâ : *Secundùm combustiones patrum suorum regum priorum, qui fuerunt ante te, sic comburent te*, ubi diximus apud Hebræos cadavera non solere comburi, neque huic rei quicquam incommodare, quòd Saülis et Jonathæ corpora combusta dicantur lib. 1 Reg. cap. ultimo; vide quæ diximus supra, ad hunc locum ex lib. 1 Regum cap. 31.

Comburebantur igitur non cadavera, sed in cadaverum exequiis aromata varia, quod usitatum esse in multis nationibus, ex profanâ eruditione constat, quod ideò faciebant, ne quid molestum exhalaret corpus exanime; quam ob causam unguentis quoque pretiosis ungebant. De utroque exempla apud profanos obvia. Virgilius lib. 6 Æneidos de Miseno :

Congesta cremantur
Thurea dona, dapes fuso crateres olivo.

Apuleius lib. 4 Florid. : « Jam miseri illius « membra omnia aromatis perspersa; jam os « ipsius unguine odore delibutum. » Statius 3 Sylv. :

Quis carmine longo
Exequias, et dona malæ feralia pompæ
Perlegat? omne illi stipatum examine longo
Ver Arabum Cilicumque fluit, floresque Sabæi
Indorumque arsura leges, præreptaque templis
Thura.

Juxta hunc morem Persius satyr. 6 :

Sed cœnam funeris hæres
Negliget iratus, quòd rem curtaveris, urnæ
Ossa inodora dabit.

De sacris est illud testimonium illustre de Christo, Joan. c. 19, v. 39 : *Venit autem Nicodemus, qui venerat ad Jesum nocte primùm, ferens mixturam myrrhæ et aloes, quasi libras centum.* Quod esse Judæis in suorum funere legitimum, docet id quod sequitur : *Sicut mos est Judæis sepelire.* Idem quoque præstitum est in funere Asa regis Israel, lib. 2 Paral. c. 16, v. 14 : *Et sepelierunt eum in sepulcro suo, quod foderat sibi in civitate David : posueruntque eum super lectum suum plenum aromatibus et unguentis meretriciis, quæ erant arte pigmentariorum confecta, et combusserunt super eum ambitione nimiâ.* Hoc non videtur obscurum aut dubium; sed illud nostram cogitationem nonnihil conturbat, quòd non dicuntur aromata in funere combusta, sed combustus ille, de cujus agitur funere, ut de Sedeciâ indicat Jeremias c. 34, v. 5 : *Secundùm combustiones patrum suorum regum priorum qui fuerunt ante te.* Sed est quid ad hæc responderi possit non incommodè : primùm, quia ubi Vulgatus, *comburent te,* Hebraicè est, *comburent tibi*, id est, in honorem tuum. Deinde, quia non rarò alicui tribuuntur illa quæ in id quod ejus causâ, aut in ejus honorem fit, magis, aut etiam omninò conveniunt. Quo modo dicitur *aliquem bibere*, qui in illius honorem et gratiam, tot cyathos haurit, quot litteris constat illius nomen : exempla sunt obvia, accipe ex omnibus unum ex Martial. lib. 1, epigr. 39 :

Nœnia sex cyathis, septem Faustina bibatur,
Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus.

Idem esse credo de ferali cœnâ, quæ in mortuorum inferiis porrigebatur iis, qui officii atque honoris gratiâ funus obibant. Sanè ita olim loquebantur Hispani, qui comedi mortuum tunc dicebant, cùm feralibus de more epulis accumberent. Sic ergo comburi dici possunt mortuorum cadavera, cùm in illorum exequiis aromata cremantur.

Regnavit Ochozias filius ejus pro eo. Hic Ochozias absque dubio binomius fuit; vocatus est enim Joachaz lib. 2 Paralip. c. 21, v. 17, et c. 22, v. 1, idem vocatur Ochozias. De Joachaz illic dicitur : *Nec remansit ei* (Joram) *filius nisi Joachaz, qui minimus natu erat.* Hìc : *Constituerunt autem habitatores Jerusalem Ochoziam filium ejus (Joram) minimum regem pro eo. Omnes enim majores natu, qui ante eum fuerant, interfecerunt latrones Arabum.* En quomodò Joachaz natu dicitur minimus inter filios Joram, et superstes ex omnibus, quos latrones occiderunt; et idem omninò dicitur de Ochoziâ.

Vers. 25. — Anno duodecimo Joram filii Achab regis Israel, regnavit Ochozias. Hìc oportet revocemus, quæ paulò ante diximus, ad v. 16, regnâsse filios aliquando cum parentibus simul, aliquando verò solos : et interdùm numerari tantùm annos, quibus aliquis solus regnum obtinuit, et hoc frequentiùs (quia hoc modo clariùs temporum ratio constat, et rerum gestarum series intelligitur), aliquando omnes, quos cum parentibus simul in administrando regno posuerunt : sicut accidit Joram regi Juda, de quo nuper. Idem nunc accidit Ochoziæ, qui regnavit solus

unum annum, cum patre viginti, à primo videlicet anno, quo regnare cœpit, nempe anno quinto avi sui Josaphat, tum autem annos natus erat viginti duos ; at cùm regnare solus cœpit, annum agebat quadragesimum secundum, et tunc regnum iniit anno duodecimo Joram regis Israel, quo anno pater ipsius regno ac vitâ defunctus est. Nam si anno quinto Joram regis Israel regnare solus incœpit alter Joram, necesse est, ut si octavo postquàm obtinuit regnum anno decessit, anno decesserit duodecimo regis Israel ; tot enim sunt anni Joram regis Israel, à quinto anno inclusivè, in cujus initio mortuus est Josaphat, et illi successit in regno jam solus Joram rex Juda. Quòd autem in principio anni quinti regis Israel cœperit regis Juda Joram solitarium imperium, ex eo constat, quia qui nunc dicitur annus duodecimus, in quo tempore regnare cœpit Ochozias, capite sequenti v. 29, undecimus vocatur : *Anno undecimo Joram filii Achab regnavit Ochozias super Judam :* quæ loca conciliari non possunt, nisi dicamus aliquem ex his annis inchoatum esse, ita ut juxta Scripturæ morem, adhiberi possit vel omitti. Ex quo efficitur annum, in quo decessit Joram rex Juda, et regnum ejus loco iniit Ochozias, undecimum vocari, atque etiam duodecimum potuisse. Meminisse oportet Joram Ochoziæ patrem obiisse sexagenarium, ut diximus supra, v. 17, unde solvitur nodus ille, in quo extricando multi laborârunt, quòd nimirùm videretur filius parente senior. Nam Ochozias eodem anno, quo solus regnare est orsus, extinctus fuit, id est, annos natus quadraginta duos; nam uno tantùm regnavit anno ; quare decimo octavo parentis anno natus est Ochozias.

Vers. 26. — Nomen matris ejus Athalia filia Amri regis Israel. Sicut progenitores, quantùmcumque distent à posteris, patres appellantur, ut Abraham et Israel, illorum, qui ex eorum genere ad hæc usque secula propagati sunt, sic etiam posteri, licet ab illis multâ successione distantes, filii vocantur. Athalia filia fuit Achab, ut constat supra, v. 18; dicitur tamen Amri filia, quia illius erat neptis. Amri enim pater erat Achab. Quemadmodùm hoc ipso tempore Jehu, qui cap. sequenti v. 2, filius esse dicitur Josaphat filii Namsi, 2 Paralip. c. 22, v. 7, vocatur filius Namsi. Hebræi, ut in ejus Traditionibus refert Hieronymus, putant Athaliam sororem fuisse Achab, et filiam Amri, dici tamen filiam Achab non naturâ, sed imitatione, quia illius mores ad vivum expressit. Sed errant hìc Hebræi, ut alibi sæpè, neque deserendus sensus prior, qui et ipse facilior est, neque à litteræ proprietate distortus.

Vers. 27. — Gener enim domus Achab fuit. Vixit Ochozias more prorsùs gentilico, sicut etiam pater Joram; uterque enim secutus est non tam parentem Josaphat, quàm Achab, cujus filiam duxerat Joram, quæ fermentum Israeliticæ massæ pestilens fuit. Addidit præterea, ut ex domo Achab uxorem duceret, aut sororem matris, aut amitæ, vel avunculi, filiam fortassè Joram regis Israel, quæ non videtur fuisse Athaliâ genitrice melior, cùm educata esset in domo, atque adeò in sinu Jezabelis, cujus imbibit mores, et à teneris annis gentilicas hausit disciplinas.

Vers. 28. — Abiit quoque cum Joram filio ad præliandum contra Hazael. Voluit Achab, ut vidimus supra lib. 3, c. 22, vendicare sibi à Syrorum imperio Ramoth Galaad; in eo tamen bello, congressu primo infeliciter periit. Studio quoque regni amplificandi filius ipsius Joram persequi statuit, quod pater ante inauspicatò tentaverat. Et sicut Achab Josaphat regem Juda affinitate sibi conjunctum ad eam expeditionem socium adhibuit, sic etiam Joram affinitate, genereque conjunctum ad belli societatem ascivit Ochoziam. Cessit tamen malè conatus ille, nam percussus graviter à Syris Joram cessit ex acie, et ut à vulnere commodiùs curaretur, secessit in Jezrahel. Neque tamen alii duces excesserunt è castris aut alii vulneratum Joram, et fugientem ex acie persecuti sunt, ut ex cap. sequenti facilè constabit. Ochozias reliquit castra, et ne videretur officium deserere, quod cognato regi et vulnerato debebat, descendit in Jezrahel, quò ille saucius corpore, et æger animo diverterat.

CAPUT IX.

1. Eliseus autem prophetes vocavit unum de filiis prophetarum, et ait illi : Accinge lumbos tuos, et tolle lenticulam olei hanc in manu tuâ, et vade in Ramoth Galaad.

CHAPITRE IX.

1. Or le prophète Elisée appela un des enfants des prophètes, et lui dit : Ceignez-vous les reins; prenez dans votre main cette petite fiole d'huile, et allez à Ramoth de Galaad.

2. Quand vous serez là, vous verrez Jéhu,

2. Cùmque veneris illùc, videbis Jehu, filium Josaphat filii Namsi. Et ingressus suscitabis eum de medio fratrum suorum, et introduces in interius cubiculum;

3. Tenensque lenticulam olei, fundes super caput ejus, et dices : Hæc dicit Dominus : Unxi te regem super Israel. Aperiesque ostium, et fugies, et non ibi subsistes.

4. Abiit ergo adolescens puer prophetæ in Ramoth Galaad,

5. Et ingressus est illùc (ecce autem principes exercitûs sedebant); et ait : Verbum mihi ad te, ô princeps. Dixitque Jehu : Ad quem ex omnibus nobis? At ille dixit : Ad te, ô princeps.

6. Et surrexit, et ingressus est cubiculum. At ille fudit oleum super caput ejus, et ait : Hæc dicit Dominus Deus Israel : Unxi te regem super populum Domini Israel.

7. Et percuties domum Achab domini tui; et ulciscar sanguinem servorum meorum prophetarum, et sanguinem omnium servorum Domini de manu Jezabel.

8. Perdamque omnem domum Achab; et interficiam de Achab mingentem ad parietem, et clausum et novissimum in Israel.

9. Et dabo domum Achab sicut domum Jeroboam filii Nabath, et sicut domum Baasa filii Ahia.

10. Jezabel quoque comedent canes in agro Jezrahel, nec erit qui sepeliat eam. Aperuitque ostium, et fugit.

11. Jehu autem regressus est ad servos domini sui, qui dixerunt ei : Rectenè sunt omnia? quid venit insanus iste ad te? Qui ait eis : Nôstis hominem, et quid locutus sit.

12. At illi responderunt : Falsum est, sed magis narra nobis. Qui ait eis : Hæc et hæc locutus est mihi, et ait : Hæc dicit Dominus : Unxi te regem super Israel.

13. Festinaverunt itaque, et unusquisque tollens pallium suum, posuerunt sub pedibus ejus in similitudinem tribunalis, et cecinerunt tubâ, atque dixerunt : Regnavit Jehu.

fils de Josaphat, fils de Namsi; et, vous approchant de lui, vous le ferez sortir d'entre ses frères, et vous l'introduirez dans une chambre secrète.

3. Vous prendrez ensuite cette petite fiole d'huile, et vous la lui répandrez sur la tête, en disant : Voici ce que dit le Seigneur : Je vous ai sacré roi d'Israël. Aussitôt vous ouvrirez la porte, et vous vous enfuirez, sans demeurer là davantage.

4. Le jeune homme, ministre du prophète, alla donc aussitôt à Ramoth de Galaad.

5. Il entra au lieu où les principaux officiers de l'armée étaient assis, et il dit *à Jéhu :* Prince, j'ai un mot à vous dire. Jéhu lui dit : A qui d'entre nous voulez-vous parler ? Il lui répondit : A vous, prince.

6. Jéhu se leva donc, et entra dans une chambre; et le jeune homme lui répandit l'huile sur la tête, et lui dit : Voici ce que dit le Seigneur Dieu d'Israël : Je vous ai sacré roi sur Israël, le peuple du Seigneur.

7. Vous exterminerez la maison d'Achab, votre seigneur; je vengerai ainsi de la main *cruelle* de Jézabel le sang des prophètes, mes serviteurs, et le sang de tous les serviteurs du Seigneur.

8. Je perdrai toute la maison d'Achab, et je tuerai de cette maison jusqu'aux animaux, depuis le premier jusqu'au dernier dans Israël.

9. Et je rendrai la maison d'Achab semblable à la maison de Jéroboam, fils de Nabath, et à celle de Baasa, fils d'Ahia.

10. Jézabel sera aussi mangée des chiens dans le champ de Jezrahel, et il ne se trouvera personne pour l'ensevelir. Ensuite il ouvrit la porte et s'enfuit.

11. Jéhu rentra aussitôt au lieu où étaient les officiers de son maître, qui lui dirent : Tout va-t-il bien ? qu'est venu vous dire ce fou-là? Jéhu leur dit : Vous connaissez le personnage, et ce qu'il a pu me dire.

12. Ils lui répondirent : Ce qu'il vous a dit n'est point vrai : malgré cela, contez-le nous. Jéhu leur dit : Il m'a déclaré telle et telle chose, et il a ajouté : Voici ce que dit le Seigneur : Je vous ai sacré roi d'Israël.

13. Ils se levèrent aussitôt, et chacun d'eux prenant son manteau, ils les mirent sous ses pieds, en firent comme une espèce de trône, et, sonnant de la trompette, ils crièrent : Jéhu est notre roi.

14. Conjuravit ergo Jehu, filius Josaphat filii Namsi, contra Joram. Porrò Joram obsederat Ramoth Galaad, ipse et omnis Israel, contra Hazael, regem Syriæ;

15. Et reversus fuerat ut curaretur in Jezrahel propter vulnera, quia percusserant eum Syri præliantem contra Hazael, regem Syriæ. Dixitque Jehu : Si placet vobis, nemo egrediatur profugus de civitate, ne vadat, et nuntiet in Jezrahel.

16. Et ascendit, et profectus est in Jezrahel : Joram enim ægrotabat ibi, et Ochozias rex Juda descenderat ad visitandum Joram.

17. Igitur speculator qui stabat super turrim Jezrahel, vidit globum Jehu venientis, et ait : Video ego globum. Dixitque Joram : Tolle currum, et mitte in occursum eorum; et dicat vadens : Rectène sunt omnia?

18. Abiit ergo qui ascenderat currum in occursum ejus, et ait : Hæc dicit rex : Pacatane sunt omnia? Dixitque Jehu : Quid tibi et paci? transi, et sequere me. Nuntiavit quoque speculator, dicens : Venit nuntius ad eos, et non revertitur.

19. Misit etiam currum equorum secundum, venitque ad eos, et ait : Hæc dicit rex : Numquid pax est? Et ait Jehu : Quid tibi et paci? transi, et sequere me.

20. Nuntiavit autem speculator, dicens : Venit usque ad eos, et non revertitur. Est autem incessus quasi incessus Jehu filii Namsi; præceps enim graditur.

21. Et ait Joram ; Junge currum. Junxeruntque currum ejus, et egressus est Joram rex Israel et Ochozias rex Juda, singuli in curribus suis; egressique sunt in occursum Jehu, et invenerunt eum in agro Naboth Jezrahelitæ.

22. Cùmque vidisset Joram Jehu, dixit : Pax est, Jehu? At ille respondit : Quæ pax? adhuc fornicationes Jezabel, matris tuæ, et veneficia ejus multa vigent.

23. Convertit autem Joram manum suam, et fugiens ait ad Ochoziam : Insidiæ, Ochozia.

24. Porrò Jehu tetendit arcum manu,

14. Jéhu, fils de Josaphat, fils de Namsi, fit donc une conjuration contre Joram. Or, Joram ayant déclaré la guerre à Hazaël, roi de Syrie, avait assiégé Ramoth de Galaad avec toute l'armée d'Israël;

15. Et ayant été blessé par les Syriens, lorsqu'il combattait contre Hazaël, roi de Syrie, il était venu à Jezrahel à cause de ses blessures. Et Jéhu dit : Que personne, je vous prie, ne s'enfuie hors de la ville, de peur qu'il n'aille en porter la nouvelle à Jezrahel.

16. Et il partit, et marcha contre Jezrahel, où Joram était malade; et Ochozias, roi de Juda, y était venu pour voir Joram.

17. La sentinelle qui était au haut de la tour de Jezrahel vit Jéhu avec sa troupe, qui venait, et dit : Je vois une troupe. Joram dit : Qu'on prenne un chariot, et qu'on l'envoie à la rencontre, et que celui qui le conduira leur dise : Tout va-t-il bien?

18. Celui donc qui était monté sur le chariot alla au-devant de Jéhu, et lui dit : Apportez-vous la paix? Jéhu lui répondit : Qu'y a-t-il de commun entre vous et la paix? Passez et suivez-moi. La sentinelle en donna aussitôt avis, et dit : Celui qu'on avait envoyé est allé à eux, mais il ne revient point.

19. Joram envoya encore un autre chariot; et l'écuyer étant venu vers Jéhu, lui dit : Le roi vous demande si vous apportez la paix. Qu'y a-t-il de commun entre vous et la paix? dit Jéhu. Passez et suivez-moi.

20. Or la sentinelle en avertit, disant : *Celui qu'on avait envoyé* les a joints, mais il ne revient point; celui qui s'avance paraît à sa démarche être Jéhu, *fils de Josaphat,* fils de Namsi; car il vient en toute hâte.

21. Alors Joram dit : Attelez les chevaux à mon chariot. Et, les chevaux y étant mis, Joram, roi d'Israël, et Ochozias, roi de Juda, sortirent chacun dans son chariot; et ils allèrent au-devant de Jéhu, et le trouvèrent dans le champ de Naboth de Jezrahel.

22. Joram ayant vu Jéhu, lui dit: Apportez-vous la paix? Jéhu lui répondit : Quelle peut être cette paix, pendant que les impuretés de Jézabel, votre mère, et ses enchantements, subsistent encore en tant de manières?

23. Joram aussitôt tourna bride, et, prenant la fuite, dit à Ochozias : Nous sommes trahis, Ochozias.

24. Et Jéhu tendit son arc, et frappa Joram

et percussit Joram inter scapulas; et egressa est sagitta per cor ejus, statimque corruit in curru suo.

25. Dixitque Jehu ad Badacer ducem : Tolle, projice eum in agro Naboth Jezrahelitæ; memini enim, quando ego et tu sedentes in curru sequebamur Achab patrem hujus, quòd Dominus onus hoc levaverit super eum, dicens :

26. Si non pro sanguine Naboth, et pro sanguine filiorum ejus quem vidi heri, ait Dominus, reddam tibi in agro isto, dicit Dominus. Nunc ergo tolle, et projice eum in agrum, juxta verbum Domini.

27. Ochozias autem, rex Juda, videns hoc, fugit per viam domûs horti. Persecutusque est eum Jehu, et ait : Etiam hunc percutite in curru suo. Et percusserunt eum in ascensu Gaver, qui est juxta Jeblaam. Qui fugit in Mageddo, et mortuus est ibi.

28. Et imposuerunt eum servi ejus super currum suum, et tulerunt in Jerusalem; sepelieruntque eum in sepulcro cum patribus suis in Civitate David.

29. Anno undecimo Joram, filii Achab, regnavit Ochozias super Judam.

30. Venitque Jehu in Jezrahel. Porrò Jezabel, introitu ejus audito, depinxit oculos suos stibio, et ornavit caput suum; et respexit per fenestram

31. Ingredientem Jehu per portam, et ait : Numquid pax potest esse Zambri, qui interfecit dominum suum?

32. Levavitque Jehu faciem suam ad fenestram, et ait : Quæ est ista? Et inclinaverunt se ad eum duo vel tres eunuchi.

33. At ille dixit eis : Præcipitate eam deorsùm. Et præcipitaverunt eam, aspersusque est sanguine paries, et equorum ungulæ conculcaverunt eam.

34. Cùmque introgressus esset ut comederet biberetque, ait : Ite, et videte maledictam illam; et sepelite eam, quia filia regis est.

35. Cùmque îssent ut sepelirent eam, non invenerunt nisi calvariam, et pedes, et summas manus ;

36. Reversique nuntiaverunt ei. Et ait

entre les épaules; la flèche lui traversa le cœur, et il tomba mort dans son chariot.

25. Alors Jéhu dit à Badacer, capitaine *de ses gardes:* Prenez-le, et le jetez dans le champ de Naboth de Jezrahel; car il me souvient que, lorsque nous suivions Achab, son père, et que nous étions vous et moi dans un même chariot, le Seigneur prononça contre lui cette prophétie, en disant : Je jure *par moi-même,* dit le Seigneur,

26. Que je répandrai votre sang dans ce même champ, pour le sang de Naboth et pour celui de ses enfants, que je vous ai vu répandre hier. Prenez-le donc maintenant, et le jetez dans le champ, selon la parole du Seigneur.

27. Ce qu'Ochozias, roi de Juda, ayant vu, il s'enfuit par le chemin de la maison du jardin; et Jéhu le poursuivit, et dit : Frappez aussi celui-ci dans son chariot. Ils le frappèrent donc au lieu où l'on monte à Gaver, qui est près de Jéblaam. Et s'étant enfui à Mageddo, il y mourut.

28. Ses serviteurs le placèrent sur son chariot, le portèrent à Jérusalem, et l'ensevelirent avec ses pères dans la Ville-de-David.

29. La onzième année *du règne* de Joram, fils d'Achab, Ochozias régna sur Juda.

30. Jéhu vint ensuite à Jezrahel; et Jézabel ayant appris son arrivée, se para les yeux avec du fard, mit ses ornements sur sa tête, et regarda par la fenêtre

31. Jéhu qui entrait dans la ville, et lui dit : Peut-on espérer la paix de *celui qui, comme* Zambri, a tué son maître?

32. Jéhu, levant la tête vers la fenêtre, dit : Qui est celle-là? Et deux ou trois eunuques, *qui étaient en haut,* s'inclinèrent vers lui.

33. Et Jéhu leur dit : Jetez-la en bas; et aussitôt ils la précipitèrent, et la muraille fut teinte de son sang, et elle fut foulée aux pieds des chevaux.

34. Après que Jéhu fut entré *dans le palais* pour boire et pour manger, il dit : Allez voir cette maudite; ensevelissez-la, parce qu'elle est fille de roi.

35. Et étant allés pour l'ensevelir, ils n'en trouvèrent que le crâne, les pieds et l'extrémité des mains.

36. Et ils revinrent le dire à Jéhu, qui *leur*

Jehu : Sermo Domini est, quem locutus est per servum suum Eliam Thesbiten, dicens : In agro Jezrahel comedent canes carnes Jezabel,

37. Et erunt carnes Jezabel sicut stercus super faciem terræ in agro Jezrahel, ita ut prætereuntes dicant : Hæccine est illa Jezabel ?

dit : C'est ce que le Seigneur avait prédit par Elie de Thesbé, son serviteur, en disant : Les chiens mangeront la chair de Jézabel dans le champ de Jezrahel,

37. Et la chair de Jézabel sera dans le champ de Jezrahel comme le fumier sur la face de la terre; et tous ceux qui passeront diront : Est-ce-là cette *fameuse* Jézabel ?

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ELISEUS AUTEM PROPHETES VOCAVIT UNUM DE FILIIS PROPHETARUM (1). Remanserant, ut dixi, abeunte Joram, viri aliqui principes, quorum prudentiæ et fidei credita fuerat belli moles, ut obsidionem urgerent, et inchoata perficerent. Obtinuerant jam, ut apparet, civitatem, et intra illius mœnia castra locaverant, et oppugnabant arcem ac munitiora loca quæ adhuc erant in hostium potes-

(1) Adolescens hic, Elisei puer inferiùs appellatur. Ipsum fuisse Jonam docent Rabbini; quem certè tunc teneram ætatem egisse oportuit, siquidem vera illos affirmare censeamus. Nam Jeroboamus II, quo rege Jonas prophetabat, nonnisi post quinquaginta circiter annos ab hâc unctione Jehu regnabat. (Calmet.)

En ce même temps, le prophète Elisée appela un des enfants des prophètes, et lui dit : Ceignez vos reins, prenez en votre main cette petite fiole d'huile, et allez à Ramoth de Galaad, etc. Voici peut-être l'un des exemples les plus terribles de la justice de Dieu que l'on vit jamais, mais d'une justice précédée par cette longue patience du Seigneur dont parle saint Paul. Jézabel jouissait en paix du fruit malheureux de tant de crimes et d'impiétés dont elle s'était rendue coupable; et après avoir répandu le sang de Naboth pour s'emparer de sa vigne, après avoir fait mourir un grand nombre de prophètes, pour étouffer, si elle avait pu, la verité; après avoir préféré l'idolâtrie à la véritable religion du Dieu d'Israël, pour se procurer une plus grande liberté de s'abandonner à ses injustices, elle abusait insolemment de la tolérance et du silence de celui dont elle foulait aux pieds les plus saintes loix. Elle *méprisait,* selon le langage de l'Apôtre, *les richesses de la bonté du Seigneur, sans considérer que cette même bonté l'invitait à la pénitence; et s'étant enfin amassé par la dureté et l'impénitence de son cœur* comme *un trésor de colère,* elle tomba lorsqu'elle y pensait le moins, dans le juste jugement de Dieu, *qui répandit,* comme parle un prophète, *toute la fureur de sa colère,* sur cette princesse. Il résolut pour cela de se servir de Jéhu, l'un des généraux d'armée du roi d'Israël, et il ordonna à Elisée de le sacrer roi. Ce saint prophète n'y alla pas néanmoins lui-même, mais il appela un de ses disciples pour l'envoyer en sa place s'acquitter de cette fonction importante. Un ancien Père témoigne qu'il en usa de la sorte pour faire la chose plus secrètement et empêcher les désordres qui auraient pu arriver, si la chose fut venue à la connaissance du roi d'Israël. Ce n'est pas sans doute qu'il n'eût pu fort bien s'en acquitter par lui-même, comme Samuël l'avait fait à l'égard de David, quoiqu'il eût tout lieu de craindre le ressentiment et la fureur de Saül. Mais apparemment Dieu lui donna ordre d'user de cette prudence, voulant apprendre, comme le remarque ce même Père, à ceux qui sont le plus assurés de sa volonté, à se conduire avec sagesse dans l'exécution de ses ordres, et leur témoigner par cet exemple que non seulement il ne désapprouve pas les moyens humains qu'on peut employer dans ces rencontres, mais qu'il condamne plutôt la témérité de ceux qui, s'assurant trop sur sa providence, négligeraient volontairement toutes les voies que la lumière d'une vraie sagesse leur peut inspirer. Nous en voyons une preuve illustre dans le sacre de David. Car, lorsque Dieu commanda à Samuël d'aller le sacrer, ce saint prophète n'ayant pas craint de lui demander comment il irait, puisque Saül le saurait, et qu'il le ferait mourir, le Seigneur, qui aurait pu l'assurer qu'il n'avait rien à appréhender en exécutant ses ordres, ne voulut pas néanmoins le faire, et lui prescrivit un moyen humain pour tenir secrète la commission pour laquelle il l'envoyait, en lui ordonnant de prendre un veau du troupeau, et de dire qu'il allait offrir un sacrifice au Seigneur. Saint Jérôme fait une remarque considérable sur la manière dont Elisée chargea son disciple d'oindre Jéhu. Car en parlant de l'onction royale, il dit qu'il y en avait de deux sortes, l'une abondante, et l'autre beaucoup moindre. Si c'est David, ajoute ce saint, ou Salomon, c'est-à-dire, si c'est *le puissant et le pacifique* qu'on doit sacrer roi, il est oint avec la corne pleine d'huile. Mais si c'est Jéhu ou Hazaël qui le doivent être, ils ne le sont qu'avec une petite fiole d'huile, c'est-à-dire, selon la pensée de ce Père, que l'onction par laquelle ces deux premiers princes furent sacrés rois d'Israël, marquait l'abondance de l'Esprit de Dieu, qui leur était conférée avec sa puissance pour le gouvernement de son peuple; mais que celle que reçurent ces deux autres rois, marquait seulement le caractère de la puissance qu'il leur donnait pour exercer la rigueur de sa justice. Ce saint docteur remarque encore qu'outre l'onction royale, il y avait l'onction sacerdotale, que Dieu avait destinée pour les prêtres, et l'onction prophétique, dont Dieu ordonna à Elie d'user envers Elisée pour lui conférer la grâce de la prophétie. Mais il relève par dessus toutes les autres l'onction sacrée de la loi nouvelle, qui de Jésus-Christ, comme du chef et du Sauveur, s'est répandue sur les membres, qui sont les chrétiens. (Sacy.)

tate. Eorum princeps erat Jehu, quem juxta Domini præceptum Elias jam antea regem unxerat. Sed quia tunc designationem illam non curabat Jehu, aut quia illi defuisse pondus arbitrabatur, aut quia tempus suscipiendi regni non audierat ab Eliâ, ideò de occupando debito sibi regno cogitationem non susceperat, aut susceptam abjecerat. Quare juxta præceptum, ut opinor, Eliæ, cùm adesse jam maturitatem Eliseus agnosceret, illum per unum ex discipulis rursùs inunxit, indixitque, quid ab illo Deus præstitum vellet, et cur illi præcipuè Israelitici imperii habenas tradere voluerit.

Tolle lenticulam olei hanc in manu tua, et vade in Ramoth Galaad. Quid sit *lenticula,* diximus pluribus lib. 1 Reg. cap. 10, in principio, ubi etiam egimus de oleo quod reges initiat atque constituit. Mittitur autem prophetæ discipulus in Ramoth Galaad, quia ibi tunc erat in castris princeps exercitûs Jehu.

Vers. 2. — Ingressus suscitabis eum de medio fratrum suorum, et introduces in interius cubiculum. Ex his fit probabile, quod supra conjectabamus, aut certè bonam illam partem esse in Israelitarum potestate, et superesse tantùm expugnandam arcem, et si qua essent in civitate firmiora loca. Nam ingressurus dicitur propheta, nempe in locum ubi erat Jehu, et in cubiculum interius, quod sanè in castris esse non solet. Tunc autem erat Jehu simul cum aliis regni exercitûsque proceribus, qui de re bellicâ et publicâ deliberaturi consederant. Quem evocat de medio consessu propheta, quia opus illud in eo articulo secretum esse oportuit, ne videlicet, qui causæ favebant regis Joram, cùm viderent novum designari regem, rem totam turbarent, eòque deducerent, ut Israelitæ in varia studia factionesque dissecti in cognata viscera ferrum converterent, majoremque à seipsis quàm ab hoste Syro, plagam acciperent. Et quia in eâ denuntiatione hostile aliquid ab irato et tumultuante populo timere sibi poterat propheta, jubet Eliseus ut postquàm unxisset Jehu, et Dei nomine edixisset, quid illi mandatum esset negotii, et quò spectaret illa inopinata designatio, statim sese ex illâ civitate corriperet, antequàm quisquam, quid esset factum, suspicari posset. (1)

Vers. 7. — Percuties domum Achab domini tui, et ulciscar sanguinem servorum meorum prophetarum, etc., de manu Jezabel. Quomodò Achab instigante Jezabele in prophetas Domini et divinæ legis amatores debacchatus fuerit, dictum est lib. 3, cap. 18. Memor autem Dominus sanguinis prophetarum suâ causâ profusi, noluit tantam audaciam impunitam abire, atque ideò ab impiâ familiâ pœnas exigit ita graves, ut nihil ex illâ reliquum futurum sit, neque illa quidem, quæ aut nimiùm vilia, aut nimiùm tuta fore putabantur, quibus ferrum plerùmque ignoscit : illa [quidem, ut in ipsa distringatur gladius, censentur indigna :

(1) Vers. 3. — Tenens lenticulam olei, fundes super caput ejus. Genuinam significationem Hebrææ vocis, quæ redditur hic *lenticula,* alibi expressimus. Hebræi, quos interpretum plerique sequuntur, aiunt, oleum illud, quo reges Israelis initiabantur, è balsamo expressum fuisse, purum, nulloque ritu alio consecratum, cùm vicissim oleum regum Juda liquor esset sacer, et in tabernaculo conservatus. Imperatum quidem fuerat Eliæ, ut veniens ungeret Jehu in regem Israelis ; id tamen implere sive temporis defectu Eliæ non licuit, sive Dominus dilationem imperavit, idque committi curæ Elisei voluit. (Calmet.)

Vers. 4. — Abiit in Ramoth Galaad. Expugnata fuerat urbs, ut in exitu superioris capitis animadversum est ; sed arcem tenebant adhuc Syri, vel fortè ejus obsidio per Hazaelem regem Syriæ timebatur. (Calmet.)

Vers. 6, 7. — *Je vous ai sacré roi sur le peuple du Seigneur, sur Israël. Vous exterminerez la maison d'Achab, votre seigneur; et je vengerai ainsi de la main cruelle de Jézabel le sang des prophètes, mes serviteurs, et le sang de tous les serviteurs du Seigneur.* Dieu étant le souverain maître de la vie des hommes, fait sacrer Jéhu roi d'Israël uniquement pour exercer sa justice contre la maison d'Achab et contre l'impie Jézabel. Il lui en donne un ordre formel, et il lui témoigne qu'il veut venger de la sorte le sang de ses serviteurs et de ses prophètes, répandu si cruellement par cette princesse. Ainsi on doit regarder Jéhu d'une autre manière qu'Hazaël, roi de Syrie, dont on a parlé auparavant, puisqu'Hazaël suivit purement son ambition dans l'attentat qu'il commit contre Bénadad ; au lieu que Jéhu exécuta l'ordre du Seigneur contre des impies qui avaient renversé toute sa religion, et massacré ses serviteurs. Il est nécessaire cependant de remarquer ici par avance avec saint Jérôme, que Jéhu ayant servi d'instrument à la fureur du Seigneur, mais n'ayant pas profité lui-même de l'exemple d'une si terrible vengeance, dont il était le ministre, et s'étant abandonné comme ses prédécesseurs à l'idolâtrie, il mérita que le royaume fût dans la suite enlevé de sa maison. Quoique ce prince ait exécuté l'ordre de Dieu, en exterminant la maison d'Achab, la suite de ses actions fait assez juger qu'il ne le fit pas dans la vue seule de lui obéir, mais beaucoup plus pour se satisfaire soi-même en obéissant à Dieu, et qu'ainsi cette obéissance extérieure qu'il lui rendait étant criminelle devant ses yeux par le principe d'où elle partait, mérita d'être punie dans la suite par la ruine de sa maison. (Sacy.)

hæc, quia ejusmodi sunt, ut vim omnem repellant hostilem, et omnes hostium machinas et impetus illudant.

Vers. 8. — Interficiam de Achab mingentem ad parietem, et clausum, et novissimum in Israel. Hæc à nobis explicata sunt lib. 3, cap. 14, v. 10; et lib. 1, c. 15, v. 22, neque aliquid succurrit, quod addamus. (1)

Vers. 11. — Jehu autem egressus est ad servos domini sui, qui dixerunt ei : Rectène sunt omnia? Eodem tempore egressus est propheta per aliam portam, ut militarem furorem effugeret, qui levissimis de causis concitari assolet, et Jehu ad principes illos, quibuscum de summâ rerum deliberaturus consederat. Qui cùm hominem vidissent ex illorum ordine qui non vulgaria aut loquuntur, aut faciunt, suspicati sunt aliquid illum cum Jehu moliri novum : atque ideò cùm ad intermissum negotium rediisset Jehu, hâc illum familiari interrogatione excipiunt : *Rectène sunt omnia?* ac si dicerent: Ecquid novi est? acciditne aliquid quod bellicis aut communibus rationibus incommodet? Quomodò autem his verbis amici se familiariter excipiant, diximus supra, c. 5, v. 21, ad eadem verba.

Quid venit insanus iste ad te (2)? Licet prophetæ propter vivendi formam à populari remotam, à multis, quibus illorum sermo paulò liberior molestus erat, et cultus asperior, delicatum et molle vitæ genus accusabat, insani viderentur, et horridi, indigni tandem quos viri principes, et lauti ad convictum et congressum admitterent, tamen hoc tempore, quando in Israele viguit magis idololatria, et passim prophetæ ad cædem quærebantur à Jezabele, et ab Achab, et à regibus etiam Juda, ex quo cum domo Jezabelis affinitatem contraxerunt, et genus habuêre commune, multò magis putabantur insani, quasi à suo, vel à diabolico agerentur spiritu, non divino. Neque fortassè aliud significabat, illud puerile convicium, quo Eliseus calvus dicebatur supra, c. 2, quia vox illa, ut diximus, delirum hominem significat. Fuit sanè illa hominum opinio, ut qui futura prædiceret, aut divina nuntiaret, pythonico atque fanatico spiritu putaretur instinctus. Eo nomine laborabat Jeremias, in cujus odium à Semeiâ inflammabatur sacerdos magnus, Jerem. c. 29, v. 19 : *Dominus dedit te sacerdotem, ut sis dux in domo Domini super omnem virum arreptitium et prophetantem, ut mittas eum in nervum.* De prophetis sic Cicero lib. 2 de Divinatione : « Quid habet auctoritatis « furor iste, quem divinum vocatis, ut quæ « sapiens non videt, ea videat insanus, et is qui « humanos sensus amiserit, divinos assecutus « sit, et vaticinari idem esse, quod insanire? » Idem dixit in Orat. pro Sextio, de Pisone : « Eos qui dignitati dicerent esse serviendum, « vaticinari atque insanire dicebat. » Plato in Phædro insanos appellat prophetas, et accom-

(1) Vers. 10. — Jezabel quoque comedent canes in agro Jezrahel, intra spatium jacens inter murum et vallum urbis, nemine sepulturam ejus curante. Abjicietur projecta, honore sepulturæ privata. (Calmet.)

(2) *Qu'est-ce que cet insensé vous est venu dire? Jéhu leur dit : Vous savez qui est cet homme, et ce qu'il a pu me dire. Cela n'est point vrai, lui répartirent-ils, mais contez-le-nous plutôt vous-même.* Ces gens de guerre, dit Théodoret, qui n'avaient pas grande religion, appelaient fou le prophète du Seigneur, parce que la liberté avec laquelle les prophètes leur parlaient passait chez eux pour une espèce de fureur, et qu'ils étaient regardés comme des personnes transportées hors d'elles-mêmes, lorsqu'ils annonçaient des choses futures. C'est ce qu'un saint Père a reproché au peuple de Dieu, en lui disant, ou plutôt lui faisant dire par le Seigneur même : O Israël, vous appeliez fous et insensés les prophètes qui vous annonçaient la vérité, et qui vous prophétisaient par une inspiration du Saint-Esprit, ainsi qu'il paraît par le langage de ces généraux qui demandaient à Jéhu ce que ce fou lui venait de dire. Mais reconnaissez que c'est vous-même qui êtes fou et insensé, et non le prophète, puisque vous avez toujours travaillé à fouler aux pieds mes paroles, et que vous vous êtes abandonné à toutes sortes de crimes avec une espèce de fureur. C'est ainsi qu'encore à présent ceux qui parlent de la part de Dieu aux peuples, comme autrefois les prophètes, sont souvent traités de fous par les gens du siècle, qui, au lieu de reconnaître la véritable folie qui les possède, lorsqu'ils préfèrent les biens périssables à ceux du ciel, et que pour un moment de plaisir ils s'exposent à une éternité de supplices, aiment mieux accuser d'extravagance la charité pleine de sagesse de leurs pasteurs, qui s'efforcent de les guérir de la frénésie spirituelle dont ils sont si dangereusement malades. (Sacy.)

« Les critiques demandent pourquoi le jeune « prophète qui fut chargé par le prophète Eli« sée d'aller sacrer Jéhu roi d'Israël, fut traité « *d'insensé* par les officiers qui étaient avec ce « prince. » Les manières, les gestes, les regards des prophètes Juifs, la singularité de leur habillement, leur vie austère et retirée, leur coutume de paraître rarement en public et seulement dans les occasions extraordinaires, lorsqu'ils venaient annoncer les jugements de Dieu, contribuaient à leur donner un air étrange et surprenant. On voit aussi par là que de tout temps les personnes consacrées plus particulièrement à Dieu ont été l'objet du mépris et de la dérision des hommes peu religieux. (Duclot.)

modatè ad hunc sensum multa de sibyllis ac vatibus fabulantur poetæ. « Quidam, ait Plato, « divino beneficio sunt insani, ut prophetæ et « sibyllæ. » Hæc, credo, principes isti à Sidoniis, quorum magnam tunc habebat multitudinem Sidonia Jezabel, sæpiùs audierant, et ideò prophetam ab Eliseo missum insanum vocant.

VERS. 12. — HÆC ET HÆC LOCUTUS EST MIHI. Commodè accidit designato, ut ibi simul essent, et benè, ut apparet, in illum animati principes illi, penès quos tunc erat summa rerum, quibus Jehu singula quæ in secessu audierat à prophetâ, distinctè narravit. Deus autem sic aliorum animos ad sua consilia attemperatè disposuit, ut repugnaret nemo. Sed omnes in introductum Sidoniorum genus à Jezabele, duriùs invecti, de illo extinguendo aut expellendo de Israeliticis finibus cogitarent. Quare regem illum salutant, et illorum voces publica in castris consecuta est acclamatio, quæ de more regi novo secunda omnia festivo clamore precabatur. Illud enim indicat, quod statim adjicitur: Cecinerunt tubâ, atque dixerunt : *Regnavit Jehu.* In regum inauguratione clangorem esse tubarum, jam ante diximus, et probat Absalomis inauguratio et unctio, lib. 2, c. 15; et Salomonis lib. 3, c, 1, v. 39, ubi clamatum est à populo plaudente : *Vivat rex*, aut, quod idem est : *Regnet rex,* sicut in unctione Adoniæ, cecinit populus : *Vivat rex Adonias.* Cùmque tunc tribunal haberent nullum, aut solium, quod regium videri posset, aut regio simile, detractis palliis operi tumultuario, prout rerum ipsarum articulus ferebat, excitârunt tribunal, in quo sedere fecerunt novum regem, ut ritu legitimo regnum iniret. Fuit honor ille magnus, subjecisse alterius pedibus id quod alicui sit honori atque ornamento maximo. Quod fecerunt multis annis postea Solymitani cives, qui Christo, cùm insidens asino Hierosolymam intravit, vestimenta calcanda substraverunt, Matth. 21, v. 8; quod etiam fecerunt milites, ut Catonem Uticensem honore prosequerentur, quàm eo tempore potuerunt maximo : ut enim in illius vitâ auctor est Plutarchus, straverunt vestes in illis locis per quæ ille ex provinciâ decedens transiturus erat. (1)

VERS. 14. — PORRO JORAM OBSEDERAT RAMOTH GALAAD. Hæc ad versum 17 explicata sunt cap. 8, à versu 18; id autem quod statim dicitur v. 16 : *Nemo egrediatur profugus de civitate, ne vadat, et nuntiet in Jezrahel,* satis docet apertè castra in ipsâ civitate fuisse locata, et oppugnari tunc non urbem ipsam, sed civitatis aliquod nobile præsidium.

VERS. 17. — SPECULATOR, QUI STABAT SUPER TURRIM JEZRAHEL, VIDIT GLOBUM JEHU VENIENTIS. Cùm in nobilioribus aliis civitatibus excubarent vigiles super muros, et in sublimi loco speculatores omnia latè despicerent, id tamen præcipuè factum oportuit, cùm non longè abesset hostis, aut alicunde se periculum ostenderet ; ut nunc in Jezrahele, quia ibi rex jacebat saucius, et armatus hostis proximè constiterat. Ex turri igitur speculatoriâ spectavit, qui in eâ attentas agebat excubias, agmen hominum, qui ex Ramoth Galaad Jezrahelem versùs incitato cursu properabant; quod nimirùm agebat Jehu, ut datum sibi à prophetâ perageret negotium. Est autem globus confusa atque collecta hominum multitudo, qualis esse militum solet, quando cursu velociori progreditur, vulgò militum dicitur, *tropa.* Sanè eo nomine Virgilius explicat militum progressum, cùm viam carpit confusis ordinibus. Sic lib. 9 Æneid. :

Quis globus, ô cives, caligine volvitur atrâ ?

Hostis adest.

TOLLE CURRUM, ET MITTE IN OCCURSUM EORUM, ET DICAT VADENS : RECTENE SUNT OMNIA ? Perculsit nuntius ille, turbavitque regem ; suspicari etenim potuit ex eo inopinato globo, ne qua

(1) VERS. 13. — PALLIUM SUUM POSUERUNT SUB PEDIBUS EJUS IN SIMILITUDINEM TRIBUNALIS. Hebræus : *Tulerunt quisque vestimentum suum, et posuerunt subter eum ad os graduum ;* vel straverunt planum graduum, ubi consistebant. Expanderunt super gradus vestes suas, atque ita tumultuarium solium construxerunt, illique impositum regem salutârunt. Fortè hi *gradus* nihil erant aliud quàm tribunal in aulâ positum, ubi tunc militares isti præfecti considebant. Aliter, juxta Chaldæum et Rabbinos nonnullos : *Posuerunt quisque vestimentum suum subter eum ad gradus horarum,* id est, in foro, ad columnam horas indicantem. Sed hæc interpretatio multa de suo commodat textui. Porrò moris hujus, sternendi scilicet humi vestes ob eximium viri alicujus meritum commendandum, exempla quædam in Scripturâ supersunt. Eo honoris genere exceperunt turbæ Jesum Christum, paucis ante passionem suam diebus Hierosolymam ingredientem. Id etiam usurpârunt interdùm pagani, cùm solemni pompâ idola deferrent. Reges Persarum nonnisi super stratos tapetes incedebant, quamdiù erant in aulâ, ubi excubias agebant milites, qui *immortales* appellabantur.

CECINERUNT TUBA. Solemne erat priscis, ut novi regis ad regnum assumptio tubarum clangore nuntiaretur. (Calmet.)

seditio orta esset in castris, aut hostis, à quo nuper vulneratus fuerat, audacior ingrueret. Quare jubet ut aliquis occurrat obviàm, et certum aliquid referat de rerum statu, edicitque ut eo modo advenientes salutet, quo excipi solent amici, qui hoc se modo plerùmque salutant : *Rectène sunt omnia?* Quod explicuit nuntius ipse statim, dùm militum globum obvius excepit. Cùm enim, ut est verisimile, domini sui mandatum explevisset, dixit, mutatis verbis, eâdem tamen sententiâ : *Pacata sunt omnia?* quod idem valet atque : Vobisne omnia pacata sunt et prospera? seu magis, quod Josue dixit angelo, de cujus studio dubitabat, cap. 5, vers. 13 : *Noster es, an adversariorum?* Fecit idem, credo, quod apud Virgil. Pallas lib. 8, qui occurrens Æneæ, de cujus animo nihil dùm noverat, ait :

Quò tenditis? inquit,
Qui genus? unde domo? pacemne huc fertis an arma?

Dixitque Jehu : Quid tibi et paci? veni et sequere me. Minùs benevolo atque hilari vultu excepit regium illud mandatum Jehu ; atque ideò respondit non illud esse regis ingenium, aut institutum, ut illi ac aliis, qui ejus adhæsêre partibus, quicquam possit esse pacificum. Quare monet sibi ut adhæreat, neque se illis implicet infortuniis, quæ jamjam impendent ab offenso Deo capiti regio. Noluit autem Jehu à se abire nuntium, ne rex de re totâ certior aut fugam caperet, aut aliquo alio modo suæ saluti consuleret. Cùm autem rex ab speculatore didicisset priorem nuntium se illi conglobatæ multitudini socium adjunxisse, secundum misit nuntium, cui idem omninò accidit, quod priori.

Vers. 20. — Est autem incessus quasi incessus Jehu filii Namsi, præceps enim graditur. Strenuum oportet fuisse, et acrem in re bellicâ Jehu, quique ipse arderet in pugnando, neque suos torpere sineret in re quæ malè ab ignavis administrari potest, quando eo signo ab speculatore cognoscitur, quòd præceps ingreditur, quasi eo proprio ac familiari signo distingueretur ab aliis.

Vers. 21. — Et egressus est Joram rex, et Ochozias rex Juda (1). Non placuit Joram illud silentium, et incitatus cursus, et reditus nuntiorum impeditus. Quare, licet æger et saucius, statuit sibi futurum ex usu, si currum ipse ascenderet, et suâ auctoritate, si qua exorire-

(1) *Joram, roi d'Israël, et Ochozias, roi de Juda, allèrent au-devant de Jéhu, et le trouvèrent dans le champ de Naboth, Jesraélite. Joram, ayant vu Jéhu, lui dit : Apportez-vous la paix? Jéhu lui répondit : Quelle peut être cette paix, pendant que les fornications de Jézabel, votre mère, et ses enchantements, règnent encore en tant de manières?* Ce ne fut point par un effet du hasard, mais par un ordre de la Providence, que le roi Joram, fils d'Achab, le meurtrier et l'usurpateur de la vigne de Naboth, vint au-devant de Jéhu dans le champ même de Naboth, afin que la prédiction d'Elie, qui avait dit que les chiens lécheraient le sang d'Achab au même lieu où le sang de Naboth avait été léché par les chiens, reçût son accomplissement. Car la parole de Dieu, et, par conséquent, celle des prophètes, qui parlent par l'Esprit de Dieu, doit nécessairement être accomplie ; comme on voit que les saints Evangélistes ont un soin tout particulier de nous faire remarquer dans les moindres circonstances de la passion de Jésus-Christ l'accomplissement exact des prédictions des prophètes. Ce fut donc dans le champ même de Naboth, usurpé par la violence meurtrière de Jézabel et d'Achab, que Joram, leur fils, rencontra Jéhu, que Dieu envoyait pour venger sur sa personne et sur celle de sa mère impie le sang de cet innocent injustement répandu. Le temps que Dieu avait donné et au fils et à la mère pour faire la réparation d'un si grand crime, était passé ; et après qu'ils eurent abusé de l'indulgence et de la paix du Seigneur, sans se mettre en peine de rétablir son honneur par le rétablissement de son saint culte dans Israël, ils ne pouvaient plus attendre de paix, puisque, comme dit saint Paul, *la gloire et la paix seront le partage de tout homme qui fait le bien, au lieu que l'affliction et le désespoir accablera tout homme qui fait le mal.* C'est donc là le sens de cette réponse que Jéhu fit à Joram, ou pour mieux dire, que Dieu même fit à ce roi d'Israël par la bouche de Jéhu, qui ne fut en cette rencontre que l'organe du Seigneur, comme il était établi pour être le ministre de sa colère contre Jézabel, et contre toute la maison d'Achab : *Quelle peut être*, dit-il, *cette paix dont vous parlez, pendant que les fornications de Jézabel, votre mère, et ses enchantements, règnent encore en tant de manières?* C'est-à-dire, comment pouvez-vous espérer la paix de la part de Dieu, lorsque vous avez négligé d'expier les crimes et les abominations de Jézabel, votre mère? L'Ecriture entend ici principalement par le mot de *fornication,* le crime par lequel une âme, qui est l'épouse de Dieu, s'éloigne de son véritable époux, pour s'abandonner aux idoles et à des dieux étrangers. C'est cette fornication spirituelle que Dieu reprochait souvent à son peuple, et quoique ce fût Jéroboam qui eût établi l'idolâtrie dans Israël, on peut dire que Jézabel l'avait affermie plus que tous les autres princes, par l'impiété de sa conduite toute pleine de cruauté, puisqu'elle persécutait et faisait mourir tous les serviteurs de Dieu et tous les prophètes qu'elle pouvait découvrir, voulant étouffer, si elle avait pu, tous les restes de la véritable religion dans Israël. Quelques-uns prétendent que ce que l'Ecriture appelle *les fornications de Jézabel,* doit être aussi entendu de la fornication

tur seditionis occasio, maturè præcideret. Adhibuit autem socium Ochoziam, qui officii gratiâ illis diebus adesse voluit ægrotanti, cujus etiam auctoritas, utpote regia, aliquid videbatur apud seditiosos et rebelles habitura ponderis. Invenerunt autem duo illi reges Jehu in agro Naboth, quem iniquo judicio et innocentis sanguine comparatum possidebat adhuc Jezabel, et filius ejus Joram.

Vers. 22. — Pax est, Jehu? Ubi illius globi principem vidit esse Jehu, neque species et ardor illius tantæ multitudinis aliquid pacificum aut sedatum promitteret, dixit Joram, idem propè quod duo legati, quos ante præmiserat : *Pax est, Jehu?* Quæ verba ad duos sensus patent : alter plenus est benevolentiæ, qui optat amico pacem, id est, fortunam bonam, et quicquid hominibus solet esse in votis ; id enim juxta Hebræorum idioma valet *pax*. Alter est, an pacificus veniat, id est, an animum afferat hostilem, an amicum ; regine commodis serviat adventus ille inopinatus, an ad illius interitum et ruinam aspiret. Posteriorem hunc spectâsse regem, docet Jehu responsum, qui ait nullam pacem illi deberi, cujus mater illa admisit scelera quæ in ejus et filiorum caput supplicium clamant capitale, id enim valet illud :

Adhuc fornicationes Jezabel, matris tuæ, et veneficia ejus multa vigent. Tam fornicationes quàm veneficia hoc loco significationem habent figuratam, non propriam. Notum est idololatriæ scelus fornicationis nomine significari, ut millies in Scripturâ sacrâ legimus. Quare cùm millies Jezabel supplicârit idolis, et adhuc supplicet, mille illius vocari fornicationes possunt. *Veneficia*, cùm alia multa significent, in aliis ea quoque significant, quæ amorem conciliant damnatum et turpem, qualia sunt, quæ philtra dicuntur, lenocinia, Veneris cæstus, aut pocula, aut alia quæ invenerunt pharmaceutriæ, aut sagæ. Cùm autem Jezabel non solùm fornicata fuerit, sed etiam quasi læna, aut concubitûs illegitimi conciliatrix, quæ philtris interdùm utitur et veneficiis, fornicationes habere dicitur, quia idola colit et veneficia, quia alios ad fornicandum, id est, ad supplicandum idolis allicit, et quodammodò dementatos inducit. Hæc quæ de Jezabele nunc dixit Jehu, dixit postea Nahum de Ninive cap. 3, v. 4, ubi graves intorquentur minæ : *Propter multitudinem fornicationum meretricis speciosæ et gratæ, et habentis maleficia; quæ vendidit gentes in fornicationibus suis, et familias in suis maleficiis.* Hæc autem furtivæ irritamenta libidinis expressit in suâ Pharmaceutriâ Virgilius, quam sumpsit ex Theocrito. Hâc autem delusa est Dido, et inducta ad quamdam amoris insaniam in Æneam, lib. 1 Æneidos, et eodem artificio, lib. 4, simulat velle se in suî amorem Æneam pellicere, quem videbat alienum. Libuit hoc Didonis exemplum adducere, quia sub hoc tempus vixit, in quo nunc nostra laborat commentatio, ut multi putant, licet alii tunc à Didone ædificatam Carthaginem putent, quo Troja diruta. Si ergo hoc tempore vixisse dicamus Didonem, cùm constet esse Sidoniam, et è regio genere, nisi nos historia illius temporis fabulosa decipiat, non est improbabile, si minùs sororem, cognatam tamen fuisse Jezabelis.

Vers. 23. — Convertit autem Joram manum suam, et fugiens ait ad Ochoziam : Insidiæ, Ochozia. Cùm se in medios hostes incidisse cognosceret Joram, convertit manum suam, et equorum habenas retorsit ad fugam, et idem ut faceret Ochoziam admonuit, dùm ait insidias ab hoste fuisse paratas. Jehu verò cùm sentiret regem meditari fugam, ne ereptus alicubi se confirmaret, et plus sibi deinceps exhiberet negotii, noluit sibi præsentem occasionem excidere, atque ideò quàm potuit maximè curvavit arcum, sagittamque adeò

de la chair et des désordres de cette princesse. Et ce sentiment n'est nullement incompatible avec ce que l'on a dit, puisque saint Paul nous apprend *que ceux qui, ayant changé la vérité de Dieu en mensonge, rendaient à la créature l'adoration et le culte souverain, au lieu de le rendre au Créateur, avaient mérité que Dieu les livrât à des passions honteuses; qu'ils avaient été remplis de toute sorte d'injustice et de fornication; qu'ils étaient meurtriers, trompeurs, outrageurs, superbes et vains.* Ainsi l'on peut voir dans ces paroles du saint Apôtre le vrai portrait de cette princesse impie, cruelle et superbe, qui peut bien, comme le disent quelques auteurs, s'abandonner aux vices de la chair et à tous les enchantements diaboliques, s'étant éloignée de Dieu d'une manière si effroyable. Ce que l'on peut remarquer de plus étonnant, dit un interprète, c'est que Dieu ne reproche point proprement ici à Joram ses propres crimes, mais ceux de sa mère, lorsqu'il est tout près de répandre sa fureur sur lui, et la raison qu'il en rend c'est qu'elle était regardée comme la cause de tout le mal qui régnait alors dans Israël, et que le prince, son fils, qui aurait dû, étant roi, s'opposer à ses désordres, et rétablir le culte sacré de la véritable religion parmi le peuple de Dieu, non seulement ne le fit pas, mais l'imita même dans sa conduite si criminelle, et se rendit de la sorte coupable de tous les crimes de sa mère. (Sacy.)

secundo destinavit eventu, ut corde trajecto exanimem in suo curru dejecerit. Accidit autem commodè ut eo in loco caderet Joram, ubi Naboth iniquo judicio Jezabelis operâ ceciderat, ut adimpleretur quod prædictum fuerat ab Eliâ regi Achab, eo loco fundendum esse sanguinem domûs illius, in quo effusus ante fuerat Naboth. Cujus vaticinii testis fuerat Jehu, qui tunc erat simul cum Achab, quando ab Eliâ minaces illas voces accepit. Quas item acceperat Badacer, cui id negotii dedit Jehu, ut in agrum illum projiceret regium cadaver. (1)

VERS. 26. — SI NON PRO SANGUINE NABOTH, ET PRO SANGUINE FILIORUM EJUS. etc. Hæc verba dicit Jehu se audiisse, neque tamen illa nos habemus lib. 3 Reg. cap. 20, vers. 20, ubi de illis actum oportuit. Tantùm enim habemus vers. 19 : *In loco hoc, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum.* Hæc de Achab. De Jezabele autem, vers. 13 : *Canes comedent Jezabel in agro Jezrahel.* De aliis tantùm habemus, domum Achab deletum iri funditùs. Hìc ego notius reor reverà dixisse prophetam, quod se audiisse ab illo nunc affirmat Jehu, et à sacro historico monumentis sacris non esse mandatum. Quod sæpè factum est : ignoraremus enim plurima quæ gesta sunt, et in historiâ suo loco et ordine prætermissa, nisi per occasionem alieno loco et tempore forent adducta. Quis nôsset sub Oziâ rege Juda contigisse terræ motum, nisi Amos cap. 1, statim in principio docuisset? Quis nôsset per crabrones exactos è suis finibus fuisse Chananæos, nisi multis post annis jamjam moriturus Josue in Hebræorum memoriam revocâsset? Quàm multa ignoraremus eorum quæ in Ægypto contigerunt, dùm servitutis jugum ab Ægyptio dominatu excuterent Hebræi, nisi illa in lib. Sapient. cap. 16, ad finem usque capitis scriptor sacer esset prosecutus! Hoc modo fortassè docuit Jehu, quod reverà audiit ab Eliâ, quod tamen sacer omisit historicus.

Fieri autem potuit ut falsum aliquid dixerit hoc loco Jehu, neque enim ille scriptor est canonicus, et Spiritus sanctus non probat hæc quæ dixit Jehu, sed tantùm dicit hæc ab illo fuisse prolata, cujus rei plura adduci possent exempla. Quæ tu vide in nostris Commentariis in lib. 1 Regum, ad illud cap. 4, vers. 8 : *Hi sunt dii, qui percusserunt Ægyptum omni plagâ in deserto.*

(1) VERS. 25. — QUANDO EGO ET TU SEDENTES IN CURRU. Innuere videtur Hebræus illos secutos esse binos regium currum equitantes. (Calmet.)

ET PRO SANGUINE FILIORUM EJUS. Ex hoc loco constat, si modò in eo non erravit Jehu, filios quoque ipsius fuisse sublatos, quod fortassè eo consilio fecit Jezabel, ne post esset ullus, qui paternam repeteret hæreditatem, aut paternam ulcisceretur injuriam. Nisi mavis ideò dici occisos filios Naboth, quia sublato patre, sublati quoque videri possunt, qui ab illo si viveret, propagari potuerunt. Quemadmodùm qui stirpem arboris elisit, aut effodit, ille arboris ramos et fructus succidisse censetur. Quo modo Chaldæus exposuit illud Genes. 4, vers. 10 : *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terrâ.* Sic enim vertit : *Vox sanguinis generationum, quæ futuræ erant succedere de fratre tuo, clamant coram me de terrâ.*

VERS. 27. — OCHOZIAS AUTEM REX JUDA VIDENS HOC, FUGIT PER VIAM DOMUS HORTI. Nil jam putabat à periculo tutum Ochozias, cùm in regem suum tam videret hostiliter invectos esse familiares et domesticos; neque se videret ab illis peccatis esse liberum, propter quæ actum esse videbat de rege Israel, et ab illius stirpe profectum, contra quam tam dirum fulmen Elias intorserat. Hortus porrò ille, per quem fugam intendit Ochozias, ille videtur esse, cui priùs Achab, ut hortum dilataret, quem regiæ domui habebat adjunctum, vineam addiderat Naboth. Quo loco fuerit ascensus Gaver, ubi percussus dicitur Ochozias, incertum mihi est; illud certum, pervenisse Ochoziam in civitatem Samariæ, et inde abductum, alibi occisum à Jehu. Quod apertè dicitur lib. Paral. 2, cap. 22, vers. 9 : *Ipsum quoque perquirens Ochoziam, comprehendit latitantem in Samariâ, adductumque ad se occidit.*

Illud præterea additur, sepultum esse Ochoziam, eò quòd esset filius Josaphat, id est, ex ejus stirpe : nam reverà nepos fuit, non filius; tantùm enim honoris existimabant Israelitæ deberi optimo principi Josaphat, ut ejus gratiâ ignoscendum putaverint nepoti. Unde inferre aliquis posset regem Israel Joram mansisse insepultum, et nactum esse non aliam quàm asini sepulturam. Quando ea adducitur causa, quòd Ochozias tumulatus fuerit, quia parentem habuit optimum, qualem non habuit Joram. Verius tamen puto sepultum quoque fuisse Joram, quia gravem illam ignominiam Scriptura sacra non tacuisset, neque illam aliis minatus est Elias, præter Achab et Jezabelem : illius enim sanguinem lambendum esse dixit à

canibus, hanc à canibus devorandam. Et qui tumulari jussit Jezabelem infra, vers. 34, non sineret Joram dominum quondam suum insepultum manere; ita multis probat Abulensis quæst. 19. Illud etiam hìc observandum, sub illud tempus, in quo extinctus fuit Ochozias, nullam fuisse spem, quòd de Ochoziæ stirpe quisquam regnare posset; sic enim 2 Paralip. cap. 22, vers. 9: *Nec erat ultra spes aliqua, ut de stirpe quis regnaret Ochoziæ*. Quæ statim expendemus, ubi ventum fuerit ad cap. 11. Tota verò Ochoziæ calamitas ex matre Athaliâ orta est, et ex consiliariis, quos ipsi adhibuit avus Achab, cujus sensus everterat impia Jezabel. De Athaliâ habes 2 Paralip. 22, vers. 3: *Mater ejus* (nempe Athalia) *impulit eum ut impiè ageret*. De consiliariis vers. 4: *Ipsi enim* (nempe qui erant de domo Achab) *fuerunt ei consiliarii post mortem patris sui in interitum ejus*.

VERS. 29. — ANNO UNDECIMO JORAM FILII ACHAB REGNAVIT OCHOZIAS. Cap. præcedenti, vers. 8, legimus anno duodecimo Joram iniisse regnum Ochoziam. Quòd autem hìc regni exordio annus assignatur undecimus, ex Hebræorum consuetudine natum est, qui aliquando imperfectum annum pro integro atque perfecto numerant, interdùm omittunt. Ex quâ consuetudine id habemus, in anno duodecimo dimidiato regni Joram excessisse parentem Ochoziæ, et Ochoziam ipsum regnare cœpisse, qui numerari potuit, vel omitti.

VERS. 30. — PORRÒ JEZABEL, INTROITU EJUS AUDITO, DEPINXIT OCULOS SUOS STIBIO, ET ORNAVIT CAPUT SUUM, ET RESPEXIT PER FENESTRAM (1).

Mirum hoc est, et planè gentilici et barbari ingenii, tunc lætum et elegantem cultum assumere; quando sordes assumi debuêre funereæ, et lacrymis oculi, et unguibus deformari genæ. Abulens., quæst. 28, duas adducit causas, quæ movêre Jezabelem, ut faciem ad pulchritudinem, et caput ad dignitatem componeret: altera est ut Jehu novi regis, quem stillantem filii recenti sanguine videbat, gladium à suo jugulo depelleret; timebat enim ne quod proximè filio, id sibi etiam ab hoste contingeret. Solet enim pulchritudo sævitiam temperare quantumvis inflammatam. Quis enim nisi humanitatem priùs exuisset, faciem alterius pulchram, aut contristare voluit, aut deformare, nisi invitus? Dixit enim optimè Socrates, pulchritudinem tutelam esse feminarum; et Carneades ἀδορυφόρητον βασιλείαν vocavit pulchritudinem, ac si diceret: Regnum sine satellitio, quia satis habet sibi præsidii contra hostilem vim atque furorem formæ venustas. Notum est illud quod de meretrice Phryne Pausanias tradit lib. 1 in Atticis, et Plutarchus in vitâ Hyperidis, quæ cùm in judicio Atheniensi foret accusata, neque propter sceleris turpitudinem speraret se laturam impunitum scelus, quod gravissimi oratoris oratione obtinere non poterat, id suâ pulchritudine tandem obtinuit. Eo fortassè consilio Jezabel ad pulchritudinem fuco se et ornamento composuit, ut eo lenocinio à suo jugulo hostile ferrum averteret, et oculos caperet adversarii, ut si minùs uxor, at certè concubina illius thalami consors haberetur. Ita Abulens. Sed sanè malè, cùm hoc consilio conjungas, quòd gravia in Jehu eodem tempore maledicta congessit, dùm illum appellat Zambri, quod nomen, ut dicemus statim, odiosum erat in Israel. Alii, ut refert Lyra, in illo nomine nullum putant esse convicium, imò potiùs aliquid esse dicunt amatorium et mollius, quasi factum excusetur Jehu, et ab illo existimetur abesse scelus. Sed modus ille neque ad rem est, neque ad textum, atque ideò illum prudens omitto.

Rationem aliam adducit Abulens., minùs improbabilem mihi, tametsi illi magis placeat superior. Ait enim Jezabelem eo ornamento

(1) Qui pourra n'être point effrayé de cette stupidité et de cette insensibilité étonnante, qu'une impiété consommée put produire dans l'âme endurcie de cette reine, qui, se voyant tout près d'aller comparaître devant Dieu avec une conscience chargée de toutes les impiétés d'Israël, et du meurtre de tant de prophètes, pensait seulement à sauver les apparences aux yeux des hommes, sans se mettre en peine d'apaiser son juge, et d'implorer sa miséricorde? On ne peut point sans horreur penser à ce traitement que lui fit Jéhu, en ordonnant qu'elle fût jetée par la fenêtre, et en la faisant fouler aux pieds des chevaux. Mais l'impiété avec laquelle elle avait si hautement foulé elle-même sous ses pieds la religion, la justice et l'innocence, doit causer encore sans comparaison plus d'horreur à ceux qui jugeant des choses par la lumière de la foi, savent que ce qui paraît le plus horrible aux sens de l'homme, n'est qu'une très faible image de ce qui l'est infiniment davantage aux yeux de Dieu; et qu'ainsi nulle indignité que puisse souffrir la créature, quelqu'outrageante qu'elle lui paraisse, ne peut jamais approcher de celle par laquelle cette même créature ose s'élever outrageusement et insolemment contre son Dieu et son Créateur. C'est ce qu'il est nécessaire de bien peser, pour être touché plus vivement de tous les péchés qui attaquent la majesté infinie de Dieu, que de tous les châtiments qui sont destinés de Dieu pour punir ces mêmes péchés dans les hommes. (Sacy.)

ostendere voluisse in muliebri pectore spiritus se habere viriles, neque abjecisse animos, etiamsi filium videret occisum, et victorem hostem exultantem intra mœnia, neque sibi deesse aut animum, aut vires, quas opponeret, quod in optimis ducibus commendant historiæ, quæ magni animi atque prudentiæ esse statuunt adversam tolerare fortunam, neque rebus cadentibus quemquam animo cadere. Itaque post multa secula in honore sunt quidam, quorum Valerius Maximus meminit lib. 5, cap. 10, qui filiorum mortem sic tulerunt patienter, ut nullam mœrentis animi significationem ediderint. Quod fortassè præ se ferre voluit ambitiosa illa et superbissima femina. Hæc mihi ratio omnium videtur accommodata maximè.

Aliam rationem ego cogitabam, quam hìc proponere non gravabor, ut de illâ lector, ut volet, statuat. Moris fuit apud aliquos populos gentiles, ut nascentes exciperent cum fletu, quasi illos calamitates manerent ingentes et assiduæ; morientes jucundè et festivè dimitterent, quasi jam à multiplici calamitate exolutos, et quos melior excepisset conditio: in his numerantur Thraces, Cæsii, Causiani. Vide Alexandrinum Neapolitanum lib. 2, cap. 25. Sanè id esse pluribus gentilibus commune, dixit Egesippus lib. 5, cap. 53: « Nonnullis « gentilibus, inquit, mos est ut ortus homi« num fletibus, occasus gaudiis prosequantur: « quòd illos ad ærumnas generatos doleant, « hos ad beatitudinem rediisse gratulentur. » Idem Macrobius in Somnio Scipionis. Quis scit an hæc apud Sidonios consuetudo fuerit, quorum mores in filii funere servare voluit Jezabel?

De stibio Plinius lib. 33, c. 6, ubi principalem virtutem esse dicit circa oculos: « Ideò, « inquit, plerique platyophthalmon id appel« lavêre, quoniam in calliblepharis mulierum « dilatat oculos, et fluxiones inhibet oculo« rum. » Esse autem hoc in usu apud Hebræas feminas, et in vicinis etiam regionibus, indicat Jeremias cap. 4, vers. 30; et Ezechiel cap. 23, v. 40, ubi cùm loqueretur de Jerusalem, quasi de meretrice, hoc genus illi attribuit medicamenti. Hoc communiter ab aliis dicitur *Antimonium*, Hispanus à voce כחול *chahol*, quâ utuntur Rabbini, vocant *Alcohol*. Hoc Hieronymus epist. ad Furiam tomo 1, inter meretricia blandimenta, seu lenocinia commemorat. Sic enim ibi de Magdalenâ post liberioris vitæ mutationem: « Non habuit crispantes mitras, « nec stridentes calceolos, nec orbes stibio fu« liginatos. » Quod medicamenti genus usitatum esse prioribus seculis, probat illius frequens à Patribus, imò à profanis reprehensio. Cyprianus de Opere et Eleemosynis, ad medium: « Inunge oculos tuos non stibio diaboli, « sed collyrio Christi. » Hoc reprehendit quasi muliebre et molle Juvenalis satyrâ 2.

Vers. 31. — Numquid pax potest esse Zambri? Hæc verba plena sunt offensionis, quæque perfidiam objiciunt servo contra dominum. Nota est historia Zambri, ex lib. 3 Reg. cap. 16, v. 10, quomodò regem suum et dominum Ela temulentum occidit, et illius regnum occupavit. Et quia res fuit nota in Israel, et ab omnibus communiter improbata, existimo nomen Zambri abiisse in proverbium, et sumptum esse pro eo qui infidelis in illum fuit, quem tueri atque observare debuisset. Quo modo Judæ nomen pessimè nunc audit apud Christianos, quia Christum prodidit, et ejus vitam tenui pretio illis vendidit, qui illum ad mortem et crucem expetebant.

Vers. 32. — Quæ est ista? Hebr. *mi ithi mi*, quis mecum? ac si diceret: Ecquis est mecum, qui talia objici regi patiatur ab hâc veneficâ et pestilenti feminâ? Ita quidam exponunt. Ego sic videor explicare posse accommodatè ad nostram translationem, *quæ me? quæ?* id est, quæ est ista femina, quæ me tam alloquitur impudenter et liberè? Quod neque cum re grammaticâ pugnat; nam מי etiam generi convenit feminino, et את articulus est, qui quartum designat casum. Ubi comperit esse Jezabelem, neque enim res erat obscura, jussit eunuchis, qui illi aderant, aut qui cum reginâ erant in fenestrâ, et hoc potius, ut illam præcipitarent à fenestrâ. Quod illi fecerunt statim, eo impetu ut Jezabelis sanguine parietes resperserint, quæ deinde ab equis conculcata mortem oppetiit miserabilem. Cùmque impium illud cadaver, quia à regio sanguine prognatum, honestare vellet sepulturâ, vix aliquid reliquum inventum est ex illo, quod sepulturæ mandari potuerit. Sic enim juxta prophetæ verba, laceratum est à canibus, ut præter calvariam, et summos pedes, ac manus, nihil superesset è regio cadavere. Id verò quod ex canum lanienâ relictum est, sepulturæ videri posset mandatum juxta novi regis imperium, aliquot fortassè diebus, ex quo præceps è fenestrâ lapsa est et à canibus lacerata, ita ut aliquandiù in agro ignominiosè jacuerit, et prætereuntibus occasionem dederit, ut admirabundi clamârint: *Hæccine est*

illa Jezabel? Neque incommodat, quòd supra, vers. 10, dicatur de Jezabele: *Nec erit, qui sepeliat eam*, quia ex usu Scripturæ, sicut cùm ex magno numero, pauci fecerunt aliquid, omnes absolutè fecisse negantur: sic etiam cùm ex toto cadavere exigua pars tumulata fuerit, totum cadaver dicitur insepultum. Sed verisimilius est partes illas nunquàm fuisse sepulturæ mandatas, tum quia sic prædixerat propheta supra, versiculo decimo, tum quia cùm audivit Jehu ex toto cadavere exiguam partem esse relictam, recordatus est quòd dixerit Elias audiente se, regi Achab: *Et erunt carnes Jezabel sicut stercus super faciem terræ in agro Jezrahel, ita ut prætereuntes dicant: Hæccine est illa Jezabel?* quod sanè non facerent, nisi semesa ossa prætereuntium oculis apparerent.

Vers. 37. — Hæccine est illa Jezabel? Vox, *illa*, magnum habet pondus; continet enim superiorem statum et gloriam Jezabelis, quam cum sordidissimâ atque miserrimâ fortunâ componit. Quasi dicat: Hæccine est illa superbissima, crudelissima, tam studiosa pulchritudinis, quam modò pictis stibio oculis, et capite mitrâ redimito videbamus, quæ suo regem regnumque moderabatur arbitratu, etc.? En quò redacta illa pulchritudo à naturâ concessa, et quotidianis aucta lenociniis; en regii fastus, en terror bonorum, etc. Illud ad extremum addo, Judæos antiquos, qui ex Hebræo in Hispanicam linguam Biblia transtulerunt, pro *Jezabele*, convertisse *Isabel*. Fortassè benè: licet enim Jezabel nomen sit Sidonium, fieri tamen solet, ut nomen maximè proprium nationibus multis et linguis commune sit.

Chrysostomus, homiliâ vigesimâ quintâ in Epistolam ad Romanos, Jezabelis exemplo docet graviùs illos esse puniendos, qui aliis, ut peccarent, faces addiderunt. Cùm enim multa contra scandalum graviter suo more dixisset, in expositione morali dixit: « Non propriorum « tantummodò malorum rationem dabimus, « sed et eorum, quibus aliis scandalum præbe« mus. Quòd si etiam per se ipsas graves sunt « nostrorum delictorum pœnæ, ubi et istæ « accedent, quando salvabimur? Non enim « putamus nos excusationem habituros, si « quando delictorum socios invenerimus: nam « istud supplicium magis augebit, quandoqui« dem et serpens magis punitus est quàm mu« lier, quemadmodùm et mulier plus quàm « vir, et Jezabel majores pœnas dedit quàm « Achab vineæ raptor; ipsa quippe universum « istud negotium texuerat, regique lapsûs oc« casionem dederat. Igitur et tu quoque, si re« liquis perditionis causa fueris, graviora pa« tieris quàm qui per te subversi sunt. » Vide reliqua.

CAPUT X.

1. Erant autem Achab septuaginta filii in Samariâ. Scripsit ergo Jehu litteras, et misit in Samariam ad optimates civitatis et ad majores natu et ad nutritios Achab, dicens:

2. Statim ut acceperitis litteras has, qui habetis filios domini vestri, et currus, et equos, et civitates firmas, et arma,

3. Eligite meliorem, et eum qui vobis placuerit de filiis domini vestri, et eum ponite super solium patris sui, et pugnate pro domo domini vestri.

4. Timuerunt illi vehementer, et dixerunt: Ecce duo reges non potuerunt stare coram eo; et quomodò nos valebimus resistere?

5. Miserunt ergo præpositi domûs, et præfecti civitatis, et majores natu, et nutritii ad Jehu, dicentes: Servi tui sumus; quæcumque jusseris faciemus, nec constituemus nobis regem; quæ-

CHAPITRE X.

1. Achab avait soixante-dix fils dans Samarie. Et Jéhu écrivit des lettres qu'il envoya aux principaux de Samarie, aux anciens et à ceux qui nourrissaient les enfants d'Achab, disant:

2. Aussitôt que vous aurez reçu ces lettres, vous qui avez *entre vos mains* les enfants de votre maître, des chariots, des chevaux, des villes fortes et des armes,

3. Choisissez, *si vous l'osez*, le plus considérable d'entre les fils de votre maître, et celui qui vous plaira davantage, et établissez-le sur le trône de son père, et combattez pour la maison de votre seigneur.

4. Ceux-ci eurent une grande peur, et dirent: Deux rois n'ont pu se soutenir contre lui; et comment donc pourrions-nous lui résister?

5. Les maîtres du palais du roi, les principaux officiers de la ville, les anciens, et ceux qui nourrissaient les princes, envoyèrent donc dire à Jéhu: Nous sommes vos serviteurs;

cumque tibi placent, fac.

6. Rescripsit autem eis litteras secundò, dicens : Si mei estis et obeditis mihi, tollite capita filiorum domini vestri, et venite ad me hâc eâdem horâ cras in Jezrahel. Porrò filii regis, septuaginta viri, apud optimates civitatis nutriebantur.

7. Cùmque venissent litteræ ad eos, tulerunt filios regis, et occiderunt septuaginta viros, et posuerunt capita eorum in cophinis, et miserunt ad eum in Jezrahel.

8. Venit autem nuntius, et indicavit ei, dicens : Attulerunt capita filiorum regis. Qui respondit : Ponite ea ad duos acervos juxta introitum portæ usque mane.

9. Cùmque diluxisset, egressus est, et stans dixit ad omnem populum : Justi estis; si ego conjuravi contra dominum meum, et interfeci eum, quis percussit omnes hos?

10. Videte ergo nunc quoniam non cecidit de sermonibus Domini in terram, quos locutus est Dominus super domum Achab, et Dominus fecit quod locutus est in manu servi sui Eliæ.

11. Percussit igitur Jehu omnes qui reliqui erant de domo Achab in Jezrahel, et universos optimates ejus, et notos, et sacerdotes, donec non remanerent ex eo reliquiæ.

12. Et surrexit, et venit in Samariam. Cùmque venisset ad cameram pastorum in viâ,

13. Invenit fratres Ochoziæ regis Juda, dixitque ad eos : Quinam estis vos? Qui responderunt : Fratres Ochoziæ sumus, et descendimus ad salutandos filios regis et filios reginæ.

14. Qui ait : Comprehendite eos vivos. Quos cùm comprehendissent vivos, jugulaverunt eos in cisternâ juxta cameram, quadraginta duos viros, et non reliquit ex eis quemquam.

15. Cùmque abiisset inde, invenit Jonadab filium Rechab in occursum sibi, et benedixit ei. Et ait ad eum : Numquid est cor tuum rectum, sicut cor meum cum corde tuo? Et ait Jonadab : Est. Si est, inquit, da manum tuam. Qui dedit ei

nous ferons tout ce que vous nous commanderez. Nous ne nous choisirons point de roi ; mais faites tout ce qu'il vous plaira.

6. Il leur écrivit une seconde fois, et leur manda : Si vous êtes à moi, et que vous vouliez m'obéir, coupez la tête aux fils de votre roi, et venez me les apporter demain, à cette même heure, à Jezrahel. Or les fils du roi, au nombre de soixante-dix, étaient nourris chez les principaux de la ville *de Samarie.*

7. Lorsque ceux-ci eurent reçu les lettres de Jéhu, ils prirent les soixante-dix fils du roi, et les tuèrent; ils mirent leurs têtes dans des corbeilles, et les envoyèrent à Jezrahel.

8. On vint donc annoncer cette nouvelle à Jéhu, et ses gens lui dirent : Ils ont apporté les têtes des enfants du roi. Sur quoi il leur dit : Mettez-les en deux tas à l'entrée de la porte *de la ville,* jusqu'à demain matin.

9. Le lendemain il sortit au point du jour, et, s'arrêtant en présence de tout le peuple, il leur dit : Vous êtes justes; si j'ai conjuré contre mon seigneur, et si je l'ai tué, qui est celui qui a tué tous ceux-ci?

10. Considérez qu'il n'est tombé à terre aucune des paroles que le Seigneur avait prononcées contre la maison d'Achab, et que le Seigneur a accompli tout ce qu'il avait prédit par son serviteur Elie *contre cette famille impie.*

11. Jéhu fit mourir ensuite tout ce qui restait de la maison d'Achab dans Jezrahel, tous les grands de sa cour, ses amis et les prêtres qui étaient à lui, sans qu'il restât rien de ce qui avait eu quelque liaison à sa personne.

12. Après cela il vint à Samarie. Et lorsqu'il était en chemin, près d'une cabane de pasteurs,

13. Il trouva les frères d'Ochozias, roi de Juda, et leur dit : Qui êtes-vous? Ils lui répondirent : Nous sommes les frères d'Ochozias. Nous étions venus ici pour saluer les fils du roi et les fils de la reine.

14. Et Jéhu dit : Prenez-les vifs. Et, les ayant pris ainsi, ils les menèrent à une caverne pres de cette cabane, où ils les égorgèrent, sans en épargner un seul de quarante-deux qu'ils étaient.

15. Etant parti de là, il trouva Jonadab, fils de Réchab, qui venait au-devant de lui; et il le salua, et lui dit : Avez-vous le cœur droit *à mon égard*, comme le mien l'est à l'égard du vôtre? Oui, lui répondit Jonadab. S'il est ainsi, dit Jéhu, donnez-moi la main. Jonadab

manum suam. At ille levavit eum ad se in currum,

16. Dixitque ad eum : Veni mecum, et vide zelum meum pro Domino. Et impositum in curru suo

17. Duxit in Samariam. Et percussit omnes qui reliqui fuerant de Achab in Samariâ usque ad unum, juxta verbum Domini quod locutus est per Eliam.

18. Congregavit ergo Jehu omnem populum, et dixit ad eos : Achab coluit Baal parùm, ego autem colam eum ampliùs,

19. Nunc igitur omnes prophetas Baal et universos servos ejus et cunctos sacerdotes ipsius vocate ad me; nullus sit qui non veniat, sacrificium enim grande est mihi Baal : quicumque defuerit, non vivet. Porrò Jehu faciebat hoc insidiosè, ut disperderet cultores Baal.

20. Et dixit : Sanctificate diem solemnem Baal. Vocavitque,

21. Et misit in universos terminos Israel, et venerunt cuncti servi Baal; non fuit residuus ne unus quidem qui non veniret. Et ingressi sunt templum Baal, et repleta est domus Baal à summo usque ad summum.

22. Dixitque his qui erant super vestes : Proferte vestimenta universis servis Baal. Et protulerunt eis vestes.

23. Ingressusque Jehu, et Jonadab filius Rechab, templum Baal, ait cultoribus Baal : Perquirite, et videte ne quis fortè vobiscum sit de servis Domini, sed ut sint servi Baal soli.

24. Ingressi sunt igitur ut facerent victimas et holocausta. Jehu autem præparaverat sibi foris octoginta viros, et dixerat eis : Quicumque fugerit de hominibus his quos ego adduxero in manus vestras, anima ejus erit pro animâ illius.

25. Factum est autem cùm completum esset holocaustum, præcepit Jehu militibus et ducibus suis : Ingredimini, et percutite eos, nullus evadat. Percusseruntque eos in ore gladii et projecerunt milites et duces. Et ierunt in civitatem templi Baal.

26. Et protulerunt statuam de fano Baal, et combusserunt,

la lui donna. Ensuite Jéhu le fit monter dans un chariot,

16. Et lui dit : Venez avec moi, et vous verrez mon zèle pour le Seigneur. Et l'ayant fait asseoir dans son chariot,

17. Il le mena à Samarie. Etant entré dans la ville, il frappa tous ceux qui restaient de la maison d'Achab, sans en épargner un seul, selon la sentence que le Seigneur avait prononcée par Elie.

18. En même temps Jéhu fit assembler tout le peuple, et lui dit : Achab a rendu quelque honneur à Baal, mais je veux lui en rendre plus que lui :

19. Qu'on me fasse donc venir maintenant tous les prophètes de Baal, tous ses ministres et tous ses prêtres; qu'il n'y en manque pas un seul, car je veux faire un grand sacrifice à Baal; quiconque ne s'y trouvera pas, sera puni de mort. Or ceci était un piége que Jéhu tendait aux adorateurs de Baal, pour les exterminer tous.

20. Et il dit : Qu'on publie une fête solennelle *à l'honneur* de Baal.

21. Et il envoya dans toutes les terres d'Israël pour appeler tous les serviteurs de Baal, qui y vinrent tous sans qu'il en manquât un seul. Ils entrèrent dans le temple de Baal, et la maison de Baal en fut remplie depuis un bout jusqu'à l'autre.

22. Il dit ensuite à ceux qui gardaient les vêtements : Donnez des vêtements à tous les serviteurs de Baal. Et ils leur en donnèrent.

23. Et Jéhu, étant entré dans le temple de Baal avec Jonadab, fils de Réchab, dit aux adorateurs de Baal : Prenez bien garde qu'il n'y ait parmi vous aucun des serviteurs du Seigneur, mais seulement les serviteurs de Baal.

24. Ils entrèrent donc dans le temple pour offrir leurs victimes et leurs holocaustes. Mais Jéhu avait posté quatre-vingts hommes hors du temple; et il leur avait dit : S'il échappe un seul homme de tous ceux que je vous livrerai entre les mains, votre vie me répondra de la sienne.

25. Après donc que l'holocauste eut été offert, Jéhu donna l'ordre à ses soldats et à ses officiers, et leur dit : Entrez; tuez, et qu'il ne s'en sauve pas un seul. Et les officiers, ainsi que les soldats, les passèrent *tous* au fil de l'épée, et les jetèrent dehors. Ils allèrent ensuite à la ville où était le temple de Baal.

26. Ils tirèrent du temple la statue de Baal, et la brûlèrent

27. Et comminuerunt eam. Destruxerunt quoque ædem Baal, et fecerunt pro eâ latrinas usque in diem hanc.

28. Delevit itaque Jehu Baal de Israel;

29. Verumtamen à peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel, non recessit, nec dereliquit vitulos aureos qui erant in Bethel et in Dan.

30. Dixit autem Dominus ad Jehu : Quia studiosè egisti quod rectum erat et placebat in oculis meis, et omnia quæ erant in corde meo fecisti contra domum Achab, filii tui usque ad quartam generationem sedebunt super thronum Israel.

31. Porrò Jehu non custodivit ut ambularet in lege Domini Dei Israel in toto corde suo, non enim recessit à peccatis Jeroboam, qui peccare fecerat Israel.

32. In diebus illis cœpit Dominus tædere super Israel; percussitque eos Hazael in universis finibus Israel,

33. A Jordane contra orientalem plagam, omnem terram Galaad, et Gad et Ruben, et Manasse, ab Aroer, quæ est super torrentem Arnon, et Galaad, et Basan.

34. Reliqua autem verborum Jehu, et universa quæ fecit, et fortitudo ejus, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regum Israel?

35. Et dormivit Jehu cum patribus suis, sepelieruntque eum in Samariâ. Et regnavit Joachaz filius ejus pro eo.

36. Dies autem quos regnavit Jehu super Israel viginti et octo anni sunt in Samariâ.

27. Et la réduisirent en poussière. Ils détruisirent aussi le temple de Baal, et firent à la place un lieu destiné pour les besoins de la nature, qui subsiste jusqu'aujourd'hui.

28. Ainsi Jéhu extermina Baal d'Israël.

29. Mais il ne se retira point des péchés de Jéroboam fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël, et il ne quitta point les veaux d'or qui étaient à Béthel et à Dan.

30. Cependant le Seigneur dit à Jéhu : Parce que vous avez accompli avec soin ce qui était juste et ce qui était agréable à mes yeux, et que vous avez exécuté contre la maison d'Achab tout ce que j'avais dans le cœur, vos enfants seront assis sur le trône d'Israël jusqu'à la quatrième génération.

31. Cependant Jéhu n'eut pas soin de marcher de tout son cœur dans la loi du Seigneur Dieu d'Israël, et il ne se retira point des péchés de Jéroboam, qui avait fait pécher Israël.

32. En ces jours-là, le Seigneur commença de se lasser des enfants d'Israël; et Hazaël les frappa sur toutes leurs frontières,

33. Depuis le Jourdain vers l'orient; il ruina tout le pays de Galaad, de Gad, de Ruben et de Manassé, depuis Aroër, qui est le long du torrent d'Arnon, et Galaad, et Basan.

34. Le reste des actions de Jéhu, tout ce qu'il a fait et sa valeur dans la guerre, a été écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

35. Jéhu s'endormit avec ses pères, et fut enseveli à Samarie; et son fils Joachaz régna en sa place.

36. Le temps que Jéhu régna sur Israël, en Samarie, fut de vingt-huit ans.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Erant autem Achab septuaginta filii in Samaria. Minatus fuerat Elias Achab libro tertio, capite vigesimo primo, non esse relinquendum de domo Achab mingentem ad parietem, non clausum et novissimum. Quo loquendi genere, ut diximus, excindenda funditùs significabatur tota domus Achab, et illius extirpanda progenies; quod negotium iisdem propè verbis mandatum fuit Jehu ab alio prophetâ. Quod dùm rex novus præstare aggreditur, de regis Achab sobole diligenter inquirit, filiosque in Samariâ plurimos apud nutritios virosque nobiles habitare cognovit, non minùs septuaginta. Quod sanè mirandum non est, cùm uxores reges habeant plurimas, neque pauciores concubinas, quas prolis multiplicandæ gratiâ uxoribus inducunt. Ex illis nullum arbitror ex Jezabele natum; neque fortassè plures enixa est quàm Joram, quem proximè interfecit Jehu; et Athaliam, quæ nupserat alteri Joram filio Josaphat. Hos igitur omnes tollendos curavit, ne quod ex illâ sceleratâ familiâ semen superesset.

Scripsit ergo Jehu litteras, et misit in Samariam ad optimates civitatis (1), etc. Istæ lit-

(1) Hebræus : *Misit in Samariam ad opti-*

teræ aliquid videntur continere ironicum, et minari infortunium aliquod illis qui id admisissent, quod videntur propriè commendare litteræ, cujusmodi multa occurrunt in Scripturâ, et nos aliquot adduximus exempla ad illud libro tertio, capite vigesimo secundo, versiculo 15: *Ascende, et vade prosperè.* Jubet ergo ut illorum exploret animos, ut ex omnibus filiis, aut etiam nepotibus Achab (omnes enim posteros appellari filios nemo nescit) illum sibi regem assumant, qui minùs eo nomine ac titulo videatur indignus. Quod illi facturi videbantur non injustè, cùm optimates essent illius civitatis regiæ, et majores natu, quorum consiliis alii obsequerentur non inviti, cùm in illis scirent plus esse prudentiæ, et in illâ civitate haberent parata omnia quæ ad regiam majestatem et inaugurationem videbantur necessaria; quales sunt currus et equi, et reliqua, quæ regium illud nomen comitantur et promovent; et quando neque arma desunt, neque propugnaculum, pro conservando quem elegissent regem, acriter dimicarent. Illi verò cùm facilè cognoscerent, quò spectarent litteræ illæ, et quæ laterent minæ in illâ ironicâ et simulatâ permissione, timuerunt valdè, cùm ita instructum viderent Jehu, ut neque duo reges illius impetum sustinere, neque exitium declinare potuerint. Quare cùm è re suâ et publicâ futurum existimarent, nihil contra novi regis consilia moliri, responderunt paratos se esse facere quæcumque vellet, et cùm jam regem haberent, à cujus imperio et fide recedere non putabant, de constituendo rege neque egisse, neque acturos in posterum. Quare significaret quid actum vellet, et à suâ in ipsum observantiâ speraret omnia. (1)

VERS. 6.— SI MEI ESTIS, ET OBEDITIS MIHI, TOLLITE CAPITA FILIORUM DOMINI VESTRI. Accepit gratus optimatum studia Jehu, et promissorum pignus aliquod, et documentum ab illis præberi voluit. Misit igitur litteras iterùm, quibus significavit, si sibi fidem haberi velint, neque quicquam agere simulatè, filiorum domini sui capita præciderent, illaque ad se crastinâ luce, eâdem, quâ litteræ dabantur, horâ in Jezrahelem mitterent. Qui, acceptis litteris, nihil cunctati abscissa filiorum septuaginta capita in cophinis, sicut imperatum fuerat, in Jezrahelem transmiserunt. Quæ Jehu in portâ civitatis, in loco nimirùm frequenti et celebri, proponi jussit. (2)

mates Jezrahel. Legendum maluerim: *Ad optimates Israel,* vel, ut habent Vulgata et Septuaginta, *Samariæ.* Sed Chaldæus, Syriacus, Arabs, et interpretes Hebræo inhærentes retinent: *Optimates Jezrahel.* Creduntur hi optimates Jezrahel, et nutrices filiorum Achabi, ut furoris Jehu in Jezrahel ingredientis discrimen evitarent, recepisse sese Samariam, regni metropolim, urbem aptam frangendis Jehu conatibus. Sed hæc omnia temerè. Legimus v. 4, respondisse illos, ad quos Jehu legatos miserat, *præpositos domûs, præfectos civitatis, et nutritrios*, respondisse, inquam, præstò se ad omnia futuros. Ita verò illi loquuntur, veluti Samaritani cives essent, cùm ibi et dignitatem, et munera, et sedes haberent. Jezrahelitas illos fuisse, ne verbo quidem innuit Scriptura, quin et contraria omnia ex illâ colliguntur.

AD NUTRITIOS ACHAB, ad optimates urbis, quibus educandi septuaginta filii Achabi traditi fuerunt, uti constat inferiùs, v. 5. Sed littera textûs fert: *Ad nutritios Achab,* ad præceptores nempe, qui juveniles ejus mores moderati fuerant, ad viros à consiliis. Plerique tamen præferunt propositam superiùs à nobis explicationem, cui etiam series historiæ penitùs favet. Id facilè moris obtinebat, ut filii principum educarentur in ædibus optimatum majorum urbium. Felicem Israelitarum statum post solutam captivitatem prænuntians Isaias, futurum dicit, ut reges et reginas nutritios et nutrices habeant. Roboamus rex Juda educandos filios suos curabat in præcipuis urbibus Juda et Benjamin. (Calmet.)

(1) VERS. 3.— ELIGITE MELIOREM..., ET EUM PONITE SUPER SOLIUM PATRIS SUI, ET PUGNATE PRO DOMO DOMINI VESTRI. Epistolis hisce arrogantibus, captiosis, et insultantibus ferociter et superbè bellum indicit civibus Samariæ. Tentat illos in fide, quâ domui Achabi inhæserant, sed arroganter, ita ut spernere illos, non timere demonstret, quin et imbecillitati illorum insultet. (Calmet.)

(2) VERS. 7.— OCCIDERUNT SEPTUAGINTA VIROS. Non peccavit Jehu jubendo occidi septuaginta filios Achab, quia id fecit jussu Dei, qui summus vitæ tam nocentum quàm innocentum est Dominus, eò quòd essent filii nocentis Achab, cujus utpote nequissimi semen omne, omnemque stirpem funditùs delere volebat Dominus; verisimile enim est inter hos septuaginta aliquos fuisse minores et innocentes, nec idololatriæ Achab capaces vel participes. Peccârunt tamen Samaritæ, quòd hoc mandatum Jehu de eis occidendis executi sint, non ut ministri judicis, sed timore Jehu, quem nesciebant esse regem à Deo electum, et ab Eliseo unctum, ideòque nesciebant eum esse judicem Israelis, ac habere à Deo potestatem occidendi hos filios Achab. Fortè etiam peccavit Jehu jubendo eis hoc facinus, si priùs non satis eis probavit suam auctoritatem, et jus regni sibi à Deo datum, nisi ipsi illud aliunde facilè scire potuerint. Ita Abulensis.

ET POSUERUNT CAPITA EORUM IN COPHINIS. Appositè ad culpam Achab, qui in cophinis collegerat uvas ex vinea Naboth à se occisi; idcircò igitur in pœnam peccati filiorum ejus capita in cophinis deferuntur ad Jehu. In eo punitur tum ipse, tum filii, in quo peccârant. (Corn. à Lap.)

VERS. 9.— JUSTI ESTIS, SI EGO CONJURAVI CONTRA DOMINUM MEUM, ET INTERFECI EUM, QUIS PERCUSSIT OMNES HOS (1)? Cùm capita in loco statuisset frequenti ac publico, nihil se fecisse dicit tyrannicè, sed justè omnia, alioqui neque justi fuissent optimates populi, et majores natu, qui ex semine regio septuaginta viros interfecerunt. Sed ex eo tam prompto obsequio, quo novi regis excepêre mandata, et ex eo studio, quo tot viros, quos priùs tam observabant officiosè, utpote regum aut filios aut nepotes, usque adeò alacriter et promptè sustulerunt, docet Jehu illam rerum conversionem ex Dei decreto, non ex humano provenisse consilio; qui quid factum vellet, jam antea per Eliam prophetam significârat, qui ex domo Achab nullum prædixit futurum esse superstitem. Illa igitur omnia tam naturâ suâ difficilia perfecta sunt brevi, non tam hominum industriâ atque virtute quàm divino consilio.

VERS. 11. — PERCUSSIT IGITUR JEHU OMNES, QUI RELIQUI ERANT DE DOMO ACHAB IN JEZRAHEL, ET UNIVERSOS OPTIMATES EJUS, ET NOTOS, ET SACERDOTES. Non satis habuit extinxisse omnem sobolem regis Achab, sed ne quid ex ejus domo reliquum esset, illos tollendos curavit, qui ex ejus domo vel familiâ dici potuerunt, quales fuerunt illi qui regis optimates fuerunt, quorum videlicet consilio res illas administravit, quas modò et regis capite, et tanti imperii jacturâ castigat Deus. Item notos, qui neque regis fuerunt familiares et assidui, quique tantorum scelerum existimantur fuisse consortes et sacerdotes : hi fortassè sunt quos domi aluit Achab, quique principes fuerunt in vitulorum nefario cultu, aut in sacris Baal. Sed fortassè illi hoc loco sacerdotes dicuntur, qui principem locum apud regem tenuerunt, quique vocari possunt αὐλάρχαι, id est, aulæ principes; quo modo Davidis filii sacerdotes dicuntur 2 Regum c. 8, v. 18, cùm tamen non essent ex Leviticâ tribu, quia magno apud regem in honore fuerunt. Vide quæ nos ad illum locum : neque hæc mihi displicet explicatio posterior. Hos autem superesse noluit, tum ut omninò tota domus interiret Achab, quam ut deleret funditùs, à Domino mandatum acceperat; tum ne quis turbare postea posset novam formam reipublicæ superiorum regum memoriâ, à quorum cæde non videbatur abfuisse perfidia.

VERS. 12. — ET SURREXIT, ET VENIT IN SAMARIAM, CUMQUE VENISSET AD CAMERAM PASTORUM, IN VIA INVENIT FRATRES OCHOZIÆ. Cùm rem communem jam constituisset in Jezrahele, et quicquid ad regem Achab pertinebat, excidisset funditùs, ut stabiliret, quæ supererant, inde quamprimùm evolavit in Samariam, quæ cùm sedes esset regia regnique metropolis, ibi videbantur regnum resque publica constitui atque administrari posse commodiùs : cùmque ventum esset ad locum qui Hebraicè dicitur *beth eked haroim*, de cujus significatione et proprietate postea, occurrerunt Ochoziæ fratres, qui ex Jerusalem fortassè, aut ex alio loco regni Juda profecti sunt, ut Ochoziam fratrem, quem mortuum esse nesciebant, salutarent, ejusque filios, quos secum videbatur adduxisse, ut rebus bellicis

VERS. 8. — PONITE EA AD DUOS ACERVOS JUXTA INTROITUM PORTÆ USQUE MANE. Qui cæsa juvenum principum capita deferebant, cùm noctu pervenissent, in urbem admissi non sunt, sed imperatum est excubiis, ut capita illa accipientes, ponerent in egressu portæ urbis, ubi conventus populi et commercia habebantur, ut palam omnibus essent.

(Calmet.)

(1) *Vous êtes justes; si j'ai conjuré contre mon seigneur, et si je l'ai tué, qui est celui qui a tué tous ceux-ci?* Il voulut, comme le remarque un ancien Père, convaincre tout Israël que ce n'était point un homme, mais Dieu même que l'on devait regarder comme étant l'auteur unique de tout ce qui était arrivé. Car c'est, dit ce Père, comme s'il leur avait dit : Si l'on croit que j'ai fait mourir Joram par un esprit de révolte et pour usurper son trône, qui est celui qui a tué ce grand nombre d'autres princes? Et ne devez-vous pas juger par là que c'est la divine justice qui s'est servie de tels ministres qu'il lui a plu de choisir pour exercer sa vengeance, et pour accomplir ce que les prophètes avaient prédit, leurs prédictions étant toujours véritables? Et en effet, un événement si surprenant faisait connaître très clairement que c'était un coup de la toute-puissance du bras de Dieu, et que Jéhu n'aurait jamais pu exécuter de la sorte une justice si terrible, à moins que Dieu même n'eût frappé tous les grands de Samarie d'une espèce d'étourdissement, et imprimé au fond de leurs cœurs une terreur extraordinaire pour celui qu'il avait chargé de l'exécution de ses vengeances. Il est donc juste que ceux qui paraissent les plus puissants sur la terre, soient étonnés d'un exemple si redoutable, et qu'ils se portent avec d'autant plus d'ardeur à faire régner la piété parmi les peuples, qu'ils voient les personnes de deux rois impies accablées en un instant par tout le poids de la divine justice, et soixante-dix autres princes, sur le moindre ordre de celui que Dieu envoyait contre la maison d'Achab, immolés tous à la fois comme des victimes de l'impiété de leurs pères. (Sacy.)

assuescerent, cùm comitari voluit avunculum Joram regem Israel, cùm vendicare sibi vellet Ramoth Galaad. Rogati porrò de genere ac patriâ, responderunt se esse fratres Ochoziæ, qui officii gratiâ in Jezrahelem proficiscebantur, ut fratri regi, ipsiusque reginæ filiis, cujus studio ac voto obsecuti sunt, debitum impenderent obsequium. Quos statim eodem loco jugulari præcepit.

Hìc nobis observandum, primùm hos fratres Ochoziæ, si filii fuêre Joram, qui pater Ochoziæ fuit, non fuisse omnes ex Athaliâ, sed ex variis uxoribus et concubinis. Quis enim uterus tam fœcundus esse poterat, qui quadraginta duos filios concipere atque eniti potuerit? Uxores autem multas et concubinas habuisse Joram, et filios ex illis susceptos ferro esse devotos, legimus libro 2 Paralipomenon capite 22, ubi hæc Joram ab Eliæ litteris accepit versiculo 14: *Ecce Dominus percutiet te plagâ magnâ cum populo tuo, et filiis, et uxoribus tuis,* quod impletum esse constat ibidem versiculo 16: *Suscitavit Dominus contra Joram spiritum Philistinorum et Arabum, qui confines sunt Æthiopibus, et ascenderunt in terram Juda, et vastaverunt eam,* etc. *Insuper et filios ejus, et uxores, nec remansit ei filius, nisi Joachaz, qui minimus natu erat.* Hic autem Joachaz idem est qui Ochozias. Quare cùm alii Ochoziæ fratres ante ipsum Ochoziam fuerint occisi, et ex omnibus unus tantùm Ochozias, seu Joachaz dicatur esse reliquus, consequens est, ut dicamus, priùs Athaliæ tantùm filios fuisse sublatos, uno excepto Ochoziâ, qui ipsius Athaliæ filius fuit, et hos esse aliarum uxorum filios; vel fratres hoc loco Hebræorum more cognatos esse: nam qui communem habent familiam et genus, fratres appellantur. Et hoc fortassè verius.

Sed dicet hìc aliquis: Si isti Ochoziæ fratres non fuerunt Athaliæ filii, sed aliarum sive uxorum, sive concubinarum Joram, aut certè Ochoziæ cognati, cur in illos tantoperè sæviit Jehu, ut ad unum omnes interimeret, cùm illi tantùm videretur potestas data ut insectaretur, deleretque domum Achab, ad quam illi tantùm pertinebant, quos è Joram conceperat Athalia? Respondeo, duo Jehu in hâc duorum regum ac regnorum vexatione spectare potuisse, alterum, ut pœnas sumeret de Achab Jezabelisque peccatis, quod in mandatis acceperat à Deo; alterum, ut omnes seditionum causas præcideret: timere enim prudenter poterat ne viri potentes, quales fuisse oportet, aut fratres, aut cognatos Ochoziæ, aut ulcisci vellent illius mortem, aut aliquid moliri, quo Jehu consilia retardarent. Quælibet autem mora seu offensio maximè in ipsis imperii nascentis incunabulis, non solet, vel ad regis existimationem, vel ad expeditum regnandi cursum existimari levis.

Ubi Vulgatus, *camera pastorum,* Hebr. est, *beth eked;* Septuaginta, quasi nomen esset proprium, eodem modo reliquerunt *bethacad;* Chaldæus, *in domo congregationis pastorum;* alii, *in domo alligationis.* Et quia dùm tondentur oves, alligari solent, quidam reddiderunt, *domum tonstrinæ,* et hoc fortassè verum: id enim indicâsse videtur Vulgatus, dùm cameram appellat pastorum, ubi nimirùm maxima esse videtur opportunitas pro tondendis gregibus. Neque hæc explicatio sine fundamento est: nam cùm in ovium tonsione dies ponantur geniales et læti, ad quos advocentur amici, qui conviviis excipiuntur splendidis, necesse est in pascualibus agris domus sint amplæ, et non omninò opere rudi, ad quas viri lauti et non inelegantes ad rusticam illam celebritatem conveniant. Quales fuerunt illæ, in quibus Nabal libro primo Reg. capite 25, et in quibus Absalom libro secundo capite 13, regio simile convivium instruxêre. Eo igitur loco ubi Ochoziæ fratribus occurrit Jehu, domus fuisse videtur ampla, et à pastoribus in ovium tonsione frequentata, quæ loco nomen dedit. Sicut etiam domus alia, ubi non vulgares solùm, sed splendidæ etiam peragebantur nuptiæ, quæ juxta Hebræorum morem celebrabantur in agris, vocabatur domus vulgi, à quâ locus ille nomen accepit: de quâ Jeremias capite 39, versiculo octavo: *Domum quoque regis, et domum vulgi succenderunt Chaldæi igne.* Vide quæ nos eo loco pluribus. Sicut ergo domus illa vocari potuit domus nuptiarum aut nubentium, sic etiam hæc domus, domus pastorum aut tonsionis nominari potuit. Ad extremum observo illos filios fratrum Ochoziæ, et principes Juda, qui libro secundo Paralipomenon, capite vigesimo secundo, versiculo octavo, à Jehu dicuntur esse sublati, diversos esse ab his Ochoziæ fratribus. Nam hi ad cameram pastorum, et post Ochoziæ mortem dicuntur occisi; illi autem ante Ochoziam in Jezrahele, ut videtur textus ipse ostendere non obscurè. Unde paulò ante fugerat Ochozias: *Cùm everteret,* inquit, *Jehu domum Achab, invenit principes Juda, et filios fratrum Ochoziæ, qui ministrabant ei,*

et interfecit illos. Ipsum quoque perquirens Ochoziam comprehendit, etc.

VERS. 15. — CUMQUE ABIISSET INDE, INVENIT JONADAB FILIUM RECHAB IN OCCURSUM SIBI, ET BENEDIXIT EI. Quisnam fuerit iste Rechab, quodque Rechabitarum genus, diximus pluribus in nostris Commentariis super Jeremiam ad cap. 35, in principio, ubi de hoc Jonadab nonnihil. Hi verò vitam agebant pastoritiam et agrestem : neque ædificârunt domum, sed pastorum more construxêre sibi tabernacula, quæ facilè ex uno loco in alium transferri poterant. Hæc in illo Jeremiæ loco. De hoc porrò Jonadab, deque Rechabitarum instituto, lege Hieronymum epist. 13, quæ est ad Paulinum, de Institutione Monachi. Cùm ergo iste Jonadab, sicut alii Rechabitæ, qui cùm extranei forent à populo gentilico, se tamen Israelitis adjunxerant, in tabernaculis agerent, et copiosos alerent ovium greges, juxta cameram illam pastorum versabantur, quo tempore Ochoziæ fratres extincti sunt. Cùm autem Jonadab potens esset, Jehu suâ plurimùm interesse putabat, si illum suis partibus quamprimùm adjungeret. Quare cùm primùm habuit obvium, benedixit illi, id est, salutavit amicè, et omnia bona precatus est. Cùmque suî studiosum esse cognovisset, deque illius in se constanti fide non dubitaret, assumpsit secum in currum, deduxitque in Samariam, ubi si quæ ex Achab familiâ reliquiæ supererant, omninò delevit.

ET DEDIT EI MANUM SUAM. Dare manum, licet subjectionem aliquando denotet, nonnunquàm tamen amicitiam et fœdus aut recenter init, aut initum confirmat. Sic Paulus ad Galat. 2, v. 9 : *Qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi, et Barnabæ societatis.* Et concordia in matrimonio consertis conjugum manibus significatur. Tob. cap. 7, novorum conjugum dextræ conjunguntur, et passim videmus in antiquis nummis complicatas manus cum hâc inscriptione, *Fides,* aut *amicitia*, aut *fœdus*. Dùm ergo manum Jehu poscebat sibi dari à Jonadab, societatem petit aut tunc primùm iniri, aut initam ante confirmavit in posterum.

VERS. 18. — CONGREGAVIT ERGO JEHU OMNEM POPULUM ET DIXIT AD EOS : ACHAB COLUIT BAAL PARUM, etc. (1). Ex hoc loco ad versum 28, nihil admodùm astu Jehu sacerdotes omnes Baal, et omnes illius cultores, simulato sacrificio, in illius honorem, in templum concluserit, et ibi est obscurum, tantùm enim refertur, quem-

(1) Mentitur Jehu, sed officiosè, et ad bonum finem, ut omnes cultores Baal in unum colligat et mactet, quod Deus ei jusserat, quodque aliâ ratione perfici vix poterat. Unde ipse putabat hoc mendacium sibi esse licitum, imò necessarium, honestum et pium. Ita Theodor. et Procop. Licet enim hoc ejus mendacium ex genere suo esset perniciosum, quia erat simulatio, imò professio idololatriæ, ideòque scandalum publicum, uti docet S. Thom. 2-2, q. 111, art. 1, ad 2 ; Franc. Suarez tract. 1 de Fide, disp. 14, sect. 4, n. 9 ; Greg. de Valentiâ tract. de Fide, disp. 1, q. 3, puncto 2, imò S. August. lib. contra mendacium, cap. 2, hoc Jehu mendacium vocat impium, ideòque eum non pro illâ simulatione, sed pro obedientiâ, quia jussu Dei occidit posteros Achab, à Deo fuisse laudatum et remuneratum asserit, additque : « Visum est quibusdam Catholicis Priscillianistas se debere simulare, ut eorum latebras penetrarent; quod ego prohibens, ait Augustinus, scripsi librum contra mendacium. »

Tamen multa sunt quæ Jehu excusant, et hoc ejus mendacium potiùs officiosum quàm perniciosum fuisse ostendunt. Primum est intentio loquentis, nimirùm quòd illud dixerit non seriò; non enim intendebat colere Baal, sed fictè et simulatè, ut omnes cultores Baal in unum colligeret, et collectos omnes quasi victimas divinæ justitiæ mactaret, ut Deus ei jusserat, quod aliàs facere nequivisset. Unde S. Hieronymus in cap. 2 Epist. ad Galat., omninò excusat Jehu, docetque utilem esse simulationem, et quandoque exhibendam, dummodò caveatur mendacium. « Utilem, ait Hieronymus, simulationem assumendam esse in tempore, Jehu regis nos docet exemplum. » Idem censet Abulensis, Cajetanus et alii, imò Adrianus in 4, q. 1, de Baptismo, in resp. ad 5, ait licere celare fidem per professionem falsæ religionis, si justa subsit causa; quod tamen alii passim improbant et refellunt, ac meritò.

Secundum, quòd simulatio et fictio hæc Jehu brevissimo tempore durârit; unde exiguum fuit scandalum : nam mox visuri erant universi animum loquentis planè contrarium; moram ergo modici temporis Jehu pro nihilo reputavit.

Tertium, quòd non jusserit vel exhortatus sit Baalitas ad sacrificandum Baal, sed tantùm dixerit : *Ego colam eum ampliùs,* quâ voce tantùm intendit occasionem dare Baalitis, ut animum suum aperirent, et malitiam idololatriæ mente conclusam proderent, ut illam deinde ipse succideret. Sic medici dant pharmaca, quæ humores pravos commoveant, ut eos deinde emicantes expellant, itàque homini sanitatem restituant. Sic principes mittunt exploratores ad hostes, qui se eorum amicos simulent, ut eorum consilia resciscant, principibus renuntient; uti fecit Chusai transfugiens ad Absalomem, ibique dissipans consilia Achitophelis, 2 Reg. 15, v. 14. Sic heri explorant fidem servorum et ancillarum, hinc inde ponendo nummos, ut videant an ipsi eos auferant et furentur, an verò fideliter ad herum referant. Hi ergo dant quidem occasionem furti, non tamen ad illud incitant vel invitant.

ad unum omnes interfecerit, et Baalis abolito malè simulacro nefariam illius religionem à Jezabele primùm inductam ex Israele toto relegârit. (1)

Dices: Jehu implicitè suo exemplo invitavit Baalitas ad sacrificandum Baal. — Resp.: Jehu non invitavit, sed occasionem tantùm eis dedit sacrificandi, quam sciebat illos arrepturos, idque permisit, ut quod ipsi quotidiè faciebant privatim, hoc jam facerent publicè, itàque se detegerent, ut ab eo puniri plectique possent. Satius enim erat unum actum sacrificii publicum permittere ad redimenda tot privata eorum sacrilegia. Satius erat sinere eos publicè semel idola colere, quàm privatim millies et millies, ut hâc permissione idololatriam Baal funditùs excinderet. (Corn. à Lap.)

(1) Vers. 20. — Sanctificate diem solemnem Baal. Hebræus, ad litteram: *Sanctificate interdictum*, indicite ferias, vel abstinentiam, generalem populi conventum, festum solemne, et feriatum *in honorem Baal; et vocaverunt*, vel convocaverunt. Sæpè alibi animadvertere licuit, *sanctificare* usurpari pro generali edicto, indicere festum, vel jejunium, vel cœtum aliquem, sive religionis, sive rei alicujus gravis et publicæ gratiâ, sive in honorem Dei. (Calmet.)

Vers. 21. — Et venerunt cuncti servi Baal. *Servos* vocat devotos Baal, præsertim sacerdotes, ut patet vers. 19, unde et vers. seq. jussit eis dari vestes, scilicet sacerdotales et sacras; nec enim videntur omnes omninò, qui Baal adorabant, venisse, aut templo uno capi potuisse. Sic Actor. 17, 4, *colentes* vocantur viri pii et religiosi, Deum piè colentes. Abul. tamen censet omnes omninò profitentes cultum Baal vocatos venisse ad diem solemnem Baal: licet enim tempore Achab fuerint illi in magno numero, tamen paulò post agente Josaphat rege pio, multi ex eis ad cultum uniu sveri Dei redierunt.

Et repleta est domus Baal a summo usque ad summum scilicet ab extremo in extremum. Sept.: *Et repleta est domus super os;* Chald.: *Ex angulo in angulum.*

Vers. 22. — Proferte vestimenta universis servis Baal, scilicet sacerdotalia vel sacra, qualibus utebantur Levitæ et Nathinæi, sive ministri sacerdotum; non ergo dedit eis vestes laicas in præmium. Hæc enim magna multis fuisset idololatriæ et peccati illecebra, ut pro vestibus se cultores Baal esse mentirentur: Addit Abulensis, Jehu eis victimas ad sacrificium suppeditâsse et invitâsse ad sacrificandum, idque sine culpâ. Verùm id dici nequit: invitare enim ad sacrificandum idolo, culpa est et scelus, quocumque fine id fiat. Suffecit ergo Jehu, quòd eis paratos ad sacrificandum permitteret sacrificare.

Vers. 23. — Sed ut sint servi Baal soli. *Nolle se dicens*, ait Josephus, *ut sacris eorum alienus ac profanus ullus se ingerat.* Prudenter id providit Jehu, ne quis innocens Deique cultor, sed soli nocentes Baalitæ mactarentur. (Corn. à Lap.)

Vers. 24. — Ingressi sunt igitur ut facerent victimas. Littera textûs exprimit, tunc primùm illos templum subiisse; reverà tamen diù antea sacras ædes ingressi fuerant, neque nisi in eodem templo distributæ sacræ vestes videntur. *Ingressi sunt*, ponitur pro, *ingressi erant.*

Vers. 29. — Verumtamen a peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel, non recessit, nec reliquit vitulos aureos. Quemadmodùm aureos quoque vitulos, quos Jeroboam sceleratè conflaverat, exterminare voluerit Jehu, et ex Israeliticis finibus omnem gentilicam impietatem expellere, neque tamen cogitata

Vers. 25. — Militibus et ducibus suis. Hebr. *Cursoribus et schalischim suis.* Cursores ipsi sunt corporis custodes. Adonias filius Davidis regium apparatum affectans, prodiit stipatus curribus et equitibus, adjecitque quinquaginta viros, qui sibi præcurrerent. Exponens Samuel Hebræis, quid illis exspectandum esset à rege, denuntiavit futurum: *Filios vestros tollet, et faciet sibi equites et præcursores.* Nomine igitur cursorum designari videntur pedites corporis custodes. *Schalischim* inter primos erant regni præfectos, ut alibi demonstratum est.

Percusseruntque eos in ore gladii, et projecerunt milites et duces; et ierunt in civitatem templi Baal. Quænam urbs ista, templi Baalis religione sacra? Samaria facilè, regni Israelitici metropolis. Hoc si admittamus, quale igitur fuit templum, ubi sacerdotes omnes Baalis trucidati sunt? An credibile est, Jehu non eos convocâsse in templum urbis potissimum, siquidem plura eidem numini sacra in urbe fuerint? Non immeritò reputaverimus, coegisse Jehu primùm sacrificulos hosce in templum extra Samariam, facilè ut populi turbas vitaret, ac ne quis ex iis sacerdotibus sese subduceret, deinde verò misisse suos in alterum templum intra urbem; vel interfectis sacrificulis omnibus Baalis in templo Samariæ, milites suos in aliam vicinam urbem misisse, vel in cæteras, ubicumque templa Baali sacra stabant. Hebræus, ad litteram: *Percusserunt eos ad os gladii, et projecerunt*, (id est, auctore Ludovico de Dieu, projecerunt se extra templum Baalis, celerrimè egressi sunt. Equidem cur projicienda erant extra templum cadavera sacerdotum Baalis, quos trucidaverant?) *et iverunt usque ad civitatem domûs Baal;* ad urbem cognomento templum Baalis. Sunt qui reddant: *Et regressi sunt in urbem, in templum Baal.* Alii: *Iverunt* ad intimas usque fani partes, atque, ut ita dicam, *usque ad arcem templi Baal* penetrârunt. (Calmet.)

Factum est autem cum completum esset holocaustum. Hebr., Chald. et Septuaginta Romana habent in singulari: *Cùm consummâsset*, scilicet summus sacerdos Baal. Septuaginta Regia et Complut. habent in plurali: *Et factum est ut compleverunt facientes holocaustum,* utrumque verum: plures enim in pluribus altaribus plura offerebant holocausta. (Corn. à Lap.)

Vers. 27. — Fecerunt pro ea latrinas. Fanum Baalis destinârunt in commodum populi, ut ibi naturæ necessitati satisfacerent. Persimilis pœnæ genus recurrit in 1 Esdræ v. 16, 11; edicto enim suo pro Judæis lato minitatur Artaxerxes, redacturum se in loca publica ædes illorum, qui jussionibus suis restiterint. Idem habes in Daniele 2, 5, neque unicum est ejus rei exemplum in Orientis historiâ. (Calmet.)

perfecerit, sed potiùs ipse quoque dùm alios metuit, et suo imperio cavere studet, vitulos adorârit, explicuit optimâ similitudine Oseas cap. 7, ut nos pluribus explicuimus, quæ, quia ad historiam de quâ nunc agimus plurimùm refert, libet eorum aliqua, quæ illic adduximus, hùc quoque transcribere.

In eo capite Oseas, qui non longè post hæc tempora prophetavit, docet quomodò Deus sanare voluerit Israelem, religione gentili et peregrinis morbus infectum, et quemadmodùm paulisper sub initium regni Jehu ab idolomaniâ respirârit, brevi tamen ipso Jehu deficiente, ad ingenium et impietatem redierit. Sic enim explico illud v. 1 : *Cùm sanare vellem Israel, revelata est iniquitas Ephraim, et malitia Samariæ.* Quasi dicat Deus, pullulâsse repentè scelus, quod videbatur esse compressum.

Deinde vers. 4 docet quomodò à tempore, quo sub Jeroboam decem tribus recesserunt à duabus aliis, et à templo omnes reges, qui Jeroboami loco successerunt, eodem quo illi errore decepti ad idololatriam defluxerunt; id enim valet, *omnes adulterantes quasi clibanus succensus à coquente.* Et quidem de omnibus subjicitur illud quasi legitimum : *De viâ Jeroboam non recessit, qui peccare fecit Israel.*

Quòd verò brevis fuerit illa populi, seu vera, seu simulata conversio, docet idem propheta v. 4 : *Quievit paululùm civitas à commixtione fermenti.* Quievisse videbatur populus à fermento, id est, à contagione illâ pestilenti, tempore Jehu, qui non videbatur rationem ullam habiturus religionis illius, quam induxerunt, amplificaveruntque superiores reges Israel, cùm tam studiosè atque acriter ad sanguinem usque, et cædem sacerdotum insecutus esset nefariam illam religionem quæ gentem Israeliticam infecerat. Tunc verò populus non fermentabatur, neque disponebatur ad clibanum, id est, ad impietatem, quâ superiorum principum animi flagrabant. Quievit itaque aliquandiù à vitulorum atque idolorum cultu, quia licet non omninò veteres animos deposuisset, non tamen contra novi principis studium moliri quicquam contra religionem securum sibi fore existimabat. Sed illud fermentum, quod jam antea ab aliis principibus acceperat, non erat otiosum, sed inflabat et corrumpebat animos, et ad metaphoricam fornacem disponebat. Quando ergo fermentatus est totus populus, et apud omnes invaluit vitulorum amor, ipse quoque princeps Jehu aliorum exemplo, aut certè cùm timeret ne quid gravius pateretur ab offenso populo, aut certè ne ad templum et Regum Juda fidem, finesque transfugeret, coluit ipse quoque aureos vitulos, et sopitam paululùm idolomaniam excitavit. Sic autem de Jehu hìc versiculo 28 : *Delevit itaque Jehu Baal de Israel. Verumtamen à peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel, non recessit, nec dereliquit vitulos aureos*, etc.

Quomodò autem Jehu impiæ se religioni cum aliis addixerit, docuit idem Oseas versiculo quinto : *Extendit manum suam cum illusoribus, quia applicuerunt quasi clibanum cor suum, cùm insidiaretur eis.* Principes populi furentes insano vitulorum amore et zelo, eò adegerunt delusum regem, ut manus illis dederit inermes, quas in ipsos in ipsorumque religionem nuper armaverat. Fecit igitur idem, quod illusores à quibus regius animus expugnatus est. Extendit manus supplices ad vitulos aureos, et quod proximè damnârat edicto, et ferro mulctaverat, impiè sicut reliqua turba complexus est. Hoc autem obtinuerunt à rege jam altero à seipso, quando contemptæ patriæ religionis severus vindex esse voluit. Atque ideò addidit statim : *Totâ nocte dormivit coquens eos : manè ipse succensus quasi ignis flammæ.* Cùm insidias Jehu principibus moliretur, qui nefariam religionem retinere studebant, ipse illorum insidiis occupatus, et in illius amorem seu studium accensus est. Totâ nocte ardens ipse zelo volvebat secum quomodò illos coqueret, et jam animo coquebat conficiebatque; sic enim alliciebatur, quasi jamjam ureret, ex illorum interitu anticipatam lætitiam capiebat; sed brevi consedit ardens ille zelus et æstus religiosi consilii : nam mane aliorum igne ipse succensus est, quos ipse suo inflammare atque consumere meditabatur. Porrò cùm aliquid momentaneum ac breve significare volumus, his fermè modis explicamus, in quibus nocturnum cum matutino tempore conjungitur, quia exiguum est spatium quod inter duos hosce terminos interjectum est. Sic Ezechias apud Isaiam cap. 38 : *De mane usque ad vesperam finies me.* Psalm. 29 : *Ad vesperum demorabitur fletus, et ad matutinum lætitia.* Psalm. 89 : *Mane floreat et transeat; vespere decidat, induret et arescat.* Quod Hispanus familiariter usurpat, dùm temporis brevitatem hoc modo significat : *De la noche a la mannana.* Quare his verbis nil puto significari aliud quàm citò fractam fuisse Jehu constantiam, et brevi ad Jeroboami mores et studia defluxisse. Vers 7.

Omnes calefacti sunt quasi clibanus, et devoraverunt judices suos; omnes reges eorum ceciderunt: non est qui clamet in eis ad me. Quod fecerunt cum Jehu principes, à verâ religione transfugæ, id fecisse videntur cum aliis regibus, seu jucidibus qui deinde rem Israeliticam moderati sunt. Ut enim ipsi inflammati erant vesano vitulorum amore, sic etiam reges et judices vitulorum amore sic inflammârunt, ut non aliter arderent quàm succensa fornax. Quare deinceps nullus fuit è regibus et judicibus populi, qui non accesserit ad vitulorum aras: qui cùm supplices preces et manus ad idola sustulerint frequenter, nemo tamen ad Deum clamavit supplex, et illius in rerum angustiis auxilium imploravit. Quomodò reges omnes, quamdiù duravit regnum Israel, à peccatis Jeroboam non recesserint, satis constat.

Vers. 30. — Filii tui usque ad quartam generationem, sedebunt super thronum Israel. Nôrat Deus quid fecisset, et quid postea facturus esset Jehu; noluit tamen priora illa opera abire sine suâ mercede, illaque non vulgari, si humanam rationem atque existimationem spectes. Quid enim majus mortalium animi, aut optant aut putant, quàm primum inter omnes locum obtinere? Quod accidit regibus, hoc Deus promittit Jehu, qui regnum, jubente atque auspice Deo, consecutus est, et eodem auspice posteris usque ad quartam generationem reliquit. Illi autem fuerunt Joachaz, Joas, Jeroboam, Zacharias, quibus vitâ regnoque defunctis ex aliâ familiâ reges suffecti sunt, ut habes infra, cap. 15, v. 12.

Vers. 32. — In diebus illis cœpit Dominus tædere super Israel. Cùm eo tempore corrupto jam Jehu, et cum aliis in commune scelus turpiter dilapso, nihil in tanto populo appareret, quod vindicem peccatorum dexteram contineret, tædio affectus Deus severiùs statuit de re Israeliticâ, quam in omnem intemperantiam et labem projectam videbat. Quare tradidit populum Hazaeli regi Syriæ, per quem vexare voluit rebellem illam gentem, qui sic favente, imò et auctore Deo, gessit rem feliciter, ut tribus, quæ ultra Jordanem consederunt, gravi plagâ percusserit. Quid præterea gesserit Jehu, postquàm Baalis templum, statuam, sacerdotes et inanem superstitionem delerit, nihil habemus, licet multa alia fortiter fecisse dicatur, quæ relata fuisse dicuntur in Commentarios regum Israel, quæ *Verba dierum* appellantur; ex quibus videtur Oseas sumpsisse cap. 7 illa quæ de illius animo languido et timido dicebamus. Regnavit autem annos viginti et octo, quibus exactis in Samariâ regiâ civitate tumulatus est.

CAPUT XI.

1. Athalia verò mater Ochoziæ, videns mortuum filium suum, surrexit, et interfecit omne semen regium.

2. Tollens autem Josaba filia regis Joram, soror Ochoziæ, Joas filium Ochoziæ, furata est eum de medio filiorum regis qui interficiebantur, et nutricem ejus de triclinio; et abscondit eum à facie Athaliæ, ut non interficeretur.

3. Eratque cum eâ sex annis clam in domo Domini: porrò Athalia regnavit super terram.

4. Anno autem septimo, misit Joiada, et assumens centuriones et milites, introduxit ad se in templum Domini, pepigitque cum eis fœdus; et, adjurans eos in domo Domini, ostendit eis filium regis.

5. Et præcepit illis, dicens: Iste sermo est quem facere debetis:

6. Tertia pars vestrûm introeat sabbato et observet excubias domûs regis; tertia autem pars sit ad portam Sur, et tertia pars

CHAPITRE XI.

1. Athalie, mère d'Ochozias, voyant son fils mort, se leva, et tua tous les princes de la race royale.

2. Mais Josaba, fille du roi Joram, sœur d'Ochozias *et femme du grand prêtre Joïada,* prit Joas, fils d'Ochozias, avec sa nourrice, qu'elle fit sortir de sa chambre, et le déroba du milieu des enfants du roi lorsqu'on les tuait, et lui sauva la vie, le tenant caché, sans qu'Athalie pût le savoir.

3. Il fut six ans caché avec sa nourrice dans la maison du Seigneur, et Athalie cependant régnait sur le pays.

4. La septième année, Joïada envoya quérir les centeniers et les soldats. Il les fit entrer dans le temple du Seigneur, et fit un traité avec eux, et leur fit prêter le serment dans la maison du Seigneur en leur montrant le fils du roi;

5. Et il leur donna cet ordre : Voici ce que vous devez faire :

6. Vous vous diviserez en trois bandes. La première qui entrera en semaine fera garde à la maison du roi; la seconde sera à la porte

sit ad portam quæ est post habitaculum scutariorum : et custodietis excubias domûs Messa.

7. Duæ verò partes è vobis, omnes egredientes sabbato, custodiant excubias domûs Domini circa regem.

8. Et vallabitis eum, habentes arma in manibus vestris; si quis autem ingressus fuerit septum templi, interficiatur; eritisque cum rege introeunte et egrediente.

9. Et fecerunt centuriones juxta omnia quæ præceperat eis Joiada sacerdos; et assumentes singuli viros suos, qui ingrediebantur sabbatum, cum his qui egrediebantur sabbato, venerunt ad Joiadam sacerdotem,

10. Qui dedit eis hastas et arma regis David quæ erant in domo Domini.

11. Et steterunt singuli habentes arma in manu suâ, à parte templi dexterâ usque ad partem sinistram altaris et ædis circùm regem.

12. Produxitque filium regis, et posuit super eum diadema et testimonium; feceruntque eum regem, et unxerunt; et plaudentes manu dixerunt : Vivat rex!

13. Audivit autem Athalia vocem populi currentis; et ingressa ad turbas in templum Domini,

14. Vidit regem stantem super tribunal juxta morem, et cantores et tubas propè eum, omnemque populum terræ lætantem et canentem tubis; et scidit vestimenta sua, clamavitque: Conjuratio, conjuratio!

15. Præcepit autem Joiada centurionibus qui erant super exercitum, et ait eis : Educite eam extra septa templi, et quicumque eam secutus fuerit, feriatur gladio. Dixerat enim sacerdos : Non occidatur in templo Domini.

16. Imposueruntque ei manus, et impegerunt eam per viam introitûs equorum, juxta palatium, et interfecta est ibi.

17. Pepigit ergo Joiada fœdus inter Dominum, et inter regem, et inter populum, ut esset populus Domini, et inter regem et populum.

18. Ingressusque est omnis populus terræ templum Baal, et destruxerunt aras

de Sur, *vers l'orient,* et la troisième à la porte qui est derrière la maison de ceux qui portent les boucliers; et vous ferez garde à la maison de Messa.

7. Que deux bandes *composées* de ceux de votre corps qui sortiront de semaine, fassent garde à la maison du Seigneur auprès du roi.

8. Vous vous tiendrez auprès de sa personne les armes à la main; si quelqu'un entre dans le temple, qu'il soit tué aussitôt; et vous vous tiendrez avec le roi, lorsqu'il entrera ou qu'il sortira.

9. Les centeniers exécutèrent tout ce que le pontife Joïada leur avait ordonné; et, tous prenant leurs gens qui entraient en semaine avec ceux qui en sortaient, vinrent trouver le pontife Joïada;

10. Et il leur donna les lances et les armes du roi David qui étaient dans la maison du Seigneur.

11. Ils se tinrent donc tous les armes à la main, rangés auprès du roi, depuis le côté droit du temple jusqu'au côté gauche de l'autel et du temple.

12. Il leur présenta ensuite le fils du roi, et posa sur lui le diadème et le livre de la loi. Ils l'établirent roi, le sacrèrent, et, frappant des mains, ils crièrent : Vive le roi!

13. Athalie entendit le bruit du peuple qui accourait; et, entrant avec la foule dans le temple du Seigneur,

14. Elle vit le roi debout sur son trône, selon la coutume, et auprès de lui les chantres et les trompettes, tout le peuple étant dans la joie et sonnant de la trompette; alors elle déchira ses vêtements, et s'écria : Trahison, trahison!

15. En même temps, Joïada donna cet ordre aux centeniers qui commandaient les troupes, et leur dit : Emmenez-la hors du temple; et si quelqu'un la suit, qu'il périsse par l'épée. Car le pontife avait dit : Qu'on ne la tue pas dans le temple du Seigneur.

16. *Les centeniers* se saisirent donc de sa personne, et la traînèrent par le chemin de la porte des chevaux, près du palais; et elle fut tuée en ce lieu-là.

17. Joïada fit donc une alliance entre le Seigneur, le roi et le peuple, afin qu'il fût *désormais* le peuple du Seigneur, et entre le peuple et le roi.

18. Et tout le peuple étant entré dans le temple de Baal, ils renversèrent ses autels,

ejus et imagines contriverunt validè; Mathan quoque, sacerdotem Baal, occiderunt coram altari. Et posuit sacerdos custodias in domo Domini.

19. Tulitque centuriones, et Cerethi et Phelethi legiones, et omnem populum terræ, deduxeruntque regem de domo Domini, et venerunt per viam portæ scutariorum in palatium; et sedit super thronum regum.

20. Lætatusque est omnis populus terræ, et civitas conquievit; Athalia autem occisa est gladio in domo regis.

21. Septemque annorum erat Joas, cùm regnare cœpisset.

mirent ses images en pièces, et tuèrent devant l'autel Mathan, prêtre de Baal. Le pontife mit des gardes dans la maison du Seigneur, *afin qu'il n'y entrât rien de souillé.*

19. Il prit *avec lui* les centeniers et les légions de Céreth et de Phéleth avec tout le peuple; et ils conduisirent le roi hors de la maison du Seigneur, et vinrent au palais par la porte des gardes qui portaient les boucliers; et le roi fut assis sur le trône des rois *de Juda.*

20. Tout le peuple se réjouit, et la ville demeura en paix, Athalie ayant péri par l'épée dans la maison du roi.

21. Joas avait sept ans lorsqu'il commença de régner.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. —ATHALIA VERO, MATER OCHOZIÆ, VIDENS MORTUUM FILIUM SUUM, SURREXIT ET INTERFECIT OMNE SEMEN REGIUM. Duo hìc video planè admiranda : alterum est aviam studio regnandi occidisse nepotes, quorum orbitatem suscipere atque tueri debuerat, usque adeò præceps est et barbara regnandi libido; alterum tolerare potuisse tamdiù populum impunitam audaciam illam, et quod magis videtur mirabile, mulieris; addo etiam alienigenæ, subire dominatum, et tyrannico jugo ingenuum et nobile collum subjecisse. Sed nihil non audet mulieris ambitio, quæ, in quamcumque velit partem, vehemens est. Reliquerat Ochozias ex multis, ut ferebat illius temporis consuetudo, uxoribus et concubinis plures filios, ad quos hæreditario jure paternum regnum pertinebat, quibus ut sibi ipsi vindicaret, regnum invidit.

VERS. 2.—TOLLENS AUTEM JOSABA, FILIA REGIS JORAM, SOROR OCHOZIÆ, JOAS FILIUM OCHOZIÆ, FURATA EST EUM (1). Jozaba, quæ lib. 2 Paral. dicitur Jozabeth, soror erat ex patre Joram Ochoziæ, non verò ex Athaliâ matre, sed ab

(1) Ex interpretibus quidam censent, Joas Ochoziæ fuisse filium non naturâ, sed ordine successionis : successit enim illi in regno, sed originem referebat è Nathan, ut deductum è Salomone genus in Ochoziâ clauderetur. Joas auctor fuit novæ familiæ, quæ communem cum illâ originem habebat in Davide. Si enim Ochoziam patrem habuisset, quid causæ fuisset, cur Athalia excluderet illum à regno, quippe cui pronum esset sub ejus nomine imperium administrare? Quod autem, inquiunt, persuasit feminæ, ut neci traderet necessarios Ochoziæ, illud erat, quòd nollet regnum in alteram familiam transferri : quo specioso nomine sævam illam cædem patravit. Neque Scriptura satis apertè docet, Joas patrem habuisse Ochoziam sed tantùm raptum fuisse e medio filiorum Ochoziæ, cùm mactarentur. In genealogiâ Salomonis omittitur à S. Matthæo. Id verò minùs valet, cùm neque S. Lucas illum recenseat inter posteros Nathani. Adde, quòd Joas sæpè adeò appellatur filius regis hìc et in Paralipomenis, ut, nisi apertissima argumenta contrarium probent, vix ac ne vix quidem alteri quàm Ochoziæ parenti tribui possit. Quæ denique ad fulciendam hanc sententiam congeruntur virorum doctorum suffragia, fidem facere nequeunt, cùm nitantur auctoritate operis ab Annio Viterbiensi falso Philonis nomine inscripti. (Calmet.)

Mais Josaba, fille du roi Joram, sœur d'Ochozias, prit Joas, fils d'Ochozias, avec sa nourrice, le déroba du milieu des enfants du roi, lorsqu'on les tuait, et lui sauva la vie, le tenant caché sans qu'Athalie le pût savoir. Il fut six ans avec sa nourrice en secret dans la maison du Seigneur. Comme on avait vu autrefois Moïse sauvé de la mort au milieu de tous les autres enfants mâles des Hébreux, que le roi d'Egypte avait ordonné que l'on fît mourir, Dieu voulut aussi en cette rencontre sauver Joas de ce carnage général des enfants du roi Ochozias, et faire voir que ni toute la malice, ni même toute la prudence des hommes du siècle, ne peuvent rien contre les ordres de sa souveraine volonté. Une sœur d'Ochozias, qui l'était seulement de père et non de mère, inspirée de Dieu, et touchée de compassion pour ces enfants qu'on égorgeait si cruellement, usa de sagesse pour en sauver un, et pour empêcher, comme parle l'Écriture en plusieurs endroits, que la lampe de David, c'est-à-dire, que sa race ne fût éteinte. Elle le déroba donc, selon l'expression du texte sacré, c'est-à-dire qu'elle l'enleva secrètement, étant de concert avec sa nourrice. Et comme elle avait épousé le grand-prêtre Joïada, elle se servit de lui pour le cacher dans le temple, c'est-à-dire, dans quelqu'un des lieux qui étaient bâtis à côté et dans l'enceinte du temple. Telle était l'économie admirable de celui qui possédant une puissance souveraine sur tous les hommes et sur tous les princes de la terre, se rabaissait néanmoins à ces sortes de moyens humains pour accomplir ses promesses, et conserver à David, son servi-

aliâ Jorami uxore susceptâ: alioqui cum Joiadâ sacerdote maximo, cui nupserat, in Athaliæ mortem non conspirâsset. Hæc ergo cùm Athalia in regium genus ferino planè more baccharetur, Joas filiorum regis minimum illius crudelitati subtraxit; cum quo simul abstulit nutricem, quæ in eodem cum infante triclinio, seu cubiculo morabatur. Et utrumque servavit conclusos in templo, quod facilè à summo sacerdote, suo nempe conjuge, impetrare potuit. Qui eâ de re non minùs quàm uxor laborabat, ut eventus ipse docuit.

Vers. 3. — Eratque cum ea sex annis clam in domo Domini. Porrò Athalia regnavit super terram. Sex annis delituit in templo infantulus Joas simul cum eâ, id est, cum nutrice, cujus operâ indigebat infantulus, aut cum Josaba amitâ, quæ illius incolumitati invigilabat sedulò, aut potiùs cum utrâque. De nutrice est omninò certum; sic enim expressè lib. 2 Paral. c. 22, v. 11 : *Absconditque eum cum nutrice suâ;* cum utrâque verò in templo fuisse legimus ibidem v. 12 : *Fuit ergo cum eis in domo Dei absconditus.* Totos verò sex annos, in quibus quasi in carcere, seu custodiâ nobili clausus fuit Joas, regnum obtinuit Athalia. In lib. Paral. citato, custoditus dicitur Joas cum nutrice in cubiculo lectulorum. Hic autem locus non fuit triclinium, unde sumptus fuit Joas, et translatus in templum, licet *triclinium* idem penè sit quod cubiculum lectulorum; sed fuit locus in templo, ubi Joas latuit toto sexennio, quo Athalia regnavit. Est autem *locus lectulorum,* cubiculum illud, quod pastophorium dicitur, qualia fuerunt in templo plurima, ubi habitant aut qui templo præsunt, aut qui in eo excubant, aut custodiæ vel sacri alicujus ministerii gratiâ. In nullo autem loco regius infans commodiùs quàm in pastophorio occultari potuit. Pastophorium autem appellari arbitror etiam *thalamum* ab Ezechiele c. 40, v. 7, ubi diximus thalamum propriè non esse lectum, sed cubiculum ubi lectus sternitur.

Vers. 4. — Anno autem septimo misit Joiada, et assumens centuriones (1), etc. Annus hic septimus dicitur, aut ætatis pueri, quia, ut habes lib. 2 Paral. c. 4, in principio septem annorum erat, cùm regnare cœpisset, aut certè regni Athaliæ; nam sex annos fortassè regna-

teur, une suite de descendants d'où pût naître le Sauveur du monde. Et c'est ainsi qu'il voulut encore depuis soustraire ce Sauveur même à la fureur d'un roi jaloux, le faisant cacher en Égypte, lorsqu'on égorgeait tant d'autres enfants à cause de lui, et ne faisant aucun miracle, comme il l'aurait pu si facilement, pour arrêter les effets funestes de la cruauté d'Hérode. (Sacy.)

(1) *La septième année, Joïada envoya quérir des centeniers et des soldats, et les fit entrer dans le temple du Seigneur,* etc. On ne peut point ne pas adorer l'ordre de Dieu dans cette conduite du grand-prêtre, qui n'était visiblement que le ministre dont il se servait pour exécuter d'une manière extraordinaire sa divine volonté; car tout paraît hors de l'ordre commun en cette affaire. Un enfant sauvé du carnage de tous ses frères est mis avec sa nourrice comme en dépôt dans le temple. Il y est caché par les soins du grand-prêtre durant six années. Ce même grand-prêtre choisit pour gardes du jeune roi ceux qui étaient destinés pour servir dans le temple du Seigneur. Les armes consacrées à Dieu sont employées à un usage séculier, qui regardait l'établissement d'un prince. La proclamation de ce nouveau roi se fait par tous les Lévites tenant les armes à la main en un lieu de paix et en un lieu saint destiné uniquement pour la prière et les sacrifices. Tant de circonstances extraordinaires marquaient sans doute non seulement que cette conduite du grand prêtre, aussi bien que celle de David, était une exception de la règle générale, qu'une très grande nécessité et que l'ordre de Dieu même rendait légitime, mais qu'on pouvait y trouver encore une excellente figure de ce qui arriverait dans l'établissement de l'empire spirituel de Jésus-Christ, le roi véritable de la maison de Juda, pour la naissance duquel Joas, qui devait être l'un de ses ancêtres, fut conservé d'une manière si surprenante. Athalie avait usurpé le royaume de Juda, ainsi qu'Hérode fut depuis usurpateur du même royaume. Cette princesse entreprend de faire mourir tous ceux qui pouvaient lui disputer la couronne, et Joas seul est sauvé de ce carnage pour porter le sceptre royal de ses ancêtres. Hérode entreprend aussi de tuer le roi légitime des Juifs, qui est Jésus-Christ, et Jésus-Christ seul, au milieu de tant d'autres qui perdent la vie, est conservé pour porter le sceptre de David, son père, mais d'une manière toute spirituelle et divine. Joas est caché long-temps dans le temple avec sa nourrice, par les soins de Joïada, le grand prêtre. Le Fils de Dieu demeura aussi long-temps caché dans sa sainte humanité, comme dans le temple qu'il avait choisi pour s'y retirer, étant lui-même en tant qu'homme, selon que les Écritures l'ont déclaré, et le temple et le grand-prêtre de la loi nouvelle. Et la sainte Vierge, sa vraie Mère, l'a nourri véritablement, et a contribué à le cacher dans ce temple par l'état même si rabaissé et si pauvre où elle l'a vu, qui empêchait que son fils ne pût être reconnu pour le Fils de Dieu et pour le Dieu tout puissant. Les Lévites sont destinés pour procurer l'établissement du roi Joas; et les Apôtres sont engagés à travailler à établir, non dans un coin de la terre, comme était le pays de Juda, mais dans toute l'étendue de l'univers, l'empire de Jésus-Christ. Enfin les armes qu'ils ont employées pour cet effet, étaient *des armes de piété et de justice,* comme les appelle saint Paul,

vit totos, et partem anni septimi, quia, ut sæpè diximus, inchoatus annus pro integro numerari solet. Tunc autem sacerdos summus secretò advocavit militiæ præpositos ac principes, et suam illis cogitationem aperuit, nempe abolere velle illam Israelitici nominis labem, et sublatâ Athaliâ, cujus imperio ignominiosè paruerant, legitimo hæredi et contribuli suo, paternum regnum restituere. Et cùm primùm eos juramento adegisset, ne quid proderent eorum, quorum causâ adsciti fuerant, et suam operam commendato sibi negotio strenuamque præstarent, filium regis produxit coram, de quo nihil ad illud usque tempus audierant. Edixitque, quid cuique faciendum, et imperatorio more (neque enim ullus erat, qui munus illud obire posset meliùs) suas singulis stationes custodiasque disposuit. Quæ fuerit ista distributio, satis constat è litterâ. Sed sunt nobis observanda nonnulla ex lib. Paral. et cap. sæpiùs citato.

Primùm, ut colligitur ex lib. Paral. c. 23, v. 2, congregati sunt ad summi sacerdotis imperium Levitæ de cunctis urbibus Juda, quorum ingens erat numerus, quique in atrium sacerdotale, sive interius intrare poterant, quò nemini patebat accessus, nisi ex ordine esset sacerdotali, seu Levitico. Quare v. 6 id datum est negotii Levitis ac sacerdotibus, ut atrium suum ingressi regem custodiant, qui in illo atrio non longè ab æde, id est, à tabernaculo servabatur, quibus ex armamentario deprompsit arma, quæ David olim in templo consecraverat. Edixitque Levitis ne quemquam alium in templum intrare sinant, interficiantque quotquot contra nitantur, et regem ipsum sive exeuntem, sive ingredientem comitentur et tegant.

Illud item observandum, ingentem illam Levitici generis multitudinem, quæ varia in templo obibat ministeria, in viginti quatuor classes esse digestam, quæ ita ministrabant in templo, ut sabbatis excederent, quæ jam suo munere perfunctæ fuissent, et eodem die aliæ succederent recentes, quæ eadem postea ministeria subirent. Quod constat ex lib. Paral. 1, c. 9, v. 25, ubi cùm actum esset de his, qui templo darent Leviticam, seu sacerdotalem operam, subditur : *Fratres autem eorum in viculis morabantur, et veniebant in sabbatis suis de tempore usque ad tempus ;* et colligitur ex hoc capite v. 9, ubi centuriones ex genere nimirùm Levitico assumpsisse dicuntur de viris suis, *qui ingrediebantur sabbatum, cum his qui egrediebantur sabbato.* Ex quo fiebat, ut magnus fieret in sabbatis concursus eorum, qui excedebant è templo, et qui eodem loco ad eadem ministeria recentes advenerant. Quare prudenter Joiadas sacerdos congregari jussit, quos sui consilii administros habere voluit, ut turbæ non conjuratæ ad arma, sed ad sacra templi ministeria convenisse viderentur. Cætera quæ ad templi puerique custodiam pertinent, obscura non sunt.

VERS. 8. — SI QUIS AUTEM INGRESSUS FUERIT SEPTUM TEMPLI, INTERFICIATUR. Studebat Joiadas puerum regium inaugurare ritu legitimo, et ne quis tumultus ab Athaliâ, aut ab aliis, quibus illa novi regis renuntiatio non placebat, ortus, suis cogitationibus obstreperet, aut in discrimen adduceretur pueri caput, aut excitata seditio rem turbaret publicam, edixit ne quis, præter illos quos ipse advocârat armaveratque contra omnem eventum, transgressus septa templi in conventum irrumperet. Septum hìc appellari puto, quem Ezechiel c. 40 vocat murum forinsecum : *Ecce*, inquit, *murus forinsecus in circuitu domûs undique.* Erat autem murus hic extrarius in circuitu templi quasi illius munimentum, quod Septuaginta vocant antemurale, Græcè προτείχισμα, vel περίβολος : προτείχισμα quidem, quia templo prætenditur ; peribolus autem, quia illud undequàque circumdat. Hoc quidem habuit templum, quod ostensum fuit Ezechieli, et ad exemplar Ezechieli propositum postea à Zorobabele constructum. Quod etiam fuisse in templo à Salomone condito, in quo hæc omnia gerebantur, indicat illud Jeremiæ Thren. 2, v. 7 : *Repulit Dominus altare suum, maledixit sanctificationi suæ, tradidit in manus inimici muros turrium ejus.* Scio fuisse peribolum alium qui exterius atrium ab interiori, id est, à sacerdotali secernerat, de quo Ezechiel c. 42 ; sed est dubium an ille fuerit in Salomonis templo. Neque videtur improbabile cavisse Joiadam, ne quis in sacerdotale atrium irrumperet, ubi scena illa peragebatur. Sed de extrario septo, sive muro, sermonem esse, mihi videtur probabilius. (1)

des armes de lumière, des armes spirituelles et puissantes en Dieu, des armes consacrées à *la milice* toute sainte de l'apostolat. (Sacy.)

(1) VERS. 10. — DEDIT EIS HASTAS ET ARMA REGIS DAVID. Hebræus : *Dedit lanceas*, vel spicula et clypeos, *regis David.* Vel ex aliis : *Lanceas et pharetras.* Armamentarium constituisse Davidem in templo, quod Joiadæ hæc arma suffecit, Josephus affirmat. (Calmet.)

VERS. 11. — STETERUNT... A PARTE TEMPLI

VERS. 12. — PRODUXITQUE FILIUM REGIS, ET POSUIT SUPER EUM DIADEMA ET TESTIMONIUM (1). Observavit Joiadas illa omnia, quæ lex jubet fieri, dùm aliquis rex in suo populo constituitur, de quibus nos pluribus lib. 1 Regum c. 10. Est autem testimonium idem quod lex, seu Deuteronomium, quod lib. 2 Par. c. 24, v. 11, clariùs expressum est : *Dederuntque in manu ejus tenendam legem.*

VERS. 13. — AUDIVIT AUTEM ATHALIA VOCEM POPULI. Non difficile fuit Athaliæ vocem lætantis populi, clangentis tubæ, et turbæ hùc illùcque discurrentis audire, cùm regia domus esset proxima templo, quod tantæ multitudinis clamoribus resonabat. Quare statim advolat ad templum, et cùm puerum regium, quem adhuc esse superstitem non putabat, ab obviâ turbâ, ut est verisimile, filium esse didicit Ochoziæ, quem ipsa occidisset cum aliis fratribus, nisi Josabeth amitæ et nutricis solertiâ, ab imminente jam ferro esset ereptus. Ut enim ait Josephus lib. 9, c. 7 : « Josabeth regiam « ingressa, cùm inter cæsorum cadavera laten« tem nutricis operâ anniculum puerum Joas « deprehendisset, ablatum furtim domi in suo « cubiculo abdidit, et solo marito conscio sex « annis in templo clam aluit. » Quare si vera sunt, quæ tradit Josephus, infans ille cum aliis ad mortem expositus opinione mortis mortem effugit. (2)

VERS. 15. — EDUCITE EAM EXTRA SEPTA TEMPLI, ET QUICUMQUE EAM SECUTUS FUERIT, FERIATUR GLADIO. Venerat Athalia ut reginam decebat, licet subito quodam horrore perculsa, et festinato gressu, stipata familiari comitatu, et prætorianâ cohorte : neque fortassè deerant plurimi in eo conventu, qui, quia ad suas rationes non videbatur importuna dominatio feminæ, illius partibus libenter adhæserant, qui magnos timebantur excitaturi motus. His tot incommodis occurrendum ratus magnus sacerdos, præcipit, ut inquit supra Josephus, ut Athalia sola admitteretur in templum, et foràs excluderentur prætoriani milites : deinde ne quam ex femineâ cæde domus illa sacra acciperet injuriam, illam priùs extrahi jubet extra septa templi, id est, extra murum illum extrinsecum, seu peribolum, de quo nuper, qui locum profanum à sacro secernebat. Quòd si quis reginam sequeretur, vel ut illam ab injuriâ, seu à plagâ defenderet, vel ut illius se partibus adjungeret, illum quamprimùm ut occiderent, centurionibus edixit. Extracta igitur fuit ex templo, et juxta regiam domum, quæ non aberat procul, interfecta. Josephus tradit (fortassè ex antiquâ memoriâ, neque enim id sumere ex Scripturâ potuit) centuriones à Joiadâ accepisse mandatum ut Athaliam raperent ad torrentem Cedronis, ut ibi suorum scelerum pœnas daret. (1)

VERS. 17. — PEPIGIT ERGO JOIADA FOEDUS INTER DOMINUM ET INTER REGEM, ET INTER POPULUM, UT ESSET POPULUS DOMINI, ET INTER REGEM ET POPULUM. Sicut Moyses ad Dei imperium pactus est fœdus inter Deum et populum, Exod. c. 19, quasi arbiter et mediator inter Deum et hominem ; sic etiam nunc Joiada, qui cùm sacerdos esset summus, causam agebat Dei, cujus erat familiaris minister. Pactum autem inter Deum et regem illud est, ut opinor, de quo Deut. 17, v. 16, ad finem usque capitis,

DEXTERA USQUE AD PARTEM SINISTRAM. Rex Joas conclavi suo egressus, deductus est ad medium atrii sacerdotum, ubi sese obtulit stipatum militibus, ad dexteram, nempe ad meridiem, et ad sinistram, id est, ad septentrionem. Hos verò milites ipsissimos credo Levitas, qui hebdomadarium ministerium suum absolverant : ut enim supra animadvertimus, qui munus inibant, locati fuerant ad portas, nec deserere locum suum poterant. Portas atrii populi nemo defendit, sed aditus pro consueto more omnibus patuit; munire tantùm visum est aditus è palatio in templum, ne reginæ cohors locum sanctum ingrederetur. (Calmet.)

(1) Hæc omnia jure egit Joiada, tum quia avunculus erat pueri Joas cui regnum debebatur, ideòque quasi ejus tutor curare debebat ut illud ab Athaliâ, quæ invaserat, auferretur, et Joas regi restitueretur, ac vice Joas sui pupilli illud administrare tenebatur ; tum quia erat pontifex, ad quem deficiente rege vel principe spectabat cura uti Synagogæ, sic et reipublicæ. Itaque illius erat curare, ut Athalia hostis Israelis, quæ rempublicam simul et religionem evertebat, à regno amoveretur, et alius princeps sive rex, cui illud jure competebat, crearetur, qui utramque conservaret et promoveret. (Corn. à Lap.)

(2) VERS. 14. — VIDIT REGEM STANTEM SUPER TRIBUNAL. Hebræus : *Stantem super columnam,* vel tribunal, vel solium. Id nominis plerùmque dabatur edito cuidam loco in templo, ubi constituere sese reges solebant. Salomon erexerat in templo æneum tribunal, trium cubitorum altitudinis, et quinque latitudinis. Illud hìc columna appellatur. (Calmet.)

(1) VERS. 16. — IMPOSUERUNTQUE EI MANUS, ET IMPEGERUNT EAM PER VIAM INTROITUS EQUORUM. Hebræus ad litteram : *Posuerunt ei manus, et venit per viam introitûs equorum.* Phrasim hanc, *posuerunt ei manus,* exponunt plures, ut sit : Locus ei factus est. Steterat illa præ foribus templi, et milites mediam illam excipientes retinuerunt. Cùm tamen cautum fuisset, ne sanguinem ejus funderent in templo, apertis iterùm ordinibus, liberam egrediendi viam præbuerunt : vix autem processit ad portam equorum, ibi neci tradita est. (Calmet.)

ubi præscribit regi, quid facere debeat. Illud præcipuè, de quo v. 18 : *Postquàm autem sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis hujus, in volumine accipiens exemplar à sacerdotibus Leviticæ tribûs. Et habebit secum, legetque illud omnibus diebus vitæ suæ, ut discat timere Dominum Deum suum, et custodire verba et cæremonias ejus*, etc. Hæc exigit à rege Dominus, quæ si studiosè servaverit, illi Deus, et ipsius posteris regnum promittit. *Ut longo*, inquit, *tempore regnet ipse, et filii ejus super Israel.*

Pepigit item fœdus inter Deum et populum, quod nihil aliud fuit quàm iteratio renovatioque fœderis quondam initi cum populo. De quo Exod. c. 19, v. 5, ubi Deus aliquid promittit, et aliquid etiam exigit à populo : *Si audieritis vocem meam, et custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis (mea est enim omnis terra) et vos eritis mihi in regnum sacerdotale, et gens sancta.* Cùmque hæc Domini verba Moyses retulisset ad populum, respondit omnis populus simul : *Cuncta quæ locutus est Dominus faciemus.* De fœdere inter regem et populum nihil habemus in Scripturâ, quod ego meminerim. Pactum autem esse inter rempublicam et principem, nemo nescit. Recipit enim in se princeps, regni, legum æquitatisque tutelam, futurum se patriæ, religionisque custodem et vindicem promittit. Populus contra regi observantiam et fidem, tum deinde sumptus et ad regiam majestatem conservandam, et ad illa honestè, et utiliter administranda, quæ ad communes usus et dignitatem pertinent. Tale pactum pepigerunt cum Davide seniores Israel, quando illum præposuerunt regno, lib. 2 Regum c. 5, v. 3 : *Venerunt quoque seniores Israel ad regem in Hebron, et percussit cum eis rex David fœdus coram Domino;* vide quæ nos ad illum locum.

Vers. 18. — Ingressusque est omnis populus terræ templum Baal. Quo tempore regnavit Athalia, quæ, ut Jezabelis filia ex genere Sidonia, facilè persuasit viro suo Joram ut Sidoniorum deum Baal, et nobili templo, et divinis honoribus prosequeretur. Quod detractis templi Salomonis spoliis, exornavit, ut constat lib. 2 Paral. c. 24, v. 7. Et licet dùm illa duo monstra viverent, subjectus populus mutire non auderet, tamen postquàm sublata est Athalia et tota fermè potestas ad Joiadam venit, qui pro Joas adhuc puerulo rem moderabatur Israeliticam, ille idem populus in templum Baali ab Athaliâ constructum irrumpens, aras evertit, simulacrum comminuit, et sacerdotem nefariæ religioni ab Athaliâ præpositum interemit. Hoc porrò fecit populus, ut pactum præstaret, quo se Deo nuper obligârat. Populus terræ, juxta Hebræorum idioma, plebeiam significat multitudinem ; sic sanè Jeremias c. 44 : *Reges vestri, et principes vestri, et populus terræ.* Et idem c. 52 : *Et septem viros de his, qui videbant faciem regis*, etc., *et sexaginta viros de populo terræ.*

Et posuit sacerdos custodias in domo Domini. Eo tempore quo dominata est Athalia, cùm Sidoniam religionem coleret, et ad illam mariti quoque studium allexisset, frigebat Hebræorum religio, et multa jacebant, quæ melioribus seculis egregiè viguerant; quàm impiè templi splendorem obscurârit Athalia, habes lib. 2 Par. c. 24, v. 7. Inter alia aut sublatæ erant, aut imminutæ custodiæ, quæ excubias agebant pro templo; illas restituit Joiada, aut quia id ad templi dignitatem pertinebat, aut quia cùm templum Baalis esset tunc violatum, et ignominiosè illius sublata religio, timere potuit meritò sacerdos summus, ne qui ægrè tulissent Baali nuper irrogatam injuriam, aliquid auderent in templum Domini, et illius sive ruinâ sive ignominiâ dolorem suum ex Baalis violatione conceptum solarentur. Cui incommodo ut maturè caveret, custodum excubias in templo disposuit.

Vers. 19. — Tulitque centuriones, et Cerethi, et Phelethi. Quinam sint Cerethi et Phelethi, explicuimus lib. 2, c. 8. Hi verò fuêre viri fortes, et qui apud Latinos dicuntur prætoriani milites, quibus credita est regii aut imperatorii corporis custodia, quibus communitus sacerdos regium puerum ex templo in palatium traduxit, ut in regio sederet throno, et suam ibi faventi et gratulanti populo majestatem ostenderet.

Et venerunt per viam portæ scutariorum. Cùm regia domus multas haberet portas, ut in domibus amplis necesse est, ad aliquam illarum armamentarium erat, in quo scuta servabantur, quæ ante reges de more gestabant, aut prætoriani milites, aut alii, qui dignitatis tantùm gratiâ regem præcedebant. Quæ aurea primùm excudit Salomon, deinde Roboam ex ære conflavit. De quibus lib. 3 Reg. c. 14, v. 26, ubi cùm alia multa Roboamus dedisse diceretur Sesac regi Ægypti, additur : *Scuta quoque aurea quæ fecerat Salomon, pro quibus fecit rex Roboam scuta ærea, et tradidit ea in manum ducum scutariorum, et eorum qui excu-*

babant ad ostium domûs regis. Cùmque ingrederetur rex in domum Domini, portabant ea, qui præeundi habebant officium, et postea reportabant ad armamentarium scutariorum. Per portam ergo, juxta quam erat scutorum illorum armamentarium, deductus est Joas in domum regiam, quam deinceps ut verus dominus habitavit.

CAPUT XII.

1. Anno septimo Jehu regnavit Joas, et quadraginta annis regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Sebia, de Bersabee.

2. Fecitque Joas rectum coram Domino cunctis diebus quibus docuit eum Joiada sacerdos;

3. Verumtamen excelsa non abstulit, adhuc enim populus immolabat et adolebat in excelsa incensum.

4. Dixitque Joas ad sacerdotes: Omnem pecuniam sanctorum, quæ illata fuerit in templum Domini à prætereuntibus, quæ offertur pro pretio animæ, et quam sponte et arbitrio cordis sui inferunt in templum Domini,

5. Accipiant illam sacerdotes juxta ordinem suum, et instaurent sarta tecta domûs si quid necessarium viderint instauratione.

6. Igitur usque ad vigesimum tertium annum regis Joas, non instauraverunt sacerdotes sarta tecta templi.

7. Vocavitque rex Joas Joiadam pontificem et sacerdotes, dicens eis: Quare sarta tecta non instauratis templi? Nolite ergo ampliùs accipere pecuniam juxta ordinem vestrum, sed ad instaurationem templi reddite eam.

8. Prohibitique sunt sacerdotes ultra accipere pecuniam à populo, et instaurare sarta tecta domûs.

9. Et tulit Joiada pontifex gazophylacium unum, aperuitque foramen desuper, et posuit illud juxta altare ad dexteram ingredientium domum Domini; mittebantque in eo sacerdotes qui custodiebant ostia, omnem pecuniam quæ deferebatur ad templum Domini.

10. Cùmque viderent nimiam pecuniam esse in gazophylacio, ascendebat scriba regis, et pontifex, effundebantque et numerabant pecuniam quæ inveniebatur in domo Domini;

11. Et dabant eam juxta numerum at-

CHAPITRE XII.

1. La septième année *du règne* de Jéhu *sur Israël,* Joas commença de régner, et il régna quarante ans dans Jérusalem. Sa mère s'appelait Sébia, et elle était de Bersabée.

2. Il fit ce qui était juste devant le Seigneur tout le temps qu'il fut instruit par le pontife Joïada;

3. Cependant il n'abolit pas les hauts lieux : le peuple y sacrifiait encore et y offrait de l'encens.

4. Alors Joas dit aux prêtres : Tout l'argent consacré qui sera apporté dans le temple du Seigneur par ceux qui passent, ou qui l'offrent à Dieu pour le prix de leur âme, ou qui font d'eux-mêmes au temple des dons volontaires,

5. Que les prêtres, chacun à son rang, prennent cet argent, et qu'ils en fassent les réparations de la maison *du Seigneur,* lorsqu'ils verront quelque chose qui ait besoin d'être réparé.

6. Mais les prêtres n'avaient point fait ces réparations du temple jusqu'à la vingt-troisième année du règne de Joas.

7. Le roi fit donc venir devant lui le pontife Joïada et les prêtres, et leur dit : Pourquoi ne faites-vous point les réparations du temple? N'en recevez donc plus l'argent, selon l'ordre de votre ministère; mais rendez *ce que vous avez reçu* pour les réparations du temple.

8. Et il fut défendu aux prêtres de recevoir à l'avenir l'argent du peuple et de réparer la maison *du Seigneur.*

9. Alors le pontife Joïada prit un coffre, et y fit une ouverture par-dessus, et le plaça auprès de l'autel, à la droite de ceux qui entraient dans la maison du Seigneur; et les prêtres qui gardaient les portes y mettaient tout l'argent qu'on apportait au temple du Seigneur.

10. Lorsqu'ils voyaient qu'il y avait trop d'argent dans le tronc, le secrétaire du roi venait avec le pontife, et ils en tiraient et comptaient l'argent qui s'était trouvé dans la maison du Seigneur;

11. Et ils le déposaient par compte et par

que mensuram in manu eorum qui præerant cæmentariis domûs Domini, qui impendebant eam in fabris lignorum, et in cæmentariis iis qui operabantur in domo Domini

12. Et sarta tecta faciebant, et in iis qui cædebant saxa, et ut emerent ligna et lapides qui excidebantur, ita ut impleretur instauratio domûs Domini in universis quæ indigebant expensâ ad muniendam domum.

13. Verumtamen non fiebant ex eâdem pecuniâ hydriæ templi Domini, et fuscinulæ et thuribula, et tubæ, et omne vas aureum et argentum, de pecuniâ quæ inferebatur in templum Domini;

14. Iis enim qui faciebant opus dabatur ut instauraretur templum Domini.

15. Et non fiebat ratio iis hominibus qui accipiebant pecuniam ut distribuerent eam artificibus, sed in fide tractabant eam.

16. Pecuniam verò pro delicto et pecuniam pro peccatis non inferebant in templum Domini, quia sacerdotum erat.

17. Tunc ascendit Hazael rex Syriæ, et pugnabat contra Geth; cepitque eam, et direxit faciem suam ut ascenderet in Jerusalem.

18. Quamobrem tulit Joas rex Juda omnia sanctificata quæ consecraverant Josaphat et Joram et Ochozias patres ejus, reges Juda, et quæ ipse obtulerat, et universum argentum quod inveniri potuit in thesauris templi Domini et in palatio regis, misitque Hazaeli regi Syriæ, et recessit ab Jerusalem.

19. Reliqua autem sermonum Joas, et universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regum Juda?

20. Surrexerunt autem servi ejus, et conjuraverunt inter se, percusseruntque Joas in domo Mello in descensu Sella;

21. Josachar namque filius Semaath et Jozabad filius Somer, servi ejus, percusserunt eum, et mortuus est; et sepelierunt eum cum patribus suis in Civitate David. Regnavitque Amasias filius ejus pro eo.

poids entre les mains des personnes qui avaient soin de ceux qui travaillaient à la fabrique du temple; et cet argent était employé pour les charpentiers et pour les maçons qui faisaient les réparations de la maison du Seigneur,

12. Et pour les tailleurs de pierres, afin qu'on en achetât du bois et des pierres, qu'on faisait polir, et pour toute la dépense de tout ce qui était nécessaire aux réparations et au rétablissement de la maison du Seigneur.

13. Cependant on ne faisait point, avec cet argent qui était apporté au temple du Seigneur, les vaisseaux du temple du Seigneur, les fourchettes, les encensoirs, les trompettes et tous les vases d'or et d'argent. *On ne l'employa à cet usage que lorsque le temple fut entièrement rétabli.*

14. *Jusque-là* on donnait cet argent à ceux qui avaient soin de faire faire les réparations du temple du Seigneur,

15. Et l'on n'en demandait point compte à ceux qui le recevaient pour le distribuer aux ouvriers; mais ils l'employaient avec fidélité.

16. On ne portait point dans le temple du Seigneur l'argent qui était donné pour les fautes et pour les péchés, parce qu'il appartenait aux prêtres.

17. Alors Hazaël, roi de Syrie, vint mettre le siége devant Geth, et il la prit, et tourna son visage pour marcher vers Jérusalem.

18. C'est pourquoi Joas, roi de Juda, prit tout l'argent consacré que les rois de Juda Josaphat, Joram et Ochozias, ses pères, et lui-même avaient offert au temple, et tout ce qui put se trouver d'argent dans les trésors du temple du Seigneur et dans le palais du roi; et il l'envoya à Hazaël, roi de Syrie, qui se retira de Jérusalem.

19. Le reste des actions de Joas et tout ce qu'il a fait est écrit au livre des Annales des rois de Juda.

20. Or, ses officiers se soulevèrent et se liguèrent, et ils le frappèrent dans sa maison de Mello, à la descente de Sella.

21. Josachar, fils de Semaath, et Josabad, fils de Somer, ses serviteurs, le tuèrent. Et, étant mort, il fut enseveli avec ses pères dans la Ville-de-David. Et Amasias, son fils, régna en sa place.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ANNO SEPTIMO JEHU, REGNAVIT JOAS, ET QUADRAGINTA ANNIS REGNAVIT IN JERUSALEM : NOMEN MATRIS EJUS SEBEIA DE BERSABEA. Eodem anno quo mortuus est Ochozias et regnare cœpit Jehu in Israel, natus fuit Joas: septennis enim regnare cœpit, quo tempore in suo regno septimum annum agebat Jehu. Nomen et patria matris, quæ fuisse dicitur ex Bersabeâ, ostendunt hunc Joam non habuisse matrem illam, quæ ex domo Achab nupsit Ochoziæ, ut habes supra, c. 8, v. 27. Hæc autem non diceretur orta de Bersabee, quia commendatio hæc vulgaris erat, sed de domo Achab, quæ major erat, et magis propria ac nota commendatio.

VERS. 2. — FECITQUE JOAS RECTUM CORAM DOMINO CUNCTIS DIEBUS QUIBUS DOCUIT EUM JOIADA SACERDOS. Quamdiù vixit Joiada, cui se formandum tradiderat Joas, à quo accepit publicæ administrationis formam, à cujus præceptis atque observantiâ non recedebat, cùm ab illo accepisset quòd regnaret, et, propè dixerim, quòd spiraret et viveret, fecit quod bonum et religiosum principem decebat. At postquàm exactis annis centum et triginta sacerdotio pariter et vitâ defunctus est Joiada, ut habemus lib. 2 Par. c. 24, v. 16, quorumdam principum consiliis, quos Athalia aut donis, aut artificio corruperat, ita corruptus est, ut veram religionem prodiderit, neque minori studio coluerit Baal, quàm vel Athalia, vel illi qui primùm pestem illam in Israelis fines induxerunt. *Postquàm autem,* inquit, *obiit Joiada, ingressi sunt principes Juda, et adoraverunt regem, qui delinitus obsequiis eorum acquievit eis, et dereliquerunt templum Domini Dei patrum suorum, servieruntque lucis et sculptilibus* Ex quibus verbis non obscurè colligitur non permisisse Joiadam, quamdiù vixit, accedere ad novum regem principes illos, aut alios, quorum non essent probati mores et explorata religio. Quia videbat transverti facilè posse pueri disciplinam, et corrumpi mores, quos ipse à teneris annis in infante rege tamdiù tantoque labore formaverat. Qui sublato sene, sublatum esse existimârunt impedimentum quod ipsos ab aspectù et consuetudine regis morabatur. Accedunt igitur læti, omnia promittunt officiorum obsequia, illecebris capiunt, ad suos denique mores et imaginem fingunt, faciunt denique ex bono principe, et veræ religionis amante, impium, sceleratumque tyrannum, et à patriâ religione ad idolorum nefaria sacra transfugam, à religioso denique non gentilem solùm, sed etiam gentilicæ vesaniæ patronum et vindicem. Vide quid faciant consiliarii, in quibus consilii et pietatis parùm est, qui sibi quàm simillimum principem faciunt, qui quò magis potentiâ atque auctoritate possunt, et minùs à legum severitate timent, eò majori indigent freno, cùm majores habeant ad omnem improbitatem impulsus.

VERS. 3. — VERUMTAMEN EXCELSA NON ABSTULIT. Cùm alia omnia impietatis fomenta ad sacerdotis imperium sustulisset Joas, excelsa tamen non abstulit, quod illi cum aliis penè omnibus regibus commune fuit, de quibus hoc quasi legitimum additur : *Verumtamen excelsa non abstulit* : sunt autem *excelsa* loca nefariæ religioni consecrata, sive quia illa plerùmque sublimia sunt, sive quia altaria supra terram attollunt, quæ ideò vocari potuerunt excelsa, et hoc fortassè potius, ut diximus lib. 3, cap. 15, v. 14. Porrò licet pleraque excelsa sive illa altaria fuerint, sive montium fastigia idolorum cultui consecrata, tamen Deo vero à religiosâ turbâ licet parùm religiosè sacrificabatur, cùm sacrificare non liceret, nisi in designato loco, maximè post excitatum templum. Quòd vero sacerdotes soliti essent sacrificare Domino in excelsis, docet illud Josiæ judicium infra, c. 23, v. 9 : *Non ascendebant sacerdotes excelsorum ad altare Domini in Jerusalem, sed tantùm comedebant azyma.* Vide Abul. q. 2. Cur non sustulerit impia illa sacraria, ea videtur esse ratio, quia turbas timebat, quas excitare solet popularis furor, cùm id eripitur, ad quod plurimorum animi afficiuntur. Sanè fuisse principes, quorum animis insitus fuerit amor in Baal, neque illos exiguo numero, satis probant principes illi, de quibus proximè, qui cùm in vivis desiit esse Joiada, nimis credulum regem ad omnem impietatem perpulerunt.

VERS. 4. — DIXITQUE JOAS AD SACERDOTES : OMNEM PECUNIAM SANCTORUM, QUÆ ILLATA FUERIT IN TEMPLUM DOMINI. Cùm Athaliâ regnante, aut etiam cùm viverent, et conjux Joram, et filius Ochozias, in quos mulier callida et vehemens plurimùm habuit potestatis, religio frigeret, et ipsi etiam principes alienos à patriâ sanctitate animos haberent, facile fuit Athaliæ spoliare templum ab his ornamentis, quæ habuit maxima, et quæ tueri poterant illustrem illam molem, aut convellere, aut debilitare, quantùm posset. Quod fecit non

minùs avidè quàm avidè voluit simulacra honestare Sidonia. Ita habemus lib. 2 Par. c. 24, v. 7 : *Athalia enim impiissima et filius ejus destruxerunt domum Dei, et de universis, quæ sanctificata fuerant in templo Domini, ornaverunt fanum Baalim.*

Antequàm quod sequitur explicare aggrediar, observo in templo varia à variis offerri solita, sed non omnia ad eosdem usus. Quædam à Deo sic offeruntur, ut consumantur in altari, et in fumum abeant, qualia sunt holocausta : quædam in usum cedunt sacerdotum, qualia sunt sacrificia pacifica, et quæ offeruntur pro peccato ; quorum pars ad sacerdotes, pars ad alios atque alios pro variâ rerum qualitate pertinet. Alia verò ad templi pertinent multiplices usus, ad vasa nimirùm sacri ministerii, ad vestimenta atque ornamenta sacra, ad concinnanda atque instaurauda, quæ usu detrita, aut tempore ruinosa atque collapsa sunt ; qualia sunt quæ nunc pro sartis tectis à lege destinantur, de quibus hìc sermo.

Hæc porrò pecunia ab illis exigebatur, qui vigesimum annum explevissent, quique arma tractare poterant, de quibus Exod. 30, v. 12 : *Quando tuleris summam filiorum Israel juxta numerum, dabunt singuli pretium pro animabus suis Domino, et non erit plaga in eis, cùm fuerint recensiti. Hoc autem dabit omnis, qui transit ad nomen dimidium sicli juxta mensuram templi.* Et statim v. 16 : *Susceptamque pecuniam, quæ collata est à filiis Israel, trades in usus tabernaculi testimonii.* Hi verò qui vigesimum annum prætergressi sunt, dicuntur in loco proximè citato ex Exod. transiisse ad nomen, id est, pervenisse ad illam ætatem, in quâ censeri possent, et in illorum numerum et ordinem referri, qui ad militiam judicantur idonei, hoc autem loco *prætereuntes*, quia jam præterierunt, id est, excesserunt ex illâ ætate quæ ad bellicum pondus censebatur infirma. Quia verò singulis annis in quâlibet civitate multi sunt, qui vigesimum complent annum, obire solent quæstores templi, sive exactores pecuniæ sacræ civitates, ut pecuniam templo debitam, ex capitibus singulis in sacrum ærarium conferant. Porrò hoc tributum singulis annis templo solere dependi, docet Josephus lib. 7 de Bello c. 26, ubi sic de Vespasiano post subactam Judæam : « Stipendium verò « ubicumque degerent, Judæis indixit, binas« que drachmas singulis annis deferre in Capi« tolium jussit, ita ut antehàc Jerosolymorum « templo pendebant. » Duæ autem drachmæ idem valent quod dimidium sicli, quod Israelitæ cùm excessissent ab anno vigesimo, templo solvebant.

Quæ offertur pro pretio animæ. Duplex esse potest hujus loci sententia. Altera est hoc legitimo et annuo tributo profiteri hominem, cùm ætati accessit juvenile robur, quidquid habet, id totum se debere Deo, et eâ professione se totum Deo mancipio dat. Deinde verò se dimidio redimit siclo, quem dat pro animâ suâ, id est, pro seipso. Notum est enim alicujus animam pro illo sumi, cujus est anima ; quomodò dicere etiam potuisset, *pro suo capite*, quia etiam caput pro eo sumitur, cujus est caput. Sicut primogenitus debetur Deo, quia Deus Ægyptiorum occidit primogenitum. Ille tamen postquàm oblatus est Deo, pretio redimitur ; sic etiam viri Israelitæ, cùm ex quo annum implevêre vigesimum, Deo sunt oblati, vel ab ipsâ lege, vel à consuetudine, oblato pretio, nempe didrachma, aut semisiclo se sibi vendicant atque restituunt, atque ideò ille semisiclus pretium dicitur animæ, quia seipsum illo pretio redimit, qui à seipso priùs libertatem abdicârat.

Alius sensus est, illud pretium animæ ideò vocari, quia ideò penditur, ut Dominus vitam largiatur incolumem et longam, et ab omni servet valetudinis incommodo. Et ideò additur Exod. 30 : *Et non erit plaga in eis cùm fuerint recensiti*, et hanc rationem assignavimus lib. 2 Regum, c. 24, cur numeratus populus tam gravi plagâ percussus fuerit, quia videlicet constitutum à lege dimidium siclum non exolvit, quod tenet Abulensis in Exod. c. 3, q. 9. Hæc porrò numeratio, seu census populi, et pro animarum pretio legitima solutio, tunc fieri poterat, ut nonnulli putant, quando bellum ingrueret, ut bellatorum numerus notus esset regi, aut quando necessitas occurreret publica, qualis esset aut instauratio templi, aut urbium munitio, aut quidvis aliud quod communibus commodis serviret. De bello constat lib. 2 Par. c. 25, ubi Amasias numerâsse dicitur populum, ut contra Idumæos exercitum conscriberet. Sed sanè, ut vides, hìc nihil de bello, aut re profanâ agitur, sed de tabernaculo aut templo ; unde Philo hanc pecuniam sacram appellat. Vide quæ nos de hâc re pluribus ad c. 24, lib. 2 Regum. Quia verò graves erant templi, quotidianique sumptus, sæpè etiam haberi poterat populi census, et ex eo sacra colligi pecunia. Fieri verò

ad extrema Israeliticæ reipublicæ tempora singulis annis probat illud Vespasiani decretum, de quo supra : sub hæc verò tempora, in quibus nostra versatur commentatio, fieri potuisse, satis ostendit hoc regium edictum, de quo lib. 2 Par. c. 24, v. 5 : *Congregavit* (Joas) *sacerdotes et Levitas, et dixit eis : Egredimini ad civitates Juda, et colligite de universo Israel pecuniam ad sarta tecta templi Dei vestri per singulos annos.* Quòd verò id neque factum fuerit, fierique debuerit ante hoc tempus, illud satis indicat, quia neque hoc anno fieret, nisi id cautum esset, et præceptum à rege. Neque populus dimidium illum siclum contulisset ad templum, nisi speciali quodam edicto foret admonitus, ut constitutam à Moyse pecuniam, capite nimirùm sexto Exodi, ad templum deferret. Sic legimus lib. Par. 5, v. 9 : *Et prædicatum est in Juda et in Jerusalem, ut deferrent singuli pretium Domino, quod constituit Moyses.* Quòd autem sacerdotes et Levitæ, quibus commissa fuerat non solùm templi custodia, sed etiam instauratio, pecuniam illam multis ante diebus non collegerint, ea videtur esse ratio, quia aut non videbant ante Athaliæ regnum quid instaurari posset in templo, et cùm regnavit Athalia, quæ templum, quoad potuit, spoliavit et evertit, non audebant instaurare et reficere quæ illa tam impiè et violenter deformârat.

Et quam sponte et arbitrio suo inferunt in templum Domini. Ex his constat singulis hominum capitibus, postquàm destinatum à lege tempus implêrunt, non esse liberum pecuniam omittere à lege constitutam. Nam cùm de aliis donis atque pecuniis agitur, illa dicuntur spontè inferri, et arbitrio cordis illorum, qui illud, quicquid est, ad usus templi sacros dedicârunt.

Vers. 5. — Accipiant illam sacerdotes juxta ordinem suum. Cùm variæ essent sacerdotum, Levitarumque vices, sive ephemeriæ, quæ etiam ordines appellari possunt, ab illis voluit rex colligi tractarique pecuniam, qui juxta seriem et ordinem suum temporibus sibi destinatis sacro vacarent ministerio, ita ut tot essent curatores, dispensatoresque pecuniæ sacræ, quot essent sacerdotum descriptæ vices.

Igitur usque ad vigesimum tertium annum regis Joas, non instauraverunt sacerdotes sarta tecta templi. Quo anno Joas sacerdotibus edixerit, ut de reconcinnando templo cogitarent, non constat. Illud est certum anno regni Joas vigesimo tertio, cùm templum malè foret ab Athaliâ direptum, nihil à sacerdotibus fuisse reparatum. Hoc apertè indicat rex ipse Joas, qui cum summo aliisque sacerdotibus graviter expostulet, quòd totam videantur de instaurando templo curam abjecisse : *Quare,* inquit, *sarta tecta non instauratis templi?*

Nolite ergo amplius accipere pecuniam. Dupliciter peccabant sacerdotes, et quia non accuratè colligebant pecuniam, quæ in capita illorum qui ad vigesimum usque annum adoleverant, constituta fuerat à lege, et quia si quid eo nomine collatum fuit à numerato populo, id non tam ad communes et sacros, quàm ad privatos et profanos usus convertebant. Quare non sine causâ rex ex arbitrio sacerdotum pecuniam removit, quæ cùm jure communis et sacra sit, injuriâ tamen et cupiditate hominum à seipsâ degener profana fit et propria. Quare si quid accepissent à populo, reddi jubet, ut ex eo reparetur, si quid in templo ruinosum est, et ab illâ in posterum curâ liberos esse jubet. (1)

Vers. 9. — Et tulit Joiada pontifex gazophylacium unum, aperuitque foramen desuper.

(1) Vers. 6. — Igitur usque ad vigesimum tertium annum regis Joas, non instauraverunt, etc. Certus annus datæ hujus à rege jussionis de colligendis ad sarta tecta templi pecuniis, ignoratur. Illud constat, sacerdotes mandata segniter curâsse : *Porrò Levitæ egêre negligentiùs.* Inanes in sumptus erogârunt, vel fortè in usus suos transtulerunt pecuniam; vel denique nullâ sollicitudine tenebantur de opere urgendo, quod res suas minimùm juvabat, quin et proventuum suorum portionem non modicam avertebat. Idem rerum status perseveravit biennio, teste Chronico Hebræorum, usque ad annum regis Josiæ tertium et vigesimum. Altero demùm anno princeps novâ lege vetuit, ne Levitæ pecuniam hanc exigerent, neve sibi de reparatione templi curam aliquam vindicarent; quin et jussit acceptam pecuniam restituere, novaque sancivit alia, ut opus urgeretur : *Prohibiti sunt ultra accipere pecuniam.* Hebræus, Chaldæus, Septuaginta, Syrus, Arabs : *Consenserunt sacerdotes pro non accipere pecuniam à populo.* Neque tamen exempti sunt, quin exactæ pecuniæ rationem redderent, atque in usum templi eam converterent, quam illi usurpârunt. (Calmet.)

Vers. 7. — Quare sarta tecta non instauratis templi? Dupliciter peccabant sacerdotes, primò, quòd negligentes essent in exigendâ pecuniâ pro censu debitâ templo, ex lege Exodi 30, v. 12; secundò, quòd eam non in sarta tecta templi, sed in alios ac subinde in privatos et proprios usus expenderent. Quare jure cum eis expostulavit rex Joas, eisque hoc colligendæ et servandæ pecuniæ pro templi fabricâ officium abstulit, eosque pecuniam in gazophylacium inferre præcepit v. 9.

Ad imperium regis constitutum est gazophylacium quoddam, quod lib. 2 Paralip. cap. 24, vers. 8, appellatur arca. Illud verò sacerdos Joiada faciendum curavit, eo modo, ut à parte superiori exiguo foramine pateret, per quod introrsùs inferrentur didrachmæ, ut pecunia illa tuta esset à latronum manibus, et facilè eò demitti posset, vel ab eo qui penderet, vel ab illo, qui assideret gazophylacio. Gazophylaciorum autem duo sunt genera : alterum est eorum quorum in templo magnus est numerus; de quibus Ezechiel c. 4, et de illis nos ibi non pauca, Hebr. *laschah*, quam Vulgatus modò cubiculum, modò exedram, modò gazophylacium, aut pastophorium vocat. Est autem locus amplus in quo templi gazæ variaque supellex asservari solet. Alterum vocatur *Aron:* hoc verò arcam valet, seu thecam aut capsellam, quæ collectas à populo eleemosynas excipit, continetque, quam Hispanorum vulgus *cippum* vocat, quæ angustam supra rimam habet, quæ pecuniam admittit intrò, non effundit foràs. Ubi autem gazophylacium istud multùm videbatur habere pecuniæ, regius scriba simul cum pontifice excipiebat illam, numerabatque, et tandem ad artificum, materiæ et operàrum sumptus impendebatur. (1)

Vers. 13. — Verumtamen non fiebant ex eadem pecunia hydriæ (2) templi, etc. Hæc pecunia ad sarta tecta templi, id est, ad instauranda quæ concusserat hominum violentia, aut ætas consumpserat, aut labefactârat, conferebatur. Hispanus diceret, *la fabrica y reparos del templo.* Non verò ex his fiebat varia et multiplex templi supellex, quales sunt hydriæ, luteres, thuribula, tubæ, et alia ejusmodi ex metallo conflata, nisi fortè quando instauratione perfectâ aliquid erat reliquum collatitiæ pecuniæ, quod in supellectilem templi converti posset. Quod hoc tempore factum est; nam, ut legimus lib. 2 Paralip. c. 24, v. 14 : *Cumque complêssent omnia opera, detulerunt* (nempe sacri ærarii custodes) *coram rege et Joiadâ reliquam partem pecuniæ, de quâ facta sunt vasa templi in ministerium, et ad holocausta: phialæ quoque, et cætera vasa aurea et argentea.* Quòd verò ad sarta tecta seu reparationem templi pertineret, explicatur ibid. v. 13 : *Egeruntque hi qui operabantur industriè, et obducebatur parietum cicatrix per manus eorum, ac suscitaverunt domum Domini in statum pristinum, et firmiter eam stare fecerunt.*

Vers. 15. — Et non fiebat ratio his hominibus, qui accipiebant pecuniam, ut distribuerent eam artificibus, sed in fide tractabant eam. Elegerant, ut apparet, rex et sacerdos exploratæ fidei homines, quibus tutò sacram illam pecuniam crederent, qui ad reddendam illius rationem non adigebantur. Et quidem ad fraudandam pecuniam tot sunt artificia, tot fuci, ut nemo queat hos honorarios fures furti convincere. Multò igitur satius est fideles et bonos rei pecuniariæ et operi faciendo præficere, quàm industrios, et malos ad severum examen et calculos vocare.

Vers. 16. — Pecuniam vero pro delicto, et pecuniam pro peccatis non inferebant in templum Domini, quia sacerdotum erat. Quid sit peccatum, et quid delictum, disputant scholastici doctores. Mihi in præsentiâ est satis quod August. docet quæst. 20 in Levit. : « Fortassè, inquit, peccatum est perpetratio mali, « delictum autem desertio boni. » Et paulò post : « Aliud est declinare à bono, aliud « facere malum, et illud delictum, hoc pec« catum sit. Nam et ipsum peccatum quid « aliud sonat delictum, nisi derelictum? » Tam verò sacrificium pro delicto quàm pro peccato ad sacerdotem pertinere satis est

Vers. 8. — Prohibitique sunt sacerdotes, non inviti, sed volentes et consentientes. Unde pro, *prohibiti sunt*, Hebr. est, *iectu*, id est, *consenserunt;* voluerunt, annuerunt. Chald., *contenti fuerunt;* quia, ut ait Josephus, sciebant multos è populo esse difficiles ad solvendum censum, ac neminem libenter argentum erogare. (Corn. à Lap.)

(1) Vers. 10. — Effundebant et numerabant pecuniam. Hebræus : *Ligabant et numerabant pecuniam.* Argentum suum in virgas redactum solvebat populus; collectisque è virgulis illis fasciculi, ad pondus operum curatoribus dabantur. Agebantur hæc omnia coram scribâ regis et sacerdote per pontificem destinato. (Calmet.)

Vers. 11. — Dabant eam juxta numerum atque mensuram, in manu eorum, qui præerant. Hebræus : *Dabant pecuniam paratam super manus præpositorum opificibus.* Vel ex aliis : Dabant pecuniam numeratam, obsignatam, descripto pondere et æstimatione. Syriacus et Arabs : *Dabant pecuniam colligatam, obvolutam.* Porrò pecuniam hanc ab ipso rege et summo sacerdote distributam fuisse, ex Paralipomenis discimus. (Calmet.)

(2) Hydriæ. Hebræus : *Scyphi*, vel lances, ex argento.

Fuscinulæ. Sunt qui reddant vocem originalem, מזמרות, *cultros.* Sed plerique exponunt de musicis instrumentis, veluti de sistris, aliisque, qui ex argento vel ære parabantur. Septuaginta reddunt ἥλους, clavos.

Thuribula. Hebræus : מזרקות, φίαλαι, *pateræ;* ad litteram, vasa pro libationibus sanguinis vel liquorum in altari, vel ad basim altaris. (Calmet.)

notum. De sacrificio pro peccato dicitur Levit. 6, v. 26 : *Sacerdos, qui offert, comedet eam in loco sancto, in atrio tabernaculi.* Et statim : *Omnis masculus de genere sacerdotali vescatur de carnibus ejus.* De hostiâ pro delicto Lev. 7, v. 6 : *Omnis masculus de sacerdotali genere in loco sancto vescetur his carnibus.* Et statim : *Sicut pro peccato offertur hostia, ita et pro delicto ; utriusque hostiæ lex una erit; ad sacerdotem, qui eam obtulit, pertinebit.*

Sed quæret hìc aliquis, undenam ex Scripturâ constet pro peccato aut delicto afferri debuisse aut potuisse pecuniam. Abulensis, quæst. 15, postquàm sententias alias refutâsset, ait, de peccato afferri potuisse sacerdoti pecuniam, si contra ipsum sacerdotem aliquid esset admissum, ut si abstulisset quis quod de victimis ad sacerdotem pertineret; tunc enim præter illatum damnum et victimam pro illo peccato, quintam etiam partem insuper in pecuniâ debuit offerre sacerdoti, Levit. 5, vers. 15 : *Anima si prævaricans cæremonias per errorem in his, quæ Domino sunt sanctificata, peccaverit, offeret pro delicto suo arietem immaculatum de gregibus, qui emi potest duobus siclis, juxta pondus sanctuarii, ipsumque quod intulit damnum restituet, et quintam partem ponet supra, tradens sacerdoti.* De delicto verò ait, deberi sacerdoti quintam partem damni illati, quod imprudens aliquis admisit, cùm rei ablatæ aut læsæ dominus ignoratur. Numer. cap. 5, vers. 6 : *Qui per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint, confitebuntur peccatum suum, et reddent ipsum caput, quintamque partem desuper, ei in quem peccaverint. Sin autem non fuerit, qui recipiat, dabunt Domino, et erunt sacerdotis.*

Placet quidem Abulensis sententia; addam tamen ego aliquid, ut opinor, non abs re; sed primùm observo probabile videri non semper ab his, qui expiari volunt à peccato, seu delicto, afferri ad templum victimas, sed nonnunquàm, idque non infrequenter, præberi pecunias quibus à sacerdotibus emantur, juxta legis præscriptum. Qui verò nobiles sunt, aut locupletes, non ita parcè numerant pecunias, ut non addant aliquid, imò et sæpè multùm, supra legitimum pretium. Illud verò quicquid est, ad sacerdotum spectat usus, quia ad victimam confertur pro peccato, quæ tota pertinet ad sacerdotem. Quòd autem pro victimis aliquando offerantur pecuniæ, quod omninò perinde est, docent aliquorum exempla, qui cùm victimas commodè non possent, pro victimis pecunias obtulerunt. Sic qui apud Babylonios tenebantur, ut habes Baruch c. 1, v. 6 : *Collegerunt pecuniam secundùm quod potuit uniuscujusque manus, et miserunt in Jerusalem ad Joachim filium Halciæ, filii Salom sacerdotem, et ad sacerdotes,* etc. *Et dixerunt : Ecce misimus ad vos pecunias, de quibus emite holocautomata, et thus, et facite manna, et offerte pro peccato ad aram Domini Dei nostri.* Ad sacrificia porrò sæpè pecunias obtulêre gentiles, neque repulêre sacerdotes. De Dario liquet lib. 1, c. 6, ubi quæ ad sumptus tam templi quàm altaris necessaria sunt, de regio fisco præstari jussit. Idem Artaxerxes cap. 7, et Machabæorum tempore Seleucus Asiæ rex, ut habes 2 Machab. c. 3. Si hoc ita est, non exigua pecunia ex sacrificiis pro peccato atque delicto, ad sacerdotum usus pervenire potuit.

VERS. 17.—TUNC ASCENDIT HAZAEL REX SYRIÆ, ET PUGNABAT CONTRA GETH (1). Extrema pars capitis catastrophen continet miserandam Joas, qui regnum priùs religiosè et feliciter obitum, infelici atque impio exitu terminavit. Quænam fuerit causa, jam supra adduximus, et nonnihil etiam statim adducemus, quia ubi Joiada in vivis esse desiit, qui juvenilem levitatem, et immoderatos impetus suâ auctoritate compresserat, statim se in omnem impietatem et vesaniam projecit. Quare Deus ulcisci voluit, tum privatam regis, tum communem populi intemperantiam, deformato regno, quod nuper instaurari cœperat, et sublatâ vitâ, quam rex, quondam pius, nunc verò idololatra multiplici

(1) Hæc urbs, quam olim David Philisthæis eripuerat, ad id usque sub jugo familiæ Davidicæ manserat. Hazael, ignotum quâ de causâ, obsessurus illam veniens, vi cepit. Gesta sunt hæc post obitum Joiadæ, cùm rex, salutaria pii sacerdotis monita jam oblitus, frena dedisset licentiæ, adeò ut ne alienam quidem à se judicaret idololatriam, cujus et cultum publicum permisit populo, ac lapidibus conficiendum tradidit Zachariam summum sacerdotem, liberatoris sui filium. Causa hæc fuit malorum omnium, tum in se, tum in rempublicam, de quibus in fine hujus capitis. Venit igitur Hazael rex Syriæ obsessurus Geth; quâ captâ, copias adversùs Hierosolymam duxit. Malum illud avertit à se Joas, solutis regi tum suis, tum sacri ærarii thesauris. Verùm proximè sequenti anno Hazael iterùm ad arma; commissoque prælio Joas excidit victus, infinito propemodùm suorum numero cæso, interfectis optimatibus omnibus Juda, ipso rege malè à Syris excepto ac vulnerato, vastatâque ab hostibus regione, Joas rediit Hierosolymam, ubi à conjuratis neci traditus est. Eò malorum miserum illum principem ultrix Dei manus adduxit. (Calmet.)

peccatorum genere corruperat. Immisit enim Hazaelem Syriæ regem, quem paulò ante per prophetam regno unctione destinârat. Qui cùm alias regiones continenti victoriarum cursu, suo subjugaret imperio, tandem victrices copias movit in Jerusalem, quam eò adduxit, ut rex de salute et libertate desperans quò hostem summoveret, et quoad posset periculum redimeret, spoliârit templum domumque regiam divitiis atque ornamentis omnibus, quæ hostis discedens, Damascum usque traduxit. (1)

Vers. 19. — Reliqua autem sermonum Joas, et universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum? etc. Ilorum

(1) Vers. 18. — Omnia sanctificata, quæ consecraverant Josaphat, et Joram, et Ochozias. Quomodò ista cohæreant cum secundo Paralipom. 24, 7, ferente, Athaliam ejusque filios, Ochoziam scilicet et fratres ejus, evertisse templum Domini, et quidquid in illo invenêre sacrorum munerum, in ornamentum templi Baalis transtulisse? Quod pariter de Joramo traditur, principem ostendit non satis de religione sollicitum, neque ad oblationes, atque ad munera in templum cumulanda paratum. Responderi tamen potest, Joramum et Ochoziam, impios licet ac profanis superstitionibus addictos, politicis tamen rationibus, vel inani quodam gloriolæ amore, vel brevis pietatis atque timoris judiciorum Dei motu inductos, munera quædam templo Domini contulisse, cùm interim simul domum Dei opibus spoliarent, quas et fidelium et regum prædecessorum pietas consecraverat. Nihil hâc impietate frequentius. Quàm multi templum spoliant, ut alterum ornent! Quàm multi diripiunt pauperes, dùm magnifici operis altaria patri pauperum erigunt! (Calmet.)

Ab hoc exemplo colligi ait Cajetanus, quòd pecunia et thesauri Ecclesiarum licitè impenduntur pro redimendâ vexatione populi (qualis erat hìc obsidio Jerusalem), simul tamen cum toto thesauro regio. Iniquum enim esset inchoare lytrum ab expilatione Ecclesiarum, sed ubi publicus regiusque thesaurus non sufficit, Ecclesiarum opes subvenire et supplere debent. Hæc Cajetanus. Audi S. Ambros., lib. 2 Offic. c. 28, tres casus recensentem, in quibus licet vasa sacra in laicos usus convertere. « Sanè si quis in sua derivat « emolumenta, crimen est; sin verò pauperi« bus erogat, captivum redimit, misericordia « est. Nemo enim potest dicere : Cur pauper « vivit? Nemo potest queri quia captivi re« dempti sunt; nemo potest accusare, quia « templum Dei ædificatum est; nemo potest « indignari quia humandis fidelium reliquiis « spatia laxata sunt; nemo potest dolere, quia « in sepulturis Christianorum requies defun« ctorum est. In his tribus generibus vasa « Ecclesiæ etiam initiata confringere, conflare, « vendere licet. » Quæ S. Ambros. verba transcripta sunt in jus canonicum, extantque 12, quæst. 2, cap. *Aurum*, § *Nemo potest*. (Corn. à Lap.)

reliqua habemus in lib. 2 Paralip. cap. 24, quæ hìc afferri non erit abs re. Primùm post Joiadæ mortem, quem suorum morum formatorem habuit, sic mutatum regis ingenium, ut nunquàm tinctus videretur honestis disciplinis. Quare coluit idola, quorum ante everterat aras, et sacraria destruxerat, neque audivit prophetarum monita, cùm tamen in illius auribus assiduè personarent. Præbuerat enim faciles aures et obsequentem animum illorum blandimentis, qui cum assentatoriis et pellacibus verbis venenum instillabant, et quia illa magis arridebant sentienti naturæ, in ea suî ipsius impos, præceps ferebatur. Addunt Hebræi in Seder Olam, eò regem progressum amentiæ, ut se pro Deo adorari voluerit, quod ex eo sibi persuadent, quia principes dicuntur adorâsse regem. Sed sanè verbi, *adoro*, latiùs patet significatio, et David rex, qui ab illâ insaniâ procul aberat, non semel dicitur adoratus.

Cùm autem Zacharias filius Joiadæ, qui pro defuncto patre summum jam sacerdotium inierat, Spiritu afflatus divino tam regem quàm principes impietatis argueret, moneretque ut tandem saperent, et ad patriam religionem reverterentur, sic in illum efferati sunt, ut, non solùm connivente, sed etiam jubente rege, in loco maximè sacro in atrio domûs Domini, hoc est, in atrio sacerdotali, lapidibus oppresserint. Neque puduit regem illius filium virum innocentem, neque tum de rege ipso malè, atque de republicâ meritum, atrociter extinguere, à cujus patre habuerat, non solùm ut regnaret, sed etiam ut viveret; cùm autem circumstarent armatæ lapidibus manus, jam morti proximus divinam imploravit fidem et auxilium, et suæ mortis ultionem Domino commendavit.

Quærunt hìc aliqui an iste Zacharias ille sit de quo Christus apud Matthæum cap. 23, qui occisus dicitur inter templum et altare. Quidam hunc Zachariam filium Joiadæ esse putant, quorum princeps est Hieronymus, quem è Latinis plurimi sequuntur, S. Thomas, Albertus, Major, Abulensis, Gagneius, Jansenius, Salmeron, Maldonatus, Berradus. Alii patrem Joannis Baptistæ, et in his sunt ex Græcis Patribus quamplurimi, Origenes, Basilius, Gregorius Nyssenus, Cyrillus Alexandrinus, Epiphanius, Theophylactus; et è recentioribus Baronius et Toletus. Alii eum esse statuunt, qui in minorum prophetarum numero undecimus numeratur : ita Chrysostomus, homil. de Joanne Baptistâ, tom. 2; Tertullian,

in Scorpiaco, cap. 8; Theophylactus in Matth.; Ribera, Montanus, Vatablus, Stunica, Glossa. Quæ sententia mihi omninò placuit in Commentariis super Zachariam, in principio, ubi de hâc quæstione pluribus. Rationes verò, quæ hanc sententiam confirmant, gravissimæ sunt: nam apud Matthæum c. 23, et apud Luc. c. 11, de illo Zachariâ videtur esse sermo, qui ultimus est prophetarum omnium, quando primi hominum meminit, qui suâ morte prophetavit: *A sanguine*, inquit, *Abel justi, usque ad sanguinem Zachariæ.* Loquebatur autem de eo, qui notus erat Judæis illius temporis. Alii verò Zachariæ neque numerabantur in prophetis, neque ita vocabantur, licet prophetæ fuerint, saltem ille qui filium Joannem suscepit: inter illum autem Zachariam, de quo hoc loco, et Christi tempus, alii multi fuerunt prophetæ, qui occisi sunt, ut Amos, Isaias, Jeremias. Deinde, quia quasi propria illius prophetæ nota ponitur à Christo pater Barachias, quæ nota in principio prophetæ legitur. Quòd si alii Zachariæ patrem habuissent, qui Barachias vocaretur, ut nonnulli putant, non satis aptè parentis nomen esset additum à Christo, cùm nominis communitas potiùs confunderet quàm distingueret personas. Rationes quæ alios in alias sententias impulerunt, quàm potuimus accuratè dissolvimus: qui volet, petat ex nostris in Zachariam Commentariis: neque enim hæc omnia iterare libet, neque opus est.

Additur deinde in eodem libro Paral. cap. 24, v. 24, uno anno exacto, ex quo Zacharias lapidatione sublatus est, venisse exercitum Syriæ, et ab illo populi principes occisos, et ingentem prædam Damascum usque fuisse perlatam; et cùm exiguus esset Syrorum exercitus, ab illo tamen infinitam multitudinem fuisse concisam. Qui ubi oneratus exuviis in patriam rediit, reliquit Joas in lecto, ex gravi morbo decumbentem.

VERS. 20. — SURREXERUNT AUTEM SERVI EJUS, ET CONJURAVERUNT INTER SE, PERCUSSERUNTQUE JOAS IN DOMO MELLO (1). Hos conjuratos ait Josephus lib. 9, c. 9, amicos fuisse Zachariæ, quem rex ingratus et impius occidi jussit. Sanè occisum fuisse regem in ultionem injustæ Zachariæ necis, ipse docet textus lib. 2 Paral. c. 14, v. 25: *Surrexerunt autem contra eum servi sui in ultionem sanguinis filii Joiadæ.* Dixerat jam moriturus Zacharias: *Videat Dominus, et requirat*, à quo instinctus Zacharias scelus objecit, et gravia minatus est regi regnique principibus, et requisivit sanguinem impiè crudeliterque profusum. Nam evoluto anno invexit Syrus copias, non quidem apparatu ac

(1) Mello ædes erant regiæ à Salomone conditæ in areâ, ex aggestâ humo formatâ inter veterem urbem Hierosolymam et civitatem Davidis. *Sella* via erat facilè, vel agger imminens domui Mello. Scimus enim ex Paralipomenis, Joas in lecto ægrotantem neci traditum fuisse: *Occiderunt eum in lectulo suo, et mortuus est.* Sunt qui nomina illa, *Beth-Mello, domus Mello*, et *Sella*, pro urbibus accipiant. Sed præstat *Sella* exponere de viâ, seu aggere, quem strui jussit Salomon, ut ex ædibus suis in templum ascenderet; atque ita textum reddere: *Percusserunt eum in domo Mello, sitâ infra ascensum, ad templum ferentem.* (Calmet.)

L'Ecriture ne pouvait guère nous tracer une peinture plus vive du malheur d'un prince qui, ayant perdu l'appui de sa piété en la personne du grand-prêtre Joïada, se trouva misérablement exposé aux flatteries meurtrières, non pas tant des hommes, que du démon même, dont ils n'étaient que les organes. Car cet esprit imposteur, qui dès le commencement du monde emprunta la voix du serpent pour donner à l'homme une vaine complaisance en sa grandeur, se servit alors des adorations de quelques flatteurs impies, pour faire oublier à un roi si pieux ce qu'il était par lui-même, et ce qu'il devait à la majesté infinie du Dieu qui avait remis si miraculeusement la couronne de ses ancêtres sur sa tête, par le ministère du grand-prêtre; et ainsi s'abandonnant à l'impiété de ces flatteurs, qui ne travaillaient à lui complaire que pour le perdre, il s'attira les plus grands fléaux de la justice irritée de celui dont il aurait dû plutôt adorer toute sa vie l'infinie miséricorde. Saint Augustin, qui, depuis saint Paul, a été peut-être l'un de tous les Pères qui a connu davantage le profond respect que l'on doit aux princes, et qui l'a commandé d'une manière plus auguste à tous les Chrétiens, nous donne en peu de paroles une idée très-vive de l'état funeste où fut engagé Joas, par l'opposition de l'état contraire où sont les princes vraiment chrétiens. « Nous « les appelons heureux, dit ce Père, lorsqu'ils « règnent justement; lorsqu'au milieu des « louanges excessives de ceux qui relèvent « leur grandeur, et des respects par lesquels « ils s'abaissent si profondément devant leurs « personnes, ils ne s'en élèvent point, mais se « souviennent qu'ils sont hommes; lorsqu'ils « font servir leur puissance pour relever la « majesté, et pour accroître le culte de Dieu; « lorsqu'ils le craignent, qu'ils l'aiment, et « qu'ils le servent, et lorsqu'ils sont plus tou- « chés de l'amour de ce royaume à venir où « ils n'auront plus de crainte d'avoir plusieurs « compagnons, que de celui qu'ils possèdent « sur la terre. Felices eos dicimus, si justè « imperant; si inter linguas sublimiter hono- « rantium, et obsequia nimis humiliter salu- « tantium, non se extollunt, sed se homines « esse meminerunt; si suam potestatem ad Dei « cultum maximè dilatandum, majestati ejus « famulam faciunt; si Deum timent, diligunt, « colunt; si plus amant illud regnum ubi non « timent habere consortes. » (Sacy.)

numero timendas, sed quas armavit Dominus, illamque fortitudinem et audaciam indidit, ut infinitam profligârint multitudinem; et regni principes, quorum consilio oppressus fuerat Zacharias, ferro confecerunt. Cùm autem regni templique thesauris vitam suam à Syris redemisset Joas, non tamen diù illius usura concessa est; nam à servis in lecto, in quo decumbebat ægrotus, interfectus fuit. Quemadmodùm Mello propè templum esset, et in illo regiam domum ædificaverit Salomon, diximus lib. 3 Reg. c. 11, v. 27, neque aliquid apparet, quod superioribus adjiciam. (1)

(1) Vers. 21. — Josachar filius Semaath, et Jozabad filius Somer, servi ejus. Hi appellantur in Paralipomenis Zabad filius Semmaath mulieris Ammonitidis, et Jozabad filius Semarith Moabitidis. Adscribuntur hìc tantùm nomina matrum, quæ ambæ feminæ erant alienæ.

Sepelierunt eum cum patribus suis; non tamen in sepulcro regum. Sepulturæ traditus est tantùm in civitate Davidis. Suppetunt alia quædam exempla persimilis sepulturæ, regibus Juda decretæ, uti Achaz. Juris genus erat quoddam, vel licentiæ, quam sibi populus in principes post eorum mortem servaverat, ut privaret illos avitæ sepulturæ honore; quod probrosissimum erat, si quid aliud maximè, ut scilicet ejus pœnæ metus principes contineret in officio, ne supremâ auctoritate abuterentur. Apud Ægyptios fas erat principem post ejus mortem accusare; qui si reus criminis convinceretur, pro delicti gravitate, honore etiam sepulturæ privabatur. (Calmet.)

CAPUT XIII.

1. Anno vigesimo tertio Joas filii Ochoziæ, regis Juda, regnavit Joachaz filius Jehu super Israel in Samariâ, decem et septem annis.

2. Et fecit malum coram Domino, secutusque est peccata Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel, et non declinavit ab eis.

3. Iratusque est furor Domini contra Israel, et tradidit eos in manu Hazael, regis Syriæ, et in manu Benadad, filii Hazael, cunctis diebus.

4. Deprecatus est autem Joachaz faciem Domini, et audivit eum Dominus; vidit enim angustiam Israel, quia attriverat eos rex Syriæ.

5. Et dedit Dominus salvatorem Israel, et liberatus est de manu regis Syriæ; habitaveruntque filii Israel in tabernaculis suis sicut heri et nudiustertiùs,

6. Verumtamen non recesserunt à peccatis domûs Jeroboam, qui peccare fecit Israel, sed in ipsis ambulaverunt; siquidem et lucus permansit in Samariâ.

7. Et non sunt derelicti Joachaz de populo nisi quinquaginta equites, et decem currus, et decem millia peditum; interfecerat enim eos rex Syriæ, et redegerat quasi pulverem in triturâ areæ.

8. Reliqua autem sermonum Joachaz, et universa quæ fecit, et fortitudo ejus, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

9. Dormivitque Joachaz cum patribus

CHAPITRE XIII.

1. La vingt-troisième année *du règne* de Joas, fils d'Ochozias, roi de Juda, Joachaz, fils de Jéhu, commença de régner. Il régna sur Israël dans Samarie pendant dix-sept ans.

2. Il fit le mal devant le Seigneur, et suivit les péchés de Jéroboam, fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël; et il ne s'en éloigna point.

3. Alors la fureur du Seigneur s'alluma contre *les enfants* d'Israël, et il les livra pendant tout ce temps-là entre les mains d'Hazaël, roi de Syrie, et entre les mains de Bénadad, fils d'Hazaël.

4. Mais Joachaz implora la face du Seigneur; et le Seigneur l'écouta, parce qu'il vit l'angoisse d'Israël et l'extrémité où le roi de Syrie les avait réduits.

5. Le Seigneur donna un sauveur à Israël, et il fut délivré de la main du roi de Syrie; et les enfants d'Israël demeurèrent en paix dans leurs tentes comme auparavant.

6. Néanmoins ils ne se retirèrent point des péchés de la maison de Jéroboam, qui avait fait pécher Israël, mais ils continuèrent d'y marcher, et le bois consacré *aux idoles* demeura toujours en Samarie.

7. Il n'était resté à Joachaz de tout son peuple que cinquante cavaliers, dix chariots et dix mille hommes de pied; car le roi de Syrie les avait taillés en pieces, et les avait réduits comme la poudre de l'aire où l'on bat le grain.

8. Le reste des actions de Joachaz et tout ce qu'il a fait, et son courage *dans les combats*, sont écrits au livre des Annales des rois d'Israël.

9. Et Joachaz s'endormit avec ses pères, et

suis, et sepelierunt eum in Samariâ. Regnavitque Joas filius ejus pro eo.

10. Anno trigesimo septimo Joas, regis Juda, regnavit Joas filius Joachaz super Israel in Samariâ, sexdecim annis.

11. Et fecit quod malum est in conspectu Domini, non declinavit ab omnibus peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel, sed in ipsis ambulavit.

12. Reliqua autem sermonum Joas, et universa quæ fecit, et fortitudo ejus, quomodò pugnaverit contra Amasiam regem Juda, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

13. Et dormivit Joas cum patribus suis. Jeroboam autem sedit super solium ejus. Porrò Joas sepultus est in Samariâ cum regibus Israel.

14. Eliseus autem ægrotabat infirmitate quâ et mortuus est: descenditque ad eum Joas rex Israel, et flebat coram eo, dicebatque: Pater mi, pater mi, currus Israel et auriga ejus!

15. Et ait illi Eliseus: Affer arcum et sagittas. Cùmque attulisset ad eum arcum et sagittas,

16. Dixit ad regem Israel: Pone manum tuam super arcum. Et cùm posuisset ille manum suam, superposuit Eliseus manus suas manibus regis,

17. Et ait: Aperi fenestram orientalem. Cùmque aperuisset, dixit Eliseus: Jace sagittam. Et jecit. Et ait Eliseus: Sagitta salutis Domini, et sagitta salutis contra Syriam; percutiesque Syriam in Aphec, donec consumas eam.

18. Et ait: Tolle sagittas. Qui cùm tulisset, rursùm dixit ei: Percute jaculo terram. Et cùm percussisset tribus vicibus, et stetisset,

19. Iratus est vir Dei contra eum, et ait: Si percussisses quinquies aut sexies sive septies, percussisses Syriam usque ad consumptionem; nunc autem tribus vicibus percuties eam.

20. Mortuus est ergo Eliseus, et sepelierunt eum. Latrunculi autem de Moab venerunt in terram ipso anno;

21. Quidam autem sepelientes homi-

fut enseveli dans Samarie. Joas, son fils, régna en sa place.

10. La trente-septième année *du règne* de Joas, roi de Juda, Joas, fils de Joachaz, régna sur Israël dans Samarie, pendant seize ans.

11. Il fit le mal devant le Seigneur; il ne se détourna d'aucun de tous les péchés de Jéroboam, fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël; mais il y marcha *toujours*.

12. Le reste des actions de Joas, tout ce qu'il a fait, son courage et la bravoure avec laquelle il combattit contre Amasias, roi de Juda, tout cela est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

13. Et Joas s'endormit avec ses pères. Et Jéroboam, *son fils*, monta sur le trône, après que Joas eut été enseveli dans Samarie avec les rois d'Israël.

14. Or *voici comment Joas fut le sauveur d'Israël*: Elisée était malade de la maladie dont il mourut. Et Joas, roi d'Israël, descendit vers lui; et il pleurait devant lui, en disant: Mon père, mon père, vous le char d'Israël et celui qui le conduit.

15. Elisée lui dit: Apportez-moi un arc et des flèches. Et le roi d'Israël lui ayant apporté un arc et des flèches,

16. Elisée lui dit: Mettez votre main sur cet arc. Et quand le roi eut mis les mains sur l'arc, Elisée mit ses mains sur celles du roi,

17. Et *lui* dit: Ouvrez la fenêtre qui regarde l'orient. Le roi l'ayant ouverte, Elisée lui dit: Jetez une flèche. Et, l'ayant jetée, Elisée lui dit: C'est la flèche du salut du Seigneur; c'est la flèche du salut contre la Syrie. Vous taillerez en pièces la Syrie à Aphec, jusqu'à ce que vous l'exterminiez.

18. Il lui dit encore: Prenez des flèches. Le roi en ayant pris, Elisée lui dit: Frappez la terre avec vos flèches. Il la frappa trois fois, et il s'arrêta.

19. Et l'homme de Dieu se fâcha contre lui, et lui dit: Si vous eussiez frappé la terre cinq ou six ou sept fois, vous eussiez battu la Syrie jusqu'à l'exterminer entièrement; mais maintenant vous *ne* la battrez *que* trois fois.

20. Elisée mourut donc et fut enseveli. Cette même année il vint des voleurs de Moab sur les terres *d'Israël*.

21. Et il arriva que quelques-uns, enterrant

nem, viderunt latrunculos, et projecerunt cadaver in sepulcro Elisei; quod cùm tetigisset ossa Elisei, revixit homo, et stetit super pedes suos.

22. Igitur Hazael, rex Syriæ, afflixit Israel cunctis diebus Joachaz :

23. Et misertus est Dominus eorum, et reversus est ad eos propter pactum suum quod habebat cum Abraham et Isaac et Jacob, et noluit disperdere eos neque projicere penitùs usque in præsens tempus.

24. Mortuus est autem Hazael, rex Syriæ, et regnavit Benadad filius ejus pro eo.

25. Porrò Joas filius Joachaz tulit urbes de manu Benadad, filii Hazael, quas tulerat de manu Joachaz patris sui jure prælii; tribus vicibus percussit eum Joas, et reddidit civitates Israel.

un homme, virent ces voleurs, et jetèrent le corps mort dans le sépulcre d'Elisée. Le corps ayant touché les os d'Elisée, cet homme ressuscita, et se leva sur ses pieds.

22. Après donc qu'Hazaël, roi de Syrie, eut affligé Israël pendant tout le règne de Joachaz,

23. Le Seigneur eut pitié d'eux, et il revint à eux, à cause de l'alliance qu'il avait faite avec Abraham, Isaac et Jacob, et il ne voulut pas les perdre, ni les rejeter entièrement jusqu'à ce temps-ci.

24. Après cela, Hazaël, roi de Syrie, mourut, et Bénadad, son fils, régna en sa place.

25. Mais Joas, fils de Joachaz, reprit d'entre les mains de Bénadad, fils d'Hazaël, les villes qu'Hazaël avait prises à son père par droit de la guerre; Joas le battit par trois fois, et il reprit les villes d'Israël.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Anno vigesimo tertio Joas filii Ochoziæ, regis Juda, regnavit Joachaz filius Jehu. Revertitur jam historia sacra ad reges Israel, de quorum gestis aliquandiù siluerat. Cùm autem sub annum decimum tertium Joas regis Juda decessisset Jehu, eodem anno Joachaz parentis loco suffectus est. Qui posteriores parentis mores secutus est, cùm recessit à Deo, cujus causam videbatur suscepisse constanter ac piè; priores contempsit, quos in seipso potiùs debuisset exprimere. Quare secutus Jeroboam, aureos adoravit vitulos, quod ita graviter tulit Dominus, ut Hazaelem priùs, deinde illius filium Benadad in Israelis terminos invexerit. Qui toto tempore, quo regnavit Joachaz, sic attriverunt Israelis vires, ut ex immensâ bellatorum multitudine, decem tantùm peditum millia, equites quinquaginta, et decem currus superfuerint. Cùm autem Joachaz ad interitum videret labi rem Israeliticam, neque sibi satis esse virium ut Syrorum frangeret, aut sustineret, aut retardaret impetus, confugit ad Deum, qui, tandem Israelitici statûs misertus, salvatorem misit, qui furorem compressit, et spiritus Syrios. Eòque reduxit Israelem, ut in suis tabernaculis, securus ut antea, et otiosus viveret.

Nunc verò videndum quis fuerit salvator iste, et quo tempore à Domino Israeli datus. Lyra datum esse putat tempore Joachaz : alioqui videretur Deus concessisse regis precibus, quod optabat. Idem tenet Histor. Schol. Alii communiter datum esse credunt tempore illius filii Joas regis Israel; ita Abulens. q. 3, et quotquot durâsse vexationem illam à Syris arbitrantur toto tempore, quo vixit Joachaz. Sic enim exponunt illud v. 3 : *Et tradidit eos* (nempe principes Israelitas, et illorum regem Joachaz) *in manu Hazael regis Syriæ, et in manu Benadad filii Hazael cunctis diebus*, nempe Joachaz, quod expressè legitur infra, v. 22. Et licet aliquando, regnante Joachaz, frangi potuerint Syrorum spiritus et vires (licet eâ de re nihil habeamus in Scripturâ proditum), tamen nunquàm videntur Syri ab Israelitis superati, donec juxta Elisei verba hoc ipso capite v. 19, à Joas tertiò superati sunt, et urbes receptæ, quæ à regibus Syriæ fuerant ablatæ. Ante hoc tempus non video quomodò filii Israel dici potuerint liberati à rege Syriæ, et sicut heri et nudiustertiùs in tabernaculis habitâsse. Neque ratio Abulensis, quæ antiquos in contrariam cogitationem induxit, admodùm premit. Oravit enim Joachaz, non tam pro se quàm pro populo, quem labentem et ad interitum inclinatum videbat, cui Deus favere voluit magis quàm regi, cui salvatorem misit, de quo mox. Et indicat ipsa littera non obscurè v. 5 : *Et dedit Dominus salvatorem Israeli, et liberatus est de manu regis Syriæ*, nempe Israel.

De salvatore res est incerta. Quidam angelum esse opinantur illius provinciæ tutelarem, qui sicut postea Assyriorum sub Ezechiâ, sic nunc Syrorum exercitum delevit, aut illorum sic infirmavit vires, ut rem Israeliticam ad

suum statum restituerit. Alii Eliseum putant, qui sicut antea sæpè contribulibus suis saluti contra Syros fuit, sic etiam nunc, cùm Israelitarum fortuna durè vexatur; ita Cajetanus. Plures Joas, qui paulò post patri suo Joachaz in regno successit, in cujus regno contigisse existimant salutem illam, de quâ præsens sermo. Ita Abulensis q. 3, supra; Mariana, Vatablus. Et quidem ante regnum Joas nihil egregium factum audimus contra Syros. Neque de Joachaz post hæc quicquam habemus aliud, quàm dormîsse cum patribus suis. Alia verò indicantur illius fortiter gesta, quæ in Verbis dierum scripta esse dicuntur, sed quæ illa fuerint, contra quos, et quando, sacra silet historia.

Hìc ego longum invenio hyperbaton, quod obscuram valdè reddit narrationem, quam ego sic dispono atque explico. Post versum 3, in quo in manum Hazaelis et Benadad ejus filii traditus dicitur Israel toto tempore, in quo regnavit Joachaz, statuo versum 7 : *Et non sunt derelicti Joachaz de populo, nisi quinquaginta equites.* Deinde insero quod est à versu 4 ad 7, in quo deprecatus dicitur Joachaz Dominum, et ab illo obtinuisse salvatorem, quo ad eum statum reduxit Israelem, ut securus ageret in tabernaculis suis, sicut antea, quod quidem contigit tempore Joas. Neque tamen ideò mutavit mores Israel, aut amplexus est illius religionem, cujus fuerant benignitatem et potentiam experti. Deinde addo versum 8 : *Reliqua verò sermonum Joachaz,* etc. Fortitudo porrò Joachaz, de quâ ibi, explorari potuit in variis conflictibus, quos cum Syris habuit, licet in illis adversam sortitus fuerit fortunam, in quâ ferendâ spectari fortitudo potuit; neque enim fortuna à fortibus stat semper, sed aliquando ad infirmiorem partem declinat, quia multi sæpè casus interveniunt qui fortioribus victoriam eripiunt. (1)

Vers. 10. — Anno trigesimo septimo Joas regis Juda, regnavit Joas, filius Joachaz, super Israel. Regnârunt eodem tempore duo reges, alter in Juda, alter in Israel, quibus commune nomen fuit, uterque enim dictus est Joas. Ad versum usque 14 nihil habemus aliud quàm brevem complexionem vitæ Joas, et illius filii Jeroboam; quomodò parentûm suorum secuti fuerint vestigia, deinde de utrisque speciatim nonnulla. (1)

(1) Vers. 3. — Tradidit eos in manu Hazael, et in manu Benadad filii Hazael. Fidem plus nimiò asseruit Hazael oraculo Elisei, quo futurum prædixerat, ut ab illo caperentur cremarenturque urbes Israelis, cæderentur milites, illiderentur telluri infantes, et fœtarum mulierum ventres cæderentur. Quæ Benadad intulit Israeli mala, Joachaz non vidit; neque enim hæc nisi sub regno Joas ejus filii contigerunt. Verba autem illa, *cunctis diebus,* nonnisi ad regnum Joachaz referuntur.

Vers. 5. — Dedit Dominus salvatorem Israeli. Salvatorem hunc non alium credas quàm Joas à Deo excitatum, ut affectas res Israelis restitueret, atque ea, quæ crudeliter gesserat Hazael, ulcisceretur. Precibus et pœnitudine Joachazi flecti se Deus passus est; sed votorum suorum hic princeps, dùm viveret, compos factus non est. Sunt qui censeant, salvatorem hunc angelum fuisse cœlitùs missum, vel Eliseum prophetam; cujus tamen opinionis documenta nulla sunt in Scripturâ.

Vers. 6. — Lucus permansit in Samaria. Hebræus : *Aserah stetit in Samariâ.* Nomen *Aserah* usurpatur de luco Astartes, vel de illius simulacro. Quare credibile est, sub novissimo hoc regno rediisse iterùm in Samariam cultum infamem Baalis et Astaroth, olim ab Jehu expulsum.

Vers. 7. — Redegerat quasi pulverem in tritura areæ. Quasi pulverem areæ, ubi frumentum excutitur ; vel, uti humum ad trituram. Ita contusi sunt, uti area triturâ tunditur. Scitum est, areas ad trituram sterni pingui humo probè pavitâ, ut vi triturationis resistat. Septuaginta : *Posuerunt eos tanquàm pulverem in conculcationem.* Docet Amos propheta, principem hunc plaustra ferrea induxisse super Galaaditas, quod præsentem textum non obscurè spectat.

Vers. 8. — Universa, quæ fecit, et fortitudo ejus. E rebus fortiter ab illo gestis nulla traditur. Neque tamen inde rectè colligas, virtute illum caruisse : quàm multa enim sunt quæ de illo ignoramus ! Voces originalis significare possunt robur ejus, auctoritatem, strenuitatem, fortitudinem. (Calmet.)

(1) Ce qu'on ne peut assez déplorer, et ce qui effraie lorsqu'on y pense, c'est que Dieu ayant secouru son peuple, ni l'expérience de tant de malheurs, ni la nouvelle assistance de leur protecteur tout-puissant, n'eurent la force de les retirer *des péchés de la maison de Jéroboam,* c'est-à-dire de l'impiété de l'idolâtrie. *Ils continuèrent,* dit l'Ecriture, *d'y marcher* toujours; et devenant en quelque façon plus insensibles par la grandeur des maux mêmes que la cruauté de leurs ennemis leur faisait souffrir, et des faveurs qu'ils recevaient de la part de Dieu, ils représentaient à toute la terre en leurs personnes une étrange image de l'horrible dépravation du cœur de l'homme, qui, s'étant rendu esclave du diable, préférait volontairement la plus cruelle servitude aux lois si douces et au joug si agréable de l'empire du Dieu d'Israel. (Sacy).

Vers. 12. — Quomodo pugnaverit contra Amasiam, etc. Bellum hoc descriptum legitur in Paralipomenis. Amasias, ingenti relatâ de Idumæis victoriâ tumens, bellum indixit in Joas regem Israelis. Hic aggressus Amasiam, fregit, captivum duxit, atque Hierosolymam petens, evertit mœnium cubitos quadringen-

VERS. 14. — ELISEUS AUTEM ÆGROTABAT INFIRMITATE QUA ET MORTUUS EST : DESCENDITQUE AD EUM REX ISRAEL, ET FLEBAT. Sub hæc tempora vexari cœpit graviter Eliseus ab eo morbo quo extinctus est. Cùm autem Joas rex Israel experimento cognovisset, quàm rei Israeliticæ utilis fuisset Eliseus, et futurum aut putaret, aut timeret magnum imperii sui et populi eo sublato detrimentum, descendit ad illum, flevit largiter, patrem identidem inclamans, et patriæ columen. Quid porrò sit *currus Israel, et auriga ejus*, explicuimus supra, c. 2, ubi iisdem verbis Eliseus abeuntem Eliam prosecutus est.

VERS. 15. — AFFER ARCUM ET SAGITTAS (1).

tos, atque spoliis et opibus onustus regressus est Samariam. (Calmet).

VERS. 13. — JEROBOAM AUTEM SEDIT SUPER SOLIUM EJUS ; postquàm decennio socius cum patre regnavit, quod innuit phrasis illa : *Sedit super thronum patris* ; perinde enim valet ac : *Regnavit in locum patris sui*. Regnavit antea, patrem suum in supremo munere juvans; sed in ejus solio non sedebat. De primo hoc regni anno, seu de societate cum Jeroboamo, accipienda sunt quæ leguntur inferiùs, Azariam scilicet regem Juda regnum inivisse anno Jeroboami septimo et vigesimo. (Calmet.)

(1) *Elisée lui dit: Apportez-moi un arc et des flèches. Qui jamais,* s'écrie saint Paul, *est entré dans le secret des conseils de Dieu?* Et comment un prince dont l'Ecriture témoigne *qu'il ne se détourna point de tous les péchés de Jéroboam*, mérite-t-il que des larmes aussi humaines et aussi stériles que celles qu'il répandait en la présence d'Elisée mourant, fussent exaucées, et que le prophète l'assurât qu'il taillerait en pièces un grand nombre de Syriens ? Ces ennemis si cruels avaient été destinés de Dieu pour punir l'impiété de son peuple. Etant punis et réduits à l'extrémité, ils ne se convertissent point; mais persévérant dans la même impiété, ils se contentent de répandre quelques larmes, qui sont plutôt des effets de leur désespoir, que d'un repentir sincère. Et Dieu cependant ne laisse pas de les écouter et de les venger de leurs ennemis. C'est à nous d'adorer la profonde sagesse de cette conduite de Dieu sur un peuple aveugle et charnel, qu'il avait soin d'assister de temps en temps, autant sans doute pour humilier l'insolence de leurs ennemis, qui attribuaient à leurs bras l'heureux succès de leurs armes, au lieu de le rapporter à la puissance de sa justice, qu'afin de les exciter eux-mêmes à retourner à leur Dieu dans toute la plénitude de leur cœur. Et s'il en usait ainsi à l'égard des Juifs, lors même qu'ils persévéraient dans l'impiété de l'idolâtrie, il donnait lieu de juger combien l'on devait plutôt espérer son assistance, lorsqu'on s'éloignait des crimes qui irritaient sa justice. La manière dont le saint prophète fit connaître au roi Joas les victoires qu'il remporterait sur les Syriens, est très-remarquable, et remplie même d'instruction, puisque tant de circonstances et de signes extérieurs dont

Prophetæ non semper in verbis statuunt vaticinii pondus, sed etiam signis, ut constat in Zachariâ, Ezechiele, Jeremiâ. Cùm autem clariùs rem student exprimere et significare certiùs, et altiùs auditorum mentibus infigere, utrumque conjungunt et verba, et signa. Quia verò in Eliseo sitas esse putabat Joas imperii vires, illasque aut fractum, aut debilitatum iri metuebat, si ille inter vivos, aut inter suos esse desiisset, ut regium animum cadentem confirmaret, arma jubet adduci, quæ Hebræis erant familiaria, arcum videlicet, et sagittas, quas ita à rege vibrari jubet, ut tamen manum suam regiis manibus ad sagittarum emissionem admoverit. Quo significabat suum illi auxilium non defuturum, etiamsi à patriâ, imò et à vivis procul abiisset. Quibus satis hæreticorum hujus temporis errorem convellit, qui nullam esse putant, aut otiosam sanctorum intercessionem, aut certè, quod potiùs reor, quia Eliseus, sicut aliis locis, sic etiam hic in seipso Deum adumbrabat, et illius manus divinam repræsentabat. Quare hoc signo ostendebat propheta divinum auxilium Israelitis adfuturum, et ideò satim sagitta salutis dicitur esse Domini, quia victoriam Dominus consecutus est. (1)

il accompagne ce qu'il avait à lui dire, semblent nous porter nécessairement à croire qu'il ne disait si figurément ce qu'il pouvait dire très-simplement, qu'afin qu'on cherchât quelque vérité cachée sous cette figure de la lettre. Nous voyons dans l'Ecriture que la justice de Dieu est comparée à un arc bandé, et prêt à tirer des flèches de mort. Le prophète se sert donc de cette figure d'un arc et des flèches, pour marquer aussi que cette justice divine qui avait été jusqu'alors entre les mains du roi de Syrie pour punir son peuple, allait passer entre les mains du roi d'Israël, pour punir l'orgueil de ses ennemis, qui en affligeant si cruellement les Israélites, avaient moins pensé à les châtier de leurs crimes, qu'à satisfaire leur propre ambition et leur cruauté. Car c'est ainsi que Dieu se servait successivement des peuples pour les punir les uns par les autres, sans qu'ils fissent néanmoins aucune réflexion sur ces effets différents de sa justice. Elisée, après avoir obligé le roi de mettre la main sur cet arc, mit les siennes sur celles du roi, comme pour marquer à ce prince, dit un interprète, qu'encore qu'il dût soutenir tout le poids de cette guerre, la main de Dieu figurée par celle de ce prophète, qui représentait sa personne, devait seconder la sienne, pour le faire réussir dans ses entreprises. (Sacy.)

(1) VERS. 16. — PONE MANUM TUAM SUPER ARCUM. Hebr. ad litteram : *Equitare fac manum tuam super arcum hunc*. Adjunge manum tuam, arcum manu tene, stringe. Oraculum est hoc, non voce tantùm, sed rebus expressum. Arcus, et sagittæ, et jactus sagittarum, ab Joas emit-

VERS. 17. — APERI FENESTRAM ORIENTALEM (1). Hæc fenestra spectabat Syriam, ad quam telum illud adigebatur, tam à regis quàm à prophetæ manu : unde colligitur hìc regi Israel, contra Syriam, non contra nationes alias salutem, id est, victoriam promitti. Neque enim in aliam partem jaculatus est Joas, Eliseo jubente, nisi in Syriam, quia ab eâ parte, cùm reliquæ nil tentarent hostile, timebatur fulmen. Scio paulò post illatum esse bellum contra Amasiam regem Juda, et à Joâ stetisse victoriam, sed ad hanc, ut opinor, nihil Eliseus contulit, neque illam aliquo modo intuebatur hoc hieroglyphicum ac prophetale signum.

SAGITTA SALUTIS DOMINI, ET SAGITTA CONTRA SYRIAM. Hæc est explicatio hieroglyphici signi, quod exitium minatur Syriæ, quæ jampridem sæpè, et nunc maximè Israelis imperio moliebatur exitium. Est autem, ut opinor, hoc sumptum ex antiquâ vulgarique consuetudine, quæ hujusmodi signis aut indicebat, aut inferebat bellum adversariis. Ex quo jam hostes licere sibi existimabat, quicquid in hostes permittit jus belli sanctum atque legitimum. Exemplum satis nobis suppeditat antiquitas.

tendarum, futura portendebant. Sagittas illas sequenti versiculo appellat Eliseus, *sagittas salutis Domini, sagittas salutis contra Syriam.* Promissio est à Domino victoriæ de Syris referendæ. (Calmet.)

Tropol., doctor ori prædicationis admoveat manum operationis bonæ, ut quod docet verbo, doceat primus exemplo. Sic efficax erit prædicatio, et auditoribus persuadebit quod prædicat. Ita Angelom. Et Eucher.
(Corn. à Lap.)

VERS. 17. — APERI FENESTRAM ORIENTALEM. Fenestra hæc non spectabat Syriam rectè, sed regionem transjordaninam, quam Joas erepturus erat Syris, qui vicissim illam majoribus illius rapuerant. Hic Hazael rex Syriæ sævitiem exercuerat, de quâ non semel actum est.
(Calmet).

(1) Tropol., Angelom. : « Cùm exemplis suis, « inquit, Dominus actiones doctorum dirigit et « confortat, orientalem fenestram aperire man« dat, et jacere sagittam, quia lumine scientiæ « et veræ doctrinæ, suos hortatur primùm illu« strari, et sicut jacula verborum mittere. » Et paulò post : « *Sagitta salutis Domini, et sa« gitta salutis contra Syriam; percutiesque Sy« riam in Aphec, donec consumas eam.* Sagitta « ergo salutis Domini, est prædicatio sancta, « cùm decenter exhibetur, et spiritualium ho« stium certissima interfectio, si perseveranter « agitur. Nec fas est ut aliquando dispensator « verbis Dei segniter torpeat, cui jussum est, « ut gregis Dominici curam habeat, quia mul« tùm obest devotis auditoribus, si inertia « prævalet doctoribus. Dicit enim propheta : « *Clama, ne cesses.* » Sic et Eucherius.
(Corn. à Lap.)

Romani, ut auctor est Servius in lib. 9 Æneid., bellum indicebant vibratâ hastâ in hostilem agrum. Ad quam consuetudinem solemnem et legitimam allusit Virgilius supra, apud quem ita Turnus :

Ecquis erit mecum, ô juvenes, qui primus in hostem?
En, ait, et jaculum intorquens, emittit in auras
Principium pugnæ.

Vide Gellium lib. 16, c. 14, quod etiam usitatum inter Græcos docet Valerius lib. 3, ubi sic de Argonautis :

Donec hasta volans, immani turbine transtris
Insonuit, movitque ratem rapere omnia cæcâ
Arma manu.

Et Justinus lib. 2 de Alexandro, ubi primùm Persarum terram attigit : « Cùm delati, inquit, « in continentem essent, primus Alexander « jaculum velut in hostilem terram jacit. » Quia verò non solùm vastitas hostibus et exitium affertur ferro, sed etiam incendio, non solùm ferrum, sed etiam fax in hostilem agrum injicitur. Euripides in Phœnissis :

Pugnæ cruentæ symbolum postquàm fuit
Emissa fax.

Hastam cum face ad eumdem finem conjunxit Statius lib. 4, apud quem Bellona sic bellum indicit et incendit :

Prima manu rutilam de vertice Larissæo
Ostendit Bellona facem, dextrâque trabalem
Hastam intorsit agens.

Vide plura apud Rosinum lib. 5 Ant. Rom. c. 1; Alexandrum Neapolitanum lib. 4, cap. 3. Ad hunc modum (et forsan ex Hebræorum consuetudine, tametsi ego eâ de re nihil invenerim) arbitrabar admonitum esse regem à prophetâ, ne dubitaret cum Syriæ rege signa conferre; sed quamprimùm bello et sua repetere, et à Syris sibi regna subjugare tentaret, cujus factum videri poterat initium, sagittâ versùs Syriam intortâ, quæ Syris exitium, Israelis autem salutem portenderet. Quomodò verò *salus* significet victoriam, ostendimus pluribus super Isaiam ad illud cap. 60 : *Occupabit salus muros tuos.*

PERCUTIESQUE SYRIAM IN APHEC, DONEC CONSUMAS EAM. Hic locus impeditus est, et variè versatus à theologis, qui ut promissa quædam, aut etiam minas conditionatas agnoscunt, sic scientiam conditionatam aut mediam in Domino considerant, quia scit hoc, vel illud futurum, modò hoc vel illud factum intercedat, et futurum negat, si illud absit. Quod probat illud Actor. cap. 27; nam cùm Deus promisis-

set Paulo neminem eorum qui eâdem cum Paulo nave vehebantur, esse pereundum, postea tamen dixit perituros, nisi nautæ in eâdem cum illis nave perseverent. Sic enim ibi v. 23, ait Paulus : *Astitit mihi hâc nocte angelus Dei, cujus sum ego, et cui deservio, dicens : Ne timeas, Paule, Cæsari te oportet assistere, et ecce donavit tibi Deus omnes qui navigant tecum.* Et statim v. 31, dixit Paulus centurioni et militibus : *Nisi hi* (nautæ) *in navi manserint, vos salvi fieri non potestis.* Juxta hanc scientiam conditionatam et mediam, promisit Deus per prophetam consumendam esse Syriam à Joas, eâ tamen lege, si sæpiùs terram jaculo percuteret; quod quia non fecit, attrivit quidem Joas Syrorum, non contrivit vires ac potentiam, quod Deus eâdem conditionatâ scientiâ cognoverat. De hâc scientiâ vide Suarez Rom. 1 de Gratiâ proleg. 2, et Vazquez tom. 1, in 1 partem S. Thom, disp. 67, Arrubal. 1 p. disp. 46 et 47, præsertim cap. 4, num. 10.

Duplex est Aphec. Altera in tribu Juda, de quâ Josue cap. 19, quæ ab aquilone proxima attingit Syriam, ubi superatus fuit Abinadad rex, et gravi plagâ concisus Syrorum exercitus. De hâc intelligendus est hic locus, qui in duos sensus patet. Alter est, ut reverà in eodem loco sternatur Hazaelis exercitus, quod magis videtur indicare littera. Alter ut eâdem plagâ, licet in aliis locis, afficiantur Syri à Joas, quâ affecti priùs fuerunt ab Achab in Aphec. In posteriorem ego explicationem magis inclino, quia non invenio aliquod bellum commissum à Joas contra Hazaelem, aut Syros in Aphec ; deinde quia in Scripturâ sacrâ frequentissimum est notam similitudinis omitti, ut à nobis sæpè observatum et probatum est. Erit ergo sensus : Percutietur à te Syria, sicut percussa fuit priùs in Aphec. De hoc loquendi genere plura nos in c. 10 Zachar. ad illud v. 11 : *Et transiet in maris freto,* id est, sicut in transitu maris Rubri.

Vers. 18 — Et ait : Tolle sagittas. Qui cum tulisset, rursum dixit : Percute jaculo terram. Superior jaculatio per orientalem fenestram victoriam portendebat contra Syros : nunc verò jaculo ad terram alliso victoriarum significatur numerus, et magis confirmatur proxima promissio. Jubet igitur propheta regi ut sagittas tollat et illis terram percutiat, quæ licet esset Israelitica, hostilem tamen terram significabat. Qui tribus, ut opinor, sagittis ter percussit terram, qui cùm à percutiendo cessaret, condoluit graviter Eliseus, et indignatus quòd non sæpiùs terram percussisset, ait ad regem, pro percussionum numero, victoriarum quoque numerum futurum. Quare quia tribus tantùm vicibus terram appetiit infenso jaculo, tribus victoriis, et non ampliùs, cædendam esse Syriam.

Hìc multa quærunt Patres et interpretes. Primum, cur Eliseus, sicut præcepit regi, ut terram jaculo percuteret, etiam percussionum non præfiniverit numerum; quando tanti intererat, terram sæpiùs esse percussam. Abul. q. 16, varios è variis adducit modos dissolvendi nodi : quidam dicunt novisse quidem prophetam pro numero percussionum, victoriarum etiam futurum esse numerum, non tamen illi concessum à Domino, ut hanc regi prædictionem aperiret. Alii sentiunt cognovisse Eliseum, toties superatum iri Syriam, quoties esset terra jaculo percussa, idque significatum esse regi, ut sæpè videlicet percuteret : non tamen de certo aliquo numero fuisse locutum. Quod ex eo fit verisimile, quia rex tertiò percussit terram, quod non videbatur fuisse facturus, nisi percussiones multas præcepisset propheta, neque numerum omisisset à prophetâ præscriptum, cùm tanti suâ et regni interesse cognosceret, neque res esset difficilis sæpiùs ad terram jaculum adigere. Dixit ergo propheta regi, ut sæpè terram percuteret, idque continenter, ut benè Cajetan., cui præcepto rex ternâ percussione satisfactum credidit; atque ideò meritò Eliseus indignatus est regi, quòd cùm sæpè terram jussus esset ferire, ter tantùm in terram jaculum adegisset. In hanc sententiam inclinat Abulensis supra, et addit hoc de victoriarum numero pro numero percussionum non esse regi declaratum, quia Deus illud aperire prohibuit, quia relinqui voluit regis arbitrio, ut ostenderet stare per regem, quominùs funditùs deleretur Syria, aut cervicem ferro domitam Israelitico jugo summitteret. Hæc fermè omnia probat Cajetanus, neque ego improbo. Neque contra sentit Theodoretus q. 21 : « Arbitratus, inquit, Eliseus, fore ut suâ sponte multa faceret Joas, » etc. Deinde indicat tres illas terræ percussiones esse per totidem sagittas in Syriam per orientalem portam emissas : « Postquàm autem, inquit, tria emisit, valdè succensuit propheta, utpote quòd Syria ter solùm esset victa. »

Vers. 20. — Mortuus est ergo Eliseus, et sepelierunt eum (1). Paulò postquàm prædixit

(1) Brevi elogio viri hujus ingenium describit auctor Ecclesiast. 43, 13 : *In Eliseo com-*

regi futuram de Syris victoriam tertiò, decessit Eliseus, cujus funus viri pii curârunt diligenter, taleque statuerunt sepulcrum, quale tanti viri, tamque egregiè de gente Israelitide

pletus est spiritus ejus (Eliæ); *in diebus suis non pertimuit principem, et potentiâ nemo vicit illum, nec superavit illum verbum aliquod; et mortuum prophetavit corpus ejus. In viâ suâ fecit monstra, et in morte mirabilia operatus est.* Eliseus duplici redundans Eliæ spiritu, prophetiæ nempe dono, et patrandorum prodigiorum virtute, quorum ope supra cæteros prophetas eminet, imago est, licet imperfecta, Servatoris, qui gratiæ auctor est, Jesu, qui Patris est virtus, in quo plenitudo luminis residet, et à quo dona omnia perfecta, veluti fonte, dimanant. Filius mulieris Sunamitidis, novâ adeò et singulari ratione ad vitam revocatus, baculus Elisei vitæ igniculis excitandis ineptus, propheta, sese aptans puero, illumque fovens, atque morti subducens, documenta sunt omnia et typus apertissimus Incarnationis Jesu Christi. Aquæ fontis Jerichuntis injecto sale ab Eliseo correctæ, quid nisi aquæ baptismatis, quibus vim salubrem suavemque infundit virtus Jesu Christi, qui Patris sapientia est? Naaman, qui lotus Jordanis aquis leprâ mundatur, idem mysterium veluti sub oculos exhibet. Oleum, quod Eliseus multiplicat in vasis viduæ ab uno ex prophetis relictæ, cujus filios in servitutem sese redacturos minitabantur creditores, revocat in mentem Ecclesiam, quæ Spiritûs sancti dona et gratiam accipiens, per ea manibus adversariorum liberatur, suaque debita omnia exsolvit. Quid Giezi leprâ mulctatus, et Simoniacorum patriarcha? Quid ferrum securis ex imo Jordanis alveo ligni ope revocatum, quod imago crucis Jesu Christi est? Quid pueri Bethel ab ursis vorati? quibus exhibentur Judæi pervicaces, quos Jesu Christi et Apostolorum monita et prædicatio, ipsorum crimine, flectere non valuêre; de quibus scriptum est: *Excæca cor populi hujus, et aures ejus aggrava, et oculos ejus claude, ne fortè videat oculis suis, et auribus suis audiat.* (Calmet.)

Morienti Eliseo affuisse Joas regem, ac filios prophetarum discipulos suos jam per totum Israelem propagatos, ultimaque ab eo sanctitatis et religiosæ vitæ monita accepisse, non est dubium. Affuisse quoque Amos prophetam, Amasiæ regis fratrem et Isaiæ patrem asserunt Hebræi in Seder Olam. Prophetavit Eliseus circiter 66 annos, sub sex regibus Israel, scilicet sub Achab, Ochoziâ, Joram, Jehu, Joachas et Joas. Vixit centum annis et ampliùs, in religiosâ disciplinâ octoginta, mortuusque est Amasiæ regis Juda anno octavo, Joas regis Israel anno decimo, ante Christum anno 849. Adscriptum est catalogo sanctorum in Martyrologio Romano die 14 junii, ubi sic legimus: *Samariæ in Palæstinâ S. Elisei prophetæ, cujus sepulcrum dæmones perhorrescere scribit S. Hieronymus.* Audi S. Hieronymum scribentem in principium Abdiæ prophetæ: *Abdiæ sepulcrum cum mausoleo Elisei et Joannis Baptistæ in Sebaste venerationi habetur, quæ olim Samaria.* Idem in Epitaphio Paulæ addit, illic variis dæmones rugere cruciatibus, et ante sepulcra sanctorum ululare homines more luporum, meriti sanctitatem decebat. Fuisse autem sepulcrum illustre, et non quale homines vulgò consequuntur, illud probat, quòd in illud illatum est cadaver, de quo statim, ab hominibus, quibus à latrunculis non fuit concessum spatii satis, ut illud defossæ terræ de more commendarent. Quare fuisse videtur in modum speluncæ, quale fuisse dicitur Christi Domini, et aliorum, quorum in Scripturâ mentio. Quo in loco tumulatus fuerit, ex sacro textu non constat. Hieronymus in Epitaphio Paulæ ad Eustachium in Samariâ sepultum esse tradit; sic autem ille: « Vidi, inquit duodecim patriarcharum sepulcra, et Sabastem, id est, « Samariam, quæ in honorem Augusti ab Herode Græco sermone Augusta est nominata; « ibi siti sunt Eliseus et Abdias prophetæ, et « quo major inter natos mulierum non fuit, « Joannes Baptista. » Ibi multa eo etiam tempore contingere mirabilia refert eo loco Hieronymus, quæ tu lege.

VERS. 21. — QUIDAM AUTEM SEPELIENTES HOMINEM, VIDERUNT LATRUNCULOS, ET PROJECERUNT CADAVER IN SEPULCRO ELISEI. (1) Metus fecit ne viri

fremere more leonum, sibilare instar serpentum, mugire boatu taurorum. Refert Cedrenus in Leone Magno imperatore Elisei reliquias Alexandriam translatas fuisse.

Hinc Julianus Apostata ossa Elisei et Baptistæ cum brutorum ossibus commiscens exurere voluit, ut habet S. Artemii vita apud Lipomanum.

Eliseo in prophetiâ mox successit Osee, qui sub Oziâ filio Amasiæ regis Juda prophetavit; Isaias, Amos, Jonas, cæterique prophetæ majores et minores. (Corn. à Lap.)

(1) QUOD CUM TETIGISSET OSSA ELISEI, REVIXIT HOMO. Mira Elisei virtus et sanctitas, quòd mortuus mortuum ad vitam suscitârit. Fuit ipse hâc in re typus Christi, cujus in cruce mortui gratiâ et meritorum contactu omnes resurgemus. Ita Angelomus, Eucherius et alii. (Corn. à Lap.)

Et il arriva que quelques-uns, enterrant un homme, virent ces voleurs, et jetèrent le corps mort dans le sépulcre d'Elisée; le corps ayant touché les os d'Elisée, cet homme ressuscita, et se leva sur ses pieds. On ne doit point regarder cette rencontre comme un effet du hasard, mais comme un ordre de la providence de celui qui, selon que l'a remarqué un savant théologien (Estius), voulut sans doute faire connaître à tous les Juifs, par ce miracle éclatant, le mérite d'un si saint prophète. On peut bien ajouter que Dieu, prévoyant dès lors l'aveuglement dont seraient un jour frappés certains hérétiques, qui se devaient élever contre la foi de l'Eglise, et la condamner d'idolâtrie sur le sujet de la vénération qu'elle aurait pour les reliques des saints, a voulu que dans l'Ancien-Testament l'on trouvât même de quoi réfuter et convaincre leur erreur. Aussi saint Jérôme s'est servi très-avantageusement de cet exemple de la résurrection d'un corps mort,

isti pii aut sepulcrum effoderent, in quo, injecto pulvere absconderent cadaver, aut in proprium deducerent sepulcrum, ad quod afferebatur, quia longiùs aberat. Quare cùm propè esset Elisei sepulcrum, et ab illis viris facilè removeri posset saxum quo claudebatur, eò injectum est corpus illud exanime tumultuariè ac raptim. Unde accidit ut Elisei ossa convolutum attigerit. Nam si sedato animo, ac per otium in Elisei sepulcrum inferretur, curarent, opinor, diligenter, qui sepulcri claustra resignarent, propter tanti prophetæ reverentiam, ne ossa illa sacra cadaver illud suo attactu pollueret.

VERS. 22. — REVIXIT HOMO, ET STETIT SUPER PEDES SUOS. Hoc idem habes Eccl. 48, v. 14 : *Et mortuum prophetavit corpus ejus.* Ubi *prophetare* idem est quod ad vitam revocare mortuum. Quia qrophetarum varia sunt opera, quæ opera vocari possunt prophetica, fit ut verbum, *propheto*, multa significet, ut docere, divinas laudes canere, excitare mortuos, futura prædicere, quia hæc olim aut propria fuerunt opera prophetarum, aut cum paucis communia. De his nos plura lib. 1 Regum cap. 10, ad illud : *Obvium habebis gregem prophetarum.* Prophetâsse quoque dicuntur post mortem ossa Joseph. Eccl. cap. 49, sed alio sensu, nempe cùm visitata sunt atque translata; significârunt enim illum verum esse prophetam, cùm adimpleta fuerint, quæ ille, imminente jam morte,

arrivée par le simple attouchement des os d'Elisée, pour confondre un hérétique qui dès son siècle osa s'élever avec insolence contre cette vénération très-légitime que l'Eglise a toujours rendue aux sacrées dépouilles des saints Apôtres, des saints martyrs, et des autres saints. Cet homme, nommé Vigilance, qu'on peut regarder comme ayant été en ce point le chef des hérétiques de notre siècle, était prêtre de l'Eglise catholique. Mais jugeant judaïquement de la religion de Jésus-Christ, et regardant les corps morts comme étant impurs selon la loi de Moïse, il ne pouvait accorder ce respect que l'on rendait dans l'Eglise aux cendres sacrées des saints martyrs, avec cette ancienne ordonnance du législateur des Juifs, et il nommait ceux qui le rendaient, c'est-à-dire tous les catholiques, des hommes de cendre et des idolâtres. *Cinerarios et idololatras appellabat, qui mortuorum hominum ossa venerabantur.* Sur quoi saint Jérôme, étant animé d'un zèle tout plein de feu pour la gloire de l'Eglise, s'écrie : « O malheureux « homme, digne de toutes les larmes des Chré« tiens, qui en parlant de la sorte ne reconnaît « pas qu'il est véritablement un Samaritain et « un Juif, et qui, s'attachant à la lettre meur« trière, et abandonnant l'esprit qui donne la « vie, regarde les corps des personnes mortes « comme des choses impures ! Pour nous, « continue ce saint, quoique nous soyons très« éloignés d'adorer, non pas seulement les « reliques des martyrs, mais le soleil même, ni « la lune, ni les anges, ni les archanges, ni les « Chérubins, ni les Séraphins, pour ne pas « rendre à la créature ce qui n'est dû qu'au « seul Créateur, nous ne laissons pas d'honorer « ces mêmes reliques des martyrs, pour mar« quer l'adoration que nous rendons à celui « dont ils sont martyrs. Nous honorons les « serviteurs, afin que cet honneur même tourne « à la gloire de leur divin maître, qui a dit « dans l'Evangile : *Celui qui vous reçoit me reçoit.* « Quoi donc, ajoute encore le même saint, les « reliques de saint Pierre et de saint Paul se« ront impures ! Le corps de Moïse, qui, selon « la vérité de l'Ecriture, a été enseveli par le « Seigneur même, sera impur ! Et toutes les « fois que nous entrons dans les églises des « Apôtres, des prophètes et des martyrs, nous « révérons autant de fois des temples d'idoles ? « Je dis davantage, pour confondre l'extrava« gance de cet insensé, ou pour la guérir, et « pour empêcher que les âmes simples des « fidèles ne soient perverties par l'impiété de « cette doctrine : Le corps du Sauveur mis « dans le sépulcre aura donc aussi été impur ? « Et les anges qui étaient vêtus de blanc, gar« daient un corps souillé par la mort ? Mais si « les reliques des martyrs ne doivent point « être honorées, comment l'Ecriture nous « dit elle *que la mort des saints est précieuse* « *devant les yeux du Seigneur ?* Si les os des « morts souillent les personnes qui les touchent, « comment Elisée, tout mort qu'il était, a-t-il « pu ressusciter un autre mort ? Et comment « un corps qui, selon le sentiment de Vigilance, « était impur, donna-t-il la vie à un autre corps « qui l'avait perdue ? *Si ossa mortuorum polluunt* « *contingentes, quomodò Eliseus mortuus mortuum* « *suscitavit, et dedit vitam corpus quod juxta* « *Vigilantium jacebat immundum ?* » Saint Cyrille de Jérusalem, traitant de la résurrection contre les païens et contre les Samaritains, qui la niaient, dit d'Elisée qu'il ressuscita deux morts, l'un pendant sa vie, l'autre après qu'il fut mort. « Etant en vie, dit ce Père, il fit le « miracle de la première résurrection par le « ministère et la vertu de son âme. Mais afin « qu'on n'honore pas seulement les âmes des « justes, et que l'on soit convaincu qu'il reste « encore une certaine vertu dans leurs corps « mêmes, ce corps mort que l'on jeta dans le « sépulcre d'Elisée, ayant touché le corps mort « de ce saint prophète, ressuscita dans l'ins« tant. Des membres inanimés firent alors la « fonction d'une âme vivante. Et ce qui était « sans vie redonna la vie à celui qui l'avait « perdue, et l'ayant donnée, demeura comme « auparavant parmi les morts. D'où vient cela ? « ajoute ce Père. C'était de peur que si Eli« sée fût ressuscité lui-même, on n'attribuât « la résurrection de l'autre mort qu'à la « seule vertu de son âme, et afin que l'on « connût que lors même que l'âme n'est point « présente, le corps des saints est encore re« vêtu d'une vertu invisible, à cause de la de« meure que leurs âmes justes y ont faite du« rant tant d'années, pendant lesquelles il leur « a prêté son ministère. » (Sacy.)

prædixit. Porrò stare super pedes suos, non qualemcumque significat vitam, sed qualis est in homine robusto et vegeto, qui nullum sensit neque à morte pallorem et maciem, neque incommodum ab adversâ valetudine. Est autem hominis valentis et fortis non jacere in terrâ, aut in lecto decumbere, aut etiam in pulvere sedere, sed stare super pedes suos, erecto nimirùm corpore, et ad omnem motum et opus expedito. Quo dicendi modo usus est Zacharias cap. 14, v. 12, dùm significat homines etiam valentes consumendos esse tabe : *Tabescet*, inquit, *caro uniuscujusque stantis super pedes suos*, et quidem super pedes stare aut inniti non solent, nisi qui adultâ sunt ætate et sano corpore.

Igitur Hazael rex Syriæ afflixit Israel, cunctis diebus Joachaz. Repetit hìc historicus sacer, quod principio capitis adduxerat, nempe cunctis diebus Joachaz à rege Syriæ afflictum Israelem, et quomodò misertus durè vexati populi salvatorem promiserit, quem diximus fuisse Joas, qui juxta Elisei vaticinium, tertiò de Syris victoriam reportavit, aut etiam ejus filium Jeroboam, qui, ut legimus sequenti capite, v. 25, quæ ab Israelitis abstulerant Syri, ipse recuperavit. Nunc ostendit quid præter populi fortunam ærumnosam, Deum inflexerit, ut salvatorem miserit, et collapsam, aut etiam ruentem domum instaurârit, pactum videlicet quod iniit cum Abraham, Isaac et Jacob. Noluit enim populum ab illis propagatum natalibus interire funditùs. Deinde ostendit quomodò Joas ter superârit Syros, et ablatas ab Hazaele civitates de potestate filii ipsius Benadad suæ potestati reddiderit. Ubi autem superati Syri fuerint à Joas, an in Aphec, vel alio loco, ex Scripturâ non constat, neque alibi, quod ego noverim, de hâc victoriâ triplici de Syris quicquam habemus.

CAPUT XIV.

1. In anno secundo Joas filii Joachaz, regis Israel, regnavit Amasias, filius Joas regis Juda.

2. Viginti quinque annorum erat cùm regnare cœpisset; viginti autem et novem annis regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Joadan, de Jerusalem.

3. Et fecit rectum coram Domino; verumtamen non ut David pater ejus. Juxta omnia quæ fecit Joas pater suus, fecit,

4. Nisi hoc tantùm quòd excelsa non abstulit; adhuc enim populus immolabat et adolebat incensum in excelsis.

5. Cùmque obtinuisset regnum, percussit servos suos, qui interfecerant regem patrem suum;

6. Filios autem eorum qui occiderant non occidit, juxta quod scriptum est in libro legis Moysi, sicut præcepit Dominus, dicens : Non morientur patres pro filiis, neque filii morientur pro patribus, sed unusquisque in peccato suo morietur.

7. Ipse percussit Edom in valle Salinarum decem millia; et apprehendit petram in prælio, vocavitque nomen ejus Jectehel, usque in præsentem diem.

8. Tunc misit Amasias nuntios ad Joas filium Joachar filii Jehu, regis Israel, dicens : Veni, et videamus nos.

9. Remisitque Joas, rex Israel, ad Ama-

CHAPITRE XIV.

1. La seconde année *du règne* de Joas, fils de Joachaz, roi d'Israël, Amasias, fils de Joas, roi de Juda, commença son règne.

2. Il avait vingt-cinq ans lorsqu'il commença de régner; et il en régna vingt-neuf, dans Jérusalem. Sa mère était de Jérusalem, et s'appelait Joadan.

3. Il fit ce qui était juste devant le Seigneur, mais non comme David, son père. Il agit selon tout ce que Joas, son père, avait fait,

4. Sinon qu'il n'ôta point les hauts lieux, car le peuple y sacrifiait encore et y brûlait de l'encens.

5. Lorsqu'il eut affermi son règne, il fit mourir ceux de ses officiers qui avaient tué le roi son père;

6. Mais il ne fit point mourir les enfants de ces meurtriers, selon ce qui est écrit au livre de la loi de Moïse, et selon cette ordonnance du Seigneur : Les pères ne mourront point pour les fils, et les fils ne mourront point pour les pères; mais chacun mourra pour son péché.

7. Ce fut lui qui battit dix mille Iduméens dans la vallée des Salines, et qui prit d'assaut une forteresse qu'il appela Jectéhel, nom qu'elle porte encore aujourd'hui.

8. Alors Amasias envoya des ambassadeurs à Joas, fils de Joachaz, fils de Jéhu, roi d'Israël, et lui fit dire : Venez, et voyons-nous l'un l'autre.

9. Joas, roi d'Israël, répondit à Amasias,

siam, regem Juda, dicens : Carduus Libani misit ad cedrum, quæ est in Libano, dicens : Da filiam tuam filio meo uxorem; transieruntque bestiæ saltûs, quæ sunt in Libano, et conculcaverunt carduum.

10. Percutiens invaluisti super Edom, et sublevavit te cor tuum; contentus esto gloriâ, et sede in domo tuâ : quare provocas malum, ut cadas tu et Juda tecum?

11. Et non acquievit Amasias. Ascenditque Joas rex Israel, et viderunt se ipse et Amasias, rex Juda, in Bethsames, oppido Judæ.

12. Percussusque est Juda coram Israel, et fugerunt unusquisque in tabernacula sua.

13. Amasiam verò, regem Juda, filium Joas filii Ochoziæ, cepit Joas rex Israel in Bethsames, et adduxit eum in Jerusalem. Et interrupit murum Jerusalem, à portâ Ephraim usque ad portam Anguli, quadringentis cubitis;

14. Tulitque omne aurum et argentum et universa vasa quæ inventa sunt in domo Domini et in thesauris regis, et obsides, et reversus est in Samariam.

15. Reliqua autem verborum Joas quæ fecit, et fortitudo ejus quâ pugnavit contra Amasiam, regem Juda, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

16. Dormivitque Joas cum patribus suis, et sepultus est in Samariâ cum regibus Israel. Et regnavit Jeroboam filius ejus pro eo.

17. Vixit autem Amasias filius Joas, rex Juda, postquàm mortuus est Joas, filius Joachaz regis Israel, quindecim annis.

18. Reliqua autem sermonum Amasiæ, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Juda?

19. Factaque est contra eum conjuratio in Jerusalem; at ille fugit in Lachis. Miseruntque post eum in Lachis, et interfecerunt eum ibi.

20. Et asportaverunt in equis, sepultusque est in Jerusalem cum patribus suis in Civitate David.

21. Tulit autem universus populus Ju-

roi de Juda : Le chardon du Liban envoya vers le cèdre qui est au Liban, et lui fit dire : Donnez votre fille en mariage à mon fils; et les bêtes de la forêt du Liban passèrent et foulèrent aux pieds le chardon.

10. Parce que vous avez eu de l'avantage sur les Iduméens et que vous les avez battus, votre cœur s'est élevé d'orgueil; soyez content de votre gloire, et demeurez en repos dans votre maison. Pourquoi provoquez-vous votre malheur, pour périr vous-même et faire périr Juda avec vous?

11. Mais Amasias ne l'écouta point, et Joas, roi d'Israël, marcha *contre lui*. Et ils se virent, Amasias, roi de Juda, et lui, près de Bethsamès, qui est une ville de Juda.

12. L'armée de Juda fut battue par celle d'Israël, et chacun s'enfuit chez soi.

13. Et Joas, roi d'Israël, prit dans Bethsamès Amasias, roi de Juda, fils de Joas, fils d'Ochozias, et l'emmena à Jérusalem. Il fit une brèche à la muraille de Jérusalem de quatre cents coudées de long, depuis la porte d'Ephraïm jusqu'à la porte de l'Angle;

14. Il emporta tout l'or et l'argent et tous les vases qui se trouvèrent dans la maison du Seigneur et dans tous les trésors de la maison du roi; il prit des otages, et retourna à Samarie.

15. Le reste des actions de Joas, et le courage avec lequel il combattit contre Amasias, roi de Juda, sont écrits au livre des Annales des rois d'Israël.

16. Joas s'endormit enfin avec ses pères, et fut enseveli à Samarie avec les rois d'Israël. Et Jéroboam, son fils, régna en sa place.

17. Mais Amasias, fils de Joas, roi de Juda, régna encore quinze ans après la mort de Joas, fils de Joachaz, roi d'Israël.

18. Le reste des actions d'Amasias est écrit au livre des Annales des rois de Juda.

19. Il se fit contre lui à Jérusalem une conjuration, et il s'enfuit à Lachis; mais les conjurés envoyèrent après lui à Lachis, et le tuèrent en ce lieu.

20. Ils transportèrent son corps sur des chevaux, et il fut enseveli à Jérusalem avec ses pères dans la Ville-de-David.

21. Tout le peuple de Juda prit ensuite

dæ Azariam, annos natum sexdecim, et constituerunt eum regem pro patre ejus Amasiâ.

22. Ipse ædificavit Ælath, et restituit eam Judæ, postquàm dormivit rex cum patribus suis.

23. Anno quinto decimo Amasiæ filii Joas, regis Juda, regnavit Jeroboam, filius Joas regis Israel, in Samariâ, quadraginta et uno anno.

24. Et fecit quod malum est coram Domino; non recessit ab omnibus peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel.

25. Ipse restituit terminos Israel ab introitu Emath usque ad mare solitudinis, juxta sermonem Domini Dei Israel quem locutus est per servum suum Jonam filium Amathi, prophetam, qui erat de Geth quæ est in Opher.

26. Vidit enim Dominus afflictionem Israel amaram nimis, et quòd consumpti essent usque ad clausos carcere et extremos, et non esset qui auxiliaretur Israeli.

27. Nec locutus est Dominus ut deleret nomen Israel de sub cœlo, sed salvavit eos in manu Jeroboam filii Joas.

28. Reliqua autem sermonum Jeroboam, et universa quæ fecit, et fortitudo ejus quâ præliatus est, et quomodò restituit Damascum et Emath Judæ in Israel, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

29. Dormivitque Jeroboam cum patribus suis regibus Israel et regnavit Zacharias filius ejus pro eo.

Azarias, âgé de seize ans, et il fut établi roi en la place de son père Amasias.

22. Ce fut lui qui bâtit Elath, l'ayant reconquise pour Juda, après que le roi se fut endormi avec ses pères.

23. La quinzième année *du règne* d'Amasias, fils de Joas, roi de Juda, Jéroboam, fils de Joas, roi d'Israël, commença de régner à Samarie, *et y régna* quarante-un ans.

24. Il fit le mal devant le Seigneur : il ne se retira point de tous les péchés de Jéroboam fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël.

25. Il rétablit les limites *du royaume* d'Israël depuis l'entrée d'Emath jusqu'à la mer du désert, selon la parole que le Seigneur Dieu d'Israël avait prononcée par son serviteur Jonas, fils d'Amathi, prophète qui était de Geth en Opher.

26. Car le Seigneur vit l'affliction d'Israël, qui était venue à son comble; *il vit* qu'ils étaient tous consumés, jusqu'à ceux qui étaient renfermés dans la prison et jusqu'aux derniers du peuple, sans qu'il y eût personne qui secourût Israël.

27. Et le Seigneur ne voulut pas effacer le nom d'Israël de dessous le ciel; mais il les sauva par la main de Jéroboam, fils de Joas.

28. Le reste des actions de Jéroboam, tout ce qu'il a fait, le courage avec lequel il combattit, comment il reconquit pour Israël Damas et Emath, qui avaient été à Juda, tout cela est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

29. Jéroboam s'endormit avec les rois d'Israël, ses pères, et Zacharias, son fils, régna en sa place.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — In anno secundo Joas filii Joachaz regis Israel regnavit Amasias filius Joas regis Juda. Redit jam historia ad reges Juda, quæ desierat in Joas, quem servi per insidias occiderunt, cui successit filius Amasias vir jam adultâ ætate, utpote annos natus viginti quinque, qui viginti novem annis cum potestate fuit. Qui cùm rectè oblatam sibi provinciam administrârit, longè tamen fuit, ut ad mores et sanctitatem Davidis accederet. Licet enim idola non coluerit, hoc enim est *rectum facere coram Domino,* non tamen corde perfecto, ut legimus lib. 2 Paralip. c. 25, v. 2. In hoc enim dissimilis dicitur fuisse Davidi, quia David neque supplicavit unquàm idolis, neque passus est à quoquam coli, qui in matutino, ut ipse canit Psal. 100, v. 8, *interficiebat omnes peccatores terræ, ut disperderet de civitate Domini omnes operantes iniquitatem.* At Amasias neque excelsa sustulit, quæ parentes erexerant, neque sic coluit religionem patriam et rectam, ut non defluxerit ad inanem et impiam, imò

et peregrinos deos in populum à Deo ex omnibus electum induxerit. Fuerunt quidem regni primordia recta coram Domino, ut hìc habemus, v. 3, sed ad extremum mutavit animum, et alienam religionem amplexus est, ut constat ex lib. 2 Paralip. c. 25, v. 14. Fuit autem in omnibus similis parenti Joas, qui primùm, dùm viveret sacerdos Joiada, pius fuit et patriæ religionisque zelator; eo verò mortuo, mutatus est à seipso, et Athaliæ insaniam sequi maluit quàm bonam illorum regum mentem, qui religionis custodes et vindices fuerunt.

Hæc mihi facilis videtur expositio, quia reverà tam pater Joas, quàm filius Amasias principio recti fuerunt coram Domino, ad extremum tamen turpiter defecerunt. Sed est hìc aliquid in quo attentus lector non immeritò hæreat. Nam v. 3 et 4, Amasias fecisse dicitur *juxta omnia quæ fecit Joas pater suus, nisi hoc tantùm quòd excelsa non abstulit*. Cùm autem Joas pater excelsa non abstulerit, ut legimus c. 12, v. 3, non videtur in eo fuisse dissimilis Amasias. Ego hìc hyperbaton intueor, quod in Scripturâ sacrâ infrequens non est, quod sumo ab illis verbis v. 3 : *Verumtamen non ut David*, usque ad illud, *pater suus fecit*. Quæ verba parenthesi concludo in hunc modum : *Fecit rectum coram Domino* (neque tamen secutus est Davidem, sed Joas patrem suum, quem sibi visus est exemplum vitæ proposuisse), sed in eo peccavit, nempe in regni principio, quòd cùm facere debuisset, non tamen sustulit excelsa, sed in illis permisit immolare populum. In hanc penè sententiam inclinat Abul. q. 4. (1)

(1) Vers. 2. — Nomen matris ejus Joadan. Multas rationes hìc congerit Abulens. cur in lib. Regum regibus Juda semper addantur nomina matrum, nunquàm autem regibus Israel : potissima est, quòd regnum Juda potius erat, et celebrius templo, veroque Dei cultu et Messiâ ex eo nascituro. Adde regnum Israel fuisse schismaticum et idololatricum, Juda verò legitimum et divinum.
(Corn. à Lap.)

Vers. 3. — Fecit rectum coram Domino, verumtamen non ut David. Exprimit hoc 2 Paralipom. 25, 2 : *Fecit bonum in conspectu Domini, verumtamen non in corde perfecto*. Benè cœpit, malè absolvit; Joas patrem suum imitatus est : *Juxta omnia, quæ fecit Joas pater suus, fecit*. Pietatem coluit, quare non levibus illum victoriis adversùs hostes Deus remuneratus est : verùm in superbiam, præsumptionem et idololatriam lapsus, infelicem illum exitum, quem Joas, expertus est; victus primùm ab hostibus, deinde à suis interfectus est (Calmet.)

Vers. 5. — Cumque obtinuisset regnum, percussit servos suos, qui interfecerant regem patrem suum. Quomodò à servis per insidias extinctus fuerit Joas, diximus cap. præcedenti, neque aliquid habuit prius filius Amasias,

Vers. 3, 4. — *Amasias fit ce qui était juste devant le Seigneur, mais non comme David, son père. Il se conduisit en tout comme Joas, son père, sinon qu'il n'ôta point les hauts lieux*, etc.

Il paraît quelque obscurité, et même quelque contradiction dans ces paroles de l'Ecriture. Mais elles s'expliquent aisément en cette sorte par les interprètes et par la lecture des Paralipomènes. Amasias donc *fit ce qui était juste devant le Seigneur*, c'est-à-dire, qu'au commencement de son règne, il rendit une partie de ce qu'il devait à Dieu, en ce qu'il n'adorait point les idoles. Mais ce n'était pas, dit l'Ecriture, *ainsi que David, son père*, c'est-à-dire, selon qu'il est exprimé dans les Paralipomènes, *que ce n'était pas avec un cœur parfait*. Que si l'on demande en quoi consistait cette perfection du cœur, que l'Ecriture attribuait à David, lequel cependant a été un si grand pécheur, c'est, premièrement, que le roi David ne quitta jamais le culte de Dieu, et n'adora point les idoles, comme fit depuis Amasias. Et en second lieu, quoique David soit tombé dans de grands péchés, et ait été véritablement un grand pécheur, l'Ecriture a eu dessein, comme on l'a déjà marqué autre part, de nous faire envisager principalement la pénitence, par laquelle il a renoncé parfaitement à ses crimes, et est revenu à Dieu de toute la plénitude d'un cœur parfait. Ce que le texte sacré ajoute d'Amasias, *qu'il se conduisit en tout comme Joas, son père*, nous marque qu'il imita l'inconstance de ce prince. Car, comme Joas, selon qu'on l'a vu auparavant, après avoir régné justement, tant que le grand-prêtre Joïadas vécut, consentit depuis sa mort à l'impiété de quelques flatteurs, qui l'engagèrent dans l'idolâtrie, ainsi Amasias, son fils, dégénéra de ces beaux commencements de son règne, et s'abandonna à la fin, comme on le va voir, à adorer les idoles. Les interprètes remarquent que les paroles suivantes, *sinon qu'il n'ôta point les hauts lieux*, ne se doivent pas rapporter à ce qui est dit immédiatement devant, *qu'il se conduisit en tout comme Joas, son père*, puisque Joas n'ôta point non plus les hauts lieux, où le vrai Dieu était adoré contre la défense qu'il avait faite qu'on l'adorât autre part qu'à Jérusalem, mais qu'on les doit rapporter plus haut à ce qui est dit, *qu'Amasias fit ce qui était juste devant le Seigneur, si ce n'est qu'il n'ôta point ces hauts lieux*. (Sacy.)

Vers. 4. — Nisi hoc tantum quod excelsa non abstulit. An verò illa sustulerat Joas? Nonne reliquit intacta? Quâ igitur ratione testatur Scriptura, Amasiam imitatum esse Joas patrem suum in omnibus, *nisi quòd excelsa non abstulit?* Reddi Hebræus potest : *Fecit rectum coram Domino, verumtamen non ut David pater ejus : juxta omnia quæ fecit Joas pater suus, fecit;* et in exordio regni nihil illi vitio vertendum erat, nisi hoc tantùm quòd *excelsa non abstulit*, quemadmodùm neque Joas subverterat. (Calmet.)

quàm ut paternæ cædis vindex esset. Quare cùm seipsum in regno confirmâsset, et rem tutò suscipi posse arbitraretur, pœnas exegit capitales ab illis qui in regium caput insidiosè conspirârunt. In eo se tamen moderatè gessit, quòd in occisorum supplicio conquievit furor, neque se ad posteros ulteriùs effudit : in quibus nihil videbat admissum, quod cæde aut sanguine foret expiandum. Quare observavit religiosè ac piè quod Deut. c. 24, v. 16, præscriptum est, ne filii parentûm peccata luant, sed sibi quisque sive peccet, sive justè agat, moriatur, aut vivat, neque cumuletur meritis, neque peccatis oneretur alienis. Quod item habemus in Ezechiele c. 18, vers. 20, ubi nos eâ de re pluribus.

Vers. 7. — Ipse percussit Edom in valle Salinarum. Hæc latiùs habes lib. 2 Paralip. c. 25, v. 5, ex quo necessariò nobis sumenda sunt aliqua, quæ expeditam reddent et plenam narrationem. Statuerat Amasias Idumæam, quæ sub Josaphat olim jugum excusserat, ad illud iterùm vi subactam adigere. Quamobrem è suo regno quàm maximas potuit, collegit et armavit copias; et manum non exiguam ex Israele cognato sibi populo mercede conduxit. Cùmque jam eò res esset adducta, ut in Idumæos moverentur castra, advenit vir Dei, propheta nimirùm, de numero illorum fortassè quos in suis collegiis instituit Eliseus, qui prohibuit ne sibi rex Juda aliarum tribuum adjungeret vires, à quibus Deus propter religionem jam ante proditam animum habebat alienum. Edixitque ut à Deo potiùs quàm ab humanâ manu victoriam speraret, timeretque ne dùm spem locat in viribus hominum, et in militari instructu putat sitam esse victoriam, sternatur ab hostibus, detque ambitiosi spiritûs debitas pœnas, cùm ab eo non speret, aut petat, à quo solo spectari potest certa victoria. Rex ægrè patitur perire sibi centum talenta, quæ in conducendo mercenario milite priùs expenderat; cui propheta respondet, Deo non esse difficile multò plura largiri, quare non esse cur illum ea talentorum jactura conturbet. Dimissus est ergo exercitus ex Israelitide gente conflatus, qui eâ, sic enim interpretabatur, injuriâ graviter affectus, quæ arma in Idumæos ante paraverat, in Judæorum populum, id est, in cognata viscera convertit; et occisis in eâ provinciâ tribus hominum millibus, opimas inde reportavit exuvias. Hæc ex lib. 2 Paralip.

Cùm ergo Amasias ad prophetæ jussum mercenarium dimisisset exercitum, et à Deo potiùs quàm ab humano apparatu felicem exitum speraret, movit contra Idumæos castra, quos in valle Salinarum gravi plagâ percussit : occidit enim in eo congressu decem hominum millia, et totidem ex exercitu Idumæorum ab Judæ militibus ex præaltâ rupe dejecti sunt, ut habes ex lib. 2 Paralip. c. 25, vers. 12.

Quæ sit ista vallis Salinarum, incertum est. Erat, credo, locus non longè à mari Mortuo, quod etiam Salsissimum appellatur, in quo ex aquâ salsâ toti illi tractui familiari, magna vis salis concrescebat, à quâ Salinarum sibi nomen assumpsit. In eâdem valle à Davide fuit ante pugnatum, et Idumæorum plurimùm attritæ vires, ut habes lib. 2 Reg. cap. 8, et lib. 1 Paralip. cap. 18. De valle Salinarum plura nos adduximus lib. 2 Regum 8, ad illud : *Fecit quoque sibi David nomen, cùm reverteretur captâ Syriâ in valle Salinarum.*

Et apprehendit petram in prælio, vocavitque nomen ejus Jectehèl. Quid sit hoc loco petra, incertum; fieri potest ut sibi pallantes Idumæi locum aliquem præruptum et arduum ascenderint, quò non putârunt aspirare posse victorem hostem. Sicut Judic. c. 20, v. 45, Gabaitæ, cùm hostilem impetum sustinere se posse diffiderent, *fugerunt ad solitudinem, et pergebant ad petram, cujus vocabulum est Remmon.* Et quidem rupes esse in Idumæâ arduas et inaccessas, unde se facilè evitare posse vim omnem hostilem sperabant Idumæi, habemus apud Abdiam v. 4, qui sic ad Edom : *Quid dicis in corde tuo : Quis detrahet me in terram? Si exaltatus fueris, ut aquila, et si inter sidera posueris nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus.* Idem Jeremias c. 49; vide quid nos ibi pluribus.

Quidam arcem esse putant, aut certè civitatem in sublimi montium fastigio collocatam : nam arces eo tempore nullibi meliùs habuêre sedem, quàm in arduis rupibus, ad quas aspirare nequeunt adversarii, quæ civitates à loco petræ aut saxa vocari solent. Sic in regione Moabitide civitas quædam petra deserti nominatur Isaiæ c. 16. Et fortassè quæ Judic. 20 petra dicitur, Remmon civitas erat, quam in summâ desperatione præsidio sibi elegerunt filii Benjamin. Certè constat civitatibus multis, inditum esse petræ nomen ab arduo sive petroso situ. Vide Abrahamum Ortelium in Thesauro locorum. A petrâ nomen sibi sumpsit Tyrus Hebr. צור *sor*, quod petram valet.

A *sor* sanè apud Hispanos arx quædam Sorita nuncupatur, quæ non procul à Compluto ad Tagi ripam ædificata fuit.

Ex hâc rupe dejecti sunt Idumæi, ita ad terram graviter afflicti, ut viscera disruptis ilibus effuderint, ut habes lib. 2 Paralip. c. 25, vers. 12; quæ petra, sive arx Jectehel ex eo tempore vocata est, sive ab illo, qui in eam primus ascendit, sive ab stridore dentium; id enim vox valet Hebraica, quia præ metu atque horrore montis, stridorem dentium passi sunt Idumæi. Stridor autem dentium in Scripturâ aut angorem animi, aut gravem doloris acerbitatem significat.

Ex hâc victoriâ id accidit homini impio, et plus satis suis viribus atque industriæ tribuenti, ut idolorum monstra, quæ coluerunt Idumæi, et ipse coleret, et populo suo adoranda proponeret, quasi si illorum beneficio victoriam illam obtinuisset quæ ipsius animum tam insipienter et vehementer inflaverat. Ita apertè lib. 2 Paralip. c. 25, vers. 14 : *Amasias verò post cædem Idumæorum, et ablatos deos filiorum Seir* (hic est Edom, seu Esaü) *statuit illos in deos sibi : et adorabat eos, et illis adolebat incensum.* Quâ in re parentis sui Joas vivam quamdam imaginem expressit. Ut enim ille pius in regni principio fuit, deinde idolorum non solùm cultor, sed etiam patronus, et quodammodò antistes, ut habemus lib. 2 Paral. c. 24, v. 12, sic etiam Amasias, cùm priùs pietatem coleret, et prophetæ verbis obsequeretur non gravatè, ad extremum à verâ religione, et à bonâ mente transfuga, Idumæorum sacra complexus est. Deinde statim additur à Domino graviter in Amasiam offenso missum esse prophetam qui regis tam impium scelus exprobraret. Cui rex jam alius à seipso molestum consiliarium vocat, monetque ne ulteriùs progrediatur exprobrando, et si odiosus esse pergat, mortem minatur. Cui propheta discedens ait, à Domino severo vindice decretam esse mortem, et quia tam impium admisisset facinus, et prophetam ab ipso legatum, tam superbè, atque ignominiosè repulisset.

VERS. 8. — TUNC MISIT AMASIAS NUNTIOS AD JOAS, etc. VENI, ET VIDEAMUS NOS (1). Angusti est et infirmi animi, si quid ex voto à bonâ fortunâ contingat, efferri immoderatè, atque ita sibi in posterum secunda promittere, ut nihil sibi adversi metuendum putet. Eos verò qui

(1) *Alors Amasias envoya des ambassadeurs vers Joas, roi d'Israël.* Il paraît qu'Amasias, enflé de l'heureux succès de ses armes dans la guerre qu'il avait faite contre les Iduméens, au lieu d'en donner la gloire au Dieu d'Israël, se l'attribua à lui-même, et commença à regarder les autres princes avec mépris. Il s'abandonna d'abord à l'impiété, et sans faire réflexion que les dieux des Iduméens ne les avaient pu sauver, comme le prophète le lui reprocha, il tomba dans le même aveuglement que saint Augustin reprocha depuis aux Romains, de reconnaître et d'adorer pour ses dieux ceux qui venaient d'être en quelque façon vaincus avec les peuples qui les adoraient. Cette impiété le rendit ensuite sourd aux remontrances du prophète, et tombant d'un précipice en un autre, non seulement il menaça de tuer celui qui lui parlait de la part de Dieu, mais, par un effet étonnant de l'orgueil dont il était possédé, il fit sans raison un défi public au roi d'Israël, voulant le combattre, et ne croyant pas que nul homme pût lui résister. Telle est la folie de l'orgueil humain, qui porte ceux qu'il possède, à ne plus envisager ni Dieu, ni eux-mêmes, à perdre de vue le néant de la créature, et la puissance infinie du Créateur, et à se précipiter par leur propre volonté dans leur perte, lorsqu'ils ne pensent qu'à faire périr les autres. La réponse que Joas, roi d'Israël, fit à Amasias, était encore plus remplie d'orgueil que la députation d'Amasias. Car, dans cette parabole ou figure dont il se servit, selon la coutume assez ordinaire des Hébreux, pour répondre au défi public qu'il lui avait fait, et le détourner en même temps d'une entreprise également téméraire et inutile, il se comparait, dit un ancien Père, à un cèdre du Liban, c'est-à-dire, à l'arbre le plus élevé et le plus superbe, et Amasias à un chardon c'est-à-dire, à une des herbes les plus méprisables, et qui était tout-à-fait indigne d'être comparée au cèdre. Dieu se sert ainsi de l'orgueil d'un prince pour punir l'orgueil d'un autre prince, les condamnant néanmoins tous deux comme des objets de sa colère, et ne pouvant, selon la parole du plus humble de tous les rois, regarder que ceux qui sont humbles et rabaissés devant lui, *quoniam humilia respicit, et alta à longè cognoscit.* Ce qu'il y a d'étonnant encore dans cette histoire, c'est que le roi d'Israël, ayant fait tout son possible pour détourner ce roi de Juda de le venir attaquer sans aucun sujet, et agissant en cela avec toute la prudence d'un grand prince, qui cherche plutôt à donner la paix à son peuple, et à vivre en paix avec ses voisins, qu'à se signaler par des victoires dont il se tient assuré, Amasias, sans rien écouter, et sans suivre d'autre mouvement que celui de sa fierté, le força d'en venir à un combat qui devait être la ruine de sa fortune et de son royaume ; tant il est vrai que l'homme livré par l'orgueil à l'aveuglement de son cœur, n'est plus capable que de se perdre lui-même par un effet de cette folie et de cette frénésie volontaire, dans laquelle il s'est engagé, qui le rend en apparence plus fort que les autres, mais d'une force, comme dit admirablement saint Augustin, qui vient de la violence de sa maladie, et non de la santé de son corps. *Illi viderint quàm fortes sint immanitate febris, non firmitate sanitatis.* Il n'est rien, dit-il, de plus

tali sunt animo, secundæ res non modò insolentes, sed etiam fatuos et insipientes reddunt. Hæc autem vesania tum in aliis studiis atque consiliis perniciosa est, tum in rebus bellicis perniciosissima. Quâ de re gravissima sunt non apud profanos solùm, sed etiam apud sacros documenta. Tu plura invenies, quia obvia sunt. De Catone apud Gellium hoc habemus dignum tanto imperatore consilium lib. 7, c. 3 : « Scio, inquit, solere plerisque « hominibus secundis, atque prolixis, atque « prosperis animum excellentem, atque superbiam, atque ferocitatem augescere, atque « crescere, quod nunc mihi magnæ curæ est, « quòd hæc res tam secundè processerit, ne « quid in consulendo adversi adveniat, quod « nostras secundas res confricet, neve hæc « lætitia nimis luxuriosè eveniat. Adversæ res « se domant, et docent quid opus sit facto; « secundæ res lætitiâ transversum tendere « solent à rectè consulendo atque intelligendo. « Quo majori opere dico, suadeoque uti hæc « res aliquot dies proferantur, dùm ex tanto « gaudio in potestatem nostram redeamus. » Idem penè apud Livium lib. 45, Paulus consul : « In secundis, inquit, rebus, nihil « quemquam superbè ac violenter consulere « decet, nec præsenti credere fortunæ, cùm, « quid vesper ferat, incertum sit. Is demùm « vir erit, cujus animum nec prospera flatu « suo efferent, nec adversa infringent. » Quod optimâ similitudine explicuit Plutarchus in vitâ Luculli : « Non est, inquit, multorum vim « ferre, neque vulgaris animi in magnis suc« cessibus non exire de potestate. » Exierat planè novâ victoriâ temulentus de potestate suâ rex Amasias, et, ut ebrius solet, fingebat sibi successus novos, et victorias majores, quas sic certâ expectatione devorârat, ut hostem otiosum, et illo longè eo tempore potentiorem ultrò lacesseret; id enim valet illud : *Veni, et videamus nos.* In quo neque ulcisci voluit illatas injurias, neque bello repetere quod foret ablatum, sed tantùm experiri quantùm viribus posset, et militari scientiâ, quæ in se omnia summa esse sibi persuaserat, ex quo Idumæorum colla ferro domuit.

Veni, et videamus nos. Ludicræ in theatris ostentandi roboris gratiâ conserunt pugnæ, qualem ineunt gladiatores et athletæ, et qualem iniisse videntur robusti illi adolescentes, qui ex exercitu Joab et Abner in certamen prodierunt, lib. 2 Reg. c. 2, quorum pugna ludus appellatur. Sic enim ibi Abner v. 14 : *Surgant pueri, et ludant coram nobis.* Id omninò voluit Amasias, cùm ad certamen evocavit regem Israel, ut ex majore hoste superato, illustrius sibi nomen compararet. Quod ex eo liquet, quia si aliquid aliud ex eo congressu sibi proposuisset Amasias, securum potiùs et imparatum aggrederetur regem Israel quàm admonitum priùs, et quasi ex condicto evocatum in stadium. Hoc enim valet, *videamus nos.* Quem dicendi modum in lacessendo puto Hebræis esse familiarem. Sic sanè loquitur Hispanus : *Veamo nos en tal lugar;* deinde, quia hoc apertè intellexit Joas, cùm Amasiæ respondit, ut suas vires expenderet quæ infirmiores erant, quàm quæ possent belli, ad quod provocabat hostem, pondus sustinere. Id enim valet parabola cedri et cardui, de quâ mox; quam his verbis explicuit Joas : *Percutiens invaluisti super Edom, et sublevavit te cor tuum in superbiam; contentus esto gloriâ, et sede in domo tuâ.* Lib. 2 Paralip. c. 25, v. 16, paulò aliter : *Dixisti : Percussi Edom, et idcircò erigitur cor tuum in superbiam.* Quare amicè et humaniter admonet, ut minùs de se magnificè sentiat, et quamdiù licet otio fruatur et pace, neque hostem suscitet quiescentem, neque sibi ac populo ordiatur malum.

Hæc mihi visa sunt non improbabilia, sed placet magis quod Josephus putat lib. 9 Ant. cap. 10, cui subscribit Abulens. q. 10, et Histor. Scholast. Dicit enim voluisse Amasiam, cùm plurimùm armis se posse confideret, decem tribus, quæ à parentûm suorum Davidis ac Salomonis dominatu defecerant, imperio suo rursùs adjungere. Quâ de re conventum voluit Joas, illumque ad se venire jussit, ut de re tantâ opportuno loco ac tempore transigerent. Quod fuit verisimile, quia non videbatur rex coacto concilio de vanâ virium ostentatione deliberaturus, in quâ nihil videbatur agi, quod foret ad usum communem. At senatum eâ de re deliberâsse ex eo constat, quia c. 25 2 Paralip. v. 17, dicitur : *Amasias rex Juda, inito pessimo consilio, misit ad Joas,* etc.

Vers. 9. — Carduus Libani misit ad cedrum. Hæc Hebræorum videtur esse parœmia, seu apologus, quo inæqualitas significatur eorum quorum dissimillimum est ingenium, potestas et mores; quorum amicitia stabilis esse

fort que ces malades. Ils sont plus forts que les sains mêmes. Mais plus leurs forces sont grandes, plus leur mort est proche. *Freneticis nihil fortius : valentiores sunt sanis; sed quantò majores vires, tantò mors vicinior.* (Sacy.)

non solet neque fida, cùm ille qui infirmus est, facilè à potentiore conculcetur, spolietur ac pereat. Unde natum proverbium, incertum est. Rabbinus Salomon, ut refert Lyra, ortum putat ex nuptiis Dinæ, filiæ Jacob, et Sichem, filii Hemor, quæ et novo sponso, imò et civitati toti perniciem attulerunt. Sed est accommodatio dura, ne dicam inepta. Ego puto cum Abulensi q. 12, tunc primùm excogitatam à Joas, juxta Syrorum, Palæstinorumque consuetudinem, quibus familiare est, ut Hieronymus docet in cap. 18 Matth., ad omnem sermonem adhibere parabolas, quam dicendi formam servavit Christus, ut ad vulgarem usum sermonem suum attemperaret. Significavit autem Joas nequaquàm futurum utilem Amasiæ congressum illum, quem optabat, quocumque illum modo interpretere. Optabat Amasias aliquid majus quàm ipsius statum et tenuitatem decebat, non aliter ac si carduus ita velit cum cedro amicitiam vel affinitatem contrahere, ut primum in eâ conjunctione locum teneret, sicut vir uxore in nuptiali nexu superior est. Neque enim Joas sine causâ filium cardui cum cedri filiâ conjugali fœdere conjungit. Bestiæ porrò Libani stant magis pro cedro, cujus ad umbram stabulantur, quàm pro carduo, ex quo neque capiunt, neque capere posse videntur utilitatem ullam; quemque pedibus assiduè calcant, et ita proterunt, ut neque vivere sinant, neque sursùm attolli.

Apologum inductum à Joas, sic ad Amasiæ consilium, et statum rerum præsentem accommodo. Si priorem Amasiæ consilii explicationem probes, quæ dicit illum ex magni hostis certamine gloriam quærere, hæc erit accommodatio non incommoda, errare nimirùm Amasiam, si velit cum rege Israel certamen inire, et majora tentare quàm assequi vel sustinere possit, quemadmodùm insanus judicaretur carduus, si cedrum Libani lacesseret, aut ad illius proceritatem aspiraret, quod tunc videretur tentâsse carduus, cùm filiam cedri filio suo despondere vult; matrimonium enim, aut æquales invenit conjuges, aut æquales facit. Imò vir in conjugio superior est uxore, qualis Amasias videri vult, dùm victoriam sibi ex eo certamine promittit. Latini aliter explicant hunc disparem congressum, aut provocationem, cùm leonem ab hinnulo, equum à testudine, ab scarabeo aquilam, lusciniam à picâ provocari dicunt ad pugnam, ad cursum, ad volatum, ad cantum. Uti autem, si quid esset mentis in belluis, illæ ferrent iniquissimè impudentiam cardui, qui eos sibi assumpsisset spiritus, ut videri vellet cedro superior: et ideò cum offensione et stomacho conculcarent carduum, et si fieri posset ab imis evulsum radicibus exterminarent è Libano, sic regis Israel servi viri fortes et nobiles stomachabundi non solùm à regno, sed etiam è vivis Amasiam ejicerent.

Si verò secundam explicationem probes, quæ Amasiæ consilium illud esse vult, ut decem tribus, quas olim Jeroboam à Davidicâ familiâ distraxit, ad camdem familiam rursùs adjungeret, optimè accommodari potest inductus apologus. Vult rex Juda regem Israel suæ potestati subesse, quod optimè in viro significatur, cui uxor subest et tota familia; id meditabatur Amasias, dùm in illo metaphorico ac proverbiali connubio superiores partes habere studet, dùm patrem illius regiæ familiæ filium suum, matrem verò familiâs filiam Joas. Id verò perinde est ac si carduus, vilis atque spinosa planta, cedris velit leges et jura præscribere, qualia maritus indicit novæ nuptæ, ut pluribus ostendimus in nostris Commentariis super Cantica, ad illud c. 8: *Ibi me docebis.* Amasiam igitur amicè atque prudenter admonet Joas, ut iterùm atque iterùm quid agere moliatur, consideret, et satis se habere putet gloriæ, quòd ex Idumæâ superatâ retulerit exuvias, neque committat, dùm viribus suis majora aggreditur, ut honoris sui labem, et fœdam regni jacturam sustineat. Porrò quantùm in apologis et fabulis contineatur sapientiæ et quàm illæ longè sint à mendacio, docet August. lib. contra mendacium c. 13, ubi illius Apologi meminit, de quo Judic. cap. 9, qui huic nostro quamsimillimus est. (1)

Vers. 11. — Et non requievit Amasias, ascenditque Joas rex Israel, et viderunt se. Perinde atque si ab hoste datum esset, consilium illud optimum abjecit Amasias. Cùmque duriùs respondisset quàm regis Israel humanitas merebatur, et persequi se velle diceret cogitata, ascendit Joas ad urbem Bethsames, vel ut Amasiam ad meliorem mentem traduceret, vel, si in eodem obstinâsset consilio, pertinacem animum, quicquid illud esset, quod Amasias sibi proposuisset, ferro transigeret. Quare venit quàm optimè potuit armis

(1) Vers. 10. — Contentus esto gloria, et sede in domo tua. Hebræus ad litteram: *Gloriare et sede in domo tuâ.* Fruere victoriâ tuâ, camque apud te privatus repete ad voluptatem, sed ne alios turbes. (Calmet.)

instructus, utpote provocatus, et cùm decerni nihil disceptando posset, res ad arma vocatur. Et brevi rex Amasias, et populus Juda sic fuit durè ab Israele vexatus, ut quisque nonnisi in fugâ salutem suam servandam putaret. Captus fuit autem Amasias, et ductus Hierosolymam, quam victor occupavit Joas, dirutisque magno spatio mœnibus, ad quadringentos nempe cubitos, quidquid pretiosum fuit in templo ac domo regiâ, Samariam abduxit. (1)

Vers. 14. — Et obsides (2). Incertum est quinam fuerint hi obsides, ex Israelene an ex Judâ; id est, an quondam reges Juda filios acceperint principum Israel, qui obsides essent servandi fœderis quod decem tribus cum duabus aliis iniissent, quos secum Joas, urbis civiumque potitus, in Samariam reduxit, reddiditque parentibus, et hoc indicat quod lib. 2 Paralip. c. 25, v. 24, dicitur : *Necnon et filios obsidum reduxit in Samariam*. Quæ verba indicant jam olim ab decem tribubus datos obsides, quorum tunc Hierosolymæ posteri supererant. An potiùs cùm ampla inde retulit spolia, civitatemque antiquis possessoribus reliquit, ne postea bella moverent nova, aut conturbarent, quæ ipse victor statuisset, accepit obsides, principum nempe filios, quos apud se retinuit in Samariâ, et hoc videtur potius. Ut enim civitatis munimenta magnâ ex pietate diruit rex Israel, ne locus munitus audaciam aleret civibus, sic etiam obsides accepit, ut cives à rerum novarum studio deterreret, seu, ut mihi videtur non improbabile, ne rursùs instaurarent disrupta mœnia, quæ ipse, ut infirmaret adversarii vires, et audaciam frangeret, latè subverterat.

Vers. 15. — Reliqua autem verborum Joas, quæ fecit, et fortitudo ejus, qua pugnavit contra Amasiam regem, etc. Liber, ex quo Joas bello præclarè gesta petere possemus, jam interiit. Sed ex hoc loco non obscurè colligitur egregium aliquod dedisse suæ fortitudinis documentum, cùm pugnavit contra Amasiam, qui aliquandiù videtur restitisse, occasionemque dedisse regi Israel, ut quo polleret robore, quantâ esset prudentiâ præditus, posteris ostenderet. Ex quo nonnulla contra Josephum conjectura sumitur, qui negat Joas cum Amasiâ conseruisse signa, sed territum illius exercitum, antequàm ventum esset ad manus, aliò atque aliò fugâ fuisse dilapsum. Sic autem lib. Ant. c. 10 : « Ubi in « conspectum hostium venit, instructâ utrin« que acie, tantus repentè pavor et consternatio « divinitùs milites ejus invasit, ut priusquàm « manus consererent, jam terga verterent. » Vide quomodò in hâc hostium consternatione spectari potuerit illa fortitudo quam textus sacer indicat esse non vulgarem. Deinde subdit : « Joas Amasiæ mortem minatus est, nisi « efficeret, ut Hierosolymitæ apertis portis se « cum victore exercitu admitterent. » (1)

(1) Vers. 13. — Interrupit murum Hierusalem a porta Ephraim usque ad portam anguli, quadringentis cubitis. Dejectorum à Joas mœnium nonnisi trecentos cubitos Josephus demetitur; additque, Joas victorem per eum hiatum in urbem curru vectum, Amasiam captivum more triumphantis traxisse. Porta Ephraim patebat circa medium longitudinis lateris occidentalis mœnium Hierosolymæ; et porta Anguli sita erat in angulo quo latera occidentale et meridionale conjungebantur. (Calmet.)

Amasiam vero regem Juda, etc., cepit Joas rex Israel. Ecce hìc impletur apologus Joas : sic enim merentur puniri, qui alios bello lacessunt. Sic videmus non rarò eos qui alios provocant ad duellum, in eo succumbere et occidi, Deo eorum audaciam et superbiam castigante. (Corn. à Lap.)

(2) Hebræus hìc et in Paralipomenis : *Tulit filios arrhabonum*. Chaldæus : *Filios magnatum*. In Paralipomenis interpretes longiùs adhuc recedunt à sensu Vulgatæ. Septuaginta : *Filios commixtionum*. Innuunt illi facilè vulgum, quæ et interpretatio est Syriaci et Arabici. (Calmet.)

Il prit des otages, et retourna à Samarie. C'est-à-dire que Joas, roi d'Israël, ayant rendu Amasias tributaire, voulut emmener avec lui, lorsqu'il retourna à Samarie, quelques Juifs des principales familles, pour lui servir d'assurance de la fidélité du roi de Juda. Que si l'on demande d'où vient que Joas, qui avait ce prince en sa puissance, lui redonna si facilement la liberté, et ne pensa point à s'emparer de son royaume, dont il était maître alors, tenant en ses mains sa personne, tous ses trésors et sa ville capitale, et pouvant très-aisément réunir les deux royaumes, ainsi qu'ils l'avaient été du temps de David et de Salomon, il semble qu'on ne peut douter que la raison n'ait été uniquement du côté de Dieu, qui voulait faire accomplir les prophéties touchant le royaume de Juda et la race de David, d'où devait naître celui qu'il avait résolu d'envoyer, comme le Sauveur *et l'attente* des nations. Ainsi le Seigneur, étant sans comparaison plus maître du cœur de Joas, que Joas lui-même ne l'était alors de Jérusalem et d'Amasias, arrêta, selon les conseils de son éternelle providence, les desseins ambitieux qu'aurait pu, et qu'il semble même qu'aurait dû avoir ce prince, lui permettant seulement d'accomplir sa divine volonté, par l'humiliation si terrible qu'il procura au roi de Juda, comme le ministre et l'instrument de la justice de Dieu contre lui. (Sacy.)

(1) Vers. 17. — Vixit autem Amasias, etc., postquam mortuus est Joas viginti quinque annis. Corrige cum Roman., Chald. et Septuag.,

VERS. 18. — RELIQUA AUTEM SERMONUM AMASIÆ, NONNE SCRIPTA SUNT, etc. Non longè post hanc victoriam decessit Joas rex Israel, cui superstes fuit Amasias annis quindecim. Quo tempore illum aliqua, eaque non pauca gessisse, indicant verba nuper posita; quæ talia videntur fuisse, qualia expectari poterant ab illo qui veram et patriam religionem ejurâsset, et amplexus esset falsam atque gentilicam. Alioqui non fuisset contra illum Hierosolymæ facta conjuratio, neque ipse compulsus esset ex urbe excedere fugiendo in Lachis, in quâ tamen effugere non potuit exitium, quod declinare voluit. Eò enim convolârunt, qui in illius caput conspirârant, ac tandem ferro confecerunt, unde relatus est Hierosolymam, et ibi in civitate Davidis in paterno sepulcro tumulatus. Rationem quæ conjurationem illam excitavit, hanc putat esse Lyra, quia graviter dolebant Solymitani cives propter regis superbiam omninò fatuam suam sibi civitatem, quam amabant plurimùm, deformatam esse, spoliatam videlicet maximis ornamentis atque divitiis, compilatum templum, nudatam à murorum munitione civitatem, abactos obsides, denique civitatem provinciarum principem quodammodò factam sub tributo. Hæc igitur consideratio adegit cives patriæ amantes, ut tot malorum pœnas ab illo expeterent, cujus causâ exhaustam videbant, et ab antiquo munimento nudatam civitatem.

Hìc nobis explorandum est, quod diù malè torsit doctorum hominum et sanctorum ingenia, neque dùm res ita est expedita, ut non aliquid prætereà requirat curiosus lector, in quo possit acquiescere, quod cùm non inveniat, suo jure à sacrarum litterarum interprete studium exigit et laborem, ut si quam invenire lucem possit, illam præferat huic obscurissimo et difficillimo loco. Primùm observant omnes penè, quotquot in Matthæum scholia, aut commentarios ediderunt, in hâc generationum serie tres à Matthæo omissos esse reges, quorum vitam et gesta nuper exposuimus, nempe Ochoziam filium Joram, et hujus filium Joas, ac tandem Amasiam, de quo proximè. Deinde observant Oziam dici ab Evangelistâ genitum à Joram, cùm tamen, ut ex hoc constat capite, et 2 Paralip. cap. 2, v. 1; et lib. 1, c. 3, v. 12, genitus dicatur ab Amasiâ. Porrò qui Ozias vocatur hìc et apud Matthæum, idem aliis locis vocatur Azarias. De Jechoniâ et fratribus, qui orti dicuntur à Josiâ in transmigratione Babylonis, alia quæstio est, quæ etiam à nobis necessariò expedienda est, cùm ex his salebris emerserimus.

quindecim annis, uti habetur 2 Paral. 25, 25. (Corn. à Lap.)

Quod ad priorem quæstionem pertinet, plerique cum Hieronymo sentiunt Matthæum in tres tessaradecades omnes generationes ab Abrahamo ad Christum includere voluisse, et cùm illa partitio non caperet omnes, omisisse tres reges; neque cur id faceret, defuisse causam, quia se Jezabelis impiissimæ feminæ sanguini miscuerunt. Sic autem ibi Hieronymus: « Cernis quòd secundùm fidem historiæ tres « reges in medio fuerint, quos hìc Evangelista « prætermisit, Joram quippe non genuit Oziam, « sed Ochoziam, et reliquos, quos enumeravi- « mus; verùm quia Evangelistæ propositum « erat tres tessaradecades in universo tempo- « rum statu ponere, et Joram generi se mis- « cuerat impiissimæ Jezabel, idcircò usque ad « tertiam generationem ejus memoria tollitur, « ne in sanctæ nativitatis ordine poneretur. » Cum Hieronymo sentiunt plures alii, S. Thom., Jansenius, c. 6 Concord., Mariana, Barradas tom. 5, c. 12; et quoad tessaradecades Salmeron tom. 2, tract. 27; Abulens. q. 17, quoad trium regum peccata Hilarius, omnes in cap. 4 Matth. Dicunt autem horum aliqui, ideò tres hosce reges fuisse omissos, quia propagati fuerant ex semine Achab, cui Deus per Eliam comminatus fuerat, 3 Reg. c. 21, v. 21, se universam illius domum funditùs deleturum. Universa porrò domus tunc deleta dici potuit, cùm ad quartam generationem eversa aut obscurata est. Et sanè parentûm peccata ad quartam usque generationem puniri solent. Sic sanè Deus Exod. c. 20, v. 5: *Ego sum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, visitans impietatem patrum in filios in tertiam et quartam generationem.* Et sicut propter zelum et obedientiam quâ Jehu delevit domum Achab, usque ad generationem quartam, ex illius genere reges esse voluit in Israel; sic è contra propter scelus Achab tres generationes Deus ex catalogo regum Judæ, et ex genealogiâ Christi expunctas esse voluit.

Rupertus lib. 1 in Matth. c. 4, ideò tres hosce reges ex lineâ hâc nobilissimâ excidisse putat, quia prophetas Domini audire noluerunt. Joas etenim Zachariam occidit filium Joiadæ, 2 Par. c. 24, et Amasias, c. 25, prophetam alium proposito capitis periculo silere fecit. Alii ex Philonis Breviario temporum, in Ochoziâ præcisam esse dicunt Salomonis lineam, et quotquot

deinde successêre, filios esse Nathan. Philonem secuti sunt è junioribus multi, in quibus est Joannes Annius, et Joannes Lucidus. Philo tamen ille suppositus esse creditur ab Annio : certè illius fides levissima est. Istæ duæ explicationes curioso lectori non satisfaciunt, nam neque soli reges illi audire noluerunt prophetas, aut etiam occiderunt, cùm à Manasse dissectus serrâ tradatur Isaias, et alii prophetæ ab aliis regibus minis fuerint à prophetando deterriti, qui tamen in hâc regiâ serie locum habent. Neque præterea omnes qui omissi fuerunt, aliquid contra Domini prophetas ausi sunt. Quid enim Ochozias unquàm in prophetas? Illud de stirpe Salomonis in Ochoziâ præcisâ refutant multi, Canus lib. 11 de Locis, et Salmeron lib. 2, tract. 27.

Ratio prima quæ Hieronymo placuit, quamque frequenter alii complexi sunt, non omnibus satis videtur soluta. Primùm, quia si propter peccata, aut propter genus cum Achab et Jezabele commune è Christi genealogiâ tres illi reges exciderunt, eradi etiam debuêre complures, qui multò magis aut coluerunt idola, aut seipsos peccatis contamināřunt. Sanè Joram Ochoziæ pater nihilò magis pius fuit quàm quilibet eorum qui omissi sunt, de quo supra, cap. 8, v. 18, dicitur : *Ambulavit in viis regum Israel, sicut ambulavit domus Achab : filia enim Achab erat uxor ejus.* Quòd si generi Jezabelis se admiscuisse illius ignominiæ causa fuit, multò severiùs puniri debuit rex Joram, qui filiam Jezabelis Athaliam duxit uxorem, imò et pater illius Josaphat, qui illius connubialis vinculi auctor fuit, de quo lib. 2 Par. 18, v. 1 : *Affinitate conjunctus est Achab.* Quare hæc ratio parùm videtur esse firma, quam non probat Maldonatus super c. 3 Matth., et Salmeron, supra.

Neque præterea satisfacit, quod cum Hieronymo sentiunt aliqui non pauci, sublatos esse reges illos, quia in tres tessaradecades cogi non poterant, in quas fuerat Evangelista partitus Christi generationes. Quid enim in tessaradecade mysterii tantùm est, ut propter hunc numerum à Christi stirpe expungi debuerint quos fuisse constat Christi progenitores? Aut cur Evangelista accommodare potiùs debuit ad numeros ante mente conceptos, generationes ex quibus Christus secundùm carnem genus derivat suum, quàm contra numeros illos ad generationes, ex quibus probare voluit Christi natales? Potuisset meliùs, si in tres partes partiri voluisset Christi generationes, non tessaradecades, sed pentadecades, constituere, ne qua generatio redundaret. Quare hæc ratio valdè infirma est. Quòd si quid solutiones hæ duæ habent ponderis, magis est ab auctorum gravitate et numero, quàm à rationum momento.

Ego quid hìc afferam opportunum, nihil habeo, in quo mihi ipsi satisfaciam ; cupio tamen ab aliis aliquid afferri, quod nodum expediat, et ita satisfaciat curiosorum hominum studio, ut nihil præterea desiderent ; quod lubens accipiam gratusque. Cogitabam tamen solutionem aliam, quæ minùs mihi videbatur difficilis ; quam ita proponam, ut nihil affirmem, sed lectori pio ac docto expendendam ac judicandam relinquam. Priusquàm aggrediar, nonnulla mihi præmittenda sunt, quæ me in eam cogitationem induxerunt, quæ etiam ab aliis explorari atque censeri studeo, quia non tantùm ingenio meo atque labori arrogo ut aliorum judicium, censuramque detrectem.

Primùm est, in Bibliis vulgatis, et fuisse multa, et nunc etiam esse non pauca, quæ scriptorum ac librariorum incuriâ sensim irrepserunt, quæ mutata sunt et correcta à Sixto, et multa etiam relicta, quæ cùm mutanda viderentur, consultò tamen relicta. Sic enim habemus in quâdam præfatione ad sacra Biblia maximorum pontificum imperio correcta : « In « hâc, inquit, pervulgatâ lectione, sicut non- « nulla consultò mutata, ita etiam alia, quæ « mutanda videbantur, consultò immutata « relicta sunt : tùm quòd ita faciendum esse « ad offensionem populorum vitandam, sanctus « Hieronymus non semel admonuit ; tùm, quod « facilè fieri posse credendum est, ut majores « nostri, qui ex Hebræis et Græcis Latina fece- « runt, copiam meliorum et emendatiorum li- « brorum habuerint, quàm hi qui post illorum « ætatem ad nos pervenerunt, qui fortassè tam « longo tempore identidem describendo minùs « puri atque integri evaserunt. » Ex quibus verbis habemus duo, et adhuc superesse aliqua, quæ mutanda videbantur, quæ tamen, ut Hieronymus admonuit, ad evitandam populi offensionem mutata non sunt ; et quòd incuriâ describentium minùs essent puri atque integri sacri codices, id quod ad nostram cogitationem plurimùm facit. Sanè Hieronymus in Scripturâ sacrâ, quam nunc etiam habemus, librariorum incuriam deprehendit, ut Isai. c. 32, de quo statim, et Matth. c. 1, cùm ageret de Jechoniâ, qui in Christi genealogiâ ponitur.

Secundò observo descriptores librorum, vocum aut litterarum similitudine sæpè fuisse deceptos. Sic Canus lib. 11 de Locis, ubi varia in numeris observat errata transcriptorum incuriâ, qui decepti similitudine notarum, quibus varii significantur numeri, unum numerum pro alio supposuère. Contingit autem sæpè, ut una dictio à descriptore prætereatur, quia alia similis illi conjuncta est. Exempla occurrunt plura; tu pauca accipe. Ad Hebr. c. 12, v. 2, communiter legimus : *Proposito sibi gaudio,* cùm tamen juxta Græcos codices legendum sit : *Pro proposito sibi gaudio.* Græcè enim legimus ἀντὶ προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς. Ita legunt Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, OEcumenius; quia ergo conjuncta fuerunt *pro* particula, et *pro* iterùm in participio *proposito,* alterum à parùm attento et festinante descriptore relictum est. Et c. 5, v. 11, sermo ante correctos Latinos codices, *interpretabilis* dicebatur, cùm tamen dicendus esset *ininterpretabilis;* sic ad Roman. 11, *investigabiles* dicuntur *viæ Domini,* pro *ininvestigabiles;* conjunctio geminati *in,* fecit ut alterum descriptor omitteret. Sic Psalm. 118 legimus : *Præveni in maturitate,* pro *in immaturitate,* id est, in tempore nondùm opportuno.

Hoc ipsum contingit aliquando, cùm in eâdem clausulâ, imò cùm in diversis, vox aliqua repetitur quæ interdùm descriptorem properantem decipit, ita ut quæ intermedia sunt, transiliat incautus. Docuit hoc Hieronymus ad illud Isaiæ cap. 42 : *In veritate educet judicium.* Quem locum ita citat Matthæus c. 12, ut mediam clausulam aut omiserit, aut omisisse videatur. Sic ibi Isaias, post alia quædam non pauca, quæ etiam in eodem loco retulit Matthæus : *Calamum quassatum non conteret, et linum fumigans non extinguet. In veritate educet judicium; non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terrâ judicium, et legem illius insulæ expectabunt.* Matthæus hæc omnia repetit, tantùm omittit illa : *Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terrâ judicium.* « Hoc, « inquit Hieronymus, Matthæus Evangelista « non posuit, sive inter *judicium* et *judicium* me« dia scriptoris errore sublata sunt. » Clariùs idem ad Algasiam q. 2, cùm de hâc ipsâ re iterùm disputaret : « Videtur, inquit, mihi acci« disse primùm scriptoris errore, qui legens « superiorem sententiam in verbo judicii esse « finitam, putavit inferioris sententiæ ultimum « verbum esse judicium, et pauca verba, quæ « in medio, hoc est, inter judicium et judi« cium fuerant, prætermisit. » De hoc iterùm nobis agendum est, cùm de Josiâ et illius filiis in hâc ipsâ Servatoris prosapiâ instituetur sermo.

Tertiò observandum, quando numerus naturâ suâ perfectus est, ut in decades, hecatondadas, chiliadas, aut miriadas complet, seu hominum electione atque instituto, ut si magnus aliquis numerus in ogdoadas, enneadas, pentadecades, et sicut hoc in loco tessaradecades distribuatur, rationem non haberi illius numeri, qui parùm aut excedit numerum perfectum, aut ab illo deficit. Genes. c. 35, v. 26, duodecim numerantur filii Jacob, et in his Benjamin, et hi omnes nati dicuntur in Mesopotamiâ, cùm tamen constet Benjamin natum in Ephrata. Sicut duodecim filii Jacob, qui numerus propter illustres illos patriarchas perfectus erat, nati dicuntur in Mesopotamiâ, licet undecim nati tantùm ibi; sic etiam quia idem numerus in Apostolis illustris erat, licet ex illo numero excidisset Judas, et tantùm essent undecim usque ad electionem Matthiæ, id est, usque ad Christi Ascensionem, tamen duodecim numerantur, quia unus tantùm ab illo perfecto numero defecerat. Ita August. tom. 4, lib. 1, Quæst. in Genes. quæst. 117 : « Ubi pars, « inquit, major est, aut potior, solet ejus no« mine etiam illud comprehendi, quod ad « ipsum nomen non pertinet, sicut ad duode« cim Apostolos jam non pertinebat Judas, qui « etiam mortuus fuit, cùm Dominus resurrexit « à mortuis, et tamen ipsius duodenarii numeri « nomen Apostolus in Epistolâ suâ tenuit, ubi « ait eum apparuisse illis duodecim. » Plura exempla inveniet attentus lector in Scripturâ sacrâ; tu vide plura apud Salmeronem prolog. 11, quinquag. 3, regul. 4. Sicut duodenarius numerus propter duodecim Apostolos in Testamento novo perfectus est, sic etiam tessaradecas, quia in tessaradecadas Evangelista voluit tres status Israeliticæ reipublicæ partiri, perfectus existimatur numerus. Atque ideò non admodùm laborandum, sive ex tessaradecade unus defecerit, sive excedat numerus. Adhibuit autem Evangelista quaterdenas, in quas tempora Judicum atque Patriarcharum, deinde Regum, postea eorum qui, exactis Regibus, in transmigratione, et post illam Christi prosapiam propagârunt, digereret, non quia omninò quælibet quatuordecim contineret generationes, sed quia nulla commodior excogitari partitio poterat, quæ singularum ætatum seu tractuum posset generationes magis æquali

numero dispensare. Hispanus per duodenas, alii per quindenas multitudines dividunt, neque in numerando curant an exiguus numerus, aut non impleat, aut superet duodenas, quindenasve. Neque ubique gentium vulgaris atque quotidiana numerandi ratio exiguum curat numerum, nominato perfecto. Quis unquàm dixit habitari civitatem à mille et decem viris, aut in acie cecidisse quater mille et viginti milites? satis enim habent numeros adhibuisse perfectos, in quibus communiter intelligitur, aut addendum, aut deducendum aliquid.

Quod de numero perfecto dicimus, id etiam de nobili aliquo loco, aut insigni tempore dicendum est : id enim in aliquo loco fieri dicitur, quod non longè ab illo factum est. Quo modo Christus dicitur occisus Hierosolymæ, cùm tamen extra illam crucifixus sit. Sic enim Christus, cùm de suâ morte ageret, Lucæ 13, dixit : *Non capit prophetam perire extra Jerusalem.* Et Joan. 1, baptizâsse dicitur Joannes in Bethaniâ, quia propè Bethaniam baptizabat. Idem etiam dicendum de tempore illustri ac noto. Quo modo multa facta narrantur, quando egressi sunt filii Israel de Ægypto, cùm tamen nonnulla longiusculè post illud tempus facta fuissent, ut siccatum mare, Josue 2; occurrisse Moab Israelitis, Deut. 23; datum manna, Exod. 16 ; acceptam legem in monte Sina, Deut. 4, Levit. 26, 2 Reg. 8, v. 9 : *In arcâ autem non erat aliud nisi duæ tabulæ lapideæ, quas posuerat in eâ Moyses, in Horeb, quando pepigit Dominus fœdus cum filiis Israel, cùm egrederentur de terrâ Ægypti.*

Quartò observandum majores posterorum suorum, quantùmcumque è stirpe remotos, patres appellari, quomodò Israelitæ patrem suum appellant Abraham et Jacob; et eodem modo iidem genuisse dici possunt posteros, etiam eos qui multis post seculis patriarchas illos consecuti sunt. Atque ideò abavus Joram, et Josias avus, generatione mediatâ, optimè et ex usu Scripturæ genuisse dici possunt, ille Oziam abnepotem, hic nepotem Jechoniam. Verumtamen, quia in longâ illâ progenitorum serie immediatè ponuntur generationes, non est verisimile duobus tantùm locis, perpetuum illum ordinem esse interruptum, maximè cùm nulla gravis appareat ratio, quæ institutum loquendi modum deserere compellat. Atque ideò verisimile est in tot immediatis generationibus generationem nullam esse mediatam.

Accedo jam tandem ad illam cogitationem quæ mihi non videbatur esse difficilis; putabam enim tres hosce reges, qui sine dubio Christi fuêre progenitores, ab Evangelistâ non fuisse prætermissos : neque rationem inveniebam ullam gravem, cur omitti debuerint. Non quidem, ut nos referebamus supra, quia peccatores essent et idololatræ, quia alii fuerunt istis nihilò meliores, et tamen à Christi progenitorum catalogo expuncti non sunt, non quia propositas ab Evangelistâ tessaradecades generationum numerus excederet, si tres isti cum aliis in numerum venirent Christi parentûm; quia ratio hæc levissima est, ut supra probavimus; neque si quis esset error, qui sanè nullus est, minor esset à deficiente numero, qui non complet, quàm ab excedente, qui tessaradecades non expleret; si enim quatuor adimas, qui videntur omissi, tres desiderantur generationes, ut totidem tessaradecades expleantur; quòd si illas addas, quas sublatas vides, una tantùm redundat generatio, imò fortassè ad unam adæquat tres quaterdenas, ut suo loco probare tentabimus.

Quòd autem nullam ab Evangelistâ omissam esse generationem putem, multa persuadent. Primùm, quia probare voluit Christum juxta antiquas, neque semel iteratas promissiones, ab Abraham et Davide fuisse prognatum, quod non satis alicui videri posset consecutus, cùm in illâ majorum serie tot essent omissi, quod ignorare eo tempore quo hæc scripta sunt, poterat nemo , cùm genus omnium nobilissimum, utpote regium, et in templo atque etiam publicis aliis locis, qui quove ordine orti essent, è quâlibet familiâ notarentur. Quare notari posset ab his, quorum ætate scriptum fuit Evangelium, Matthæi fides, seu incuria, cùm id videretur omisisse, quod ex publicis tabulis apertè constabat. Atque ideò laborare posset, eo saltem tempore, Evangelistæ fides, neque spectâsse existimaretur in omnibus historiæ veritatem, cùm in ipso ingressu in rebus maximè notis videretur, aut errore lapsus, aut artificio et simulatione celâsse, quod nullo modo prætermissum oportuit. Tale potuit esse in malitiosis animis eo tempore judicium, quod omni ratione ab Evangelistâ declinandum fuit.

Quòd verò Hebræi familiarum suarum principes et quasi stirpes, et ex illis diffusas latè propagines conservaverint, docet apud Eusebium lib. 1 Hist. c. 7, Julius Africanus, qui etiam addit summo studio Herodem Hebræo-

rum genealogias abolendas curâsse, ne quisquam illum alienum à Judæorum genere deprehenderet. Quod licet omni studio atque artificio curaret, non tamen est assecutus quod optabat, quia etiamsi ex publicis monumentis delere potuerit, si tamen delevit, at ex hominum memoriâ delere non potuit; nam plurimi generis sui primordia, et majorum suorum monumenta conservabant domi, quæ cognationum ordinem et conjunctionem ostenderent. Quod ita factum esse constat lib. 1 Esdr. c. 2, et lib. 2, c. 7, ubi quidam de sacerdotio dicuntur excidisse, quia genus suum non potuerunt ostendere, nimirùm exusto templo, et civibus in solum peregrinum abductis, aliqua familiarum monumenta perierant. Ex illis ergo monumentis, sive quæ publicè servabantur in templo, sive quæ privatim domi sumere potuit Evangelista, hanc progenitorum Christi seriem, à quâ tres illi reges non excludebantur, certè exclusi non sunt ex lib. 1 Paral. c. 3, v. 11, ubi illorum nomina expressè leguntur.

Quare ego sic inferebam, tria illa nomina, quæ descriptoris incuriâ sublata existimabam: *Joram autem genuit Ochoziam, Ochozias autem genuit Joas; Joas autem genuit Amasiam; Amasias autem genuit Oziam.* Quâ interpositione id videbar mihi consecutus, ut plena esset secunda tessaradecas, et ex Joram ad Oziam nulla esset mediata generatio. Quod ut ita suspicarer hæc me cogitatio non leviter adducebat; videbam enim tres ab Evangelistâ tessaradecades proponi, quæ tria tempora, seu tres status Israeliticæ reipublicæ distinguerent. Has autem sic putabam, et ab Evangelistâ discretas, et à nobis considerandas, quasi altera alteri connexa non esset, sed tria spatia seorsùm à seipsis omninò divisa constituerent. Quare trium tessaradecadum, tria statuebam capita, quæ singularum forent principia, id est, quæ ipsa gignerent, neque tamen ab alio censerentur genita. Prima tessaradecas est ab Abraham usque ad Davidem, nempe generantem, atque ideò ad hanc primam tessaradecadem refero Salomonem à Davide generatum. Si verò Abrahamum tollas, qui tanquàm caput non consideratur generatus, et Salomonem huic tessaradecadi adscribas, implebis spatium illud generationibus quatuordecim. Et nihilominùs ad Davidem usque dicetur illa quaterdena producta, quia eo loco quasi generans consideratur, et cum generationis termino, nempe Salomonis filio.

Secundæ tessaradecadis caput est Roboam, quia, ut diximus, Salomon illius pater in primam tessaradecadem contribuitur; quòd si caput et principium, generans à nobis consideratur, non generatum, sicut priùs de Abrahamo dicebamus, ab Abiâ Roboami filio numerandæ sunt generationes quatuordecim. In hanc tessaradecadem tres illi reges incurrunt, qui in Christi genealogiâ, sicut illam nunc habemus, non inveniuntur; producitur autem usque ad Josiam. Inter Abiam porrò et Josiam, quatuordecim ad unam generationes numerantur. A Josiâ porrò statim transmigratio sequitur, à quâ ad Christum usque quatuordecim generationes deprehendo.

Sed antequàm ad tertiam tessaradecadem accedam, repetendum est id quod supra secundâ notatione præmisimus, nempe aut repetitâ voce, aut vocis similitudine descriptorem decipi, ita ut aliquid transiliat, quod inter duas voces iteratas aut similes interjectum est, quod ibi accommodatis probavimus exemplis. Cùm ergo inter Ochoziam et Oziam maxima sit similitudo, facilè decipi descriptor potuit, et conjungere Oziam cum Joram, cùm tamen tres reges intercessissent medii. Atque ideò Joram dicitur genuisse Oziam, quod immediatâ et propriâ generatione non potuit, cùm tamen Ochoziam genuerit, et hic Joas, et hic Oziam, qui quarto gradu distat à Joram.

In tertiâ tessaradecade, aliquid etiam implexum occurrit, in quo Patres et interpretes, tam hìc quàm apud Matthæum, c. 2, non parùm laborârunt, in quo et nos laboremus oportet, quando postea necessariò de regibus, qui in Christi genealogiâ numerantur, agendum est. Inprimis illud est difficile, quia Josias genuisse dicitur Jechoniam illum, à quo Salathiel dicitur generatus, cùm tamen Jechonias nepos fuerit, non Josiæ filius. Deinde quia generatus traditur in transmigratione Babylonis, cùm multò ante transmigrationem illam decesserit. Hìc omnes unum Josiæ filium, aut omissum esse putant, aut certè nominis communitate cum altero filio obscurè confusum. Neque enim aliter componi multa possunt, quæ non benè cum aliis Scripturæ sacræ locis videntur consentire. Quâ de re egimus in nostris Commentariis super Jeremiam, ex quibus hùc nonnulla transferemus.

Est igitur primùm observandum, Josiæ filios (unum excipio Sedeciam, de quo nihil mihi compertum est) commune habuisse Jechoniæ

nomen. De Joachaz, qui et Sellum, qui proximè in regno successit, tradit Esdras lib. 3, c. 1, qui licet extra canonem sit, non tamen exiguæ auctoritatis est. *Et assumentes*, inquit, *qui erant ex gente, Jechoniam filium Josiæ, constituerunt regem pro Josiâ patre suo, cùm esset annorum triginta trium; et regnavit super Israel mensibus tribus ; et movit eum rex Ægypti, ne regnaret in Hierosolymis.... Et constituit rex Ægypti Joacim fratrem ejus regem Judæ.* Hæc omnia dicta sunt de Joachaz 4 Reg. 23, et 2 Paralip. c. 36. Quòd verò qui dictus est Heliacim seu Joacim, appellatus quoque fuerit Jechonias, licet nihil habeamus ex Scripturâ certum (nisi aliquid ad hæc conferre existimemus, locum istum Matthæi, in quo nunc extricando versamur) dicunt tamen è Patribus et interpretibus non pauci. Hieronymus in hunc locum Matthæi duos Jechonias agnoscit, patrem et filium, et hoc loco putat intervenisse à descriptore vitium. Ambrosius lib. 3 in Lucam ad finem. Idem sentit Epiphanius in hæresi Epicuræorum, ad finem. Ita Chronicon Alexandrinum, in quo Joacim pater, sicut Jechonias filius, sæpè vocatur Jechonias. Ita Abulensis, et Jansenius, et Mariana, in c. 1 Matth.; Garcia Golerza lib. 8, c. 3; deinde Joacim Jechoniæ filius, Jechonias quoque vocatus est, ut docet apertè hic Matthæi locus, qui Salathielem apertè dicit à Jechoniâ fuisse generatum, et Jeremias c. 22 : *Si fuerit Jechonias filius Joacim regis Juda annulus in manu meâ.*

Multi hìc in tertiâ tessaradecade unam desiderant generationem, nimirùm Joacim, quem etiam Jechoniam appellari diximus, et varias adducunt rationes. Quidam putant in nomine Jechoniæ duos Jechonias esse comprehensos, quia utrique commune nomen erat. Epiphanius et Hieronymus, et Ambrosius supra, quibus è recentioribus nonnulli subscribunt, corruptum esse putant locum, et descriptorem duorum nominum similitudine fuisse deceptum, quod non rarò in Scripturâ sacrâ contigisse supra notatione secundâ probavimus. Epiphanius quidem sic explorat, et fortassè invenit descriptoris aut inertem incuriam, aut nimiam audaciam : « Aliqui, inquit, Jecho« niam cum alio Jechoniâ reperientes, nume« rum duplicatum esse putaverunt. Non erat « autem duplicatio, sed numerus clarus; ex « nomine enim patris filius nominatus est Je« chonias. Jechoniæ itaque detracto proprie« tatis studio uno nomine ex ignorantiâ hùc « delati defectuosum fecerunt propositum ar« gumentum, » etc.

Mihi hâc in re displicebat minùs, quod in Commentariis super Jeremiam ad caput primum in principio olim suspicabar, nomen Joacim, quem Jechoniam quoque vocari diximus, propter Jechoniæ filii nomen, quod erat illi proximum, fuisse præteritum. Tunc autem suspicabar fuisse in hunc modum ab Evangelistâ nomina disposita : *Josias autem genuit Jechoniam et fratres ejus. Jechonias autem genuit Jechoniam in transmigratione Babylonis; et post transmigrationem Babylonis, Jechonias genuit Salathiel,* etc.

Hæc autem cogitatio tria summovet, quæ gravissima censeri debent incommoda. Primum, quia Isaias reverà non genuit neque gignere potuit Jechoniam illum, qui genuit in Babylone Salathielem, quia Jechonias ille nepos fuit, et multis annis natus post Isaiæ mortem. Secundum, quia Josias, neque Joacim, neque ullum alium filium gignere potuit in transmigratione Babylonis, cùm ante illam obierit. Sanè constat triginta fermè annis ante inchoatam transmigrationem genitum esse Joacim Jechoniam. Quod ita fit perspicuum : nam Joacim qui statim à patris Josiæ cæde regnare cœpit, jam vigesimum impleverat ætatis annum, ut constat lib. 4 Reg. c. 13, v. 36, quibus si addas tres annos, quibus in regno fuit antequàm rex Babylonis principium faceret transmigrationis, Daniel. c. 1, v. 1, efficitur viginti octo annis ante transmigrationis initium natum esse Joacim. Tertium, quia nisi aliquid corrigas aut mutes, à transmigratione ad Christum non possunt generationes numerari quatuordecim. Quæ tamen omnia, si hoc modo quem diximus, nomina disponas, expeditus est exitus, neque aliquid occurrit, in quo attenti lectoris curiositas offendat.

Nam primùm verum est à Josiâ Jechoniam, Joacim, et fratres illius qui etiam regnaverunt, Josiâ defuncto, fuisse generatos. Verùm à Jechoniâ Joacim, cujus anno tertio transmigratio cœpit, in transmigratione Jechoniam alterum susceptum fuisse. Jam verò quomodò tertia tessaradecas quatuordecim constet generatonibus videamus; supra in Josiâ diximus tessaradecadem secundam fuisse finitam, quæ transmigationem non attigit. Quare necesse est, ut ab illis tertia tessaradecas incipiat, qui transmigrationis incommoda experti sunt; quorum primus fuit Joacim, quem etiam Jechoniam appellari diximus. Ab hoc

usque ad Christum, si alterum Jechoniam annumeres, generationes numerantur non minùs quatuordecim, et illa omninò incommoda tolluntur, quibus generationis series aut interrupta videbatur aut implexa. Hæc ego meditabar mecum, optabamque ab aliis aliquid afferri, in quo sic acquiescerem, ut nihil præterea desiderarem. Quod etiam opto, et à melioribus ingeniis expecto. Neque enim ego quæ nunc adduxi, sic probo, ut mihi in illis omninò satisfaciam : quædam namque duriuscula alicui videbuntur, ut quod tessaradecadum capita in generationibus numeranda non sint, et nonnulli ad aliquam tessaradecadem referantur, quos alii ad alias pertinere putant. Sed si in hàc nostrâ cogitatione aliqua occurrunt incommoda, multò graviora sunt alia, quæ hâc exponendi ratione declinamus. Neque puto de exiguo numero, aut commutatione levi nimis esse laborandum, cùm facilè eorum se nobis offerat prompta solutio à notatione quam supra tertio loco produximus, ubi diximus, quæ proximè distant à perfecto numero, sive id in excessu, sive in defectu contingat, ea comprehendi ac significari numero perfecto; quod idem est dicendum de loco ac tempore, ut eâdem notatione diximus. Quale est Joachim Jechoniam genitum fuisse à Joacim Jechoniâ parente in transmigratione Babylonis, cùm tamen paulò ante generatus fuerit. Quod ex eo constat, quia Joacim undecim regnavit annos, et cùm bis à rege Babylonis subjugatus fuisset, primùm tertio anno, ex quo regnare cœpit, ut legimus Dan. c. 1; deinde undecimo, quando occisus fuit. Cùm illi successit Joachim Jechonias, decem et octo annos impleverat; quare genitus fuit decem annis, ante transmigrationem inchoatam. Sed quia sub illud tempus transmigratio contigit, et uterque rex illius detrimenta sustinuit, in transmigratione dicitur fuisse generatus.

Sed dicet aliquis : Si quis hìc fuit descriptoris error aut incuria, cur nihil mutatum fuit hoc tempore, cùm tanto studio Sixti jussu sacri codices examinati atque correcti sunt? Huic objectioni satis videtur factum illâ præfatione quæ sacris, et proximè correctis Bibliis præfixa est, ubi quædam quæ mutanda videbantur, consultò immutata dicuntur esse relicta ad offensionem populorum vitandam. Hìc autem non poterant sine gravi populorum offensione inseri quatuor reges, quorum nomina in Christi genealogiâ, quæ sæpè in templis resonat, nunquàm essent audita.

Multi de hâc Christi genealogiâ multa dixerunt quæ nunc referre omnia, neque otii nostri est, neque, animi, neque ut ego opinor, instituti. Videatur præter Matthæi interpretes noster Gabriel Vasquez, tom. 2 in 3 p. S. Thom. disp. 127, quâ de re egit accuratissimè et óptimè quo tempore per alias occupationes licuit, ne qua temporis, id est, boni doni, particula periret, cujus est parcissimus, D. Franc. de Mendoza Almirantus Aragoniæ. Quod opus (1) jamdiù premit tanti viri modestia, quod ut in lucem proferat, urgent amici, quorum precibus, ut est ingenio liberali ac miti, non credo, se præfractum atque inexorabilem præbebit. (2)

(1) Hìc fortè designatur Franc. Mendozæ Commentarium in libros Regum. (Editores.)

(2) Vers. 19. — Facta est contra eum conjuratio in Jerusalem. Sunt qui credant, conjurationem hanc inductam esse ob amissum ab Amasiâ prælium, ac eversionem mœnium Hierosolymæ. Hinc factum creditur, ut annis duodecim in Lachis exulaverit, non ausus post ignominiam ejus prælii Hierosolymam reverti. Sed conjurationem hanc componit Usserius cum supremo anno Amasiæ. (Calmet.)

Et interfecerunt eum. Justum hoc fuit Dei judicium, ut, sicut Joas pater deflectens ad idola occisus fuit à suis, sic et Amasias filius ejus ad eadem declinans à suis conjuratis necaretur, ut patet 2 Paral. 25, vers. 27. Probabiliter tamen Salianus et alii opinantur eum ante mortem pœnituisse, et piè in unius veri Dei cultu obiisse. (Corn. à Lap.)

Il se fit dans Jérusalem contre Amasias une conjuration qui l'obligea de s'enfuir à Lachis. Mais ils envoyèrent après lui à Lachis, et ils le tuèrent en ce même lieu. Amasias croyait peut-être avoir évité la mort dont le prophète l'avait menacé de la part de Dieu. Et c'est ainsi que les grands pécheurs, après avoir échappé plusieurs dangers, et s'être abandonnés impunément à toutes sortes de crimes, s'imaginent que ce silence de Dieu les met à couvert de tout, et qu'ils n'ont plus rien à craindre. Qui n'aurait cru, en effet, qu'Amasias après avoir recouvré sa liberté et son royaume, n'avait plus qu'à vivre en paix, et à jouir tranquillement d'une vie qu'il n'eût osé espérer? Mais lorsqu'il ne pense plus à la menace du prophète, lorsqu'il voit le roi d'Israël, qui l'avait si honteusement vaincu, mort avant lui, et lorsqu'après la mort de ce prince, il a encore joui de son royaume pendant quinze années, le temps de la patience de Dieu étant passé, il est accablé tout à-coup par le poids de sa sévère justice, et tué par une conspiration qui se fait contre sa personne. Il est sans doute d'une extrême conséquence de ne pas lire sans réflexion ces sortes d'événements, que l'Esprit de Dieu n'a fait marquer dans ses Écritures, qu'afin qu'ils nous fussent comme des leçons vivantes, où nous apprenions à ne point substituer dans notre cœur le culte de quelque

VERS. 21. — TULIT AUTEM UNIVERSUS POPULUS JUDÆ AZARIAM. Hic Amasiæ filius vocatus est etiam Ozias, ut verbis habes expressis lib. 2 Par. c. 26 : *Omnis autem populus Juda filium ejus Oziam annorum sedecim constituit regem pro Amasiâ patre suo.* Et hoc nomen in Scripturâ sacrâ sæpiùs auditur. Sub hoc rege aggressi sunt prophetare Isaias, ut ipse testatur in principio suæ prophetiæ, qui Amasiæ regis frater existimatur, ut ex sententiâ Hebræorum refert Hieronymus, et Oseas, Joel, Amos, Jonas, Nahum, eodem teste Hieronymo. Hic porrò Ozias, sive Azarias, licet nondùm ætate satis confirmatâ, annos natus sedecim, ubi primùm parentis loco suffectus est, ædificavit Ælath, eamque regum Juda ditioni restituit. (1)

VERS. 23. — ANNO QUINTO DECIMO FILII JOAS REGIS JUDA, REGNAVIT JEROBOAM FILIUS JOAS REGIS ISRAEL. Triginta novem annis regnavit Amasias, ut constat supra v. 2, cujus anno decimo quinto Israeliticum imperium iniit Jeroboam filius Joas, qui nihilò melior fuit parentibus suis : neque recessit à Jeroboami perfidiâ filii Nabath, qui vitulos aureos et impiam religionem in Israelis terminos invexit. Observare autem oportet, ne nominis tam sæpè repetiti communitas confusionem pariat, duos fuisse reges in Israel, quibus commune nomen Jeroboam, quos parentûm nomina distinguunt : alter qui à Davidis familiâ decem separavit tribus, et infelicem populum nefario cultu vitulorum infecit, qui vocatus est millies filius Nabath; alter nepos Jehu, qui ab altero loco regnavit in Israel, qui à parente vocatur filius Joas.

VERS. 25. — IPSE RESTITUIT TERMINOS ISRAEL AB INTROITU EMATH, USQUE AD MARE SOLITUDINIS. Ab illâ parte videntur Syri eripuisse multa, quæ priùs obtinuêre aut obtinere potuerunt Israelitæ in terrâ Chanaanitide quæ data est à Deo in possessionem Israel. Ab illâ enim parte Israelis fines Syri contingunt. Est autem Emath pars illa in Libano, per quam Babylonii et Assyrii aditum habent minùs impeditum. Quas nos pylas aut fauces appellare possumus. Est autem Emath in tribu Nephtalim, non procul à Damasco, quæ Syriæ caput est. Mare porrò solitudinis illud est quod aliter Mortuum aut Salsissimum vocatur; in quo sunt civitates illæ, quas antiquissimis seculis cœleste consumpsit incendium, et aquæ fœtentes oppleverunt.

QUEM LOCUTUS EST PER SERVUM SUUM JONAM FILIUM AMATHI. Multa facta dictaque sunt, quæ tamen scripta non habemus illis in locis, ubi videbantur scribi potuisse commodiùs, quæ tamen alibi ex occasione ab aliis narrata cognovimus. Non habemus in prophetiâ Jonæ quicquam de hoc Jeroboam ; at hic locus sic est apertus et talibus signatus notis, ut dubitare possit nemo Jeroboamo prædictum à Jonâ, restitutum iri veris dominis civitates illas, quas Syri ab Emath ad Mortuum usque mare eripuissent Israeli. Ex hoc autem loco apertè colligimus σύγχρονον esse Jonam, Isaiæ, Amos, Oseæ aliisque prophetis, qui sub Oziâ prophetâsse narrantur. Cur autem Jonas filius dicatur Amathi, diximus in nostris Commentariis super Jonam. De hoc porrò Jonæ ad Jeroboamum vaticinio ita Josephus lib. 9, c. 11 : « Jeroboamo « propheta Jonas prædixit, quòd devictis Syris « ditionem suam esset amplificaturus, prolatis « ejus terminis ad septentrionem usque Ama- « tham urbem : ad meridiem verò usque ad « Asphaltitem lacum : his enim olim terminis « Chananæa terra finiebatur, juxta Josue im- « peratoris definitionem. Quo oraculo excitatus « Jeroboamus totos eos tractus ademptos Syris « ad suum regnum addidit, nihil fallente Josue « vaticinio. »

VERS. 26. — VIDIT ENIM DOMINUS AFFLICTIONEM ISRAEL AMARAM NIMIS, ET QUÒD CONSUMPTI ESSENT USQUE AD CLAUSOS CARCERE, ET EXTREMOS (1).

idole ou de quelque passion secrète, au service du vrai Dieu ; à écouter humblement les menaces de ses ministres, lorsqu'ils nous étonnent d'une manière avantageuse pour notre salut ; à ne nous point élever, comme fit ce roi, pour quelque avantage que nous ayons eu sur nos ennemis, et enfin à ne nous point endormir par un funeste assoupissement, mais à craindre beaucoup plus la longue patience du Seigneur, lorsqu'il garde le silence, que les châtiments temporels dont il se sert pour nous réveiller et nous attirer à lui. (Sacy.)

(1) VERS. 22. — IPSE ÆDIFICAVIT ÆLATH, ET RESTITUIT EAM JUDÆ. Idumæam omnem subegerat David, adeòque et urbem hanc, sitam in sinu occidentali maris Rubri, qui de urbis ejusdem nomine apud veteres *sinus Elaniticus* appellatus est. Post eam victoriam de Idumæis, Amasias subegisse iterùm eorum ditionem saltem ex parte videtur. Patris sui victorias longiùs provexit Azarias, qui et pristinum jugum urbi Ælath imposuit. (Calmet.)

(1) *Car le Seigneur vit l'affliction d'Israël, qui était venue à son comble. Il vit qu'ils étaient tous consumés, jusqu'à ceux qui étaient renfermés dans la prison, et jusqu'aux derniers du peuple, sans qu'il y eût personne qui secourût Israël.* Il semble que l'Ecriture ait voulu nous rendre la raison pour laquelle Jéroboam devint si puissant et si heureux contre tous ses ennemis. Car c'était un prince impie et très-indigne par lui-même de cette assistance extraordinaire que Dieu lui donna, *puisqu'il fit le mal devant le Seigneur,*

C. 13, v. 4, cùm sæpè ac diù à Syris attritus esset Israel, neque ulla sese ostenderet spes salutis ab humanâ manu, misit Deus salvatorem, qui sic affecit Syros durè, resque turbatas et afflictas Israelis ita constituit, ut sicut antea quilibet in tabernaculis suis, et sub vite et ficu sine ullo metu, aut sollicitudine viveret. Illum salvatorem esse dicebamus ipsum Joachaz, qui spiritus Syrorum insolentes repressit, aut hunc Jeroboamum ipsius nepotem, qui non minùs quàm avus collapsam excitavit rempublicam, et ad priorem aut etiam meliorem statum adduxit; quando non solùm Israelis regnum, sed etiam Juda, à quo pater ipsius hostiliter ante dissederat, novis amplificavit incrementis, de quo mox. Ubi Vulgatus, *clausos carcere et extremos*, Hebr. est : עצור עזוב, *asur usub*, quæ aliis locis non semel inveniuntur conjuncta, quæ Vulgatus reddidit *clausum et novissimum*, de quo dicendi genere, ut reor, proverbiali, diximus satis lib. 3, c. 14, v. 10, ad illud : *Percutiam de Jeroboam mingentem ad parietem, et clausum et novissimum,* ubi diximus à gregibus ductam esse metaphoram, in quibus qui clausi sunt et novissimi, maximè videntur esse tuti ; aut his verbis omnia significari, quæ homines in bonis numerant, quorum quædam sunt extra domum, ut agri et vineæ, quæ quia homines neque domi servant, neque claustris muniunt, derelicta existimari solent. Alia secum habent, quæ seris claudunt, illisque aut indormiunt, aut invigilant, ne fures rapiant, qualia sunt aurea vasa, pretiosa supellex, pecunia, et si quid aliud est quod capiat oculos, et manus furaces et aduncas invitent, quæ bona vocari clausa possunt, quia aut in arculis, aut certè intra parietes accuratè servantur. Sic sanè habet antiquissima Hispanorum translatio : *Facta no quedar cosa tesaurisada, hasta no quedar cosa dexada en el campo.* Vulgatus addidit, *carcere*, quod in Hebraico textu non habemus, quod explicationis gratiâ adhibuit, quod sæpè facit. Quæ vox videtur priorem explicationem approbare, quæ dicebat hunc dicendi modum à re pecuariâ fuisse translatum ; nam agni, aut oves, quæ intra septa continentur, aut domi, dici optimè possunt carcere conclusæ, qui liberos gressus et vagos impediat. Certè funes, qui equos in circo continent, ne ante suum tempus erumpant in cursum, carceres dicuntur, quibus non valdè dissimilia sunt septa, quæ ad continendas pecudes ex sparto et cannabe opere reticulato texuntur.

Vers. 28. — Quomodò restituit Damascum et Emath Judæ in Israel. Duæ istæ civitates extremæ sunt terræ promissionis, adeò ut multi non immeritò dubitârint ad Syriamne pertineant, vel ad terminos Israeli à Domino concessos. Ego ad Israelem pertinere puto saltem Emath, quæ est Antiochia, ad quam dùm extendi dicitur terra promissionis, ut Numer. 34, inclusivè ibi ponitur Emath, quasi pars illius. De Damasco res est magis dubia. Sed nobis, utcumque sumas, satis est Damascum et Emath Israelis imperio aliquando paruisse, et regum Syriæ armis, sicut alias plures civitates esse subactas. Sanè lib. 1 Par. c. 18,

comme elle le dit, *et qu'il ne se retira point de tous les péchés de Jéroboam, qui avait fait pécher Israël.* C'est donc comme si le texte sacré ajoutait que ce ne fut pas à cause de lui, mais à cause de *la grande affliction d'Israël, qui était venue à son comble*, que le Seigneur mit sa puissance entre les mains de ce prince, afin d'abattre l'orgueil des ennemis de son peuple, et les empêcher de se glorifier insolemment de leurs victoires, qu'ils auraient dû rapporter à Dieu, selon que Dieu même le déclare ailleurs : *Ne fortè superbirent hostes eorum, et dicerent : Manus nostra excelsa, et non Dominus fecit hæc omnia.* Cependant il vient dans l'esprit une autre difficulté touchant cette extrême affliction des Israélites, *qui était* alors, selon l'Ecriture, *à son comble.* Car puisque Joas, père de Jéroboam, avait, comme on l'a marqué auparavant, *battu par trois fois le roi de Syrie, et rendu à Israël les villes qui lui avaient été prises*, comment sous son fils Jéroboam les mêmes Syriens avaient-ils réduit Israël dans la dernière extrémité ? On peut dire sur cela que c'était des suites de l'impénitence du peuple de Dieu, marquées prophétiquement et obscurément par cette colère mystérieuse d'Elisée, dont on a parlé auparavant, lorsque Joas, se lassant de frapper la terre avec des flèches, mérita que ce saint prophète lui prédît qu'il ne serait pas entièrement victorieux du roi de Syrie. Ainsi les Syriens ayant été battus en trois rencontres par le roi Joas, et ayant perdu les villes qu'ils avaient conquises sur Israël, attaquèrent de nouveau sans doute les Israélites, et les réduisirent à cette effroyable extrémité où ils étaient, lorsqu'il plut à Dieu de les secourir, *ne voulant pas*, comme dit l'Ecriture, *effacer le nom d'Israël de dessous le ciel.* Ce qu'elle dit non sans un très-grand mystère; car comment Dieu en effet aurait-il voulu effacer entièrement et exterminer un peuple au milieu duquel devait naître son propre Fils, comme le véritable Sauveur, non pas tel que celui dont il est parlé dans le chapitre précédent, qui devait vaincre trois fois seulement les ennemis de son peuple, mais tel que tous les prophètes l'ont représenté, comme devant s'assujettir tous les peuples de la terre, et s'en faire un peuple unique, qui est le vrai Israël de Dieu, comme l'appelle saint Paul, c'est-à-dire celui dont l'ancien n'a été que la figure ?
(Sacy.)

v. 6, cepisse dicitur David Damascum, et ibi constituisse militare præsidium, et v. 3, percussisse Adarezer regem Saba regionis Emath, quas nunc Jeroboam ad imperium Israeliticum rursùs adduxit.

Sed quæret hìc aliquis quomodò cùm Jeroboam rex esset non Juda, sed Israel, civitates tamen illas Judæ addiderit, alieno, non proprio Israelis imperio, maximè cùm civitates illæ longè distent ab eo funiculo quem inter duodecim fratres Judas obtinuit. Multa hìc Abul. q. 26, et alii, quæ nunc omitto. Tantùm dicam, quod mihi magis videtur expeditum et promptum. Est quidem verum ad alias tribus potiùs pertinere potuisse utramque civitatem, quàm ad Judam, quia propiùs distant ab aliis; nihilò tamen minùs pertinuisse puto ad tribum Juda, quia David, qui ex illâ natus est tribu, ut illas subjugavit primus, sic etiam suæ maluit quàm aliis tribubus adscribere. Quemadmodùm lib. 1 Reg. c. 27, v. 6, licet Siceleg magis ad tribum Simeonis pertineret, quia illa data fuit Davidi : *Facta est Siceleg regum Juda usque in diem hanc.* Dicitur porrò restituta non regibus Juda, sed *Judæ in Israel*, quia extra sortem Judæ inter alias decem, aliquot erant civitates quæ à Davide in suam tribum fuerant contributæ, quæ parebant regi Israel, sicut etiam, ut opinor, parebat Siceleg, cùm tamen ad Judam pertineret, ut diximus. Et hoc omninò sibi vult illud : *Restituit Damascum et Emath Judæ in Israel*, id est, fecit ut duæ illæ civitates adjungerentur aliis civitatibus Judæ, quas habuit sibi subditas in Israel, id est, in suâ ditione, quæ tamen nomen retinuerunt antiquum, et sicut antea solitæ civitates dicebantur Judæ.

VERS. 29. — DORMIVITQUE JEROBOAM CUM PATRIBUS SUIS. Quærit hìc Abul. q. 27, an ferro Jeroboam, vel naturali morte perierit. Nullam illi vim allatam extrinsecùs probat, quòd dormiisse dicitur cum patribus suis, qui dicendi modus naturale indicat, non violentum moriendi genus; quòd verò vis intercesserit, et ferrum, non probat illud Amos c. 7, v. 11 : *In gladio morietur Jeroboam, et Israel captivus migrabit de terrâ suâ.* Neque enim dixit eripiendam esse regi vitam gladio, sed, *consurgam super Jeroboam in gladio* : quæ verba tantùm indicant conflandum esse bellum contra domum Jeroboam, quod paulò post accidit post illius mortem. Illa porrò verba retulit sacerdos scelestus Amasias regi, ut odiosum redderet prophetam, et regis manu illum de medio tolleret, aut exturbaret procul è regno, quem suis commodis atque consiliis parùm videbat opportunum : non itaque minaces illi sermones fuerunt Amos, sed Amasiæ sacerdotis, quos falsò confinxit, neque novum est in Scripturâ ut quædam narrentur, quæ mentiti sunt alii quorum verba refert, non probat : vide plura lib. 1, c. 4, ubi diximus multa ab externis falsò dici, quæ Scriptura narrat, quibus tamen ideò nulla debetur fides.

CAPUT XV.

1. Anno vigesimo septimo Jeroboam, regis Israel, regnavit Azarias, filius Amasiæ regis Juda.

2. Sexdecim annorum erat cùm regnare cœpisset, et quinquaginta duobus annis regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Jechelia, de Jerusalem.

3. Fecitque quod erat placitum coram Domino, juxta omnia quæ fecit Amasias pater ejus;

4. Verumtamen excelsa non est demolitus, adhuc populus sacrificabat et adolebat incensum in excelsis.

5. Percussit autem Dominus regem, et fuit leprosus usque in diem mortis suæ, et habitabat in domo liberâ seorsùm : Joathan verò, filius regis, gubernabat palatium, et judicabat populum terræ.

6. Reliqua autem sermonum Azariæ, et

CHAPITRE XV.

1. La vingt-septième année *du règne* de Jéroboam, roi d'Israël, Azarias, fils d'Amasias, roi de Juda, commença de régner.

2. Il n'avait que seize ans lorsque son règne commença, et il régna cinquante-deux ans dans Jérusalem. Sa mère était de Jérusalem, et s'appelait Jéchélia.

3. Il fit ce qui était agréable au Seigneur, et se conduisit en tout *ce qui regardait le culte de Dieu* comme Amasias, son père;

4. Il ne détruisit pas néanmoins les hauts lieux *consacrés au Seigneur,* car le peuple y sacrifiait encore, et y brûlait de l'encens.

5. Mais le Seigneur frappa ce roi, et il demeura lépreux jusqu'au jour de sa mort; il vivait à part dans une maison écartée. Cependant Joathan, fils du roi, était grand-maître du palais, et jugeait le peuple.

6. Le reste des actions d'Azarias, et tout ce

universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regum Juda?

7. Et dormivit Azarias cum patribus suis : sepelieruntque eum cum majoribus suis in Civitate David, et regnavit Joathan filius ejus pro eo.

8. Anno trigesimo octavo Azariæ regis Juda, regnavit Zacharias filius Jeroboam super Israel in Samariâ, sex mensibus.

9. Et fecit quod malum est coram Domino, sicut fecerant patres ejus; non recessit à peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel.

10. Conjuravit autem contra eum Sellum filius Jabes, percussitque eum palam et interfecit, regnavitque pro eo.

11. Reliqua autem verborum Zachariæ nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

12. Iste est sermo Domini quem locutus est ad Jehu, dicens : Filii tui usque ad quartam generationem sedebunt super thronum Israel. Factumque est ita.

13. Sellum filius Jabes regnavit trigesimo nono anno Azariæ, regis Juda, regnavit autem uno mense, in Samariâ.

14. Et ascendit Manahem filius Gadi de Thersâ, venitque in Samariam, et percussit Sellum filium Jabes in Samariâ, et interfecit eum, regnavitque pro eo.

15. Reliqua autem verborum Sellum, et conjuratio ejus per quam tetendit insidias, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

16. Tunc percussit Manahem Thapsam et omnes qui erant in eâ, et terminos ejus de Thersâ, noluerant enim aperire ei; et interfecit omnes prægnantes ejus, et scidit eas.

17. Anno trigesimo nono Azariæ regis Juda, regnavit Manahem filius Gadi super Israel, decem annis, in Samariâ.

18. Fecitque quod erat malum coram Domino; non recessit à peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel cunctis diebus ejus.

19. Veniebat Phul rex Assyriorum in terram, et dabat Manahem Phul mille

qu'il a fait, est écrit au livre des Annales des rois de Juda.

7. Et Azarias s'endormit avec ses pères; il fut enseveli avec ses ancêtres dans la Ville-de-David; et Joathan, son fils, régna en sa place.

8. La trente-huitième année *du règne* d'Azarias, roi de Juda, Zacharias, fils de Jéroboam, régna dans Israël à Samarie pendant six mois.

9. Il fit le mal devant le Seigneur, comme avaient fait ses pères, et il ne se retira point des péchés de Jéroboam, fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël.

10. Or, Sellum, fils de Jabès, fit une conjuration contre lui; il l'attaqua, et le tua publiquement, et il régna en sa place.

11. Le reste des actions de Zacharias est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

12. Ainsi fut accompli ce que le Seigneur avait dit à Jéhu : Vos enfants seront assis sur le trône d'Israël jusqu'à la quatrième génération *seulement*. Et c'est ce qui arriva.

13. La trente-neuvième année *du règne* d'Azarias, roi de Juda, Sellum, fils de Jabès, commença de régner. Et il régna un mois *seulement*, à Samarie;

14. Car Manahem, fils de Gadi, vint de Thersa à Samarie, et frappa Sellum, fils de Jabès, le tua, et régna en sa place.

15. Le reste des actions de Sellum, et la conspiration qu'il fit pour surprendre *le roi*, sont écrits au livre des Annales des rois d'Israël.

16. Alors Manahem prit *la ville de* Thapsa, tua tout ce qui était dedans, et en ruina tout le territoire jusqu'aux confins de Thersa, parce que les habitants n'avaient pas voulu lui ouvrir *les portes*; il tua toutes les femmes grosses, et leur fendit le ventre.

17. La trente-neuvième année *du règne* d'Azarias, roi de Juda, Manahem, fils de Gadi, commença de régner sur Israël à Samarie, et y régna dix ans.

18. Il fit le mal devant le Seigneur, et il ne se retira point des péchés de Jéroboam, fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël pendant tout son règne.

19. Phul, roi des Assyriens, vint dans la

talenta argenti, ut esset ei in auxilium et firmaret regnum ejus.

20. Indixitque Manahem argentum super Israel cunctis potentibus et divitibus, ut daret regi Assyriorum, quinquaginta siclos argenti per singulos. Reversusque est rex Assyriorum, et non est moratus in terrâ.

21. Reliqua autem sermonum Manahem, et universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

22. Et dormivit Manahem cum patribus suis; regnavitque Phaceia filius ejus pro eo.

23. Anno quinquagesimo Azariæ, regis Juda, regnavit Phaceia filius Manahem super Israel, in Samariâ, biennio.

24. Et fecit quod erat malum coram Domino; non recessit à peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel.

25. Conjuravit autem adversùs eum Phacee filius Romeliæ, dux ejus; et percussit eum in Samariâ in turre domûs regiæ, juxta Argob et juxta Arie, et cum eo quinquaginta viros de filiis Galaaditarum, et interfecit eum, regnavitque pro eo.

26. Reliqua autem sermonum Phaceia, et universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

27. Anno quinquagesimo secundo Azariæ, regis Juda, regnavit Phacee filius Romeliæ super Israel in Samariâ, viginti annis.

28. Et fecit quod erat malum coram Domino; non recessit à peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel.

29. In diebus Phacee regis Israel venit Theglath-Phalasar rex Assur, et cepit Aion, et Abel Domum-Maacha, et Janoe, et Cedes, et Asor, et Galaad, et Galilæam, et universam terram Nephthali; et transtulit eos in Assyrios.

30. Conjuravit autem et tetendit insidias Osee filius Ela contra Phacee filium Romeliæ, et percussit eum et interfecit, regnavitque pro eo, vigesimo anno Joatham filii Oziæ.

31. Reliqua autem sermonum Phacee, et

terre *d'Israël,* et Manahem lui donna mille talents d'argent, afin qu'il le secourût et qu'il affermît son règne.

20. Manahem leva cet argent dans Israël sur toutes les personnes puissantes et riches, pour le donner au roi des Assyriens; et il les taxa à cinquante sicles d'argent par tête : le roi d'Assyrie s'en retourna aussitôt, et ne demeura point dans le pays.

21. Le reste des actions de Manahem, et tout ce qu'il a fait, est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

22. Manahem s'endormit avec ses pères; et Phacéia, son fils, régna en sa place.

23. La cinquantième année *du règne* d'Azarias, roi de Juda, Phacéia, fils de Manahem, commença de régner sur Israël à Samarie, et y règna deux ans.

24. Il fit le mal devant le Seigneur, et ne se retira point des péchés de Jéroboam, fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël.

25. Phacée, fils de Romélie, général de ses troupes, fit une conspiration contre lui; il l'attaqua à Samarie, dans la tour de la maison royale, près d'Argob et d'Arié, et cinquante hommes des Galaadites qui étaient avec lui; et il le tua, et régna en sa place.

26. Le reste des actions de Phacéia, et tout ce qu'il a fait, est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

27. La cinquante-deuxième année *du règne* d'Azarias, roi de Juda, Phacée, fils de Romélie, régna dans Israël, à Samarie, pendant vingt ans.

28. Il fit le mal devant le Seigneur, et ne se retira point des péchés de Jéroboam, fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël.

29. Dans les jours de Phacée, roi d'Israël, Théglath-Phalasar, roi des Assyriens, vint *en Israël,* et prit Aïon et Abel-Maison-de-Maacha, et Janoé, Cedès, Asor, Galaad, la Galilée et tout le pays de Nephthali, et en transporta tous les habitants en Assyrie.

30. Mais Osée, fils d'Ela, conspira contre Phacée, fils de Romélie pour le surprendre; il l'attaqua, le tua, et régna en sa place, la vingtième année *du règne* de Joatham, fils d'Ozias.

31. Le reste des actions de Phacée, et tout

universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

32. Anno secundo Phacee filii Romeliæ, regis Israel, regnavit Joathan, filius Oziæ, regis Juda.

33. Viginti quinque annorum erat cùm regnare cœpisset, et sexdecim annis regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Jerusa filia Sadoc.

34. Fecitque quod erat placitum coram Domino; juxta omnia quæ fecerat Ozias pater suus operatus est.

35. Verumtamen excelsa non abstulit; adhuc populus immolabat et adolebat incensum in excelsis. Ipse ædificavit portam domûs Domini sublimissimam.

36. Reliqua autem sermonum Joatham, et universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regum Juda?

37. In diebus illis cœpit Dominus mittere in Judam Rasin, regem Syriæ, et Phacee filium Romeliæ.

38. Et dormivit Joatham cum patribus suis, sepultusque est cum eis in Civitate David patris sui. Et regnavit Achaz filius ejus pro eo.

ce qu'il a fait, est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

32. La seconde année *du règne* de Phacée fils de Romélie, roi d'Israël, Joatham, fils d'Ozias, roi de Juda, commença de régner.

33. Il avait vingt-cinq ans lorsque son règne commènça, et il régna dans Jérusalem pendant seize ans. Sa mère s'appelait Jérusa, et était fille de Sadoc.

34. Il fit ce qui était agréable au Seigneur, et se conduisit en tout comme avait fait Ozias, son père;

35. Il ne détruisit pas cependant les hauts lieux, car le peuple y sacrifiait encore, et y brûlait de l'encens. Ce fut lui qui bâtit la plus haute porte de la maison du Seigneur.

36. Le reste des actions de Joatham, et tout ce qu'il a fait, est écrit au livre des Annales des rois de Juda.

37. En ce même temps, le Seigneur commença d'envoyer en Juda Rasin, roi de Syrie, et Phacée, fils de Romélie.

38. Joatham s'endormit avec ses pères, il fut enseveli avec eux dans la ville de David, son père. Et Achaz, son fils, régna en sa place.

COMMENTARIUM.

VERS. 1.—ANNO VIGESIMO SEPTIMO JEROBOAM, REGIS ISRAEL, REGNAVIT AZARIAS. Supra diximus hunc Azariam vocari etiam Oziam, idque in Scripturâ sacrâ frequentius' qui fecit quod rectum erat coram Domino, quia videlicet idola non coluit; sicut etiam fecerat pater Amazias, cùm primùm regnum iniit, nam postea, ut vidimus, ad idola defluxit; in eo tamen parùm constans et religiosus fuit, quòd impura sacraria non evertit, ubi delusus populus, et impius immolabat victimas, et idolis nefario cultu supplicabat. (1)

VERS. 5.—PERCUSSIT AUTEM DOMINUS REGEM, ET FUIT LEPROSUS USQUE IN DIEM MORTIS SUÆ. Brevi hìc Oziæ totius vitæ cursus absolvitur, cùm tamen plurima egerit regio animo atque spiritu digna; qualia ex regibus Israel et Juda

(1) VERS. 3. — FECIT QUOD ERAT PLACITUM CORAM DOMINO. Principis hujus laudabilia gesta plura accuratè narrantur in Paralipomenis, quæ in unum hìc colligere, ad justum principis hujus elogium, operæ pretium arbitramur. Porrò illi accidit percommodum, ut in Zachariâ prophetâ consultorem haberet eximium, cujus monita quamdiù auscultavit, rempublicam sapientissimè administravit, eaque tantùm præstitit quæ utilissima regno essent et gloriosissima. Bellis secundis pugnavit cum Philisthæis, Ammonitis et Arabibus. Restituit auxitque munimenta Hierosolymæ, turres excitavit, cisternas fodit in agro, in commodum et securitatem pastorum. OEconomiæ et agriculturæ studuit. Exercitum habuit è trecentis septem millibus et quingentis; armamentaria collegit, armis refertissima; nec destitutus est munitionibus et machinis tum in propugnandi, tum in aggrediendi usum paratis. Sed mentis fastus ille, quem virtus interdùm fovet et excolit, quique magnos animos corrumpit, Azariam denique subegit, effecitque ut neglecto Domino in tantam deveniret audaciam, ut vel ad munia sacerdotalia profanas manus porrigeret. Quâ de causâ factum est, ut à Deo puniretur eo lepræ morbo, de quo statim. (Calmet.)

VERS. 4. — VERUMTAMEN EXCELSA NON EST DEMOLITUS. Hoc utique non animadvertitur eo consilio, quasi filius eâ in re distingueretur à patre: pater enim, perinde ac filius, edita illa loca Domino sacra permiserat: minimè verò credibile est tolerâsse illum loca simulacrorum superstitione profana. (Calmet.)

admodùm pauci. Post res autem plurimas, atque præclarè gestas, leprâ percussus est, quæ quia toto vitæ tempore duravit, ad ultimum usque vitæ diem separatus vixit ab hominum congressu: quemadmodùm Levit. c. 3, v. 44, cautum est lege. *Quicumque*, inquit, *maculatus est leprâ, et separatus est ad arbitrium sacerdotis*, etc., *omni tempore quo leprosus est et immundus, solus habitabit extra castra.* Quod ita severè sacerdotes curârunt, ut neque leprosum regem, tamque præclarè de regno meritum eximendum putaverint à communi lege. Hæc porrò separata domus libera vocatur, quia in eâ rex liberam agebat vitam, et solutam à regni molestiis, ubi liberè, quantùm gravis illa ac fœda ægritudo permisit, privatæ potiùs vacabat saluti, quàm serviebat publicæ. Hæc de Oziâ, seu Azariâ, in hoc libro. Plura de illo, eaque admodùm illustria legimus lib. 2 Paralipomenon, cap. 26, quæ in hunc locum à nobis conferenda sunt, ne qnid de Oziâ curiosus lector desideret, quæ sanè ejusmodi non sunt ut à nobis prætermitti debeant. Neque tamen in eorum explicatione multi erimus, quia ipsa per se impeditum nihil habent, aut quod lucem desideret interpretis.

Ex lib. 2 Paralipomenon cap. 26, vers. 5, id primùm habemus de Azariâ, sive Oziâ, nempe quamdiù vixit Zacharias propheta, qui juxta illius temporis consuetudinem, videns dicebatur et intelligens, omnia illi ex voto contigisse, et ex usu privato ac publico. Sicut etiam supra, cap. 12, diximus de Joas, qui quamdiù vixit Joiada sacerdos, cujus se consiliis regendum et formandum præbuit, et vixit piè, et res administravit feliciter. Cùm autem in vivis esse desiit, vivendi liberior fuit potestas, et sic à seipso degeneravit, ut ex optimo rege factus videretur injustus crudelisque tyrannus, et usque adeò omnibus odiosus, ut à servis fuerit interfectus. Eodem modo cùm Zacharias vixit, regique assiduus atque familiaris fuit, assuefecitque illum, ut tentaret nihil, nisi consulto priùs, et propitiatio Deo, nihil aggressus est, quod non felices exitus habuerit. Hinc frequentes è gente Philistinâ victoriæ; hinc illarum urbium excisi muri, quarum apud Philistinos primus erat locus et gloria; hinc in eâdem provinciâ excitatæ turres, quæ rei Israeliticæ magno usui futuræ putabantur; hinc subacti Ammonitæ et Arabes, et vectigalia quotannis pendere coacti; hinc tandem nomen inclytum ex continenti victoriarum cursu ad Ægyptum usque diffusum consecutus est. Josephus lib. 9, cap. 12, conditam esse dicit urbem ad mare Rubrum, et in eâ præsidium militare dispositum.

Quis fuerit iste Zacharias videns et intelligens, id est, propheta, incertum est. Quidam ex Hebræis, ut refert hìc Lyra, illum Zachariam esse dicunt, quem occidit Joas. Quod miror in cujusquam mentem venire potuisse, cùm multis annis ante Azariæ regnum Zacharias ille occisus fuerit. Minùs quidem abs re, incertum tamen, alii illius Zachariæ natum arbitrantur; sed huic cogitationi nihil præter nomen favet, et in his sunt Cajetanus et Dionysius.

Eodem lib. et cap. Paralipomenon, vers. 9, ea recensentur quæ in Hierosolymâ ornandâ et muniendâ præstitit Azarias; quemadmodùm mœnia aut instaurârit, solidâritque ruinosa, et si quâ parte viderentur infirma, aut excitârit nova; aut tandem, ut reor novis substructionibus impleverit illa quæ cap. præcedenti vers. 13, demolitus dicitur Joas rex Israel, neque tantùm res urbanas curavit et instruxit, sed res etiam rusticas et pecuarias, quarum erat studiosus et dives. Quare in solitudine locisque campestribus, ubi pecorum plerùmque sunt stabulationes et pascua, turres excitavit, quæ futuræ essent rei armentariæ ac pecuariæ curatoribus commoda diverticula. Sanè villæ, id est, domus rusticæ, ubi conduntur agrorum fructus, et qui illis aut percipiendis, aut quovis modo curandis dant operam, morantur, turres dicuntur et castella. Sic Deus discurrisse dicitur per vicos et castella, id est, per rusticorum villas, pastorumque mapalia. Sic bonus paterfamiliâs ædificâsse in vineâ dicitur turrem, Isai. c. 5, et Matth, c. 21. Certè alicubi in Hispaniâ rusticæ domus turres appellantur. Cùm autem multis in locis terra promissionis arida sit, de cœlo spectans pluviam, necessitas cogit multis in locis effodi cisternas, quæ si absint, necesse est, ut regio sitiens inculta sit, et ab habitatoribus vacua, quod incommodum ne paterentur pastores et agricolæ, rex prudens et attentus quàm potuit diligentissimè providit. Cùm autem rei rusticæ peritus esset et amans, vineas etiam plantavit illis in locis ex quibus uberior meliorque sperari proventus poterat. Ex rei enim rusticæ disciplinâ pro vinearum satu locus eligitur sublimis, qualem Deus elegisse traditur, Isai. c. 5: *Vinea facta*

est dilecto in cornu filio olei, id est, in monte pingui; quod etiam Virgilius docuit lib. 2 Georgicor.:

Fluminibus salices, crassisque paludibus alni
Nascuntur; steriles saxosis montibus orni,
Littora myrtetis lætissima; denique apertos
Bacchus amat colles.

Et ipsa quotidiana docet experientia ex collibus, locisque patentibus nobiliorem esse vindemiam, quàm ex vallibus depressis.

Deinde versu undecimo, quàm voluerit rei militari strenuè esse provisum, ostenditur, ubi pugnatorum numerus et ordo proponitur, et quemadmodùm omnium generum arma, ad omnem eventum, et subitos inimicorum assultus comparaverit, quæ gestarent milites, ut clypeos, arcus, gladios, loricas et galeas, et reliqua, quæ sive ad inferenda, sive ad declinanda vulnera disciplina militaris invenit. Item alia quæ in turribus, mœnibus disponeret ad arcendum hostem, qualia sunt balistæ, catapultæ, phalaricæ arietes, et aliæ machinæ, quæ vim eminùs propulsarent hostilem, et opposita inimicorum machinamenta discuterent.

Postea à versu 16 proditur quomodò à priori gloriâ atque fortunâ ceciderit. Nam sicut pater illius Amasias post partam ex Idumæâ victoriam spiritus assumpsit insolentes et fatuos, ac tandem Deo hominibusque odiosus interiit, sic Azarias, seu Ozias, cùm sustinere non posset fortunæ semper arridentis afflatus, illius ponderi miserè succubuit. Tunc ergo cùm aliquid sibi deberi existimaret supra regium nomen, sacerdotale sibi temerarius assumpsit. Et contra nitentibus sacerdotibus aliis, qui nefas esse liberè affirmabant à profanis sacrum illud obiri ministerium, ille tam longè fuit ut illorum sive monitis, sive precibus acquiesceret, ut minaretur potiùs sacerdotibus, qui immane illud scelus exprobrabant, infortunium et mortem, si odiosi esse pergerent ulteriùs, et sibi ad sacrum illud opus essent impedimento. Quare sumpto thuribulo thymiamatis, adolevit incensum. Non tamen conatum illum sacrilegum, et verbum contra sacerdotes, impiè et temerè prolatum, impunitum Deus abire voluit. Cùm enim sacris indebitis sset operaturus, ad ipsum altare thymiamatis, Deus perfrictam regis frontem fœdâ leprâ percussit, cui sacerdotes edixerunt illicò, ut è templo discederet, quod patere non poterat leprosis. Neque ille renuit, cùm Dei ultricem agnosceret manum, neque tutum putaret, aut decorum eo in loco, et tantorum hominum religioso conventu, tam justæ sive admonitioni, sive imperio, seu potiùs divinæ voluntati resistere. Quocirca egressus est è templo, et ad mortem usque, ut antea diximus, in separatâ domo à regiâ curâ et publicis rebus abdicatus. Cujus loco suffectus est filius Joatham, qui regium interea nomen et pondus sustinuit. Cùm autem Ozias, cùm viveret, sic etiam cùm extremum ageret spiritum, esset leprosus, non est illatus in regum Juda commune sepulcrum, sed in agro, ubi pro regum sepulturâ destinatus erat locus honestus. Erat autem locus ille, ut opinor, area quædam propè specum, in quem regia inferebantur cadavera, à quo fuit exclusus Azarias, quia lepram etiam in regio cognatoque cadavere mortuorum ossa refugiunt et horrent. Quo exemplo, seu potiùs instituto, docemur, quàm nobis fugienda sit peccatorum, quorum imaginem in leprosis intuemur, periculosa societas. Josephus ait in horto fuisse sepultum, separatum videlicet post vitam ab hominum habitatione, sicut etiam priùs in vitâ fuerat. Sed alii plures propè sepulcra regum communia, extra tamen sepultum opinantur. Utra harum expositionum verior, non sumitur ex hoc loco Paralipomenon, qui non magis in hanc quàm in illam expositionem propendet; verumtamen ex lib. 4 Regum non obscurè colligitur propè regum commune sepulcrum esse tumulatum. Dicitur enim ibi vers. 7: *Sepelierunt eum cum majoribus suis in civitate David.* Non ergo in agro, vel in horto.

Quod nunc factum dicitur cum Oziâ, ne sepeliretur in sepulcris regum, sed in proprio sepulcro non procul, in civitate David, aliis quoque regibus accidit, quos populos judicavit indignos, quos in aliorum regum sepulcra conderet. Sic legimus de rege Joram 2 Paralipomenon capite 21, versiculo 20: *Sepelierunt eum in civitate David, verumtamen non in sepulcro regum*, et de Joas libro secundo Paralipomenon capite 24, versiculo 25; eadem omninò iterantur verba de Achaz, capite 23, versiculo 27: *Sepelierunt eum in civitate Jerusalem, neque enim receperunt eum in sepulcro regum Israel*; qui etiam 4 Reg. 16, vers. 2, sepultus dicitur in civitate David.

Versu deinde vigesimo secundo legimus reliqua priorum et posteriorum temporum gesta prodita fuisse monumentis ab Isaiâ prophetâ; qui dicendi modus satis indicat prophetam de Azariâ scripsisse non pauca. Sed illa, sicu

alia plura interierunt. Duo ergo tantùm invenio apud Isaiam, quæ ad hanc historiam nonnihil faciunt. Alterum capite 14, v. 18 : *Ne læteris, Philistæa omnis tu : quoniam comminuta est virga percussoris tui; de radice enim colubri egredietur Regulus.* Affecit, ut vidimus, Philistæos Azarias plurimis incommodis. Quare cùm audiissent illum decessisse, aut, quod idem fermè est, propter lepram à regni administratione fuisse depulsum, exultârunt vehementer, quia nihil jam ampliùs timendum putabant. Quibus tantò graviora minatur Isaias ab Ezechiâ pronepote, quanto gravior est Reguli, quàm colubri, morsus.

Alterum est capite sexto, versiculo primo : *In anno quo mortuus est rex Ozias, vidi Dominum sedentem super montem excelsum*, quibus verbis ostendit Isaias quid eo tempore, aut sub id tempus, in quo decessit Ozias, seu Azarias, acciderit. Sed adhuc est dubium an spectrum illud nobile oblatum Isaiæ fuerit, quo tempore veram obiit et naturalem mortem, aut quando leprâ percussus fuit, et à regno pulsus, cùm in domo vixit separatâ, et prorsùs ab hominum congressu segregatus. Hoc posterius opinatus est Chaldæus, et Abulens. quæst. 7, ubi hanc communem dicit esse sententiam, quia hæc à reliquo populo separatio et exauctoratio civilis quædam mors existimatur. Verùm, sicut nos in nostris Commentariis super Isaiam ad illum locum, aliter sentiunt antiqui Patres, Hieronymus, Origenes, Cyrillus, Chrysostomus, causamque reddunt cur, mortuo Oziâ, prophetare cœperit Isaias : nam cùm infensus esset Deus Judæis, quia non omninò impium atque leprosum regem exturbâssent ex urbe, licet in domo viveret separatâ (addo ego, quia non occiderunt, cùm cautum esset lege proposito capitali supplicio, ne quis exceptis sacerdotibus adoleret incensum, Numer. c. 13, et c. 18, Josephus ejectum dicit extra mœnia), noluit sua consilia per prophetas aperire populo, quem regis sacrilegi contaminâsset consuetudo.

Sub hoc rege accidit magnus ille terræ motus, de quo Amos capite secundo, ubi dicitur hic propheta à Domino sermonem accepisse sub Oziâ, duobus annis ante terræ motum. Hunc verò motum fuisse vehementem, colligitur ex Zachariâ, capite 14, versiculo quinto, ubi fugisse dicuntur Solymitani cives, quod non videbantur esse facturi, nisi terra motu quateretur ingenti : *Fugietis, inquit, sicut fugistis à facie terræ motûs in diebus Oziæ.* Quoto anno Oziæ regis acciderit, incertum est, neque ego in re dubiâ, in quâ variè sentiunt interpretes, multus esse volo, cùm nihil existimem inveniri posse certum, in quo mihi ipse satisfaciam. Illud dico, rem fuisse notissimam omnibus, neque enim aliter annus ille notaretur illo gravi terræ concussu, nisi res esset inter Hebræos notissima, et ex eâ annus ille maximè celebris.

Dicunt autem Hebræi, neque abnuit Hieronymus, et Cyrillus, hunc terræ motum tunc contigisse, quando ausus est Ozias rex Juda sacerdotale sibi munus assumere; tunc enim Deus, graviter eâ regis insolentiâ commotus, non solùm auctorem ipsum sceleris fœdâ leprâ percussit, sed populum ipsum gravi terræ fremitu ac tremore conturbavit, de quo libro secundo Paralipomenon capite vigesimo sexto. Qualis autem fuerit, quantusque motus iste, docuit Josephus libro nono Ant. capite 11 ; cùm enim dixisset sacerdotum vocibus à sacerdotali functione non fuisse deterritum audacem illum et insolentem regem, imò illis si molesti esse pergerent, mortem minaretur, addit statim : « Ecce tibi terra vehementer « concutitur, fissoque supernè templo radius « solis os regis improbum ferit, quod è ves« tigio leprâ contactum est. Accessit huic et « aliud prodigium, quòd eodem terræ motu ad « urbem, in loco qui dicitur Eroge, dimi« dium montis ad occidentem vergentis revul« sum, et per quatuor stadia volutum objectu « tandem orientalis montis constitit obstructâ « viâ publicâ, et oppressis ruinâ hortis regiis. » Addit autem Cyrillus in capite 14 Zachariæ, ex Hebræorum, ut arbitror, sententiâ, horribiliter Judæorum regionem, et ipsam quoque Hierosolymam contremuisse : ipsam etiam Sion ita esse quassatam, ut in duas partes dirumperetur, et opplerentur valles, quæ illius jugis adjacebant. (1)

VERS. 8. — ANNO TRIGESIMO OCTAVO AZARIÆ,

(1) VERS. 7. — SEPELIERUNT EUM CUM MAJORIBUS SUIS IN CIVITATE DAVID. Non in sepulcris regum, sed in eodem agro, ubi sepulcra erant regum : *In agro regalium sepulcrorum, eò quòd esset leprosus.* Ex quo intelligimus, quantus insederit mentibus horror lepræ et leprosorum, ut ne cineres quidem leprosorum inferendi in communia sepulcra censerentur. Tradit Josephus, sepulturæ mandatum fuisse seorsùm in ejus hortis, facilè in hortis domûs extra urbem, ad quam secesserat. Sed perhibet Scriptura, viri cadaver illatum fuisse in civitatem Davidis, et sepulcro quod defossum in agro regum erat, fuisse mandatum.
(Calmet.)

REGIS JUDA, REGNAVIT ZACHARIAS FILIUS JEROBOAM SUPER ISRAEL. Regnavit Azarias, qui et Ozias, in Judâ annis duobus supra quinquaginta; quo tempore multi fuerunt reges in Israel, quos hìc historia sacra acervatim commemorat, et quod hactenùs semper, ne quid obscuritatis habeat historia, illorum gesta et tempora cum regum Juda gestis temporibusque componit. Numerantur autem hoc capite reges sex, quorum regnum in Azariæ tempus et dominatum incurrit. Quorum primus fuit Zacharias, filius Jeroboam, cujus imperium fuit semestre, illudque peccatis contaminatum ingentibus, qualia superiores reges admisêre, qui Israeliticum imperium tenuerunt. Fuit autem, ut diximus, ejus regnum semestre: conjuravit enim contra illum Sellum, filius Jabes, et eo sublato, regnum occupavit, ex quo proximè Zacharias exciderat. Tunc autem impletum est, quod supra c. 10 dictum est Jehu, usque ad quartam generationem in ipsius familiâ futuram Israelitici regni majestatem. Et ita planè accidit, nam quarto loco ex Jehu stirpe propagatus est Zacharias, quartus videlicet à Jehu. (1)

VERS. 13. — SELLUM FILIUS JABES REGNAVIT TRIGESIMO NONO ANNO AZARIÆ. Quis fuerit iste Sellum, non constat; conjectat Abulens. q. 15 de hujus statu atque ordine, acutè quidem, sed tantùm conjectat: neque nos cogit, ut sine errore credamus esse conjecturam: sed ille momentaneum habuit et infelix imperium, quod post unum mensem eodem quo Zacharias modo interfectus amisit.

VERS. 14. — ASCENDIT MANAHEM FILIUS GADI DE THERSA. Licet nihilò esset melior Manahem duobus regibus qui præcesserunt proximè in Israel, videtur tamen illis fuisse solertior, cùm decem annos cum potestate fuerit, quod tempus in regno, seu tyrannide potiùs, non videtur exiguum, cùm tamen ex illis prior sex menses, posterior unum in eo dominatu transegisset. De hoc Manahem nihil habemus certum magis quàm de Sellum; hunc Josephus libro 9, capite 11 Ant., ducem fuisse tradit ejus exercitûs, quem tunc Zacharias habebat ad Thersam; qui cùm audiisset occisum in Samariâ Zachariam, continuò copias, quas suæ fidei ac curæ commissas habebat, adversùs regis interfectorem corripuit. Quem cùm eâdem celeritate sustulisset de medio, quo ille prior Zachariam, regium suo capiti imposuit diadema, et ad Thersam rediit, non jam dux, sed rex, et quod privatus inchoârat, rex jam salutatus persecutus est bellum. Cùm autem Thersa nollet novum regem admittere, sic in illos vehementer excanduit, ut et agros illius populatus fuerit, et civitatem usque adeò pertinaciter obsederit, ut tandem subjugârit. Sed cùm in omnes qui ad Thersam pertinerent, baccharetur hostiliter, multò tamen magis in Thaphsenses, in quos totam furoris vim et omne virus acerbitatis evomuit. Tam enim acerbè in illorum interitum exarsit, ut non horruerit extrema illa furoris exempla edere, quorum etiam solam cogitationem animus execratur et horret: dissecuit enim prægnantes, et antequàm lucem aspicerent, in maternis visceribus fœtus elisit. Quod fecerunt ante hunc alii quidam, ut proximè Hazael, c. 8, v. 12, et Ammonitæ, de quibus Amos c. 2. Vide quid nos in nostris Commentariis ad utrumque locum. (1)

(1) VERS. 10. — SELLUM... PERCUSSIT EUM PALAM, coram populi conventu; neque facinus ille suum celavit, communis approbationis securus. Quisnam fuerit Sellum, ignoratur. Ex Oseæ innui videtur, Zachariam neci tradendum fuisse Jezrahele.

VERS. 12. — ISTE EST SERMO DOMINI, QUEM LOCUTUS EST AD JEHU. Spem fecerat certam Dominus, ut filii ejus sederent in solio Israelis ad quartam usque generationem; sedisse autem reverà constat Joachaz, Joas, Jeroboamum II et Zachariam, qui postremus seriem posterorum Jehu clausit. (Calmet.)

(1) VERS. 16. — ET TERMINOS EJUS DE THERSA, nam ager urbis Thapsæ pertingebat usque ad Thersam, ait Vatablus.

ET SCIDIT EAS, hoc est, dissecuit prægnantes, ut fœtum educeret, ait Abulens. Magna fuit hæc crudelitas et barbaries. (Corn. à Lap.)

VERS. 17. — ANNO TRIGESIMO NONO AZARIÆ... REGNAVIT MANAHEM... DECEM ANNIS. Post mensem unicum ab usurpato regno, sublato à Manahemo Sellum, Manahemus se in regem obtrusit eodem anno, undequadragesimo Azariæ: sed cùm regnum turbis plurimis agitaretur, nonnisi post plures menses pacificam ejus possessionem obtinuit. Incertus et jactatus mansit spatio undecim mensium, donec tandem Manahemus in suas partes trahens Phul regem Assyriæ, corruptum muneribus, inter quæ potissimùm spectabatur alter è vitulis aureis ab Jeroboamo consecratis, ope ejus principis, qui in Israelem venit, Manahemus in regno confirmatus est, eâ tamen conditione, ut mille insuper talenta Assyrio solveret. Igitur Phul hostes Manahemi removit, possessionem regni illi asseruit, ac demùm ipse recessit. Tunc parta regni quies Manahemo, in exitu anni undequadragesimi Azariæ; atque hoc habendum est exordium decennii hujus regni Manahemi. (Calmet.)

VERS. 18. — CUNCTIS DIEBUS EJUS. Referri hæc possunt ad Jeroboamum filium Nabath, qui toto regni sui spatio peccatum in Israele detinuit; vel potiùs ad Manahemum, hoc sensu: *Non recessit toto regni sui tempore à pec-*

VERS. 19. — VENIEBAT PHUL REX ASSYRIORUM IN TERRAM, ET DABAT MANAHEM PHUL MILLE TALENTA ARGENTI, UT ESSET EI IN AUXILIUM. Josephus supra movisse castra dicit Phul Assyriorum regem contra Manahem, et cùm adversùs tantum regem infirmæ essent Israelis vires, muneribus potiùs quàm armis Assyrium ab Israeliticis finibus fuisse repulsum. Sed non facilè hæc Josephi cogitatio se cum sacri textûs litterâ conciliat, qui ablata dicit à Manahem Assyrio mille argenti talenta, ut tanti regis auxilio confirmaretur in ipsius potestate regnum, quod alioqui futurum videbatur infirmum. Timere enim jure optimo poterat, ne parùm pacati essent subditorum animi, cùm dissectis prægnantibus magnum in se potuerit odium conflare. Quid enim non timerent ab illo qui ferinos expressisset mores, et omnem videretur humanitatem exuisse, præsertim cùm arrepto potiùs quàm oblato diademate, speciem aliis non regni, ad quod nullâ vocabatur lege, sed meræ tyrannidis objiceret? Non itaque donis Assyrium, tanquàm hostem avertit, sed potiùs tanquàm patronum et amicum advocavit. Demus tamen Josepho venisse primùm Phul hostili animo, ut Israelis popularetur fines, et oblatis muneribus, nullo illato nocumento remigrâsse domum, et eodem temporis articulo initum esse pactum, ut singulis annis mille argenti talenta ab Israele reciperet, eâ tamen lege, ut quotiescumque evocaretur, subsidio veniret, et illum sibi arbitraretur hostem, qui aliquid contra Israelem moliretur hostile. Hoc indicat quod additur eodem loco : *Reversusque est rex Assyriorum, et non est moratus in terrâ;* quasi jam ad prædam in Israeliticos fines foret ingressus. Ut verò solvere posset Manahem Assyrio quod debebat ex pacto, tributum grave imposuit, in ditiorum præsertim capita, quinquaginta nimirùm siclos argenti. Hoc tempore, ut docet Hieronymus ex Hebræorum sententiâ ad cap. 10 Oseæ, in principio, missi sunt ad conciliandum Assyriorum favorem et gratiam aurei vituli, de quibus aliquid ibi refert fabulosum et merum Hebræorum commentum : dicebant enim ante illud tempus Manahem sublatos esse vitulos à sacerdotibus, et pro illis ex vili metallo alios esse suppositos, ita tamen artificiosè deauratos, ut priores omninò referrent; deprehendisse tamen fraudem illam Assyrium, et de illâ cum rege Israel expostulâsse graviter. (1)

catis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel. (Calmet.)

VERS. 23. — ANNO QUINQUAGESIMO AZARIÆ REGIS JUDA, REGNAVIT PHACEIA FILIUS MANAHEM. De hoc Phaceiâ nihil habemus aliud quàm regnâsse biennio, neque à parentûm suorum vestigiis declinâsse, et tandem à Phacee filio Romeliæ, quem ducem ipse exercitui præfecerat, fuisse peremptum. (2)

VERS. 27. — ANNO QUINQUAGESIMO SECUNDO AZARIÆ REGIS JUDA, REGNAVIT PHACEE FILIUS ROMELIÆ. Ille idem qui Phaceiam occidit, illius sibi regnum usurpavit. In hoc uno felix, si qua esse potest in rege peccatore felicitas, quòd diuturnior illi contigit usura et vitæ et regni. Fuit enim cum potestate annos viginti nihilò superioribus regibus melior.

VERS. 29. — IN DIEBUS PHACEE REGIS ISRAEL, VENIT THEGLATHPHALASAR REX ASSUR (3). Quatuor

(1) VERS. 20. — QUINQUAGINTA SICLOS ARGENTI PER SINGULOS. Innui quidem ex hoc textu videtur, Manahemum ad hoc tributum coegisse tantùm subditorum locupletissimos; sed multò credibilius est, ne vulgum quidem eo onere caruisse. Narrat Scriptura id tantùm, quod à divitibus solvebatur; cæteri pro facultatibus dabant. Quinquaginta sicli argenti nonnihil superant libras monetæ nostratis unam et octoginta circiter. (Calmet.)

(2) VERS. 25. — PHACEE FILIUS ROMELIÆ, DUX EJUS, PERCUSSIT EUM IN SAMARIA. Phacee dignitatem gerebat *Schalisch* regis Israelis; id est, unus erat è primoribus regni præfectis. Quæ causa illum impulerit, ut in vitam domini sui conjuraret, ignoratur. Is porrò solidis viginti annis regnum tenuit, sed non felix et quietum, uti statim narrabitur.

IN TURRE DOMUS REGIÆ, JUXTA ARGOB, ET JUXTA ARIE. Textus Hebræus reddi potest : *Percussit eum in Samariâ, in palatio domûs regiæ, cum Argob, et Arie, et quinquaginta de filiis Galaaditarum.* Phaceiam aggressus est Phacee, secum ducens Argob, et Arie, atque Galaaditarum quinquaginta, conjurationis sociis. (Calmet.)

(3) CEPIT AION. Eadem est *Ahion.* Sermo est apud Ezechielem 48, 1, de *Enan,* ad fines Damasci. Hanc primam urbem offendit rex Assyriæ, è regione suâ in ditionem Israeliticam veniens. Jeroboamus II omnes Syriæ urbes, quæ olim regno Judæ parebant, receperat; nunc verò Theglathphalasar illas sibi repetit ex Phacee rege Israelis.

ABEL DOMUM MAACHA, vel *Abel-Beth-Maacha,* vel planiùs *Abela,* vel *Abelaim.* In hanc urbem perfugerat Seba filius Bochri sub Davide. Maximè septentrionalis est in regno Israelitico.

JANOE. Hujus nominis urbs quædam occurrit in tribu Ephraim. In Acrabatene ab Eusebio constituitur. Ægrè tamen in animum induco, ipsam hanc esse urbem, quam Theglathphalasar superavit. Syriacus, et Arabs hanc appellant *Niahum;* est autem urbs quædam *Noa* in tribu Zabulonis.

CEDES, urbs celebris in tribu Nephthali. Vide Josue 12, 22.

Assyriorum reges graviter afflixerunt Hebræorum gentem. Primus fuit Phul, de quo nuper; secundus Theglathphalasar, qui magnam partem Israelitici regni transtulit ad Assyrios; illam nimirùm, quæ propiùs spectat regionem illam, à quâ tantam accepit calamitatem, ut non solùm patriam, sed etiam libertatem amitteret, et illorum subiret imperium, quorum ingenium durum est, et ferini mores. Tertius fuit Salmanasar, de quo postea, cùm perventum fuerit ad tempus Achaz. Quidam unum esse putant regem Assyriorum, tribus tamen significatum nominibus, quod inter gentiles usitatum, qui pluribus gaudent nominibus, iisque inflatum aliquid et grande sonantibus. Sed planè errant, tum quia varia his nominibus attribuantur gesta et tempora magnis intervallis distincta, ut constat; et, quod caput est, de illis Scriptura eo modo aliquando loquitur, ut personas indicet esse diversas. De Phul et Theglathphalasar lib. 1 Paralip. c. 5, v. 26 : *Suscitavit Deus Israel spiritum Phul regis Assyriorum, et spiritum Theglathphalasar regis Assur.* Quòd verò Salmanasar fuerit ab utroque diversus, ex eo probat Abulens. q. 25, quòd inter illum et Theglathphalasar anni intercessêre super triginta : intercesserunt enim duo regna Joatham et Achaz, uterque autem annos sedecim regnum obtinuit. De hoc ego valdè dubito, neque puto improbabile eumdem esse Salmanasar et Theglathphalasar, imò et eum qui Isai c. 20 Sargon appellatur. Quod ut

Asor, vetus et celebris urbs, quæ jam inde ante Josue primas tenebat inter urbes Galilææ.

Galaad usurpari solet pro totâ regione transjordaninâ, quanquàm re quidem verâ id nominis convenit nonnisi montibus quibus ditio Israelis ad orientem definitur.

Galilæam, et universam terram Nephthali; Galilæam scilicet superiorem transjordaninam, et sortem Nephthali, cis amnem. Urbium istarum omnium à se devictarum incolas Theglathphalasar in Assyriam transtulit. Cùm enim Israelis regio, longo intervallo à regno suo distaret, è re suâ esse censuit, si incolas ejus transferret in Assyriam; vel fortè indigebat coloniis ut sua ditio, quam bella Arbacis et Belesi in Sardanapalum vastaverant, frequentaretur. Legimus alibi, Theglathphalasarum transtulisse Ruben, Gad et dimidiam Manasse, tribus scilicet omnes sedes habentes trans Jordanem; transtulisse, inquam, in *Lahelam, Habor, Ara*, et ad amnem *Gozan*. De Galilæis verò et filiis Nephthali legimus tantùm, translatos fuisse in Assyriam, et Syros Damascenos in Kir, quod à nobis suo loco exponetur. (Calmet.)

Pendant le règne de Phacée, roi d'Israël, Theglathphalazar, roi des Assyriens, vint en Israël, prit Aion... et en transporta tous les habitants en Assyrie. Le Seigneur, comme parle le saint prophète Isaïe, *se servait du roi des Assyriens comme d'un rasoir pour raser la tête, le poil des pieds, et toute la barbe de son peuple*, etc., c'est-à-dire que lorsque ce prince s'imaginait qu'il pouvait tout, et qu'il était maître d'Israël, il ne devait néanmoins se regarder que comme un rasoir qui était entre les mains de Dieu même, et dont il savait se servir selon les règles de sa justice éternelle, pour retrancher comme les superfluités de son peuple, et purifier même les justes par ces sortes de retranchements, qui contribuaient à augmenter leur justice. Car il ne faut pas s'imaginer, dit saint Jérôme, que ceux à qui le Seigneur livra Israël, étaient justes, et que c'était à cause de leur justice qu'il fut livré entre leurs mains, mais parce qu'ayant été le peuple de Dieu, ils l'avaient quitté, et avaient couru après les idoles, et s'étaient ainsi rendus dignes que Dieu les abandonnât, et qu'il les livrât très-justement à des ennemis plus méchants qu'eux, pour être punis de leur infidélité. *Non quòd illi justi fuerint, qui eum oppresserunt, et idcircò traditus eis sit, sed quòd qui quondam fuerunt populus meus, me eos deserente traduntur ad pœnas, et pejoribus se adversariis conceduntur, quia cœpit Ephraïm abire post idola, et Deum derelinquere.*

Cette translation que fit le roi d'Assyrie de plusieurs tribus d'Israël, c'est-à-dire, de Ruben, de Gad et de la demi-tribu de Manassé, qui étaient au-delà du Jourdain, et de toute la tribu de Nephthali, et d'une partie de celle de Zabulon, situées au-deçà, fut la première par laquelle Dieu punit l'extrême infidélité et insensibilité des rois et du peuple d'Israël. Il voulait, dit encore saint Jérôme, en permettant qu'Israël devînt captif, et s'éloignant d'eux, les réduire à l'extrémité et comme à une espèce de défaillance, afin qu'au moins ils le recherchassent alors, et qu'après avoir été insensibles à sa présence et à tant de marques de sa bonté, ils retournassent vers lui lorsqu'ils le verraient éloigné et en colère contre eux, et que la lumière de la pénitence se serait levée dans leurs cœurs au milieu de leur captivité. *Ideo Deus tradidit Israel captivitati, et revertetur ad locum suum, donec deficiant et quærant faciem ejus; ut quem propitium præsentemque non senserant, iratum et absentem requirant; et in tribulatione suâ, orto eis lumine pœnitentiæ, manè consurgant ad eum.* Il est vrai qu'on ne peut lire sans horreur cet effroyable dérèglement d'un peuple qui, ayant été choisi du milieu des nations pour être le peuple de Dieu, semblait travailler alors par tous ses excès à accomplir d'une manière très-funeste les prophéties de Moïse sur leur sujet, ni cette suite malheureuse de rois impies, qui, sans faire de réflexion sur les châtiments des princes, leurs prédécesseurs, et sur la cause de ces châtiments, se livraient avec une plénitude de cœur à l'impiété dont Jéroboam leur avait montré l'exemple, et s'entretuaient brutalement comme des bêtes farouches, pour jouir, comme on le voit dans ce chapitre, pendant quelques mois ou pendant quelques années, d'une puissance qui tournait enfin à leur perte. (Sacy.)

mihi persuadeam facit, quòd Theglathphalasar ad ultima usque tempora Achaz vitam regnumque traduxit, ut habes lib. 2 Paral. cap. 27, v. 20. Deinde quia, ut paulò ante vidimus, Theglathphalasar cepit, abduxitque captivum Nephthalim; at Nephthalim captum à Salmanasar habemus in lib. Tobiæ c. 1, v. 1, ubi dicitur de tribu Nephthali, v. 2 : *Cùm captus esset in diebus Salmanasar, regis Assyriorum.*

Hic porrò Theglathphalasar regiones cepit, et in suam secum ditionem abduxit, quas habuit sibi obvias, magisque propinquas, Galilæam videlicet, quæ magnâ ex parte ex Zabulon constat et Nephthalim; et regionem Galaaditidem trans Jordanem, in quâ fuerunt duæ tribus, Ruben et Gad, et dimidia tribus Manasse, id est, partem fermè imperii Israelitici dimidiam. Ita lib. 1 Paralip. c. 5, v. 26: *Transtulit* (Theglatphalasar) *Ruben et Gad, et dimidiam tribum Manasse.* De aliis hoc loco, *Galaad et Galilæam, et universam terram Nephthalim.* De utrisque Isaias c. 9, v. 1 : *Primo tempore alleviata est terra Zabulon et terra Nephthalim, et novissimè aggravata est via maris trans Jordanem Galilææ gentium.* Quo tempore hanc plagam Israelitico imperio intulerint Assyrii, dicemus cùm ventum fuerit ad tempus Achaz; illo etenim regnante hæc acciderunt, de quibus nunc agimus, et alia longè graviora.

Vers. 30. — Conjuravit autem, et tetendit insidias Osee filius Ela contra Phacee. Hæc acciderunt ante tempora non solùm Joatham, sed etiam Achaz. Nam Achaz, ut suo loco videbimus, à Phaceiâ filio Romeliæ bello tentatus est. Ponitur autem hoc loco per prolepsim, ut tandem regum omnium Israel absolveretur historia. Hic autem Phacee annis regnavit viginti, quorum duo fuerunt, antequàm regnum iniret Joatham, totidem sumpsit ex regno Achaz, reliquos sedecim habuit cum Joatham communes.

Vers. 32. — Anno secundo Phacee, filii Romeliæ, regis Israel, regnavit Joatham, filius Oziæ, regis Juda. Viginti quinque annorum erat cum regnare cœpisset (1). Cùm primus annus Phacee in ultimum annum incurreret Oziæ, qui quinquaginta duobus regnavit annis, et, ut habes v. 27, in illius anno quinquagesimo secundo regnavit Phacee, videndum est quomodò Joatham anno secundo Phacee regnare potuerit. Hujusmodi difficultates in his libris Regum et Paralip. occurrunt frequentes, quæ quomodò dissolvendæ sint, jam ante diximus. Sunt autem modi tres, quos maximè notatos esse oportet, aut quia filii non statim atque parentes decessêre, regnum adierunt; aut quia interdùm filii soli, interdùm cum parentibus simul regnum administrârunt. Atque ideò aliquando omnes illi anni conjuncti numerantur, interdùm separati; aut quia anni imperfecti interdùm omittuntur, interdùm pro integris perfectisque censentur. Unde fit ut sesquiannus interdùm pro uno, interdùm pro duobus usurpetur. Quibus regulis illa conciliantur, quæ valdè inter se dissidere videntur, atque ideò parùm hùcusque in componendis numeris, qui non satis consentire videri poterant, immorati sumus, quia juxta has regulas facilè componi posse putabamus. Hìc ego Phacee filium Romeliæ sesquianno ante Oziæ mortem adiisse regnum existimo, qui ultimus censeri potest, id est, quinquagesimus secundus annus Oziæ, quia dimidius annus, quia aliquid est imperfectum, numeratus non est. Et eo modo primus annus Phacee incurrit in ultimum Oziæ. Sed quando Joatham suscepisse dicitur regnum anno secundo Phacee, dimidius annus pro perfecto sumitur, atque ideò postremus annus Oziæ secundus censeri potuit Phacee.

Vers. 34.—Fecitque quod erat placitum coram Domino, juxta omnia quæ fecerat Ozias (1).

(1) Porrò, « Joatham, ait auctor Imperf., « hom. 1 in Matth., interpretatur *perfectus*, vel « *dominus immaculatus.* Et verè perfectus fuit « hic Joatham, et quantùm ad reges se præ« cedentes dominus immaculatus; quia fecit « quod placitum erat Deo, et nulla reprehensio « ejus legitur in Scripturâ Regnorum. »
(Corn. à Lap.)

(1) *Joathan fit ce qui était agréable au Seigneur, et il se conduisit en tout comme avait fait Ozias, son père. Il ne détruisit pas néanmoins les hauts lieux.* L'Ecriture, dans les Paralipomènes, expliquant ce même endroit, dit *que Joathan fit ce qui était droit devant le Seigneur, se conduisant en toutes choses comme avait fait Osias son père, si ce n'est qu'il n'entra point dans le temple du Seigneur, et que le peuple continuait encore à pécher.* Sur quoi tous les interprètes sont partagés. Estius témoigne que ce qui est dit ici de Joathan, *qu'il imita son père Ozias, en toutes choses, si ce n'est en ce qu'il n'entra point dans le temple du Seigneur,* nous marque qu'il ne sacrifiait point dans le temple, mais dans les hauts lieux, contre l'ordonnance de la loi, et que c'est ce qu'on doit entendre dans le chapitre des rois que nous expliquons, où il est dit *qu'il ne détruisit point ces hauts lieux.* Et il ajoute que c'est pour cette raison que ce prince, en qui d'ailleurs on ne voit rien autre chose de répréhensible, n'a point été mis dans l'Ecclésiastique au nombre des meilleurs rois de Juda. Mais le sentiment de ce savant homme

Laudatur hic Joatham pietas et religio, et similis esse dicitur Oziæ parenti, illo nimirùm tempore, quando nondùm perpetuus victoriarum cursus illum insolenter inflaverat. Nam in eo longè fuit alius à parente. Explicuit hoc alius locus, ubi hanc Joatham legimus historiam l. 2. Paral. c. 27, v. 2 : *Fecitque quod rectum erat coram Domino, juxta omnia quæ fecerat Ozias pater suus, excepto quòd non est ingressus templum Domini.* De quo est præclarum Josephi elogium lib. 9 Ant. cap. 11 : « Huic regi, inquit, nulla virtus defuit, erga « Deum pio, justo erga homines, et reipublicæ « studioso. » In eo porrò videtur religiosi principis partes non explevisse, quòd cùm populus immolaret in lucis et montibus, illorum tamen noluit, aut non est ausus demoliri sacraria.

n'est pas sans difficulté. Car s'il était vrai que Joathan n'entra point du tout dans le temple pour y sacrifier, est-il vraisemblable que ce prince se fût mis en peine de la décoration de ce même temple, *en bâtissant*, comme il est dit en ce lieu, *la plus haute porte de la maison du Seigneur?* Aussi d'autres interprètes ont cru que cette opposition que met l'Ecriture entre Joathan et Ozias, son père, consiste, non en ce que Joathan n'entra point du tout dans le temple pour y sacrifier, mais plutôt en ce qu'il n'imita point la témérité de son père, qui était entré jusque dans le sanctuaire du Seigneur, pour offrir lui-même l'encens par une usurpation sacrilége. Et quant à ce qu'elle ajoute *que le peuple cependant continuait encore à pécher,* ils disent que cela marquait, ou que les mœurs d'Israël étaient toujours également corrompues, ou qu'ils continuaient comme auparavant à sacrifier dans les hauts lieux, contre l'ordre du Seigneur, sans que ce prince eût la force de s'y opposer, comme il l'aurait dû. Et c'était assez sans doute, comme le remarque Théodoret, que Joathan n'eût point détruit les hauts lieux, ni empêché ses sujets de se corrompre dans leurs voies, et de violer l'ordonnance de la loi touchant le lieu où se devait faire le sacrifice, pour être indigne que l'on mît son nom avec celui des meilleurs rois de Juda. (Sacy.)

In lib. 2 Paral. c. 27, nonnulla memorantur tanti principis præclara gesta. Quemadmodùm instauraverit, solidaveritque quæ in publicis civitatis operibus, aut ætas exederat, aut inimicorum injuria concusserat, ædificàrit alia tam in urbe egregia propugnacula, quàm in montibus locisque desertis castella et turres, ad quæ homines, vel dùm ruri vacant, vel dùm aliquid adversum student declinare, confugerent. Inter alia v. 35 construxisse dicitur in templo sublimissimam portam; et lib. 2 Paral. v. 3, *portam excelsam,* quæ porta illa esse creditur, quæ Jerem. c. 26, v. 10, et c. 36, v. 10, *vocatur nova.* Hic tandem bellum intulit Ammonitis, eòque adegit, ut quotannis argentum, triticum, hordeum pensitarent, quod fecerunt tertiò, quæ omnia ideò regi dicuntur evenisse feliciter, quia eò intentos habuit animos et vires, ut in omnibus divinæ gloriæ et patriæ religioni servirent. (1)

Vers. 37. — In diebus illis cœpit Dominus mittere in Judam Rasim regem Syriæ, et Phacee filium Romeliæ. Conjurârunt duo isti principes contra Judam, illamque et vexârunt aliquandiù, et attriverunt vehementer, quo tamen exitu ad extremum, dicemus statim, cùm ventum erit ad Achaz. Hoc tantùm hinc habemus, quæ molita est duorum regum tam ardens conjuratio contra Achaz, à diebus Joatham habuisse principium.

(1) Vers. 35.—Ædificavit portam domus Domini sublimissimam. Portam hanc seu novam adjecit templo Salomonico, seu veterem majorem portam orientalem reparavit; neque alia est facilè porta nova apud Jeremiam. Tradit Josephus, portas atrii templi, post captivitatem conditi, surrexisse in altum cubitis triginta, cùm in latum quindecim paterent; portam verò templi habuisse altitudinis cubitos quinquaginta, latitudinis quadraginta. Insignia etiam opera adjecisse Joathamum mœnibus Hierosolymæ, discimus ex Paralipomenis. (Calmet.)

CAPUT XVI.

1. Anno decimo septimo Phacee filii Romeliæ, regnavit Achaz filius Joatham regis Juda.

2. Viginti annorum erat Achaz cùm regnare cœpisset, et sedecim annis regnavit in Jerusalem. Non fecit quod erat placitum in conspectu Domini Dei sui, sicut David pater ejus,

3. Sed ambulavit in viâ regum Israel; insuper et filium suum consecravit, transferens per ignem, secundùm idola gentium

CHAPITRE XVI.

1. La dix-septième année *du règne* de Phacée, fils de Romélie, Achaz, fils de Joatham, roi de Juda, monta sur le trône.

2. Il avait vingt ans lorsqu'il commença de régner; et il régna seize ans à Jérusalem. Il ne fit point ce qui était agréable au Seigneur son Dieu, comme David, son père.

3. Il marcha dans la voie des rois d'Israël, et consacra même son fils *aux idoles,* le faisant passer par le feu, suivant l'idolâtrie des nations que le Seigneur avait dissipées devant les enfants d'Israël

quas dissipavit Dominus coram filiis Israel;

4. Immolabat quoque victimas, et adolebat incensum in excelsis, et in collibus, et sub omni ligno frondoso.

5. Tunc ascendit Rasin, rex Syriæ, et Phacee, filius Romeliæ, rex Israel, in Jerusalem ad præliandum, cùmque obsiderent Achaz, non valuerunt superare eum.

6. In tempore illo restituit Rasin, rex Syriæ, Ailam Syriæ, et ejecit Judæos de Ailà; et Idumæi venerunt in Ailam, et habitaverunt ibi, usque in diem hanc.

7. Misit autem Achaz nuntios ad Theglath-Phalasar, regem Assyriorum, dicens: Servus tuus et filius tuus ego sum; ascende, et salvum me fac de manu regis Syriæ et de manu regis Israel, qui consurrexerunt adversùm me.

8. Et cùm collegisset argentum et aurum quod inveniri potuit in domo Domini et in thesauris regis, misit regi Assyriorum munera.

9. Qui et acquievit voluntati ejus; ascendit enim rex Assyriorum in Damascum et vastavit eam, et transtulit habitatores ejus Cyrenem, Rasin autem interfecit.

10. Perrexitque rex Achaz in occursum Theglath-Phalasar, regi Assyriorum, in Damascum, cùmque vidisset altare Damasci, misit rex Achaz ad Uriam sacerdotem exemplar ejus et similitudinem juxta omne opus ejus.

11. Exstruxitque Urias sacerdos altare (juxta omnia quæ præceperat rex Achaz de Damasco, ita fecit sacerdos Urias), donec veniret rex Achaz de Damasco.

12. Cùmque venisset rex de Damasco, vidit altare, et veneratus est illud; ascenditque et immolavit holocausta et sacrificium suum,

13. Et libavit libamina, et fudit sanguinem pacificorum quæ obtulerat super altare.

14. Porrò altare æreum quod erat coram Domino transtulit de facie templi, et de loco altaris, et de loco templi Domini, posuitque illud ex latere altaris ad aquilonem.

15. Præcepit quoque rex Achaz Uriæ

4. Il immolait aussi des victimes et offrait de l'encens sur les hauts lieux, sur les collines et sous tous les arbres chargés de feuillage.

5. Alors Rasin, roi de Syrie, et Phacée, fils de Romélie, roi d'Israël, vinrent mettre le siége devant Jérusalem; et tenant Achaz assiégé, ils ne purent *néanmoins* le vaincre.

6. En ce temps, Rasin, roi de Syrie, reconquit Elam de Syrie, et en chassa les Juifs. Et les Iduméens vinrent à Elam, et y habitèrent, comme ils y sont encore aujourd'hui.

7. Alors Achaz envoya des ambassadeurs à Théglath-Phalasar, roi des Assyriens, disant: Je suis votre serviteur et votre fils; venez me sauver des mains du roi de Syrie et de celles du roi d'Israël, qui se sont ligués contre moi.

8. Et ayant ramassé l'argent et l'or qui put se trouver dans la maison du Seigneur et dans les trésors du roi, il en fit des présents au roi des Assyriens.

9. Celui-ci, s'étant rendu à ce qu'il désirait de lui, vint à Damas, ruina la ville, en transféra les habitants à Cyrène, et tua Rasin.

10. Alors le roi Achaz alla à Damas au-devant de Théglath-Phalasar, roi des Assyriens. Et, ayant vu l'autel qui est à Damas, il envoya au pontife Urie un modèle qui en représentait exactement tout l'ouvrage.

11. Et le pontife Urie bâtit un autel tout semblable à celui de Damas, selon l'ordre qu'il en avait reçu du roi Achaz, en attendant que ce roi fût revenu de Damas.

12. Lorsque le roi Achaz fut revenu de Damas, il vit cet autel et le révéra, et y vint immoler des holocaustes et son sacrifice;

13. Il y fit des oblations de liqueurs, et y répandit le sang des hosties pacifiques qu'il avait offertes sur l'autel.

14. Il transféra l'autel d'airain qui était devant le Seigneur, de devant la face du temple, du lieu de l'autel et du temple du Seigneur; et il le mit à côté de l'autel *nouveau*, vers le septentrion.

15. Le roi Achaz donna aussi cet ordre au

sacerdoti, dicens: Super altare majus offer holocaustum matutinum, et sacrificium vespertinum, et holocaustum regis et sacrificium ejus, et holocaustum universi populi terræ, et sacrificia eorum, et libamina eorum, et omnem sanguinem holocausti, et universum sanguinem victimæ super illud effundes; altare verò æreum erit paratum ad voluntatem meam.

16. Fecit igitur Urias sacerdos juxta omnia quæ præceperat rex Achaz.

17. Tulit autem rex Achaz cælatas bases et luterem qui erat desuper; et mare deposuit de bobus æreis qui sustentabant illud, et posuit super pavimentum stratum lapide.

18. Musach quoque sabbati, quod ædificaverat in templo, et ingressum regis exteriùs, convertit in templum Domini, propter regem Assyriorum.

19. Reliqua autem verborum Achaz quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Juda?

20. Dormivitque Achaz cum patribus suis, et sepultus est cum eis in Civitate David. Et regnavit Ezechias filius ejus pro eo.

pontife Urie: Vous offrirez sur le grand autel *nouveau* l'holocauste du matin et le sacrifice du soir, l'holocauste du roi et son sacrifice, l'holocauste de tout le peuple, leurs sacrifices et leurs oblations de liqueur, et vous répandrez sur cet autel tout le sang des holocaustes et tout le sang des victimes; mais pour ce qui est de l'autel d'airain, j'en ordonnerai à ma volonté.

16. Le pontife Urie fit selon tout ce que le roi Achaz lui avait ordonné.

17. Or, le roi Achaz fit ôter les socles ciselés et les cuves *d'airain* qui étaient dessus; il fit aussi ôter la mer de dessus les bœufs d'airain qui la portaient, et la mit sur le pavé du temple, qui était de pierre;

18. Il ôta aussi la couverture du sabbat, qu'il avait bâtie dans le temple; et, au lieu de l'entrée de dehors par où le roi passait *du palais* au temple, il en fit une au dedans *par où il y entrait secrètement,* à cause du roi des Assyriens.

19. Le reste des actions d'Achaz est écrit au livre des Annales des rois de Juda.

20. Achaz s'endormit avec ses pères; il fut enseveli avec eux dans la Ville-de-David; et Ezéchias, son fils, régna en sa place.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ANNO DECIMO SEPTIMO PHACEE FILII ROMELIÆ, REGNAVIT ACHAZ. Inducitur ex bono ovo, ut aiunt, malus corvus; id est, parentis boni sceleratus filius, qui regum Israel potiùs exempla secutus, quàm eorum quos ex suâ familiâ parentes habuit sanctissimos, vitam egit omni vitiorum genere fœdatam.

VERS. 3. — INSUPER FILIUM SUUM CONSECRAVIT, TRANSFERENS PER IGNEM. Gravissimum fuit hoc scelus, de quo Dominus non semel queritur, aut consecratos, aut quodammodò initiatos esse filios idolorum alicui, aut certè in illorum cultum prorsùs esse combustos. Utrumque fieri solitum à gentibus, et ad illarum exemplum etiam ab Hebræis, ex Scripturâ sacrâ non difficili conjecturâ colligimus. Sicut enim aliis se purgabant modis ac lustrationibus, si quid existimaretur sordium esse contractum, sive id ad corpus, sive etiam ad animum pertineret, aquâ nimirùm lustrali, aut quibusdam aliis expiatoriis sacrificiis, sic etiam, quia nihil tam mundat aut purificat quàm ignis, et ideò cùm quid optimè expiatum vellent, ignem adhiberent, ex animo sordes sic exuri posse arbitrabantur, si flammæ admoverentur lustrales: quibus si vel ustulati essent, vel afflati pueri, consecrati existimabantur idolis, et illorum cultui in æternum addicti. Sic Oseas, c. 4, v. 7, de populo suo queritur, quia filios genuerunt alienos, id est, qui non tam Deo veræque religioni, quàm dæmoni atque impurissimæ superstitioni servirent: *In Deum,* inquit, *prævaricati sunt, quia filios alienos genuerunt.* Idem quod Achaz fecisse etiam dicitur Manasses, illius nepos, lib. 4 Reg. c. 21, v. 6: *Et traduxit filium suum per ignem.* Hoc autem videtur sub hæc tempora usitatum Hebræis, quando Josias lib. 4 Reg. cap. 23, severè vetuit, ne quis per ignem filios suos consecraret Moloch; sed de hoc statim.

Alio modo per ignem idolo consecrabant filios non jam ustulatos vel attactos leviter à flammâ, sed ustos omninò, et redactos in cinerem. Sanè immolâsse parentes filios suos dæmonibus in sacris litteris sæpiùs audimus.

Psalm. 105, v. 37 : *Immolaverunt filios suos et filias suas dæmoniis.* Et statim : *Effuderunt sanguinem innocentium, sanguinem filiorum suorum et filiarum suarum, quas sacrificaverunt sculptilibus Chanaam;* hos verò filios non solùm subjectos fuisse sacrificali cultro, sed etiam flammis, quibus vivi cremarentur propè Hierosolymam in Topheth, et eo modo Moloch Ammonitarum deo consecrarentur. Quod videtur Josias vetuisse infra, c. 23 : *Contaminavit quoque Topheth, quod est in valle filii Ennom, ut nemo consecraret filium suum, aut filiam per ignem Moloch.* Clariùs Jeremias, c. 7, v. 31 : *Ædificaverunt excelsa Topheth, quæ est in valle filii Ennom, ut incenderent filios suos et filias suas igne.* Erat hoc tempore sacrarium impium in Topheth, id est, in valle Hierosolymæ proximâ, quæ quia hæreditas quondam fuerit Ennom, Gehinaô, sive Gehenna dicebatur, ubi impiæ ac barbaræ religionis antistites excitârunt aram, consecrâruntque Moloch, cùm filios per summam acerbitatem traductos per ignem immolabant. Topheth, ut pluribus docuimus ad c. 30 Isaiæ, à radice deducitur תפף *taphaph*, quæ strepitum sonat tympanorum, quia parentes in victimâ illâ crudeli ac barbarâ, ne filiorum ejulatu commoti ab illo nefario sacrificio desisterent, tympanis ac sistris filiorum clamoribus obstrepebant, cùm igne cremarentur; aut, ut alii putant, cùm in æreo Moloch simulacro igne candente tanquàm in accenso clibano torrebantur.

Utro horum modorum filium suum per ignem consecrârit Achaz, incertum est. Loquendi modus ad utrumque patet. Josephus, lib. 9 Ant., c. 12, Chananæorum ritu holocaustum ab Achaz oblatum esse filium, id est, totum omninò ab igne combustum esse dicit. Cum Josepho sentiunt Hugo et Abulens. q. 3, et Historia Scholastica. Alii dubii sunt, sed eò frequentes inclinant, ut putent traductos fuisse filios Achaz per ignem, non combustos. Ita Theodoretus, q. 16 : « Ego, inquit, existimo id quod dicitur tacitè significare genus « erroris, quod ad nos usque pervenit; vidi « enim in aliquibus civitatibus semel in anno « accendi rogos, et trans eos saltare aliquos, « non solùm pueros, sed etiam viros ; infantes « autem per flammam ferri à matribus : videbatur autem quædam esse expiatio et purgatio. Existimo autem hoc fuisse Achazi « peccatum. » Hæc Theodoretus. Et facit ad hæc quod dicitur lib. 2 Paralip., c. 28 : *Lustravit filios suos in igne, juxta ritus gentium.* Mihi non displicet quod visum est Lyræ, omnes filios Achaz piacularibus flammis fuisse purgatos, ut habemus in lib. 2 Paralip., et ex illis unum immolatum et consecratum fuisse Moloch Ammonitarum deo.

Hæc autem expiatio usitata fuit inter gentiles, qui sicut videbant nullo modo meliùs inolitas sordes excoqui posse quàm per ignem, sic etiam si quid esset peccatum, et quasi inustum animo, igne putabant exustum iri potentissimè. Quare sæpè audimus lustrationes factas per ignem. Quare dùm per ignem lustralem filios traducit impius Achaz, gentilem se profitetur, ejuratâ parentûm religione. Expiari à concreto piaculo contaminatas animas cecinit Virgilius lib. Æneid. 6 :

Aliæ panduntur inanes
Suspensæ ad ventos : aliis sub gurgite vasto
Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.

Ovidius in Fastis, lib. 4 :

Omnia purgat edax ignis, vitiumque metallis
Excoquit ; idcircò cum duce purgat oves.

Et idem eodem loco igne lustrat oves, et dicit se transiliisse flammas :

Certè ego transilii positas ter in ordine flammas.

Quò auspicatus esset et felix annus, in ejus principio cremabatur laurus, quâ benè putabatur initiatus, id est, bona sortitus initia, quæ felices in reliquum exitus portenderent. Tibulus lib. 2, elegiâ 5 :

Et succensa sacris crepitet benè laurea flammis.
Omine quo felix et sacer annus eat.

Eo modo fortunatus credebatur futurus filius, si illum recens natum ignis ille lustralis aut tangeret, aut afflaret. Longum esset referre singula. Illud addam, quod Abulens. q. 3 docet de hâc purgatione per ignem, quam etiam dicit familiarem esse Tartaris. Nam cùm alios omnes, qui non fuerint ex suo genere, immundos esse putent, non priùs externos homines regem suum alloqui, aut in ejus conspectum venire permittunt, quàm transierint inter duos ignes quibus purgati digni existimantur, qui regios subeant oculos, et illius fruantur vel alloquio, vel aspectu.

Vers. 5. — Tunc ascendit Rasim rex Syriæ, et Phacee filius Romeliæ rex Israel in Jerusalem (1). Multa passus est Achaz, tum à fini-

(1) *Alors, Razin, roi de Syrie, et Phacée, fils de Romélie, roi d'Israël, vinrent mettre le siége devant Jérusalem, et tenant Achaz assiégé, ils ne purent néanmoins le prendre.* On voit dans les Paralipomènes, et l'on a remarqué aussi autre part sur Isaïe, que ces deux princes, savoir, le roi de Syrie et celui d'Israël, avaient

timis et cognatis, tum ab externis regibus, quæ nobis necessariò explicanda, et ab aliis petenda locis, quia hìc parciùs quàm alibi prodita sunt illa, quæ regnum Achaz et turbârunt sæpè, et attriverunt vehementer; illa verò suo ordine persequar, ex capite præsertim 28 Paralip., ubi hæc fusiùs ab historico sacro tradita sunt.

Primùm Rasim rex Syriæ bellum intulit Achaz, qui superavit eum, et ex toto Israele optimas exuvias transtulit in Damascum, quam fortassè sibi vindicârat hoc ipso tempore: nam, ut vidimus proximè, c. 14, v. 28, caput Syriæ Damascum Jeroboam filius Joas Judæ restituit. Idem recepit Ailam, quam Ozias lib. 2 Paralip. c. 26, vers. 2, ad ditionem Judæ postliminiò reduxerat, et illam Idumæis Israelitici nominis inimicis habitandam tradidit. Illud porrò, *tradidit eum Dominus Deus ejus in manu regis Syriæ*, magnam indicat Sy-

déjà pillé les états du roi de Juda, et taillé en pièces ses armées, servant tous deux de ministres à la justice de Dieu, pour punir l'impiété de celui qui se déclarait ouvertement contre sa religion, et qui s'efforçait de tout son pouvoir de substituer à son culte celui des idoles. Ces deux mêmes rois joignirent ensuite leurs troupes, et ne pouvant pas douter qu'ils ne dépouillassent alors très facilement de ses états un prince qu'ils avaient battu séparément l'un et l'autre, ils vinrent mettre tous deux ensemble le siége devant la ville de Jérusalem. Ce fut alors qu'Isaïe, ce prophète si célèbre, qui était prince du sang de la maison de David, et fils d'Amos, frère d'Amasias, roi de Juda, vint trouver Achaz de la part de Dieu, pour le rassurer. Car *le cœur d'Achaz*, comme parle l'Ecriture, *et le cœur de son peuple fut saisi et trembla de crainte, comme les arbres des forêts tremblent étant agités des vents.* Quoique ce prince se fût rendu tout-à-fait indigne du secours de Dieu, l'orgueil de ses ennemis qui croyaient déjà triompher de Jérusalem, et qui avaient résolu *d'y établir un autre roi*, ou, pour mieux dire, l'orgueil même du démon qui se flattait vainement de pouvoir anéantir les promesses du Seigneur, touchant le Fils de David, dont le règne serait éternel, mérita que Dieu dissipât tous leurs projets, et leur fît connaître que s'il leur avait livré Achaz pour un temps, il était maître de le secourir quand il lui plaisait. *Ne craignez point*, dit Dieu à Achaz par la bouche d'Isaïe, *et que votre cœur ne se trouble point devant ces deux bouts de tisons fumants de colère et de fureur. Leurs pensées n'auront point d'effets.* Il les appelait *deux bouts de tisons*, parce qu'ayant été allumés du feu de la colère de Dieu, pour punir l'impiété du roi de Juda, ils étaient alors comme à la fin de leurs fonctions et du ministère pour lequel on les avait envoyés. Car les méchants sont entre les mains de Dieu comme un feu qui est allumé par sa justice, pour punir d'autres méchants, ou pour purifier les bons, et qu'il jette ensuite comme une chose inutile, après qu'il s'en est servi à ses desseins.

Mais afin qu'on pût comprendre quelle était la pensée de Dieu, lorsqu'il promettait son assistance à ce roi impie, il voulut bien lui donner, pour assurance de sa divine protection, un signe qui assurait de nouveau tous les hommes de la vérité infaillible de ses promesses touchant le Sauveur qui devait naître de la maison de Juda. Car lorsqu'Achaz était plus touché de la frayeur de ces deux grandes armées qui l'assiégeaient, que de l'espérance que lui donnait le prophète du secours de Dieu, le Seigneur lui dit: *Demandez à votre Dieu qu'il vous fasse voir un prodige, ou du fond de la terre, ou du plus haut du ciel.* Et comme l'incrédulité et le désespoir de ce prince impie lui fit répondre *qu'il ne demanderait point de prodige, et ne tenterait point le Seigneur*, couvrant ainsi son orgueil, dit un saint Père, sous un prétexte de piété, Dieu voulut lui-même lui donner le signe le plus auguste et le plus divin de tous les prodiges, savoir: *qu'une Vierge concevrait et enfanterait un Fils qu'on appellerait Emmanuël.* Et c'est, ce semble, comme si Dieu lui avait dit: Vous ne voulez pas ajouter foi à l'assurance que je vous donne de ma divine protection contre les armées de ces deux princes qui menacent d'exterminer votre royaume et votre maison; mais, pour vous en assurer, souvenez-vous de la promesse que j'ai faite à votre père David, de rendre le trône de son Fils éternel. Ce Fils naîtra d'une Vierge, et s'appellera *Emmanuël*, c'est-à-dire, *Dieu avec nous.* Croyez-vous donc que je puisse manquer à mes promesses, ou qu'il me soit plus impossible d'exterminer ces armées de vos ennemis, que de faire naître un Dieu-Homme parmi les hommes, et de le faire naître, non selon les voies ordinaires de la nature, mais d'une Vierge, par une opération toute miraculeuse et surnaturelle? C'est là véritablement ce prodige dont on lui avait parlé, non pas seulement *du fond de la terre, ou du plus haut du ciel*, mais de tous les deux ensemble, puisqu'il renfermait une union admirable de ce qu'il y a de plus élevé dans le ciel, qui est la nature divine, avec ce qu'il y avait alors de plus rabaissé sur la terre, qui était la nature humaine. Et l'Ecriture a raison de dire *que ce fut le Seigneur qui donna lui-même ce signe*, puisqu'il n'y avait qu'un Dieu qui pût donner un prodige si ineffable. Que s'il le donnait à un prince impie et indigne de son secours, il faisait voir en cela même un autre signe de son infinie miséricorde envers les hommes, qui était que ce Fils divin et tout-puissant qui devait naître d'une Vierge, viendrait sauver par sa grâce des pécheurs et des impies.

Quoique cette histoire du siége et de l'assistance miraculeuse de la ville de Jérusalem ne soit touchée qu'en un mot dans le chapitre des rois que nous expliquons, nous avons cru qu'il était besoin de marquer au long ces circonstances importantes que nous a décrites le saint prophète Isaïe, qui servent à éclaircir cet endroit d'une manière si édifiante.

(Sacy.)

rorum victoriam et gravem Judæis inflictam plagam.

Deinde Phacee filius Romeliæ aggressus est Achaz Syrorum armis jam antea vexatum et infirmum. Quàm autem ab illo fuerit acerbè tractatus, habes lib. 2 Paralip., c. 28, à versu 6, ubi à Phacee de viris Juda occisa dicuntur bellatorum hominum centum viginti millia. Inter quos fuêre viri principes, et duces exercitûs, et regis ipsius quidam filius Maasia nomine. Qui etiam abduxit infinitam multitudinem captivam in Samariam ex omni ætate et sexu, et ingentem præterea prædam, quantam nimirùm aut voluit, aut potuit exercitus avidus et insolens victoriis. Sic autem ibi vers. 8 : *Ceperunt filii Israel de fratribus suis ducenta millia mulierum, puerorum, et puellarum, et infinitam prædam; pertuleruntque eam in Samariam.* Accidit autem percommodè, ut eo tempore, quo tanta multitudo vincta traducebatur Samariam, ut servilem operam navaret hosti victori, adesset propheta quidam Domini, nomine Oded, qui spiritus Israelitarum insolentes et truces gravi oratione repressit, perfecitque ut captivos non solùm intactos et incolumes, sed etiam refectos clementer et honestè, commodèque vestitos ad civitatem usque Jerichuntinam, quæ non procul aberat à Hierosolymis, deducerent.

Tandem cùm duo isti reges Israelis et Syriæ extinctum esse cuperent regem Juda, et pro illo regem constituere externum virum, qui ipsorum studiis ac votis administrandæ reipublicæ formam attemperaret, in Achaz ambo, et Judæorum exitium conjurârunt, sibique persuaserant rem totam facilè confici posse, cùm scirent cum illo conjunctis viribus futurum esse congressum, qui singulorum impetum sustinere nequierit, et exultantes hostes à cæde et prædatione cohibere. Quare dicebant, ut est apud Isaiam, c. 7, v. 5 : *Ascendamus ad Judam, et suscitemus eum, et avellamus eum ad nos, et ponamus regem in medio ejus filium Tabeel.* Quasi dicerent, ut nos eo loco paraphrasticè: Ascendamus ad Judaicum istum populum, et nimio somno deditum, otioque dissolutum armorum nostrorum strepitu, et litui clangore suscitemus. Neque necesse erit, ut ad delendam gentem illam totas explicemus bellicas vires : sat enim erit si circumdatam funibus civitatem, à suisque convulsam fundamentis ad nos trahamus. Tunc autem depulso rege è Judæorum semine, ejus loco sufficiemus in regno filium Zaboel. Sic secum duo illi reges meditabantur, neque malè si quis inter se utriusque partis vires accuratè componat. Quod optimè considerabat Achaz, quando, domestico diffisus ac proprio, externum sibi accersivit auxilium. (1)

VERS. 7. — MISIT AUTEM ACHAZ NUNTIOS AD THEGLATHPHALASAR REGEM ASSYRIORUM (2).

(1) VERS. 6. — IN TEMPORE ILLO RESTITUIT RASIN REX SYRIÆ AILAM SYRIÆ, ET EJECIT JUDÆOS DE AILA : ET IDUMÆI VENERUNT IN AILAM, ET HABITAVERUNT IBI USQUE IN DIEM HANC. Hujus loci quædam inter se pugnant. Si Rasin Ælam vel Ailath Syris submisit, cur eò veniunt habitaturi Idumæi ? Quid juris erat Syris in eam urbem, quam nunquàm non possederant vel reges Juda, vel Idumæi ? David, Salomon, cæterique post ipsum reges Juda, illam usque ad tempus defectionis Idumæorum sub Joramo retinuêre. Pulsis tunc Judæis, Idumæis cessit. Vicissim autem Judæi expulerunt Idumæos sub Azariâ rege Juda ; cujus postremæ acquisitionis nomine Achaz eam urbem retinebat, cùm Rasin arma ad illam admovit : quare nullis ex historiâ petitis argumentis demonstrari potest, eam urbem Syris unquàm paruisse. Nimis etiam aberat à Damasco, ut regibus Syriæ arduum esset commercium cum urbe à finibus suis adeò remotâ.

Pugnantia hæc induxit unica in textum litterula, quæ pro aliâ persimili accepta est. *Aram* et *Edom* scribuntur in Hebraico litteris omninò fermè similibus. Igitur altera pro alterâ usurpata est, uti non semel aliàs contigit; quare legendum est : *In tempore illo Rasin rex Syriæ recepit Ailam pro Edom et ejecit Judæos: et Idumæi venerunt in Ailam, et habitaverunt ibi usque in diem hanc.* Persuasum habemus Idumæos invitâsse Rasin, ut moveret in Ælath, spe præmii allectum omnibusque belli sumptibus levatum ; neque dissimulandum est, Chaldæum, Hebræos, Syriacum, Arabem, Josephum, Grotium, aliosque nonnullos censuisse Rasin urbem hanc adjecisse Syriæ, eòque venisse Syros, ut sedes ibi pro Judæis haberent. Sed hæc omnia minora nobis sunt, quàm ut nos cogant deserere contrariam opinionem, quam argumentis fulcivimus.

(Calmet.)

(2) *Alors Achaz envoya des ambassadeurs à Theglathphalazar, roi des Assyriens, pour lui dire : Je suis votre serviteur et votre fils; venez me sauver des mains du roi de Syrie, et des mains du roi d'Israël, qui se sont joints ensemble pour s'élever contre moi.* On vient de voir l'assurance que Dieu donna à Achaz par le prophète Isaïe de sa protection toute puissante; et ce prince impie, sans ajouter foi à la parole du Dieu d'Israël, du Dieu des armées, recherche l'appui du bras humain, et envoie faire de sa part des bassesses à un roi païen, pour l'engager à le venir secourir. Qui n'aurait cru que Dieu le devait alors abandonner entre les mains de ses ennemis, puisqu'il méprisait si insolemment le secours qu'il lui promettait? Et c'est sans doute ce que les hommes auraient fait envers d'autres hommes. Mais les pensées du Très-Haut sont infiniment élevées au-dessus des nôtres. L'incrédulité et l'impiété d'Achaz

Quantùm attulerit perturbationis ac metûs illa duorum regum conjuratio, explicuit optimâ similitudine Isaias c. 7, v. 2 : *Et commotum est cor ejus, et cor populi ejus, sicut moventur ligna sylvarum à facie venti.* Quæ verba nos ibi sic exposuimus paraphrasticè : Perlatus est autem rumor ad regem aliosque proceres de domo David, qui nuntiavit substitisse ad Samariam Syrorum exercitum, ut inde conjunctis cum rege Samariæ viribus, moveret contra Jerusalem. Qui nuntius ita perculit animos familiæ generisque Davidis et totius populi, ut non minùs turbarentur à metu quàm à vento arbores commoventur in sylvâ. Tunc autem Dominus, ut refert eodem cap. v. 3 Isaias, præcepit Isaiæ ut cum filio suo Sehar Jasub, qui sui nominis notatione fortunatos portendebat exitus, ad extremum aquæductûs, qui aquam ad piscinam superiorem derivat, occurrat regi Achaz, qui eò tunc egressus fuerat ut de advocando Assyriorum auxilio secum ipse solus deliberaret. Cui Dei nomine jubet bono sit animo, et omnem metum ac desperationem deponat. Neque aliquid putet imminere periculi à Rasim Damasci, et à Phacee rege Samariæ, non magis quàm ab ambustis titionibus, qui præter fumum evanidum, id est, inanes atque emortuas minas, nihil habent amplius.

Neque satis habuit Deus illa promisisse, quæ modò produximus, et alia quæ eodem loco adduxit Isaias, sed etiam versu 7 illustre aliquod pollicetur signum, quod futurum esset testimonium et pignus obligatæ fidei. Sic ergo regem Achaz verbis Domini affatur Isaias : Optato, ô Achaz, tibi quod malueris signum atque portentum, neque moror, sive ex profundo, sive ex excelso petas, quin pro tuo voto quamprimùm edam. Achaz porrò non minùs simulatè quàm impiè negat sibi à Deo petendum esse signum, ne videatur divinam fidem atque potentiam explorare voluisse. Quod tentationis genus esse obtendit, à quo abesse culpa non potest.

Dignus videbatur Achaz, et qui illi aderant, sive ex domo regiâ, sive è cognatione Davidis, quique regi erant generis communitate conjuncti, quos Deus abjiceret, qui tantum beneficium tam illiberali atque impudenti responso repulissent. Sed Deus adhuc promittit majora v. 10. Ait enim illis, etiamsi Deo molesti fuerint, dùm beneficium tantum tamque liberale contemnunt, tamen concessurum se, etiamsi obligatæ fidei neque petierint, neque acceperint pignus, quidquid antea promisisset; nempe nunquàm Jerusalem venturam in hostium potestatem, et duo illa regna, à quibus impendere sibi infortunium extremum metuebant, esse brevi delenda. Sed etiam voluit eumdem illum insperatum eventum altioris cujusdam beneficii futurum esse pignus. Eventum autem dico incolumitatem attriti populi, qui jam de suâ libertate desparabat, et duorum regum et regnorum exitium perbreve, sub tertium videlicet annum, quæ nullo modo extingui posse videbantur. Illud autem beneficium fuit, venturum aliquando Deum in mundum assumptâ carne, natum ex Virgine, cujus erit nomen Emmanuel, quia nobiscum conversabitur et vivet; qui non aliter ac alii infantes, qui hominum satu conceptuque nascuntur, lac suget ex maternis uberibus, donec

ne peuvent rien contre la fermeté inébranlable des promesses du Seigneur : il saura bien le punir quand sa malice sera venue à son comble ; mais la vérité de la parole d'un Dieu doit être accomplie. Ainsi il se sert du roi même des Assyriens, que ce prince avait fait venir pour punir ses ennemis, lui qui aurait pu avec une armée de moucherons les mettre en fuite; et l'on peut dire que cette conduite de Dieu à l'égard d'Achaz, était le plus redoutable châtiment qu'il pût exercer alors contre lui, puisque c'était proprement l'abandonner à l'orgueil et à l'aveuglement de son cœur, que de le laisser dans la pensée où il était, qu'il devait attendre des hommes plutôt que de Dieu tout son secours. Et ce lui fut aussi un nouveau sujet de se précipiter misérablement dans une plus grande impiété, puisqu'ayant été au-devant du prince, son prétendu libérateur, et ayant vu à Damas l'autel profane, mais apparemment très magnifique, du roi de Syrie, il donna ordre aussitôt au pontife Urie d'en faire dresser un semblable dans le temple du Seigneur, introduisant de la sorte l'abomination de la désolation dans le lieu saint, comme Jésus-Christ l'a dit depuis.

On a peine néanmoins à accorder ce qui est dit en ce lieu, qu'Achaz fit venir le roi des Assyriens à son secours contre les rois de Syrie et d'Israël, avec ce qui est marqué dans les Paralipomènes, *que le Seigneur fit venir ce même roi des Assyriens contre Achaz, dont il pilla les états, et que les présents que ce prince malheureux lui fit des dépouilles de la maison du Seigneur, et de la maison des rois de Juda et des princes, ne lui servirent de rien.* Mais il semble qu'on peut dire, pour accorder cette contrariété apparente, dont on aura lieu de parler plus amplement sur les Paralipomènes, qu'encore qu'Achaz eût sollicité ce prince de le venir secourir, ce fut proprement le Seigneur qui le fit venir en punition de cette incrédulité d'Achaz même, et qu'étant venu en effet combattre ses ennemis, il ne laissa pas de piller en même temps ses états, qui se trouvèrent ravagés par une armée triomphante. (Sacy.)

in illam ætatem adoleverit, in quâ infantes alii internoscere plerùmque solent bonum et malum : illud, ut appetant; hoc, ut aversentur et respuant. Butyrum et mel comedet, quod in illâ regione faciunt infantes, cùm primùm à maternis avelluntur uberibus. Quæ descriptio est ejus qui natus homo ætatem hùc agit infantilem. Deinde v. 12 explicat magis quo tempore duo illa regna peritura sint, spatiumque constituit triennale, aut triennali proximum, quantum scilicet intercedit inter infantis ortum, et illud tempus in quo puer ad illam pervenerit ætatem ut discernere possit inter bonum et malum, illudque sive eligere, sive reprobare. Ante hoc ergo tempus, eò dicit redactum iri terram, quæ nunc minatur omnia regno Juda, ut et ipsa relinquatur deserta, neque illam ampliùs videant reges illi qui nunc ejus præclarâ possessione superbiunt.

Deinde tribui et regno Juda non longè post hæc tempora durum etiam et longum minatur exitium. Quod etiam virginei partûs signum esse vult, quod à versu 13 ad finem usque capitis latè describit. Deinde verò c. 8, ut quod per prophetam Dominus promiserat, certo aliquo et aspectabili signo demonstraret, jubet Deus prophetæ, ut in libro grandi hoc ipsum, deinde in filio suo, qui primùm nasceretur, brevem duorum regnorum interitum portenderet. Quare jubet ut primùm in libro quodam grandi, eo stylo et formâ quæ in legitimo judicio publicam habeat auctoritatem et fidem, pauca hæc verba scribat : *Velociter spolia detrahe : citò prædare.* Quod ut exactè præstaret Isaias, et humano more atque forensi stylo consignatum relinqueret, testes adhibuit, quorum magna tunc erat fides et auctoritas, Uriam sacerdotem summum, et Zachariam Barachiæ filium. Hoc ipsum etiam in suo filio eodem concepto tempore notavit. Nam cùm hoc ipso tempore ad uxorem conjugali more accederet Isaias, ex illâ suscepit filium, cui ex Domini jussu illud idem nomen imposuit, quod in volumine grandi paulò antea notaverat : *Accelera spolia detrahere, festina prædari.* Quod nomen, ipso exponente Domino, qui nomen indiderat, indicabat ruituram brevi Syriæ Samariæque potentiam, quæ omni casu superior videbatur. Nam priusquàm puer ille tunc natus ad eam ætatem veniret ut parentes agnoscat, vocetque blæsâ atque informi voce *tatam* et *mammam*, expugnanda dicitur Damasci fortitudo, et ingens è Samariâ diripienda præda à rege Assyriorum. Et hoc ipsum est, quod scribitur Isai. c. 7, v. 16 : *Antequàm sciat puer reprobare malum et eligere bonum, derelinquetur terra, quam tu detestaris à facie duorum regum suorum.* Hic autem puer non est Emmanuel, cujus proximè antecesserat nomen, sed aut hic Isaiæ filius, aut quicumque alius, qui tunc esset in lucem editus. Nam priusquàm puer sciret reprobare malum et eligere bonum, seu cognoscere patrem et matrem, quæ eodem tempore cognoscere incipit puer, derelinquetur terra à duobus dominis, aut auferetur fortitudo Damasci, et spolia Samariæ, quæ eadem sunt, aut eòdem spectant. Hæc omnia sumpsi paraphrasticè ex Commentariis Isaiæ in c. 7 et 8, ubi hæc omnia, quæ strictim attigi, probavi pluribus. Tu illa vide, neque enim tractationem illam longam hùc transferre libuit, cùm ex suo loco à curioso lectore peti possent. Sed dubitabit hìc aliquis, quomodò duorum istorum regum fracta sit potentia, et regna duo tunc regno Judæ hostiliter infensa aut eversa, aut attrita vehementer triennali, aut fortassè spatio breviori, cùm illorum adfuturus dicatur interitus, antequàm puer eo tempore conceptus aut natus in illam ætatem adolesceret, in quâ parentes agnoscit suos, aut incipit à bono malum secernere : cùm Samaria (quicquid sit de Syriâ) nonnisi anno nono Osee regis Israel et anno sexto Ezechiæ expugnata fuerit, ut constabit statim quarto Regum c. 18. Quare cùm hæc dicta videantur in principio regni Achaz, id est, anno illius tertio, aut quarto, ut dicemus statim, consequens est puerum, qui hoc natus est tempore, quando capta est Samaria, annos habuisse octodecim, atque ideò vixisse ad annos sedecim, postquàm secernere potuit à malo bonum, et vocare patrem et matrem.

Quòd autem hæc ab Isaiâ prædicta fuerint sub initio regni Achaz, constat quia Joatham pater Achaz regnare cœpit anno secundo Phacee filii Romeliæ; Joatham autem annos regnavit sedecim. Quòd si hos sedecim annos duobus aliis adjicias, quos in regno posuerat Phacee, annos constitues decem et octo antequàm Achaz parenti Joatham in regno succederet : cùm autem Phacee viginti tantùm regnârit annos, duos tantùm annos, aut non multò plus sumpsit ex regno Achaz. Qui tamen regnum iniisse traditur anno 17 Phacee hoc ipso c. v. 1, quia annus decimus octavus inchoatus tantùm erat, atque ideò juxta Scripturæ sacræ consuetudinem prætermissus est.

Cûm autem Phacee vivo hæc ab Isaiâ dicta fuerint, consequens est ut initio regni sui audierit Achaz, cûm in ipso ferè initio decesserit Phacee.

Sed hæc ratio, tametsi videatur alicui vim habere maximam, illi, qui Scripturæ sacræ consuetudinem nôrit, non ita censetur gravis, ut admodùm premat in oppositum. Nam, quemadmodùm docuimus ad illud Zachar. c. 1: *Jam septuagesimus annus est*, aliquid tunc factum dicimus, aut completum, cùm bonâ ex parte cœptum est fieri. Quare Dan. c. 9 anno primo Darii completi esse dicuntur septuaginta anni desolationis Jerusalem, cùm tamen septuagesimo illo anno non desolata fuerit, sed desolari cœpta. Et Jeremias c. 27, post septuaginta annos, et simul atque deletum esset Chaldæorum imperium, futurum esse dixit Judæorum reditum in patriam, cùm tamen plurimi in Babyloniâ relicti fuerint, qui postea, Esdrâ atque Nehemiâ duce, redierunt, quia eo anno inchoata remigratio est. Quo verò tempore ab Assyriis subjugata est Damascus, id est, paulò post natum Isaiæ filium, magna pars regni Israelis eversa fuit ab iisdem, et eodem victoriarum cursu. Nam, ut 4 Reg. c. 15, v. 29, scribitur: *In diebus Phaceæ regis Israel venit Theglathphalasar rex Assur, et cepit Aion et Abel domum Maacha, et Ianoe, et Cedes, et Asor, et Galaad, et Galilæam, et universam terram Nephthali, et transtulit eos in Assyrios*. Quare detrimentum illud magnum, quod accepit Israel ab Assyriis, non potuit contingere post annum tertium regni Achaz, qui regnare cœpit sub finem regni Phacee, id est, anno illius 17 aut 18, ut supra dicebamus.

Adde quòd propheta non dicit vastandam esse Samariam, sed diripienda esse spolia Samariæ à rege Assyriorum. Est autem satis notum, et in Scripturâ sacrâ sæpiùs repetitum, Samariam sumi pro toto regno Israel, quia ibi erat regii nominis prima sedes et domicilium stabile; satis verò opima præda abducta est à Samariâ, id est, ab Israel, quando ab eâ quinque fermè tribus ablatæ sunt; nempe Nephthali, et magna pars Zabulon, et Galaad. Ubi erat tribus Ruben et Gad, et dimidia tribus Manasse, ut explicatiùs dicitur lib. 1 Paralip. c. 5, v. 26. Hæc nobis sumpta sunt ex nostris Commentariis in Isaiam, quia non minùs hìc quàm illìc necessaria sunt. Nunc ad caput 16 redeamus, et ad locum illum unde facta digressio.

Misit autem Achaz nuntios ad Theglathphalasar regem Assyriorum. Quo tempore Isaias locutus est ad Achaz, nondùm reges illi duo Jerusalem obsederant, sed tantùm vires et castra non procul ab illâ conjunxerant. Quare cùm subsidio venit ab Achaz evocatus rex Assyriorum, jamdudùm obsederant Jerusalem, neque tamen juxta Domini promissionem per Isaiam quicquam tot expensis, et tantâ militione consecuti sunt. De quibus hoc ipso cap. v. 5: *Cùmque obsiderent Achaz, non valuerunt superare eum.* Quamdiù urbem obsederint conjurati reges, non constat ex Scripturâ, aut ex alio gravi auctore, quod ego viderim. Quo tempore obsessis aut afflictis subsidio venerit Assyrius, incertum est; mihi visum est Scripturæ sacræ consentaneum magis, quod antea dixeram, accepisse nimirùm Achaz plagam magnam à rege Syriæ, qui opima spolia ex Judæ finibus retulit in Damascum; deinde aliam longè graviorem à rege Israel, quando occisa fuerunt multa Judæorum millia, multa capta ex omni ætate ac sexu, deinde duos illos reges conspirâsse, et civitatem regiam Hierosolymam obsedisse, ac tandem cùm profecissent nihil, rediisse in patriam. Eo verò tempore venisse subsidio Assyriorum regem, qui multò ante fuerat evocatus, et utrumque regem in suo regno sic esse mulctatum, ut perierint, aut periisse omnes existimari potuerint; id mihi colligere posse videor ex lib. 2 Paralip. c. 28, v. 16, et ex hoc loco, ubi post duas illas plagas acceptas, missi ab Achaz dicuntur nuntii ad regem Assyriorum: *Tempore*, inquit, *illo misit rex Achaz ad regem Assyriorum, postulans auxilium.* Josephus lib. 9, c. 12, aliter putat. Ait enim obsedisse diù conjuratos reges Hierosolymam, cùmque viderent diutiùs quàm ipsi cogitârant obsidionem trahi, discessisse regem Syriæ, et malè vexâsse civitates alias Juda, et prædas abegisse illas, de quibus supra v. 6; cùm autem Achaz discessisse ab obsidione cognosceret regem Syriæ, non dubitâsse extra muros eruptionem facere, et cum rege Samariæ conferre signa, quem utpote à Syro destitutum facilè putaret profligari posse: rem tamen secùs accidisse; nam et multa Judæorum millia fuerunt cæsa, multa capta, et, nisi cujusdam prophetæ intercessisset oratio, in servitutem abducta. Sed huic cogitationi, præter alia, illud incommodat non leviter, quòd Dominus per Isaiam c. 7, v. 4, ante obsidionem proximè dixit Achaz, ne timeret magis à duobus regi-

bus, quàm à caudis titionum fumigantium, à quibus nihil potest esse periculi. At non leve fuit incommodum illud quod ab utroque rege pertulit Achaz; quocirca ante obsidionem utramque plagam inflictam oportuit.

Vers. 9. — Qui acquievit voluntati ejus: ascendit enim rex Assyriorum in Damascum, et vastavit eam, et transtulit habitatores ejus Cyrenem. Jam, ut apparet, obsidione Hierosolymæ solutâ, in regiam sedem recesserat Rasim, ad quam Assyrias acies admovit Theglathphalasar, et illâ vastatâ, et rege ejus è medio sublato, habitatores aliò migrare jussit, et Cyrenem usque traduxit. Ubi Vulgatus *Cyrene,* Hebraicè est קירה *Kirah*. Est autem duplex Cyrene, altera in Africâ, à quâ provincia quædam Cyrenaica appellatur, de quâ Actor, 2: *Et partes Libyæ, quæ est circa Cyrenem.* Sed alia est Cyrene, ad quam translati dicuntur exules Damasceni: neque enim captivos suos in alienam provinciam Assyrii transmitterent. Translati ergo sunt ad aliam Cyrenem, quæ est in Assyriâ. Ita sanè Josephus lib. 9 Ant. c. 13: « Vastatâ, inquit, Syriâ expugnatâque Damasco, « (rex Assyriorum) Rasim quoque regem occi« dit; Damascenes verò in superiorem Mediam « populariter traduxit, et pro illis quasdam « Assyriorum gentes in agrum Damascenum « reposuit (1). » De hâc Damasci vastitate civiumque translatione non multò ante prædixerat Amos, c. 1, v. 5: *Et conteram vestem Damasci, et disperdam habitatorem de campo idoli, et tenentem sceptrum de domo voluptatis, et transferetur populus Syriæ Cyrenem.* Vide quæ nos ad hunc locum in nostris Commentariis super Amos.

Vers. 10. — Perrexitque rex Achaz in occursum Theglathphalasar regi Assyriorum in Damascum. Si rex Assyriorum conjuratos reges invasisset, quo tempore obsidione cinxerant Hierosolymam, non ad illum esset profectus Achaz, sed potiùs comitaretur Assyrium, et se illi ad opus illud socium addidisset. Ita putat Josephus, qui, domitâ ab Assyrio vastatâque Damasco, venisse dicit eò regem Achaz cum muneribus, ut pro devictis hostibus, reque Judæorum servatâ, gratias ageret. Inde rex idem Assyrius progressus est contra Phacee, quem attrivit vehementer, et his spoliavit provinciis, de quibus nuper, tribu videlicet Nephthali, et magnâ parte Zabulon regione transjordaninâ Galaaditide, ubi erant duæ tribus Gad et Ruben, et dimidia tribu Manasse.

Hic nobis addendum, quod habemus lib. 2 Paralip. c. 28, v. 20, quod hoc in loco, quia historiam complet Achaz, prætermitti non debet. Quemadmodùm enim duo reges, quos evertit Assyrius, regem Achaz, remque Judæam insectati sunt acriter, sic etiam Theglathphalasar, quem conductum mercede exhausto ærario profano et sacro socium advocavit, debellatis regibus, qui tam Judaicis nationibus erant infensi, contra ipsum Achaz, remque Judaicam victrices atque insolentes copias convertit. Sic autem lib. 2 Paralip. c. 28, v. 20: *Adduxitque* (Deus) *contra eum* (Achaz) *Theglatphalasar regem Assyriorum, qui et afflixit eum, et nullo resistente vastavit. Igitur Achaz, spoliatâ domo Domini et domo re-*

(1) Sed ardua quædam in his occurrunt. Animadversum est supra, Arbacem subactâ Ninive, Medos in libertatem asseruisse; quare Theglatphalasar, quem cum Nino juniore miscemus, cum Nino, inquam, ad veteres limites Assyriæ redacto, colonias mittere utique in Mediam, alienam à se regionem, non potuit. Hisce reponimus, Mediam latè adeò non patuisse, nisi post formatum, auctum, et adultum Medorum imperium; antea enim et sub Arbace angustioribus limitibus definiebatur. Docet Herodotus, operâ Phraortis imperium illud limites suos longiùs provexisse intra Asiam, et supra amnem Halym, Tauris, quæ tenere creditur situm veterum Ecbatanorum, Medorum metropolis, plurimùm abest à Cur vel Cyro. Igitur fidem non superat, Assyriæ reges, Sardanapali successores, imperium suum prorogâsse in regionem quam Cyrus perluit, eòque colonias Syriorum ac decem tribuum traduxisse.

At enim quomodò hæ urbes appellantur *urbes Mediæ?* Sive etenim illæ comprehendebantur in veteri Mediâ, sive extra ejus limites jacebant: si in eâ regione sitæ erant, libertatem obtinebant, remoto ab illis jugo Assyriorum, beneficio Arbacis. Si verò extra Mediam, quomodò urbes Mediæ appellantur? Responderi potest, hujus libri auctorem pro more ætatis suæ loqui, ut urbes Medorum appellârit, quæ tunc, cùm scriberet, imperio Medorum parebant. Vel hæ urbes subactæ suntà rege Assyriæ Theglathphalasaro, pulsis Medis. Posterior hæc sententia confirmari potest ex iis quæ leguntur inferiùs 17, 6 et 24; legimus enim ibi Salmanasarem misisse Samariam Sepharvaitas aliasque gentes quas et ipse et prædecessores ipsius, subactis vicinis Mediæ regionibus, superârant. Denique censet Usserius, anarchiam quæ consecuta est obitum Arbacis, præcessitque regnum Dejocis, opportunam dedisse regibus Assyriis occasionem recuperandi plures Medorum urbes, in eisque imperium Medorum turbandi. Rages, urbs Medorum, quò profectus est Tobias, cùm ageret captivus, una ex iis urbibus erat, quæ jugum regum Assyriæ nondùm excusserant. (Calmet.)

gum ac principum, dedit regi Assyriorum munera, et tamen nihil ei profuit. Misit, ut illum prædatorem et hostem à suis finibus et jugulis arceret, quem grandi mercede auxiliatorem advocàrat. Sed profecit nihil, quia ille nihilominus obligatæ fidei et impensæ mercedis immemor magnis rem Judaicam affecit incommodis. Quid ille abstulerit, quid straverit, quo denique modo creditam suæ fidei provinciam attriverit, non habemus ab historico sacro; fuisse stragem ac detrimentum tanquàm ab avaro atque crudeli hoste, indicat Isaias c. 7, non obscurà metaphorà, ubi gravia regi Achaz domuique Davidicæ minatur incommoda, si externum ab Assyriis accersant auxilium. Nam cùm dixisset v. 6 : *Si non credideritis, non permanebitis*, significavit illis fore infortunia subeunda gravissima, quæ à versu 13 latè graviterque persequitur. A quibus ego in præsentiâ explicandis abstineo, quia id feci majori studio atque opere in Commentariis Isaiæ. Illud dicam, quod ad hunc locum maximè spectat, cum rege Assyriorum venisse quoque in Judææ fines labem et interitum, non aliter atque si ventus aspiret ex corruptâ regione, qui pestilentem aliis invehit anhelitum : de quo verè potuit dicere tam Achaz quàm qui illi hanc cogitationem aut injecerunt, aut confirmârunt, impenso pretio dominum severum et durum fuisse comparatum, quod de Chiis jactat vulgare proverbium. Sic autem Isaias v. 13 : *Adducet Dominus super te* (ô Achaz), *et super populum tuum, et super domum patris tui, dies qui non venerunt à diebus separationis Ephraim à Judâ, cum rege Assyriorum.* Quasi dicat, cum rege illo exitium potiùs et pestem quàm salutem et auxilium esse venturum. Et v. 16, novaculam vocat conductam regem Assyriorum, quæ non minùs alios lacerabit, quàm eos qui illam mercede conduxerunt. Modus autem dicendi nullam regni Judaici partem immunem dicit futuram à plagâ quam accommodatà metaphorà significanter exponit : *In die illâ rodet Dominus in novaculâ conductâ in his qui trans flumen sunt, in rege Assyriorum, caput, et pilos pedum, et barbam universam.* In vario pilorum situ varii hominum significantur ordines et gradus.

Cùmque vidisset altare Damasci, misit rex Achaz ad Uriam sacerdotem exemplar ejus. Primò, ut diximus, aggressus est Syriam Assyriorum rex : deinde, cùm consecutus esset quod suis votis ante proposuerat, convertit animum amore prædæ captum, et victrices acies contra regem Samariæ. Interim tamen illum adiit Achaz ut gratularetur illi pro victoriâ, et gratias ageret pro beneficio. Cùmque vidisset altare quod pro deorum suorum cultu Damasceni construxerant, ut erat homo levissimo ingenio, quemque patriæ religionis amor, aut observantia, aut nullo modo, aut nonnisi levissimè tangebat, statuit illius novam formam, contra quàm lex et consuetudo patiebantur, in templum Salomonis inducere. Quare illius formam accuratè descriptam ad Uriam misit, qui tunc Hierosolymæ sacerdotis summi munere fungebatur, jussitque ut ad illius similitudinem altare aliud faciendum curaret, ut, cùm ipse rediret è Damasco, de illo statueret, quod ipsi ex usu religioneque futurum videretur. Præstitit Urias quod ipsi fuerat imperatum à rege. Probavit rex, et quasi novæ illius atque gentilicæ religionis antistes, in eo immolavit victimas, peregitque omnia quæ in æreo altari, nempe holocausti, lex et religio facienda præscripserat. (1)

(1) Vers. 11. — Extruxit Urias sacerdos altare, ad normam profani altaris Damasceni, cujus schema ad se ab Achaz missum fuerat. Turpem utique indulgentiam in regem exhibuit summus hic sacerdos : Deus enim altaris sui formam præscripserat. Salomon quidem altare extruxit à Mosaico longè diversum; sed cùm ejus formam et erectionem Deus solemni adeò approbatione confirmàsset, citra impietatis crimen quidquam ex illo immutare nefas erat. Nec difficile erat Uriæ nòsse, in eâ re consilium principis ab alio utique quàm religionis proposito dictatum fuisse. Novitatis hujus consecutiones erant periculosæ; neque enim citra periculum quidquam in rebus religionis, etiam minoribus, et quæ ad principalem religionis scopum non pertinent, innovatur. Religiosiùs sese Machabæi gesserunt cum altari templi quod Antiochus Epiphanes profanaverat. Post maturam eâ de re deliberationem statuerunt illud demoliri, atque alterum ad ejus normam è rudi lapide extruere; sed destructi altaris lapides in loco apto collocandos censuêre, donec propheta aliquis veniens aliter de illis decerneret. (Calmet.)

Peccavit Urias pontifex, impium hoc altare erigens, malens placere regi Achaz quàm Deo; secùs fecit S. Ambrosius ; nam, ut ipse refert lib. 5, epistolâ 32, « cùm esset impositum ut « Ecclesiæ vasa jam traderemus imperatori, « hoc responsi reddidi, me, si de meis aliquid « posceretur, aut fundus, aut domus, aut « aurum, aut argentum, id quod mei juris « esset, libenter offerre; templo Dei nihil « posse decerpere, nec tradere illud quod « custodiendum, non tradendum acceperim. « Deinde consulere me etiam imperatoris sa- « luti, quia nec mihi expedit tradere, nec illi « accipere. Accipiat enim vocem liberi sacer-

VERS. 14. — PORRÒ ALTARE ÆREUM, QUOD ERAT CORAM DOMINO, TRANSTULIT DE FACIE TEMPLI. De hoc altari æreo satis à nobis dictum est lib. 3 Reg. c. 8, et super Ezechielem c. 43. Quare hìc de illo non est nobis longa instituenda commentatio. Illud unum observatum oportet, altare illud æreum fuisse in atrio sacerdotum meliori loco, id est, ante faciem domûs Domini; unde ab Achaz in angulum ejusdem atrii rejectum fuit, ut ejus loco Damascenum alterum altare supponeret.

VERS. 15. — PRÆCEPIT QUOQUE REX ACHAZ URIÆ SACERDOTI, DICENS: SUPER ALTARE MAJUS OFFER HOLOCAUSTUM, etc., ALTARE VERÒ ÆREUM ERIT PARATUM AD VOLUNTATEM MEAM. Altare majus illud appellat, quod ad Damasceni formam proximè extructum fuerat, in quo offerri voluit omne victimarum et libationum genus, quod ad altare æreum, seu holocausti destinatum fuerat. Illud autem servari voluit, parique ad voluntatem suam, ut illud ad quemcumque vellet usum pro suo arbitratu converteret. De his autem sacrificiis nihil hìc agendum, quia opus impeditum et longum, et quia à nobis satis luculenter de illis in Commentariis Ezechielis ad caput 45 et 46 disputatum est,

VERS. 17. — TULIT AUTEM REX ACHAZ CÆLATAS BASES ET LUTEREM QUI ERAT DESUPER, etc. De his nos pluribus lib. 3 Reg. c. 7, ubi illorum formam et artem, situmque descripsimus. Rex tamen ille fatuus et impius deformavit et abjecit omnia, ut novam religionem et instrumenta illi accommodata in illustre illud Israeliticæ gentis sacrarium induceret. Neque hìc prætereundum est, quod lib. 2 Paralip. c. 28, v. 22, proditum habemus; ubi quo tempore angustiis premebatur Achaz, sive priùs à duobus regibus conjuratis, sive postea ab Assyriorum rege, contempsisse dicitur Deum multò magis, suamque spem in Syrorum deis collocâsse, à quibus putabat suis hostibus datam esse, et ab illis tantùm sperari posse victoriam. Quare diripuit confregitque sacra vasa, obstructisque templi foribus, ne quis eò religionis causâ ingrederetur, aliis in locis ad gentilicum ritum excitavit aras, non solùm variis in locis Hierosolymæ, sed etiam in omnibus urbibus, in quibus ipse latè dominabatur.

VERS. 18. — MUSACH QUOQUE SABBATI, QUOD ÆDIFICAVERAT IN TEMPLO, ET INGRESSUM REGIS EXTERIUS, CONVERTIT IN TEMPLUM DOMINI, PROPTER REGEM ASSYRIORUM. Mirum est quàm inter se in voce *Musach* significatione dissentiant auctores. Quidam tentorium esse dicunt, et

« dotis; si vult sibi esse consultum, recedat à « Christi injuriâ, et absit à me ut tradam « Christi hæreditatem, et hæreditatem Dio-« nysii, qui in exilio, fidei causâ, defunctus « est, hæreditatem Eustorgii confessoris, hæ-« reditatem Miroclis atque omnium retrò fi-« delium episcoporum. » (Corn. à Lap.)

Et le pontife Urie bâtit un autel tout semblable à celui de Damas, selon l'ordre qu'il avait reçu du roi Achaz. Ce pontife de l'ancienne loi aimait mieux, comme disent les interprètes, plaire au roi qu'à Dieu, et était bien éloigné de la conduite de saint Ambroise, qui crut rendre un très grand service à l'empereur de tout l'univers, non de lui complaire dans ses excès, mais de lui représenter avec charité et avec force les vrais devoirs d'un prince chrétien, et sur lequel toute la terreur des barbares, dont il se voyait environné, ne pouvait faire d'autre impression, comme il l'assure lui-même, que de lui faire concevoir par tous les travaux et tous les dangers de cette vie misérable une idée plus vive de la grandeur des périls, sans comparaison plus redoutables, dont la vie future et le salut éternel sont environnés : *Nos autem objecti barbaricis motibus et bellorum procellis, pro his laboribus et periculis graviora colligimus futuræ vitæ pericula.* Si la crainte que pouvait avoir cet ancien pontife de la cruauté d'Achaz lui avait servi, comme à saint Ambroise, à craindre encore davantage la justice inévitable de celui dont il était le ministre, il n'eût pas certainement sacrifié toute la religion des Juifs à une molle complaisance qu'il eut pour un prince impie, et il lui eût fait entendre qu'il se trompait grossièrement en adorant, comme le marque l'Écriture, les dieux des rois de Syrie, dans la pensée qu'il avait, qu'il devait offrir des sacrifices à ces faux dieux qu'adoraient ses ennemis, pour se les rendre favorables.

Mais il se présente une assez grande difficulté sur ce qui paraît ici de l'extrême infidélité de ce pontife des Juifs, et sur la manière tout opposée dont nous voyons qu'en parle Isaïe, lequel, avant que de prédire les malheurs qui devaient fondre sur Israël, dit *qu'il prit deux témoins fidèles, dont l'un était Urie, sacrificateur.* Comment donc celui qui fut infidèle à Dieu jusqu'à cet excès que d'abandonner son temple à la profanation d'Achaz, peut-il être véritablement nommé par ce saint prophète un *témoin fidèle?* C'est ce qui a fait douter à quelques-uns si celui dont parle Isaïe était le même que celui qui est marqué dans l'endroit des Rois que nous expliquons. Cependant il semble qu'on peut dire avec un autre interprète, que c'est effectivement le même dont il est parlé en ces deux endroits; mais que lorsque le prophète l'appelle *un témoin fidèle*, c'était avant qu'il tombât dans cette complaisance criminelle à l'égard du roi, et qu'Isaïe même pouvant bien prévoir sa chute, voulut peut-être se servir alors de son témoignage, afin de rendre dans la suite la confusion de son péché plus sensible.

reverà illud propriè valet vox hebraica מיסך *Musach;* quod tamen tentorium sit, aut cur dicatur sabbati, omninò incertum est. Glossa ædificium esse putat in templi vestibulo, in quod reges, cùm diebus sabbati templum obirent, eleemosynas jacerent. Et ita, inquit, Musach sabbati gazophylacium est regum, sicut corbonam sacerdotum, quod etiam probant Lyra, Dionysius et Hugo, et Historia Scholastica. Alii Musach sabbati vocari putant, quia in eo sacerdotes aliquantisper morabantur, cùm perfuncti suo munere sabbatis excederent è templo. Ita Vatablus et Isidorus, neque longè hinc abeunt Chaldæus et Pagninus in radice סכך *Sachaq.* Rabb. Salomon, ut refert Lyra, putat locum esse in porticu templi splendidè coopertum, in quo sedebat rex in sabbatis, diebusque aliis solemnioribus. Quæ explicatio non displicet Abulensi; addit tamen aliam quam videtur probare minùs quàm superiorem. Ait enim è domo regiâ ad templum viam quamdam esse opertam et cæcam, per quam rex, cùm vellet, sine testibus in templum descenderet; quod faciunt sæpè viri nobiles, qui domos suas interposito occulto trajectu cum templo conjungunt, quasi aut domûs pars esset templi, aut templum regiæ domûs membrum adjunctum.

Ego ex omnibus illam magis explicationem approbo, quam Rabb. Salomon probat, neque Abulensis improbat, ita ut Musach sit regia sedes, non in templi porticu, ut dicebat Rab. Salomon, sed in aditu sacerdotalis atrii. Quod mihi persuadet, quia apud Ezechielem lego, c. 46, v. 1 : *Porta atrii interioris* (hoc est, atrium sacerdotale) *quæ respicit ad orientem, erit clausa sex diebus, in quibus opus fit : die autem sabbati aperietur; sed et in die Calendarum aperietur, et intrabit princeps per viam vestibuli portæ deforis, et stabit in limine portæ, et facient sacerdotes holocaustum ejus, et pacifica ejus, et adorabit super limen portæ, et egredietur.* Hinc habes cur istud Musach dici potuerit *sabbati.* Quòd verò tectum esse aliquâ ratione debuerit, ne in mediam turbam conjectus esse videatur, ipsa ratio docet : neque enim decet ut regia persona communem habeat locum aut ordinem cum populari turbâ. Atque ideò locus erat clausus, distinctusque cancellis, aut supra caput regium oppansum erat velum; quod vulgus hominum *doselum* appellat. Quocumque horum modorum accipias, vocari Musach potest, id est, clausum, tectum aut tentorium, quia instar habet tabernaculi. Accedit quòd in templo locus est pro regibus certus honestiori loco, in quo præter reges, aut eos qui summam habent potestatem, sedere nemini concessum est. In eo loco sedisse arbitror Joas, cùm rex à pontifice Joiadâ declaratus est lib. 4 Reg. c. 11, v. 13 : *Audivit autem Athalia vocem populi currentis, et ingressa ad turbas in templum Domini, vidit regem stantem super tribunal juxta morem.* Quod verbum extremum sic interpretor, ut sederit in templo eo in loco et modo quo sedere solent communiter reges. Neque aliud fortassè sibi vult illud c. 23, infra, v. 3, de Josiâ : *Stetitque rex super gradum, et fœdus percussit coram Domino.*

Sed roget quis, quid movere potuit Achaz, ut Musach, id est, solium suum, eo modo quo diximus, clausum, de templo sustulerit? Sanè non aliud quàm quo adductus fuit, ut altare holocausti, et luteres, et phialas, et aliam sacram supellectilem, aut deformaverit, aut abstulerit. Sed est in Musach præcipua quædam ratio, quæ regem illum vesanum et impium in illam cogitationem induxit. Cùm enim esset impius, et patriam horreret religionem, expeteret et laudaret alienam, noluit locum aliquem habere in templo, in quod religionis gratiâ non jam ampliùs erat ingressurus, quò sibi religionem illam esse sanctam aut gratam profiteretur. Deinde cùm superbus esset, ferebat molestè ad atrium interius aditum sibi non patere, atque ideò sedem, quæ in atrii vestibulo pro regibus erat constituta, longè summovit et intra sacerdotale atrium introduxit, ut ibi magis à turbâ separatus sederet honestus : et eodem consilio exteriorem ingressum, de quo statim, in templum convertit, id est, fecit ut per interius atrium accederet ad Musach, quod jam in atrium sacerdotale transtulerat.

Et ingressum regis exterius, convertit in templum propter regem Assyriorum. Hìc etiam interpretes, sicut supra, divinant, quod etiam mihi nunc necessariò faciendum est. Quidam existimant è regiâ domo in templum aditus esse duos, alterum exteriorem, per quem spectante populo religionis ergo, quo alios suo exemplo ad pietatem provocaret, ingrediebatur rex in templum; alterum cæcum et clausum, uni regi domesticisque pervium, per quem rex poterat sine ullo apparatu et strepitu obire templum, et interesse sacris. Illum sustulit, hunc servavit, ne templum publicè ingressus, suæ præberet fidei documentum,

occultè si in templum penetraret, spectante nemine, nemo illum putaret studiosum patriæ religionis, aut alienæ violatæ reum argueret. Et facit ad hoc quòd lib. 2 Paral. c. 28, v. 24, clausisse dicitur templi fores. Quare ille nollet videri, cùm obiret templum, quasi religiosus esset, cùm occlusis foribus alios intrare templum prohibuisset. Hoc autem videri potuit propter regem Assyriorum fecisse, ut illius sibi conciliaret gratiam, quod consecuturus videbatur, si nunquàm aut rarò postea templum inviseret, quod abjuratæ religionis argumentum est.

Alii unum agnoscunt ingressum, ita ut ab exteriori portâ inciperet templi : fecit tamen rex ut aditus ille totus esset internus et occultus, à domo nempe regiâ, ad templi interiora claustra. Hoc ego neque reprobare audeo, neque omninò probo, quia nescio quomodò minùs ad utramlibet expositionem afficior; sicut neque ad alias, quia nihil ex textu certum apparet, quod nos cogat in hanc vel illam sine aliquâ dubitatione discedere. Sed neque mihi ipsi placeo in eâ quam adduco, quia in illâ aliquid deprehendo quod me aliquantulùm dubitare cogat. Indicat Ezechiel cap. 46, vers. 2 : *Intrabit*, inquit, *princeps per viam vestibuli portæ deforis, et stabit in limine portæ*. Quare cùm per exteriorem illam viam ingressurus sit, et egressurus princeps, non poterat ad ulteriorem locum, qui tantùm sacerdotibus patebat, penetrare, quod durum videbatur insolenti regi. Quare ingressum fecit per sacerdotale atrium contra templum, id est, contra domum Dei, quam illa pars sacerdotalis mediam amplectebatur; nam prius contra sacerdotum atrium potiùs quàm contra templum, seu sanctuarium spectabat. Quòd si Musach ad atrium transtulit interius, consequens erat, ut ingressum quoque exteriorem haberet; id verò fecit propter regem Assyriorum, ne si ille per exteriorem viam ingrederetur, et in Musach sederet, contemptus videretur. Maluit itaque violare divinam legem, quæ gentilem hominem à templo prohibebat, neque Israelitam, qui non esset à Levitico genere, in illam interiorem templi partem admittebat, quàm avertere ab amicitiâ offensum regem, cujus virtutem et gratiam præferebat divinæ. Ita ego cogitabam; alii sine dubio meliùs.

CAPUT XVII.

1. Anno duodecimo Achaz, regis Juda, regnavit Osee filius Ela in Samariâ super Israel, novem annis.

2. Fecitque malum coram Domino, sed non sicut reges Israel, qui ante eum fuerant.

3. Contra hunc ascendit Salmanasar, rex Assyriorum, et factus est ei Osee servus, reddebatque illi tributa.

4. Cùmque deprehendisset rex Assyriorum Osee quòd rebellare nitens misisset nuntios ad Sua, regem Ægypti, ne præstaret tributa regi Assyriorum, sicut singulis annis solitus erat, obsedit eum, et vinctum misit in carcerem.

5. Pervagatusque est omnem terram; et ascendens Samariam, obsedit eam tribus annis.

6. Anno autem nono Osee, cepit rex Assyriorum Samariam; et transtulit Israel in Assyrios, posuitque eos in Hala et in Habor, juxta fluvium Gozan, in civitatibus Medorum.

7. Factum est enim, cùm peccâssent filii Israel Domino Deo suo, qui eduxerat

CHAPITRE XVII.

1. La douzième année *du règne* d'Achaz, roi de Juda, Osée, fils d'Ela, régna sur Israël à Samarie, durant neuf ans.

2. Il fit le mal devant le Seigneur, mais non comme les rois d'Israël qui avaient été avant lui; *car il souffrait que son peuple allât à Jérusalem adorer le Seigneur.*

3. Salmanasar, roi des Assyriens, marcha contre lui; et Osée fut asservi à Salmanasar, roi des Assyriens, et lui payait tribut.

4. Mais le roi des Assyriens ayant découvert qu'Osée pensait à se révolter *contre lui*, et que, pour s'affranchir du tribut qu'il lui payait tous les ans, il avait envoyé des ambassadeurs à Sua, roi d'Egypte, il l'assiégea; et l'ayant pris, il le chargea de chaînes, et l'envoya en prison,

5. Salmanasar parcourut tout le pays *d'Israël;* et étant venu à Samarie, il la tint assiégée pendant trois ans.

6. Or, la neuvième année *du règne* d'Osée, le roi des Assyriens prit Samarie, et transféra les Israélites au pays des Assyriens, et les fit demeurer dans Hala et dans Habor, villes des Mèdes, près du fleuve de Gozan;

7. Et cela arriva parce que les enfants d'Israël avaient péché contre le Seigneur leur

eos de terrâ Ægypti, de manu Pharaonis, regis Ægypti, coluerunt deos alienos;

8. Et ambulaverunt juxta ritum gentium quas consumpserat Dominus in conspectu filiorum Israel, et regum Israel, quia similiter fecerant.

9. Et offenderunt filii Israel verbis non rectis Dominum Deum suum : et ædificaverunt sibi excelsa in cunctis urbibus suis, à turre custodum usque ad civitatem munitam;

10. Feceruntque sibi statuas et lucos in omni colle sublimi et subter omne lignum nemorosum,

11. Et adolebant ibi incensum super aras in morem gentium quas transtulerat Dominus à facie eorum; feceruntque verba pessima irritantes Dominum,

12. Et coluerunt immunditias, de quibus præcepit eis Dominus ne facerent verbum hoc.

13. Et testificatus est Dominus in Israel et in Judâ per manum omnium prophetarum et videntium, dicens : Revertimini à viis vestris pessimis, et custodite præcepta mea et cæremonias, juxta omnem legem quam præcepi patribus vestris, et sicut misi ad vos in manu servorum meorum prophetarum.

14. Qui non audierunt, sed induraverunt cervicem suam juxta cervicem patrum suorum, qui noluerunt obedire Domino Deo suo;

15. Et abjecerunt legitima ejus, et pactum quod pepigit cum patribus eorum, et testificationes quibus contestatus est eos, secutique sunt vanitates, et vanè egerunt; et secuti sunt gentes quæ erant per circuitum eorum, super quibus præceperat Dominus eis ut non facerent sicut et illæ faciebant.

16. Et dereliquerunt omnia præcepta Domini Dei sui : feceruntque sibi conflatiles duos vitulos et lucos, et adoraverunt universam militiam cœli, servieruntque Baal,

17. Et consecraverunt filios suos et filias suas per ignem, et divinationibus inserviebant et auguriis : et tradiderunt se

Dieu, qui les avait tirés de l'Egypte et de la puissance de Pharaon, roi d'Egypte, et qu'ils adoraient des dieux étrangers.

8. Ils vivaient selon les coutumes des nations que le Seigneur avait exterminées à l'entrée des enfants d'Israël, et selon les coutumes *impies* des rois d'Israël, qui avaient imité ces nations.

9. Et les enfants d'Israël avaient offensé le Seigneur leur Dieu par ces choses qui n'étaient point droites, et ils s'etaient bâti des hauts lieux dans toutes leurs villes, depuis les tours des gardes jusqu'aux villes fortifiées.

10. Ils avaient aussi dressé des statues et planté des bois sur toutes les hautes collines et sous tous les arbres chargés de feuillage.

11. Ils brûlaient de l'encens sur les autels, comme les nations que le Seigneur avait exterminées à leur entrée; ils commettaient des actions très-criminelles, par lesquelles ils irritaient le Seigneur;

12. Et ils adoraient des abominations, au sujet desquelles le Seigneur leur avait fait des défenses, afin de ne pas s'y livrer.

13. Le Seigneur avait souvent protesté dans Israël et dans Juda, par tous ses prophètes et par les voyants, et il leur avait dit : Revenez de vos voies si corrompues, et gardez mes préceptes et mes cérémonies, selon toutes les lois que j'ai prescrites à vos pères, et selon que je vous l'ai déclaré par les prophètes, mes serviteurs, que je vous ai envoyés.

14. Et ils n'écoutèrent pas; mais ils endurcirent leur tête, comme celle de leurs pères, qui n'avaient point voulu obéir au Seigneur leur Dieu.

15. Et ils avaient rejeté ses lois et l'alliance qu'il avait faite avec leurs pères, aussi bien que tous les avertissements qu'il leur avait donnés. Ils avaient couru après les vanités, et avaient agi vainement; et ils ont suivi les nations dont ils étaient environnés, quoique le Seigneur leur eût défendu de faire ce qu'elles faisaient.

16. Ils avaient abandonné toutes les ordonnances du Seigneur leur Dieu : ils s'étaient fait deux veaux de fonte, avaient planté des bois, et adoré tous les astres du ciel, et servi Baal.

17. Ils ont consacré leurs fils et leurs filles par le feu; ils s'attachaient aux divinations et aux augures, et s'abandonnaient à ce qui

ut facerent malum coram Domino ut irritarent eum.

18. Iratusque est Dominus vehementer Israeli, et abstulit eos à conspectu suo; et non remansit nisi tribus Juda tantummodò :

19. Sed nec ipse Juda custodivit mandata Domini Dei sui; verùm ambulavit in erroribus Israel quos operatus fuerat.

20. Projecitque Dominus omne semen Israel; et afflixit eos, et tradidit eos in manu diripientium (donec projiceret eos à facie suâ),

21. Ex eo jam tempore quo scissus est Israel à domo David, et constituerunt sibi regem Jeroboam filium Nabath; separavit enim Jeroboam Israel à Domino, et peccare eos fecit peccatum magnum.

22. Et ambulaverunt filii Israel in universis peccatis Jeroboam quæ fecerat, et non recesserunt ab eis,

23. Usquequò Dominus auferret Israel à facie suâ, sicut locutus fuerat in manu omnium servorum suorum prophetarum; translatusque est Israel de terrâ suâ in Assyrios, usque in diem hanc.

24. Adduxit autem rex Assyriorum de Babylone et de Cutha et de Avah et de Emath et de Sepharvaim, et collocavit eos in civitatibus Samariæ pro filiis Israel; qui possederunt Samariam, et habitaverunt in urbibus ejus.

25. Cùmque ibi habitare cœpissent, non timebant Dominum, et immisit in eos Dominus leones, qui interficiebant eos.

26. Nuntiatumque est regi Assyriorum et dictum : Gentes quas transtulisti et habitare fecisti in civitatibus Samariæ, ignorant legitima Dei terræ; et immisit in eos Dominus leones, et ecce interficiunt eos, eò quòd ignorent ritum Dei terræ.

27. Præcepit autem rex Assyriorum, dicens : Ducite illùc unum de sacerdotibus quos inde captivos adduxistis, et vadat et habitet cum eis, et doceat eos legitima Dei terræ.

28. Igitur cùm venisset unus de sacerdotibus his qui captivi ducti fuerant de Samariâ, habitavit in Bethel, et do-

est mal devant le Seigneur: en sorte qu'ils l'irritèrent.

18. Le Seigneur donc s'irrita contre Israël; le rejeta de devant sa face, et il ne demeura plus *dans cette terre* que la seule tribu de Juda.

19. Et Juda même ne garda point les commandements du Seigneur son Dieu, mais marcha dans les égarements d'Israël.

20. Et Le Seigneur abandonna toute la race d'Israël; il les affligea, et les livra à ceux qui étaient venus les piller, jusqu'à ce qu'il les rejetât entièrement de devant sa face.

21. *Ceci commença* dès le temps qu'Israël se sépara de la maison de David, et que *les dix tribus* établirent Jéroboam, fils de Nabath, pour être leur roi; car Jéroboam sépara Israël d'avec le Seigneur, et les fit tomber dans un grand péché.

22. Les enfants d'Israël marchèrent ensuite dans tous les péchés de Jéroboam, et ils ne s'en retirèrent point,

23. Jusqu'à ce qu'enfin le Seigneur rejetât Israël de devant sa face, comme il l'avait prédit par tous les prophètes, ses serviteurs, et qu'Israël fût transféré de son pays dans l'Assyrie, comme il l'est encore aujourd'hui.

24. Or, le roi des Assyriens fit venir *des habitants* de Babylone, de Cutha, d'Avah, d'Emath et de Sépharvaïm, et les établit dans les villes de Samarie en la place des enfants d'Israël. Ces peuples possédèrent Samarie, et habitèrent dans ses villes.

25. Lorsqu'ils eurent commencé d'y demeurer, comme ils ne craignaient point le Seigneur, le Seigneur envoya contre eux des lions qui les tuaient.

26. On en porta la nouvelle au roi des Assyriens, et on lui fit dire : Les peuples que vous avez transférés en Samarie, et auxquels vous avez commandé de demeurer dans ses villes, ignorent la manière dont le Dieu de ce pays-là veut être adoré; et ce Dieu a envoyé contre eux des lions qui les tuent, parce qu'ils ne savent pas la manière dont le Dieu de cette terre veut être adoré.

27. Alors le roi des Assyriens leur donna cet ordre, disant : Envoyez en Samarie l'un des prêtres que vous en avez emmenés captifs; qu'il y retourne et demeure avec ces peuples, afin qu'il leur apprenne le culte qui doit être rendu au Dieu du pays.

28. Ainsi l'un des prêtres qui avaient été emmenés captifs de Samarie, y étant revenu,

cebat eos quomodò colerent Dominum.

29. Et unaquæque gens fabricata est deum suum; posueruntque eos in fanis excelsis quæ fecerant Samariæ, gens et gens in urbibus suis in quibus habitabat:

30. Viri enim Babylonii fecerunt Sochoth-Benoth; viri autem Cuthæi fecerunt Nergel, et viri de Emath fecerunt Asima;

31. Porrò Hevæi fecerunt Nebahaz et Tharthac; hi autem qui erant de Sepharvaim comburebant filios suos igni, Adramelech et Anamelech, diis Sepharvaim.

32. Et nihilominùs colebant Dominum. Fecerunt autem sibi de novissimis sacerdotes excelsorum, et ponebant eos in fanis sublimibus.

33. Et, cùm Dominum colerent, diis quoque suis serviebant, juxta consuetudinem gentium de quibus translati fuerant Samariam.

34. Usque in præsentem diem morem sequuntur antiquum; non timent Dominum, neque custodiunt cæremonias ejus, judicia et legem, et mandatum quod præceperat Dominus filiis Jacob quem cognominavit Israel;

35. Et percusserat cum eis pactum, et mandaverat eis, dicens : Nolite timere deos alienos, et non adoretis eos, neque colatis eos, et non immoletis eis;

36. Sed Dominum Deum vestrum, qui eduxit vos de terrâ Egypti in fortitudine magnâ et in brachio extento, ipsum timete, et illum adorate, et ipsi immolate.

37. Cæremonias quoque, et judicia, et legem, et mandatum quod scripsit vobis, custodite, ut faciatis cunctis diebus; et non timeatis deos alienos:

38. Et pactum quod percussit vobiscum nolite oblivisci; nec colatis deos alienos:

39. Sed Dominum Deum vestrum timete, et ipse eruet vos de manu omnium inimicorum vestrorum.

40. Illi verò non audierunt, sed juxta consuetudinem suam pristinam perpetrabant.

41. Fuerunt igitur gentes istæ timentes quidem Dominum, sed nihilominùs et

demeura à Béthel; et il leur apprenait la manière dont ils devaient honorer le Seigneur.

29. Chacun de ces peuples ensuite se forgea son dieu; et ils les mirent dans les temples et dans les hauts lieux que les Samaritains avaient bâtis. Chaque nation mit le sien dans la ville où elle habitait.

30. Les Babyloniens se firent *leur dieu* Sochoth-Bénoth; les Cuthéens, Nergel; ceux d'Emath, Asima;

31. Les Hévéens firent Nébahaz et Tharthac; mais ceux de Sépharvaïm brûlaient leurs enfants au feu *sacré*, en l'honneur d'Adramélech et d'Anamélech, dieux de Sépharvaïm.

32. Tous ces peuples ne laissaient pas d'adorer le Seigneur. Ils choisissaient les derniers du peuple pour les établir prêtres des hauts lieux, et les plaçaient dans ces temples;

33. Et, quoiqu'ils adorassent le Seigneur, ils servaient en même temps leurs dieux selon la coutume des nations du milieu desquelles ils avaient été transférés en Samarie.

34. Ces peuples suivent encore aujourd'hui leurs anciennes coutumes; ils ne craignent point le Seigneur, ils ne gardent point ses cérémonies, ni ses ordonnances, ni ses lois, ni les préceptes qu'il donna aux enfants de Jacob qu'il surnomma Israël;

35. Avec lesquels il avait contracté son alliance, en leur donnant ce commandement si exprès : Gardez-vous bien de révérer les dieux étrangers, de les adorer, de les servir et de leur sacrifier;

36. Mais rendez tous ces devoirs au Seigneur votre Dieu qui vous a tirés de l'Egypte par une grande puissance et en déployant la force de son bras; révérez-le, adorez-le, et lui offrez vos sacrifices.

37. Gardez ses cérémonies, ses ordonnances, ses lois et les préceptes qu'il vous a donnés par écrit; observez-les tous les jours de votre vie; n'ayez aucune crainte des dieux étrangers.

38. N'oubliez jamais l'alliance qu'il a faite avec vous, et n'honorez point les dieux étrangers;

39. Mais craignez le Seigneur votre Dieu, et ce sera lui qui vous délivrera de la puissance de tous vos ennemis.

40. Cependant ils n'ont point écouté *ces préceptes*, et ils ont suivi leurs anciennes coutumes.

41. Ainsi ces peuples ont craint le Seigneur,

idolis suis servientes, nam et filii eorum et nepotes, sicut fecerunt patres sui, ita faciunt usque in præsentem diem.

mais ils ont servi en même temps les idoles; car leurs fils et leurs petits-fils font encore aujourd'hui ce qu'ont fait leurs pères.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ANNO DUODECIMO ACHAZ REGIS JUDA, REGNAVIT OSEE FILIUS ELA IN SAMARIA. Ventum est ad ultimum regem Israel, quo sublato regnum ante florentissimum extinctum est. Sed in principio difficilis quidam incidit nodus, quem expeditum oportet : nam cap. 15, vers. 30, iniisse regnum dicitur Osee anno vigesimo Joatham, qui tamen cap. 15, vers. 33, sedecim annis regnâsse dicitur, nunc verò anno duodecimo Achaz, quæ sanè tempora in unum annum convenire non possunt; deinde quia Phacee, quo primùm extincto successit Osee, mortuus est anno secundo, aut tertio Achaz, quando jam decesserat Joatham ; quare non potuit Osee regnum inire Israel, aut anno vigesimo Joatham, qui non erat in vivis, aut duodecimo Achaz. Hic nodus variè à variis aut solvitur, aut eluditur; vide Abulens. q. 2. Mihi ille videtur non omninò impeditus, qui in regibus duo distinguit tempora, alterum in quo quis cum patre simul, alterum in quo solus sine patre regnavit, unde necessarium est, ut varia constituamus regnorum exordia. Iniit Osee regnum anno duodecimo, ex quo Achaz regnare cœpit simul cum parente; designatus autem videtur Achaz in regno socius, cùm solus in regno annum ageret septimum pater Joatham. Quòd si octo aut novem annis, quibus cum parente regnum obtinuit, tres alios, quatuorve addas, quibus regnavit solus, nam anno tertio, aut quarto, cecidit Phacee, verè Osee anno Achaz duodecimo dicitur regnum occupâsse ; dici autem potest anno tertio, aut quarto Achaz mortuus esse Phacee, juxta Scripturæ consuetudinem, quæ imperfectos numeros interdùm omittit, interdùm pro perfectis et integris usurpat. Sed magis videtur soluta responsio, quæ dicit non statim atque occisus fuit Phacee, regnâsse illius interfectorem Osee, quia sedare non potuit excitatas turbas, et conflatam invidiam sedare, usque ad duodecimum annum regni Achaz, et quia tunc pacificam habuit regni possessionem, tunc omninò dicitur regnum adiisse. Ita Abulens. hic q. 2 et cap. 18.

Illud difficilius, quòd, cùm Osee regnum obtinuit, non esset in vivis Joatham, anno illius vigesimo dicatur Osee regnum tenuisse. Multi modi adhibentur ad extricandum hunc nodum, quos vide apud Abulens. in cap. 15, quæst. 34, quos ille acutè, ut solet, et optimè refutat : ac tandem censet quosdam annos Achaz annumerandos annis Joatham, qui cùm sedecim regnârit annis, si illis ex regno Achaz tres quatuorve addas (nam tertio, vel quarto anno illius, ut nuper dicebamus, occisus est Phacee) anno vigesimo Joatham cepisse dicetur Osee regnum. Mihi non displicet, quod Abulensi placuit, sed est aliquid in eâ cogitatione durum et novum, quod nova ratio leniat necesse est. Illam autem sumendam esse puto ex eodem loco, ubi Osee exorsus esse dicitur regnare anno vigesimo Joatham, nempe cap. 15, vers. 30, ubi multa per prolepsim ante sua tempora narrantur, ut vides, quæ deinde pluribus explicantur verbis, ut est historia Phacee et Osee, quæ hoc cap. 17 primùm explicari cœpta est. Cùm ergo cap. hoc 15 nihil dictum esset de Achaz, et sub illud tempus regnum inciperet Joatham, ab illius regni exordio, regni quoque Osee sumi commodè potuit certa mensura. Sic igitur hunc locum interpretor : Regnum Osee incepit anno, ex quo regnare incepit Joatham, vigesimo, qui fuit tertius, vel quartus Achaz. Aliam rationem adducit Genebrardus in Chronico, cur mortuo Joatham potiùs quàm viventis Achaz sacer historicus meminerit : « Quia dedignata, inquit, « Scriptura nominare impium Achaz, patris « sui jam defuncti nomen proferre maluit. »

VERS. 2. — FECITQUE MALUM CORAM DOMINO, SED NON SICUT REGES ISRAEL, QUI ANTE EUM FUERUNT (1). Cùm superiorum regum, quorum solium occupavit, vestigia secutus fuerit, non ta-

(1). *Osée fit le mal devant le Seigneur, mais non comme les rois d'Israël qui avaient été avant lui.* On prétend que la différence qu'il y eut entre ce roi d'Israël et les princes, ses prédécesseurs, fut seulement en ce qu'il n'empêcha point ses sujets d'aller adorer le Dieu d'Israël à Jérusalem, et de s'acquitter dans le temple des devoirs qu'exigeait d'eux la religion des Juifs, au lieu que les autres princes usaient même de violence pour leur ôter cette liberté. C'était sans doute un bien qu'il faisait; mais on peut dire qu'il le détruisait en même temps par son exemple, *en faisant lui-même le mal devant le Seigneur*, comme parle l'Ecriture, c'est-à-dire, en adorant les idoles, et ne rendant pas à Dieu ce qu'il lui devait. Quant à son peuple, comme les veaux d'or que Jéroboam avait fait élever n'y étaient plus, ayant été emportés par les Assyriens, l'adoration que plusieurs d'entre eux allaient rendre à Dieu dans le temple de Jérusalem pouvait bien être plutôt un effet de

men sic se in eorum scelera intemperanter projecit, ut illorum impietatem adæquârit. Nam cùm alii reges Israel Jeroboami secuti consilia, qui non solùm coluisset ipse, aliisque colendos vitulos proposuisset, sed etiam custodes statuisset in viis, ne quis auderet religionis gratiâ adire Hierosolymam, ipsi quoque ad urbem et templum aditum præclusissent, Osee tamen omnibus copiam fecit adeundæ civitatis et templi, et obire sacra quæ jamdudùm intermissa fuerant. Ita Hebræi in Seder Olam, c. 22. Contra hunc, sicut ante fecerant Assyriorum reges, instruxit exercitum copiosum Salmanasar, qui eò adduxit regem novum, et non satis ad irruptiones illas comparatum, maximè cùm imperii vires sublatis tot tribubus à Theglathphalasar essent imminutæ, et tot Assyriorum victoriis vehementer afflictæ, ut facilè illum subjugare potuerit, et regnum sibi reddere vectigale. Hoc facilè constat ex litterâ. Sed illud dubium, an qui hoc loco nominatur Salmanasar, idem sit qui nuper Theglathphalasar vocatus est, quâ de re egimus supra, cap. 15, vers. 29, ubi ostendimus non videri improbabile hunc Assyriorum regem esse binominem, et vocari Salmanasar et Theglathphalasar. (1)

VERS. 4. — CUMQUE DEPREHENDISSET REX ASSYRIORUM OSEE, QUÒD REBELLARE NITENS MISISSET NUNTIOS AD SUA REGEM ÆGYPTI, etc. Pensitavit Osee aliquot annis tributum, quod ex pacto debuit Assyriorum regi. Quod cùm grave existimaret sibi et populo, id tacitè meditabatur ut servitutem illam ignominiosam et duram quàm primùm excuteret: quod cùm suis viribus perficere se posse desperaret, ascivit alienas, egitque cùm Ægyptio rege Suâ sibi ut ad rem utique gloriosam et utilem, quàm maximum posset præberet auxilium. Quod Assyriorum regem latere non potuit. Quare ab illo temeratæ fidei et violati fœderis pœnas exigere constituit. Quod ita fecit obstinato animo, et eventu felici, ut pervagatus fuerit Israeliticos fines prædabundus, illosque non tam passibus quàm victoriis lustraverit. Tandem cùm regni caput Samariam obsedisset, triennio obsidionis exacto, civitatem cepit, et quotquot supererant Israelitici nominis reliquias ad Assyrios translulit, et hìc finitum est regnum tam ante numerosum et nobile, quod nonnisi sub alieno capite et nomine ab exilio rediit; quod cùm audiisset ab aliis antea prophetis, et graviter ac latè ab Oseâ proximè, cap. 10, ubi nos eâ de re pluribus, tamen neque resipuit, neque de meliori consilio ac viâ cogitavit. Postquàm exacto triennio capta est civitas, rex etiam ipse captus fuit et vinculis addictus:

l'enlèvement de ces fameuses idoles, à qui ils avaient offert de l'encens jusqu'alors, que d'un vrai respect pour leur Seigneur et leur Dieu. C'est ce qui semble nous donner lieu d'être moins surpris lorsque nous voyons que, sous un prince à qui l'Ecriture rend ce témoignage, qu'il n'égalait pas en impiété ses prédécesseurs, et dans un temps où une partie d'Israël paraissait vouloir rétablir la véritable religion, Dieu punit son peuple par le plus grand de tous les fléaux, le livrant entièrement entre les mains des Assyriens, pour être enlevé d'un pays heureux et fertile, qu'il avait promis à leurs pères, et destiné pour leur patrie.

Toute la suite de ce chapitre nous représente non seulement cette triste captivité du roi et du peuple d'Israël, mais encore les raisons pour lesquelles le Seigneur en usa ainsi envers ceux qu'il avait choisis pour son peuple. Car, quoique les crimes des Israélites fussent montés jusqu'au ciel, et qu'il semblât que toute la terre se dût élever contre des hommes si insolents et si ingrats, qui avaient foulé aux pieds toutes les grâces de leur bienfaiteur tout-puissant, Dieu, néanmoins, est si bon, qu'il veut bien se rabaisser à rendre raison à ses créatures de la justice de sa conduite, et comme s'il eût été obligé en quelque sorte de se justifier devant tous les peuples de la terre, lorsqu'il exposait son peuple à une si dure captivité, il en explique au long les motifs, comme nous le verrons dans les versets suivants.

(Sacy.)

(1) VERS. 3. — CONTRA HUNC ASCENDIT SALMANASAR. Secundo Osee anno, post undeviginti regni sui annos, *Theglathphalasar* vel *Ninus junior*, obierat. Huic succedens Salmanasar, elapso anno movit in Osee, cujus regnum tributarium effectum fuerat regibus Assyriæ jam ante duodecim annos, postquàm Theglathphalasar appellatus fuerat ab Achaz, ut suppetias sibi laturus veniret. Invisum jugum excutere tentans Osee, fœdus composuerat cum *Suâ*, rege Ægypti; quod ut rescivit Salmanasar, Osee regnum invadens, exercitum admovit ad Samariæ obsidionem, quâ post triennalem obsidionem captâ, Israelitas, quos Theglathphalasar pater suus reliquerat, translulit in Assyriam.

Nomen *Salmanasari* servabatur in tabulariis Tyriorum usque ad ætatem Josephi; et in fragmento Menandri Ephesii apud eumdem legitur, quemdam Assyriæ regem quem Josephus ipsissimum credit Salmanasarum, bellum intulisse in totam Phœniciam; additque, reliquas urbes secessisse à Tyro, ut Assyriis sese dederent; Tyrum solam restitisse viribus hostium omnibus simul junctis, et quinquennali obsidioni parem se præbuisse. Osee propheta *Salman* appellat eum, qui vulgò noscitur sub nomine Salmanasari; ita enim textus Hebræus capitis 10, 14, ejusdem prophetæ: *Vastabuntur, sicut vastavit Salman domum Arbel in die prælii, matre super filios allisâ.* Textus Græcus libri Tobiæ pro Salmanasaro *Enemassarum* appellat. (Calmet.)

nam licet paulò ante, vers. 4, in vincula dicatur esse conjectus, id tamen dictum est per prolepsim, quæ sæpè ante suum tempus narrationem anticipat. Abulens. quæst. 3, illum qui eo versu 4 vinctus dicitur in carcerem missus, regem Ægypti fuisse credit, quocum bellum gessit Assyrius, quia opem Israelitis afferre voluit. Sed superior explicatio magis obvia et minùs impedita. (1)

Vers. 7. — Factum est enim cum peccassent filii Israel Domino (2). Tam gravem miserandamque ruinam necesse fuit, ut causa etiam gravis antecesserit, quæ tam firmam rempublicam concutere, ac tandem convellere et labefactare potuit. Illam nunc adducit sacer historicus ab hoc vers. 7 usque ad versum 24. Recensentur autem toto hoc tractu peccata gravissima, quæ populus ille, ex quo Dei populus esse cœpit certo notoque charactere consignatus, officiis cumulatus innumeris admisit. Quæ licet ex suo genere gravia non forent, tam cùm tot antecessissent beneficia, tam illustria paternæ humanitatis argumenta, quorum oblivisci non debuissent, digna videbantur quæ Dominus tam acerbo casu ac vulnere mulctaret. Hæc porrò, quæ hìc commemorantur sce-

(1) Vers. 6. — Anno nono Osee....., transtulit Israel in Assyrios, posuitque eos in Hala. Regum Assyriorum politica docebat, ut transmigrationes hasce devictarum gentium alterius in alterum locum imperarent, ut scilicet defectionis causas omnes tollerent, fractis vinculis quibus fortè cum regione suâ vicinisque gentibus conjungebantur. Axioma hoc fuisse videtur regibus Assyriæ et Chaldæis sanctissimum. Utraque prophetarum pagina exhibet minas, non in Judæos modò, sed in vicinas etiam gentes, eos scilicet in captivitatem et in regiones dissitas atque ignotas abducendos. Is fuit exitus regni Israelitici post periodum 254 annorum, ab obitu Salomonis et schismate Jeroboami, ad usque captam Samariam sub rege Osee, et reliquias decem tribuum trans Euphratem abductas. In reliquo hoc capite epilogum exhibet Scriptura criminum Israelitarum, quorum merito in extremam illam calamitatem abducti sunt. (Calmet.)

(2) *Les enfants d'Israël péchaient contre leur Seigneur et leur Dieu depuis long-temps, lui qui les avait tirés de l'Egypte, et délivrés de la main de Pharaon, roi d'Egypte, et ils adoraient des dieux étrangers. Ils se conduisaient selon les coutumes des nations que le Seigneur avait exterminées*, etc. Il suffit d'avoir la foi pour être très-persuadé de la justice des jugements du vrai Dieu, qui est lui-même la souveraine justice. Mais on ne peut lire tout ce que Dieu dit dans la suite de ce chapitre, sans être touché pour le moins autant de l'exemple d'une patience si divine à l'égard d'un peuple si infidèle, que de l'équité des châtiments dont il se servit pour le piquer salutairement d'un saint repentir, et le faire revenir à lui. Qu'on lise donc avec quelque attention les justes reproches que le Seigneur d'Israël fait à son peuple, et l'on s'écriera sans doute avec S. Augustin : O que votre patience est grande, Seigneur! *O magna patientia tua, Domine!* Que votre miséricorde et votre bonté sont infinies! *Misericors et miserator, et multùm misericors!* On dira encore avec ce grand saint que si Dieu épargne souvent les plus scélérats, en leur accordant la santé avec la vie, et que s'il s'est montré patient à l'égard de ceux là mêmes dont il savait que la plupart ne devaient point revenir à lui par la pénitence, nous sommes nous autres sans comparaison plus obligés d'user de miséricorde envers ceux qui nous promettent de se corriger, ne connaissant pas et ne pouvant pas connaître s'ils feront ce qu'ils promettent. *Quòd si iniquis et scelestis ille parcendo, eisque vitam salutemque largiendo, etiam plerisque eorum quos novit non acturos pœnitentiam, tamen exhibet patientiam, quantò magis nos in eos qui correctionem promittunt, et utrùm faciant quod promittunt incerti sumus, misericordes esse debemus?*

Mais nous pouvons dire ici davantage que Dieu, lors même qu'il punissait Israël temporellement par ces fléaux si redoutables de la ruine de son pays et d'une honteuse captivité, exerçait encore envers lui une patience vraiment divine, puisqu'en faisant remarquer à ce peuple ingrat, comme il fait ici, les grandes grâces qu'il avait reçues, et l'horrible infidélité dont il les avait payées, il l'avertissait en même temps que le seul moyen qui lui restait de sortir de cet état, était d'avoir en horreur leur vie criminelle, de reconnaître et la puissance et la vérité de celui *qui les avait menacés de tous ces malheurs par la bouche de ses prophètes*, comme il le dit en ce lieu, et d'implorer la clémence souveraine de ce Seigneur, qui, ayant pu les exterminer entièrement pour leurs crimes, leur donnait encore le temps de revenir à leur Dieu, qui était seul tout-puissant pour les délivrer de nouveau des mains de leurs ennemis, comme il l'avait fait la première fois, en les retirant si hautement de la dure servitude de l'Egypte. Mais leur dureté inflexible mérita que Dieu les abandonnât. Et comme le marque un prophète, *la maison d'Israël étant tombée, ne put plus se rétablir*. Ce qui veut dire à la lettre, selon saint Jérôme, que les dix tribus qui portaient le nom d'Israël, ayant été emmenées captives, ne retournèrent jamais en leur pays, et ne formèrent plus depuis un corps de république, ceux qui purent s'échapper s'étant mêlés avec la tribu de Juda.

Saint Augustin nous fait remarquer dans son livre de la Cité de Dieu, que cette captivité d'Israël arriva vers le même temps de l'établissement de l'empire des Romains, et nous donne lieu par là de faire une autre réflexion sur l'antiquité de la religion des Juifs, à l'égard de celle de ces maîtres de l'univers, qui ont prétendu depuis avoir droit d'assujétir à la nouveauté de leurs superstitions une religion aussi ancienne et aussi auguste qu'était celle de ce peuple, qui adorait depuis si long-temps le vrai Dieu. (Sacy.)

lera, obscura non sunt, et in Scripturâ sacrâ sæpiùs repetita; quare interpretis operâ non egent, neque ego in illis immorabor diù, sed tantùm adducam quæ minùs videri possunt aliis explorata.

Coluerunt deos alienos. Hoc præcipuè Dominus reprehendit tum hoc capite, tum alibi sæpè per prophetas dolenter et durè. Quàm facilè in hanc et illam religionem deflectat versatile Hebræorum ingenium, quàm leviter in acceptâ religione nutet, ab eo tempore, quo durum Ægyptiorum jugum ex suis cervicibus excussit, nemo nescit.

Vers. 8. — Et regum Israel, quia similiter fecerant. In numero gentilium ipsi quoque censentur reges Israel, qui aureos conflârunt, colueruntque vitulos et alias idolorum sordes, et ritus sacrificiorum peregrinos induxerunt. Quos imitati sunt populares alii, qui regum illorum imperio suberant, qui non minùs peccavêre graviter, reges suos quàm alienos et barbaros imitati. Atque ideò similiter fecisse dicuntur, id est, non minùs à vero Dei cultu quàm alios recessisse; quorum vestigia sunt secuti ex regibus Juda non pauci, qui eam ob rem, ut dicemus postea, et seipsos, et suam rempublicam perdiderint.

Vers. 9. — Ædificaverunt sibi excelsa in cunctis urbibus suis a turre custodum usque ad civitatem munitam. Quid sit turris et castellum in re sylvestri ac rusticâ, diximus cap. 16, ubi ex lib. 2 Paral. cap. 26, vers. 10, dicitur Ozias extruxisse turres in solitudine, ad quas pastores et agricolæ haberent paratum et familiare perfugium. Sunt itaque turres et castella rusticanæ villæ inornatæ, ut exigit illarum usus, et ab omni munitione nudæ. Quare civitatibus munitis atque frequentibus opponuntur. Quidam turres custodum illas esse putant, in quibus excubare solent homines, qui latè circumjectas regiones speculantur, quæ speculæ dicuntur aut turres speculatoriæ; sed placet magis quod diximus. Ex quo proverbiali specie, cùm omne habitationum genus complecti volumus, turres custodum cum civitatibus munitis conjungimus, ut statim capite 18, v. 8. Erit ergo sensus, ubique locorum inveniri simulacrorum aras, impura sacrificia, neque ullum esse locum tam solitarium et apertum, aut tam frequentem aut clausum, quem non oppleverit idolorum fœda et execranda proluvies. (1)

Vers. 13. — Et testificatus est Dominus in Israel et in Juda, per manus omnium prophetarum. Testificari non est quocumque modo denuntiare, aut edicere alteri, quid factum esse velis, sed publicâ formâ, adhibitis testibus, quos postea advocare posset, qui legem scripsit contra eos quos violatæ legis aut fœderis reos accusare voluerit. Quomodò fecit Deus Isai. cap. 8 et cap. 1; Deut. cap. 32. Denique prophetæ publicè loquebantur, spectante populo, qui Dei nomine aut minabantur dura, aut jucunda et grandia promittebant. Hæc autem testificationes vocari potuerunt, et illæ præcipuè, quæ sunt Levit. cap. 26; et Deut. cap. 28, ubi postquàm proposita fuerunt à Domino mandata, commoda promittuntur ingentia et dira supplicia. (1)

Vers. 18. — Et non remansit nisi tribus Juda tantummodò. Ex decem tribus nulla reliqua fuit in terrâ promissionis : omnes enim variis Assyriorum irruptionibus in alienum solum abactæ sunt. Illud videtur hìc difficile, cur tribus etiam Benjamin relicta fuerit, quæ semper adhæserat familiæ Davidicæ, cur modò tribus Juda tantummodò relicta dicitur ab Assyriis. Huic difficultati satis, opinor, fecimus lib. 3, cap. 12, vers. 18, ad illud : *Tribum unam dabo filio tuo;* inde pete. (2)

(1) Vers. 10. — Statuas et lucos. Hebræus : *Statuas et Astaroth,* vel *Aserim,* simulacra nempe deæ Astartes, seu Veneris, cujus religione sacri erant luci. (Calmet.)

(1) Vers. 15. — Abjecerunt..... testificationes, quibus contestatus est eos. Expostulationes suas in illos, vel quidquid, cœlum et terram testatus, denuntiandum illis curaverat, vel denique præcepta omnia quæ illis tradiderat. Leges et præcepta appellantur sæpè in Scripturâ *testificationes,* sive quòd leges cæremoniales reverà aliquid significent, sintque loco testimonii magnorum quorumdam eventuum, uti Sabbatum, creationis; Pascha, exitûs ab Ægypto; Pentecoste, legis in Sinai rogatæ; sive quòd leges datæ sint solemni illo apparatu quo solet pactum aliquod et fœdus sanciri, quod nunquàm sine præsentiâ testium et absque obtestationibus celebratur.

Vers. 16. — Universam militiam cœli. Astra omnia, quibus sol, ceu rex, præest, luna reginam exhibet, stellæ, milites vel exercitum. Hæc phrasis est Scripturæ perfamiliaris.

Vers. 17. — Tradiderunt se ut facerent malum, velut mancipia quæ se peccato vendunt, vel servos qui conduci se patiuntur in malum. Persimiles phrases sæpè aliàs licuit animadvertere. (Calmet.)

(2) Vers. 20. — Projecitque Dominus omne semen Israel (scilicet tam decem tribuum, quàm tribûs Juda, de quâ sermo præcessit) donec projiceret eos a facie sua, id est, donec plenè et irrevocabiliter eos à se abjiceret. Notent hìc Judæi, scilicet se planè à Deo abjectos et projectos esse, ut suæ gentis è capti-

VERS. 24. — ADDUXIT AUTEM REX ASSYRIORUM DE BABYLONE, ET DE CUTHA (1). Non passus est Salmanasar regionem illam spatiosam et uberem ablato procul cultore sylvescere, unde sperabat uberrima posse emolumenta colligi. Quare cùm antiquos abstulisset incolas, qui terram illam exercebant, ex Assyriis finibus novos induxit agricolas, qui versandis agris alendoque pecore, regio fisco, commodisque servirent. Quænam sint civitates istæ, obscurum est, neque admodùm refert illud hìc explorari diligentiùs. Satis sit nôsse ex illis esse regionibus, quæ Assyrio aut antea dudùm, aut nunc recens subactæ, parebant imperio, quales sunt Emath, Ava et Sepharvaim, quæ non multò antea in Assyriorum potestatem venerunt, de quibus statim c. 18, v. 34. Quid enim rex non omninò stolidus regiones illas his committeret inquilinis, aut civibus, à quibus, utpote alienis, sperare non posset fidele servitium?

VERS. 25. — CUMQUE IBI HABITARE COEPISSENT, NON TIMEBANT DOMINUM : ET IMMISIT IN EOS DOMINUS LEONES (1). Cùm ex variis locis novi adve-

vitate, quam per 1800 annos patiuntur, liberationem, et Synagogæ restitutionem sperare non debeant, sed cæteris gentibus immixti et permixti, cùm eis in Christum credere debeant, si à servitute tam temporali quàm æternâ liberari velint. (Corn. à Lap.)

(1) Unde colonia in Samariam missa, Cuthæorum nomen obtinuit, quòd facilè Cuthæis abundaret. Animadvertimus, *Cuth*, vel *Cutham*, vel *Scytham* idem esse ac Chusch vel *Cuscham*. *Sch* Chaldaicè vertitur in *Th*; ex Assur et Assyriâ factum est Athyr vel Athur, et Athyria vel Athuria. Veteres Scythæ sedes habebant ad Araxem. Inter montes Mediæ noti sunt *Cossei*. Ptolemæus in Susianâ illos constituit.

AVAH. *Avadios* in Bactrianâ Ptolemæus collocat. Semiramidem venisse in *Chavon*, Mediæ provinciam, scribit Ctesias, cujus provinciæ nomen pronuntiari potest ut *Gavah*, vel *Gnavah*. Sermo est apud Ammianum libro 23, de *Hava*, et de duobus Assyriæ amnibus in Tigrim influentibus agit, quorum est nomen alterius quidem *Diaba*, alterius *Abdiaba*. Occurrit inferiùs bis nomen Ana conjunctum cum Avâ.

EMATH. Non una est urbs, cujus nomen ad Emath referatur; Emesa in Syriâ, Amasea in Cappadociâ, Amida in ripâ occidentali Tigridis, ad radices montis Tauri; Amastris ad amnem Parthenium. Nihil tamen prohibet, quin sermonem hìc esse reputemus de Emath Syriæ urbe, apud Scripturam notissimâ. Hanc facilè subegerant reges Assyriæ; ejusque cives aliò transferendos ac dispergendos, quemadmodùm cæteros Syriæ incolas, censuerunt. Theglathphalasar Damascenos ac adjacentium regionum incolas traduxit in Iberiam et Albaniam; Salmanasar cives Emath migrare jussit in Samariam. Emath urbs erat ad Orontem. Iter erat quidem ex Oronte in Samariam longius quàm ut necesse esset, ut privarentur sedibus suis, qui ex Emath transferebantur in Palæstinam.

SEPHARVAIM. Docti quidam interpretes censent, tenuisse illos *Syppheram*, sive urbem Sypharæorum ad Euphratem. Malumus tamen illos constituere in regione Saraparum, vel in montibus Saspirorum : id enim nos propiùs ducit ad Mediam, quò translatos Israelitas è Scripturâ intelligimus. Verisimillimum est, ex iisdem locis acceptos fuisse plerosque, qui in loca Samariæ Judæis vacua deducti sunt. Tradit Herodotus, Saspiros unicam esse gentem, quæ sedes habeat inter Colchos et Medos; et Strabo Saraparas collocat in Armeniâ.

Obiter hìc animadvertere juvat, diversum aliquid ab iis, de quibus hìc, legi in Esdrâ; agens enim ille de populis in Samariam missis à Magno Asenapharo, qui idem est facilè rex *Asarhaddon*, addit : *Rheum princeps consilii, et Samsai scriba, et reliqui consiliatores eorum, Dinæi, Apharsathachæi, Terphalæi, Apharsæi, Archuæi, Babylonii, Susanechæi, Dievi, et Ælamitæ, et cæteri de gentibus quas transtulit Asnaphar, et habitare fecit in urbibus Samariæ. Dinæi* ipsi sunt facilè incolæ Danaes vel Daganæ in Cappadociâ, seu potiùs *Danaejes* in Perside, cujus urbis meminit Ovidius de Arte lib. 1 :

Urbs in Achemeniis vallibus illa fuit.

Apharsathachæi, incolæ Paretacenes in Perside. Sunt qui illos statuant in Mediâ, ubi *Persoscythæ.*

Tarplæi, vel *Terphalæi* à nonnullis redduntur *Tripolitani* in Syriâ, ab aliis *Tapiri.*

Apharsæi sunt Persæ. *Archuæi* facilè sunt Arcæi in tertiâ Armeniâ. Occurrit etiam *Arca* in Comagenâ. Erech vel Arach urbs est inter vetustissimas orbis, à Nemrodo condita in Susianâ.

Babylonii, gens notissima.

Susanechæi, Susarum, urbis Susianæ metropolis, incolæ.

Dievi דהוא, facilè העוים incolæ *Hava*, de quâ hìc in v. 24, vel fortè gens sita ad amnem Diabam.

Ælamitæ notiores sunt quàm ut in illis immoremur. (Calmet.)

(1) « Les critiques, dit Voltaire, demandent « pourquoi Dieu n'envoya pas des lions pour « dévorer Salmanasar et son armée, au lieu de « faire manger par ces animaux ces émigrants « innocents qui venaient cultiver une terre in« grate devenue déserte ? » La réponse est aisée : les dix tribus, opiniâtrément schismatiques et très-fréquemment idolâtres, méritaient de la part du ciel un châtiment temporel et éclatant selon l'économie de la loi mosaïque et les menaces attachées à la violation de cette loi; les rois d'Assyrie devaient en être l'instrument, selon les prédictions des prophètes; mais le vrai Dieu voulait en même temps faire sentir aux nations idolâtres qu'il était toujours le maître de cette terre qu'il leur avait livrée pour un temps; qu'il la regardait toujours comme le lieu qu'il avait choisi pour y conserver son culte jusqu'au jour où toutes les nations devaient être appelées à le connaître et à l'adorer, chacune dans sa contrée.

n essent accolæ, suosque secum deos attulissent, novas quoque in fines, quos sibi Dominus elegerat, religiones invexerunt: novos ritus, nova sacrificia, quæ Dominus eo in loco quodam modo sibi destinato fieri non permisit. Atque ideò suæ hæreditatis vindices leones immisit, qui punirent scelus illud sacrilegum, et possessionem illam antiquam in divinâ potestate retinerent. Quod ubi primùm cognovit rex ille, à quo alieni illi viri, qui Israelitarum domos occupârant, missi fuerant, didicitque illorum cædem ideò contigisse, quia illi novi habitatores ignorabant quid ab illis exigeret illius regionis antiqua religio, misit sacerdotes, è captivorum grege, qui illos docerent et sacrorum ritus, et leges quas Dominus illius regionis incolis jam ante præscripserat. Missus est ergo sacerdos, è captivorum numero, qui licet, ut non improbabiliter opinatur Lyra et Abulens. q. 16 et 17, ex eorum esset numero atque ordine, qui electi priùs fuerunt à Jeroboam, ut sacrificalem operam vitulis impenderent, verum tamen et religiosum ritum docuit, quo sanctè Hebræorum Deus colebatur. A quo licet ille toto vitæ tempore abstinuisset, quia neque erat è sacerdotali familiâ, neque tali vitulis ritu operatus fuerat, quali Deo vero sacerdotes religioso ritu operari docentur, tamen quia legem noverat, et ex eâ didicerat quonam modo colendus esset Deus, et tractanda sacra, facilè quod nunquàm ipse fecisset antea, alios docere potuit. Sed, ut opinor, imperfectè, quod apparet ex eo quòd statim in sacris operando neque raro, neque leviter habitatores illi novi peccârunt. (1)

« On reste stupéfait quand on voit qu'aussi« tôt que cette nouvelle peuplade fut instruite « du culte d'Adonaï, elle adora une foule de « dieux asiatiques inconnus, et qu'on brûla des « enfants aux autels des dieux étrangers. » S'il y a lieu d'*être stupéfait*, c'est d'entendre le critique avancer que cette peuplade composée de Babyloniens, de Cuthéens, etc., n'adorait point les dieux de Babylone et de Cutha, lorsqu'elle sortit de sa terre natale et qu'elle ne commença à leur offrir des sacrifices barbares, tant de fois réprouvés par la loi de Moïse et par les autres livres des Israélites, que lorsque, transplantée dans le pays de Samarie, elle reçut quelque instruction touchant le Dieu des Hébreux. Qu'il lise sa condamnation dans le texte qu'il tronque et qu'il travestit à son ordinaire. *Ces peuples adorèrent Adonaï, et servaient aussi leurs dieux, selon la coutume des nations transplantées en Samarie*, c'est-à-dire qu'au culte des idoles qu'ils servaient lorsqu'ils habitaient Babylone et Cutha, Emath, Sepharvaïm, et qu'ils continuèrent d'adorer quand ils furent transplantés dans le pays de Samarie, ils voulurent joindre celui du Dieu d'Israël, dont on leur donna quelque notion. (Duclot.)

VERS. 29. — UNAQUÆQUE GENS FABRICATA EST DEUM SUUM, POSUERUNTQUE EOS IN FANIS EXCELSIS. Dedicârunt, opinor, sacrificandi ritum, per-

(1) VERS. 26. — IGNORANT LEGITIMA DEI TERRÆ. Id sibi persuaserant idololatræ, singulis regionibus suum esse peculiare numen; neque illi plures deos, neque plurium deorum cultum esse non posse censebant, dùm suus singulis impenderetur. Juxta vanam hanc persuasionem philosophati, exposuerunt regi Assyriæ, vexationis hujusce causam nullam aliam indagari oportere, quàm quòd cultus Dei ejus regionis ignoraretur; eâdemque doctrinâ imbuti alienigenæ, qui Samariam incolendam venerant, cultum Domini cum vetustâ numinum suorum religione sponte admiserunt.

Cæterùm non priùs hæc contigisse scimus, quàm post adventum Cuthæorum in Samariam. Docet Esdras, Asarhaddonem, Sennacheribi successorem, misisse sacerdotem, qui cultûs Domini ritus iis gentibus tradidit. Unâ autem historiæ serie refert hic Scriptura quæcumque pertinent ad hanc coloniam, ne narrationis ordinem interrumpat. (Calmet.)

VERS. 27. — DUCITE ILLUC UNUM DE SACERDOTIBUS, QUOS INDE CAPTIVOS ADDUXISTIS, ET VADAT, etc. Hebræus, Chaldæus, et Septuaginta: *Deducite quemdam de sacerdotibus..... et eant, et sedeant ibi.* Missi sunt facilè plures quàm unus; sed unus cæteris auctoritate et dignitate præerat, qui cæteros per varia regionis loca distribuit. Samariâ autem à Salmanasare eversâ, hic sacerdos sedem fixit in Bethel, loco totâ antiquitate venerabili, post ostensam per visum Jacobo scalam quæ è cœlo in terram porrigebatur. Quis verò sacerdos iste in Syriam missus? Non utique sacerdos è tribu Levi, neque è ministris templi Hierosolymitani; nullibi enim legimus, Theglathphalasarum, Salmanasarum, Sennacheribum, Asarhaddonem captivos aliquos è ditione Juda egisse, nisi unum excipias regem Manassen, qui sub Asarhaddone deductus est Babylonem. Facilè igitur Levita aliquis reputandus est, qui cùm in regno Israelis consideret, eamdem cum cæteris captivitatem subierit. Vel fortè sacerdos erat vitulorum aureorum, qui docere gentes illas aggressus est Dei cultum, sed minùs sanctum purumque; neque enim Cuthæi pristinam idololatriam abjecêre. Esdram appellat S. Epiphanius, hæresi 9, sacerdotem in Samariam missum. Aliis est *Lun.* Sunt qui duos venisse censeant, Eliezerum et Dositheum, qui postremus notissimus est filius Jannæi, quem S. Hieronymus patrem Saducæorum, simulque principem Samaritanorum facit, qui gentiles suos docuit prophetarum scripta rejicere. Sed constat, Dositheum hunc, de quo S. Hieronymus, multò recentiorem esse quàm sacerdotem ab Asarhaddone destinatum ad docendos cultum Domini Cuthæos.

Hæc sunt igitur genuina exordia Samaritanorum, vel Cuthæorum, de quibus interdùm in Scripturâ. Mixtio erant plurium gentium, quæ aliunde ad frequentandam Samariam venêre. Temerè illi et immeritò genus suum repetunt è patriarchis: *Patres nostri in monte hoc adoraverunt*, aiebat ad Christum Samari-

egrini illi populi, non tamen Deum, cui impendi debuit, aut agnovêre, aut, cùm agnovissent, amplexi sunt ex animo ac seriò. Sed quilibet suos in Israelitarum solum intulit deos. Et licet eo uteretur quisque adorandi aut sacrificandi genere, quod sacerdos à rege missus docuisset, tamen in eo peccabatur,

tana : hinc in periculosis quibusdam rerum articulis, cùm Judæi lacesserentur, veram illi tunc originem suam urgebant, altèque prædicabant nihil habere se cum Judæis, à quibus longè diversam originem traherent. Missus eò sacerdos, tradidit illis scripta Moysis, quæ adhuc retinent, vetustis Hebræis vel Phœniciis characteribus descripta. Cùm enim litteræ illæ genuinæ essent regionis quam incolebant, retinendas illas censuerunt, uti facilè et vernaculum vicinarum gentium sermonem, ob commercii facilitatem. Contraria omnia Judæis acciderunt ; cùm enim vernaculum Chaldæorum sermonem didicissent, et Chaldaicæ scribendi rationi per captivitatem Babylonicam assuevissent, immutârunt sensim veteres characteres librorum suorum Hebraicos, Chaldaicis substitutis : hinc scriptionis discrimen inter Pentateuchum Samaritanum et Judaicum.

Accusantur, nec temerè, Samaritani, quòd non obsequentes librorum sacrorum Mosaicorum religioni, temerarias illis manus alicubi immiserint. Animadvertitur enim in illis affectatio quædam pro sacro illorum monte Garizim, ubi templum stetisse jam inde ante captivitatem contendunt. Legimus in eorum Chronico, Abdiam, summum pontificem Israelitarum, captivum unà cum cæteris Niniven sub Salmanasaro translatum, eò tulisse volumen legis illud, quod hodiè usque retinent, eumdemque condidisse sub monte Garizim vasa sacra ejus templi, quod vertici illius montis insidebat. Sed inter viros doctissimos convenit, templum hoc excitatum fuisse primùm à Sanaballat, pro Manasse genero suo, sub Alexandro Magno. Nullum adhuc stabat ætate Esdræ et Nehemiæ ; maximâ enim sollicitudine teneri se demonstrant, ut admittantur in partem templi Hierosolymitani. Adde si quod templum possedissent Samariæ vel alibi, an sacerdos missus ab Asarhaddone sedem suam in Bethel constituisset ? Viri quidam docti censuêre ante constructum templum Garizim, Samaritanos nulla habuisse Moysis volumina, nullamque aliam normam cultûs Domino impendendi adhibuisse, quàm verba docentis sacerdotis, quæ mentibus per traditionem impressa conservabantur. (Calmet.)

Voltaire a prétendu que le prêtre hébreu envoyé par Assaraddon, successeur de Salmanasar, aux nouveaux habitants de Samarie, était le véritable et premier auteur du Pentateuque. Nous ne relèverons pas les contradictions perpétuelles dans lesquelles ce critique tombe à ce sujet ; nous nous bornerons à montrer directement que ce système du Pentateuque fabriqué en Chaldée par un prêtre schismatique des dix tribus, pour l'usage des Cuthéens transférés à Samarie, et en même temps reçu et adopté à Jérusalem par le roi, le pontife et toute la nation des Juifs, est une chimère des plus absurdes qui aient jamais pu entrer dans une tête humaine.

Ce prêtre, prétendu fabricateur du Pentateuque, était un prêtre des dix tribus, attaché par conséquent au schisme de Jéroboam et au culte de ses veaux d'or ; en effet, les Cuthéens ses disciples continuèrent le schisme établi par les dix tribus, auxquelles ils succédèrent : ce prêtre n'était ni de la tribu de Lévi ni de la famille d'Aaron ; car Jéroboam fut obligé de charger des fonctions du sacerdoce des hommes *du commun et indistinctement quiconque voulut les accepter*, tous les lévites et tous les prêtres étant demeurés constamment attachés au culte de Jérusalem. Or, nous le demandons, un prêtre partisan du culte du veau d'or aurait-il fabriqué un livre dans lequel l'adoration du veau d'or est représentée comme une abomination digne du châtiment le plus sévère ? C'est cependant ce qu'on trouve dans l'Exode. Un prêtre qui n'était ni de la famille d'Aaron ni de la tribu de Lévi, aurait-il fabriqué un livre dans lequel l'entreprise de Coré, Dathan et Abiron, est traitée d'attentat que Dieu punit par des miracles ? C'est cependant ce qu'on lit dans le livre des Nombres. Un partisan du culte de Samarie, dans lequel on ne fit aucun usage de l'arche d'alliance, aurait-il fabriqué un livre dans lequel cette arche est représentée comme le trône de la majesté divine et le monument essentiel du culte des Hébreux ? C'est cependant l'idée que les livres de Moïse nous en donnent en une infinité d'endroits, et tous ces traits se trouvent dans le Pentateuque Samaritain comme dans celui des Hébreux. Enfin si ce prêtre eût fabriqué cet ouvrage pour les nouveaux colons envoyés de de-là l'Euphrate à Samarie, ne l'aurait-il pas fabriqué en leur langue et écrit en caractères qui leur fussent familiers ; c'est-à-dire en langue chaldéenne et en caractères chaldéens ? Cependant le Pentateuque samaritain est en langue hébraïque et en caractères phéniciens.

« Mais, dit Voltaire, ce prêtre n'avait pas eu « le temps d'apprendre le chaldéen. » Quoi ! Assaraddon, l'un des successeurs de Salmanasar qui avait détruit Samarie, aurait envoyé pour instruire ses Cuthéens quelqu'un qui n'aurait pas su leur langue ? Il y a eu cinquante-huit ans d'intervalle entre la première déportation des Israélites faite par Theglathphalasar et le commencement du règne d'Assaraddon. La destruction de Samarie par Salmanasar est antérieure de huit ans à ce même règne d'Assaraddon. N'y a-t-il pas assez de temps pour apprendre la langue du pays dans lequel on est transplanté ? Mais ajouter à ces insoutenables paradoxes qu'un prétendu livre, à peine sorti des mains d'un prêtre des veaux d'or, et fabriqué pour des Cuthéens idolâtres pour en faire des partisans du schisme de Jéroboam, aura été aussitôt accueilli à Jérusalem, reconnu aussitôt pour la loi civile et religieuse de l'état ; qu'en conséquence le roi aura réformé le culte, grâces à un livre tout récemment fabriqué en Chaldée : admettre de pareilles absurdités, nous soutenons que c'est le comble de l'aveuglement et du délire. (Duclot.)

quia diis cultus ille impendebatur alienis, et cum vero Deo alii etiam colebantur falsi, quibus gens illa à teneris annis assueverat. Quare multarum religionum voluerunt esse participes, aut, si rectè rem mediteris, omnium expertes. (1)

Vers. 32. — Fecerunt autem sibi de novissimis sacerdotes excelsorum, et ponebant eos in fanis sublimibus. Quemadmodùm Jeroboam lib. 3 Reg. c. 12, v. 31, *fecit fana in excelsis,*

(1) Vers. 30. — Viri Babylonii fecerunt Sochothbenoth. Hebræum סכות בנות *Sochoth-Benoth* sonat tentoria puellarum; designari autem in Scripturâ hìc creditur, loca illa prostitutionis, quam semel in vitâ in honorem Mylittæ puellæ Babyloniæ exercebant. Eusebius, in libro de Locis Hebraicis, censet Sochothbenoth, Asima, Nergel, etc., nomina esse urbium, quas eæ gentes in Palæstinâ condiderint: eamdemque sententiam à se reprobari, S. Hieronymus in versione ejusdem operis à se adornatâ, ne verbo quidem innuit. Sed aliis nomen *Benoth* Dei est, cui templa consecrabantur. Nec desunt qui nomen Veneris ex *Benoth* derivent. Rabbini nomen *Sochoth-Benoth* interpretantur gallinam cum pullis. Quid verò illud rei est? Alii dictum accipiunt de gestatoriis quibusdam ædiculis, simulacra quædam dearum continentibus. Denique putant aliqui voces originales designare constellationem illam, quam *Pleiades* appellant. Sed frustra mentem subtilibus hisce torquemus; præstat enim retinere ea quæ ex Herodoto allata sunt. Nota est Ptolemæo in Africâ urbs *Sicca Veneria,* quam alii *Siccam* appellant, unde viri quidam docti deducendam sibi censent etymologiam *Sochothbenoth.* Vide Seldenum et Gerardum Joannem Vossium.

Viri Cuthæi fecerunt Nergel. Erat Nergel, si Rabbinis et interpretibus nonnullis fidem habeamus, dea quædam sub imagine gallinæ sylvestris culta. Designatum alii censent ignem perpetuum, cui in honorem solis divinos honores Persæ impendebant. S. Ambrosius, sive alter sub ejus nomine, qui in Epistolam ad Corinthios scripsit, tradit Samaritanos Persico more ignem coluisse. Hebræum *Nergal,* ductum è נור, seu נר, *lampas,* et גלל, *volvere,* designare potest ad litteram lucem vel ignem scintillantem, qui vortice quodam volvitur. Celebrantur autem apud veteres templa, vel, si mavis, claustra Persarum, ubi detinebatur perpetuus ignis super altare in medio positum, multo cinere protectus. Nullâ non die Magi templa illa adibant, canebantque carmina quædam, manibus interim tenentes coram igne virgarum fasciculum. Caput habebant protectum laneo pileo, ad usque labia et genas descendente. Sermo est apud Jeremiam de Neregel præfecto ærarii regis Nabuchodonosoris; et apud Berosum de *Neriglissore* vel *Nergel-izor,* qui interfecto *Evilmerodacho* regnavit Babylone.

Viri de Emath fecerunt Asima. Numen hoc fingunt Rabbini, alii quidem hircum sine vellere; alii simiam, alii agnum, alii satyrum, vel deum Pana poetarum. Casu illi quidem. Latina vox *simia* derivatur ex Græco *simos,* quod *simus* est Latinorum. Sed aliud est simiæ nomen apud Græcos. *Simor* apud Parthos genus est muris, cujus pellibus vestium interiora muniuntur. (Calmet.)

Vers. 31. — Hevæi fecerunt Nebahaz. Incolæ *Avah* appellantur hìc Hevæi, quorum deum *Nebahaz* canis figuram retulisse tradunt Judæi. Sed horum eà de re argumentum unicum esse potest, quòd נבח, *Nabach,* Hebraicè est latrare. Hinc נבחז, *Nebachaz.* Porrò ab Ægyptiis canes aris donatos esse notum est: *Oppida tota canem venerantur.* Notum est pariter, Anubin Ægyptium numen canino rictu præditum fuisse:
Omnigenûmque deûm monstra, et latrator Anubis.
Vir quidam, qui Persidem peragravit, testatur se vidisse in Perside vetusta quædam idola, hircum vel satyrum exprimentia.

Veri speciem habet maximam, *Nebahaz* derivari ex Nebo, celebri Babyloniorum numine, et ex *Achaz,* cepit, possedit. Hanc si sequamur etymologiam, nomen *Nebahaz* vertendum erit: *Oraculum possidens, Deus possessor et rerum omnium Dominus;* vel, si deducatur ex Hebræo *Chasah, vidit,* Nebahaz vertetur *Nebo videns,* Deus qui omnia videt. Fatendum est, hæc omnia nihil majus esse quàm conjecturas; frustra tamen plus aliud in re obscurissimâ quæras.

Tharthac. Numen aliud Hevæorum, figurâ asini, inquiunt Judæi. Vox *Tharthac* תרתק Hebræum vocabulum non est; idemque designare numen ac *Nebahaz,* Marshamus suspicatur.

An *Tharthac* idem est cum *Sar-Sak? Sar,* שר, Hebraicè est princeps; *Sak,* שך, vel *Saca,* שק, nomen erat principis, vel numinis, in Babyloniâ celebris. Nota sunt profanis festa Sacæa; quare *Thartach,* juxta Chaldæam pronuntiationem, erit *deus Sak.* Jeremias bis meminit Dei *Sesach,* vel festorum *Sesach.* Porrò festa hæc veteres quidam appellârunt *Sada,* vel *Sadak,* quod accedit propiùs ad *Tharthac.* In recitatum Jeremiæ locum dedimus conjecturas nostras, ut *Sesach* ipsissimum fuisse solem vel lunam, Apollinem vel Dianam, Borsippæ in Babyloniâ cultam, probaremus.

Qui erant de Sepharvaim, comburebant filios suos igni, Adramelech et Anamelech diis Sepharvaim. Si qua fides Hebræis, Adramelech simulacrum erat muli, vel pavonis; Anamelech equus, vel phasianus, vel coturnix. Apage Rabbinica! Nomen *Adramelech,* quod est *rex magnificus,* exprimit non obscurè solem; *Anamelech, rex pius et clemens,* lunam designat. Recurrit sæpè apud Strabonem *Anaïs,* vel *Anaia,* nomen deæ toto Oriente celebris, quæ ipsissima erat Diana, vel luna. Solemne autem fuisse constat Orientalibus, ut huic numini masculinum genus tribuerent, colerentque sub dei imagine. Credibile est igitur, regem Ana ipsissimam fuisse lunam. Quæ sese exhibet affinitas inter victimas oblatas huic numini, et Moloch deo Ammonitarum, ac Saturno deo Phœnicum, in eam persuasionem induxit plures, ut unum idemque numen existimarent. Sed hæc varietas sententiarum conciliatur, si Adramelech et Anamelech ad solem lunamque referamus. Vix aliud erat

et sacerdotes de extremis populi de filiis Levi, sic populi illi externi in regione illâ, quam recenter adierant, *fecerunt sibi de novissimis sacerdotes.* Qui cùm vilia putarent esse ministeria, neque suos deos pro illorum meritis, magnum aliquid et venerabile judicarent, et verum Deum, aut ignorarent, aut diis patriis putarent esse similem, de sacerdotum splendore ac nobilitate non censebant esse laborandum. Quare de fæce populi sacerdotes assumunt, præponuntque fanis, locisque sublimibus, ubi more gentilico delubra visebantur, et frequentes aræ.

VERS. 34. — USQUE IN PRÆSENTEM DIEM MOREM SEQUUNTUR ANTIQUUM, NON TIMENT DOMINUM, NEQUE CUSTODIUNT CÆREMONIAS EJUS (1). Conjunxerunt novi hi Samaritæ lucem cum tenebris, verum Deum cum falsis; et cùm aliis legibus ac cæremoniis à parentibus essent instituti, et à primis annis assuefacti, quid verus præcepisset Deus non curabant, neque illum timebant, neque cæremoniis ejus atque judiciis, tantùm arbitrabantur esse ponderis, ut de illorum observatione laborarent.

VERS. 35. — NOLITE TIMERE DEOS ALIENOS. Ex hoc versu usque ad 40 ostenditur quæ Dominus præceperit suis, idque voluerit observari diligenter. Quorum hæc est summa quædam complexio, ut neque deos timeant, aut venerentur alienos, sed unum Deum colant, ament, observent, quæ cùm obscura non sint, ea prudens lubensque prætereo. Hæc igitur contempserunt novi isti Samaritæ, cùm eosdem in terrâ Israelitide coluerint deos, quos ante in patriâ, et quod ante soliti, hoc etiam modò diis sibi à primâ ætate familiaribus impendebant obsequium.

VERS. 41. — FILII EORUM ET NEPOTES, SICUT FECERUNT PATRES SUI, ITA FACIUNT USQUE IN PRÆSENTEM DIEM (1). Adhæsêre posteri parentùm

Orientalibus numen, præter solem et lunam variis nominibus expressos. (Calmet.)

(1) Hebræus : *Facientes juxta mores suos pristinos, ipsi non timentes Dominum, nec facientes juxta decreta eorum, et juxta judicium eorum.* Pugnant inter se hæc verba, nisi referantur ad Israelitas, qui nec leges, nec cæremonias veterum regionis incolarum servant. Id autem duriusculum videtur, cùm nullus antea sermo de Israelitis fieri cœperit. Septuaginta in alium sensum reddiderunt : *Ipsi faciebant juxta veteres mores suos. Ipsi timent, et ipsi faciunt secundùm mores suos, et secundùm legem suam, et secundùm mandatum, quod mandavit Dominus filiis Jacob.* Unico fœdere duo hæc sociant, leges Dei ac veterum morum exercitium. In aliam viam divertunt Syriacus et Arabs : *Migraverunt Israelitæ de terrâ suâ, eò quòd Dominum dereliquerunt, neque fecerunt secundùm pactum judicium, legem, atque præceptum, quod præscripserat Dominus filiis Jacob.* Posteriorem hanc interpretationem docti plures commentariorum scriptores sequuntur : constat autem ex lectione Hebræi versiculorum 32, 33 et 34, turbas aliquas in textu inesse; et versiculi 40 et 41 exigere videntur, ut versiculus 34 et sequentes exponantur de Israelitis extra regionem suam translatis : alioqui enim pugnarent simul v. 34 : *Usque in præsentem diem morem sequuntur antiquum; non timent Dominum,* et ea quæ leguntur in v. 41, de Cuthæis : *Fuerunt gentes istæ timentes quidem Dominum, sed nihilominùs et idolis suis servientes.* Pronum est autem, ut exprobretur Hebræis, quòd pro veteri more parere Domino recusent : quis enim nesciat illos longâ habitudine moribus hisce inhæsisse? Vicissim autem minimè congruum videbatur, vitio id vertere gentibus alienis, quæ nunquàm antea Deum nôrant, quæque vix cognitum timuerunt ac coluerunt, ut hìc animadvertitur, cultu tamen minùs puro, et à superstitione penitùs non defæcato. Admissâ autem hâc interpretatione, reputandum erit, Israelitas decem tribuum in exilio à pristinis criminibus non resipuisse, nec sapientiores redditos esse, quibus à Deo cæsi sunt, flagellis. Sub Esdrâ, quem non temerè horum librorum auctorem facias, Israelitarum plerique tales erant in Assyriâ, quales antea in regionibus suis fuerant. (Calmet.)

(1) *Ainsi ces peuples ont craint le Seigneur, mais ils ont servi en même temps les idoles; car leurs fils et leurs petits-fils font encore aujourd'hui ce qu'ont fait leurs pères.* Ils ne craignaient pas le Seigneur, comme dit un savant théologien (Estius), par le motif d'une vraie foi, et par une persuasion intérieure que ce Dieu fût le Dieu véritable, le Dieu tout-puissant, le Dieu unique, le Dieu éternel, et le Seigneur souverain de toutes les créatures; puisque s'ils l'avaient véritablement regardé et adoré comme tel, ils n'eussent pas adoré en même temps plusieurs autres dieux. Mais ils le craignirent seulement comme le dieu du pays, et comme ayant le pouvoir de punir ceux qui ne l'adoraient pas dans cette terre. Ainsi ils mêlaient son culte avec celui des idoles, et ils devinrent comme les Israélites également adorateurs du vrai Dieu et des faux dieux. Ils ont figuré en cela même, non seulement ces anciens enfants d'Israël, que le roi des Assyriens emmena captifs, mais encore beaucoup d'enfants de l'Eglise, qui prétendent mêler ensemble le service purement extérieur et judaïque qu'ils rendent à Dieu, avec le culte beaucoup plus sincère qu'ils rendent, si on l'ose dire, à autant d'idoles qu'ils ont de passions dominantes au fond de leur cœur. Ces faux Chrétiens ou ces vrais Samaritains imitent la conduite de ces peuples dont l'Écriture témoigne *que chacun d'eux se forgeait son dieu, et le mettait dans la ville où il habitait.* Il est vrai que pour le corps de la religion, ils ne le violent point par aucun acte d'idolâtrie, ne donnant pas de l'encens à des idoles inanimées, comme autrefois ces anciens peuples. Mais on peut dire que du Dieu même de tout

vestigiis ad tempus usque in quo hæc scripta sunt, et ita verum Hebræorum Deum suscepêre, ut patrios non abjecerint. Quod servaverunt, opinor, usque ad Evangelii tempus, quando cœlesti illustrati lumine saniora cogitârunt. Hæc de toto capite; sed quia ex illo multa deducuntur, quæ valdè ad Samaritanorum mores et instituta pertinent, quorum nomen in novo Testamento frequens, ideò de illis aliquid explicatius afferamus necesse est. Ad quam rem non parùm nobis lucis atque materiæ præbebit Epiphanius in hæresi Samaritanorum, quæ est 9; Abulens. hìc q. 24; Toletus et Pereira, uterque in cap. 4 Joannis.

Qui sint Samaritani, quæ illorum conditio et institutum, unde translati fuerint, qui in Evangelio sæpè dicuntur Samaritani, vidimus nuper, qui à Cuthâ civitate, ex quo plures aut fortassè nobiliores in desertam illam civitatem confluxerunt, Cuthæi vocati sunt; quæ compellatio ad longum postea tempus producta est. Sic sanè sæpè vocat Josephus. Acceperunt, ut vidimus, ab Israelite sacerdote, ritus, et leges, quas in sacrificiis, legitimoque cultu servare deberent, et ab aliis multis, ut opinor, qui latuerunt in montium latebris, quæ in eâ regione occurrunt frequentissimæ. Qui ubi deferbuit Assyriorum furor, in urbem redierunt, in quam à novis incolis admissos existimo non gravatè. Tunc autem illi et amore et studio eorum deorum, in quorum sacris à primis incunabulis parentûm disciplinâ atque exemplo fuerant instituti, illos non abjecêre; et quia leonum adhuc et horrebant fremitum, et metuebant ungues, quorum vim magno suo malo toties erant experti, Hebræorum Deum amplexi sunt, à quo liberatum iri se crediderant. Ex quâ sacrorum, deorumque confusione id consecuti sunt, ut neque omninò essent Israelitæ, neque gentiles prorsùs, sed monstrum quoddam ex variâ religionum admixtione concretum. Ex quo fiebat, ut eodem censerentur ordine, in quo gentiles. Sanè Christus eodem numerabat loco, cùm dicebat Apostolis Matth. 10: *In viam gentium ne abieritis, et in civitates Samaritanorum ne intraveritis.*

Ex Scripturâ totâ quinque tantùm libros legis amplectuntur, quia illos tantùm agnoverant illi à quibus primùm instituti sunt. Libros namque Regum, et qui scripti sunt à Davide, et Salomone filio, neque ipsæ decem tribus, quæ ab urbe temploque recesserunt, admiserant, tum quia paulò ante discessionem scripti fuerant, nequedùm omninò evulgati, tum quia in Davidem et Salomonem filium duriùs animati, propter assidua bella, et à tempore discessionis intestinum odium. Prophetæ verò omnes aut scripserunt post captivitatem Israelis, aut non multò antea. Quæ verò sacra prodit historia de Josue et judicibus Israel, ea aut non tradiderunt illi qui novos colonos informârunt, aut, quia ad leges ritusque sacrorum non pertinebant, non putârunt referre multùm ad illud quod optabant, nempe ut exitium evitarent, quod à leonibus quotidiè durum patiebantur. Et si verum est, quod Josephus docet lib. 9, cap. 14, ut pestem effugerent, quæ in eâ regione, ex quâ illam incoluerunt externi, durè grassabatur. Admisisse porrò hos Cuthæos, seu Samaritanos, tantùm libros legis, tenent Orig. tom. 4 in Joannem, Epiphanius supra, Ambrosius in cap. 9 1 Corinth.

Fuerunt autem hi Samaritani Judæorum rationibus semper infensi, neque minùs Judæi Samaritanos insectabantur hostiliter, quia vix consentiebant in aliquo, et in plurimis omninò dissidebant. Quod usque adeò illis erat usitatum et frequens, ut proverbiali formâ, qui maximè alicui foret odiosus, Samaritanus vocaretur; sic à Judæis Christus Samaritanus dictus. Ex hoc odio ortum est, ut Judæi non couterentur Samaritanis, ut dixit Samaritana mulier, Joan. cap. 4. Hinc Samaritani quàm maximè potuerunt ardenter instaurationem civitatis et templi impedire conati sunt, cùm ab exilio remigrârunt Judæi, captivitate solutâ, Esdr. lib. 2, c. 4. Hinc cùm se simulatè,

l'univers qu'ils adorent, *chacun d'eux se forge un dieu à sa mode;* c'est-à-dire, que se le représentant tel qu'il leur plaît, le dépouillant en quelque façon de sa souveraine pureté et de sa divine justice, ils prétendent allier l'impureté de leur cœur et une conduite toute criminelle avec le service qu'ils lui rendent, et avec cette profession extérieure qu'ils font du Christianisme; comme si Dieu pouvait renoncer à cette justice et à cette pureté souverainement attachée à son essence, pour favoriser, ou au moins, pour ne pas punir leurs passions. Que si en considération de ce culte extérieur qu'ils lui rendent, à l'exemple de ces anciens peuples, il n'envoie plus de lions pour les dévorer, qu'ils sachent que ces passions mêmes qu'ils nourrissent volontairement au fond de leurs cœurs, sont comme autant de lions qui tuent et qui dévorent leurs âmes, et qu'ils sont intérieurement exposés en proie à la fureur des démons, qui sont comparés par le prince des Apôtres à ces bêtes si furieuses, et qui sont, comme il le dit, continuellement appliqués à observer et à dévorer les âmes qui n'opposent pas à leur fureur une foi vive. (Sacy.)

ut opinor, et fraudulenter socios adderent ad templi redivivam fabricam, repulsi sunt, Esdr. lib. 2, c. 6. Quantum fuerit Samaritanorum in Judæos odium, docet Hieron. tom. 3, Ep. ad Algasium, q. 5.

Cùm autem in aliquo Samaritani cum Judæis convenirent, in aliis ab illis dissiderent, prout ipsis usui fore putabant, modò se Judæos, modò alienos se à Judæorum religione et genere dicebant : usi eo artificio, quo apud Æsopum vespertilio, qui cùm alas habere à volucri, cæteram formam haberet à mure, modò se murem, modò volucrem nominans, bis mortis periculum effugit. Didicerunt Judæis amicum fuisse magnum Alexandrum, et eos beneficiis persecutum amplissimis, et ut illius gratiam sibi demererentur, et beneficia ab eo acciperent similia, è Judæorum genere ortos se esse dicunt, et iisdem cum Judæis institutis teneri. Ita Josephus lib. 11, cap. 8, ad finem. Cùm verò, ut idem Josephus refert lib. 12, c. 7, accepissent Antiochum Epiphanem infensum esse Judæis, et adversùm illos durius aliquid moliri, Judæos se esse negaverunt.

Ex quinque libris legis aliqua observant, nam, ut dixi, alia Scripturæ volumina non admittunt. Primùm parentes suos vocant Abraham, Isaac et Jacob, ut probat Samaritana mulier, quæ Joan. c. 4, sic ad Christum : *Numquid tu major es patre nostro Jacob, qui dedit nobis puteum, et ipse ex eo bibit, et filii ejus?* Admisêre prætereà circumcisionem, de quâ in Pentateucho multus sermo ex Epiphanio, hæresi 10 de Essenis; deinde purificationes quasdam, quas familiares habuerunt Hebræi. Sanè Epiphanius supra, hæresi 9, ad medium : « Habent, inquit, alias quasdam dementiæ consuetudines antiquas, quòd videlicet urinâ se proluunt, ubi ab externis venerint, polluti nimirùm ; et quòd in aquam se unà cum vestibus immergunt, ubi contigerint alium ex aliâ gente. » De aliis Samaritanorum erroribus vide Epiphanium hæresi 10, 11, 12, 13.

CAPUT XVIII.

1. Anno tertio Osee filii Ela, regis Israel, regnavit Ezechias, filius Achaz regis Juda.

2. Viginti quinque annorum erat cùm regnare cœpisset; et viginti novem annis regnavit, in Jerusalem. Nomen matris ejus Abi filia Zachariæ.

3. Fecitque quod erat bonum coram Domino, juxta omnia quæ fecerat David pater ejus.

4. Ipse dissipavit excelsa, et contrivit statuas, et succidit lucos; confregitque serpentem æneum quem fecerat Moyses, siquidem usque ad illud tempus filii Israel adolebant ei incensum, vocavitque nomen ejus Nohestan.

5. In Domino Deo Israel speravit : itaque post eum non fuit similis ei de cunctis regibus Juda, sed neque in his qui ante eum fuerunt.

6. Et adhæsit Domino, et non recessit à vestigiis ejus, fecitque mandata ejus quæ præceperat Dominus Moysi :

7. Unde et erat Dominus cum eo, et in cunctis ad quæ procedebat sapienter se agebat. Rebellavit quoque contra regem Assyriorum, et non servivit ei.

CHAPITRE XVIII.

1. La troisième année *du règne* d'Osée, fils d'Ela, roi d'Israël, Ezéchias, fils d'Achaz, roi de Juda, commença de régner.

2. Il avait vingt-cinq ans lorsqu'il monta sur le trône, et il régna vingt-neuf ans dans Jérusalem. Sa mère s'appelait Abi, et était fille de Zacharie.

3. Il fit ce qui était bon et agréable au Seigneur, selon tout ce qu'avait fait David son père.

4. Il détruisit les hauts lieux, brisa les statues, abattit les bois profanes, et fit mettre en pièces le serpent d'airain que Moïse avait fait, parce que les enfants d'Israël lui avaient brûlé de l'encens jusqu'alors; et il l'appela Nohestan.

5. Il mit son espérance dans le Seigneur Dieu d'Israël : c'est pourquoi il n'y en eut point après lui d'entre tous les rois de Juda qui lui fût semblable, comme il n'y en avait point eu avant lui.

6. Il demeura attaché au Seigneur, ne se retira point de ses voies, et observa les commandements que le Seigneur avait donnés à Moïse :

7. C'est pourquoi le Seigneur était avec ce prince, et il se conduisait avec sagesse dans toutes ses entreprises. Il secoua aussi le joug du roi des Assyriens, et ne voulut plus lui être asservi.

8. Ipse percussit Philisthæos usque ad Gazam et omnes terminos eorum, à turre custodum usque ad civitatem munitam.

9. Anno quarto regis Ezechiæ, qui erat annus septimus Osee filii Ela, regis Israel, ascendit Salmanasar rex Assyriorum in Samariam, et oppugnavit eam,

10. Et cepit; nam post annos tres, anno sexto Ezechiæ, id est, anno nono Osee regis Israel, capta est Samaria.

11. Et transtulit rex Assyriorum Israel in Assyrios, collocavitque eos in Hala et Habor fluviis Gozan, in civitatibus Medorum,

12. Quia non audierunt vocem Domini Dei sui, sed prætergressi sunt pactum ejus; omnia quæ præceperat Moyses servus Domini non audierunt neque fecerunt.

13. Anno quarto decimo regis Ezechiæ, ascendit Sennacherib, rex Assyriorum, ad universas civitates Juda munitas, et cepit eas.

14. Tunc misit Ezechias rex Juda nuntios ad regem Assyriorum in Lachis, dicens: Peccavi; recede à me, et omne quod imposueris mihi feram. Induxit itaque rex Assyriorum Ezechiæ regi Judæ trecenta talenta argenti et triginta talenta auri.

15. Deditque Ezechias omne argentum quod repertum fuerat in domo Domini et in thesauris regis.

16. In tempore illo confregit Ezechias valvas templi Domini et laminas auri quas ipse affixerat, et dedit eas regi Assyriorum.

17. Misit autem rex Assyriorum Tharthan, et Rabsaris, et Rabsacen de Lachis, ad regem Ezechiam, cum manu validâ, Jerusalem; qui cùm ascendissent, venerunt Jerusalem, et steterunt juxta aquæductum piscinæ superioris, quæ est in viâ agri Fullonis,

18. Vocaveruntque regem. Egressus est autem ad eos Eliacim filius Helciæ, præpositus domûs, et Sobna, scriba; et Joahe filius Asapha, à commentariis.

19. Dixitque ad eos Rabsaces: Loquimini Ezechiæ: Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorum: Quæ est ista fiducia quâ niteris?

8. Il battit les Philistins, *et les poursuivit* jusqu'à Gaza, et ruina leurs terres, depuis les tours des gardes jusqu'aux villes fortifiées.

9. La quatrième année *du règne* du roi Ezéchias, qui était la septième *du règne* d'Osée, fils d'Ela, roi d'Israël, Salmanasar, roi des Assyriens, vint à Samarie, l'assiégea,

10. Et la prit; car Samarie fut prise après *un siége de* trois ans, la sixième année *du règne* du roi Ezéchias, c'est-à-dire la neuvième année *du règne* d'Osée, roi d'Israël.

11. Et le roi des Assyriens transféra les Israélites en Assyrie, et les fit demeurer dans Hala et dans Habor, villes des Mèdes, près du fleuve Gozan,

12. Parce qu'ils n'avaient point écouté la voix du Seigneur leur Dieu, qu'ils avaient violé son alliance, et qu'ils n'avaient ni écouté ni suivi toutes les ordonnances que Moïse, serviteur du Seigneur, leur avait prescrites.

13. La quatorzième année *du règne* du roi Ezéchias, Sennachérib, roi des Assyriens, vint attaquer toutes les villes fortes de Juda, et les prit.

14. Alors Ezéchias, roi de Juda, envoya des ambassadeurs au roi des Assyriens à Lachis, et lui dit: J'ai failli; retirez-vous de moi, et je supporterai tout ce que vous m'imposerez. Le roi des Assyriens ordonna à Ezéchias, roi de Juda, de lui donner trois cents talents d'argent et trente talents d'or.

15. Et Ezéchias lui donna tout l'argent qui se trouvait dans la maison du Seigneur et dans les trésors du roi; *mais cela ne suffisant pas,*

16. Ezéchias détacha des battants des portes du temple du Seigneur les lames d'or que lui-même y avait attachées, et les donna au roi des Assyriens.

17. Cependant celui-ci envoya Tarthan, Rabsaris et Rabsacès, de Lachis, *qu'il assiégeait,* à Jérusalem vers le roi Ezéchias, avec un grand nombre de gens de guerre, qui, étant venus à Jérusalem, s'arrêtèrent près de l'aqueduc du haut étang qui est sur le chemin du Champ-du-Foulon;

18. Et ils demandèrent à parler au roi. Eliacim, fils d'Helcias, grand-maître de la maison du roi, Sobna, secrétaire, et Joahé, fils d'Asaph, chancelier, sortirent vers eux.

19. Et Rabsacès leur dit: Allez dire ceci à Ezéchias: Voici ce que dit le grand roi, le roi des Assyriens: Quelle est cette confiance sur laquelle vous vous appuyez?

20. Forsitan inîsti consilium ut præpares te ad prælium. In quo confidis, ut audeas rebellare?

21. An speras in baculo arundineo atque confracto Ægypto, super quem, si incubuerit homo, comminutus ingredietur manum ejus, et perforabit eam? Sic est Pharao, rex Ægypti, omnibus qui confidunt in se.

22. Quòd si dixeritis mihi : In Domino Deo nostro habemus fiduciam, nonne iste est cujus abstulit Ezechias excelsa et altaria, et præcepit Judæ et Jerusalem : Ante altare hoc adorabitis in Jerusalem?

23. Nunc igitur transite ad dominum meum regem Assyriorum, et dabo vobis duo millia equorum ; et videte an habere valeatis ascensores eorum :

24. Et quomodò potestis resistere ante unum satrapam de servis domini mei minimis? An fiduciam habes in Ægypto propter currus et equites?

25. Numquid sine Domini voluntate ascendi ad locum istum, ut demolirer eum? Dominus dixit mihi : Ascende ad terram hanc, et demolire eam.

26. Dixerunt autem Eliacim filius Helciæ, et Sobna, et Joahe Rabsaci : Precamur ut loquaris nobis servis tuis Syriacè, siquidem intelligimus hanc linguam, et non loquaris nobis Judaicè, audiente populo qui est super murum.

27. Responditque eis Rabsaces, dicens : Numquid ad dominum tuum et ad te misit me dominus meus ut loquerer sermones hos, et non potiùs ad viros qui sedent super murum, ut comedant stercora sua et bibant urinam suam vobiscum?

28. Stetit itaque Rabsaces, et exclamavit voce magnâ Judaicè, et ait : Audite verba regis magni, regis Assyriorum.

29. Hæc dicit rex : Non vos seducat Ezechias; non enim poterit eruere vos de manu meâ;

30. Neque fiduciam vobis tribuat super Dominum, dicens : Eruens liberabit nos Dominus, et non tradetur civitas hæc in manu regis Assyriorum.

31. Nolite audire Ezechiam; hæc enim

20. Vous avez peut-être formé le dessein de vous préparer au combat; *mais* en quoi mettez-vous votre confiance pour oser vous opposer à moi?

21. Est-ce que vous espérez en l'Egypte, ce roseau cassé? Si un homme veut s'y appuyer, ses morceaux lui entreront dans la main et la perceront. Tel est maintenant Pharaon, roi d'Egypte, pour tous ceux qui se confient en lui.

22. Si vous me dites : Nous mettons notre espérance dans le Seigneur notre Dieu, n'est-ce pas ce Dieu dont Ezéchias a détruit les autels et les hauts lieux, ayant fait ce commandement à Juda et à Jérusalem : Vous n'adorerez plus que dans Jérusalem et devant ce seul autel?

23. Passez donc maintenant vers le roi des Assyriens mon maître; je vous donnerai deux mille chevaux; voyez si vous pouvez trouver seulement autant d'hommes qu'il en faut pour les monter;

24. Et comment pourriez-vous résister devant un seul capitaine des derniers serviteurs de mon seigneur? Est-ce que vous mettez votre confiance dans l'Egypte à cause de ses chariots et de sa cavalerie?

25. Mais n'est-ce pas par la volonté du Seigneur que je suis venu en ce pays pour le détruire? Le Seigneur m'a dit : Entrez dans cette terre, et ravagez tout.

26. Sur quoi Eliacim, fils d'Helcias, Sobna et Joahé lui dirent : Nous vous supplions de parler à vos serviteurs en syriaque, parce que nous entendons bien cette langue, et de ne pas nous parler en langue judaïque devant le peuple qui écoute de dessus les murailles.

27. Rabsacès leur répondit : Est-ce pour parler à votre maître et à vous que mon seigneur m'a envoyé ici? et n'est-ce pas plutôt pour parler à ces hommes qui sont sur la muraille, qui seront réduits avec vous à manger et à boire leurs propres souillures?

28. Rabsacès se tenant donc debout, cria à haute voix, en langue judaïque : Ecoutez les paroles du grand roi, du roi des Assyriens.

29. Voici ce que le roi dit : Qu'Ezéchias ne vous séduise point, car il ne pourra point vous délivrer de ma main.

30. Ne vous laissez point aller à cette confiance qu'il veut vous donner en disant : Le Seigneur nous délivrera de ce péril, et cette ville ne sera point livrée entre les mains des Assyriens :

dicit rex Assyriorum : Facite mecum quod vobis est utile, et egredimini ad me; et comedet unusquisque de vineâ suâ et de ficu suâ, et bibetis aquas de cisternis vestris,

32. Donec veniam et transferam vos in terram quæ similis est terræ vestræ, in terram fructiferam et fertilem vini, terram panis et vinearum, et olei ac mellis; et vivetis, et non moriemini. Nolite audire Ezechiam, qui vos decepit, dicens : Dominus liberabit nos :

33. Numquid liberaverunt dii gentium terram suam de manu regis Assyriorum?

34. Ubi est Deus Emath et Arphad? ubi est deus Sepharvaim, Ana et Ava? numquid liberaverunt Samariam de manu meâ?

35. Quinam illi sunt in universis diis terrarum qui eruerunt regionem suam de manu meâ, ut possit eruere Dominus Jerusalem de manu meâ?

36. Tacuit itaque populus, et non respondit ei quidquam, siquidem præceptum regis acceperant ut non responderent ei.

37. Venitque Eliacim filius Helciæ, præpositus domûs, et Sobna, scriba, et Joahe filius Asaph, à commentariis, ad Ezechiam scissis vestibus, et nuntiaverunt ei verba Rabsacis.

31. Gardez-vous bien d'écouter Ezéchias; car voici ce que dit le roi des Assyriens : Prenez un conseil utile, et traitez avec moi; venez vous rendre à moi, et chacun de vous mangera *le fruit* de sa vigne et de son figuier, et vous boirez des eaux de vos citernes,

32. Jusqu'à ce que je vienne vous transférer en une terre qui est semblable à la vôtre, une terre fertile, abondante en pain et en vin, une terre de vignes et d'oliviers, une terre d'huile et de miel; et vous vivrez, et vous ne mourrez point. N'écoutez point Ezéchias qui vous trompe en disant : Le Seigneur nous délivrera.

33. Les dieux des nations ont-ils délivré leurs terres de la main du roi des Assyriens?

34. Où est le dieu d'Emath et le dieu d'Arphad? où est le dieu de Sépharvaïm, d'Ana et d'Ava? Ont-ils délivré Samarie de ma main?

35. Qui sont ceux de tous les dieux des nations qui aient délivré de ma main leur propre pays, pour que le Seigneur puisse délivrer Jérusalem de ma main?

36. Cependant le peuple demeura dans le silence et ne répondit pas un seul mot, car ils avaient reçu ordre du roi de ne lui point répondre.

37. Et Eliacim, fils d'Helcias, grand-maître de la maison du roi, Sobna, secrétaire, et Joahé, fils d'Asaph, chancelier, vinrent vers Ezéchias, ayant leurs habits déchirés, et lui rapportèrent les paroles de Rabsacès.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Anno tertio Osee filii Ela regis Israel, regnavit Ezechias filius Achaz regis Juda. Parente pessimo natus est optimus filius, anno tertio regis Osee. Quoties regum Juda et Israel anni numerantur componunturque, aliquid se nobis offert impeditum. Quomodò anno tertio, vel quarto Achaz regnum inierit Osee, diximus c. 17, ubi etiam explicuimus, quomodò Osee dici potuerit anno Achaz duodecimo obtinuisse regnum. Quòd si Osee regnare cœpit anno tertio, vel quarto Achaz, quod videtur omninò esse dicendum, cùm Achaz annis sedecim cum regiâ potestate fuerit, videndum est, quomodò primus Ezechiæ annus in tertium Osee incurrere potuerit. Ego hìc multa video ab auctoribus afferri, quæ ego ideò fortassè omninò non probo, quia non intelligo. Illud mihi videtur solutum magis, si dicamus bis Ezechiam cœpisse regnare, primùm cum patre simul anno tertio Osee, qui incidit in septimum Achaz, cùm annos esset natus Ezechias viginti quinque, ut statim magis exponemus; deinde cùm solus regnum obtinuit, de quo tempore aliter judicandum est.

Alii verè ac propriè dicunt iniisse regnum Osee (licet quatuor annis ante occisus esset Phacee Romeliæ filius) anno duodecimo regis Achaz, quia rem indignam aggressus fuit Osee, cùm regem suum et Dominum occidit, quæ res magnam illi apud omnes conflavit invidiam. Quare cùm quatuor annos in sedandis turbis consumpsisset, duodecimo anno regis Achaz pacificum cœpit regnum obtinere. Quòd si quis obstrepat dicatque à duodecimo anno Achaz ad decimum sextum ejusdem, in quo parente mortuo regnare cœpit Ezechias, quatuor superesse, atque ideò dicendum esse Ezechiam adiisse regnum non tertio anno Osee, sed quarto, responsio ex dictis difficilis non est : potuit enim annus ille quartus imperfectus esse, atque ideò vel omitti potuit,

vel pro integro atque perfecto numerari, ac perinde quartus esse vel tertius. Et hùc magis inclinat Abulens. c. 17, q. 2, et hoc cap. q. item 2, cui ego lubens subscribo.

Vers. 2. — Viginti quinque annorum erat, cum regnare cœpisset (1). Hìc gravis oritur difficultas, si posteriorem amplectamur sententiam, quam probavimus magis; nam si pater Achaz, cùm viginti annos haberet, regnum suscepit, quod sedecim tantùm annis obtinuit, necesse est ut triginta sex annos tantùm habuerit, cùm vitâ functus est; eo verò tempore viginti quinque annorum fuisse dicitur filius Ezechias. Quare undecim annis erat parente minor, atque ideò ab undenni parente genitus est Ezechias, imò et decenni : nam novem mensibus genitus est, antequàm natus. Mihi videtur ita omninò esse dicendum, quod communiter sequuntur interpretes. Abulens. q. 4, putat inchoatos annos Achaz omissos ab historico, ita ut cùm fuerit Achaz, cùm regnum iniit, viginti et unius annorum; quia tamen annus extremus completus non erat, omissus fuit. Regnavit item annos septemdecim, quorum ultimum, utpote imperfectum, prætermisit historicus. Quare tempus quo vixit Achaz, triginta et octo annorum fuit. Deinde ex viginti quinque annis Ezechiæ unum detrahit, quia postremus imperfectus, qui cùm omitti posset, pro integro tamen numeratus. Quare viginti quatuor annorum erat Ezechias, cùm in regnum assumitur, quos si ex triginta octo detrahas, quatuordecim supersunt : non est autem contra naturalem ætatis modum à quatuordenni patre suscipi prolem. Alii communiter ab undenni, vel etiam decenni Achaz, susceptum putant Ezechiam. Ita Hieronymus Epist. 132 ad Vitalem, qui aliis exemplis probat id fieri potuisse. Quâ de re nos pluribus l. 3 Reg. c. 3, ubi de Salomone quæstio, qui decennis existimatur genuisse Roboam.

Vers. 3.—Fecitque quod erat bonum coram Domino (1). Magnum Ezechiæ encomium sermone

(1) Sunt qui credant, Ezechiam filium ipsi Achaz fuisse non naturâ, sed adoptione et lege, vel tanquàm necessariorum maximè propinquum adscitum. Alii prodigium comminiscuntur, rati Ezechiam fructum esse à cœlo gratis concessum familiæ Davidicæ et regno Juda. Maluerunt quidam, viginti hosce annos pertinere ad exordia regni Joathami, patris Achaz, ut hic textus ita reddendus sit : *Achaz viginti annorum erat, cùm pater ejus regnare cœpisset*, adeòque duos et quinquaginta agebat cùm decessit; Joatham enim regnavit annis sexdecim : quare et genuit Ezechiam anno ætatis suæ septimo, et vigesimo. Verùm hæc solutio totam subvertit œconomiam verborum, atque in sensum longè remotum trahit. Neque magis probare possumus illos, qui mendum in numeros irrepsisse suspicantur. Tota igitur difficultatis hujus vis eò redigitur, ut investigemus, utrùm fieri unquàm possit, ut gignere liberos quis valeat ætate decem, vel undecim annorum. Hoc modò expendendum est.

Bochartus, qui expositionem hujus textûs prolixâ versavit epistolâ, docet, Achaz, duodecim ætatis annos agentem, gignere Ezechiam potuisse. Id autem contingere potuisse, plurimis demonstrat. Orientales et incolæ ferventium regionum citiùs pubertatem attingunt; adeòque et gignendo pares sunt maturiùs quàm algentis seu temperatæ regionis indigenæ. Quod compertum est etiam experientiâ vicinarum nobis, et ferventioris cœli gentium, ut Hispanorum.

Adolescens duodennis, teste Scaligero, decennem puellam masculini fœtûs gravidam fecit Lectorii in Provinciâ. Romanis legibus quatuordecim annorum ætas par est connubio; quod utique illæ non præscriberent, nisi nôssent ætatem esse parem gignendo; non ita tamen, ut ante illam ætatem gigni fœtum aliquando non contingat, sed raro. Tiraquellus producit exempla quædam adolescentum, qui quatuordecim annis minores, et puellarum quæ nondùm duodennes genuerunt; laudatque præsertim exemplum recitatum in Glossâ juris canonici, veluti deductum è Dialogis S. Gregorii, quanquàm hodiè in illis non legitur. S. Augustinus virum parem esse posse gignendo ait, si decennium agat. Medicorum præscripto, viri gignendo pares sunt anno ætatis tertio et decimo, puellæ quarto decimo. (Calmet.

« Achaz, [dit Voltaire, engendra, selon le « texte] Ezéchias à l'age de dix ans : c'est de « bonne heure. » Si Voltaire avait approfondi l'étude de l'histoire sacrée, il se serait aperçu qu'il y a des variantes dans le texte et eût supprimé sa remarque. Il est vrai qu'on y lit aujourd'hui qu'Achaz âgé de vingt ans monta sur le trône, qu'il régna seize ans, et qu'Ezéchias, son fils, lui succéda agé de vingt-cinq ans; mais les exemplaires du second livre des Paralipomènes que les traducteurs grecs, syriens et arabes avaient sous leurs yeux, portaient qu'Achaz avait *vingt-cinq ans* lorsqu'il commença à régner. Il suit de là que ce prince a vécu quarante-un ans, et qu'il en avait seize lorsqu'il engendra Ezéchias, qui devint son successeur à l'âge de vingt-cinq ans. (Duclot.)

(1) *Ezéchias fit ce qui était bon et agréable au Seigneur, selon tout ce qu'avait fait David, son père. Il détruisit les hauts lieux, il brisa les statues, il abattit les grands bois, et il fit mettre en pièces le serpent d'airain que Moïse avait fait, parce que les enfants d'Israël lui avaient brûlé de l'encens jusqu'alors.* Jésus-Christ témoigne que l'on ne peut point *cueillir des raisins sur des épines, ni des figues sur des ronces*, c'est-à-dire, qu'un méchant arbre ne porte point de bons fruits. Mais il semble que nous voyons quelque chose de contraire en la personne d'Ezéchias, qui étant fils d'un père impie, s'est signalé entre les rois de Juda par une piété extraordinaire. Aussi n'est-ce point par un

brevi comprehensum, quod pluribus explicatur lib. 2 Paralip. c. 28 et 29, et Eccli. c. 48, à versu 19. Qui nihil habuit antiquius, nihil in votis magis quàm ut collapsam religionem restitueret, et quæ superiorum regum, et parentis proximè concussit impietas, instauraret solidaretque. Quare quicquid fovere poterat impietatem, et ad impium cultum incautos, aut ignaros allicere, illud undecumque locorum removendum et perdendum curavit.

Vers. 4. — Confregitque serpentem æneum, quem fecerat Moyses : siquidem usque ad illud tempus filii Israel adolebant ei incensum, vocavitque nomen ejus Nohestan. De hoc æneo serpente multa habes et suo loco Numer. c. 21, ubi eo consilio conflatus esse traditur, ut intuentes in eum ab ignitorum serpentûm morsu curarentur, et Joan. c. 3, ubi quid æneum illud simulacrum portenderet, Christus explicuit : *Sicut exaltavit*, inquit, *Moyses serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat*. Historia nota est, cùm filii Israel accepisse se ab æneo serpente admirabilem medicinam et singulare beneficium meminissent, primùm in honore habuerunt maximo, acceperuntque, servâruntque diù : non quasi in eo aliquid existimarent esse divinum, sed tanquàm beneficii cujusdam eximii illustre monumentum. Sensim tamen, ut erat populus ille levis, et ad omnem religionem pronus

effet naturel, mais par une grâce au-dessus de la nature, que ce roi si pieux ne put être corrompu par l'impiété de l'exemple de son père, et de l'éducation qu'il lui avait procurée. Il fut, selon l'expression de l'Ecriture, comme un lis entre les épines, ayant travaillé très-sincèrement au milieu de tant de méchants, *à faire ce qui était bon et agréable devant le Seigneur, et à marcher en toutes choses sur les traces de David,* ce qui était une louange que le Saint-Esprit a donnée à peu de rois. Car, comme on l'a remarqué auparavant, la fermeté de David dans l'adoration unique du Dieu tout-puissant, et la parfaite sincérité de sa pénitence après sa chute, l'ont rendu digne que Dieu-même dît de lui qu'il était un homme selon son cœur.

Une des premières choses que fit ce prince, fut de détruire les hauts lieux; ce qu'on peut entendre en deux manières, c'est-à-dire, ou les hauts lieux dans lesquels on sacrifiait au vrai Dieu, mais contre son ordonnance, ou les hauts lieux destinés au culte profane des fausses divinités. Saint Augustin semble l'avoir entendu principalement dans le premier sens, lorsque parlant de David, et de cet éloge que Dieu lui donna, *qu'il était un homme selon son cœur, et qu'il faisait toutes ses volontés,* ce qu'il témoigne néanmoins devoir s'appliquer plus parfaitement au vrai David, qui est Jésus-Christ, il ajoute : Car lorsque l'histoire sainte, où les actions de ce prince sont décrites, le loue d'une manière si magnifique, elle a eu soin toutefois de remarquer qu'il ne détruisit point les hauts lieux où le peuple offrait à Dieu des sacrifices, contre l'ordre qu'il avait donné à ce même peuple de lui sacrifier seulement dans le tabernacle de l'Alliance, et ces hauts lieux furent détruits dans la suite par un prince de sa race, c'est-à dire par le roi Ezéchias, à qui l'Ecriture donne sur cela de grandes louanges. Quant au second sens, selon lequel quelques interprètes ont entendu ces hauts lieux de ceux que la superstition avait destinés et comme consacrés aux idoles, il faut reconnaître qu'Ezéchias ne les détruisit pas tous, puisque l'Ecriture dit dans la suite que Josias, l'un des descendants d'Echézias, *profana les hauts lieux que Salomon, roi d'Israël, avait bâtis à Astaroth, idole des Sidoniens,* etc., *qu'il en brisa les statues, et en abattit les bois.* Ainsi il paraît visiblement, selon la remarque d'un interprète, qu'Ezéchias, son prédécesseur, n'avait point détruit ces hauts lieux, ni ces idoles, ni ces bois profanes, soit que le peuple ne lui permît point de les détruire, ou peut-être qu'il les négligeât comme des choses anciennes et abandonnées.

Une autre chose que l'Ecriture loue en ce prince, c'est *qu'il fit mettre en pièces le serpent d'airain que Moïse avait élevé* dans le désert. Sur quoi Estius remarque qu'il paraît par cet endroit qu'il n'était point défendu absolument aux Israélites d'avoir des figures et des images, mais que la défense de Dieu ne regardait proprement que l'abus de ces images. Car c'avait été, comme il le dit, par l'ordre même de Dieu, que Moïse avait fait ce serpent d'airain, et qu'il l'avait élevé dans le désert, afin que ceux qui auraient été mordus par les serpents, le regardâssent et fussent guéris. Et ce serpent, comme le remarque saint Augustin, fut laissé longtemps au milieu du peuple, pour le faire souvenir d'un si grand miracle, et pour être en même temps, à ceux qui avaient la foi, une image toujours présente du vrai Sauveur de tout l'univers, qui a proposé lui-même ce serpent d'airain comme sa propre figure, et qui devait aussi être élevé au milieu de tout Israël, afin que les hommes que la morsure des serpents, qui figuraient les démons, avait blessés mortellement, trouvassent une guérison véritable par le regard de leur foi vers cet objet tout puissant d'un Dieu mort pour détruire la mort du péché : *Ut mors morte destructa velut crucifixæ mortis similitudine signaretur.* Mais depuis que ces mêmes Israélites, s'abandonnant à l'impiété, commencèrent à abuser de la vue de ce serpent, par la manière superstitieuse et idolâtre dont ils lui offrirent de l'encens comme à un dieu, il était très-juste que l'on ôtât à un peuple si porté à l'idolâtrie ce scandale de devant leurs yeux, et ce fut une action très-louable à Ezéchias de l'avoir brisé et mis en pièces, faisant comprendre à ce peuple, par le nom même qu'il donna à ce serpent, que ce n'était qu'un très-vil métal, indigne de leurs adorations; car c'est ce qu'il leur voulut marquer par ce nom de *Nohestan* dont il l'appela.

(Sacy.)

ac lubricus, sicut alia gentilium simulacra ex ære et marmore, sic etiam hoc ex ære conflatum simulacrum, tanquàm divinum aliquid amplexus est, illique honores impendit divinos. Quod scandalum, ut ex suâ gente penitùs aboleret Ezechias, confringi jussit atque comminui, ita ut nullum prioris formæ appareret vestigium. Et ne quid in illius simulacri nomine quicquam sonaret sacrum aut antiquum, quod superiorem memoriam ad nefarium illud et sacrilegum cultum renovaret, nomen mutavit antiquum. Quod fortassè sumpsit ex depulso dolore et sanato ex serpentium morsu lethali vulnere, et vocavit Nohestam. Quasi diceret, in illo serpente nihil esse magnum, nihil vivum, quod ab homine prudenti coli atque observari debeat, cùm nihil aliud sit quàm vile quoddam æs. Id enim valet Nohestam, quod idem significat quod *æs*. Et quia Nohestam, sive, ut est in Hebræo, נחשתן *Nechustan*, formam habet diminutivam, aliquid etiam indicat vilius, quasi dicas merum æs, aut ærulum, liceat vocem novam fingere, seu metallulum, vile nempe ac nihili.

Hìc tu dæmonis calliditatem agnosce, qui ea quæ ad hominum salutem excogitavit Deus, ita detorquet atque trahit in alienos sensus atque usus, ut in iisdem laqueum et mortem paret. De quo illud exponi potest Jerem. c. 17, v. 11: *Perdix fovet, quæ non peperit.* Qui divinis consiliis atque doctrinis sic incubat, ut homines deludat, et quasi ex viperinis ovis regulum excludat. Quod cum hæreticis nostris experimur quotidiè, quibus persuasit ad salutem non esse necessarium pœnitentiæ ac pietati vacare, quia Christus nobis vita et salus fuit. Vide ex quibus ovis, quos fœtus excludat, ut divina consilia callidè interpretetur atque pervertat. Sic hoc loco æneum illud serpentis simulacrum, monumentum esse debuit, quo excitati homines parentûm suorum cognoscerent peccatum, et impositum illis à Domino supplicium, ac tandem oblatam medicinam, et singulare in eâ beneficium, ut peccatum horrerent, Deum diligerent, et magis essent in viâ Domini constantes quàm parentes fuissent. Sed diabolus, qui serpentis in modum in hominum animos sensim illabitur, in eo serpente aliquid persuasit esse divinum, à quo percussi quondam parentes salutem essent consecuti. Atque adeò illi adolebant incensum, et divinis prosequebantur honoribus. Addit Eusebius, citatus ab Anastasio Nicæno, sublatos esse Salomonis libros ab Ezechiâ, ne quid hominum pietati nocerent. « Libros, inquit, Salomonis, qui scripti « erant de Proverbiis, et odis, in quibus « tractabatur de naturâ plantarum, et omni « genere animalium, et de curatione omnium « morborum, de medio sustulit Ezechias: « propterea quòd morborum medelas inde ac« ciperet populus, et nihil facerent à Deo « petere curationes. » Grave damnum putabat religiosus princeps, si homines spem salutis in plantarum animaliumque naturali virtute collocarent, et non potiùs à Deo sperandum esse remedium. Atque ideò carere maluit homines naturali medicinâ, quantamcumque ea contra vim morborum, potestatem haberet, quàm infirmam esse spem, quæ medicorum arte et herbarum virtute niteretur. Eo nomine lib. 2 Paralip. c. 16, v. 12, reprehenditur Asa, *quia neque in infirmitate suâ quæsivit Dominum, sed magis in medicorum arte confisus est.* Sanè S. Franciscus Xaverius è nostrâ societate, cùm Evangelii gratiâ, in regionem barbaram esset ingressurus, ubi frequens erat venenorum usus et quotidianæ cædes, noluit admittere antidota quædam ab amicis oblata, ne quid de spe, quam in Deo semper collocârat, eâ ratione remitteret. Chronicon Alexandrinum librum illum ex Hebræorum sententiâ in muro templi insculptum esse dicit. Sic autem ad Olympiad. 9 de Ezechiâ: *Quin et volumen Salomonis, ut tradunt Hebræi, de omni genere morborum curando muro templi insculptum reperit et expunxit.*

Vers. 5. — In Domino Deo Israel speravit. In hoc verbo multa continentur, quæ religiosum ostendunt et commendant Ezechiæ pectus. Qui enim in aliquo sperat, eidem servit diligenter, illum amat et colit, illum consulit, neque ab eo divertit animum, aut oculos; qui sperat in divitiis, ad illas inhiat, illis indormit et invigilat, et ut illas sibi congerat, nihil non tentat, nihil non subit, de quo est illud Horatii, satyrâ 1:

Cùm te neque ervidus æstus
Demoveat lucro, neque hiems, ignis, mare, ferrum.

Idem fecit Ezechias, dùm à Domino sperat omnia, ad quem animum attentum habet, et ad ejus voluntatem rationes suas et consilia confert; neque tam suæ servit commoditati ac studiis, quàm illis quæ Deo in votis esse videt.

Itaque post eum non fuit similis ei de cunctis

REGIBUS JUDA, SED NEQUE IN HIS QUI ANTE EUM FUERUNT (1). Grave est hoc de Ezechiæ sanctitate testimonium, qui non confertur solùm, sed etiam præfertur his regibus, quorum sanctitas omnium præconio commendatur. Quærit hìc Abulens, q. 17, an Ezechias sanctior fuerit Davide et Josiâ, qui Eccl. c. 49, v. 5, conjunguntur, dicunturque ex omnibus regibus tres illi non peccâsse: *Præter David, Ezechiam et Josiam, omnes peccatum commiserunt.* Nam de regibus aliis nemo dubitat. Et primùm docet ex genere loquendi non significari excellentiam omnimodam, nam infra, c. 23, eadem de Josiâ dicuntur, quæ nunc audimus de Ezechiâ. Sic enim ibi, v. 25: *Similis illi non fuit ante eum rex, qui reverteretur ad Dominum in omni corde suo, et in totâ animâ suâ, et in universâ virtute suâ, juxta omnem legem Moysi, neque post eum surrexit similis illi.* Ego ita existimo, sicut etiam Abulens. q. 17, et alii deinceps plures, in hoc dicendi modo aliquid hyperbolicum videri, quod in Scripturâ sacrâ insolitum non est, quod et in profanâ litteraturâ non est infrequens, à cujus sermone Scriptura sacra recedere non solet. Quid in vulgari sermone usitatum magis quàm comparatione explicare id quod gloriosum et magnum significare volumus? Sic dicimus: *Quis illo sapientior? quis doctior? nemo illo meliùs de patriâ meritus, nemo dignior regno;* quo nil significamus aliud quàm illum esse valdè sapientem, doctum, benè de patriâ meritum, et regno omninò dignum. Neque cùm ego modò casu dixi: *Quid in vulgari sermone usitatum magis?* nihil aliud significare volui quàm illud esse usitatum valdè: alia enim sunt usitata magis. Sed illud credo verius quod idem putat, et cum eo frequentes alii, non hìc aliis æqualitatem cum Ezechiâ, sed similitudinem negari. Dissimilitudo autem in his, qui in aliquo ordine sunt æquales, non semper invenitur. Æquales dicimus leonibus aquilas, quia in suo quique genere principatum tenent, sed instituto ac modo longè dissimili. Æquè utiles reipublicæ sunt, dux, qui manu, et sapiens, qui consilio juvat. Æquè nobiles dicuntur, poetæ, v. g., licet alii epicis, alii lyricis dederint nobilem illam operam. Æqualem gloriam assecuti dicuntur pictores aliqui, in dissimili tamen argumento: alii in homine et belluâ, alii in sylvâ ac prato depingendis; in quibus, licet sit æqualitas in arte et gloriâ, est tamen in materiâ gloriæ magna dissimilitudo. Sic etiam in sanctitate ac doctrinâ ejusmodi audimus virorum elogia: dicimus enim aliquos in sanctitate æquales, cùm tamen alii vitam egerint solitariam, alii in cœtu hominum vixerint, ubi necesse est fuerit vitæ ratio longè dissimilis. Quare ex illo dicendi modo, nullus in sanctitate colligitur excessus, sed in modo illius acquirendæ dissimilitudo. Fuit, opinor, Davidis non minùs quàm Ezechiæ nobilitata sanctitas; nihilominùs David non fuit Ezechiæ similis, sicut etiam neque Davidi Ezechias, quia dissimiles inciderunt occasiones et tempora, in quibus illorum patientia, aut fortitudo exerceri potuit. Hoc modo de confessoribus et pontificibus canit Ecclesia: *Non est inventus similis illi, qui custodiret legem Excelsi,* quia illi aliquid habuerunt peculiare, quod

(1) Quoi donc, s'écrie Estius, David ne lui a-t-il point été semblable, et ne l'a-t-il pas même surpassé en sainteté? A quoi il répond que ce n'est point là aussi ce que l'Ecriture nous veut faire entendre, mais seulement qu'entre les rois de Juda, il n'y en eut point qui fût semblable à Ezéchias. Car David n'avait pas été seulement roi de Juda, mais de tout le peuple d'Israël. Et ce qui fait voir, ajoute-t-il, que le Saint-Esprit n'a pas eu dessein de préférer Ezéchias à David, c'est qu'au chapitre suivant le Seigneur promet de sauver la ville de Jérusalem des mains de Sennachérib, roi des Assyriens, *à cause de lui-même, et à cause de son serviteur David.* Il ne dit pas, en parlant à Ezéchias: Je protégerai cette ville à cause de vous, mais *à cause de David, mon serviteur.* Quelques-uns croient que cette louange que l'Ecriture donne à ce prince, de n'avoir eu ni avant lui ni après lui nul roi de Juda qui lui fût semblable, marque seulement qu'il s'est signalé par-dessus les autres par quelques actions d'une vertu et d'une piété singulière, comme celle de détruire les hauts lieux, en quoi, selon saint Augustin, il a même surpassé le roi David; d'avoir mis en pièces le serpent d'airain, d'avoir mérité par ses prières que l'ange de Dieu tuât une si prodigieuse multitude d'Assyriens, et qu'à sa demande le soleil ait reculé de dix degrés. Car toutes ces choses l'ont rendu d'une façon toute singulière incomparable aux rois d'Israël. Et c'est aussi en ce sens que l'Eglise chante tous les jours de chaque saint confesseur pontife, *qu'il ne s'est trouvé personne qui lui fût semblable.* Car on peut dire de chaque saint qu'il a quelque chose de singulier et d'éminent qui le distingue en quelque sorte des autres, et qui est comme le caractère particulier de sa sainteté, ce qui n'est connu parfaitement que de Dieu seul, lequel est cet ouvrier suprême qui taille et qui travaille d'une manière ineffable toutes les pierres vivantes qui doivent entrer dans la structure toute divine du temple et du corps mystique de Jésus Christ, et qui a la connaissance parfaite de toutes les excellentes qualités des ouvrages de sa grâce et de son Esprit. (Sacy.)

non inveniretur in aliis : neque enim fieri potest ut omnes aliis omnibus superiores sint.

VERS. 7. — UNDE ET ERAT DOMINUS CUM EO, ET IN CUNCTIS, AD QUÆ PROCEDEBAT, SAPIENTER SE AGEBAT. Ex eo studio, quo divinam voluntatem intuebatur Ezechias, aliis longè posthabitis, quæ captat vulgarium animorum, aut ineffrenata cupiditas, aut præceps ambitio, id assecutus est religiosus princeps, ut sapienter publicas privatasque rationes moderaretur, et in illis adjutorem et auspicem Dominum haberet.

Quia valdè hic commendatur Ezechiæ sanctitas, neque in quo illa spectari possit, nisi strictim hoc loco proponitur, visum est, ut quod hic desiderare posset lector studiosus et pius, ex lib. 2 Paralip. sumere, et illud paraphrastico stylo in hunc locum conferre. Ibi enim multa de Ezechiæ religione notantur, quæ valdè sanctissimi principis et pium animum, et præclara cogitata commendant. Quæ habemus c. 29, 30, 31. Primùm igitur, ut habes c. 29, v. 3, statim atque in regni possessionem venit, anno primo, primo item mense, quamprimùm videlicet potuit, valvas aperuit templi, quas religionis piæ inimicus et prædo impius pater occluserat. 2 Paralip. c. 28, v. 14, etiam ea, quæ pater abstulerat, aut concusserat malè, restituit et refecit. Deinde cùm sacerdotes et Levitas, quorum tutelæ ac fidei res sacræ, et sacra ministeria fuerant à lege permissa, ad orientalem portam congregaret, gravem ad illos orationem habuit, plenam doloris, pietatis et spiritûs. Monet ut seipsos primùm de more sanctificent; deinde templum, quod gentilium sacrorum spurcitiæ contaminârunt, emundent et lustrent; ac tandem videant, et quod ab illis exigit pietas, doleant, tam graviter à parentibus esse peccatum, ut antiquæ religionis immemores, alienæ se tradiderint, et ad hanc faciem, ad illam dorsum inverecundè converterint. Quorum eò se projecit impietas, ut clauserint valvas, ne cui ad templum aditus pateret, extinxerint lucernas, et libationes, et victimas, ac omne sacrificiorum genus relegârint; quæ res ad interitum penè redegit populum ab antiquissimis usque temporibus florentissimum. Quare sibi visum esse faciendum omninò ut fœdus, quod cum Deo olim percusserunt parentes, quodque proximè posterorum perfidiâ videbatur dissolutum, instauraretur denuò, nempe ut Dominum amplecterentur Deum, ut ille ipsos in populum, et suam sibi familiam admitteret; ut hostilem exuat animum et paternum induat. Hortatur igitur ut quando ad ipsos pertinet sacrum obire ministerium, ad opus se quamprimùm accingant. Quod illi ut susceperunt avidè, sic etiam consentientibus studiis præstiterunt brevi. Purgârunt etenim templum, suoque loco reposuerunt, quæ sublata fuerant, sanctificârunt sacram supellectilem, et quicquid erat sordidum, aut ritus redoleret gentilicos, in Cedronem vallem profundissimam, temploque vicinam comportaverunt.

Tunc verò rex, cùm sacerdotum et Levitarum sedulitate omnia esse instaurata et sanctificata cognosceret, idonea tandem quæ rursùs ad opera consueta redirent, offerri jussit omnium generum holocausta et victimas, tam pacificas quàm pro peccato, in eo altari quod pater ipsius Achaz à suo loco removerat, illudque reposuerat, quod pro suis victimis nefario cultu fecerunt Damasceni. Et ne quid ad antiquam celebritatem deesset, instrumenta concinnavit musica, quæ statis in templo temporibus resonarent : cantores advocavit et instruxit, ut Davidicos Psalmos de more cantarent. Quod cùm factum esset diligenter et splendidè, obtulit mente devotâ et supplici alia rursùs sacrificia eo numero, ut cùm illis exornandis, et ad aram disponendis, sacerdotes, qui tunc aderant, non sufficerent, necesse fuerit consecrare alios plurimos, qui instituta à rege sacrificia peragerent. Hæc strictim ex cap. 29 lib. 2 Paralipom.

In cap. deinde 30 illa fecit religiosus princeps, quæ satis produnt quanto ardore rem curaret divinam, et quàm cuperet Deum ab illis etiam coli, qui jamdudùm à templo, patriâque religione defecerant. Quare cùm jamdudùm decem tribus, ex quo ad vitulos aureos hortatore et duce Jeroboamo defluxerunt, azymorum sacra non obiissent, neque meminissent phase quod illis diebus immolari solebat, et duæ tribus, quæ domui adhæserant Davidicæ, postquàm clausæ fuerant templi fores ab Achaz, illud etiam sacrificium intermisisissent, misit Ezechias non ad Judam solùm, in quâ ipse tunc dominabatur, sed etiam ad Ephraim et Manassem, imò ad alias etiam tribus, quæ reliquæ fuerant ex captivitate Theglathphalasar, ut omnes ad intermissum illud opus convenirent. Quod in mensem secundum ideò distulerunt, cùm peragi deberet decimâ quartâ lunâ mensis primi, quia pro victimarum numero sacerdo-

tes pauci sanctificati fuerant, nequedùm populus ad celebritatem illam congregatus fuerat in Jerusalem, ideò fortassè, quia illorum annorum intervallum, in quo cum potestate vixit Achaz, aut illius sacrificii oblivionem induxerat, aut segnes reddiderat promptos antea atque alacres Hebræorum animos. Cùm autem aliquod inciderit impedimentum, quominùs mense primo ad decimam quartam lunam immolari potuerit phase, cautum est lege, ut illud in mensem secundum ad eamdem lunam decimam quartam transferatur. Sic Numer. cap. 9, vers. 10 : *Homo qui fuerit immundus super animâ, sive in viâ procul, in gente vestrâ, faciat phase Domino in mense secundo, quartâ decimâ die in vespere.* Cùm ergo mense primo, tempore nimirùm à lege constituto, plurimi essent immundi, plurimi in viâ, quia nondùm in loco congregati legitimo, licuit phase in mensem transmittere secundum. Quare, cùm nullum esset impedimentum à lege, et ad celebritatem illam destinatum à rege tempus religio consuetudoque permitterent, visum est regi, et illis, quos de re tantâ socios ad deliberandum adhibuerat, è re futurum sacrâ et publicâ, si dimissis hùc illùcque cursoribus, cum litteris regiis ac publicis Israelem totum, quàm latè tunc pateret, ad religiosum illud opus jamdudùm intermissum, invitarent; quod fecerunt cursores non minùs diligenter quàm à rege populique principibus fuerat imperatum. Summa verò regis principumque mandati hæc erat, ut etiam atque etiam considerarent, quam legem olim antiquissimi Israelitici populi parentes accepissent à Domino; quam dùm posterioribus seculis ipsorum majores abjecerunt, sic sunt crudeliter ab hoste jactati, ut ad interitum penè redacti fuerint. Quare ex parentùm infortuniis discant, si parentum vestigiis obstinatò hæserint, quid suo capiti timere debeant. Quocirca benè suis rationibus consultum iri putent, si religionem illam seriò ac ex animo amplectantur et colant, quam eorum parentes pessimo consilio prodiderunt. Quare veniant omnes ad sanctuarium, quod sibi unum ex omnibus elegit Deus, ut eum habeant patronum et mitem, quem priùs hostem et durum experti sunt; neque dubitent si hoc officio à lege religioneque præscripto, placare sibi Deum voluerint, futurum esse, ut filii et parentes, quos Assyrii hostes captivos abegerunt, mitiorem apud illos servitutem habeant, et tandem reduces patriam videant, ex quâ extorres et miseri nuper excesserunt. A Domino autem si facti intercedat pœnitentia, quidvis sperari posse, cùm ingenio sit miti, et ad miserendum et ignoscendum prono.

Cum his mandatis cursores ac veredarii regionem totam Israelitidem, quàm potuêre maximâ velocitate lustrârunt, qui non eodem ab omnibus animo ac sensu suscepti sunt: quidam subsannabant irridebantque, quasi inepta forent regis consilia, et nullum successum habitura. Addit Hist. Schol. c. 37 in lib. 4 Reg. quosdam ex his cursoribus ab Israelitis occisos, unde in exilium ipsi quoque abduci meruerunt. Meliori mente alii, et in suum usum fore meditati, ut diem illum et celebritatem obirent, Hierosolymam profecti sunt. Hi autem fuêre ex tribu Aser, Manasse et Zabulon, ideò fortassè, quia propiores erant Assyriis, et eorum cognati apud illos extorres, servilem conditionem nacti fuerant. Duarum verò tribuum, agente Deo, mira fuit ad religiosum illud opus animorum, studiorumque consensio : cùm autem regiis litteris evocati, quamplurimi in Hierosolymam populi confluerent, interim dùm condictus expectatur dies, qui erat decimus quartus illius lunæ, quæ secundum inchoat mensem, uno spiritu atque impetu eruperunt omnes, et quotquot erant altaria in urbe, quicquid impiæ superstitioni serviebat, quicquid aliquid aut præ se ferebat aut redolebat gentilicum, id totum dissipârunt, et in profundam Cedronis vallem projecerunt. Immolato verò phase decimâ quartâ lunâ mensis secundi, immolatæ deinde sunt complures aliæ victimæ, quæ à nobilissimâ victimâ, agno nempe paschali ac typico, phase quoque dicuntur; quæ septem azymorum diebus magno mactantur numero. Cùm verò plurimi ex his, qui longè venerant, sanctificati non essent, et immolandis victimis idonei, opus illud sacrificale peregerunt Levitæ eorum loco, et agnorum sanguinem per sacerdotum manus effuderunt. Nihilominùs ex illis nonnulli, qui è decem tribubus eâ religionis gratiâ convenerant, cùm desuetudine longâ, quid ab illis sacrificii illius sanctitas exigeret, ignorarent, nondùm ritè expiati, cùm multis antea modis censerentur immundi, phase cum aliis comederunt. Pro quibus oravit Ezechias, et facilè à Domino exoravit veniam, quia si quid in eo sacrificio peccaverunt, qui tunc primùm illud obierant, non audaciâ et scelere, sed errore et ignoratione lapsi sunt.

Eodem animo, quo populus ille ex toto Israelitico tractu congregatus celebravit phase, eò etiam incubuit, ut septem diebus azymorum alia etiam offerret sacrificia, quæ varia sunt, et, ut nuper dixeram, à primâ nobilissimâque hostiâ phase dicebantur. Quæ res usque adeò populo molesta non fuit, ut septem alios dies insuper addiderit, in quibus aliæ plurimæ mactarentur victimæ, sicut septemdiali spatio proximè fecerat. Fuit autem populo, tam Judaico quàm Israelitico, qui ad illud usque tempus censebatur alienus, jucunda illa genialisque solemnitas, tum propter incitatum studium, quo interruptum illud opus regustavit; tum quia rex ipse Ezechias, et illius exemplo reliqui populi principes ad sumptus illos sacros necessaria liberali manu contulerunt. Cùm autem à rege populique principibus duo taurorum millia, et septemdecim arietum millia forent, quæ septemdiali solemnitate mactarentur, necessum fuit, ut magna sanctificaretur sacerdotum turba, quæ ritè posset tot hostiarum sacrificia peragere. Fuit autem tanta tamque jucunda eo tempore celebritas, quanta à Salomonis tempore nulla major. Benedixerunt ad extremum sacerdotes et Levitæ populum cùm ad suas sedes esset dimittendus; quæ ad cœlum usque pervenit, neque difficiles habuit aut surdas divinas aures. Hæc ex cap. 30 lib. 2 Paralipom.

Ex cap. 31 lib. 2 Paralip. hæc desumpta sunt, quæ maximè etiam faciunt ad sanctitatem tanti regis commendandam. Primùm, ubi ritè celebratum fuit phase, et septemdiali azymorum spatio immolatæ victimæ, populus jam alius à seipso mutato animo, et damnato illorum consilio qui in terram Israelitidem nefarium idolorum cultum invexerunt, conspirantibus studiis, quicquid erat idolorum confregit, succidit lucos, evertit altaria, excelsa destruxit, reliquit denique nihil, quod idolorum cultui ante servierat: idque non solùm in Juda et Benjamin, sed in aliis tribubus, quæ Ezechiæ dominatui non suberant, quales fuerunt Benjamin et Manasse. Quod autem Ezechias in præsentiâ fecerat, voluit et in posterum esse perpetuum; distribuit enim constituitque suis quosque locis et ordinibus sacerdotes et Levitas, ut sacrificarent et canerent, exercerentque omnia templi ministeria, ad quæ illos et consuetudo vetus, et indicta religio destinârat.

Ne verò ad sacrificia reliquosque sumptus necessaria deessent, omnia in reliquum regia sollicitudo et prolixa liberalitas abundè providit. Ad sacrificium enim, quod, quia mane ac vespere quotidiè offertur, juge nominatur, ad alia item quæ juxta legem Moysis, calendis et sabbatis, et solemnitatibus aliis offerri solent, ex suâ substantiâ et fisco, quantùm necesse foret, impendi voluit. Præcepit etiam populo, ut in sacerdotum et Levitarum alimenta, primitias decimasque conferrent, ut ab eâ curâ ministri templi vacui, liberiùs sacro ministerio vacarent. Quod fecerunt omnes usque adeò libenter atque profusè, ut non solùm ad saturitatem sacerdotum Levitarumque familiam explerent, sed etiam ubi illorum sumptibus satis esset à populo provisum, plurima ex communi bonorum acervo redundârint. Pro quibus asservandis, in templo horrea præparari jussit, quibus quasi quæstores curatoresque præposuit, qui custodirent omnia, eaque pro cujuscumque meritis muneribusque attemperatè fideli dispensatione dividerent. Providit præterea diligenter ne quid Levitis sacerdotibusque aliis, qui extra templum urbemque degebant, eorumque familiis quicquam ad sumptus necessarium deesset. Tandem cùm totis corporis animique nervis in Dei causam et cultum incumberet, omnes illius conatus atque consilia, qualem optare potuit, exitus consecutus est. Hæc est brevis quædam complexio c. 31 lib. 2 Paralipomenon. Nunc redeo ad caput ex quarto lib. Regum interruptum.

Rebellavit quoque contra regem Assyriorum, et non servivit ei. Verbum *rebello* violatum indicat fœdus et proditam fidem; quare de illo plerùmque dicitur, qui cùm alteri fidem haberet obligatam, aut aliquid deberet ex servitute et pacto, illud abjuravit. Hic autem non apparet quid negaverit Ezechias Assyrio, quod ante ex servitute et pacto pendere debuerit; cùm neque parentem Achaz, neque aliquem ex superioribus regibus Juda vectigalem habuerit. Placet quod visum est Lyræ, ideò Ezechiam contra regem Assyriorum rebellâsse, non quia illi subjectus fuerit, aut tributarius, sed quia non receperat eum tanquàm dominum, sicut fecerunt complures alii reges. Et ideò subditur, *et non servivit ei.* Quòd verò *rebellare* idem sit quod resistere, docent illi Sennacherib legati, qui infra, versu 20, sic ad Ezechiam: *Forsitan iniisti consilium, ut præpares te ad prælium? in quo confidis, ut audeas rebellare?* id est, non cedere potentiori regi.

VERS. 8. — IPSE PERCUSSIT PHILISTÆOS USQUE AD GAZAM, ET OMNES TERMINOS EORUM. Hic jam apparere incipit, quod proximè dicebamus, quicquid tentâsset Ezechias, felices, favente Domino, habuisse successus. Nam cùm Philistæis vicinis atque importunis hostibus bellum intulisset, ad Gazam usque gravi plagâ percussit, et eorum terminos à munitis et frequentibus urbibus, usque ad ignobiles vicos et rusticanas villas deprædatus est. Quæ dicantur custodum turres, diximus supra, c. 27, vers. 9.

VERS. 9. — ANNO QUARTO REGIS EZECHIÆ, QUI ERAT ANNUS SEPTIMUS OSEE FILII ELA, ASCENDIT SALMANASAR REX ASSYRIORUM IN SAMARIAM. Regnum iniit Ezechias, ut vidimus in principio capitis, anno tertio Osee, atque ideò annus quartus Ezechiæ cum Osee septimo concurrit, in quo cœpta est oppugnari Samaria. Quæ tandem post triennalem obsidionem in hostium potestatem venit, et solum vertere coacta, eòque abduci, ubi non multò antea cognatæ tribus captivæ constiterant. Dicitur autem capta Samaria anno sexto Ezechiæ, et Osee nono, cùm tamen, si utriusque regno tres annos adjicias obsidionis, illius septimus, hujus decimus esse debuerit. Sed est solutio usitata et facilis, quia aut in obsidione, aut in regno annus aliquis imperfectus fuit, qui alibi omissus, alibi pro perfecto atque integro numeratus est. (1)

VERS. 13. — ANNO QUARTO DECIMO REGIS EZECHIÆ, ASCENDIT SENNACHERIB REX ASSYRIORUM AD UNIVERSAS CIVITATES JUDA MUNITAS, ET CEPIT EAS. Quæ hìc habes de ascensu Sennacherib, de civitatum vastitate, de intolerabili superbiâ, de horribili exitio, eisdem penè verbis tradita sunt ab Isaiâ c. 36, 37, 38, et antea prædicta cap. 10, et carptim aliis in locis non pauca, hìc quidem propheticè, illìc historicè. Sicut etiam lib. 2 Paralipomenon c. 32, et nonnulla Eccl. 48; quare cùm idem omninò argumentum sit, eadem penè verba, eadem omninò sit commentatio necesse est. Quamobrem quæ in nostris Commentariis in Isaiam diximus, illa in hunc etiam locum transferemus, cùm non minùs hìc quàm illìc locum habeant : illa tantùm addemus, quæ ab Isaiâ prætermissa sunt, et alibi notata ab auctore sacro.

Nihil hìc neque apud Isaiam habemus de illorum præparatione, quæ ad arcendum hostilem impetum curavit Ezechias, quæ habemus libro 2 Paralip. cap. 32, et Eccl. c. 48. Priori loco habemus eo tempore, quo in Judææ finibus insolens grassabatur et victor Assyriorum exercitus, et munitissimas quasque civitates in eorum potestatem venisse, obturata fontium capita, et rivum illum præcipuè, qui per mediam terram interfluebat. Quod maximè putant rebus angustis opportunum, quibus aliquid inest prudentiæ militaris. Et usus ipse docuit hoc uno consilio aut fractas fuisse inimicorum vires, aut ab ulteriori progressu hostem impeditum, cùm obturantur, aut inficiuntur aquæ, aut tam equorum quàm hominum cibi corrumpuntur. Quis autem fuerit rivus ille, qui mediam intersecat terram, obscurum est. Sed est, ut opinor, aut fons Rogel, aut aqua Siloe, qui, ut reor, etiam dicitur Gihon, de quo plura lib. 3 Regum c. 1, v. 33. Et quidem obturatum esse Gihon ab Ezechiâ sub hoc tempus, habemus lib. 2 Paralip. cap. 22, vers. 30 : *Ipse est Ezechias, qui obturavit superiorem portam aquarum Gihon, et avertit eas subter ab occidente urbis David.* Qui fons cùm rupem alluat, in quâ sita est Jerusalem, deinde latè per terram extra mœnia discurrit, quæ varios præbet usus his qui non longè ab urbe consedêre. Puto autem Ezechiam ad rupis illius fundamenta construxisse piscinam, quæ præterfluentem aquam contineret eo loco ut ex illâ nihil haurire posset Assyrius, Præterea perfodisse rupem, per quam declivi lapsu aquam derivaret in puteos, quos ad obsessorum usum intra muros effoderat, id totum habemus ex hoc loco Paral. èt clariùs Eccl. c. 48, v. 19 : *Ezechias munivit civitatem suam, et induxit in medium ipsius aquam, et fodit ferro rupem, et ædificavit ad aquam puteum.* Et adhuc clariùs lib. 4, c. 20, v. 20 : *Reliqua autem sermonum Ezechiæ, et omnis fortitudo ejus, et quomodò fecerit piscinam et aquæductum, et introduxerit aquas in civitatem, nonne hæc scripta sunt,* etc. Hæc mihi videntur neque improbabilia, neque obscura.

Cùm autem civitatis muri, aut vetustate, quæ labefacit et consumit omnia, aut homi-

(1) VERS. 11. — COLLOCAVITQUE EOS IN HALA ET IN HABOR FLUVIIS GOZAN, IN CIVITATIBUS MEDORUM. Pro *fluviis*, Serarius et alii censent legendum *fluvii*. Unde Vatabl. vertit : *Juxta fluvium Gozan*, et sic vertit noster cap. 17, 6. Hebr. enim est *nehar*, id est, *fluvii*, in singulari ; aut certè fluvii vocantur urbes adjacentes fluviis per metonymiam ; nam in urbibus habitant homines, non in fluviis, nisi apud Sinas, ubi tanta est hominum copia, ut terra eos non capiat ; quare multi in pontibus et navibus fluminum habitare coguntur, teste nostro Nicolao Trigaultio in Historiâ Chinensi.
(Corn. à Lap.)

num injuriâ multis in locis parùm haberent firmitatis, illos instauravit solidavitque, et alios etiam addidit extrarios; comparavitque multiplex armorum machinarumque genus, quibus aut propulsaret, aut inferret vulnera. Cùm autem constituisset bellatorum principes, atque inter eos bellicas curas esset partitus, orationem habuit plenam dignitatis, quæ omnium animos ad omnem bellorum contentionem armavit, cujus hæc erat summa, non esse metuendas copias Assyriorum innumeras, quarum in brachio carneo futilis est impetus et imbelle robur, cùm contra stet Deus, cujus potentiæ nil est non superabile, quæ verba populo tumultuanti ac timido incredibilem ingenerârunt audaciam.

Vers. 14. — Tunc misit Ezechias rex Juda nuntios ad regem Assyriorum in Lachis, dicens : Peccavi (1), etc. Cùm prædabundus Sennacherib ad civitatem Lachis accederet, quæ non procul ab Hierosolymis aberat, et omnia omnibus minaretur, statuit Ezechias, ut quem armis non poterat, illum supplicibus votis et oblatis muneribus arceret. Quare fatetur ingenuè se peccâsse, neque recusaturum se quodcumque voluerit pro suo errato imponere supplicium. Ille mulctæ nomine postulat trecenta argenti, et auri triginta talenta numerari. Quod ut regi porrigeret, thesauros templi et regiæ domûs funditùs exhaurit; quin etiam valvas templi confregit, et aureas laminas refixit, quibus portas ipse priùs incluserat. Sed nihil ab Assyrio illo artificio consecutus est; nam acceptis muneribus obligatæ fidei prorsùs oblitus, nihilò se gessit moderatiùs ac mitiùs quàm si repudiatus esset et repulsus. Quare ex eodem loco, et eodem, opinor, temporis vestigio, legatos misit, per quos obtinere ab Ezechiâ voluit, quod ante oblata munera cupiebat, neque contentione quàm antea minori. (1)

Vers. 17. — Misit autem rex Assyriorum Thartham et Rabsaris, et Rabsacen, de Lachis ad regem Ezechiam cum manu valida. In Isaiâ c. 36, unus tantùm numeratur Rabsaces, quia hic fortassè fuerat in eâ legatione princeps, ubi etiam pro manu *validâ,* manus ponitur gravis. Hebræorum magistri, ut sunt novitatis amantes, et rerum levissimis momentis impelluntur, existimant hunc Rabsacen filium fuisse Isaiæ, ut refert super Isaiam Hieronymus, et Augustinus de Mirabilibus Scripturæ lib. 2, cap. 27 et Rabbanus hoc loco. At quo argumento persuasi? quia, inquiunt, locutus est Hebraicè, quasi unus Isaiæ filius Hebraicè lo-

(1) *Alors Ezéchias, roi de Juda, envoya des ambassadeurs au roi des Assyriens à Lachis, et il lui dit : J'ai fait une faute; mais retirez-vous de dessus mes terres, et je souffrirai tout ce que vous m'imposerez.* Il semble que l'Ecriture nous donnerait quelque lieu de croire qu'Ezéchias ne fit point de faute en secouant le joug du roi d'Assyrie, lorsqu'après avoir déclaré *que Dieu était avec ce prince, et qu'il se conduisait avec sagesse dans toutes ses entreprises,* elle ajoute *qu'il secoua aussi le joug des Assyriens, et ne put point se résoudre de lui être assujetti;* car si le Seigneur était avec Ezéchias, et si ce prince se conduisait avec sagesse dans toutes ses entreprises, il n'agit donc point contre la sagesse en secouant de la sorte le joug d'Assyrie. Et ce qu'il dit *qu'il avait péché,* se peut entendre aisément de la même sorte que ce que dirent les trois jeunes hommes dans la fournaise de Babylone, lorsqu'ils déclaraient aussi au milieu des flammes, *qu'ils avaient péché,* quoiqu'ils fussent innocents et justes, et qu'on les eût exposés au feu, à cause qu'ils défendaient la gloire du Dieu tout-puissant. Car les plus justes, se comparant à la justice souveraine du Seigneur, se reconnaissent pécheurs. D'ailleurs, ce roi, quelques éloges que l'Ecriture fasse de lui, n'a pas laissé de faire des fautes, comme on le verra dans la suite. Et même, selon la pensée d'un interprète, il pouvait bien regarder et les péchés de son père, et ceux de son peuple, comme ses propres péchés, qui lui attiraient ces fléaux de Dieu. Que si Dieu ne l'empêcha point d'abord de tomber, comme on l'a dit, dans les piéges de Sennachérib, et s'il permit qu'il épuisât tous ses trésors et tous ceux du temple, pour se racheter avec son peuple de l'oppression d'un si puissant ennemi, c'est sans doute qu'il le voulait engager plus fortement à ne dépendre que de lui seul, en quoi les princes et les sujets doivent faire consister leur vraie piété, depuis que le premier de tous les anges et le premier de tous les hommes ont éprouvé chacun à leur tour que le plus funeste de tous les malheurs où la créature puisse tomber, est de vouloir vivre indépendante du Créateur. (Sacy.)

(1) Vers. 16. — Confregit Ezechias valvas templi Domini, et laminas auri, quas ipse affixerat. In rebus extremis, cùm de salute populi ac regni agitur, fas est utique rebus sanctissimis uti. Hebræus : *Abscidit valvas templi Domini, et firmamenta,* vel *postes, quas ipse obduxerat.* Exuit, *decorticavit,* ait Chaldæus, evulsit laminas metalli, quibus valvas et postes vestiverat; laminæ autem erant aureæ vel argenteæ. Olim templorum fores nitebant sæpè pretiosis metalli ornamentis. Affirmat Josephus, fores atrii templi Hierosolymitani cum suis postibus liminibusque superioribus, metallo indutas fuisse : fores verò templi, nempe Sancti, crassioribus auri laminis nituisse. Hæc quidem Josephus de templo post captivitatem restituto : istudne verò Salomonicum magnificentiâ et opibus superabat? Agit Homerus de foribus ædium Alcinoi, quarum postes erant argento, valvæ auro vestitæ. Laminis argenteis tectas portas quarumdam moschæarum in Perside, docet Tavernerius. (Calmet.)

qui didicisset! et quia c. 6 Isaiæ, quidam Isaiæ filius relictus Jasub vocatur, quasi alius filius ad Assyrios transfugisset. Nos pueriles hasce nugas suis auctoribus relinquamus. Gravis manus exercitum validum significat: nam quæ hìc dicitur *valida,* 4 Reg. 18 appellatur *gravis :* cui cùm occurrere non auderet Ezechias, intra civitatis mœnia se continebat. Ita communiter interpretes. Sed nescio an veriùs hìc *gravis manus* sit *gravis legatio,* id est, minarum et contumeliarum plena, seu potestas, quam summam permisit Rabsaci rex Assyriorum, ut promitteret ac pacisceretur cum Ezechiâ regio nomine ac fide, quod ex usu publico fore existimaret. Agebat autem, ut est verisimile, Rabsaces munus legati potiùs quàm ducis. Quare peractâ legatione statim ad dominum rediit, neque exercitum secum habuisse ex eo videtur certum, quia 2 Par. c. 32, totum exercitum apud se retinebat Sennacherib; neque statim ad dominum suum rediisset Rabsaces, si copiosum secum haberet exercitum, adversùm quem nihil esset ausus Ezechias. Porrò *manus* pro potestate sumitur: quare missus est cum *gravi* aut *validâ manu,* id est, cum gravi potestate statuendi ut vellet quod ex usu foret. Quo sensu dicit Hispanus : *Dìole mucha mano para hacer y deshacer.*

Vers. 18. — Egressus est autem ad eos Eliacim filius Helciæ præpositus domus, et Sobna scriba, et Joahe filius Asaph a commentariis. De his duobus agit primùm Isaias propheticè cap. 22, ubi Sobna, qui hoc loco vocatur Scriba, præpositus appellatur templi, qui idem omninò est atque præpositus domûs, qualis hoc loco dicitur Eliacim, ad quem ibi transferendum esse dicitur munus illud sine dubio sacrum et illustre, quo eo tempore fungebatur Sobna. Deinde idem Isaias c. 36 de iisdem agit historicè, et adducit illa omnia quæ nos in hoc capite commentatione illustrare contendimus. Quis fuerit iste Sobna obscurum est, de quo nos pluribus ad cap. Isaiæ 22, unde in hunc locum pauca transferemus. Hieronymus sacerdotem summum esse censet, quia super *domum* esse dicitur : *domus* autem antonomasticè appellatur *templum,* et ita putat S. Thomas, Dionysius, et alii plures super Isaiam. Adamus negat, qui etiam paulò audaciùs loquitur de translatione Hieronymi. Forerius *thesaurarium* putat, et qui curaret, quæ ad templi cultûs essent necessaria, consentaneè ad translationem Septuaginta, qui vertunt ταμίαν, id est, *quæstorem,* seu *dispensatorem.* De hujus munere nihil hìc habemus, nisi quòd sit *hhal habeth,* id est, *super domum,* sive, ut vertit Hieronymus, *præpositus templi;* sed infra, c. 36, et c. 37, vocatur *sopher,* id est, *scriba,* seu, ut aliis placet, *thesaurarius.* Et ibidem *Eliacim,* ad quem devolvendum esse dicitur Sobnæ munus, vocatur *hhal habeth,* sicut hic *Sobna,* quasi jam ante adventum Sennacherib à suo gradu dejectus, expertus fuerit minas quas in ipsum Isaias intorserat. De munere Sobnæ nihil arbitror definiri posse magis certum. Neque magis compertum est propter quod scelus tantum supplicium illi ab Isaiâ denuntiatum sit. Quidam ex Hebræis, ut refert Hieronymus, tradunt Assyriis à Sobnâ proditam esse inferiorem partem civitatis, et sequitur Haymo, neque id improbat S. Thom.; quâ de re pluribus infra c. 37, ubi ex multorum sententiâ dicitur, cùm timeret civitatem ab Assyriis expugnatum iri, profugisse ad Assyrios. Sed ab aliis communiter non probatur, et magno sanè merito, tum quia ante adventum Assyriorum jam passus fuerat harum minarum non exiguam partem, quia super domum esse desierat, in cujus locum suffectus fuerat Eliacim; tum etiam quia nulla pars civitatis venit in potestatem Sennacherib, ut c. 37 prædixit Isaias : *Propterea hæc dicit Dominus de rege Assyriorum : Non intrabit civitatem hanc, et non jaciet ibi sagittam, et non occupabit eam clypeus, et non mittet in circuitu ejus aggerem.* Quare verisimilius est *Sobnam* fuisse hominem insolentis animi, ut liquet ex ambitioso consilio extruendi sibi magnificum sepulcrum; ex quo etiam sequebatur, ut alios despiceret, conculcaretque, quod et textus ipse declarat. Nam cùm de successore Eliacim ageret Deus, quasi ejus mitissimos mores opponeret superbo Sobnæ atque inclementi ingenio, dixit : *Potestatem tuam dabo in manu ejus, et erit quasi pater,* in quem sensum accipiunt hæc communiter Patres.

Scriba apud Hebræos est doctor in lege, et nomen honestum valdè, sed fortassè hìc forense nomen est, et in regiâ domo non ignobile, ut nobilis certè scriba Sobna inter alios principes legationem istam obiit. *A commentariis,* ille est qui res gestas publicis monumentis consignat, eaque, cùm res et tempus exigit, in principis memoriam revocat, qualis erat qui Esther c. 6 factum Mardochæi in publicos annales retulit, qui, ut putat Lyra, is est qui à nobis *cancellarius* nominatur. (1)

(1) Vers. 20. — Forsitan inisti consilium,

VERS. 21. — AN SPERAS IN BACULO ARUNDINEO, ATQUE CONFRACTO ÆGYPTO? Proverbiali specie baculus *arundineus fractus*, pro infirmo auxilio ponitur, quo tam longè est, ut imbecillum sustentet, ut potiùs manum apprehendentem violet, compungat et perforet. Accommodatè verò Ægyptus *arundo* dicitur, quia ad ripam nisi arundo est, et multa, et nobilis, ita ut ad alias provincias ad varios usus comportetur, et ejus provinciæ symbolum et stemma sit, ut in antiquis nummis spectare licet, quâ de re nos plura diximus ad illud Psalm. 67 : *Increpa feras arundinis.* Eodem genere sermonis usus est Ezechiel c. 29, v. 6, ad Pharaonem : *Pro eo quòd fuisti baculus arundineus domui Israel.*

VERS. 23. — DABO VOBIS DUO MILLIA EQUORUM, VIDETE AN HABERE VALEATIS ASCENSORES EORUM. Proponit Rabsaces quid commoditatis habiturus sit populus Judaicus, si jugum velit Assyrium subire. Accipiet enim duo equorum millia, quæ honestorum atque nobilium hominum, non adjumenta solùm, sed ornamenta sunt. Addit verò Rabsaces non tot futuros viros in Jerusalem, quot equos dabit rex liberalis et potens Assyriorum. Quod dixit aut hyperbolicè, quod sæpè faciunt homines vanissimi, quos vana de se cogitatio insolenter inflat, aut aliorum vires præ se nihili habendas putant; aut certè, quia reverà duo virorum millia in civitate non erant, qui essent exercitati in arte atque studio equestri. Cujus rei duæ possunt assignari causæ, vel quia Deut. c. 17, Dominus voluit ne rex Israel equos multiplicaret, vel quia regio, aspera silicibus et salebris passim intercisa, non erat opportuna equestribus concursionibus. Quocirca eâ loci naturâ tutos se putabant Solymitani cives ab equorum irruptionibus.

VERS. 24. — ET QUOMODÒ POTESTIS RESISTERE ANTE UNUM SATRAPAM DE SERVIS DOMINI MEI? Qui hìc vocatur *satrapa*, Isai. cap. 36, dicitur *judex*. Est autem satrapa qui alicui provinciæ præest, ut ex hoc loco constat. Quocirca *satrapiæ* dicuntur, quas nos *jurisdictiones*, seu *diœceses* vocamus. Satrapæ autem non solùm legibus rem moderantur communem et publicam in pace, sed etiam cùm res poscit, res administrant bellicas; quod munus obierunt olim inter Hebræos, qui vocati sunt *Judices*, ut Gedeon, Jephthe, Samsom, Samuel, quorum in libro Judicum gesta tractantur. (1)

VERS. 27. — UT COMEDANT STERCORA SUA, ET BIBANT URINAM SUAM VOBISCUM. Isaias cap. 36 : *Ut bibant urinam pedum suorum*, quod idem prorsùs est. Quomodò obscœna pedum nomine significentur, docuimus supra Isaiam c. 6, ad illud, *duabus velabant pedes.* Est autem aqua, quæ à pedibus fluit, *urina*, sicut aqua capitis *lacrymæ* sunt. Jerem. c. 9, v. 1 : *Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum?* Res verò ad extremam conditionem et angustias adducta his modis proverbialiter explicari videtur : *Ut comedant stercora sua, et bibant urinam pedum suorum*, et similibus. (2)

VERS. 31. — FACITE MECUM QUOD VOBIS EST

UT PRÆPARES TE AD PRÆLIUM? Hebræus : *Dixisti : Est mihi verbum labiorum, consilium, et fortitudo ad prælium.* Aliter : Inanes utique sermones jactâsti : Consilio polleo et viribus ad bellum. Blanditus tibi es, te neque consilio destitui, nec robore ad bellum. Sed vana animo agitas. (Calmet.)

VERS. 21. — AN SPERAS IN BACULO ARUNDINEO ATQUE CONFRACTO ÆGYPTO? etc. Similitudo hæc perfectè congruit menti Rabsacis; demonstrat enim, regis Ægypti opem debilem esse, fragilem, incertam, quin et periculosam iis qui illi innituntur. Afflictæ erant vires Ægypti, bello ibi per Sennacheribum gesto. (Calmet.)

(1) VERS. 25. — NUMQUID SINE DOMINI VOLUNTATE ASCENDI AD LOCUM ISTUM? Rerum prosperitas superbos spiritus alit, et mala libido homines cæcos reddit. Argumentum patrocinii Domini sumit Rabsaces ex victoriis Sennacheribi : insultat imbecillitati Ezechiæ, quam in argumentum divinæ destitutionis detorquet. Impietatem et vim domini sui eo nomine commendare nititur, quasi scilicet Deus illas et imperaverit et probârit. (Calmet.)

VERS. 26. — LOQUARIS NOBIS... SYRIACÈ. Metuebant præfecti Ezechiæ, ne verba Rabsacis terrerent populum, quanquàm longè et è superioribus mœnibus audientem, rogâruntque, ut Syriacè loqueretur secum, ejus sermonis satis peritis, quod vicissim idioma populus ignorabat. *Syriacæ* linguæ nomine innuitur vernaculus Chaldæorum sermo, qui familiaris erat Ninive, et in aulâ regis Sennacheribi. Hebræi, uti jam supra animadvertimus, censebant, Rabsacem hunc patrem habuisse Isaiam, atque avitâ religione abjectâ, ad Chaldaica sacra transîsse. Opinionem hanc probâsse Grotius videtur, quanquàm nullo fultam fundamento, nisi usu linguæ Hebraicæ, qui familiaris erat Rabsaci, atque scissione vestium suarum per præfectos regis Ezechiæ, ad hujus blasphemias inhorrescentibus; id enim nunquàm, inquiunt Judæi, fieri solebat, nisi ad blasphemias Israelitæ ore prolatas. Debiles conjecturas. (Calmet.)

(2) VERS. 29. — NON POTERIT ERUERE DE MANU MEA. Hebræus Bibliorum nostrorum legit hodiè : *E manu ejus;* quam pariter lectionem exhibent Septuaginta editionis Romanæ. Eripere vos è manibus Sennacheribi Ezechias nullis conatibus poterit. Verùm Septuaginta, Complutenses, Vulgata, Syriacus, et Arabs multò meliùs ferunt : *De manu meâ.* Quæ pariter lectio recurrit in textu parallelo Isaiæ 34, 14. (Calmet.)

UTILE, ET EGREDIMINI AD ME. Isaias cap. 36, v. 16: *Facite mecum benedictionem.* Ubi non petit homo superbissimus Rabsaces à Judæis, secum ut liberales sint, sed potiùs ut ita se gerant, ut à seipso vel ab Assyrio rege benedictionem obtinere, id est, honestè accipi, et liberali atque benignâ manu tractari mereantur. Quod ex hoc capite non obscurè liquet, quem locum ita Septuaginta vertunt : *Si vultis benedici.* Benedictio itaque eo loco apud Isaiam passivè sumitur, hoc sensu ; Ita accipite oblatam à rege conditionem et fidem, ut ab eo gratiam ineatis, propter quam in vos possit esse beneficus (1).

(1) VERS. 32. — DONEC VENIAM, ET TRANSFERAM VOS IN TERRAM, QUÆ SIMILIS EST TERRÆ VESTRÆ. Ita vobiscum se geret Sennacherib, uti cum cæteris devictis gentibus : sedes mutabit vestras, atque aliò vos transferet ; si verò spontaneam feceritis deditionem, ejus nomine spondeo commodam regionem, quæ fœcunditati soli vestri ex æquo respondeat. Accidit profectò victis gentibus commodissimum ac gratissimum, si ad mitiorem lenioremque captivitatem redigantur. Verbis hisce satis indicat Rabsaces, nullam aliam esse, quam sibi eligant Hebræi partem, nisi ut totos se permittant arbitrio Sennacheribi. (Calmet.)

VERS. 34. — UBI EST DEUS EMATH ET ARPHAD? Miram impudentiam hominum ethnicorum, qui de numinibus ita loquuntur, ita se cum illis gerunt tanquàm cum puris putisque mortalibus ! Insultant eorum imbecillitati, tanquàm victis, seque ipsos impudentissimè extollunt supra devicta hæc numina, atque extremo contemptu illa traducunt, narrat Suetonius in Caio capite 5 : « Quo defunctus est « die (Germanicus) lapidata esse templa, sub- « versas deorum aras ; lares à quibusdam fami- « liares in publicum abjectos, partus conjugum « expositos. » *Idolum* quidem *nihil est in mundo,* uti docet Apostolus : neque immeritò principes isti insultâssent vanis hisce deorum ludibriis, siquidem vanitatem illorum et vilitatem nôssent. Sed numina esse fatentibus nonne piaculum erat injuriis illa et probris afficere? An citra sacrilegium projicere illa in ignem et subvertere fas erat, uti factum reipsà constat? Emath ipsa est Emesa ; Arphad, insula Aradus, vel urbs ejus nominis, è regione insulæ, in continenti.

UBI EST DEUS SEPHARVAIM, ANA ET AVA? NUMQUID LIBERAVERUNT SAMARIAM DE MANU MEA? Nuspiam alibi legimus Sennacheribum subjecisse Samaritanos. Commodè igitur reddi potest textus : *Dii Sepharvaim, Ana et Ava, illosne è manu meà eripuerunt?* An liberârunt eas gentes, quæ hodiè-incolunt Samariam? Vel forte Sennacherib sibi arrogat victorias à patribus suis relatas. Capite sequenti, datis Lobna ad regem Ezechiam litteris, Sennacheribus victoriarum suarum honorem in patres suos refert. Animadvertere etiam licet supra, 17, 26, viros illos, qui Asarhaddoni renuntiant, Samariam totam leonibus infestam effici, ita illum allocutos : *Gentes, quas transtulisti et habitare fecisti in civitatibus Samariæ,* etc.,

VERS. 37. — VENITQUE ELIACIM FILIUS HELCIÆ, quanquàm constat, coloniam hanc, saltem ex parte, à Salmanasaro diù antea ductam fuisse. Cùm Rabsaces loquentem inducit in Paralipomenis Sennacheribum, illum quidem non ita gloriantem ponit, quasi ipse omnes illas gentes superârit, sed tantùm devictas illas fuisse gloriatur à patribus suis. Itaque hic locus paraphrasticè reddi potest ita : Ubi sunt Dii Sepharvaim, Anæ, Avæ et Samariæ? An addictas sibi gentes à manu meâ, vel patrum meorum subducere valuerunt? En tertiam alteram conjecturam in eumdem textum : Gentes Sepharvaim, Anæ et Avæ, inviti in Samariam translati, vixerunt ibi aliquandiù sub imperio et servitute regum Assyriæ ; deinde exemplo vicinarum omnium gentium, Judæorum, Ægyptiorum et Arabum, jugum ipsæ pariter excusserunt : verùm Sennacherib ex Assyriâ movens, ad pristinum imperium et obedientiam illos redegit. Meritò igitur ille arrogare sibi poterat : An dii Sepharvaim, Anæ et Avæ, Samariam novosque incolas suos à dexteræ meæ robore tueri potuêre? Cùm tamen hæc hypothesis nullo historico monumento firmetur, nutat. *Ana* urbs est facilè ejusdem nominis, quæ adhuc superest, quatuor dierum itinere à Bagdad, occupatque utramque Euphratis ripam, ita fermè, ut Lutetia Parisiorum jacet ad Sequanam : in insulâ in medio amnis, magnifici operis moschæa erigitur. Solum urbi circumjacens ad dimidium leucæ cultissimum est, cætera deserta. Apud Isaiam 36, 19, ubi hâc de re agitur, nomina *Ana* et *Ava* non leguntur, sed occurrunt in litteris Sennacheribi ad Ezechiam ibidem 37, 13, recitatis.

Hæc sunt quæ quis attulit pro asserendâ opinione certis quibusdam locis nomina hæc *Ana* et *Ava* adscribente. Sed non minoribus fulcitur argumentis opinio, quæ designari hisce idola quædam contendit ; reddi enim Hebræus potest : *Ubi est Deus Arphad, ubi est Deus Sepharvaim, Ana* et *Ava?* ac si ambo hæc numina Ana et Ava à Sepharvaitis colerentur. Nec alia sunt facilè numina quàm quæ superiùs, 17, 31, in Scripturâ commemorantur *Adramelech et Anamelech diis Sepharvaim,* quibus, ait Scriptura, *Sepharvaitæ comburebant filios igni.* Eo in loco demonstravimus numina hæc Anamelech et Adramelech solem lunamque designare ; est enim Adramelech *rex magnificus,* nempe sol ; Anamelech *rex benignus,* nempe luna, quam religioso cultu dignam Orientales arbitrantur. Expositioni huic favent ea quæ leguntur inferiùs, 19, 13, et Isaiæ 13 : *Ubi est rex Emath et rex Arphad, et rex civitatis Sepharvaim, Ana, et Ava?* Est enim ibi rex positus pro idolo sive Deo. Capit. 18, 34 : *Ubi est deus Sepharvaim, Ana et Ava, rex et regina cœli, Anamelech et Adramelech?* Hebræi facilè numinibus hisce nomina Ana et Ava deridiculò imposuerunt ; reddi enim prius illud potest, *afflictus, dejectus;* alterum verò *injustus, perversus.* Amabant enim Hebræi probrosis hisce appellationibus gentium numina traducere ; ita pro Mephibaal et Meribaal pronuntiabant Miphiboseth et Meriboseth : est enim *Boseth* confusio, probrum, etc., et cùm vox *Bethel* sit domus Dei, locum illum mutatâ appellatione, tunc vocârunt Bethaven, domus iniqui-

etc., SCISSIS VESTIBUS (1). Cùm Judæi blasphemiam contra Deum audirent, conceptum ex eâ dolorem vestium laceratione significabant : ut fecit pontifex Matthæi 26, ut ostenderet se à Christo audiisse blasphemiam ; et Jerem. cap. 36 graviter notantur, qui cùm viderent legis volumen lacerari et comburi, non sciderunt vestimenta sua. Quod etiam in gravi aliquo dolore et luctu faciebant Hebræi. Sic David 2 Reg. 1, auditâ Saülis et Jonathæ cæde, et cap. 3 in exequiis Abner; sic Jacob Genes. 37, cùm existimavit mortuum esse Joseph. Fuit ergo Ezechiæ legatis duplex causa cur ad dominum suum scissis redirent vestibus, ut et populo ostenderent impium Rabsacen blasphemiam in Deum exeruisse linguam, et eâ specie atque habitu, quem accepissent dolorem ex legatione infeliciter obitâ, significarent.

tatis, ex quo Jeroboamus alterum ex aureis vitulis ibidem constituit. Haud absimili exemplo vocem *Melech*, sonantem *regem*, in Ana et Ava transmutârunt. Ad urbem *Ana* quod attinet, Carolus parochus *de Ballieau Le Pin* apud Carnutum admonuit me per litteras datas die 18 julii 1724, urbem hanc jacere non quidem ad utramque oppositam ripam Euphratis, sed totam ad unam ripam, cùm unico compito in longum satis producto tota constet. Porrò de urbe Oanu vide Itiner. Missionar.

Arphad verò, de quâ in hoc ipso Regum versiculo, credo esse Raphan vel Raphaniam in Syriâ, quâ de re vide Dictionarium meum Biblicum.

VERS. 36. — TACUIT ITAQUE POPULUS. Scribit Isaias 36, 21, tres viros à rege missos tacuisse, quòd ita illis fuisset à rege imperatum.

PRÆCEPTUM REGIS (Ezechiæ) ACCEPERANT, UT NON RESPONDERENT EI. Cur? — Resp. primò S. Cyrillus Alexandr. in cap. Isaiæ citatum : « Quia, inquit, imperitis sermonibus, et fastui barbarico, linguæque contra Deum petulanti illacrymari potiùs, quàm reclamare oportuit. » Respondet secundò Procop. ad locum citatum Reg. : « Nihil, inquit, ad blasphemias istas responderi passus est pius rex, ne ad majores provocaret. » Respondet tertiò Abulensis ibid. q. 44 : « Quia ad honorem, inquit, regis pertinebat, quòd negotia sua fierent prudenter, ordinatè et cum maturatione; si autem quilibet de populo posset respondere Rabsaci, sicut vellet, esset quædam deordinatio magna, et posset irridere Rabsaces ordinationem quam habebat Ezechias in subditis et negotiis suis. »

(Corn. à Lap.)

(1) Auditis impiis Rabsacis verbis sciderunt vestes pro more, cùm quid audiebatur horrendum, triste, vel Deo injuriosum. Exprobrat Scriptura regi Joachimo, ejusque præfectis, quòd non horruerint, neque sciderint vestes auditâ lectione minarum, quas vaticinia Jeremiæ continebant. Princeps sacerdotum scidit vestes ad impias, ut ipse quidem aiebat, Jesu Christi voces. Nec aliter Ezechias se gessit, audito impio Rabsacis sermone, ut in sequenti capite. (Calmet.)

CAPUT XIX.

1. Quæ cùm audîsset Ezechias rex, scidit vestimenta sua, et opertus est sacco, ingressusque est domum Domini.

2. Et misit Eliacim, præpositum domûs, et Sobnam, scribam, et senes de sacerdotibus, opertos saccis, ad Isaiam prophetam filium Amos;

3. Qui dixerunt : Hæc dicit Ezechias : Dies tribulationis, et increpationis, et blasphemiæ, dies iste : venerunt filii usque ad partum, et vires non habet parturiens.

4. Si fortè audiat Dominus Deus tuus universa verba Rabsacis, quem misit rex Assyriorum dominus suus, ut exprobraret Deum viventem, et argueret verbis, quæ audivit Dominus Deus tuus; et fac orationem pro reliquiis quæ repertæ sunt.

5. Venerunt ergo servi regis Ezechiæ ad Isaiam.

6. Dixitque eis Isaias : Hæc dicetis domino vestro : Hæc dicit Dominus : Noli timere à facie sermonum quos audîsti,

CHAPITRE XIX.

1. Le roi Ézéchias, ayant entendu ceci, déchira ses vêtements, se couvrit d'un sac, et entra dans la maison du Seigneur.

2. Et il envoya Eliacim, grand-maître de sa maison, Sobna, secrétaire, et les plus anciens des prêtres, couverts de sacs, au prophète Isaïe, fils d'Amos,

3. Qui lui dirent : Voici ce que dit Ezéchias : Ce jour est un jour d'affliction, d'outrages et de blasphèmes; les enfants sont venus au terme, mais celle qui est en travail n'a pas assez de force pour enfanter.

4. Le Seigneur votre Dieu a sans doute entendu les paroles de Rabsacès, que le roi des Assyriens, son maître, a envoyé pour blasphémer le Dieu vivant, et pour lui insulter par des paroles que le Seigneur votre Dieu a entendues. Faites donc votre prière au Seigneur pour ce qui se trouve encore du reste *de son peuple*.

5. Les serviteurs du roi Ézéchias allèrent donc vers Isaïe ;

6. Et Isaïe leur répondit : Vous direz ceci à votre maître : Voici ce que dit le Seigneur : Ne craignez point ces paroles que vous avez en-

quibus blasphemaverunt pueri regis Assyriorum me :

7. Ecce ego immittam ei spiritum, et audiet nuntium, et revertetur in terram suam, et dejiciam eum gladio in terrâ suâ.

8. Reversus est ergo Rabsaces, et invenit regem Assyriorum expugnantem Lobnam: audierat enim quòd recessisset de Lachis.

9. Cùmque audîsset de Tharacâ, rege Æthiopiæ, dicentes : Ecce egressus est ut pugnet adversùm te, et iret contra eum, misit nuntios ad Ezechiam, dicens :

10. Hæc dicite Ezechiæ regi Juda : Non te seducat Deus tuus, in quo habes fiduciam ; neque dicas : Non tradetur Jerusalem in manus regis Assyriorum,

11. Tu enim ipse audîsti quæ fecerunt reges Assyriorum universis terris, quomodò vastaverunt eas : num ergo solus poteris liberari?

12. Numquid liberaverunt dii gentium singulos quos vastaverunt patres mei, Gozam videlicet, et Haran, et Reseph, et filios Eden, qui erant in Thelassar?

13. Ubi est rex Emath, et rex Arphad, et rex civitatis Sepharvaim, Ana et Ava?

14. Itaque cùm accepisset Ezechias litteras de manu nuntiorum, et legisset eas, ascendit in domum Domini, et expandit eas coram Domino,

15. Et oravit in conspectu ejus, dicens: Domine Deus Israel, qui sedes super Cherubim, tu es Deus solus regum omnium terræ, tu fecisti cœlum et terram :

16. Inclina aurem tuam, et audi; aperi, Domine, oculos tuos, et vide : audi omnia verba Sennacherib, qui misit ut exprobraret nobis Deum viventem.

17. Verè, Domine, dissipaverunt reges Assyriorum gentes et terras omnium,

18. Et miserunt deos eorum in ignem (non enim erant dii, sed opera manuum hominum ex ligno et lapide), et perdiderunt eos :

19. Nunc igitur, Domine Deus noster, salvos nos fac de manu ejus, ut sciant omnia regna terræ quia tu es Dominus Deus solus.

tendues, par lesquelles les serviteurs du roi des Assyriens m'ont blasphémé.

7. Voilà que je lui enverrai un esprit *de crainte et de frayeur;* et il apprendra une nouvelle, et il retournera dans son pays, et je l'y ferai périr par l'épée.

8. Rabsacès retourna donc vers le roi des Assyriens, et il le trouva qui assiégeait Lobna, car il avait su qu'il s'était retiré de devant Lachis.

9. Et lorsque Sennachérib eut entendu ce message au sujet de Tharaca, roi d'Ethiopie, disant: Voici qu'il s'est mis en campagne pour venir vous combattre, *il résolut* de marcher contre ce roi. Et il envoya *auparavant* ses ambassadeurs à Ezéchias avec cet ordre :

10. Vous direz à Ezéchias, roi de Juda : Que votre Dieu en qui vous mettez votre confiance ne vous séduise pas; et ne dites point : Jérusalem ne sera point livrée entre les mains du roi des Assyriens,

11. Car vous avez appris vous-même ce que les rois des Assyriens ont fait à toutes les nations, et de quelle manière ils les ont ruinées : serez-vous donc le seul qui pourrez vous en sauver ?

12. Les dieux des nations ont-ils délivré les peuples que mes pères ont ravagés ? ont-ils délivré Gozan, Haran, Réseph, et les enfants d'Eden, qui étaient en Thélassar ?

13. Où est maintenant le roi d'Emath, le roi d'Arphad, le roi de la ville de Sépharvaïm, d'Ana et d'Ava?

14. Ezéchias ayant reçu la lettre *de Sennachérib* de la main des ambassadeurs, la lut, vint dans le temple, étendit la lettre devant le Seigneur,

15. Et fit sa prière devant lui en ces termes : Seigneur *des armées*, Dieu d'Israël, qui êtes assis sur les Chérubins, c'est vous seul qui êtes le Dieu de tous les rois du monde; c'est vous qui avez fait le ciel et la terre :

16. Prêtez l'oreille, et écoutez; ouvrez les yeux, Seigneur, et considérez; écoutez toutes les paroles de Sennachérib, qui a envoyé ses ambassadeurs pour blasphémer devant nous le Dieu vivant.

17. Il est vrai, Seigneur, que les rois des Assyriens ont détruit les nations, qu'ils ont ravagé toutes leurs terres,

18. Et qu'ils ont jeté leurs dieux dans le feu et les ont exterminés, parce que ce n'étaient point des dieux, mais des images de bois et de pierre, faites par la main des hommes :

20. Misit autem Isaias filius Amos ad Ezechiam, dicens : Hæc dicit Dominus Deus Israel : Quæ deprecatus es me super Sennacherib, rege Assyriorum, audivi.

21. Iste est sermo quem locutus est Dominus de eo : Sprevit te et subsannavit te virgo filia Sion, post tergum tuum caput movit filia Jerusalem.

22. Cui exprobrâsti, et quem blasphemâsti? contra quem exaltâsti vocem tuam, et elevâsti in excelsum oculos tuos? Contra Sanctum Israel.

23. Per manum servorum tuorum exprobrâsti Domino, et dixisti : In multitudine curruum meorum ascendi excelsa montium in summitate Libani, et succidi sublimes cedros ejus et electas abietes illius. Et ingressus sum usque ad terminos ejus, et saltum Carmeli ejus

24. Ego succidi. Et bibi aquas alienas, et siccavi vestigiis pedum meorum omnes aquas clausas.

25. Numquid non audîsti quid ab initio fecerim? Ex diebus antiquis plasmavi illud, et nunc adduxi : eruntque in ruinam collium pugnantium civitates munitæ;

26. Et qui sedent in eis, humiles manu, contremuerunt et confusi sunt; facti sunt velut fœnum agri et virens herba tectorum, quæ arefacta est antequàm veniret ad maturitatem.

27. Habitaculum tuum, et egressum tuum, et introitum tuum, et viam tuam ego præscivi, et furorem tuum contra me.

28. Insanîsti in me, et superbia tua ascendit in aures meas : ponam itaque circulum in naribus tuis, et camum in labiis tuis, et reducam te in viam per quam venisti.

29. Tibi autem, Ezechia, hoc erit signum : Comede hoc anno quæ repereris, in secundo autem anno quæ spontè nascuntur; porrò in tertio anno, seminate, et metite, plantate vineas et comedite fructum earum.

30. Et quodcumque reliquum fuerit de domo Juda mittet radicem deorsùm, et faciet fructum sursùm;

31. De Jerusalem quippe egredientur

19. Sauvez-nous donc maintenant, Seigneur notre Dieu, des mains de ce roi, afin que tous les royaumes de la terre sachent que c'est vous seul qui êtes le Seigneur *et le vrai* Dieu.

20. Alors Isaïe, fils d'Amos, envoya dire à Ezéchias : Voici ce que dit le Seigneur, Dieu d'Israël : J'ai entendu la prière que vous m'avez faite touchant Sennachérib, roi des Assyriens.

21. Voici ce que le Seigneur a dit de lui : La vierge, fille de Sion, t'a méprisé et t'a insulté; la fille de Jérusalem a secoué la tête derrière toi.

22. Qui as-tu insulté? qui as-tu blasphémé? contre qui as-tu haussé la voix et levé les yeux insolemment? Contre le Saint d'Israël.

23. Tu as blasphémé le Seigneur par tes serviteurs, et tu as dit : Avec la multitude de mes chariots je suis monté sur le haut des montagnes, sur le sommet du Liban; j'ai abattu ses superbes cèdres et les plus beaux d'entre ses sapins; j'ai pénétré jusqu'à l'extrémité de ses limites, et sa forêt du Carmel,

24. Je l'ai abattue. Et j'ai bu les eaux étrangères, et par les traces de mes pas j'ai séché toutes les eaux fermées.

25. N'as-tu donc point ouï dire ce que j'ai fait dès le commencement? dès les jours anciens je l'ai résolu, et je l'ai exécuté maintenant : les villes fortifiées seront réduites en monceaux de ruines tombant les uns sur les autres.

26. Les mains de ceux qui étaient assis dedans ont été sans force; ils ont été saisis d'effroi et couverts de confusion; ils sont devenus comme le foin des champs, et comme la verdure des toits, qui se sèchent avant de venir en maturité.

27. J'ai prévu *de même* ta demeure, ton entrée et ta sortie, le chemin par où tu es venu, et la fureur avec laquelle tu t'es élevé contre moi.

28. Tu t'es emporté contre moi, et ton orgueil est monté jusqu'à mes oreilles; je te mettrai donc un cercle au nez et un mors à la bouche, et je te ferai retourner par le même chemin par lequel tu es venu.

29. Mais pour vous, ô Ezéchias, voici le signe que je vous donnerai *du soin que je prends de vous protéger :* Mangez cette année ce que vous pourrez trouver *de reste;* la seconde année, *année sabbatique, vous mangerez* ce qui naîtra de soi-même, *selon l'ordonnance de la loi;* mais pour la troisième année, semez et re-

reliquiæ et quod salvetur de monte Sion: zelus Domini exercituum faciet hoc.

32. Quamobrem hæc dicit Dominus de rege Assyriorum : Non ingredietur urbem hanc, nec mittet in eam sagittam, nec occupabit eam clypeus, nec circumdabit eam munitio :

33. Per viam quâ venit revertetur, et civitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus.

34. Protegamque urbem hanc, et salvabo eam propter me et propter David servum meum.

35. Factum est igitur in nocte illâ, venit angelus Domini, et percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia. Cùmque diluculò surrexisset, vidit omnia corpora mortuorum; et recedens abiit,

36. Et reversus est Sennacherib rex Assyriorum, et mansit in Ninive.

37. Cùmque adoraret in templo Nesroch deum suum, Adramelech et Sarasar filii ejus percusserunt eum gladio, fugeruntque in terram Armeniorum; et regnavit Asarhaddon filius ejus pro eo.

cueillez, plantez des vignes et mangez-en le fruit:

30. Et tout ce qui restera de la maison de Juda jettera ses racines en bas et poussera son fruit en haut,

31. Car il sortira de Jérusalem le reste *du peuple* et ceux qui seront sauvés de la montagne de Sion. C'est ce que fera le zèle du Seigneur des armées.

32. C'est pourquoi voici ce que le Seigneur a dit du roi des Assyriens : Il n'entrera point dans cette ville, il n'y jettera aucune flèche; elle ne sera point forcée par les boucliers des siens, ni environnée de retranchements et de terrasses:

33. Il retournera par le même chemin par lequel il est venu, et il n'entrera point dans cette ville, dit le Seigneur.

34. Je protégerai cette ville, et je la sauverai à cause de moi et à cause de mon serviteur David.

35. Cette même nuit l'ange du Seigneur vint dans le camp des Assyriens, et y tua cent quatre-vingt-cinq mille hommes. Et Sennachérib, roi des Assyriens, s'étant levé au point du jour, vit tous ces corps morts, et il s'en retourna aussitôt.

36. Il se retira en son pays, et demeura à Ninive;

37. Et lorsqu'il adorait Nesroch, son dieu, dans son temple, ses fils Adramelech et Sarasar le tuèrent à coups d'épée, et s'enfuirent en Arménie; et Asarhaddon, son fils, régna en sa place.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — QUÆ CUM AUDIISSET EZECHIAS REX, SCIDIT VESTIMENTA SUA, ET OPERTUS EST SACCO. In dolore et luctu saccum assumi non solùm inter Hebræos usitatum, sed etiam inter gentes. De Hebræis notius est quàm ut probari debeat, et docet satis hoc loco pius rex Ezechias et legati, qui etiam induti sacco ad Isaiam missi sunt. De gentibus pro omnibus sit rex Ninive, qui et ipse indutus est sacco, et ut alii idem facerent publicè edixit.

VERS. 2. — AD ISAIAM PROPHETAM FILIUM AMOS. Isaias c. 37 : *Ad Isaiam filium Amos prophetam.* Hieronymus apud Isaiam transtulisse videtur *Prophetæ,* quod nomen pertinere magis putat ad Amos Isaiæ parentem, quàm ad Isaiam, ubi observandam dicit Isaiæ modestiam, qui cùm de se scribat, prophetæ nomen silet, cùm 4 Reg. 19, quando ab alio hæc eadem historia texitur, vocetur propheta, et adducit exemplum Matthæi, qui cùm de se loquitur c. 6, publicanum se nominat, alii verò Evangelistæ magis de illo honestè loquuntur. Sed quid dicendum sit de patre Isaiæ, in proœmio ostendimus libri Isaiæ, ubi negavimus prophetam esse Isaiæ patrem. Neque hic locus contrarium suadet, quia, ut habemus in Bibliis à Sixto correctis, *Propheta* in tertio casu est, non in secundo; quare ad Isaiam, non ad Amos referendum est.

VERS. 3. — DIES TRIBULATIONIS, ET INCREPATIONIS, ET BLASPHEMIÆ. Hæc Hieronymus in Commentariis super Isaiam optimè partitur: tribulationem accommodat populo, cui ab Assyriis grave videtur impendere infortunium; correptionem Deo, qui id agit incusso metu, aut inflictâ plagâ, ut populus ad meliorem mentem redeat; blasphemiam Sennacherib, qui se quidvis posse superbè jactat, atque esse

à Deo frustra sperandum auxilium; quibus verbis satis elucet regis optimi pietas. Primùm, quia agnoscit quicquid malorum est, id à Deo propter peccata inflictum esse populo, ut sanet, non ut perdat, non ut evertat, sed ut corripiat. Deinde quia tertio, id est, summo loco ponit Rabsacis blasphemiam, quasi id ægriùs ferat quàm aliud quod suum est aut populi damnum.

Venerunt filii usque ad partum, et vires non habet parturiens. Descriptio est vehementissimi doloris, quem in Scripturâ sæpè significat dolor parturientis, aut dolor partûs, et summi periculi, aut vitæ desperatæ : quod tunc proximè imminet, quando in difficili partu languida est, aut exanimata puerpera, quæque eniti non possit, quem in utero gestat fœtum. Pro partu Hebr. est *masber*, id est, ruptura, seu fractura, nempe os vulvæ, quod cùm angustum sit, à fœtu disrumpitur. Ubi summus dolor est, et vires tunc, et nixus maximè necessarii parturientibus : seu certè, quia, nascente puero, secundinæ rumpuntur. Eodem genere orationis usus est Ecclesiasticus c. 48, v. 21, cùm de hoc ipso tempore atque periculo ageret. *Tunc*, inquit, *mota sunt corda et manus ipsorum, et doluerunt quasi parturientes.* Videtur hoc autem esse Hebræorum proverbium, quale illud Latinorum : *In acie novaculæ.* (1)

Vers. 6. — Noli timere a facie sermonum, quos audisti. Id est, à sermonibus : nam *facies alicujus*, idem est quod aliquis, seu aliquid. Adjungitur enim in illum usum, etiam rebus inanimatis, *ut facies frigoris, facies tempestatis*, pro frigore et tempestate. Vide quæ diximus ad illud Isaiæ cap. 25, v. 7 : *A facie vinculi colligati.*

Vers. 7. — Ecce ego mittam ei spiritum, et audiet nuntium, et revertetur in terram suam. Antequàm ad Isaiam accederent legati, jam illi, ut dixit Hieronymus super Isaiam, Dominus ostenderat quid esset regi responsurus. Quis verò sit spiritus iste, seu nuntius, quem Dominus dicit missurum se regi Sennacherib, non est admodùm explicare promptum. Hieronymus *spiritum* adversarium putat, quem tamen non explicat : cui subscribunt alii non pauci. Haymo, Dionysius, Adamus, Forerius super Isaiam, in *spiritu* ventum intelligunt, quo insignis explicatur celeritas, quasi ocissimè venturus sit nuntius, qui in alia loca statim ab obsidione abducat Assyrios. Quòd verò *spiritus* sumatur pro velocitate, aut veloci nuntio, sentiunt è Patribus plerique, qui illud Psal. 103 : *Qui facit angelos suos spiritus,* sic accipiunt, ut Deus angelos faciat ventos, quia celeriter omnia permeant : id est, ventorum similes. Lyra commotionem seu perturbationem mentis esse putat. Ego duo hìc diversa proponi existimo : alterum in *spiritu*, alterum in *nuntio*, ut ipsa littera præ se fert non obscurè, quod ut magis explicem, aliqua priùs observanda.

Primùm vocari ex usu Scripturæ *spiritum* quemcumque motum, impulsum, affectionem animi, cogitationem, suspicionem, metum, et similia, ut pluribus ostendimus ad illud Isaiæ c. 11 : *Et requiescet super eum spiritus Domini.* Deinde solere Deum immisso spiritu, id est, aliquo affectu, aut pulsu, cogitatione aut metu, cujus causam aut auctorem homines ignorant, deterrere homines, aut confirmare; addere, seu adimere vires et audaciam. De audaciâ atque animositate unus Samson exemplo nobis esse potest, in quem toties contra Philisthæos irruit spiritus Domini. De metu et consternatione animi plura sunt et nobilissima exempla. Gen. 35 consuluit Deus incolumitati Jacob incusso multis civitatibus metu : *Cùmque profecti essent, terror Dei invasit omnes per circuitum civitates, et non sunt ausi persequi recedentes.* Et Exod. 23, et Deut. 7, metum item incussit Chananæis ne auderent Israelitis resistere : et in obsidione Samariæ, sonitu quasi equorum et curruum perterruit Syros, et spoliatos suis ornamentis in fugam vertit, 4 Reg. 7. Et quidem talem minatur Dominus pavorem populo suo, si minùs fuerit legis obsequens, Lev. 26 : *Fugietis, nemine persequente.* Hi terrores à profanis dicuntur *panici*. Hujus generis plurima sunt exempla. Sed notandum valdè familiare quoddam exemplum, et ordinarium in populo Dei. Nam cùm infensas haberet finitimas gentes, dominandi avidas et naturâ pugnaces, eo tempore quo filii Israel juxta legem adoraturi ad templum ascendebant, quod faciebant ter singulis annis, eum spiritum, seu cogitationem afflabat Dominus vicinis populis, ut cùm scirent Hebræorum civitates virorum nudatas esse præsidio, solùmque

(1) Vers. 4. — Fac orationem pro reliquiis, pro populo Domini, qui pristinâ libertate adhuc fruitur. Assyrii captivas traduxerunt decem tribus; Sennacherib regnum Juda pro majori portione occupat; de stirpe Jacobi quid superest? Deum roga, ut has reliquias servet. Vel potiùs : Hostis subvertit omnia, vastitatem latè et terrorem intulit; nitere apud Deum, ut miseras reliquias conservet. (Calmet.)

ibidem reliquum esse imbellem feminarum sexum, nunquàm tamen cogitârint civitates illas bello esse tentandas. Exod. 38 : *Tribus temporibus anni apparebit omne masculum tuum in conspectu omnipotentis Dei Israel: cùm enim tulero gentes à facie tuâ, et dilatavero terminos tuos, nullus insidiabitur terræ tuæ, ascendente te, et apparente in conspectu Domini Dei tui ter in anno.* Res planè admiranda, nunquàm magis tuta civitas, quàm dùm illam viri religionis gratiâ humano præsidio destituunt. Sic ergo puto: Deus spiritum misit timoris, aut alterius affectûs animo Assyriorum, quò obsidionem laxarent, urbemque Jerusalem solveret à periculo, et ab omni sollicitudine ac metu. Fortassè spiritus timoris fuit, ne rex Æthiopum, quem aliquid novi moliri acceperat, res turbaret Assyrias, aut aliquid eorum quæ contra se plerùmque præsumit mala conscientia.

Cùm autem sic esset affectus animus Sennacherib, ut timendum esse existimaret ab omni Æthiopum motu, quo tempore rem Judaicam angustiùs urgebat, Deus nuntium venire jussit, qui Æthiopum consilia atque conatus aperiret. An verò hic angelus fuerit, an homo, quærit Abulensis, q. 8, et meritò definit angelum non esse. Contigit autem hoc loco Ezechiæ urbique Solymitanæ, quod Davidi lib. 1, c. 23, qui cùm ita premeretur à Saül, ut nullum appareret effugium, nuntius accurrit Philistinorum impressionem annuntians in Israeliticos fines, quo interrumpere cogitata compulsus est. (1)

VERS. 9. — CUMQUE AUDIISSET DE THARACA REGE ÆTHIOPIÆ (2), DICENTES : ECCE EGRESSUS EST PUGNET UT ADVERSUM TE. Duplex est Æthiopia, de quâ sæpè in sacris litteris : altera post Ægyptum, quæ eo nomine communiter ab auctoribus vocatur; altera adjuncta terræ promissæ finibus, quæ est in deserto Sinai, et in regione Madianitarum, à quâ ipsi etiam Madianitæ dicuntur Æthiopes. Vide quæ diximus ad illud Ps. 67 : *Æthiopia præveniet manus ejus Deo.* Sed fuisse illam aliam Æthiopiam, tenent communiter Patres, docet Josephus lib. 10 Ant. c. 1, et apud eum Berosus, et Herodotus, ut citat Hieronymus. Postremi autem hi tres aliqua addunt, quæ non satis congruunt cum historiâ sacrâ, quæ hìc commemorare non est necesse. Porrò Ægyptum et Æthiopiam conjungit propheta c. 20, quod mihi omninò persuadet Æthiopiam illam esse, quæ attingit Ægyptiorum fines. (1)

VERS. 21. — SPREVIT TE, ET SUBSANNAVIT TE, VIRGO FILIA SION; POST TERGUM TUUM CAPUT MOVIT. Hoc est oraculum quod Isaias reddidit ab Ezechiâ per legatos consultus, quod duas habet partes : alteram, quæ fugam stragemque Sennacherib spectat; alteram, quæ libertatem salutemque Jerusalem. More autem prophetico Jerusalem alloquitur sententiâ eâdem bis repetitâ, et iterùm ad Sennacherib per eamdem figuram sermonem convertit. Cæterùm *despicere, subsannare et movere caput post aliquem*, aut *super aliquem*, idem est : eo sensu dicitur, psal. 21 : *Omnes videntes me deriserunt me, locuti sunt labiis, et moverunt caput.* Et Matth. 27, idem fecerunt Judæi Christo crucifixo. Est autem motus ille capitis subsannationi accommodatus.

(1) VERS. 8.— INVENIT REGEM ASSYRIORUM EXPUGNANTEM LOBNAM. *Lobna* parùm aberat à *Lachis*: ambæ verò considebant in montibus Juda, ad meridiem Hierosolymæ. Vide Josue 11, 31. (Calmet.)

(2) Processisse scilicet illum, ut sese aggressurus veniret. *Tharaca* à Strabone appellatur *Thearchon*, qui et laudat Megasthenem, narrantem Thearchonis victorias in Europam usque ad columnas Herculis sese porrexisse. Utrùm Sennacherib prælium commiserit cum Tharacâ, ex Scripturâ non satis constat : quin et multò probabilius censemus, exercitum Assyrium cæsum fuisse in itinere, cùm Ægyptum versùs ipsâ eâdem nocte proficisceretur, quâ nocte Isaias spoponderat Ezechiæ futuram à Deo ex hostibus liberationem. Æthiopia, de quâ hìc, aliud est planè regnum ab eo quod hodiè eo nomine noscitur, ad meridiem Ægypti. Regio erat in Arabiâ, et ulteriùs intra Ægyptum inferiorem excurrebat. Sedem metropolim Tharacæ constitui posse censemus in urbe Taphni, propè Pelusium; de quâ regione locutum credimus Isaiam capite 18. (Calmet.)

(1) VERS. 12. — GOZAN. Agitur hìc de victoriis regum Assyriæ. De hoc argumento conjecturas aliquas dedimus in dissertatione de regione quò decem tribus translatæ fuerunt, ibique has regiones quæsivimus trans Euphratem; sed præstat fortassè illas cis amnem constituere. Exempla vicinarum et notissimarum Hebræis gentium magis apud ipsos valuissent, quàm quæ de remotis et minùs cognitis afferri potuissent. *Gozan* vel *Gauzan* erat in minori Armeniâ. *Haran* urbs est Syriæ Palmyrenæ, sub nomine Hararum in Tabulis Peutingeri nota. Resiph, Resapha, vel Risapha occurrunt in Ptolemæo, in iisdem Tabulis et in veteri Notitiâ, atque in eâdem provinciâ collocantur. *Filii Eden qui erant in Thelassar,* esse possunt cives Eden in Syriâ. *Emath* celebris est urbs Emesa. *Arphad* incolæ sunt insulæ Aradi. *Sepharvaim, Ana* et *Ava* jacent trans Euphratem, ut alibi demonstratum est.

VERS. 15. — TU ES DEUS SOLUS REGUM OMNIUM TERRÆ. Reparat quodammodò Ezechias injurias et probra, quæ Assyrii in Dei nomen jecêre, agnoscens Deum Israelis unicum esse Deum regum mundi, qui tam longè abest ut vincatur cogaturque ab imperio alterius pendere, ut potiùs humanam omnem potestatem immensùm superet : ex illo et per illum imperia omnia, et auctoritatis quidquid est, provenire. (Calmet.)

Virgo filia Sion. Usitata Hebræorum phrasis, quæ nomine filiæ civitatem aliquam circumscribit, ut *filia Babylonis, filia Edom, filia Tyri*, pro Tyro, Babylone, Idumæâ. Dicitur autem Sion *virgo*, non quia idola non coluerit, ut vult Hieronymus, Haymo, Lyra cum Glossâ ordinariâ super Isaiam, tum quia reverà idola coluit et gentilicas sordes in templum invexit, ut supra vidimus sub Achaz; tum etiam quia regiones aliæ, quæ impensè idolorum cultui studuerunt, eodem modo *filiæ virgines* appellantur. Sic vocatur Babylon Isaiæ c. 43, v. 6; Sidon, c. 23, v. 12; Ægyptus, c. 46, v. 11; dicitur autem Sion *virgo*, sive ut amplificetur injuria Sennacherib contra Jerusalem, nam ea injuria, quæ virgini infertur, gravior est, quia pudori et integritati virginali major debetur reverentia; sive quia diligentiùs puellaris ætas amatur et custoditur à parentibus, significat Deus Jerusalem tanquàm teneram et dilectam virginem sibi futuram esse custodiæ. Sed fortassè alia ratio est, eò melior, quò etiam patet ad omnia quibus illud datum est, virginis nomen, quia ad illud usque tempus Jerusalem nunquàm expugnata fuerat, neque violata ab hostibus: neque, ex quo in Hebræorum potestatem venit, unquàm passa fuerat alienum torum, id est, alienarum gentium jugum subierat. Quam etiam ob causam existimo *filiam* etiam *virginem* vocari Babylonem, Sidonem et Ægyptum, quia nihil grave ad Isaiæ tempora ab hoste pertulerant.

Neque huic cogitationi admodùm incommodat, quòd etiam post Chaldæorum direptionem vocatur virgo Jerusalem; Thren. 1, v. 15: *Torcular calcavit Dominus virgini filiæ Juda;* et Thren. 2, v. 13: *Cui exæquabo te, et consolabor te, virgo filia Sion?* Nam ex usu Scripturæ res retinere solent nomen quod proximè habuerant; quâ ratione Simon *leprosus* dicitur etiam postquàm à leprâ curatus est; et cæci dicuntur *videre*, et *ambulare* claudi, quia paulò ante cæci et claudi fuerant. Et in hoc ipso nomine exempla sunt, tum apud sacros, tum apud profanos scriptores. Virgil. eclogâ 6 de Pasiphae:

Ah! virgo infelix, quæ te dementia cepit!

Et Terentius in Andriâ de puellâ nuper violatâ: *Virgo illacrumat.* Joel cap. 1: *Plange, quasi virgo accincta sacco, super virum pubertatis tuæ.* Eodem igitur modo Chaldæorum armis subacta Jerusalem *virgo* dicitur, quia paulò ante metaphorico sensu virgo erat.

Vers. 22.—Cui exprobrasti, et quèm blasphemasti? etc., contra sanctum Israel. Hæc jam spectant ad Sennacherib, qui Deum Israel contempserat, quasi non posset populum Judaicum ab Assyriorum manu liberare, cui Deus ostendit quantùm sibi sit virium ad expugnandam humanam potentiam, et quàm amanter olim, et liberaliter populum, cui Sennacherib extrema omnia minabatur, prosecutus sit. Ac si dicat: Nescis, ô Sennacherib, quis sit Sanctus Israel, adversùs quem audaces et temerarios spiritus assumpsisti; ille est qui fecit hæc atque illa, quæ statim referuntur.

Vers. 23. — Per manum servorum tuorum exprobrasti Domino. Hebraicâ phrasi idem valet quod *per servos;* sicut etiam *in manu*, ut habet Isaias cap. 37. Servi autem illi fuêre Rabsaces, et Tharthan, de quibus supra, ex quo non difficilè colligitur, verba omnia quæ proximè dicta sunt à Rabsace, prædicta atque præscripta fuisse à Sennacherib, quorum non auctor, sed interpres et nuntius Rabsaces fuit.

Et dixisti: In multitudine curruum meorum ascendi excelsa montium. Hæc verba sunt Sennacherib, quibus sibi nihil non arrogabat, cætera aperta sunt. Hoc verò de ascensu montium paulò obscurius. Placet quod putat Abul. q. 15, loca ardua, quæ tantùm equitibus essent pervia, sic esse complanata atque aperta, dejectis scopulorum obstaculis, et succisis arboribus, ut quadrigis, quæ nonnisi per plana atque aperta loca trahi possunt, commodus et expeditus esset accessus. Quæ loca aperuit etiam postea Vespasianus, cùm per easdem Libani fauces exercitum traduceret, ut docuit Josephus lib. 3 Belli c. 5, et nos pluribus ostendimus ad illud Zachariæ 11: *Aperi, Libane, portas tuas;* quod in Alpibus quoque tentavit atque perfecit Annibal, de quo Juvenalis, satyrâ 10:

Opposuit natura Alpemque, nivemque;
Diduxit scopulos, et montem rupit aceto.

Seu certè per synecdochen Libanus et Carmelus pro locis sublimibus usurpantur, in quorum fastigiis sitæ erant civitates, ad quarum obsidionem suis quoque quadrigis expeditum fuisse ascensum gloriatur Assyrius. Alii metaphoricè hæc accipiunt et in montibus principes intelligunt, et civitates munitas: neque displicet explicatio alia, quæ in Libano et Carmelo Jerusalem intelligit, ad cujus fastigia se pervenisse gloriabatur Sennacherib, minabaturque se excisurum cedros illius, populaturumque saltum Carmeli, id est, ablaturum quæcumque in Jerusalem speciem haberent et pretium. Sed placet magis explicatio prima, quam planè persuadet translatio Septuaginta;

succidi altitudinem Cedri ejus, et pulchritudinem cupressi, et intravi in altitudinem partis sylvæ.

VERS. 24. — ET BIBI AQUAS ALIENAS, ET SICCAVI VESTIGIIS PEDUM MEORUM OMNES AQUAS CLAUSAS. Isaias c. 37, v. 25 : *Omnes rivos aggerum.* Sed est omninò sensus idem. Nam aquæ alienæ et clausæ illæ sunt quæ dominos habent proprios, qui suis sumptibus communes alioquin aquas extructis aggeribus, seu cisternis collegerunt. Significat ergo Sennacherib à copioso exercitu siccatas esse aquas, nempe collectitias, quæ ab Israelitis in cisternis de more servabantur. Quæ ideò vocantur alienæ, quia qui in cisternam fodit aut alio quovis modo communem aquam collegit, illius aquæ dominus est, quæ in lacum, vel cisternam influxerit. Quare filii Israel pretio sibi aquas emebant à Chananæis, quia cisternarum aquæ non erant communes, sicut fluviorum et fontium. Quocirca Deus Deut. 2 sic ad filios Israel : *Cibos emetis ab eis pecuniâ, et comedetis : aquam emptam haurietis, et bibetis.* et Num. 20 : *Si biberimus aquas tuas, nos et pecora nostra, dabimus quod justum est; nulla erit in pretio difficultas.* Hinc Nabal 1 Reg. 15, v. 11 : *Tollam ergo panes meos, et aquas meas, et dabo viris, quos nescio unde sint?* Has aquas pluviales atque conclusas puto vocari *rivos aggerum*, id est, aquas in extructo aggere collectas; vocatur autem aqua illa, *rivus*, aut quia rivus eò influxerat et cisternas impleverat; aut quia in angustâ valle objecto aggere repressus, quod in locis arentibus frequens est. Cùm ergo defecissent aquæ, aut quæ in cisternis, ex imbre conclusæ, aut quæ in vallibus molis et aggeris oppositu collectæ, aut etiam fontanæ; quia fortassè populi, à quibus ad aquas ascensurus credebatur Assyrius, capita fontium obturaverant, aut cæcis alveis aliò defluxerant, sicut fecisse dicitur Ezechias 2 Par. c. 23, de aquâ castris alio modo providit. Nam cùm militibus abundaret, in locis opportunis facilè effodiebat puteos, unde aquam ad satietatem hauriret. Quod fieri debere docet Vegetius l. 4, c. 10; quod fecisse Cæsar dicitur in bello Alexandrino, ut tradit Hirtius, ac Scipio, ut Appianus de Bello Hispanico, qui eo consilio laborantem siti exercitum refecerunt.

Si verò hìc *rivi aggerum* aquam fluentem et fontanam significent, ut putat Hieronymus, aliquid apud Isaiam additur ad ea quæ lib. 4 Regum traduntur, neque id historicæ fidei quicquam incommodat, cùm nihil neget, sed aliquid addat quod ibi prætermissum est, cùm hi tantùm agatur de aquâ conclusâ, puta in cisternis, ut diximus, aut in angustis vallibus objecto aggere, quæ *stagnum* communiter vocatur. Neque est improbabile Assyrium exercitum vestigio suo siccâsse rivos, id est, ubicumque vestigium poneret, cùm Xerxes exercitum in Græciam traducens flumina siccaverit. Sic Herodotus l. 7, Justinus l. 2, de quo Juvenalis, satyrâ 10 :

Credimus altos
Defecisse amnes, epotaque flumina Medo
Prandente.

VERS. 25. — NUMQUID NON AUDISTI QUID AB INITIO FECERIM ? EX DIEBUS ANTIQUIS PSALMAVI ILLUD, ET NUNC ADDUXI (1). Hunc locum satis expressit Isaias, cùm de Sennacherib cap. 10 loqueretur, ubi cùm de Sennacherib similia verba non historicè, sed propheticè retulisset, addidit : *Et erit cùm impleverit Dominus cuncta opera sua in monte Sion, et in Jerusalem, visitabo super fructum magnifici cordis regis Assur, et super gloriam altitudinis oculorum ejus : dixit enim : In fortitudine manûs meæ feci*, etc. Ac si dicat : Ego inducam in Israeliticos fines regem Assyriorum, ut eo tanquàm flagello pervicacem populum castigem, sed ubi pervenerit ille ad

(1) C'est le Seigneur qui oppose les paroles très-véritables d'un Dieu tout-puissant aux paroles insolentes d'un prince impie, et qui confond ses blasphèmes par la force de sa vérité. Car saint Jérôme témoigne que c'est comme si Dieu disait à ce prince : « Ignorez-« vous que c'est par ma volonté que vous avez « fait toutes les choses que vous avez faites ; « que j'ai prédit qu'elles devaient arriver, et « que c'est moi qui ai ordonné qu'elles seraient « accomplies par vous ? Ainsi ce que j'avais « résolu dans les temps passés, s'est exécuté « dans le temps présent, qui est que les colli-« nes, c'est-à-dire, les princes qui se combat-« taient auparavant les uns les autres, et les « villes très-fortifiées ont été saisies de frayeur, « et détruites dans l'instant que j'ai retiré « ma main qui les soutenait, et refusé l'as-« sistance que je leur donnais. *J'ai prévu « et votre sortie et votre entrée*, et j'ai prédit par « la bouche des prophètes l'extravagance avec « laquelle vous deviez vous élever et vous empor-« ter contre moi. C'est pourquoi votre fureur et « votre orgueil étant monté jusqu'à mes oreil-« les, je ne le souffrirai pas davantage, et je « vous ferai connaître que le pouvoir que vous « avez eu jusqu'à présent, ne venait point de « vous-même, mais qu'il était un effet de ma « volonté, et que je me servais seulement de « vous, ainsi que d'un fer tranchant, pour « couper et pour abattre des peuples impies, « comme des arbres stériles qui méritaient « d'être traités de la sorte. *Je vous mettrai un « cercle au nez, et un mors en la bouche*, pour « l'empêcher de proférer davantage des blas-« phèmes, pour dompter votre fierté, et vous « obliger de retourner en Assyrie. » (Sacy.)

Jerusalem, ibi eum propter superbiam et insaniam opprimam. Vide quæ ibi diximus, et in hanc sententiam hunc locum explicat Hieronymus et Abulensis supra, q. 18, Vatablus et Lyra. Sic autem Hieronymus : *Nunc ignoras* (ô Sennacherib) *quòd hæc, quæ fecisti, meâ feceris voluntate, et ego hæc futura prædixerim, ac per te facienda mandaverim. Itaque quod olim decrevi, hoc impletum est tempore.* Decrevit autem, aut potiùs prædixit cap. 10, ab illis verbis : *Assur, virga furoris mei.*

Et nunc adduxi, eruntque in ruinam collium pugnantium civitates munitæ. Apud Isaiam cap. 37 : *Factum est in eradicationem collium compugnantium, et civitatum munitarum.* Idem sensus utròbique obscurus, talem autem opinor : id quod ante fieri decreveram, et quasi ejus imaginem et exemplar plasmaveram ac finxeram, sicut statuarius ex argillâ fingit priùs formam, ad cujus similitudinem ex nobiliori materiâ simulacrum excudat; sic ego quod antea finxeram cogitatione, et obscurè per meum prophetam significâram, in hoc tempus contuli : nempe ut colles sterneres, et civitates subverteres munitas, quæ contra me pugnant, id est, quæ me offendunt, quas per te quasi per flagellum corrigere decrevi. Hieronymus et glossa per *colles* principes intelligit, qui inter se animo dissidebant hostili. Ego non ineptè expositurus mihi videbar, si per *colles compugnantes et civitates munitas,* idem significari crederem; nam civitates illæ munitæ plerùmque in collibus sitæ erant, quas ipsa muniebat loci natura; *compugnantes* verò dicuntur, quia facilè pugnare possunt è superiori loco, et hostiles impetus non solùm sustinere, sed etiam frangere. Hùc facit quòd 4 Reg. *pugnantes* dicuntur in Bibliis à Sixto correctis, non compugnantes. Septuaginta : *Ut vastarem gentes, in munitionibus, et habitantes in civitatibus munitis.* Neque Sennacherib, ad cujus insolentes spiritus respondent hæc verba, de aliis civitatibus à se expugnatis gloriabatur, nisi de his quæ essent in montium fastigiis, et quæ non nisi à præstante virtute debellari poterant. Porrò civitates munitas captas fuisse à Sennacherib, habemus Isaiæ c. 36, v. 1 : *Ascendit Sennacherib rex Assyriorum super omnes civitates Juda munitas, et cepit eas.*

Vers. 26. — Et qui sedent in eis, humiles manu contremuerunt. Apud Isaiam cap. 37 : *Habitatores eorum breviatâ manu contremuerunt.* Reddit rationem Dominus cur civitatum munitarum, et pugnantium collium habitatores tam facilè expugnari potuerint, quia manus breviata fuit. Quidam de Dei manu hæc accipiunt, quæ abbreviata atque contracta fuit in populos illos, quos per Assyrios castigare decreverat. Quare cùm Assyriorum manus confortaret, in quibus posuerat ultricem virgam, manum autem suam contraheret ab auxiliando Israelitis, imò illorum debilitaret manus, atque dissolveret nervos, quid mirum si tam levi, ac penè nullo debellati fuerint negotio? Sed puto hæc magis esse referenda ad Judæorum manus, quæ abbreviatæ, id est, contractæ dicuntur, quia parùm contra Assyriorum impressionem strenuæ. Quod mihi persuadeo, quia hoc loco, ubi eadem sunt omninò verba in textu Hebraico, sic reddidit interpres : *Et qui sedent in eis, humiles manu contremuerunt.* Hebr. est, *kitfre iad,* quæ ad verbum valent, *breves,* seu *abbreviatos manu,* id est, habentes manum abbreviatam. Sed quòcumque referas, idem semper est sensus. Nam si Judæi ab Assyriis expugnati sunt, et è suis sedibus pulsi, si manus habuerunt dissolutas et debiles, ideò accidit, quia Deus illis virtutem et audaciam ad resistendum negavit, quam ad obsidionem usque Jerusalem Assyriis suæ indignationis administris copiosam impertitus est.

Facti sunt velut fœnum agri, et virens herba tectorum. Hâc similitudine satis explicatur hominum infirmitas, quos divinus deserit favor, quia herbæ istæ dùm immaturæ sunt et virides, facilè vel à sole exuruntur, vel marcescunt à gelu, vel calcatæ pedibus, vel à pecore carptæ deflorescunt et pereunt. Quare Deus dùm hominum imbecillitatem extenuat, his utitur similitudinibus Isai. c. 40 : *Omnis caro fœnum.* Vide ibi plura. Psal. 89 : *Mane sicut herba transeat, mane floreat et transeat, vespere induret et arescat.* Pro re morali observa civitatum munitiones, et colles præaltos et pugnaces, si Deus offensus sit, manumque ab auxiliando contrahat, verti in fœni et herbæ tectorum futilitatem, et herbæ adhuc immaturæ mollitiem; quæ facilè uruntur, et vanescunt, et in gramen pascuæ, quod omnium pecorum atque armentorum dentibus propositum est.

Vers. 27. — Habitaculum tuum, et egressum tuum, et introitum tuum, et viam tuam ego præscivi. Iisdem penè verbis Isaias c. 37. Per hæc tria omnia significantur, quæ fieri ab hominibus possunt. De ingressu atque exitu,

quibus omnia hominum facta atque consilia comprehenduntur, res est adeò certa, ut penè abierit Hebræis in proverbium. Num. 27 de Josue : *Ad verbum ejus ingredietur, et egredietur,* id est, nihil faciet ex Moysis imperio. 2 Paralip. 1 : *Benedictus eris ingrediens, et egrediens,* et Psal. 120 : *Dominus custodiat introitum tuum, et exitum tuum*, Hispanus : *Todo aquello en que pusures mano.* Habitatio hìc aliquid addit ad superiora, idque non leve : nam præter exitum et introitum, aliquid aliud spectatur in homine, nempe habitatio et quies, quæ longè ab ingressu, atque exitu sunt, in quibus quies nullo modo reperitur. Ait ergo Dominus nihil sibi esse non exploratum, quod molitus fuerit Sennacherib; sive cùm seipsum, et castra aliquò moveret extra propriam sedem, sive cùm in regno suo, aut in debellatis aliorum finibus quiesceret. Eodem loquendi genere usus est David Psal. 138 : *Tu cognovisti sessionem meam, et resurrectionem meam ;* aut, *stare meum, et surgere meum;* id est, omnia opera mea. Quod *resurrectio* in Psalmo, id est, *egressus* et *introitus* in Isaiâ, et quod ibi *sessio*, idem hìc est *habitatio*; et utroque loco Hebr. est *iasab*, quod *stare* atque *sedere* valet.

VERS. 28. — PONAM ITAQUE CIRCULUM IN NARIBUS TUIS, ET CAMUM IN LABIIS TUIS. Dignum sanè supplicium insolentis animi, ut qui se supra homines esse putat, ad muti atque ignobilis bruti similitudinem abjiciatur. Adduxerat Dominus Sennacherib, juxta ea quæ supra dicta sunt à nobis, in terram Israel cum instructu regio gloriosè triumphantem : nunc verò idem, qui adduxerat, aut potiùs triumphantis in modum traduxerat Deus, minatur eumdem à se reductum iri ignobilem, abjectum, non solùm ornamentis, sed etiam castris nudatum, in terram unde venerat, non secùs ac bubalus ad aratrum trahitur affixo naribus æneo circulo, ut ferebat illius ætatis atque regionis consuetudo, aut sarcinas asinus, aut mulus inserto hamo.

Hìc ego aliquid magis occultum videor odorari, quod curioso lectori indicabo breviter potiùs quàm persuadebo. Objectum nuper fuerat Assyrio, quòd subsannâsset virginem filiam Sion ; subsannatio verò fit, aut distorto ore, et exertâ linguâ instar canis, et naso rugato et adunco. De linguâ atque ore Persius Satyr. 1, ubi cùm ageret de sannarum generibus, ait :

Nec linguæ quantùm sitiat canis Appula.

De naso rugato atque adunco, nihil est quod dicam, cùm jam *nasus* proverbiali specie pro irrisione sumatur, et nemo nesciat quid sit apud poetas, *naso quemquam suspendere.* In subsannatione verò illâ superbi regis verisimile est cùm moveret caput, quod paulò ante fecisse dicitur, vibrâsse quoque nasum contumeliosè, et os distorsisse, ac linguam exeruisse petulanter. Punit ergo Dominus sannas illas supplicio maximè ad regis contumeliam attemperato : naso enim infiget hamum, seu circulum ; ori verò frenum injiciet, ne pars quæ Assyriæ arrogantiæ servierat, maneret impunita.

ET REDUCAM TE IN VIAM PER QUAM VENISTI. Proverbialis species apparet in his verbis, quâ significatur irritus alicujus conatus, qui tam est longè, ut quicquam promoveat, ut potiùs retrò redeat malè mulctatus. Idem statim repetitur v. 33 : *In viâ, quâ venit, per eam revertetur.* Simili adagio utitur Hispanus, qui cùm significat aliquem, re infectâ, rediisse, ait *volviose por do vino.*

VERS. 29. — TIBI AUTEM, EZECHIA, HOC ERIT SIGNUM : COMEDE HOC ANNO QUÆ REPERERIS; IN SECUNDO AUTEM ANNO, QUÆ SPONTE NASCUNTUR : PORRO IN TERTIO ANNO SEMINATE ET METITE. Apud Isai c. 37, paulò aliter : *Comede hoc anno, quæ spontè nascuntur, et in anno secundo pomis vescere, in anno autem tertio seminate et metite.* De duorum locorum conciliatione statim, nunc primùm de translatione quæ est apud Isai. c. 37. Convertit propheta sermonem ad Ezechiam, tempusque definit, quo ad antiquam tranquillitatem populus reversurus sit, id est, post duos annos, ut Hieron. et alii censent. Est autem verisimile regem Assyrium obsedisse regiones proximas Jerusalem, in ejusque agros excursiones fecisse prædandi gratiâ, et arborum fructus, si qui erant esui non immaturi, decerpsisse eo tempore quo adhuc messis erat in herbâ, solvisseque obsidionem repentino nuntio de Æthiopum adventu, conculcatis jam frugibus : ita ut nulli, aut exigui proventus ex eo satu sperari potuerint. Ait igitur Dominus ut eo anno Solymitani comedant quod in agro reliquum fuerit è frugibus ab Assyriorum strage. Hoc verò spontè nasci dicitur, et si priùs à Judæis seminatum, quia perinde id habebatur post Assyriorum appulsum, ac si nihil eo anno factum esset sementis. Nam quod hostes aut latrones non abstulerunt, in beneficio ponimus, perinde atque si spontè, nullo nostro labore ac merito nobis esset oblatum. Deinde quia rediturus erat

Sennacherib anno sequenti ab expeditione Æthiopicâ, et populaturus quidquid satum esset à civibus, monet ne eo anno sementis fiat, sed vescantur pomis. Cùm autem anno eodem extinguenda sit Assyriorum potentia, neque ab illis deinceps aliquid inferendum mali, jubet ut deinde alacres et securi seminent, terræque proventibus quàm velint copiosè et sine metu fruantur.

Hæc juxta translationem, quam apud Isaiam adhibuit Hier., quam sumpsit ex Symmacho. Septuaginta aliter vertunt: *Comede hoc anno quæ non seminâsti, et anno secundo reliquias, tertio verò seminantes metite.* Quam versionem non improbat Hieronymus, juxta quam hic est sensus: Hoc anno comede, quod ex superioris anni proventu reconditum est; secundo anno, quæ ultrò terra fundit; tertio verò jam hoste metuque sublato, seminare et plantare tutò licebit. Quam explicationem sequitur Vatablus: et in suâ translatione indicat Foreirus, imò et Hieronymo non displicet hoc in loco, quem nunc commentatione illustrare contendimus, cujus translatio, quam nuper adduximus, in hunc sensum non difficilè trahitur. Et quidem Hebraicus textus utroque loco idem est, unâ tantùm voce paululùm immutatâ: sed in translationibus nonnulla diversitas, non tamen illarum diversa sententia. Nam apud Isaiam c. 37 est: *Comede hoc anno quæ spontè nascuntur, et in anno secundo pomis vescere.* At hoc loco, *comede hoc anno, quæ repereris, secundo autem anno, quæ spontè nascuntur.* Hæc igitur, quæ videntur esse diversa, nos inter se componere et conciliare tentemus.

Pro his quæ spontè nascuntur, Hebr. est *sapiach*, quæ vox significat id quod sine ullâ operâ, aut industriâ hominum nascitur, seu spontè fundit terra, sive quod ex relictis anni superioris granis in agro nascitur. Sed est mihi verisimile hoc loco *sapiach* esse, quod ex radicibus demessæ aut conculcatæ segetis pullulat, quod Hispanus vocat *retonno*, aut *renuevos*, quod mihi suadet vocis significatio, quia *saphaph*, *congregare est*, *saphiach*, *id quod aggregatur.* Aggregari verò dicitur, quod non quæsitum ad laborem agricolarum accedit: sed maximè id probatur ex c. 26, vers. 85 Levit. ubi sabbatismus, id est, requies indicitur agris à Deo, ut neque *saphiach* meti possit, quia jam Deus quod satis esset in usum duorum annorum providerat. Pro *saphiach* verò Vulgatus reddidit, *quæ spontè gignit humus*, et iterùm vers. 11, *spontè in agro nascentia.* At quis credat prohibitam esse messem illorum quæ reposita essent in horreis anno superiori, quod nonnulli censebant? Hæc verò optimè vocari possunt vel *spontè nascentia*, ut dicitur hìc, vel *quæ repereris*, ut 4 Regum, quia illa quæ eo modo pullulant, ex eo quod conculcatum, aut excussum, aut demessum est, sine ullâ agricolarum novâ industriâ reperta casu, aut oblata gratis videri possunt. Hoc autem loco credo, *spontè nata* dici, quæ ex radicibus conculcatæ segetis erumpunt, non quæ ex relictis granis orta, ut putabat S. Thomas et Lyra; nam si plena jam erant et matura grana, qualia in messe sunt, nihil ex illis nasci poterat, quod usui esse posset in illum primum annum, quia in æstate, in quâ messis frumentaria plerùmque fit, et plenæ sunt spicæ, et grana matura, non potest renascentibus frugibus maturitas esse tempestiva in illum annum. Secùs est si segetis, modò sit in herbâ, radix maneat; quocumque enim tempore, si adsit benignior cœli clementia, ex illâ novi oriuntur culmi, et fructus interdùm colliguntur uberes et pleni: imò nonnunquàm in solo pingui primos atque illæsos segetum proventus æquare solent. Quare confirmat Dominus Ezechiam, qui timere poterat, ne depastis ac populatis agris ab Assyrio, populus laboraret fame, et ait, satis ad usum illius anni fore frumenti ex frugibus ex desperatâ messe spontè nascentibus, quod signum esse vult eorum, quæ in alios deinde annos Assyriis minatur.

Pro eo quod hoc loco Vulgatus vertit, *quæ spontè nascuntur*, et apud Isaiam *pomis vescere*, Hebr. est hìc שחיס, illìc סחיש *sachis*, ubi facta est metathesis, seu transpositio litterarum, quæ sine ullâ significationis varietate in aliis quoque dictionibus apud Hebræos reperitur. כשב *ceseb agnus est;* et alterâ transmutatâ litterâ כבש *cebes* significatio manet eadem. שמלה *simlah*, *vestis est*, item שלמה *silmah*, quod idem omninò in hâc voce שחיס *sachis*, dicendum est. Hanc vocem Rabbi David, et Pagninus ex ejus sententiâ, putant significare id quod ex radice germinat. Et quidem Pagninus sic exponit: *Primo anno vesceris eo quod ex radice pullulat; secundo eo quod ex granis ortum est.* Quare etiamsi seminatio nulla sit, non tamen populo in duos annos frumentum deerit, quibus res frumentaria futura videbatur angustior.

Sed puto vocem illam *sachis* aliquid significare ampliùs, id nempe quod nascitur ex e-

quod eo anno satum non est, sed ex radice antiquâ, aut ex labore alterius anni, qualis est arborum fructus, qui provenit è plantâ longè ante illud tempus satâ, aut sine novo cultu, aut operâ ex granis, aut herbarum radicibus priùs relictis. Quare optimè Vulgatus apud Isaiam per synedochem *poma* adhibuit pro his quæ ex antiquâ radice suo nutu proveniunt; 4 tamen Reg. propriè atque universaliùs pro his quæ quoquomodò spontè nascuntur. Quod aliis locis in variis dictionibus fecit Vulgatus, quando vox Hebraica ejusmodi est, ut totam ejus latitudinem assequi non possit una vox Latina. Tunc enim diversis in locis variè ab interprete redditur. Exempla sunt plurima; accipe nunc duo: vox תירוש *tiros*, quæ id significat quod ab aliquo exprimitur, modò à Vulgato per *oleum*, modò per *vinum* redditur, modò per utrumque, ut Psal. 4 : *A fructu frumenti, vini et olei sui.* Et *netiphoth*, quod *guttatum* significat, id est, illud quod gemmis guttarum instar micantibus splendet, Hieronymus Isaiæ cap. 3, duobus nominibus expressit, *torquibus et monilibus.* Sic quia Vulgatus totam latitudinem vocis *sachis* uno non poterat, duobus nominibus Latinis expressit.

Antequàm hinc emigro, addam quod Lyra hìc censet ex sententiâ Rabbi Salomonis. Ait enim Assyrios conculcâsse segetes, et arbores excidisse, ita ut nullus jam ex illis fructus sperari potuerit; fecisse tamen Deum, ut neque segetes essent sine spicis, neque arbores, sine pomis. Nam primo anno ex his quæ conculcatæ ac penè emortuæ segetes produxerunt, victitavit populus; secundo anno ex pomis, quæ ex arboribus ab hoste succisis provenerunt. Quæ duo, quæ proximè expertus est Ezechias, signum esse voluit Deus eorum quæ de libertate civitatis et fugâ Sennacherib ante promiserat, quod sanè minùs quàm solet abs re confingit hìc nugator Rabbi Salomon.

Vers. 30.— Quodcumque reliquum fuerit de domo Juda, mittet radicem deorsum. Solatur jam Ezechiam et Solymitanos cives alio nomine, qui mœrere ac conturbari jure optimo poterant, cùm civitates Juda afflictas, spoliatas ornamentis, et orbatas civibus viderent. Ait ergo illos, qui de domo Juda reliqui fuerint, usque adeò strenuos ac felices futuros, ut collapsa erigere, ruinosa instaurare, rem denique Judaicam variè concussam ad antiquum splendorem revocare possint. Quod optimâ et proverbiali, ut reor, similitudine declarat, in quâ Hebræorum more comparationis nota prætermittitur. Erant, inquit, reliquiæ Jerusalem adeò felices, ut crescant roborenturque non aliter atque plantæ, quæ altas radices deorsùm agunt, et sublimes sursùm ramos expandunt. Hæ autem plantæ communiter fructuosæ sunt, et altis nixæ radicibus facilè ventis et temporis injuriis resistunt. Secùs est aliis plantis, quibus horum utrumlibet defuerit : nam si radices non agunt altas, quantumvis sursùm se sublimes attollant, neque fortes sunt, neque diuturnæ, ut ex quorumdam sententiâ docet Plinius lib. 16, c. 31, qui docent brevitate radicum arbores celeriùs consenescere, quæ propter eamdem causam, si ventus violentior ingruerit, facilè evelluntur. Contra accidit his arboribus, quæ altis radicibus terram amplexæ sunt, ut de æsculo docet Plinius supra, et Virgilius 2 Georgic. :

Quæ quantùm vertice ad auras
Æthereas, tantùm radice ad tartara tendit.
Ergo non hyemes illam, non flabra, nec imbres,
Convellunt.

Neque satis est ad felicem arborem, ut profundis nitatur radicibus, si aut parùm extet à terrâ, ut frutex, rubus, genista, aut infirmo sit caudice, ut carex, aut arundo, quæ neque speciem habent, neque commoditatem fructuum aut materiæ ad constituendam novam, et fulciendam antiquam et ruinosam domum. Est autem elegans descriptio plantæ nobilis, et optima metaphora, quâ felix hominum successus, et optima fortuna significatur.

Vers. 31. — De Jerusalem quippe egredientur reliquiæ, et quod salvetur de monte Sion. Jam explicat quidnam sit reliquum illud, quod radices aget et ramos extendet. Sunt autem, qui cùm Ezechiâ fuerunt in Jerusalem, quos terruit, non tamen debilitavit Sennacherib; illi ergo egressi ex urbe constituerunt quæ ab hoste concussa fuerant, atque convulsa aliis in locis, integrâruntque ea quibus ille bellorum motus plurimùm abstulerat. Aliqui hæc ad Evangelium referunt, salutemque gentibus per Apostolos allatam qui ex Sion egressi omnem terram pervagati sunt. Typicè fateor, at historicè sicut reliqua omnia existimo, cum aliis communiter de statu rerum Judaicarum esse intelligenda.

Non ingredietur urbem hanc, nec mittet in eam sagittam. Hinc constat statim atque ex pugnâ Æthiopum rediit Sennacherib, antequàm civitatem obsideret et aggeres excitaret, accidisse ab angelo stragem illam, quæ Assy-

riorum vires attrivit. An verò juxta Jerusalem, aut alio in loco clades illa contigerit, docuimus ad illud Isaiæ cap. 30 : *Præparata est ab heri Topheth,* ubi diximus accidisse propè Jerusalem in valle Josaphat. (1)

(1) Vers. 32.—Non ingredietur urbem hanc, nec mittet in eam sagittam, nec occupabit eam clypeus. Reddi potest Hebræus : *Non veniet ad urbem hanc, nec mittet sagittas suas;* non jaciet sagittas suas in propugnatores, è superioribus mœnibus præliantes : denique miles clypeo armatus testudinem non faciet, ut propiùs ad urgenda mœnia accedat. Animadvertere licuit hoc in superioribus, Sennacheribum Hierosolymam non venisse; reductas enim Lobna copias ducens in Tharacam regem Æthiopiæ, in itinere exercitu suo universo spoliatus est.

Nec circumdabit eam munitio. Olim in obsidionibus ducto circum vallo claudebantur urbes, sepiebanturque undique sudibus, fossis et aggeribus, ut neque egredi ex urbe, neque ingredi quis posset. Addebantur etiam propè mœnia aggeres altiores, ubi machinæ locarentur, vel sagittarii, ut pulsis è muro propugnatoribus tutiùs admoverentur ad aggressionem scalæ. Hebræum *Solelah* significat, auctoribus Judæis, machinas ejaculandis lapidibus ac telis, *balistas;* sed præstat explicare de aggeribus, ut jam animadvertimus. Vox *Solelah* usurpari solet de ductu quodam aggeris, seu viæ altioris. Censet Josephus, Sennacheribum ex Ægypto reducem venisse ad exercitum, quem ducebat Rabsaces, castraque locâsse ad orientem urbis, quâ parte torrens Cedron fluit. Quæ vulgaris sententia est; certumque statuunt plerique, exercitum Assyrium cùm Hierosolymæ accessisset, periisse angeli exterminatoris gladio, antequàm obsidionem institueret. Distinguunt quidam Sennacheribi exercitus duos, alterum quidem ad Hierosolymam, alterum in Tharacam missum. Creditur autem Sennacheribus, vix certior factus de exitio prioris agminis, rediisse cum altero in Assyriam. Hæc tamen non assertoribus, sed argumentis indigent; neque enim Scriptura alicubi hoc indicat, quin et in totâ narrationis serie planè contrarium innuit. Exercitus Assyriorum ante Hierosolymam, cujus recepta è traditione memoria superest, ille erat, quem Tharthan, Rabsaris et Rabsaces duxerant. Copiæ autem illæ non ad obsidionem Hierosolymæ, sed ad indicendam deditionem, terrendosque cives venerant.

Vers. 33.—Per viam, qua venit, revertetur. Brevi cogetur Assyriam repetere. Visum est autem Numini vitam huic principi prorogare, ut ultionis suæ testem haberet, et superbus ille diutiùs ignominiam suam divinæque justitiæ gravissimum pondus sentiret. Sanè Dominus vitam illi suo tempore ademit : una mors pro merito impium regem non punisset. (Calmet.)

Vers. 34. — Propter David. Quæres cur non dixit: *Propter Ezechiam et Isaiam,* quorum sine dubio preces Deo gratissimæ extiterunt ? Optimè Glycas 2 parte Annalium, citatus in Glossâ: « Hæc verba, inquit, ita divinitùs prolata sunt, « ne putaret Ezechias orationem suam, justitiæ « causâ, quâ præditus erat, exauditam esse. » (Corn. à Lap.)

Vers. 35. — Venit angelus Domini, et percussit in castris Assyriorum (1). Hæc acciderunt biennio, aut eo circiter, post istud vaticinium, id est, post longam illam moram quam

Je protègerai cette ville, et je la sauverai à cause de moi et de mon serviteur David. Ces mêmes paroles sont encore répétées dans le chapitre suivant. Quelques hérétiques les entendent en un sens qui n'est point, comme le remarque un savant théologien (Estius), le véritable : ils disent que Dieu promettait de protéger la ville de Jérusalem, à cause du pacte qu'il avait fait avec David, ne regardant point aux mérites de David même, mais seulement à la promesse qu'il lui avait faite, et ne voulant pas manquer à la vérité de sa parole. Mais ce n'est pas en ce sens que l'ont entendu les Pères, et surtout saint Jean Chrysostôme et saint Jérôme. Ce dernier dit expressément que ces paroles, *à cause de moi et de mon serviteur David,* signifient que les enfants d'Israël devaient être conservés, non par leurs propres mérites, mais par un effet de la clémence de Dieu, et même en considération de David, leur père. En quoi, dit ce saint, on les faisait souvenir, et de leur extrême lâcheté, et de la justice pleine de foi de ce grand prince, puisque l'amour de Dieu pour la vraie justice était tel qu'il donnait sa protection aux enfants des saints, dans la vue de la sainteté de leurs ancêtres. *In tantum justitiam diligit Deus, ut etiam posteros sanctorum hominum, non suo merito, sed majorum virtute tueatur.* Et saint Chrysostôme ne s'explique pas sur ce sujet avec moins de force, lorsqu'il dit : « La bonté de « notre Seigneur est infinie ; car il accorde « souvent le salut d'un grand nombre de per« sonnes en considération de quelques justes. « Mais que dis-je, *en considération de quelques « justes?* Souvent même, lorsqu'il n'a en vue « aucun juste dans la vie présente, il veut bien « faire miséricorde aux vivants, en considéra« tion de la vertu de ceux qui sont morts. Et « c'est ainsi qu'il déclare hautement dans son « Ecriture : *Je protégerai cette ville à cause de « moi et de David, mon serviteur.* C'est-à-dire « qu'encore que ses habitants soient indignes « d'être sauvés, toutefois la miséricorde m'é« tant ordinaire, et me sentant très-porté à « traiter les hommes avec indulgence, et à « les tirer des maux qu'ils souffrent, j'ai ré« solu de les protéger, *tant à cause de moi-même « que de David, mon serviteur.* » (Sacy.)

(1) « Hérodote, dit Voltaire, parle d'un Sen« nacherib qui vint porter la guerre sur les « frontières de l'Egypte, et qui s'en retourna « parce qu'une maladie contagieuse se mit « dans son armée ; il n'y a rien là que dans « l'ordre commun. Que le roitelet de la petite « province de Juda s'humilie devant le roi « Sennacherib... ce n'est point une chose hors « de vraisemblance : mais que le prophète « Isaïe vienne de la part de Dieu dire à Ezé« chias que le roi Sennacherib a blasphémé ; « qu'un ange vienne du haut du ciel frapper « et tuer cent quatre-vingt mille hommes d'une « armée chaldéenne, et que cette exécution « aussi épouvantable que miraculeuse soit inu« tile ; qu'elle n'empêche point la ruine de Jé-

posuit Assyrius in subjugando Ægypto atque Æthiopiâ, nempe postquàm uno anno comedit populus, quæ spontè nascuntur, et altero victitavit pomis. Narrantur autem hìc à prophetâ ut ostendat quemadmodùm fidem habuerint, quæ prædicta sunt, sicut paulò ante cùm dixisset Dominus daturum se spiritum utique timoris Assyriis, et audiendum nuntium, statim subjecit audivisse nuntium de bellico Æthiopum apparatu; et ita statim avertisse exercitum à Judæâ. Quo genere mortis perierint Assyrii, diximus super Isaiam cap. 10, ad illud, *subtùs gloria ejus*. Vide Abulens. hoc loco q. 29.

Neque hìc omittendum puto hanc historiam notam esse gentilibus, quam tamen ipsi, sicut alia pleraque, quæ à sacris scriptoribus accepêre, suis implicuerunt nugis, et ridiculis fabellis corrupuerunt. Narrat enim Herodotus in Euterpe ad finem, impium Sennacherib divino auxilio nudatum armis in turpem fugam fuisse conversum, sed fallitur in multis; primùm in loco, quia id in Ægypto evenisse prodit, et multò magis in cladis acceptæ narratione. Nam quæ Scriptura sacra angelo, ea Herodotus muribus violatæ religionis ultoribus adscribit; et quæ de Ezechiâ narrat Isaias, ea Herodotus sacerdoti Vulcani, qui apud Ægyptios dominabatur, tribuit. Sed præstat audire ipsum Herodotum : « Cùm Sennacherib, Arabum Assyriorumque rex, cum magnis copiis « invasisset Ægyptum, tunc memorant sacerdotem consilii inopem in cœnaculum se « contulisse, ibique apud simulacrum complorâsse, quanta pati periclitaretur, eique « inter lamentationem obrepsisse somnum, et « inter quietem visum astare deum exhortantem nihil ipsum molestiæ passurum, si copiis « Arabum obviàm iret : se enim auxiliarios ei « missurum. His insomniis fretum sacerdotem « sumptis Ægyptiorum his, qui secum vellent, « castra in Pelusio posuisse, etc. Et cùm pervenissent, noctu effusam ipsis hostibus vim « agrestium murium, qui illorum tum pharetras, tum arcus, tum scutorum habenas obederunt, ita ut posterâ die hostes armis exuti « fugam fecerint multis amissis. Eoque rex in « templo Vulcani lapideus stat manu murem « tenens, atque hæc per litteras dicens : In me « quis intuens pius esto. » Mihi dubium non est ab verissimâ et gravissimâ historiâ ortam esse hanc levissimam et ridiculam fabulam : quia hìc nihil fermè est, cui non in illo fabuloso commento respondeat aliquid, sed corruptum, ut vides.

ET REVERSUS EST SENNACHERIB REX ASSYRIORUM, ET REMANSIT IN NINIVE, CUMQUE ADORARET IN TEMPLO, etc., FILII EJUS PERCUSSERUNT EUM. Cur filii percusserint Sennacherib, varia à variis traduntur. Lyra adducit sententiam Rabbi Salomonis, quam non improbat : quòd scilicet Sennacherib timens suorum odia, qui

« rusalem, c'est ce qui semblerait justifier l'in« crédulité des critiques. »

Ne dirait-on pas en lisant ceci que la ruine de Jérusalem fut la suite de la guerre que fit Sennacherib ? Cependant l'invasion de ce roi assyrien, qui est de l'an 715 avant notre ère, a précédé de 127 ans la ruine de Jérusalem, arrivée en l'an 588. Mais on sera bien plus surpris quand on saura qu'Hérodote, loin d'attribuer la retraite de Sennacherib à *une maladie contagieuse,* dont cet historien ne dit pas un mot, la rapporte à une cause miraculeuse, mais infiniment plus singulière et plus incroyable que celle qu'Isaïe lui assigne. Les philosophes de nos jours préfèrent le texte d'Hérodote à celui d'Isaïe, qui était contemporain, à celui des auteurs du quatrième livre des Rois et du second livre des Paralipomènes, qui écrivaient au plus tard dans le siècle suivant. Ces écrivains, en attribuant cet événement, non *à des rats,* comme Hérodote, mais à *un ange exterminateur,* n'excluaient pourtant pas les moyens sensibles par lesquels la fuite de Sennacherib put être opérée. Quand Dieu, pour punir la présomption de David affligea Jérusalem et son royaume du fléau de la peste, un ange en fut le ministre invisible. Ceux qui tombèrent sous le glaive redoutable dont il était armé, éprouvèrent l'effet meurtrier des causes secondes que cet ange mettait en action. On en pourrait dire autant de ce qui arriva dans le camp de Sennacherib. La destruction de son armée put être causée par une peste, ou par la foudre, ou par quelqu'un de ces vents brûlants qui se font quelquefois sentir dans les déserts voisins, ou même par Séthon et les Egyptiens qui purent attaquer les Assyriens à l'improviste; et de là vient peut-être que ceux-ci en mémoire de cette action érigèrent une statue à Séthon tenant en main *une souris,* symbole de destruction parmi les Egyptiens, ce qui dans la suite put donner lieu à l'histoire des *rats rongeurs* d'Hérodote. Quoi qu'il en soit, non seulement *des philosophes,* mais toutes les personnes impartiales devraient préférer le récit d'Isaïe à celui d'Hérodote, si des fables débitées par des païens n'avaient pas pour nos *sages,* aveuglés par leurs préjugés et leur haine pour la religion, des charmes que ne saurait avoir la vérité racontée par des auteurs juifs. Quiconque voudra y réfléchir attentivement, trouvera dans Hérodote le fonds de vérité contenu dans les écrivains sacrés. On y remarque la *fuite subite de Sennacherib* causée par un *miracle* qui mit *pendant la nuit* le trouble et la confusion dans son camp. Le fait est le même, quoique enveloppé chez Hérodote de circonstances fabuleuses, imaginées par les Egyptiens pour attribuer ce miracle à leur roi, prêtre de Vulcain. (Duclot.)

graviter ferebant filios et amicos extinctos, ut eorum placaret animos, aut manus effugeret, promisit deo suo suorum filiorum victimam : quod cùm filii fuissent odorati, præverterunt parentis consilia, ipsiusque cædem maturè occupaverunt. Vide Abulens. supra, q. 30. Quamdiù verò vixerit in Ninive ab eâ clade quam divinitùs accepit, non constat, sed vixisse aliquos dies non paucos, verisimile est ex c. 1 Tobiæ, ubi traditur reversum è Judæâ vexâsse vehementer Judæos, et eorum plurimos occidisse, ita ut Tobias bonis suis spoliatus à rege cum uxorem aufugerit. Ab hâc autem fugâ post 40 dies Sennacherib dicitur obtruncatus à filiis.

Quærit Abulens. supra, q. 30, cur Sennacherib cum aliis multis non fuerit ab angelo percussus propè Jerusalem; et rationes affert varias, quas apud illum vide. Nos cum Hieronymo dicimus ideò fuisse servatum, ut cognosceret potentiam contra quam superbè atque impiè fuerat locutus. Addo ego ut ignominiam subiret fugæ tum in suis, tum in aliorum regnis, quæ victor non multò ante lustraverat, quæ superbo regi multò erat ipsâ morte acerbior. Deinde sicut Pharao extremus omnium periit, ut sui regni plagas et primogenitorum mortem priùs videret, et Sedeciæ non priùs effossi sunt oculi quàm filiorum cædem aspexit; sic neque Assyrio regi vita erepta priùs est quàm cædem suorum, quàm regni perturbationem et lacrymas, quàm suorum motus contra se incitatos spectare contigit. Accedit quòd mortem pertulit illatam à filiis; quo quid acerbius? Non ergo evasit angeli gladium, ut mortem declinaret, sed ut duriùs atque ignominiosiùs periret. (1)

(1) VERS. 37. — CUMQUE ADORARET IN TEMPLO NESROCH DEUM SUUM. ., FILII EJUS PERCUSSERUNT EUM GLADIO. Docet Tobias 1, 21, Sennacheribum, ut Niniven rediit, curas omnes convertisse ad lacessendos Israelitas; sed vix elapsis quadraginta quinque, vel ex Græco, quinquaginta quinque diebus, à filiis interfectum, quos subodoratos fuisse docent Rabbini, et cum illis plures, patrem suum de offerendis illis in sacrificium numini cogitâsse. Deus Nesroch, נסרך penitùs latet : appellant illum Septuaginta Μεσεράχ, *Meserach*, sive Ἐσοράχ, et Josephus Ἀράσκην, *Arasken*, quo ille nomine nuncupat templum, ubi Sennacherib cæsus est. Apud Hebræum Tobiæ à Munstero vulgatum, est *Dagon*.

FUGERUNT IN TERRAM ARMENIORUM. Hebræus : *In terram Ararat*. Actum est à nobis alibi de montibus Ararat in Armeniâ, quorum celebre est nomen ex arcâ Noe, quæ vertici illorum insedit. Ea gens bellicosissima habita est, suæque libertatis studiosissima, quam adversùs Assyrios et Persas nunquàm non defenderunt.

REGNAVIT ASARHADDON FILIUS EJUS PRO EO. Creditur *Adramelechum* et *Sarasarum* duos fuisse filios Sennacheribi, natu majores, ad quos jus hæreditatis regni pertinebat; sed in odium parricidii exclusos fuisse. Asarhaddon appellatur *Sargon* in Isaiâ 20, 1, et *Achirdon* in Tobiâ, 1, 24, et *Assaraddin* apud Ptolemæum. (Calmet.)

CAPUT XX.

1. In diebus illis ægrotavit Ezechias usque ad mortem; et venit ad eum Isaias filius Amos, propheta, dixitque ei : Hæc dicit Dominus Deus : Præcipe domui tuæ, morieris enim tu, et non vives.

2. Qui convertit faciem suam ad parietem, et oravit Dominum, dicens :

3. Obsecro, Domine, memento, quæso, quomodò ambulaverim coram te in veritate et in corde perfecto, et quod placitum est coram te fecerim. Flevit itaque Ezechias fletu magno.

4. Et antequàm egrederetur Isaias mediam partem atrii, factus est sermo Domini ad eum, dicens :

5. Revertere, et dic Ezechiæ, duci populi mei : Hæc dicit Dominus Deus David patris tui : Audivi orationem tuam, et vidi lacrymas tuas : et ecce sanavi te, die tertio ascendes templum Domini;

6. Et addam diebus tuis quindecim an-

CHAPITRE XX.

1. En ce temps-là, Ezéchias fut malade jusqu'à la mort; et le prophète Isaïe, fils d'Amos, vint le trouver, et lui dit : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Mettez ordre à votre maison, car vous ne vivrez pas *davantage*, mais vous mourrez.

2. Alors Ezéchias tourna le visage vers la muraille, et pria le Seigneur, disant :

3. Seigneur, souvenez-vous, je vous prie, de quelle manière j'ai marché devant vous dans la vérité et avec un cœur parfait, et que j'ai fait ce qui vous était agréable. Ezéchias versa ensuite une grande abondance de larmes.

4. Et avant qu'Isaïe eût passé la moitié du vestibule, le Seigneur lui parla, disant :

5. Retournez, et dites à Ezéchias, chef de mon peuple : Voici ce que dit le Seigneur, Dieu de David, votre père : J'ai entendu votre prière et j'ai vu vos larmes, et voici que je vous ai guéri; dans trois jours vous irez au temple du Seigneur;

6. Et j'ajouterai encore quinze années aux

nos ; sed et de manu regis Assyriorum liberabo te et civitatem hanc, et protegam urbem istam propter me et propter David servum meum.

7. Dixitque Isaias : Afferte massam ficorum. Quam cùm attulissent, et posuissent super ulcus ejus, curatus est.

8. Dixerat autem Ezechias ad Isaiam : Quod erit signum quia Dominus me sanabit et quia ascensurus sum die tertiâ templum Domini ?

9. Cui ait Isaias : Hoc erit signum à Domino quòd facturus sit Dominus sermonem quem locutus est : Vis ut ascendat umbra decem lineis, an ut revertatur totidem gradibus ?

10. Et ait Ezechias : Facile est umbram crescere decem lineis, nec hoc volo ut fiat, set ut revertatur retrorsùm decem gradibus.

11. Invocavit itaque Isaias propheta Dominum, et reduxit umbram per lineas quibus jam descenderat in horologio Achaz, retrorsùm decem gradibus.

12. In tempore illo misit Berodach Baladan, filius Baladan, rex Babyloniorum litteras et munera ad Ezechiam, audierat enim quòd ægrotâsset Ezechias.

13. Lætatus est autem in adventu eorum Ezechias, et ostendit eis domum aromatum, et aurum et argentum, et pigmenta varia, unguenta quoque, et domum vasorum suorum, et omnia quæ habere poterat in thesauris suis ; non fuit quod non monstraret eis Ezechias in domo suâ et in omni potestate suâ.

14. Venit autem Isaias propheta ad regem Ezechiam, dixitque ei : Quid dixerunt viri isti, aut unde venerunt ad te ? Cui ait Ezechias : De terrâ longinquâ venerunt ad me, de Babylone.

15. At ille respondit : Quid viderunt in domo tuâ ? Ait Ezechias : Omnia quæcumque sunt in domo meâ viderunt ; nihil est quod non monstraverim eis in thesauris meis.

16. Dixit itaque Isaias Ezechiæ : Audi sermonem Domini :

17. Ecce dies venient, et auferentur

jours de votre vie ; de plus je vous délivrerai, vous et cette ville, de la main du roi des Assyriens, et je la protégerai à cause de moi-même et en considération de David, mon serviteur.

7. Alors Isaïe dit : Apportez-moi une masse de figues. On la lui apporta, on la mit sur l'ulcère du roi, et il fut guéri.

8. Or, Ezéchias avait dit à Isaïe : Quel signe aurai-je que le Seigneur me guérira et que j'irai dans trois jours au temple ?

9. Isaïe lui répondit : Voici le signe que le Seigneur vous donnera pour vous assurer qu'il accomplira la parole qu'il a dite en votre faveur : Voulez-vous que l'ombre s'avance de dix lignes, ou qu'elle retourne en arrière de dix degrés ?

10. Ezéchias lui dit : Il est aisé que l'ombre s'avance de dix lignes, et ce n'est pas ce que je désire que le Seigneur fasse ; mais qu'il la fasse retourner en arrière de dix degrés.

11. Le prophète Isaïe invoqua donc le Seigneur, et il ramena l'ombre en arrière sur l'horloge d'Achaz par les dix degrés par lesquels elle était déjà descendue.

12. En ce temps-là Bérodach Baladan, fils de Baladan, roi des Babyloniens, envoya *des ambassadeurs* avec des lettres et des présents à Ezéchias, parce qu'il avait su qu'il avait été malade *et guéri miraculeusement*.

13. Et Ezéchias se réjouit de leur arrivée ; et il leur montra la maison des parfums, l'or et l'argent, tous les aromates et les huiles de senteur, et la maison de ses vases précieux, ainsi que tout ce qu'il avait dans ses trésors. Il n'y eut rien dans tout son palais ni de tout ce qui était à lui qu'il ne leur fît voir.

14. Or, le prophète Isaïe vint vers le roi Ezéchias, et lui dit : Que vous ont dit ces hommes ? et d'où sont-ils venus pour vous parler ? Ezéchias lui répondit : Ils sont venus vers moi d'un pays fort éloigné, de Babylone.

15. Isaïe lui dit : Qu'ont-ils vu dans votre maison ? Ezéchias répondit : Ils ont vu tout ce qu'il y a dans mon palais ; il n'y a rien dans tous mes trésors que je ne leur aie fait voir.

16. Alors Isaïe dit à Ezéchias : Ecoutez la parole du Seigneur *des armées :*

17. Il viendra un temps où tout ce qui est

omnia quæ sunt in domo tuâ, et quæ condiderunt patres tui usque in diem hanc, in Babylonem; non remanebit quidquam, ait Dominus.

18. Sed et de filiis tuis qui egredientur ex te, quos generabis, tollentur, et erunt eunuchi in palatio regis Babylonis.

19. Dixit Ezechias ad Isaiam : Bonus sermo Domini quem locutus es : sit pax et veritas in diebus meis.

20. Reliqua autem sermonum Ezechiæ, et omnis fortitudo ejus, et quomodò fecerit piscinam et aquæductum, et introduxerit aquas in civitatem, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Juda?

21. Dormivitque Ezechias cum patribus suis, et regnavit Manasses filius ejus pro eo.

dans votre maison, et tout ce que vos pères y ont amassé jusqu'à ce jour, sera transporté en Babylone, sans qu'il en demeure rien, dit le Seigneur.

18. Vos enfants mêmes qui seront sortis de vous, que vous aurez engendrés, seront pris alors pour être eunuques dans le palais du roi de Babylone.

19. Ezéchias répondit à Isaïe : La parole du Seigneur que vous me dites est juste; *mais* que la paix et la vérité soient *au moins* pendant mes jours.

20. Le reste des actions d'Ezéchias, son grand courage, et de quelle manière il fit une piscine et un aqueduc pour donner des eaux à la ville, tout cela est écrit au livre des Annales des rois de Juda.

21. Et Ezéchias s'endormit avec ses pères, et Manassès, son fils, régna en sa place.

COMMENTARIUM.

Vers. 1.—In diebus illis ægrotavit Ezechias usque ad mortem. Dubitant hìc interpretes quo tempore ægrotârit Ezechias, an quo tempore Sennacherib grassabatur per Judæam, vel dùm bella cum Æthiopibus gereret, aut certè post cladem ab angelo divinitùs acceptam. Quidam nondùm recessisse putant Sennacherib ex Judææ finibus, quia statim v. 6 dicitur : *De manu regis Assyriorum eruam te, et civitatem istam.* Et hoc mihi videtur omninò dicendum, aut saltem cùm primùm perculsus Sennacherib nuntio de Æthiopum adventu contra illos statim castra convertit. Nam quòd priùs narretur strages exercitûs Assyrii, parùm incommodat, quia per prolepsim claritatis gratiâ plurima ante suum tempus commemorari solent. Et hìc peculiaris est ratio ut ostendatur impletum esse quod à Domino fuerat prædictum. Sed probat hìc Abulens. q. 2, quia, ut liquet 4 Reg. c. 18, et 2 Paral. c. 29, regnavit Ezechias annos viginti novem. Deinde habemus Isaiæ c. 26 venisse Sennacherib in Judæam anno decimo quarto regni Ezechiæ : vixit autem Ezechias post morbum quindecim annos, ut ex hoc capite perspicuum est. Ergo necesse est, ut paulò post adventum Sennacherib, id est, decimo quarto regni sui, morbo isto laboraret Ezechias; neque enim aliter viginti novem anni compleri ac definiri possunt. Si ante adventum Sennacherib morbum istum ponas, id est, ante annum Ezechiæ decimum quartum, minùs viginti novem annis regnâsse deprehendetur Ezechias; si post deletum Sennacherib (quod censet Historia Scholastica, et Josephus lib. 10 Antiq. c. 3), cùm cædes illa contigerit duobus annis post adventum Assyriorum contra Judæam, ut ex capite superiori planè constat, si illos addas quatuordecim, quos ante illum adventum in regno peregerat Ezechias, erunt sexdecim ante quindecim alios, quos solutus jam à morbo vixit Ezechias; atque ideò unum et triginta annos dicetur regnâsse, contra quàm docet Scriptura, quæ regnum Ezechiæ viginti novem annis definit.

De morbi genere divinant auctores. Vide Abulens. hìc q. 3; nobis satis est morbum fuisse lethalem. Cur immissus à Deo non constat; Hieron. putat ideò illo lethali morbo fuisse percussum, ne glorioso rerum eventu insolesceret. Quem sequuntur alii. Quod mihi videtur verisimile, modò ne hoc accidisse dicatur post deletos Assyrios, sed præmissum esse morbum, ne postea tam illustri atque inopinatâ victoriâ regis animus intumesceret. Res enim secundæ sanctorum etiam hominum animos immoderatiùs efferunt, quod statim atque à morbo convaluit, passus est Ezechias, ut capite sequenti videbimus, et apertè dicitur lib. 2 Paralip. cap. 33: *Sed non juxta beneficia quæ acceperat retribuit, quia elevatum est cor ejus.*

Morieris enim tu, et non vives. Solet Scriptura significare id esse futurum, quod rerum natura fert ut fiat, etiamsi Deus naturæ vim

et efficaciam impediturus sit. Exempla plura adduximus Actor. c. 23, n. 15; nunc accipe quoddam rei propositæ valdè accommodatum. 4 Reg. 8 rogatus Eliseus à Benadad rege Syriæ an ex infirmitate esset evasurus, respondit: *Sanaberis; porrò ostendit mihi Dominus, quia morte morieris.* Levandum à morbo dicit, quia morbus non erat ita gravis, ut illum extingueret. Quasi diceret: Quod ad vim morbi attinet, illum non esse periturum, periturum tamen alio mortis genere, nempe vi extrinsecùs allatâ, quam intulit idem Hazael à quo consultus est idem Eliseus, qui dominum Benadad in lectulo decumbentem oppressit. Sic ergo periturus erat morbo ingravescente Ezechias: neque enim medicina erat ulla, quæ vim mortiferæ qualitatis frangeret: illum tamen Deus à morbo, cui impar esset omnis medicorum industria, aut medicinarum facultas, sanitati restituit. Porrò usitatum est in Scripturâ, ut cùm aliquid verè ac seriò affirmamus, id aliis atque aliis verbis explicemus, et plerùmque adhibitâ negatione contrarii. Joannes c. 1, de Baptistâ: *Confessus est, et non negavit.* Sic Ezechielis c. 18, vers. 21 et 28: *Vitâ vivet, et non morietur.* Deut. 28, vers. 13: *Constituet te Dominus in caput, et non in caudam: et eris semper supra, et non subter,* et similia passim. Sic hoc loco, ut major concilietur fides oraculo, easdem minas iterat Isaias cum negatione contrarii: *Morieris, et non vives.*

Vers. 2. — Qui convertit faciem suam ad parietem, et oravit. Parietem quidam esse putant regii cubiculi, ne lacrymantem viderent illi, qui assidebant ægrotanti; aut quia viro forti lacrymari turpe existimabatur, aut quia lacrymis, quibus certare cum Deo constituerat, spectantium oculi parùm videbantur opportuni. Alii conversum esse credunt ad parietem templi, ut quâ ratione tunc posset, in templo videretur orare. Quod in Babylone faciebat quotidiè Daniel c. 6, qui apertis fenestris orabat contra Jerusalem. Cogitet quisque ut volet, mihi nihil est certum. (1)

Vers. 4. — Et antequam egrederetur Isaias mediam partem atrii, factus est sermo Domini ad eum, dicens, etc. Hinc apparet quantam

(1) Vers. 3. — Memento, quæso, quomodo ambulaverim coram te in veritate, sincerè, seu potiùs obsequio constanti et fideli. Justi veteris Testamenti non raró in similes preces abierunt, rogantes ut rerum à se piè ac religiose gestarum Deus meminisset. Revocat Psalmista non raró ante oculos Dei innocentiam et justitiam suam. Deumque rogat Nehemias ne obliviscatur operum pietatis à se præstitorum, templo sacrisque ritibus restitutis. In novo Testamento rariùs ita precantur justi vitam agentes mortalem. Accuratiùs didicimus [illegible] eam, in quâ versamur assiduè, necessitatem auxilii cœlitùs dari, quo præveniamur, roboremur et in incœpto firmemur; agnoscimus nunc tandem, Deum coronâ et præmio merita hominum donantem beneficia ipsa sua præmio et coronâ ornare.

Flevit itaque Ezechias fletu magno. Mirum profectò, regem sanctum, cujus de rebus egregiè pièque gestis universum ejus regnum resonabat, qui certus de innocentiâ suâ, Deum vocat testem obsequii et fidei, quâ se totum ejus obsequio tradidit; mirum, inquam, illum amaris lacrymis lugere, quòd ad mortem accedat; quasi lugendum esset, exilii finem, præmiumque virtutum suarum mox referendum adventare. Nimis ille recedit à fiduciâ Apostoli, qui morti veluti insultabat, eamque præstolabatur, desiderium habens dissolvi, et esse cum Christo. Decedebat Ezechias sine liberis, dolebatque quòd in se ipso Davidis propago desineret, atque ita perirent grandes illæ ad Davidem promissiones de Messiâ Israelis liberatore: *Iste omnis fletus est, quia desperabat Christum de suo semine nasciturum.* Manasses, Ezechiæ successor, post quindecim ab eo morbo annos, duodecim annorum puer regnum capessivit. (Calmet.)

« Ezéchias, dit Voltaire, est représenté « comme un prince lâche et pusillanime qui se « met à pleurer quand un inconnu a l'indis« crétion de lui dire qu'il est en danger. » Ainsi Isaïe, qui avait rempli le ministère prophétique sous les règnes d'Osias, de Joathan et d'Achaz, qui avait eu avec ce dernier la célèbre conférence marquée au chapitre septième de sa prophétie et dont nous parlerons en son lieu, était un *inconnu* par rapport à Ezéchias, son fils et son successeur, sous lequel il continua de prophétiser. Cependant Ezéchias le *connaissait* si bien que peu de temps avant sa maladie il lui avait envoyé une députation composée des principaux officiers de sa cour. Saint Jérôme et le docte Abarbanel assurent même qu'Isaïe était de la famille de David et cousin d'Ezéchias. La déclaration d'un prophète aussi accrédité que l'était Isaïe devait naturellement jeter la consternation dans le cœur d'un prince encore jeune, et qui se voyait sans postérité. Qui peut donc avoir donné à l'incrédule tant d'humeur contre Ezéchias? C'est que ce prince *eut recours à Dieu* et qu'il obtint sa guérison. Il le témoigne assez en disant « que le mal « d'Ezéchias était bien peu de chose, puisqu'on « le guérit avec un *emplâtre* de figues. » Il avait dit ailleurs qu'Isaïe se fit apporter un « *cataplasme* de figues qu'on appliqua sur les « ulcères du roi. » Le critique affecte toujours de se servir de termes *bas* et *ignobles* dans sa prétendue traduction de l'Ecriture, et il multiplie ici *les ulcères* d'Ezéchias. La maladie de ce prince, à en juger par le remède que le prophète y appliqua et par la promptitude de la guérison, semble avoir été un abcès à la gorge que l'application des figues fit mûrir. Au reste, plus le remède paraît inefficace par sa nature, plus la puissance de Dieu se manifesta dans l'effet qu'il produisit. (Duclot.)

habuerint vim lacrymæ et preces Ezechiæ, et quàm Dei animus mollis sit, et ad miserendum pronus, quem tam citò ad misericordiam inflectunt miserorum gemitus; neque verò exiguum fuit, aut lentum Domini beneficium: nam tertio ab illâ promissione die templum adiit robustus et vegetus Ezechias, et quindecim annorum insuper usuram concessit. (1)

Vers. 7. — Afferte massam ficorum. An ea fuerit morbi natura ut ficuum cataplasmate leniri curarique potuerit, vel cui potiùs ficus adhibitæ nocerent, ut magis appareret Dei potentia, qui rebus interdùm noxiis atque contrariis medicinam facit, nihil est certum: sanè Elias lib. 3, c. 18, ut constaret sacrificium inflammari divinitùs, illud aquâ abundanter respersit, quæ ignem non advocat aut fovet, sed potiùs extinguit. Eliseus ut aquas amaras et steriles dulces redderet atque potabiles, salem in illas misit, lib. 4 Reg. c. 2, cùm tamen sal sterilitatem et amaritiem inducat. De utroque sunt qui cogitent, sed omnes, ut opinor, divinant: neque ego hìc divinare volo, aut in alienâ materiâ immorari diutiùs. Hoc medicorum est opus. Vide Vallesium in sacrâ Philosophiâ c. 39, ubi hâc de re latè. Ego non dubito hìc aliquid supra naturæ medicinæque vires accidisse: ut enim aliquid ad sanitatem ficuum cataplasma contulerit; at tridui spatio moribundum hominem ita confirmare, ut templum obire sine ullo valetudinis incommodo potuerit, aliquid supra physicam facultatem intercessisse probat. (2)

(1) Vers. 6. — De manu regis Assyriorum liberabo te. Gesta hæc fuisse creduntur, antequàm Sennacheribus Niniven reverteretur: quam tamen opinionem hic textus non satis apertè tuetur. Potuit enim Ezechias metuere Asarhaddonem, qui alias copias sub *Tharthan* duce misit in Palæstinam. Neque ego libenter desero seriem et ordinem rerum in libris sacris deductum, nisi valida id argumenta suadeant. Morbum hunc Ezechiæ post reditum et obitum Sennacheribi referunt Paralipomena. Isaias, et quartus liber Regum. (Calmet.)

(2) Vers. 10. — Et ait Ezechias: Facile est umbram crescere decem lineis: nec hoc volo ut fiat, sed ut revertatur retrorsum decem gradibus.

« Ezéchias, dit Voltaire, paraît un imbé« cile de croire qu'il est plus aisé d'avancer « l'ombre que de la reculer. » Est-on imbécile parce qu'on se trompe? la progression subite de l'ombre serait quelque chose d'aussi étonnant aux yeux d'un astronome que le peut être sa rétrogradation. Il n'en est pas de même du commun des hommes; accoutumés à voir l'ombre avancer sans reculer jamais, ils imaginent moins de difficulté dans sa progression accélérée que dans sa rétrogradation.

« Dans l'un et l'autre cas, les lois de la na« ture sont également interrompues. » D'accord, et il résulte de là qu'Ézéchias était très-peu versé dans l'astronomie, et qu'il n'avait peut-être même aucun principe de cette science; mais il est absurde d'en conclure qu'il était *imbécile*. L'incrédule qui ne veut admettre aucun miracle a beaucoup insisté sur l'impossibilité de celui-ci. C'est surtout dans ses Questions sur l'Encyclopédie qu'il l'a attaqué plus studieusement.

« Il est connu, dit-il, que tout est prodige « dans l'histoire des Juifs. Le miracle fait en « faveur du roi Ezéchias sur son horloge ap« pelée l'horloge d'Achaz est un des plus grands « qui se soient jamais opérés. Il dut être aper« çu de toute la terre, avoir dérangé à jamais « tout le cours des astres, et particulièrement « les moments des éclipses du soleil et de la « lune. Il dut brouiller toutes les éphémérides. « C'est pour la seconde fois que ce prodige ar« riva. Josué avait arrêté à midi le soleil sur « Gabaon et la lune sur Aïalon pour avoir le « temps de tuer une troupe d'Amorrhéens déjà « écrasés par une pluie de pierres tombées du « ciel. Le soleil, au lieu de s'arrêter pour le « roi Ezéchias, retourna en arrière, ce qui est « à peu près la même aventure, mais différem« ment combinée..... On demande ce que pou« vait être cette horloge d'Achaz; si elle était « de la façon d'un horloger nommé Achaz, ou « si c'était un présent fait autrefois au roi du « même nom..... On a beaucoup disputé sur « cette horloge: les savants ont prouvé que les « Juifs n'avaient jamais connu ni horloge ni « gnomon avant leur captivité à Babylone, « seul temps où ils apprirent quelque chose « des Chaldéens, et où même le gros de la na« tion commença, dit-on, à lire et à écrire. On « sait même que dans leur langue ils n'avaient « aucun terme pour exprimer horloge, cadran, « géométrie, astronomie; et dans le texte du « livre des Rois, l'horloge d'Achaz est appelée « l'*Heure de la pierre*.

« Mais la grande question est de savoir com« ment le roi Ezéchias, possesseur de ce ca« dran ou gnomon au soleil, de cette heure « de la pierre, pouvait dire qu'il était aisé de « faire avancer le soleil de dix degrés; il est « certainement aussi difficile de le faire avan« cer contre l'ordre du mouvement que de le « faire reculer.

« La proposition du prophète paraît aussi « étrange que le propos du roi. *Voulez-vous « que l'ombre avance en ce moment ou recule de « dix heures?* Cela eût été bon à dire dans quel« que ville de la Laponie, où le plus long jour « de l'année eût été de vingt heures; mais à « Jérusalem, où le plus long jour de l'année est « d'environ quatorze heures et demie, cela est « absurde. Le roi et le prophète se trompaient « tous deux grossièrement. Nous ne nions pas « le miracle, nous le croyons très-vrai; nous « remarquons seulement qu'Ezéchias et Isaïe « ne disaient pas ce qu'ils devaient dire. Quel-

Vers. 11. — Invocavitque Isaias propheta Dominum, et reduxit umbram per lineas quibus jam descenderat in horologio Achaz retrorsum decem gradibus. Non petierat Ezechias signum

revocandæ salutis, imò et vitæ quam jam amisisse videbatur, et accessionis quindecim annorum ad transactam ætatem, et tamen offert liberaliter Deus. Imò, sicut fecerat Isai. c. 7, ejus parenti Achaz, optionem dat, malitne ut umbra ascendat decem lineas, an ut totidem gradus redeat retrorsùm. Elegit hoc posterius, quia naturâ suâ difficilius, atque

« que heure qu'il fût alors, c'était une chose « impossible qu'il fût égal de faire reculer ou « avancer l'ombre du cadran de dix heures. « S'il était deux heures après midi, le prophète « pouvait très-bien sans doute faire reculer « l'ombre à quatre heures du matin ; mais en « ce cas il ne pouvait pas la faire avancer de « dix heures, puisqu'alors il eût été minuit, et « qu'à minuit il est rare d'avoir l'ombre du « soleil.

« Il est difficile de deviner le temps où cette « histoire fut écrite ; mais ce ne peut être que « vers le temps où les Juifs apprirent confu« sément qu'il y avait des gnomons et des ca« drans au soleil. Or, il est de fait qu'ils n'eu« rent une connaissance très-imparfaite de ces « sciences qu'à Babylone.

« Il y a encore une plus grande difficulté, « c'est que les Juifs ne comptaient point par « heures comme nous ; c'est à quoi les com« mentateurs n'ont point pensé. »

Nous allons répondre à toutes les difficultés du dissertateur en suivant cependant un ordre different du sien, mais plus naturel. Hérodote, parlant des Babyloniens, dit que les Grecs ont reçu d'eux la connaissance du pôle, du gnomon ou style, et la division du jour en diverses parties. Vitruve écrit que l'on attribue à Bérose de Chaldée l'invention du cadran solaire formé en demi-rond.

On voit tous les jours l'accroissement et le décroissement de l'ombre causée par l'interposition de quelque corps opposé au soleil. Voilà le cadran tout trouvé et présenté des mains de la nature. Qu'on juge si les Chaldéens, qui faisaient déjà des observations célestes et qui calculaient déjà des éclipses au temps du règne d'Achaz, n'avaient pas saisi un phénomène si facile et qu'ils avaient continuellement sous les yeux! Est-il étonnant qu'Achaz, roi de Juda, qui était en relation très-étroite avec le roi de Babylone, qui s'était même rendu tributaire de ce monarque, en ait reçu un cadran solaire, en supposant que les Juifs n'en avaient encore aucune connaissance ? Le critique reproche aux Israélites cette ignorance ; mais ils étaient à cet égard dans le même cas que presque tous les autres peuples ; dans le même cas que les Grecs, puisque Xénophon est le premier où l'on en trouve quelque mention.

Le cadran d'Achaz est nommé dans l'original *les degrés d'Achaz*. Plusieurs savants pensent que ces dix degrés étaient les degrés de l'escalier du palais d'Ezéchias, au haut desquels était posée une aiguille dont l'ombre plus ou moins prolongée marquait les différentes parties du jour. Le critique dit que cette horloge est appelée au livre des Rois l'*Heure de la pierre*, cela est faux ; il a confondu le texte hébreu avec la paraphrase chaldéenne, où cette horloge est appelée non l'*Heure de la pierre*, mais la *Pierre des heures*, ce qui présente un sens raisonnable, au lieu que l'expression du critique est ridicule.

De quelle manière ce cadran était-il gradué? En combien de parties partageait-il le jour dans les différentes saisons? Combien valaient les dix degrés ou les dix lignes sur lesquelles Isaïe fit rétrograder l'ombre ? c'est ce que nous ignorons parfaitement. Le critique veut que ce soient des *heures*; et quelques lignes plus bas, il dit que *les Juifs ne comptaient point par heures*. Ce qui paraît le plus probable est que, comme les Babyloniens avaient divisé le cercle en soixante parties ou soixante degrés, ils avaient partagé de même le cercle que le soleil parcourt en un jour ; qu'ainsi dix degrés sur le cadran d'Achaz pouvaient marquer un espace de quatre de nos heures, soit la sixième partie d'un jour que nous divisons en vingt-quatre heures ; mais on ne sait point si chacun de ces degrés n'était pas partagé en plusieurs subdivisions ; et alors dix lignes auraient pu marquer moins d'une heure. Ce qui augmente la difficulté c'est que les anciens ne divisaient pas comme nous le jour et la nuit en vingt-quatre parties égales ; le mot *heure* ne signifiait pas chez eux la même chose que chez nous, et nous ignorons si les heures babyloniennes n'étaient pas inégales, suivant les différentes saisons, comme chez les autres peuples. Quoi qu'il en soit, il n'est pas nécessaire de supposer que les dix lignes du cadran d'Achaz, sur lesquelles l'ombre rétrograda, désignaient un long espace de temps ; quand elles auraient marqué seulement un tiers, un quart de nos heures, ou même moins, le miracle n'en aurait pas été moins sensible ni moins frappant pour Ezéchias.

Pour répondre à présent aux principales difficultés de l'incrédule, examinons ce que le texte dit. Le sens littéral est : *L'Eternel fit retourner l'ombre par les degrés par lesquels elle était descendue au cadran d'Achaz, dix degrés en arrière.* Ces paroles montrent que l'historien sacré a exprimé ce miracle en des termes à la portée du vulgaire et cependant conformes au vrai système du repos du soleil.

A la vérité, Isaïe, qui rapporte l'histoire presque dans ces mêmes termes, et qui ne fait mention de l'ombre que quand il propose au roi de choisir si elle irait en arrière ou en avant, ajoute que le soleil retourna de dix degrés qu'il avait déjà parcourus. Mais il est clair qu'il n'a entendu parler que des rayons de cet astre, C'est ainsi que le prophète dit : *Le soleil ne donnera point sur toi de jour, ni la lune de nuit*, et Jonas, que *le soleil plongeait sur sa tête* : ce qui ne peut être entendu que de leurs rayons. Il n'y a rien de plus commun dans toutes les langues que cette façon de parler : *Le soleil entre par telle fenêtre ou par tel endroit de la maison.* Ainsi la version la plus naturelle des paroles du prophète est : *Les rayons du soleil* (par une inflexion miraculeuse) *firent retourner sur le cadran d'Achaz l'ombre de dix degrés qu'elle avait déjà passés.* Ce miracle suffisait pour dissiper les doutes du roi, sans qu'il soit nécessaire de l'amplifier ou de

ideò naturâ suâ certius promissorum pignus.

Hìc longa quæstio est inter auctores, an sol retrorsùm redierit decem horas, seu cùm inceptum teneret cursum, umbra tamen in horologio contra suam naturam retrò verteretur, cùm contra progredi debuisset, ita ut non in sole, sed in umbrâ factum fuerit miraculum. Sunt qui putent solem non stetisse solùm, ut tempore Josue, sed repetito spatio, quod jam fuerat emensus, decem lineas, id est, decem horas retrorsùm rediisse. Quare cùm sol in regressu decem horas et totidem in progressu consumpserit, sequitur diem illum fuisse solito longiorem 20 horis. Quòd si jam sol erat occasui proximus, quia jam decem horarum spatium confecerat, quod rursùs remetiendum repetito circulo, ita ut ad duodecimam horam duæ superessent, quod necessariò videtur esse dicendum, fit diem illum horas habuisse triginta duas. Et ita putat August. lib. 2, cap. 48 de Mirabilibus Scripturæ; et Dionysius epistolâ ad Polycarpum, et Glycas ex sententiâ Hippolyti parte 2 Annalium. Quare dies ille fermè triplicatus est.

Alii brevissimo tempore factam esse putant mutationem illam, ita tamen ut observari commodè potuerit in horologio Achaz revocata decem gradibus umbra. Quod fieri potuit majori solis incitatione: neque enim necesse fuit, ut ordine ac morâ solitâ sol in spatio cujusvis gradûs lustrando horam unam consumeret. Ita Cajetanus hìc, Procopius super Isaiam, et alii plures, cujus ratio non levis est, quia Deus optionem dedit Ezechiæ, utrùm mallet, vel in horologio Achaz umbram decem lineas descendere, aut ascendere totidem; quòd si more solito descensuræ essent umbræ, consumptâ horâ in singulis spatiis, nullum esset

le multiplier, comme ont fait quelques Pères, et plusieurs après eux.

Car de supposer, comme ils font, que le soleil rétrograda, ou du moins la terre seule, c'est une opération inutile; il n'était pas question d'allonger le jour comme du temps de Josué, mais seulement de faire reculer l'ombre de quelques degrés : d'ailleurs cette supposition semble absurde; car ce mouvement extraordinaire doit s'être fait tout d'un coup, ce qui, eu égard à la vitesse du mouvement de la terre, est à peine concevable; ou bien, par une progression ordinaire, ce qui aurait difficilement été aperçu par Ezéchias, en cas que ce prince eût demandé que l'ombre allât en avant. Cependant le fait est raconté comme étant arrivé tout à coup et point par degrés; ainsi il n'est nullement besoin de supposer que Dieu interposa son pouvoir pour faire tourner la terre dans un sens opposé à celui de sa révolution journalière, puisque la seule inflexion des rayons du soleil suffisait. Un nuage épais placé devant cet astre, qui en réfléchit la lumière contre le lieu d'où il était venu, put seul opérer cette merveille; dès lors, plus de désordres dans le cours des astres, plus de variations dans les éphémérides, plus d'incertitude pour les éclipses. Ce phénomène ainsi expliqué n'en est pas moins un miracle incontestable. Car quand il y aurait eu une cause naturelle capable de produire une réfraction considérable des rayons du soleil, cette cause n'a pas pu se trouver présente, à point nommé, pour agir à la volonté du roi et du prophète.

On dira peut-être qu'un de ces miracles ne coûtait pas plus à Dieu que l'autre. Cette objection est si peu philosophique qu'elle ne mérite pas d'être réfutée. Quoique tout soit également facile à une puissance sans bornes, il n'en est pas moins vrai que Dieu agit avec la même simplicité dans l'économie des miracles que dans celle de la nature.

Cette explication résout donc toutes les difficultés de l'incrédule, et épargne bien des discussions inutiles : par exemple, de combien le jour fut allongé par ce miracle? si cette irrégularité fut réparée dans la suite, soit en retranchant de la nuit ce qui avait été donné de trop au jour, ou de quelqu'autre façon? si le miracle fut aperçu dans les autres pays de la terre, ou seulement dans la Judée? et plusieurs autres questions pareilles.

Nous finirons cette note en relevant quelques fautes que l'auteur des questions y a insérées par occasion.

Isaïe dit à Ezéchias : *Mettez ordre à votre maison; car vous mourrez, et vous ne vivrez pas.* Rien de plus commun dans la langue hébraïque que d'exprimer deux fois la même chose par des termes différents, ou par le même terme répété deux fois. Ainsi on trouve, *peccatum peccavit, confessus est, et non negavit*, etc. Aristophane chez les Grecs a dit de même, en parlant d'une femme : *formâ formosa, magnitudine magna, arte artifex.* Voltaire, qui n'ignorait pas ces pléonasmes, a traduit : *Vous mourrez*, et alors *vous ne vivrez plus.* Chacun voit le ridicule que ce mot *alors* répand sur les paroles du prophète.

« Le gros de la nation des Juifs commença, « dit-on, à lire et à écrire pendant la captivité « de Babylone. » Quoi! les Israélites, qui vivaient dans l'abondance, qui étaient propriétaires des terres qu'ils cultivaient, auront demeuré 800 ans voisins des Phéniciens, inventeurs des lettres, sans avoir appris un art si utile! c'est une absurdité qu'il n'est permis qu'à des incrédules passionnés d'avancer. Mais, disent-ils, les Israélites n'étaient dans ce temps-là, que des bergers et des laboureurs; soit, si l'on veut; mais qu'étaient alors les Grecs et les Romains que nous estimons tant? avaient-ils des occupations différentes? n'est-ce pas à la charrue qu'on allait chercher Quintius Cincinnatus pour le mettre à la tête de la république? il ne faut pas se figurer tous ces anciens peuples comme certaines gens de la campagne qui vivent parmi nous. Voyez les mœurs des Israélites de M. Fleury. (Duclot.)

miraculum; esset autem magnum si brevissimo tempore umbra illas lustraret lineas, notaretque, quas nonnisi longo percurrere consuevisset. Idem ergo promisit in ascensu quod promisisse in descensu videbatur. Idem sentiunt quidam Hebræorum. Neque huic sententiæ, inquit Cajetanus, obstat quod etiam in progressu magnum esset miraculum, neque esset cur Ezechias magis eligeret regressum, quia in progressu motus ille umbræ naturalis erat, quod ad rem, etiamsi quoad modum esset miraculosus: at in regressu non solùm modus ipse, sed etiam motus fieri non poterat sine magno miraculo.

Alii putant diem illum decem tantùm horis fuisse longiorem, quia lineæ in horologio illo Achaz spatium diei non horis, sed semihoris distinguebant. Et in his est Abul. supra, quod gravi, meo judicio, ratione confirmat. Nam cùm Deus optionem dedit Ezechiæ, ut eligeret, aut utrùm mallet, umbram progredi, aut eamdem regredi decem lineis, sine dubio illa erat descriptio horologii, et ille solis aspectus, ac situs, ut utrumque fieri, et spectari posset ab Ezechiâ. Quare sol ut minimùm decem post se lineas ad ortum, et totidem ante se ad occasum relinquebat: at dies in eo climate nunquàm augeri potest ad viginti horas. Quare necesse est ut per breviores notas et intervalla distinguerentur dierum spatia, puta per semisses aut quadrantes. Et hæc sententia omninò mihi placet, si fateamur solem revocato curriculo ad ortum retrogressum.

Aliis visum est nullo modo solem retrò fuisse conversum, sed cùm institutum teneret cursum, umbram tamen ab eo sic esse projectam, ut decem lineis erraret ab eo spatio quod juxta solis aspectum ac situm notare debuisset. Quemadmodùm in horologiis nostris sæpè fit, ut manus, sive index aliam indicet; horologia verò, præsertim rotata, aliam horam sonent. Ita censent aliqui ex Hebræis. Burgens. in 4 lib. Reg., Vatablus, Arias Montanus super Isaiam, et in hanc magis inclinat Emmanuel Sâ. Probat multis Burgensis, neque rationibus, meo judicio, adeò infirmis, sicut nonnullis visæ sunt, qui in illam sententiam duriùs sunt animati. Quæ quia mihi videtur non improbabilis, paulò accuratiùs tractanda est: et quidem esse non difficilem multa persuadent.

Primò, quia cùm hoc esset maximum signorum omnium, quæ facta sunt in cœlo, quia majus est solem retrò esse conversum tot lineas, quàm constitisse tempore Josue, aut Christo moriente fuisse obscuratum, de illo cursu retroacto solis nihil dicitur; sed tantùm de umbrâ retrorsùm versùs actâ, idque tantùm in horologio Achaz. Quod argumentum mihi grave est, quia non videtur id omittendum fuisse in eo miraculo, quod erat illustrius.

Secundò, quia signum oblatum non fuit de motu solis, sive antrorsùm, sive retrorsùm. Ut enim signum esset nullum, si sol suo naturali circulo progrederetur decem lineas, consequens est, ut non oblatum fuerit signum retrogradationis solis, quia illa duo, quæ proposita sunt Ezechiæ, contraria sunt, quorum eadem esse debet ratio. Sic enim hoc loco: *Vis ut ascendat umbra decem lineis, an ut revertatur totidem gradibus?* Quòd si progressus solis ad confirmandam spem Ezechiæ esset inutilis, sequitur neque regressum fuisse promissum. Perinde enim esset ac si dixisset Deus: Visne ut sol progrediatur, an ut regrediatur?

Tertiò, quia signum illud non videtur in sole, aut in cœlo factum, quia lib. 2, c. 32 Paral., dicuntur legati Babylonis venisse ad Ezechiam, *ut interrogarent de portento, quod acciderat super terram.* Intelligitur autem terra Juda, vulgato Scripturæ more, quæ nomine terræ aut orbis significat provinciam illam, de quâ sermo est, etiamsi signum addatur universale; si verò in sole facta fuisset aliqua mutatio, facta fuisset utique in cœlo, non super terram.

Quartò, quia si in sole fuisset illa tanta mutatio, non magis illam experiretur Judæa, quàm aliæ orbis plagæ, neque sciscitatum de portento mitterentur ad Ezechiam Babylonii legati. Quid enim rogarent, aut aliorum testimonio nôsse vellent, quod suis ipsi spectavissent oculis? aut quid suspicarentur propter unius hominis recuperatam valetudinem, tantam futuram in cœlo mutationem? aud quid crederent homines à religione alieni, quique diis suis plus tribuebant potentiæ, quàm vero Deo, quem colebant Judæi, à Judæorum Deo, et non à suis aut aliarum gentium diis illud accidisse prodigium? Audierant autem ex gravi morbo convaluisse regem, idque significatum esse illustri portento, atque ideò legati mittuntur, qui de valetudine gratulentur, et de portento quod de rumore tantùm acceperant; sicut etiam sanatum esse regem à lethali morbo, quod increduli audierant, docerentur; quod ideò sibi persuadere poterant accidisse propter regem, quia in ejus tantùm urbe, aut potiùs in ejus tantùm domo, atque

adeò in uno tantùm horologio contigisset.

Quintò, quia illud signum promittendum erat regi, quod ejus oculis propositum esse posset, quando uni regi promissum est. Quare satis illi fuit aliter notatas esse lineas, ab umbrâ, quàm ratio temporis postularet, in eo horologio quod ex suo lecto commodè spectare poterat moribundus rex : neque verò ex suo lecto retrogredientem solem spectare aut moram observare poterat. Neque illa quæ contra hanc sententiam objiciunt alii, graviter premunt. Primùm quòd non apparet quomodò, si sol à suo cursu nihil mutaret, in umbrâ, quæ solis sequitur motum, tanta fiat mutatio, ut cùm decimam horam, id est, penè postremam in horologio tangere deberet, revocato cursu Orientem versùs ad primam usque recurreret. Nam is, cujus ordinatione regitur et perseverat dies, sic potuit temperare lucem, ut impeditis solaribus radiis stylus horologii ab eâ tantùm parte lucem admitteret, ex quâ umbra in lineas à prophetâ designatas incurreret ; ad eum fermè modum quo oriente sole per fenestram, quæ ad occasum spectat, immissa lux umbram projicit adversùs solem orientem, à quo lux illa quasi reflexa nascitur.

Quod verò in hoc portento aliquando sol ascendisse, aut descendisse dicitur, apud Isaiam, *reversus est sol decem lineas*. Et Eccl. 48: *Et in diebus illis retrò rediit sol, et addidit regi vitam*, non omninò in aliam sententiam nos cogit ; nam frequens est in Scripturâ, ut causa ponatur pro effectu, quod semper aut plerùmque ex hujusmodi causâ nasci solet. Et, ut alia omittam , de sole sunt exempla non obscura Jonæ 3 : *Percussit sol super caput Jonæ, et æstuabat*, id est, radius, seu calor solis. Et quidem in hoc eodem portento *solem* figuratè positum pro *signo*, nemo inficiabitur ; dicitur enim sol Eccl. 48, regi addidisse vitam, cùm tamen illam non addiderit, ut constat, sed illius producendæ signum tantùm fuerit. Figuratè ergo immotus sol reversus dici potest, quia radius ejus, sive lux reversa est, seu reflexa : sive etiam umbra, quia illa etiam effectus quidam est solis, illam saltem ostendentis, cæteris locis splendore circumfusis. Aut certè sol reversus dicitur, quia in umbrâ reversâ signum quoddam fuit solis retrò conversi, quia communiter umbræ mutatio varia signum est variæ mutationis seu declinationis solis ; sicut sol, ut nuper dicebamus, vitam addidisse traditur regi, quia additæ regi vitæ signum fuit.

Hæc postrema mihi videntur dici posse non improbabiliter, quæ ego complecterer omninò, nisi constans penè omnium Patrum et interpretum auctoritas ab hâc cogitatione deterruisset. Ut enim durum est niti contra impetum fluminis, sic contra doctorum communem sensum. Quare, licet hæc non improbem, cum pluribus censeo esse sentiendum, remque tribus conclusionibus ita definio.

Prima est, sole ex suo cursu orientem versùs revocato umbram in horologio decem repetiisse lineas : ita August. de Mirabilibus Scripturæ lib. 2, c. 48; Dionysius epist. ad Polycarpum. Theodoretus in illud Psalm. 29 : *Audivit Dominus, et misertus est meî*. Hieronymus, Cyrillus, Procopius, Lyra, Haymo, Hugo, Adamus super Isaiam, Elias Cretensis super Nazianzenum, recentiores plerique, et in his Serarius in Josue. Neque deest aliquod admirandæ hujus novitatis vestigium apud profanos : nam Herodotus in Euterpe paulò postquàm egerat de fugâ Sennacherib, licet aliud spectans longè diversum, ait : « Intra decem millia, trecentos« que et quadraginta annos, quater solem « præter consuetudinem fuisse exortum : bis « quidem illic exortum ubi nunc occidit, bis « autem ubi nunc oritur, illic occidisse. » Quod sanè factum videri potuit, si sol à decimâ, id est, à postremâ ferè horâ diei revocatus est ad ortum : tunc enim oriri ab occasu et in ortu occidere videri potuit. Sed, ut verum fatear, si locus iste diligenter expendatur, non valdè est ad rem propositam. Facit præterea plurimùm ad hanc sententiam, quòd tam hìc quàm Eccl. 48, sol conversus fuisse retrò traditur, et quando gravis aliqua ratio non premit, verba in suâ proprietate sunt exponenda.

Secunda conclusio, si lineæ in horologio per horas, et non per semisses, aut quadrantes distinguebant diem, probabile est non solito motu solem, sed velociori spatium illud horarum decurrisse, quod sentit supra et probat Cajetanus.

Tertia conclusio, mihi omninò certum est per semisses aut quadrantes, aut aliam breviorem mensuram notari ac distingui dierum spatia in horologio Achaz, non per horas. Quod omninò probat ratio Abulensis, de quâ supra. Nam si decem horas ter decurrisset sol, quod erat omninò necesse, et addantur deinde duæ, quæ ad duodecimam supersunt, necessariò fit, ut dies ille fuerit triginta duarum horarum, quod aliqui fatentur, ut vidimus. Tunc autem

dies ille major esset eo qui stante sole effectus est tempore Josue. Hic enim ad trium fermè dierum spatium productus est; ille verò sub Josue ad duorum tantùm ; et tamen neque fuisse unquàm, neque futurus dicitur major aliquis dies. De altero constat Josue 10: *Stetit itaque sol in medio cœli, et non festinavit occumbere spatio unius diei.* Et Eccl. 46, de Josue: *At non in iracundiâ ejus impeditus est sol, et una dies facta est quasi duo.* De altero expressum est Josue 10; statim enim post verba citata subditur : *Non fuit antea et postea tam longa dies.*

Contra rationes Burgensis quas nos adduximus, quibus etiam eamdem sententiam confirmat Montanus, satis multa replicator in libro 4 Reg. et ibidem Dionysius. Hos consule. Apud quos invenies aliquid, quod in ipsis non minùs severè reprehendas, quàm ipsi virum doctissimum exagitandum et reprehendendum censuerunt.

Antequàm hinc discedo, observo præter hoc portentum, et illud, quod accidit tempore Josue c. 10, aliquibus videri solem stetisse tertiò : quod colligunt ex eo 1 Paralip. 4, vers. 22 : *Qui stare fecit solem.* Et in his Hieronymus lib. Tradit. Hebr. in illum locum ; et eodem loco Paralip. Dionysius, Hugo, et Lyra. Fevardentius in c. 1 Ruth. Abulens. in lib. 1 Paralip. c. 4, q. 18, et ibi glossa ordinaria, qui dicunt ex Hebræorum sententiâ hunc virum fuisse Elimelec, qui Ruth c. 1 egressus esse dicitur de Bethleem, ut peregrinaretur in regione Moab. Dicunt enim Hebræorum quidam, nam aliorum longè diversa videtur esse mens, hunc Elimelec virum fuisse sanctissimum, qui cùm videret plurimos è suo genere variis erroribus ad idololatriam abduci, oravit ut Deus aliquo portento terreret homines, reduceretque ad illam religionem quam prodiderant. Ad ejus autem preces constitisse aiunt solem in cœlo. Cùm autem eo signo tam illustri nihilo meliores fierent Bethleemitæ, statuisse illinc in regionem Moabitidem esse emigrandum, præsertim cùm propter eorum scelera gravis fames Bethleemiticos fines invasisset. Sed sanè hoc durum visum est, neque omnes qui in eam sententiam abducuntur, tam illa vera censent, quàm ab Hebræis tradita commemorant. Neque urget locus libri Paralip. c. 4; nam, ut alibi sæpissimè, pro nominibus propriis ponitur illorum nominum significatio. Et id planè probant tria nomina, quæ statim sequuntur: *Viri mendacii, et securus, et incendens*, quæ totidem nominum propriorum explicationes, quæ Septuaginta ita vertunt: *Et Joacim, et viri Choceba, et Joas, et Saraph.* Maximè, quia Joacim non tam significat, *qui stare fecit solem*, quàm qui confirmavit, aut stare fecit, nempe solem, quæ posterior vox in Hebræo non est.

Ad extremum observo id quod Hebræi suo more nugantur, qui dicunt quo tempore mortuus est Achaz, ne satis esset otii, ut solverentur impii regis funeri exequiæ solitæ aliis regibus impendi, detractas esse illi diei decem horas; ut verò ratio temporis, quæ eo successu turbata videbatur, ad suum ordinem rediret, paulò post sub Ezechiâ filio additas esse diei totidem horas. Dignum planè Rabbinicâ fide commentum.

VERS. 12. — IN TEMPORE ILLO MISIT BERODACH BALADAN LITTERAS ET MUNERA AD EZECHIAM. Ex hâc regis Berodach legatione, qui Isai. c. 39 Merodach, verisimile fit usitatum olim inter reges et principes, licet studio religioneque diversos, colere inter sese humanitatis officia, seque ipsos per nuntios consalutare, significareque sibi cum aliis in secundo rerum successu gaudium esse commune, et in adverso communem etiam esse mœrorem. Fecit hoc David in morte regis Ammonitarum, 2 Reg. 10. Et Thou rex Emath per filium suum gratulatus est Davidi de victoriâ contra Adarezer regem Soba, 1 Reg. 8. Quod usque adeò usitatum atque legitimum fuit, ut ante victoriam consultandum dixerit Isaias, quid respondendum sit gentium legatis, qui gratulatum venerint de victoriâ, c. 14 : *Quid respondebitur nuntiis gentium?* Sic Babylonis rex Merodach misit cum muneribus ad Ezechiam, qui de restitutâ valetudine gratularentur, et, ut dicitur Paralip. lib. 2, c. 32, de portento rogarent, quod videlicet contigisset in domo regiâ. Est enim verisimile cùm de valetudine regis audierunt, audiisse quoque de valetudinis admirabili portento.

Hic Berodach, seu, ut est apud Isaiam, Merodach, ut somniant Hebræi, pater fuit Nabuchodonosor, ejus qui primus ab Assyriis imperium traduxit ad Chaldæos, et qui deinde complevit quæ capite 39 minatur Isaias; sed est mihi hoc improbabile, quia etsi in primum annum regni Merodach incidisset morbus Ezechiæ, regnâsset in Babylone centum et novem annos, quia tot intercedunt inter morbum Ezechiæ et annum sextum Joachim, in quo primùm regnare cœpit Nabuchodonosor ; tam

longum autem imperium quis credet contigisse, eo præsertim seculo, in quo brevior erat hominum vita. Potiùs ego existimo Berodach, seu Merodach nomen esse commune regibus Babylonis, sicut Pharaonis nomen Ægyptiis, Aretæ Arabibus, Candace reginis Æthiopiæ, et Cæsaris imperatoribus Romanis commune nomen est. Est autem mihi probabile antiquissimum regem Babyloniæ sic esse vocatum, qui deinde à posteris in deorum numerum relatus est; sicut in eâdem civitate primus, aut inter primos regnavit Belus, qui pro Deo à Babyloniis habitus vocatus Bel. Quòd enim Merodach deus fuerit apud Babylonios, sicut Bel, indicat Jeremias c. 50, v. 2: *Capta est Babylon, confusus est Bel, victus est Merodach, confusa sunt sculptilia ejus, superata sunt idola eorum.* Ubi omnes penè *Merodach* idolum esse putant, licet improbabile non videatur hoc etiam Jeremiæ loco *Merodach* nomen esse regis. Et ita putant Genebrardus in Chronico anno mundi 3469, Lyra, Hugo, Theodoretus; ab hoc ergo quicumque ille est, credo reges Babylonis vocari solitos Merodach, et c. 39 ab Isaiâ, et postea, ut est verisimile, à Jeremiâ, qui idem esse creditur qui Balthasar, cujus tempore cecidit regina quondam Babylon, et 4 Reg. c. 25, v. 27, Nabuchodonosori successisse dicitur Evilmerodach, id est, Merodach, cognomento Evil. Quare dùm Berodach, seu Merodach Baladan, filius Baladan, nuntios legâsse dicitur, nihil aliud dici videtur quàm regem Babylonis Baladan, filium Baladan, misisse legationem.

VERS. 13. — ET OSTENDIT EIS DOMUM AROMATUM, ET AURUM, ET ARGENTUM. Quàm dives fuerit Ezechias, quantùm auri et argenti atque aromatum congregârit, habemus lib. 2 Paralip. c. 32, v. 27, ubi etiam habes derelictum fuisse Ezechiam à Domino in eâ Babyloniorum legatione, ut tentaretur, et nota fierent omnia, quæ erant in corde ejus: nota quidem aut ipsi regi, qui non se satis ipse cognoverat, ut vel eo titulo seipsum magis putaret vilem et abjectum, quòd aliquando sibi ipsi in se aut in suis opibus placuisset. Quia reverà nihil sic abjicit superbum animum, quàm cogitatio quòd de se ipso aliquando superbè cogitârit. Superbia etenim menti jam sanæ et meliùs sentienti futilissima quædam vanitas est. Aut certè, ut nota fierent Deo, eo sensu quo ipse dicit aliquid tunc primùm cognoscere, quia illud aliis cognoscendum præbuit, ut de Abraham Genes. c. 22: *Nunc cognovi quòd timeas Dominum*, id est, cognoscere feci. De quo genere orationis pluribus alibi egimus. (1)

VERS. 18. — SED ET DE FILIIS TUIS QUI EGREDIENTUR EX TE, QUOS GENERABIS, TOLLENTUR, ET ERUNT EUNUCHI IN PALATIO REGIS BABYLONIS. Eunuchi vox latiùs se extendit quàm putat grammaticorum vulgus; neque enim semper emasculatos, seu exectos significat, sed eos aliquando qui in aulis morantur principum, ipsisque adstant ad aulicas curas, et ad exequendum familiare mandatum. Erant quidem olim spadones, qui gynæceis præerant, aut quibus credita erat feminarum custodia, quia ab illo evirato hominum genere tutus videbatur feminarum pudor. Unde factum est, ut quicumque cum principibus familiariùs ageret, diceretur eunuchus. Hoc apud regem Babylonis munus obierunt, qui è regio genere, id est, ex Ezechiæ sanguine prognati sunt: ut constat ex Danielis cap. 1, ubi quidam è regio sanguine traditi dicuntur eunuchorum præfecto, ut ad Chaldæorum disciplinam instituti aulicis ministeriis redderentur idonei: inter quos fuit Daniel, quâ de re nos ibi pluribus.

VERS. 19. — BONUS SERMO DOMINI, QUEM LOCUTUS ES: SIT PAX ET VERITAS IN DIEBUS MEIS. Hæc Ezechias post Isaiæ minas: Justus est Dominus, qui meæ levitati atque arrogantiæ id inflixit supplicii, et benignus, quia diebus meis pacem promisit. In veritate igitur ejus me consolabor, quia præstabit, certò scio, quod mihi pollicitus est de Sennacherib. Reprehendunt, ut inquit super Isaiam Hieronymus, Hebræi Ezechiam, quòd hoc responso parùm visus fuerit sollicitus de populo Judaico, futurâque sobole, quando sibi pacem

(1) VERS. 17. — ECCE DIES VENIENT, ET AUFERENTUR OMNIA QUÆ SUNT IN DOMO TUA. Oraculi hujus fides quo tempore impleta est? Sunt qui credant, Sennacheribum hujusmodi thesaurorum partem maximam abstulisse; legitur enim, Ezechiam collegisse quidquid erat auri et argenti tum in sacro, tum in regis ærario, ut postulatam ab eo rege pecuniam conficeret. At Sennacheribus in Babyloniâ non regnabat. Adde, quod ex Paralipomenis discimus, post reditum et cædem exercitûs Sennacheribi, tum primùm Ezechiam divitias colligere studuisse. Antea enim vix poterat in ærarium quidquam alicujus momenti inferre, cùm immodica tributa Assyriis solveret. Statuendum est igitur, oraculum hoc Isaiæ suam obtinuisse fidem sub postremis regibus Juda, cùm reges Babyloniæ, urbe ac templo eversis, populo in captivitatem ducto, totum Judaicum imperium exciderunt. (Calmet.)

et salutem optat, et quid aliis post se futurum sit, non laborat : neque confitetur peccatum suum cum David, neque iram Dei removet à posteris, neque cum Moyse clamat: Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro vitæ. Sunt qui illud, *et veritas*, de Messiâ interpretantur, quasi dicat Ezechias : Feram libenter quodcumque mihi Deus supplicium inflixerit, dummodò ex meo genere Messias oriatur. Quæ sanè expositio pia est : nescio tamen quantùm cum sermonis textu consentiat.

Ego *verbum bonum*, aliter accipio; puto enim hoc loquendi genere ab inferioribus significari solere, non gravatè ferri quicquid durum à superioribus injungatur. Quasi dicat: *Fiat voluntas Domini ;* aut *quod Domino placet;* aut *fiat mihi secundùm verbum Domini ;* seu *accipio admittoque etiamsi in caput meum, quod visum est de me Domino :* quasi non provocet ad judicem, seu ad tempus aliud. Sic Semei cùm audiisset à Salomone 3 Reg. c. 2, vers. 38 : *Quâcumque die egressus fueris, et transieris torrentem Cedron, scito te interficiendum*, etc.; respondit Semei : *Bonus sermo ; sicut locutus est dominus meus rex, sic faciet servus tuus.* Et statim, vers. 43, cùm Semei transgressus esset regis edictum, ait illi Salomon : *Et dixisti, bonus sermo*, quasi dicat : Admisisti meum de tuo scelere decretum ; Hispanè, *admitiste o pasaste por la sentençia.* Sic nunc Ezechias nihil aliud significat quàm sibi placere Domini de suo capite decretum, Idem omninò quod 1 Reg. 3 dixit Heli, cùm accepisset similes à Samuele minas : *Dominus est ; quod bonum est in oculis suis, faciat.* Unde frequens, *esse in oculis alicujus bonum*, id est, *placere.*

Vers. 20. — Reliqua autem sermonum Ezechiæ, et omnis fortitudo ejus, etc., nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Juda? Hæc omnia jam vidimus hoc libro à capite 18, et lib. 2 Paralip. à cap. 29, et Eccl. c. 48. Illud notandum in Paralip. cap. 32, v. 32, additum esse, *reliqua autem*, etc., *scripta sunt in visione Isaiæ filii Amos prophetæ.* Porrò apud Isaiam, præter ea quæ in hoc libro legimus, nihil habemus aliud quàm celeberrimum illud canticum, quod gratulabundus cecinit, cùm ab illo morbo liberatus est Ezechias, à quo omne jam desperârat effugium. Cætera eodem omninò modo, atque iisdem penè verbis prosecutus est, atque nos hìc habemus. Unde quidam non sine magno fundamento putant hanc saltem partem lib. 4 Reg. ab Isaiâ fuisse conscriptam. Et cùm sententia esset omninò eadem, verba aut nihil, aut certè non admodùm diversa, nolui actum agere, id est, illa iterùm explicare commentando, quæ jam ante super Isaiam explicueram. Sed ex illis commentariis, hùc pleraque tanquàm ad locum non alienum transcripsi. Addidi tamen aliqua, quæ in illis commentariis consultò prætermiseram, quæ sanè multa non sunt. Quod meo mihi jure fecisse videor, qui non aliena depeculatus sum, sed meum laborem ad non alienos usus accommodavi (1).

(1) Cernere licet in Ezechiâ expressam vivis coloribus Jesu Christi figuram. Hic princeps Assyriorum jugum excutit, provocatque in se ingens bellum et periculosum, quo gloriosè, non sine Domini ope liberatur. Bellum indicit Jesus Christus peccato, mundo, carni et diabolo. Armantur in illum ejusque doctrinam, Ecclesiam, ac discipulos, omnia et orbis et inferorum imperia. Nunquàm Sennacherib adeò insaniit, nunquàm Rabsaces horrenda adeò effudit in Deum probra, ut furorem insectatorum Ecclesiæ ac calumnias, et impia illorum in Filium Dei et Ecclesiam probra æquent : omnibus tamen iis conatibus superior Dei manus superbos illos dejecit, atque insignem de illis victoriam Jesus Christus, ejusque fideles referunt. Ezechias ad ipsum usque sepulcri limitem deductus, deinde insigni prodigio valetudini restitutus, carmen canit solemne et eucharisticum, ubi altiorem figere videtur obtutum ad Servatoris resurrectionem, in valetudine à se receptâ tanquàm in typo adumbratam : *Vivens vivens*, ait, *ipse confitebitur tibi, sicut et ego hodiè ; pater filiis notam faciet veritatem tuam.* (Calmet.)

CAPUT XXI.

1. Duodecim annorum erat Manasses cùm regnare cœpisset; et quinquaginta quinque annis regnavit, in Jerusalem. Nomen matris ejus Haphsiba.

2. Fecitque malum in conspectu Domini, juxta idola gentium quas delevit Dominus à facie filiorum Israel.

3. Conversusque est et ædificavit ex-

CHAPITRE XXI.

1. Manassès avait douze ans lorsqu'il commença de régner; et il régna cinquante-cinq ans dans Jérusalem. Sa mère s'appelait Haphsiba.

2. Il fit le mal devant le Seigneur, et adora les idoles des nations que le Seigneur avait exterminées devant la face des enfants d'Israël.

celsa quæ dissipaverat Ezechias pater ejus; et erexit aras Baal, et fecit lucos, sicut fecerat Achab rex Israel, et adoravit omnem militiam cœli, et coluit eam.

4. Exstruxitque aras in domo Domini, de quâ dixit Dominus : In Jerusalem ponam nomen meum;

5. Et exstruxit altaria universæ militiæ cœli in duobus atriis templi Domini.

6. Et traduxit filium suum per ignem; et ariolatus est, et observavit auguria, et fecit pythones, et aruspices multiplicavit, ut faceret malum coram Domino, et irritaret eum.

7. Posuit quoque idolum luci, quem fecerat, in templo Domini, super quod locutus est Dominus ad David et ad Salomonem filium ejus : In templo hoc et in Jerusalem, quam elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen meum in sempiternum;

8. Et ultra non faciam commoveri pedem Israel de terrâ quam dedi patribus eorum, si tamen custodierint opera omnia quæ præcepi eis, et universam legem quam mandavit eis servus meus Moyses.

9. Illi verò non audierunt, sed seducti sunt à Manasse, ut facerent malum super gentes quas contrivit Dominus à facie filiorum Israel,

10. Locutusque est Dominus in manu servorum suorum prophetarum, dicens :

11. Quia fecit Manasses rex Juda abominationes istas pessimas, super omnia quæ fecerunt Amorrhæi ante eum, et peccare fecit etiam Judam in immunditiis suis,

12. Propterea hæc dicit Dominus Deus Israel : Ecce ego inducam mala super Jerusalem et Judam, ut, quicumque audierit, tinniant ambæ aures ejus.

13. Et extendam super Jerusalem funiculum Samariæ, et pondus domûs Achab; et delebo Jerusalem sicut deleri solent tabulæ, et delens vertam et ducam crebriùs stylum super faciem ejus.

14. Dimittam verò reliquias hæreditatis meæ, et tradam eas in manus inimicorum ejus, eruntque in vastitatem et in rapinam cunctis adversariis suis,

3. Il rebâtit les hauts lieux que son père Ezéchias avait détruits; il dressa des autels à Baal, fit planter de grands bois, comme avait fait Achab, roi d'Israël; il adora tous les astres du ciel, et leur sacrifia.

4. Il bâtit des autels *profanes* dans la maison du Seigneur, de laquelle le Seigneur avait dit: J'établirai mon nom dans Jérusalem;

5. Et il dressa des autels à tous les astres du ciel dans les deux parvis du temple du Seigneur.

6. Il fit passer son fils par le feu, aima les divinations, observa les augures, institua ceux qu'on appelle pythons, et multiplia les enchanteurs, de sorte qu'il commit le mal aux yeux du Seigneur et l'irrita.

7. Il mit aussi l'idole du grand bois qu'il avait planté dans le temple du Seigneur, duquel le Seigneur avait dit à David et à Salomon, son fils : C'est dans ce temple et dans Jérusalem, que j'ai choisie d'entre toutes les tribus d'Israël, que j'établirai mon nom pour jamais;

8. Et je ne permettrai plus qu'Israël mette le pied hors de la terre que j'ai donnée à leurs pères, pourvu qu'ils observent tout ce que je leur ai commandé et toute la loi que mon serviteur Moïse leur a donnée.

9. Et cependant ils n'ont point écouté, mais ils se sont laissé séduire par Manassès pour faire encore plus de mal que n'en avaient fait les nations que le Seigneur a exterminées de la face des enfants d'Israël.

10. Le Seigneur a parlé ensuite par les prophètes, ses serviteurs, et a dit :

11. Parce que Manassès, roi de Juda, a commis ces abominations, encore plus détestables que tout ce que les Amorrhéens avaient fai avant lui, et qu'il a fait pécher Juda par ses infamies,

12. Voici ce que dit le Seigneur, Dieu d'Israël : Voici que j'amènerai de tels maux sur Jérusalem et sur Juda, que les oreilles en seront étourdies à quiconque les entendra.

13. J'étendrai sur Jérusalem le cordeau de Samarie et le poids de la maison d'Achab; et j'effacerai Jérusalem comme on efface des tablettes, je passerai et repasserai souvent le style sur sa face;

14. J'abandonnerai les restes de mon héritage, et je les livrerai entre les mains de leurs ennemis, et tous ceux qui les haïssent les pilleront et les ravageront,

15. Eò quòd fecerint malum coram me, et perseveraverint irritantes me, ex die quâ egressi sunt patres eorum ex Ægypto usque ad hanc diem.

16. Insuper et sanguinem innoxium fudit Manasses multum nimis, donec impleret Jerusalem usque ad os, absque peccatis suis quibus peccare fecit Judam ut faceret malum coram Domino.

17. Reliqua autem sermonum Manasse, et universa quæ fecit, et peccatum ejus quod peccavit, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Juda?

18. Dormivitque Manasses cum patribus suis, et sepultus est in horto domûs suæ, in horto Oza. Et regnavit Amon filius ejus pro eo.

19. Viginti duorum annorum erat Amon cùm regnare cœpisset; duobus quoque annis regnavit, in Jerusalem. Nomen matris ejus Messalemeth, filia Harus de Jeteba.

20. Fecitque malum in conspectu Domini, sicut fecerat Manasses, pater ejus;

21. Et ambulavit in omni viâ per quam ambulaverat pater ejus, servivitque immunditiis quibus servierat pater ejus, et adoravit eas;

22. Et dereliquit Dominum Deum patrum suorum, et non ambulavit in viâ Domini.

23. Tetenderuntque ei insidias servi sui, et interfecerunt regem in domo suâ.

24. Percussit autem populus terræ omnes qui conjuraverant contra regem Amon, et constituerunt sibi regem Josiam filium ejus pro eo.

25. Reliqua autem sermonum Amon quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Juda?

26. Sepelieruntque eum in sepulcro suo, in horto Oza. Et regnavit Josias filius ejus pro eo.

15. Parce qu'ils ont commis le mal devant moi, et qu'ils ont continué de m'irriter depuis le jour que leurs pères sortirent de l'Egypte jusqu'aujourd'hui.

16. Manassès répandit de plus des ruisseaux de sang innocent, jusqu'à en remplir toute la ville de Jérusalem, outre les péchés par lesquels il avait fait pécher Juda, faisant ainsi le mal devant le Seigneur.

17. Le reste des actions de Manassès, toutes les choses qu'il a faites, et le péché qu'il a commis, tout cela est écrit au livre des Annales des rois de Juda.

18. Et Manassès s'endormit avec ses pères, et fut enseveli dans le jardin de sa maison, dans le jardin d'Oza. Et Amon, son fils, régna en sa place.

19. Amon avait vingt-deux ans lorsqu'il commença de régner, et il régna deux ans, dans Jérusalem. Sa mère s'appelait Messalémeth, et était fille d'Harus de Jétéba.

20. Il fit le mal devant le Seigneur, comme avait fait Manassès, son père;

21. Il marcha dans toutes les voies par lesquelles son père avait marché; il servit les mêmes abominations que son père avait révérées, et les adora;

22. Il abandonna le Dieu de ses pères, et ne marcha point dans la voie du Seigneur.

23. Ses serviteurs lui dressèrent des embûches, et le tuèrent dans sa maison.

24. Mais le peuple tua tous ceux qui avaient conspiré contre le roi Amon, et il établit Josias, son fils, pour régner en sa place.

25. Le reste des actions d'Amon est écrit au livre des Annales des rois de Juda.

26. Il fut enseveli en son sépulcre dans le jardin d'Oza; et Josias, son fils, régna en sa place.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Duodecim annorum erat Manasses cum regnare cœpisset. Sicut ex parente sceleratissimo Achaz, Ezechias homo religiosissimus natus est, sic ex Ezechiâ viro sanctissimo natus est filius Manasses, quo nemo prioribus regni sui temporibus sceleratior fuit. Quicquid enim pater pius exterminârat à terrâ, quæ Dei iram excitaverant sæpè, et rei Judaicæ frequens infortunium attulerant, illa à parentis ingenio ac moribus omninò degener in priorem locum et ordinem restituit. Neque meliorem, aut alium instituit vivendi modum, quàm

gentes, quibus veræ religionis lumen nunquàm affulsit; quasque Deus è Chananæo solo procul ablegavit. Excitavit excelsa, extruxit aras peregrinis diis, et imitatus Achab, qui Sidoniam religionem invexit, plantavit lucos, et cœli militiam adoravit. Et, quod impietatis videri potuit culmus, in ipso templo, cujus erat summa eo tempore religio et sanctitas, gentilium simulacris statuit altaria; et ejus generis ausus est alia, quæ Dominus fieri gravi comminatione prohibuerat. Cùm illum sibi locum elegisset, promisisissetque stabilem in Chananæo solo possessionem, si locum illum servarent ipsi impollutum et sanctum, et tradita per Moysem mandata custodirent: traduxit etiam per ignem filium, sicut fecerat avus ejus Achaz : pythones et aruspices multiplicavit atque consuluit, observavit auguria. Neque ad hæc tam gravia præcepta attendebat Achaz, et populus vel seductus à rege, aut illius votis obsequens nimis, aut stultè blanditus, nihil minùs quàm de patriâ ac verâ religione cogitabat. (1)

Vers. 10. — Locutus est Dominus in manu servorum suorum prophetarum (1). Erant hoc tempore prophetæ, qui Isaiæ fuerunt coætanei, qui fuerunt non pauci. Fuit quidem Isaias,

(1) Vers. 2. — Juxta idola gentium. Hebræus : *Fecit malum coram Domino juxta abominationes gentium, quas Dominus expulit.* Idola nomine *abominationum* designat. Merito infandorum criminum Deus Chananæos delevit. (Calmet.)

Manassès fit le mal devant le Seigneur, etc. Il paraît par là, dit un ancien Père, que ce n'est pas la nature, mais la volonté qui a l'empire dans l'homme, et l'on ne peut voir un Manassès quitter la conduite si pieuse de son père, pour marcher par un chemin entièrement opposé, qu'on ne reconnaisse que c'est cette volonté de l'homme qui tient comme le gouvernail de sa vie, et qui la rend ou bonne ou méchante, selon qu'elle se porte au vice ou à la vertu. Que les libertins donc et les impies soient confondus, lorsqu'ils accusent la nature, comme si elle leur imposait une espèce de nécessité de pécher, puisqu'ils peuvent être convaincus du contraire par les deux exemples presque également étonnants, et d'Ezéchias qui, étant né d'un père impie, se porta de tout son cœur à la piété, et de Manassès, son fils, qui s'éloigna de la vertu de son père, pour s'abandonner à toutes sortes d'impiétés et d'abominations. Mais si c'est cette volonté qui conduit l'homme dans tous ses pas et dans toutes les démarches qu'il fait vers la vie ou vers la mort, elle est elle-même conduite par l'Esprit de Dieu toutes les fois qu'elle s'élève au-dessus de la corruption de sa nature. Et c'est pour cette raison que le prophète demandait à Dieu qu'il le conduisît dans ses voies, et qu'il le fît marcher droit dans sa vérité. *Utinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas justificationes tuas! Dirige me in veritate tuâ, et doce me.* (Sacy.)

Vers. 3. — Fecit lucos. Hebræus : *Et fecit Aserah, sicut fecerat Achab.* Aserah est simulacrum ligneum, vel Astartes : usurpatur etiam pro luco, ubi numen illud colebatur, et pro ipso quod ibi consecratum erat idolo. Vide infra nostram dissertationem de Numinibus Phœnicum.

Adoravit omnem militiam cœli, astra omnia, quibus, ceu rex et regina, sol et luna præsunt : altaria illis erexit *in duobus atriis domûs Domini*, id est, in atrio populi et sacerdotum. Vide v. 2 hujus capitis, et 2 Paral. 33, 4, 5.

Vers. 6. — Traduxit filium suum per ignem, Igne cremavit, obsequio Moloch; vel tantùm traduxit per subjectas flammas ob lustrationem, ex sacris profani hujus numinis ritibus.

Ariolatus est, amavit divinationes, ariolos consuluit, vel ipse *ariolum egit*. Futuros rerum eventus astrorum vel nubium inspectione reserare aggressus est. Septuaginta : Ἐκληδονίζετο : quare de divinatione per virgas dictum accepisse visi sunt. Alii exponunt de observatione ac discrimine dierum fastorum et nefastorum.

Observavit auguria. Vox originalis, נחש, innuere videtur magicas excantationes per angues, vel ænea vasa. Exponitur tamen de præstigiis et sortilegiis omnis generis. Septuaginta : Οἰωνίζετο, *auguratus est*, divinationem per volatum vel cantum avium observavit.

Fecit pythones. Constituit, vel auctoritate suâ firmavit eos, qui afflatos se spiritu pythonico aiebant. Magi, qui præstò se habere gloriabantur familiarem quemdam spiritum, ejusque vocem ex imis corporis penetralibus, ex imo ventre vel stomacho insonantem auribus dabant; quique se noscere futura Apollineo numine plenos affirmabant.

Aruspices, qui victimarum exta scrutabantur. Hebræa vox, ידענים, ad litteram sonat cognitores, divinos, horoscopos, et quicumque explorata sibi esse seu futura seu incognita gloriantur. Idem Septuaginta : Γνώστας.

Vers. 7. — Posuit idolum luci. Hebræum : *Posuit* idolum *excisum ex Aserab*. (Calmet).

Vers. 7. — Positque idolum luci quem fecerat, idolum in luco ante à se constructo positum jam luco sculptili circumdatum posuit in templo, q. d. : Manasses priùs construxerat locum sive sylvam diis sacram, in eoque collocârat idolum, quod deinde ex luco transtulit in templum; sed quia lucum cum idolo transferre non poterat, hinc loco luci, fecit simulacrum sive similitudinem luci ex auro, argento vel ære, in eoque posuit idolum, illudque cum luco transtulit in templum, ut ibidem jam non Deus in templo, sed dæmon in luco coleretur. Unde utrumque postea destruxit Josias Manassis nepos, cap. 23, vers. 6 et 7.

(Corn. à Lap.)

(1) Scilicet per Osee, Amos, Joelem, Nahum, Jonam, Abdiam, ac maximè Isaiam Manassis socerum, qui proinde à Manasse serrâ ligneâ dissectus Christi in ligno crucifixi fuit typus, ut dixi prooemio in Isaiam, ac plures alios prophetas, adeò ut Joseph. lib. 10, cap. 4, asserat, « ex eorum numero per singulos dies

de quo supra plurima, sub Ezechiâ, qui socer esse traditur Manasse, et ideò ab illo serrâ dissectus, quòd liberiùs in ejus mores et vitæ genus inveheretur.

Vers. 11. — Quia fecit Manasses rex Juda abominationes istas pessimas (1). Verba prophetarum grave pondus importat : primùm Manasse scelera majorem in modum exaggerant, et longè majora fuisse dicunt his, quæ superioribus seculis admiserunt Amorrhæi, qui ideò regionem suam, quâ nulla fuit orbe toto nobilior, amiserunt. Neque ipse aut solus, aut sibi ipsi peccavit Manasses, sed etiam gentem suo subjectam imperio in eamdem scelerum proluviem induxit. Hujus regis tam in omne genus profusam intemperantiam luit gens tota, ut habes apud Jeremiam c. 15, vers. 3 : *Visitabo super eos quatuor species, dicit Dominus : gladium ad occisionem, et canes ad lacerandum, et volatilia terræ, et bestias terræ ad devorandum, et dissipandum, et dabo eos in fervorem universis regnis terræ propter Manassem filium Ezechiæ regis Juda, super omnibus quæ fecit in Jerusalem.* Quo verò modo ac jure Jerusalem, et subditus populus peccata luat Manasse, diximus in nostris Commentariis ad hunc Jeremiæ locum.

« aliquem supplicio à Manasse affectum fuisse. » (Corn. à Lap.)

(1) *Parce que Manassès, roi de Juda, a commis ces abominations encore plus détestables que tout ce que les Amorrhéens avaient fait avant lui, et qu'il a fait pécher Juda par ses infamies, je vais faire fondre des maux sur Jérusalem*, etc.

L'Ecriture n'a pas marqué sans sujet que ce prince avait commis de plus grandes abominations que les Amorrhéens mêmes ; et elle a voulu sans doute nous faire comprendre par cet exemple de la conduite détestable du fils d'un roi si pieux, jusqu'à quels excès se peuvent porter ceux qui renoncent à la piété, dans laquelle ont marché leurs pères. Car il n'en est pas de ces personnes comme des autres qui n'ont jamais connu Dieu, et qui ont toujours suivi l'égarement de leurs anciennes superstitions, puisqu'ayant volontairement étouffé au fond de leur cœur la lumière de la vérité et les sentiments de la piété, il se forme en eux des ténèbres plus épaisses et une corruption plus effroyable que dans les païens. Ce qui a fait dire si souvent à Jésus-Christ, parlant aux Juifs, que les idolâtres seront traités moins sévèrement à la fin du monde que ceux qui ont méprisé les effets de sa bonté envers eux. Aussi nous voyons en cet endroit que Dieu déclare que c'est à cause de ces abominations de Manassès, roi de Juda, qu'il va faire fondre les plus grands maux sur la ville de Jérusalem. Ce n'était pas, comme dit fort bien un savant auteur (Estius) que ses sujets ne méritassent aussi ces grands châtiments; mais, outre qu'il avait dégénéré si honteusement de la piété de son père, les crimes mêmes de son peuple lui étaient tous imputés, comme à leur principe, puisque ce fut lui, dit l'Ecriture, *qui fit pécher Juda par ses infamies.* (Sacy)

Vers. 12. — Ecce ego inducam mala super Jerusalem, et Judam, ut quicumque audierit tinniant ambæ aures ejus. Tinnire aures aliquid indicat durum et horribile, idque proverbiali specie, de quo pluribus à nobis actum est super lib. 1 Regum ad illud cap. 3 : *Ecce ego facio verbum in Israel, quod quicumque audierit, tinnient ambæ aures ejus.* Inde tu expositionem pete, et ex Jeremiæ cap. 19, v. 3, ubi eadem etiam adhibentur verba.

Vers. 13. — Et extendam super Jerusalem funiculum Samariæ, et pondus domus Achab. Qui aliquid non temerè atque inconsideratè faciunt, sed prudenter et attentè, illi rem totam diligenter explorant, atque ideò illi ad *amussim, ad regulam et normam, ad mensuram et pondus,* facere dicuntur. Quæ translatio à fabris sumpta est, quibus assiduum atque familiare instrumentum est pondus, et funiculus, id est, perpendiculum, et linea, quæ in ædificiis, quid rectum, quid sinuosum et incurvatum fuerit, deprehendunt. Neque hæc ad molitionem solùm operis, sed etiam ad demolitionem adhiberi ab architecto solent. Neque enim prudentis esset illa demoliri, quæ recta sunt et ex arte perfecta, cùm illa firma sint, et aliquos habere possint ad hominum commoditatem usus necessarios. Sic sanè Jeremias cecinit Thren. c. 2, v. 8 : *Cogitavit Dominus dissipare murum filiæ Sion, tetendit funiculum suum, et non avertit manum suam.* Et quia nihil in eo populo solidum invenit aut rectum, ideò nihil fuit, quod non in eo populo dissiparet ac perderet. Eodem dicendi modo usus est Isaias c. 34, cùm ageret de Idumæorum excidio non dissimili : *Extendetur,* inquit, *super eam mensura, et redigetur ad nihilum, et perpendiculum ad desolationem.* Ex eâdem, opinor, metaphorâ sumptum est illud 2 Reg. 8 : *Percussit Moab, et mensus est funiculo coæquans terræ.* Et paulò post : *Mensus autem duos funiculos, unum ad occidendum, et unum ad vivificandum.* Extendit Dominus sub hoc tempus funiculum super Samariam, id est, super gentem Israelitidem, et cùm ibi nihil inveniret solidum, nihil quod in latus ad lapsum non procumberet, totam illam fabricam, id est, totum populum ita dissolvit, ut nullæ ex eo in propriis sedibus superessent reliquiæ. Quia verò idem sub Manasse vitium erat in fabricâ Judæ,

id est, in Judæorum moribus, et ingenio, ideò idem Judææ quod ante Samariæ, id est, decem tribubus minatur exitium.

Hæc mihi meditatio non displicet, sed fortassè in funiculo sors intelligitur, et æqualis mensura, quasi dicat Deus, iisdem modis et gradibus in evertendâ Judæâ fore procedendum, quibus in evertendâ dissipandâque Samariâ. Ut enim ibi intercessit ferrum, fames et dira lues, quæ ad extremum miseram illam gentem deduxerunt exitium, sic etiam ad eadem Judæus populus pertrahetur incommoda, propter peccata Manasse. Quæ incommoda illa sunt, quæ Jeremiæ c. 15, numerantur, quæ Manasse peccatum in urbem invexit. Sic autem Jeremias de populo, quem Manasse peccatum hostiliter urgebat : *Quòd si dixerint ad te: Quò egrediemur? dices ad eos : Hæc dicit Dominus, qui ad mortem, ad mortem, et qui ad gladium, ad gladium, et qui ad famem, ad famem, et qui ad captivitatem, ad captivitatem.* Hic fuit funiculus, hæc sors, et, ut ita dicam, hæc dira Judæorum necessitas. Statim porrò additur hæc esse subeunda propter Manasse peccatum.

Et delebo Jerusalem, sicut deleri solent tabulæ : et delens vertam et ducam crebrius stylum super faciem ejus. Sententia non obscura, obscurum tamen unde deducta translatio. His verbis planè significatur venturum aliquando tempus, cùm ex tantâ tamque opulentâ civitate, nihil relinquatur ab hoste Chaldæo : quod probavit exitus. Verba Hebraica non eodem ab omnibus modo convertuntur, licet in eamdem omnes sententiam conspirent. Septuaginta : *Et extergam Jerusalem, sicut extergitur alabastrum, quando abstergitur, et convertitur super faciem suam.* Chaldæus : *Sicut conterit laguncülam conterens, et vertens super faciem ejus.* Tigurina : *Detergam Jerusalem, quemadmodùm quis patinam detergit, et eam vertit.* Eodem penè modo alii omnes à Vulgato. Juxta quas versiones hic est sensus : Quemadmodùm quis lagenam ante plenam vino, aut alio quovis unguento, aut alabastrum, seu pyxidem unguentariam, aut certè patinam, sic extergit ut nihil omninò remaneat eorum quibus erant antea plena, sic ego abstergam Jerusalem ab omnibus, quibus affluentissimè priùs abundabat, et ita exhauriam, ut nihil præter saxa habuisse videatur. Simili metaphorâ usus est Ezech. c. 26, v. 4, cùm ageret de Tyri vastitate : *Dissipabunt muros Tyri, et destruent turres ejus, et radent pulverem ejus de eâ, et dabo eam in limpidissimam petram;* quasi dicat : Usque adeò perfectè vastaberis, ô Tyre, ut neque è tantâ mole pulvisculus supersit, ut nihil sit reliquum, præter purum saxum, in quo civitas olim extructa est. Neque valdè dissimilis est illa metaphora, quâ sub hoc tempus usus est Isaias, cùm de hâc ipsâ civitate et populo loqueretur c. 7, v. 20, ubi de populo atque urbe ita loquitur quasi de homine, cujus pili à toto corpore ad cutim usque novaculâ raduntur : *In die illâ radet Dominus in novaculâ conductâ in his qui trans flumen sunt in rege Assyriorum caput, et pilos pedum, et barbam universam.*

Id verò quod juxta has translationes additur, plurimùm facit ad hanc cogitationem : *Et convertitur super faciem suam.* Nam vasa, quæ priùs cùm essent plena, os habebant supinum, quia aliter continere non possent unguenta alabastra, et pyxides, neque lagenæ vinum, neque lances obsonia : at ubi hæc eadem vacua sunt inversa, et ore prono in vasario atque abaco statuuntur, quia nihil habent, quod effundi possit aut everti. Nisi mavis quod putavit Cajetanus, ideò ore prono inversa fuisse vascula, ne quid liquoris remaneret sive in lateribus, sive in fundo vasis. Sic enim fit communiter ab his, qui ab omni liquore purum vas esse cupiunt.

Hieronymus aliâ metaphorâ videtur eamdem sententiam explicare voluisse; quare Hebraicam vocem *salachath*, quam alii et ipse quoque aliquando *vas* convertit, ut lebetem, scutellam, patinam, hoc loco reddidit tabulam, illam, opinor, tabulam deletilem, quam etiam palimpsestum vocamus, quæ inducto aliquo levissimo tectorio, aut etiam cerâ, facilè excipit aut litteras, aut rerum imagines, quas exarare quisque velit, aut depingere : quæ sic delentur, ut scripturæ prioris aut imaginis nullum appareat signum. Hic autem de inceratis tabulis agi puto; id certè docet styli nomen, quo non cerussatæ tabulæ, sed obductæ cerâ imprimuntur signa. Stylus enim, qui antiquis seculis pro calamo fuit, alterâ parte acutus erat, qui in ceratâ tabulâ notas exarabat; alterâ latior et obtusior, quo, si minùs scripta probarentur, delebantur, ut eodem rursùs complanatâ cerâ novæ inducerentur notæ, aut rerum imagines. Quare *vertere stylum,* idem valet apud Latinos proverbiali specie, atque corrigere, aut mutare sententiam; quod enim styli exaramus acumine, idem inverso stylo latiori illius parte delemus. Sic Horatius lib. 2, Satyr. 10 :

Sæpè stylum vertas, iterùm, quæ digna legi sint Scripturus.

Ait ergo propheta quicumque ille est, qui minas hasce fulminis in modum intorsit in Manasse, et populi devotum neci aut infortunio caput, ita fore delendam Jerusalem, et obliteranda quæ in illa majorum exempla visebantur illustria, et in omnem æternitatem duratura, ut neque antiquæ virtutis et gloriæ ulla superessent vestigia, perinde atque si notata forent in pulvere, in quo Jerem. c. 17, qui à Domino defecerunt, scribuntur, aut in aquâ, quæ temporis momento vanescunt.

ET DELENS VERTAM, ET DUCAM CREBRIUS STYLUM SUPER FACIEM EJUS. Facies in tabulâ pars illa est, quæ litteras excipit, vel imaginem : stylus obducitur cùm pars latior illius ceræ imprimitur, et obscurat, et delet quod notatum fuerat. Si vox una aut versus unus obcæcandus est, semel inducitur inversus stylus; si plures versus, sæpiùs, donec tandem deletis litteris aut figuris, pura relinquitur tabula, sicut antequàm nullæ in eâ notæ forent impressæ. Quod sanè accidit in Hierosolymæ vastitate, in quâ hostilis semel et quartò inductus est stylus, donec tandem tota prorsùs interiit. Nam primùm illam deformavit Pharao Necao, occiso Josiâ, et abducto Joachaz in exilium, et imposito terræ gravi tributo infra c. 23, quo tempore in nobili tabulâ bona pars Judaicæ gloriæ obliterata est, quod reliquum fuerat, erasit funditùs Nabuchodonosor variis in eam regionem appulsibus.

VERS. 14.— DIMITTAM VERO RELIQUIAS HÆREDITATIS MEÆ, ET TRADAM EAS IN MANUS INIMICORUM EJUS. Duas hìc ego explicationes videre videor : altera ut Deus videatur omninò dimisisse atque abjecisse reliquias hæreditatis suæ, id est, duas tribus, quæ reliquæ fuerant, postquàm decem alias abduxerunt Assyrii. Tam autem hæ, quàm illæ, hæreditas potuerunt appellari Dei. Causa verò cur Deus tam severum sumpserit de suâ hæreditate supplicium, ea fuit, quia ex quo egressi fuerunt ex Ægyptio solo, licet singularibus onerati beneficiis, defecerunt tamen frequenter à Deo, et iteratis sæpè sceleribus illius in se furorem irritârunt, donec tandem, impletâ scelerum mensurâ, ultricem Domini manum experti sunt.

Altera expositio aliquid hìc agnoscit ab animo Domini clemente profectum, ita ut delere omninò noluerit populum suum, sed bonam illius partem superstitem reliquerit, quæ servilem operam præstaret Babyloniis, et genus propagaret Judaicum, quod ad paucos redactum interiisse videbatur, susceptis in captivitate liberis, qui tanti populi implerent ruinas, et ad spem majorem gentem abjectam, et penè exanimatam erigerent. Id quod sub hæc tempora cecinit Isaias c. 1, v. 9, et retulit Paulus ad Roman. c. 9, v. 29 : *Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, et quasi Gomorrha similes essemus.* Ita Abul. q. 14, Dionysius. Ego in priorem explicationem magis propendeo, quam tenent Cajetanus et Hugo.

VERS. 16. — INSUPER ET SANGUINEM INNOXIUM FUDIT MANASSES (1), MULTUM NIMIS, DONEC IMPLERET JERUSALEM USQUE AD OS. Connumerârat supra historicus sacer impietatem Manasse, quo modo relicto Deo, cui tam constanter ac seriò hæserat pater Ezechias, variis se superstitionibus illigârit, idola coluerit, auguria captârit, nullumque horruerit divinationis genus. Nunc crudelitatem illius accusat et amplificat, cui nihil tam innocuum, nihil tam sanctum fuit, à quo furorem et ferrum continuerit. Usque adeò autem grassatus est intem-

(1) Præsertim eorum qui suæ impietati resistebant, illumque de eâ arguebant, uti erant Isaias cæterique prophetæ, ita ut quotidiè aliquem è prophetis occideret, ait Joseph. Hinc appositè vocatus est *Manasses*, id est, *ab insurgente;* vel *ex oblivione*, ait auctor Imperf., homil. 1 in Matth. : « Providentia enim Dei sic « eum dispensavit vocari, quia obliturus fuerat « omnem conversationem patris sui sanctam, « et omnia beneficia Dei pro merito ejus collata in « ipsum, et stimulatus ab insurgente diabolo, « qui solet insurgere super genus humanum ad « evertendum, gesturus omnia quæ Deum ad « iracundiam provocarent. » Addit idem auctor de Manasse quid novi et miri, aitque : « Denique cùm ægrotâsset Ezechias in tempore quodam, et venisset ad eum Isaias propheta visitandum, vocavit Ezechias filium suum « Manassen, et cœpit ei mandare quòd debeat « Deum timere, quomodò regere regnum, et « alia multa. Et dixit ad eum Isaias : *Verè quia « non descendunt verba tua in cor ejus, sed et « meipsum oportet per manum ejus interfici.* Quod « audiens Ezechias, volebat filium suum interficere, dicens : *Quia melius est me sine filio « mori, quàm talem filium relinquere, qui et « Deum exasperet, et sanctos ejus persequatur.* « Tenuit autem eum vix Isaias propheta, di« cens : *Irritum faciat Deus consilium tuum hoc*, « videns Ezechiæ religionem, quia plus amabat « Deum, quàm filium suum. » Verùm hæc videtur Rabbinorum fabella. Nam ægrotante Ezechiâ necdùm natus erat Manasses, quia post morbum Ezechias supervixit 15 annos, eique deinde morienti succedens Manasses erat duodecim annorum. Natus est ergo Manasses tertio à morbo et sanitate recuperatâ Ezechiæ patris sui anno. (Corn. à Lap.)

peranter et barbarè, ut civitas tota usque ad os innocentûm sanguine redundaret. Qui dicendi modus magnam indicat rerum abundantiam : sumitur autem translatio non ab ore animalis, sed ab ore vasis, seu putei, aut horrei; tunc enim vulgari sermone rerum significamus abundantiam, cùm ad os usque, id est, ad summum aliquid plenum esse dicimus. Licet quinam hi fuerint, quorum sanguinem Manasses effudit, ex Scripturâ non constet, est tamen verisimile illorum fuisse prophetarum, per quos Deus regis impii peccata reprehendit, aut qui sequi noluerunt illius mores et institutum, aut qui illius intemperantiam liberiùs exprobrârunt. Sanè ab illo propter reprehensionis acerbitatem occisum Isaiam acerbissimo mortis genere, sentiunt communiter Patres, et nos hæc copiosiùs exposuimus in nostris Commentariis in Isaiam Prolegomeno 5. Vide Abulens. q. 18, Josephus lib. 10 Ant. c. 4 : « In omnes, inquit, quotquot erant in « Hebræis, justos grassabatur cædibus, nec à « prophetis quidem cruentas manus abstinens : « nam ex horum numero per singulos dies ali« quem afficiebat supplicio. »

Absque peccatis suis, quibus peccare fecit Judam. Hæc gravissima fuerunt peccata : sed illud non fuit leve, quòd suo exemplo pessimo gentem suo subjectam imperio turpiter corrupit. Principum enim exemplum severissimi cujusdam imperii pondus habet, ad cujus formam mores suos attemperet inferior multitudo. Sed neque imperium defuisse credo, quo nimiùm timidam atque obsequentem plebem ad omne impietatis genus secum traxit.

Vers. 17. — Reliqua autem sermonum Manasse, et universa quæ fecit (1). Plura alia fecit Manasse, quæ alibi scripta sunt, quæ nos ex lib. 2 Paralip. c. 23 ad hunc locum transferemus, ne regis hujus, aut manca maneat, aut obscura narratio. Eo autem loco à versu 11 habemus, quo supplicii genere Dominus tot impii regis, tamque impura ac barbara peccata mulctaverit. Primùm immisit regem Assyriorum, qui regem Manassem vinctum traduxit Babylonem. Quis tamen ille fuerit, incertum est, quia res Assyriæ hoc tempore obscuræ sunt : neque aliquid est in Scripturâ quod ego viderim, quod aliquid nobis præferat lucis. Illud certius, regem Babylonis sub hoc tempus subditum esse Assyriorum regi. Quare rex iste Assyrius, quicumque fuit, captivum Manassem in Babylonem secum abstulit, in civitatem nimirùm sibi subjectam. Quod ex eo constat, quia rex Assyriorum regem Manassem, nobilem scilicet prædam, in civitatem alienam non amandâsset. Item, quia, ut vidimus supra c. 17, v. 24, Salmanasar rex Assyriorum colonos induxit in Samariam à se subjugatam ex Babylone, non utique ex alienâ civitate, seu provinciâ. Quæ enim esset prudentia alienorum fidei commendare civitatem regiam, à

(1) Comminiscuntur Rabbini, Manassem, conjectum in vas æneum perforatum, ingenti rogo expositum fuisse, in iisque rerum angustiis opem deorum omnium postulâsse, quibus olim prece et thure litaverat; singulorum verò imbecillitatem experientiâ intelligenti, succurrisse opportunè quæ verba olim à patre suo audiverat : *Cùm quæsieris ibi* (in rebus adversis) *Dominum Deum tuum, invenies eum, si tamen toto corde quæsieris.* Quare ex animo ad Dominum conversus, statimque captivitate solutus, translatus est in regnum suum eodem prodigio, quo Habacuc Babylonem, id est, apprehensus crinibus, raptus per aerem. Scriptor quidam vetus, sed fidei non satis assertæ, historiam hanc regis libertati restituti aliter narrat. In vinculis detentus Manasses pro quotidianâ annonâ victitabat frustulo panis hordeacei et aquâ aceto permixtâ ; utriusque verò arcta erat adeò mensura, ut vitam vix prorogare, saturari non posset. Inter has angustias opportunè miser Domini meminit, statimque ad ejus clementiam versus est; nec mora : subita quædam flamma totum cinxit, quæ catenis liquatis vinctum libertati restituit. Apage fabulas ! Munus illud libertatis restitutæ Manassi post aliquot captivitatis annos, Saosduchino, Asarhaddonis successori, deberi creditur. (Calmet.)

« Ou Manassès, roitelet de Juda, dit Vol« taire, n'avait jamais entendu parler du mira« cle du cadran de son père, et des autres mi« racles d'Isaïe, ou il n'a regardé Adonaï que « comme un Dieu local, ou il était tout-à-fait « fou..... Cette inconcevable incrédulité de « Manassès peut faire penser que le Pentateu« que n'était pas encore connu, la religion ju« daïque pas encore débrouillée : rien n'était « constaté, rien n'était fait. » Manassès, âgé seulement de douze ans, lorsque Ezéchias mourut, enivré de l'état de prospérité dans lequel son père lui laissait le royaume, sans avoir assez vécu pour lui inculquer les vrais principes de religion et de gouvernement, tomba entre les mains de courtisans impies qui le plongèrent, au sortir de l'enfance, dans tous les excès dont les livres saints présentent le tableau. A cet âge, un prince séduit et corrompu réfléchit peu. Les égarements de celuici durèrent sept ans ; ils ne finirent que par la perte de sa liberté, lorsqu'il fut mené captif à Babylone. Mais n'est-ce pas le comble de la déraison de conclure de sa conduite que *le Pentateuque n'était pas encore connu, ni la religion judaïque débrouillée ?* Et pour quelle cause donc moururent tant d'hommes vertueux dont le sang innocent inonda Jérusalem sous Manassès? Le critique a-t-il donc oublié que ce roi fut d'abord persécuteur? (Duclot.)

quibus sperari nihil posset fidele ac tutum? *Adduxit autem rex Assyriorum de Babylone et de Cutha*, etc., *et collocavit eos in civitatibus Samariæ pro filiis Israel.*

Deinde eodem cap. v. 12 habemus, quo modo dura vexatio et severa custodia, et superiorum temporum, et peccatorum recordatio ex obstinato quondam pectore pœnitentiam excusserit, quemadmodùm orârit ardenter, denique adeò libertatem obtinuerit et regnum unde exciderat superatus ab hoste majori. Oratio, quam habuit Manasses cùm esset in vinculis, à nonnullis olim putabatur canonicæ fidei, quam legebamus ad finem libri secundi Paralipomenon. Nunc tandem extra seriem canonicorum librorum cum aliis pluribus seposita est, ne prorsùs interiret. Atque ideò ab illius explicatione prudens abstineo. Ex illâ tamen, cujuscumque sit fidei, illud habemus, durissimam habuisse custodiam, et vitam ærumnosam. Sic enim ille : *Incurvatus sum multo vinculo ferreo, ut non possim attollere caput meum, et non est respiratio mihi.*

Deinde à versu 14 traditur quid egerit à vinculis divino beneficio solutus, quàm alius fuerit à se ipso, ut animum seriò applicuerit ad muniendas urbes, ad construenda præsidia, ad profligandos hostes opportuna. Denique ne quid deesset, quod ab optimo principe disciplina militaris exigeret, neque minori studio in religionis, quam ante prodiderat, oppugnâratque, observationem incubuit, ut et eam ipse coleret, et in aliis excitaret, et quàm maximè posset studiosè foveret. Quare evertit aras impiæ religioni consecratas, simulacra confregit, et mala malè perdidit, et extra urbem omnia projecit suis cultoribus deinceps futura ludibrio. Porrò sub hæc tempora contigisse historiam Judith nonnulli existimant, in quibus sunt cardinalis Bellarminus tom. 1, lib. 1, c. 12; Serarius in librum Judith, c. 1, q. 2; sed hæc longiorem disputationem desiderant, quam ad meum institutum pertinere non puto.

Vers. 18. — Dormivitque Manasses cum patribus suis, et sepultus est in horto domus suæ in horto Ozæ. Cùm alii fermè reges Juda sepulti dicantur in civitate David, et appositi ad parentes suos, præter admodùm paucos, Manasses tamen in horto domûs suæ, qui hortus dicebatur Ozæ, sepultus est. Non, ut opinor, odio populi, cui execranda videbatur priùs regis vita, quia extrema pars ætatis turpem illam maculam tantâ morum mutatione delerserat. Erat, opinor, in horto illo illustre aliquod mausolæum, dignum regio cadavere, quod sibi rex vivus sanusque construxerat, non procul ab urbe, cui nomen videtur dedisse sacerdos Oza, cui nimia in arcam fœderis temeritas ademit. Casum verò Ozæ non longè ab urbe contigisse, suo loco probavimus lib. 2, c. 6, ad illud versiculi 9 : *Et extimuit David Dominum in die illâ.*

Vers. 19. — Viginti duorum annorum erat Amon cum regnare coepisset. De Amon nihil fermè habemus dignum annalibus, quia regiæ dignitatis usura brevissima, utpote biennii, vita turpissima, cùm similis esse maluerit parenti juveni, et in omnem morum et impietatis turpitudinem projecto, quàm eidem seni, et multò saniora cogitanti. Quare cùm illius ineffrenatos mores sustinere non possent, servi quidam domestici, quorum tunc erat animus minùs quàm antea pietati rebellis, illum occiderunt, cùm edidisset nihil nisi quod execrarentur et damnarent boni : et quod pietas horreret atque religio. Sed populus, qui neque omnia accuratè prudenterque considerat, quique plerùmque nobilitati favet, ultus est cædem illam, occisis illis, qui per insidias regem obtruncârant, et regium cadaver in horto Ozæ paterno monumento condiderunt. Et Josiam filium infantili propè ætate, octavum enim annum tunc agebat, parentis loco in regno suffecerunt.

Libet ad extremum addere pro re morali quod p. 2 Annalium meditabatur Glycas : « Fuerit, inquit, operæ pretium inquirere, quamobrem Deus Manasse pœnitentiam expectaverit, sed non filii ejus Amon, quem instar segetis (id est, in herbâ), demessuit. Nimirùm cogitationem quidem pravam apud animum instituit, cùm secum ita loqueretur : Pater meus à puero multa scelerata fecit, ac in senectâ pœnitentiam egit. Quamobrem et ipse hâc in ætate pro animi libidine me geram, et deinceps ad Dominum me convertam. Hâc igitur de causâ Deus pœnitentiam illius non expectavit, quando paternis calamitatibus nullo modo factus erat melior. » (1)

(1) Vers. 20. — Fecitque malum in conspectu Domini. Audi S. Clementem lib. 2 Constit. Apost., cap 23 : « Talis, inquit, extitit Amon filius Manassis, de quo ait Scriptura : *Decepit se Amon malâ cogitatione transgressionis, et dixit : Pater meus multa peccata ab adolescentiâ commisit, et cùm senex esset, commisisse pœnituit ; et nunc ego ambulabo, ut expetit anima mea, et posteà convertam me ad Dominum* ; et egit improbè coram Domino super omnes natos ante se, et delevit eum

CAPUT XXII.

1. Octo annorum erat Josias cùm regnare cœpisset; triginta et uno anno regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Idida, filia Hadaia de Besecath.

2. Fecitque quod placitum erat coram Domino, et ambulavit per omnes vias David patris sui; non declinavit ad dexteram sive ad sinistram.

3. Anno autem octavodecimo regis Josiæ, misit rex Saphan, filium Asla filii Messulam, scribam templi Domini, dicens ei :

4. Vade ad Helciam sacerdotem magnum, ut confletur pecunia quæ illata est in templum Domini, quam collegerunt janitores templi à populo,

5. Deturque fabris per præpositos domûs Domini; qui et distribuant eam his qui operantur in templo Domini ad instauranda sarta tecta templi,

6. Tignariis videlicet et cæmentariis, et iis qui interrupta componunt, et ut emantur ligna et lapides de lapicidinis ad instaurandum templum Domini :

7. Verumtamen non supputetur eis argentum quod accipiunt, sed in potestate habeant et in fide.

8. Dixit autem Helcias pontifex ad Saphan scribam : Librum legis reperi in domo Domini; deditque Helcias volumen Saphan, qui et legit illud.

9. Venit quoque Saphan scriba ad regem, et renuntiavit ei quod præceperat, et ait : Conflaverunt servi tui pecuniam quæ reperta est in domo Domini, et dederunt ut distribueretur fabris à præfectis operum templi Domini.

10. Narravit quoque Saphan scriba regi, dicens : Librum dedit mihi Helcias sacerdos. Quem cùm legisset Saphan coram rege,

11. Et audîsset rex verba libri regis Domini, scidit vestimenta sua,

12. Et præcepit Helciæ sacerdoti et Ahicam filio Saphan et Achobor filio Micha et Saphan scribæ et Asaiæ servo regis, dicens :

13. Ite et consulite Dominum super me,

CHAPITRE XXII.

1. Josias avait huit ans lorsqu'il commença de régner, et il régna trente-un ans, à Jérusalem. Sa mère s'appelait Idida, et était fille de Hadaïa de Bésécath.

2. Il fit ce qui était agréable au Seigneur, et marcha dans toutes les voies de David, son père, sans se détourner ni à droite ni à gauche.

3. La dix-huitième année de son règne, il envoya Saphan, fils d'Asla, fils de Messulam, secrétaire du temple du Seigneur, en lui donnant cet ordre :

4. Allez vers le grand-prêtre Helcias, afin qu'il fasse ramasser tout l'argent qui a été porté au temple du Seigneur, et que les portiers du temple ont reçu du peuple;

5. Et que les maîtres de la maison du Seigneur le donnent aux entrepreneurs, afin qu'ils le distribuent à ceux qui travaillent aux réparations du temple du Seigneur,

6. Aux charpentiers, aux maçons et à ceux qui rétablissent les murs entr'ouverts, afin qu'on achète aussi du bois, et qu'on tire des pierres des carrières, pour rétablir le temple du Seigneur.

7. Qu'on ne leur fasse point néanmoins rendre compte de l'argent qu'ils reçoivent, mais qu'ils en soient les maîtres, et qu'on se repose sur leur bonne foi.

8. Alors le grand-prêtre Helcias dit à Saphan, secrétaire : J'ai trouvé un livre de la loi dans le temple du Seigneur. Et il donna ce livre à Saphan, qui le lut.

9. Saphan, secrétaire, revint ensuite vers le roi, pour lui rendre compte de ce qu'il lui avait commandé, et lui dit : Vos serviteurs ont ramassé l'argent qui s'est trouvé dans la maison du Seigneur, et l'ont donné aux intendants des bâtiments du temple du Seigneur, pour le distribuer aux ouvriers.

10. Saphan, secrétaire, dit encore au roi : Le pontife Helcias m'a donné *aussi* un livre. Et il le lut devant le roi.

11. Le roi ayant entendu les paroles du livre de la loi du Seigneur, déchira ses vêtements.

12. Et dit au pontife Helcias, à Ahicam, fils de Saphan, à Achobor, fils de Micha, à Saphan, secrétaire, et à Asaïas, officier du roi :

13. Allez, consultez le Seigneur sur moi et sur le peuple *d'Israël* et sur tout Juda touchant

« Deus celeriter ex terrâ ejus bonâ, et servi « impetum in eum fecerunt, et domi ejus interfecerunt, et regnavit duobus tantùm annis. » (Corn. à Lap.)

et super populo, et super omni Juda, de verbis voluminis istius quod inventum est; magna enim ira Domini succensa est contra nos, quia non audierunt patres nostri verba libri hujus ut facerent omne quod scriptum est nobis.

14. Ierunt itaque Helcias sacerdos, et Ahicam, et Achobor, et Saphan, et Asaia, ad Holdam prophetidem, uxorem Sellum, filii Thecuæ filii Araas custodis vestium, quæ habitabat in Jerusalem in secundâ, locutique sunt ad eam.

15. Et illa respondit eis : Hæc dicit Dominus Deus Israel : Dicite viro qui misit vos ad me :

16. Hæc dicit Dominus : Ecce ego adducam mala super locum istum, et super habitatores ejus, omnia verba legis quæ legit rex Juda,

17. Quia dereliquerunt me, et sacrificaverunt diis alienis, irritantes me in cunctis operibus manuum suarum; et succendetur indignatio mea in loco hoc, et non extinguetur.

18. Regi autem Juda, qui misit vos ut consuleretis Dominum, sic dicetis : Hæc dicit Dominus Deus Israel : Pro eo quòd audîsti verba voluminis,

19. Et perterritum est cor tuum, et humiliatus es coram Domino, auditis sermonibus contra locum istum et habitatores ejus, quòd videlicet fierent in stuporem et in maledictum, et scidisti vestimenta tua, et flevisti coram me, et ego audivi, ait Dominus :

20. Idcircò colligam te ad patres tuos, et colligeris ad sepulcrum tuum in pace, ut non videant oculi tui omnia mala quæ inducturus sum super locum istum.

les paroles de ce livre qui a été trouvé; car la colère du Seigneur s'est allumée contre nous, parce que nos pères n'ont point écouté les paroles de ce livre, et n'ont point fait ce qui nous avait été prescrit.

14. Alors le pontife Helcias, Ahicam, Achobor, Saphan et Asaïa allèrent vers la prophétesse Holda, femme de Sellum, fils de Thécuas, fils d'Araas, gardien des vêtements, laquelle demeurait à Jérusalem dans la seconde *enceinte de la ville ;* et ils lui parlèrent *selon l'ordre du roi.*

15. Holda leur répondit : Voici ce que dit le Seigneur Dieu d'Israël : Dites à l'homme qui vous a envoyés vers moi :

16. Voici ce que dit le Seigneur : Je vais faire tomber sur ce lieu et sur ses habitants tous les maux que le roi de Juda a lus dans *ce livre de* la loi,

17. Parce qu'ils m'ont abandonné, qu'ils ont sacrifié à des dieux étrangers, et qu'ils m'ont irrité généralement par toutes leurs œuvres ; et mon indignation s'allumera de telle sorte contre ce lieu, qu'il n'y aura rien qui puisse l'éteindre.

18. Mais pour le roi de Juda, qui vous a envoyés consulter le Seigneur, vous lui direz: Voici ce que dit le Seigneur Dieu d'Israël : Parce que vous avez écouté les paroles de ce livre,

19. Que votre cœur en a été épouvanté, que vous vous êtes humilié devant le Seigneur après avoir appris les maux dont il menace cette ville et ses habitants, qu'ils deviendront un jour un objet d'étonnement et de malédiction, et parce que vous avez déchiré vos vêtements et pleuré devant moi, je vous ai exaucé, dit le Seigneur.

20. C'est pourquoi je vous ferai reposer avec vos pères, et vous serez enseveli en paix, afin que vos yeux ne voient point les maux que je dois faire tomber sur cette ville.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — OCTO ANNORUM ERAT JOSIAS (1) CUM REGNARE COEPISSET. Post parentis nequissimi brevem et turpissimum dominatum, successit Josias, quo in regibus Juda, aut nemo melior,

(1) Hoc nomen ei impositum fuit à Deo prædictum ante 327 annos; tot enim fluxêre à Roboam et Jeroboam usque ad Josiam, 3 Reg. 13, 2. Josias enim Hebr. dicitur quasi יה שי *ia scai*, id est, *Dei munus*, vel oblatio, aut quasi יה אש *ia es*, id est, *Dei ignis*, ob ejus zelum et ignita sacrificia, et quia idololatras igne combussit. Audi auctorem operis Imperfecti apud Chrys., hom. 1 in Matth. : « Josias interpretatur *hostia Domino*, vel *salus Domino*. « Providentia autem Dei secundùm quod futurus fuerat Josias, dispensavit ei nomen imponi, ubi est hostia Domino, aut salus Domini, quoniam verè in illo fuit hostia Domini. Tale enim sacrificium obtulit Domino Deo, quale nec ante eum aliquis regum, nec post eum. Et ipse fuit hostia Deo secundùm quod mandat Apostolus : *Ut exhibeatis corpora vestra hostiam vivam, sanctam, Deo placentem.* « Et ipse fuit populi sui in tempore suo à Deo

aut certè cum paucis optimus fuit. Qui sic instituit vivendi modum, ut Deum ubique locorum præsentem habuerit, et ad ea animum intenderet, quæ existimabat illi placitura, neque quòquam à Davidis vestigiis unquàm deflexerit. Quare, ut illi nihil antiquius, aut potius fuit, quàm ut divinus honor magis in dies singulos, ac magis augeretur, et quæ ad illius spectant cultum magnificè semper ac legitimè fierent, sic ipse eò primùm appulit animum, ut quæ ad religionem pertinent, eo essent ordine ac loco, ut neque indecorè peragerentur, neque unquàm intermissa deficerent; aut in illis obeundis sacerdotum aut sacratorum hominum studia languerent. Quare, ut legimus lib. 2 Paralip. c. 34, à vers. 3, non solùm ex Hierosolymâ, sed etiam ex totâ Judæâ quidquid gentilicum aut impium oleret, relegandum curavit. Quare excelsa sustulit, lucos excidit, simulacra confregit, et quidquid sculptili opere excusum atque conflatum fuerat. Et execratus tam vana idolorum portenta, quàm illorum, qui illa aut conflaverunt, aut coluerunt, insaniam, ut ostenderet ea quibus delusa gentilitas honores impendit divinos, nihil habuisse majus, aut honestius, quàm ossa graviter olentia, aut putrida membra, confracta simulacra in illorum tumulos per ludibrium conjecit, in quibus illa clausa computruerant. Et ubi idolorum sacrificuli victimas immolavêre nefarias, illorum ossa ignominiosè combusta redegit in cineres: ut altaria quæ priùs in idolorum cultum sanguine victimarum imbuerant, suis postea cineribus inviti polluerent. Hoc modo religiosus princeps expiavit Jerusalem et Judam, quæ suo suberant imperio, ut legimus 2 Paralip. c. 34, v. 6. Quodcumque in terrâ Ephraim, Manasse, Simeon et Nephthali religionis gentilicæ monumentum, aut instrumentum invenit, illud prorsùs dissipavit ac perdidit. Cùmque in universâ terrâ Israel nullum altare, nullum sacrarium, nulla denique gentilicæ dementiæ vestigia reliquisset, Hierosolymam rediit, ut cætera, quæ ad religiosum cultum componi posse videbantur, præsens ipse perficeret. Hæc ex lib. 2 Paralip. (1)

« salus. » Et inferiùs: « Tertius enim Josias est, « cujus nomen prophetatum est priusquàm na« sceretur. Hi tres sunt, Samson, Josias, « Joannes. » (Corn. à Lap.)

(1) Vers. 2. — Fecit quod placitum erat coram Domino. Inter principes, quos elogio prosecuta est Scriptura, unus est Josias. Discimus è secundo Paralipomenon 33, 3, anno octavo regni sui, cùm puerilem ætatem fermè nondùm excessisset, totum sese dedisse ut seriò Dominum quæreret: quam rectam viam semel institutam, nunquàm ad vitæ exitum usque deseruit. Perseveravit enim usque ad mortem in exercitio virtutum, neque purissimam vitam vitio ullo fœdavit. Primò omnium studuit evertendis templis et aris editorum locorum, auferendis simulacris, lucisque numinum superstitioni dicatis, purgandoque à superstitione et idololatriâ regno. Nec pium illud studium suum in unicâ tribu Juda cohibuit, sed et provexit in tribus Ephraimi, Simeonis et Nephthali: eò enim sese conferens, omnia superstitionis vestigia delevit. (Calmet.)

Josias fit ce qui était agréable au Seigneur, et il marcha dans toutes les voies de David, son père, sans se détourner ni à droite, ni à gauche. Saint Jérôme nous fait remarquer que ce prince fut proprement le dernier roi de Juda, parce que les autres princes, ses fils et ses petits fils, qui régnèrent après lui, ne doivent pas tant être regardés comme de vrais rois, que comme de misérables objets du mépris et des insultes tant du roi d'Egypte que des Chaldéens; comme des victimes de la cruauté des ennemis du peuple de Dieu, et comme d'illustres trophées de la victoire des rois étrangers dont ils étaient devenus captifs. Dieu voulut, comme le remarque le même Père, que ce prince, qui devait être le dernier roi, fût un roi juste et pieux, afin que son peuple, qui semblait pouvoir s'excuser en quelque sorte sous les méchants princes, en disant: Nous voulons servir le vrai Dieu, mais nous en sommes empêchés par la puissance et par l'exemple de nos rois, n'eût plus aucun lieu d'excuser son impiété, et que, persévérant comme il fit dans l'idolâtrie, nonobstant le zèle si saint de Josias pour la gloire de la maison du Seigneur, il fût convaincu de la justice de la colère de Dieu, et de l'arrêt qu'il prononça touchant la ruine de Jérusalem, la captivité de Juda, et la victoire de Nabuchodonosor. *Quia populus poterat se excusare in regibus malis, et dicere: Nos volumus servire Deo, sed prohibemur à regibus; datur rex justus, quo zelante domum Domini, et populo nihilominùs in idolorum cultu perseverante, justa iræ causa profertur à Domino.*

Ce prince paraît, en effet, avoir été le plus saint de tous les rois de Juda depuis David, puisqu'il est le seul de qui la sainte Ecriture a dit *qu'il n'y en eut point qui retournât comme lui au Seigneur de tout son cœur, de toute son âme et de toute sa force, selon toute la loi de Moïse* (Sacy.)

Vers. 3. — Anno autem octavo decimo regis Josiæ misit rex Saphan. In his quæ proximè adduximus ex lib. 2 Paralip. videtur duos annos posuisse Josias; nam v. 3 de illo dicitur: *Octavo anno regni sui cùm adhuc esset puer, cœpit quærere Deum*, id est, cùm annorum esset sedecim. Post verò v. 8, et nunc v. 3, anno octavo decimo aggressus esse dicitur expiationem templi, et reparationem eorum, quæ aut attrita longo usu, aut tempore, aut aliâ quâvis injuriâ hominum, aut temporum collapsa fue-

rant, aut ruinæ proxima. Quare Saphan scribam, cui sumptuum rationumque templi cura mandata fuerat, ad sacerdotem maximum Helciam mandat, cui edicit, ut quidquid à templi janitoribus collectum est pecuniæ, præpositis domûs tradat, ut per fabros sartam, et tectam domum tueantur, in quibus servari placuit modum illum, quem Joas supra c. 12, in sartis tectis teneri voluit. (1)

Vers. 8. — Librum legis reperi in domo Domini. Fecit superiorum quorumdam regum improbitas, et, ut modestissimè dicam, gravis incuria, ut liber legis omninò periret, et cum eo multarum rerum memoria, quæ plurimùm ad conformandos mores juxta Instrumenti veteris præcepta conferebant. Cùmque alii eâ in re communibus rationibus incommodâssent, qui neque vindices, neque custodes legis esse voluerunt; maximè verò Manasses et Amon, qui dùm gentilicis se sacris et legibus alligârunt, divinæ legi ac libris, in quibus illa continebatur, bellum indixerunt. Quare aut sacros libros, qui vivendi religiosè ac sanctè formam tradebant, consumpserunt incendio, aut ita compresserunt aut abdiderunt in tenebras, ut nusquàm apparerent (1). Quòd autem

(1) Vers. 4. — Confletur pecunia, quæ illata est in templum. Septuaginta : *Signa totum argentum.* Chaldæus : *Repurgetur,* seu ponatur intra vas fusorium omne argentum. Hebræus ad litteram : *Consummetur hoc argentum,* eliquetur, et scoriâ mundetur, ut pro viribus purum sit et purgatum. Collectum enim erat è multis frustulis, quæ privati quique contulerant, varii ponderis variæque mixturæ. Quare Josias totum igne liquandum examinandumque censuit, ut deinde transiret in manus curatorum operis : id quod perfectum legitur in v. 9. Alii sic accipiunt : *Consummetur argentum hoc,* colligantur necessariæ pecuniæ, ut solutio tota compleatur : vendatur quidquid offertur, ut redigatur in pecuniam, ob necessarios sumptus reparationis templi. Aliter : *Consummetur argentum hoc,* ne quid ulteriùs colligatur pecuniæ, non postuletur, non exigatur.

Janitores templi. Hebræus : *Custodes liminis.* Chaldæus : *Æditui.* Constat ex Paralipomenis, principes janitorum templi curæ suæ commissam habuisse custodiam ærarii, vasorum sacrorum, farinæ, vini, olei, thuris, aromatum : quare plus aliquid erant, quàm vulgares janitores, omni carentes auctoritate, quibus solummodò custodia januarum templi credita erat, ut prohiberent, ne quis alienus, vel immundus ingrederetur. (Calmet.)

Vers. 5. — Deturque fabris per præpositos domus Domini. Hebræus : *Tradant manui facientium opus, præfectis in domo Domini, tradant eam facientibus opus.* Pecunia hæc detur opificibus, curatoribus, et præfectis operum, distribuenda inter opifices, qui sub eorum nutu operi incumbunt.

Vers. 7. — Non supputetur eis argentum. Idem servat Josias, quod antea Joas è superioribus regibus, in eodem opere templi sarciendi. Jubet eligi viros integros et probatos, quorum fidei committatur pecuniæ ipsis creditæ distributio. Reputârunt facilè hi reges futurum, ut operis elegantiæ et soliditati meliùs consuleretur, re commissâ curatoribus, qui sumptibus non parcerent, neque vererentur, ne sibi molestiæ aliquid crearetur ab usu pecuniæ sibi traditæ. (Calmet.)

(1) Cæterum ægrè admodùm mihi persuaserim, codices legis Mosaicæ intercidisse adeò sub Josiâ, et anno regni ejus undevigesimo, ut ne unus quidem superesset sive apud sacerdotes, sive apud prophetas, sive in templo. Constat vulgares maximè fuisse sub Josaphato, Ezechiâ, et Joas; neque unquàm affirmat Scriptura, reges impios, qui solium Juda tenuerunt, quæsivisse sacros libros, ut comburerentur. Credibilene est, Josiam, qui cultum Domini præclaris adeò legibus moderatus est, qui idololatriam et superstitionem amovit, ac pristino nitori religionem restituit, hæc omnia ne visis quidem voluminibus legis præstitisse? Si hæc ponantur, unde totus ad nos Pentateuchus pervenit? nec enim tum repertum nisi unicum Deuteronomium fertur. An latè adeò regnavit iniquitas, ut ne sacrum voluminum depositum quidem servaretur à sacerdotibus, prophetis, piisque hominibus, qui genua ante Baalem non curvârunt? Esto, rari tunc fuerint sacri codices, sed ignorare illos non poterat Josias, neque poterant sacerdotes, quorum consiliis ille utebatur. Autographi igitur mosaici codicis aspectu admiratio et obsequium principis et subditorum excitata est; quemadmodùm et nobis contingeret, si reperiretur autographum S. Matthæi, vel S. Joannis, cujus lectione aliter nos afficeremur, ac lectione codicum vulgarium, qui manibus nostris teruntur. Vide nostram dissertationem, utrùm Esdras auctor sit an restaurator sacrarum Scripturarum. (Calmet.)

« Le livre de la loi, dit Voltaire, était devenu si rare chez les Juifs que du temps de Josias il ne s'en trouva qu'un seul exemplaire. »

« Par l'Ecriture même, dit-il encore, il est avéré que le premier exemplaire connu fut trouvé du temps du roi Josias, et que cet unique exemplaire fut apporté au roi par le secrétaire Saphan. »

Le livre de la loi de Moïse *rare* chez les Juifs du temps de leurs rois! le livre de la loi *inconnu* jusqu'au temps du roi Josias! Ce livre qui était le code de la nation, qui la réglait dans le civil aussi bien que dans l'ordre de la religion! Nous voyons David, Salomon, Asa, Josaphat, Joas, Amasias, Ezéchias, le bisaïeul de Josias, et Josias lui-même, dès les premières années de son règne, en faire la base de leur gouvernement. Nous voyons sous Josaphat les prêtres et les grands du royaume, le livre de la loi à la main, parcourir les villes et les bourgades pour le faire observer au peuple. Nous voyons ce livre vénérable entre les mains des magistrats, tant de la capitale que des différents districts du royaume, pour servir de règle à leurs jugements. Nous voyons, sous

hoc tempore nullus esset liber, ex quo vivendi certam formam discerent Judæi, ex eo satis fit verisimile, quòd cùm scriba Saphan legisset inventum librum coram rege, quasi novum aliquid audiisset, scidit vestimenta sua, quod sanè facturus fuisse non videbatur, si libros habuisset, à quibus priùs divinas illas minas accepisset, quæ ipsius animum tam gravi ac

Amasias, les sentences criminelles formées sur la disposition des lois contenues dans ce livre, et ces lois tellement en vigueur, même sous l'impie Achab, que ce méchant roi n'osa enfreindre ouvertement celle qui rendait les héritages inaliénables; et que Jézabel, digne épouse d'un tel prince, fut forcée d'avoir recours à la calomnie pour faire condamner Naboth, dans la forme prescrite par la loi de Moïse, afin d'envahir ensuite la vigne de cet Israélite. Nous voyons, jusqu'aux derniers jours de cet état, sous le règne d'Osée, les prophètes rappeler perpétuellement les dix tribus aux observations de la loi de Moïse. Après la déportation de ces tribus, tout se règle par les dispositions de cette loi, dans celle de Juda, sous le gouvernement d'Ezéchias. Si Manassès, oubliant de si grands exemples, surpasse en impiété les plus méchants rois de Juda et d'Israël, il se trouva grand nombre d'Israélites de tout sexe et de tout âge, fidèles à leur loi jusqu'à verser leur sang dont Jérusalem regorgea. Plusieurs prophètes eurent le courage de lui reprocher ses crimes en face, et de lui dénoncer la vengeance que Dieu avait résolu d'en tirer. Croit-on que de tels hommes aient manqué de zèle pour conserver leurs livres sacrés, et de moyens pour les soustraire aux insultes des apostats? L'esclavage de Manassès et sa pénitence, plus durable que ses égarements, mirent les Juifs fidèles en état de rétablir peu à peu la religion sur l'ancien pied. Le court règne d'Amon ne lui permit pas de faire, dans l'espace de deux années, tout le mal que l'on avait lieu de craindre d'un si mauvais prince. Josias, son fils, montra, dès l'âge de seize ans, le plus grand zèle pour le culte de Dieu et pour l'observation de sa loi. Comment peut-on imaginer qu'en la dix-huitième année du règne de ce prince il n'y avait chez les Juifs qu'un seul exemplaire de la loi de Moïse?

Voyons maintenant sur quoi est fondée cette opinion de l'incrédulité. On lit dans le second livre des Paralipomenes qu'en tirant du trésor du temple l'argent qui devait être employé à le réparer, le pontife Helcias *trouva le livre de la loi par la main de Moïse*, et qu'il le remit aux mains de Saphan, scribe du temple, afin qu'il le présentât au roi. Le prince, saisi d'effroi à la lecture qui lui fut faite des malédictions portées dans ce livre contre les violateurs de la loi, déchira ses vêtements.

« Josias, disent les incrédules, fut frappé « des choses contenues dans ce livre; il ne le « connaissait donc pas : Helcias le lui envoya « comme une découverte importante; c'était « donc une pièce rare, un livre unique. » Il suffit de rapprocher le récit des Paralipomènes de la loi contenue au Deutéronome, pour découvrir la véritable cause de l'empressement de ce pontife. Il ne tendait, cet empressement, qu'à remplir envers Josias, âgé alors d'environ vingt-trois à vingt-quatre ans, le devoir que la loi imposait aux prêtres aussi bien qu'au prince. Elle portait que, *lorsque le roi serait sur son trône, il tirerait copie du livre où elle était contenue sur l'exemplaire qui lui serait présenté par les prêtres de la tribu de Levi, et qu'il garderait cette copie pour la méditer sans cesse.* Moïse, dans cette vue, avait déposé dans le sanctuaire et placé à côté de l'arche l'exemplaire de la loi écrit de sa propre main. Josèphe nous apprend qu'il fut conservé dans le temple jusqu'au temps où les profanations et les impiétés autorisées par Manassès et par son fils Amon, obligèrent les prêtres de le retirer du sanctuaire en même temps que l'arche d'alliance. L'arche n'y fut replacée qu'après que toute l'enceinte du temple eut été purifiée des marques de l'idolâtrie que les rois impies y avaient introduite; ce qui ne fut achevé qu'après la découverte de l'original du livre de la loi.

Quant à ce précieux exemplaire, Helcias le trouva dans un des appartements de la trésorerie, où vraisemblablement il avait été déposé avec l'arche. Le pontife se hâta de le communiquer au prince, pour satisfaire à la loi du Deutéronome. La vue d'un monument aussi respectable dut naturellement frapper le jeune roi et le rendre plus attentif à la lecture qui lui en fut faite. Supposons même que l'endroit du Deutéronome qui lui fut lu fût entièrement nouveau pour lui, serait-on fondé, pour cela, à en conclure qu'il n'existait, dans tout le royaume, aucune copie de cet exemplaire? C'est comme si l'on soutenait qu'il n'y aurait dans tout un royaume chrétien qu'un seul exemplaire du Nouveau-Testament, parce qu'il serait arrivé que le souverain, à l'âge de vingt-trois ou vingt-quatre ans, aurait été effrayé en entendant la lecture du vingt-quatrième chapitre de l'Evangile selon saint Matthieu.

Au reste, que prétend l'incrédule en observant que du temps de Josias il n'existait chez les Juifs qu'un seul exemplaire de la loi? « C'est une nouvelle preuve, dit-il, ou du « moins une nouvelle vraisemblance très-« forte que le prêtre hébreu venu à Sa-« marie avait enfin achevé son Pentateuque, « et que le grand-prêtre juif en avait un exem-« plaire. Tout ce qui peut étonner, c'est que « ce prêtre ne le porta pas lui-même au roi, « et l'envoya par le secrétaire Saphan. S'il « avait cru que ce livre fût écrit par Moïse, « il l'aurait porté avec la pompe la plus solen-« nelle; on aurait institué une fête, etc. »

Nous avons réfuté précédemment cette absurde conjecture. Nous observerons seulement ici que la prétendue démonstration du critique est fondée sur ce qu'on ne porta point au roi ce livre en procession, qu'on n'établit point de fête à cette occasion; mais c'est précisément ce qui prouve contre lui; c'est ce qui démontre que ce livre n'était pas une pièce nouvelle, qu'on savait que l'exemplaire primitif avait toujours été conservé dans le lieu saint, et que les copies en étaient, de

subito horrore concusserunt. Habuit Josias Amon parentem in omni scelerum turpitudine corruptissimum, à quo nihil sanum, nihil religiosum audivit, neque fortassè legem ullam esse à Domino præscriptam, quæ propositâ mercede ad virtutem alliceret, et objecto metu deterreret à vitiis. Quare cohorruit toto corpore, cùm illa audivit, quæ gravia peccatoribus infortunia minantur. Illa, opinor, quæ tradita sunt Levit. cap. 26; et Deuter. cap. 28. Deuteronomium sanè periisse, et Josiæ tempore repertum, docet Chrysostomus hom. 9 in c. 2 Matthæi : « Multa, inquit, ex prophe« ticis periêre monumentis, quod de historiâ « Paralipomenon probare possibile est. Desides « enim cùm essent Judæi, nec desides modò, « sed et impii, alia quidem perdiderunt negli« genter, alia verò tum incenderunt, tum « conciderunt. Et hoc quidem Jeremias, illud « verò auctor 4 lib. Regum asserunt : quoniam « post multùm temporis vix Deuteronomii sit « volumen repertum defossum quodam in loco, « ac penè deletum. » Idem iterat Chrysostomus in Ep. 1 ad Cor. c. 2 hom. 7 : « Quid ego ca« ptivitatem memoro? nam etiam ante captivi« tatem multa sunt abolita librorum volumina,

tout temps, répandues dans le public. Et comment cela n'aurait-il pas été ainsi? le temple subsistait depuis plus de trois cents ans, lorsque Josias monta sur le trône; le sacerdoce lévitique, le ministère prophétique n'avait souffert aucune interruption, non plus que la succession des princes de la maison de David; les observances religieuses et politiques des Juifs étaient en si grand nombre, elles se présentaient si fréquemment, qu'il eût été impossible que la mémoire s'en fût conservée sans une loi écrite. Nous avons fait voir que toutes ces pratiques étaient connues avant Josias : donc les Juifs avaient un livre de la loi avant le règne de ce prince. Le critique, toujours inconséquent et en contradiction avec lui-même, le reconnaît ailleurs. « Comme « les Juifs, dit-il, s'étant établis à Jérusalem, « eurent toujours la guerre avec les peuples « voisins, il voulurent enfin établir quelques « droits sur les terres qu'on leur disputait, et « ce fut alors, disent les critiques, que les « lévites compilèrent ces livres sur d'anciennes « traditions. » Il y avait près de 400 ans que les Juifs étaient établis à Jérusalem lorsque Josias monta sur le trône : par conséquent, non-seulement le Pentateuque, *mais tous les anciens livres hébreux étaient compilés*, de l'aveu du critique, vingt ans avant le règne de Josias.

Ces aveux et ces assertions opposées n'empêcheront cependant pas le philosophe, quand il parlera d'Esdras, de soutenir que c'est cet autre prêtre qui a composé le Pentateuque, après le retour de la captivité de Babylone, comme nous le verrons en son lieu. (Duclot.)

« cùm Judæi in ultimam prolapsi sunt impie« tatem, quod in calce lib. 4 Reg. manifestè « deprehenditur. Liber enim Deuteronomii vix « tandem inventus est ruderibus obrutus. »

Ex his Chrysostomi verbis multa colligo : primùm, videri non improbabile conscissos aut combustos fuisse libros sacros ab illis qui falsam atque impiam religionem amplexi, sanctam et veram prodiderunt, quia suis consiliis sacra volumina futura contraria non obscurè cognoverant. Sanè gentiles olim, qui religioni christianæ, dùm impiam promovere student, bellum indixêre, iidem sacros libros non minori studio atque odio insectati sunt; quia dùm illi viverent, et, quod illorum præcipuum est munus, religionem alerent, non putabant satis suis conatibus esse consultum. Fecerunt hoc idem quod Achaz, Manasses, et Amon, alii reges, qui in ultimam prolapsi sunt impietatem. Diocletianus, de quo Eusebius lib. 8 Hist. c. 3 : « Per imperatoris, inquit, « litteras palàm edictum fuit, ut deturbaren« tur Ecclesiæ, soloque æquarentur, et Scri« pturæ absumerentur igni. » Neque minori studio ab impiis imperatorii edicti ministris res peracta est, quàm à scelerato imperatore cogitata, de quibus Arnobius, qui præsens ipse spectare potuit, et martyrum lanienam, et librorum incendium, libro 4 sic ad gentes loquitur : « Quod si haberet vos aliqua vetus « pro religionibus indignatio, has potiùs litte« ras (nempe vestras), hos execrari debuistis « olim libros, istos demoliri, dissolvere thea« tra, hæc potiùs, in quibus infamiæ numinum « propudiosis quotidiè publicantur in fabulis; « nam nostra quidem scripta cur ignibus me« ruerunt dari? » De quibus et Aug. tom. 7 contra Cresconium Grammaticum lib. 3, c, 27. Hæc verò scripta, quibus et divina lex, et sanctorum præclarè gesta continebantur, sic indagabant canes illi venatici, ut omnia scrutarentur; sic extorquebant crudeliter, ut si quis illa aut tradere nollet, aut occultare vellet, durum illi proponeretur supplicii genus. Experti sunt plurimi imperatoriam illam rabiem, quibus dùm vitâ chariora sunt scripta illa sacra, quæ tyrannus poscebat, sanguinem potiùs et vitam largiti sunt. De quibus in Romano Martyrologio 2 die Januarii : « Romæ « commemoratio plurimorum sanctorum mar« tyrum, qui, spreto Diocletiani imperatoris « edicto, quo tradi sacri codices jubebantur, « potiùs corpora carnificibus, quàm sancta « dare canibus maluerunt. »

Quòd verò eo tempore exusti fuerint in Hispaniâ illo imperatoris edicti incendio grassante, et sacri codices, et alii etiam libri, in quibus scripta à fidelibus martyrum gesta continebantur, dolet Prudentius in eo hymno, quem de Hemeterio et Cheledonio conscripsit, in quo queritur in illo impio piorum codicum incendio periisse plurima maximarum virtutum exempla. Sic autem Prudentius :

O vetustatis silentis
Obsoleta oblivio !
Invidentur ista nobis,
Fama et ipsa extinguitur ;
Chartulas blasphemus olim
Nam satelles abstulit :
Ne tenacibus libellis
Erudita secula
Ordinem, tempus, modumque
Passionis proditum
Dulcibus linguis per aures
Posterorum spargerent.

Idem Isidorus in Missali Gothico eodem festo, cùm ageret de historiâ Martyrum, quam tyrannorum furor perdidit : *Non illas*, inquit, *paginas negligentia perdidit, nec casus abolevit, nec vetustas cariosa corrupit, sed malitia persecutoris invidit.*

Neque malorum horum et callidorum principum vanum consilium fuit ; nam sicut impuri, aut qui falsam doctrinam continent libri, aut qui quovis modo ad corrumpendos mores idonei existimantur, religionem et sanctitatem oppugnant et evertunt, sic qui mores ad pietatem informant, pietatem fovent, confirmant et roborant, egregii sanctitatis et fidei custodes, et indefessi ubique propugnatores sunt.

Ubinam liber ille, quem nonnulli nec sine gravi fundamento Deuteronomii fuisse credunt, inventus fuerit, non constat : neque ex Scripturâ aliquid habemus aliud quàm repertum à sacerdote Helciâ librum legis, cùm offerrent pecuniam, quæ in templo fuerat oblata. Ex quibus efficit Abul. q. 11 in arcis ubi pecunia illa servabatur, latuisse librum. Quod etiam Josephus putat lib. 10, c. 5 : « Pontifex, « inquit, dùm promit aurum, fortè incidit in « sacros libros Moysis in templo repositos ; eos « prolatos dedit scribæ Saphani, qui cùm per- « legisset eos, regem adiit. » Rabb. Salomon, quem citat et sequitur Lyra, ait omnes libros legis combustos fuisse ab Achaz, ut suæ impietatis amoveret testes, qui ipsum violatæ legis, et abjuratæ patriæ religionis arguerent. Cùm autem aliqui sacerdotes timerent, ne lex sublatis libris ex hominum memoriâ periret, in muro templi perfosso concluserunt : quem dùm cæmentarii restaurant, in librum inciderunt, qui ideò inventus esse traditur ab Helciâ, quia ipse tunc urgebat opus, et sarta tecta templi omnium princeps curabat. Chrysost. hom. 9 in cap. 2 Matth. defossum fuisse dicit in quodam loco, ac penè deletum. Et idem in Epist. 1 Cor. c. 2, hom. 7, repertum fuisse dicit ruderibus obrutum. Quidquid horum velis, non est improbabile, neque video quid contra à quoquam adduci possit, quod aliquam harum explicationem admodùm premat.

VERS. 10. — QUEM CUM LEGISSET SAPHAN CORAM REGE, ET AUDIISSET REX VERBA LIBRI LEGIS DOMINI, SCIDIT VESTIMENTA SUA. Aliquid sine dubio novum audierat, et horribile Josias, quod occultaverat pater Amon, qui nihil curabat minùs quàm de verâ legis observantiâ : legit, opinor, quod traditum est Deut. c. 28, aut si aliquid præter Deuteronomium, inventum est (nam sunt qui tantùm latuisse putent Deuteronomii librum) caput Levitici 26. Cùm autem gravem ex illius libri lectione concepisset dolorem et metum, cùm spretum videret aut ignoratum id quod à Deo præceptum esset tam severè, disrupit, quod in affectu simili fieri soleret ab Hebræis, vestimenta sua, et quâ ratione sua parentûmque ac populi peccata expiari possent, et placari Deus, quem offensum putabat, à prophetis discere, atque à Domino voluit, quod negotium viris maximæ auctoritatis et fidei commendavit. (1)

(1) VERS. 11, 12, etc. — *Le roi ayant écouté ces paroles du livre de la loi du Seigneur, déchira ses vêtements, et il dit au grand-prêtre... Allez consulter le Seigneur sur ce qui me regarde.* Combien de fois les autres princes avaient-ils aussi entendu ces mêmes paroles de la loi de Dieu, lorsqu'en les établissant sur le trône on leur présentait ce livre même du Déutéronome, selon que Dieu l'avait ordonné, afin qu'ils l'eussent continuellement devant les yeux ? Et d'où vient que la lecture de ce livre de Moïse qui fut capable de porter Josias à déchirer ses vêtements, dans la vue de cet effroyable mépris que l'on faisait des ordonnances et des menaces d'un Dieu, n'avait point frappé la plupart des autres, sinon parce que l'impiété rendait les uns également sourds et aveugles, et que l'humble piété des autres les rendait dociles à la voix de Dieu, dont la lumière et la grâce avait déjà pénétré le fond de leurs cœurs ? C'est sans doute une excellente marque, lorsqu'on voit un prince étonné salutairement par la parole du Seigneur de tout l'univers. Et si jamais ils ont eu sujet de l'être ; c'était en voyant, comme Josias, le commencement de tous les malheurs dont Moïse avait menacé le peuple de Dieu si long-temps aupa-

VERS. 14. — IERUNT ITAQUE HELCIAS SACERDOS, etc., AD HOLDAM PROPHETIDEM UXOREM SELLUM. Erant hoc tempore in Judæâ prophetæ, ut Jeremias et Sophonias, sed fortassè sub hoc tempus, aut non se illorum propheticus spiritus à Deo prodiderat, aut ab urbe aberant, et quos à regiis famulis adiri non erat facile. Quare adierunt prophetidem quamdam feminam nomine Holdam, cujus tunc spiritus notus erat populo, eamque regio nomine de re totâ consulunt. Fuisse autem in utroque tempore Evangelii et legis, non prophetas solùm, sed etiam prophetides, res est nota. Fuit sanè hoc afflata spiritu Maria soror Moysis, quæ Exod. c. 15, v. 20, prophetissa dicitur; fuit Debora, de quâ Judic. 4, v. 4; fuit Anna Samuelis matér, 1 Reg. 2. Neque in aureo Evangelii seculo defuerunt feminæ, quas propheticus iste spiritus afflavit: Fuit Elizabeth Joannis Baptistæ mater, Lucæ 1; Anna Phanuelis filia, Lucæ c. 2; filiæ Philippi quatuor, Actor. 21; omnium verò princeps beata Virgo, Lucæ c. 1. Et quidem Joel c. 2, v. 28, propheticum spiritum non viris solùm, sed etiam feminis dandum esse cecinit: *Effundam spiritum meum super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri, et filiæ vestræ.* Sibyllas porrò spiritum habuisse propheticum, communis est sensus, et quæ nunc habemus illarum oracula non obscurè docent. Vide Augustinum de Civitate lib. 18, c. 23; Lactantium lib. 1, c. 6.

Illud hìc observandum, feminas hasce, quibus Dominus propheticum afflavit spiritum, aut fuisse virgines, aut viduas, aut certè, si conjugatæ fuerunt, à re abstinuisse conjugali. Ita visum est aliquibus, quod tamen constat, licet ita plerùmque contigerit, non tamen illud omnibus fuisse commune. Nam Anna Samuelis mater post divinum afflatum filios suscepit. Neque de Elisabeth, aut Deborâ, eâ de re quicquam habemus; et ut Elisabeth uxor erat Zachariæ, et Debora Lapidoth, sic etiam Holda uxor dicitur esse Sellum. Sed ut Annam Samuelis matrem omittam, reliquas ego crediderim virgines fuisse, aut viduas, aut accepto divino spiritu, nullum cum viris habuisse conjugale commercium. Quatuor Philippi filiæ, Actor. c. 21, apertè dicuntur virgines: de Sibyllis ita sentiunt communiter Patres, imò putant prophetiæ spiritum præmium esse illibati pudoris. Sic sanè Hieronymus adversùs Jovinianum lib. 1, ubi etiam aliis præter Sibyllas ex gentilium sententiâ dicit esse concessum. « Quid « referam, inquit, Sibyllas, Erithræam, Cuma« nam, et octo reliquas (nam Varro decem « fuisse autumat), quarum insigne virginitas « est, et virginitatis præmium divinatio? Quòd « si Æolici genere sermonis Sibylla θεοβούλη « appellatur, rectè consilium Dei sola scribi« tur nôsse virginitas. Cassandram quoque et « Chrysem vates Apollinis, ac Junonis virgines « legimus. » Ambrosius, quo tempore Debora judicavit Israel, viduam fuisse dicit lib. de Viduis, ubi sic de Deborâ: *Vidua populos regit, vidua ducit exercitum, vidua duces eligit, vidua bella disponit.* Fortassè hæc Holda, quæ uxor dicitur Sellum, vidua tunc erat, aut virum forsitan domûs habuit, non tori consortem.

QUÆ HABITABAT IN JERUSALEM IN SECUNDA. Holda domum in Jerusalem habebat, Jeremias

ravant dans ce livre dont nous parlons. C'était alors que la parole d'un grand roi semblait s'adresser à eux plus particulièrement, lorsqu'il donnait cet avis aux princes : *Et maintenant*, leur dit-il, c'est-à-dire, au moins à présent, *ô rois, ayez une vraie intelligence; instruisez-vous de vos devoirs, vous qui êtes établis juges de la terre. Servez avec crainte le Seigneur, et réjouissez-vous en lui avec une sainte frayeur. Attachez-vous à sa discipline, de peur qu'il ne se mette en colère, et que vous ne périssiez* en sortant *de la justice de sa voie. Lorsque sa fureur s'allumera dans peu de temps, heureux tous ceux qui mettent en lui leur confiance!* Heureux donc fut Josias, qui, avant que la colère du Seigneur éclatât entièrement contre Juda, s'abaissa sous lui avec une humble frayeur; qui rechercha la discipline salutaire de ses préceptes, pour prévenir les effets de cette colère et sa propre perte; qui mit sa joie et sa confiance en lui seul, en s'instruisant et devenant sage par l'exemple de ses pères, et qui enfin, pour avoir une vraie intelligence de ses devoirs, ne se contenta pas de la lecture de la loi de Dieu, mais qui rechercha avec un très-grand empressement de consulter par le grand-prêtre et par les prophètes la volonté du Seigneur sur ce qui le regardait lui-même et son peuple. Car l'exemple de ce roi humilié en la présence de Dieu, qui ne veut pas consulter sa propre lumière, mais celle des saints prophètes, *touchant les paroles de ce livre de l'Ecriture qui avait été trouvé*, est une admirable instruction pour tous les fidèles, qui doivent craindre, comme ce prince, de se tromper dans l'intelligence de la volonté de Dieu et de sa loi, s'ils n'ont soin de le consulter par le ministère de ceux qu'il a établis les interprètes de sa vérité. Et les hérétiques de ces derniers temps, qui s'établissent si facilement, et qui établissent avec eux tous les chrétiens les juges des Ecritures, peuvent apprendre de la conduite de ce saint roi, que la vraie voie pour rentrer dans la vérité, d'où ils sont sortis, est de ne pas s'arrêter à la lumière si bornée de leurs esprits, mais de s'adresser aux vrais interprètes des Ecritures, qui sont les saints et les pères, par la bouche desquels il a plu à Dieu d'instruire l'Eglise, comme il instruisait alors la synagogue par la bouche des prophètes. (Sacy.)

in Anathoth, et cùm regium mandatum legatos urgeret, maluerunt prophetidem feminam, quæ propè, quàm virum prophetam, qui procul domicilium habebat. *Secunda* porrò pars est in civitate remotior, quæ eo videtur vocata nomine, quia forsan erat in secundâ civitatis parte, et quasi in civitate secundâ, in illâ videlicet, quam secundus et extrarius vallabat murus, quem ad munitionem civitatis obduxit Ezechias 2 Paralip. c. 32, v. 5 : *Ædificavit quoque agens industriè omnem murum, qui fuerat dissipatus, et extruxit turres desuper, et forinsecùs alterum murum.* Hieronymus ad illud Sophoniæ c. 1, v. 10 : *Vox clamoris à portâ piscium, et ululatus à secundâ.* Secundam portam dicit esse, quæ est in secundo civitatis muro. Sic autem ibi Hieronymus : « Quod autem ait, *et ululatus à secundâ,* secundi muri « in eodem climate, portam significat. De quâ « et in Regnorum libro scriptum est : *Et ivit « Helcias sacerdos,* etc., *ad Holdam, et hæc habi« tabat Jerusalem in secundâ.* » Vide quid nos ad hunc Sophoniæ locum in nostris Commentariis, et ad illud Jeremiæ c. 39, v. 3 : *Sederunt in portâ mediâ.* Hæc explicatio de portâ secundâ, aut secundâ civitatis parte, omnium mihi maximè placet, neque scio utram in partem propendeam. Sed trahit me pondus quod est à Hieronymi auctoritate maximum. Aliter divinant alii, sed, meo judicio, nihilo magis accommodatè, Chaldæus scholam, seu doctrinæ domum interpretatur, sicut etiam Pagninus, quasi ibi scholam habuerit Holda, quod probat Cajetanus. Alii vocem משנה, pro quâ Vulgatus *secundam* reddidit, scholam esse putant secundam, in quâ non sacra, ex lege atque prophetis sumpta, sed vulgaris et ad œconomicam seu politicam administrationem doctrina tradebatur. Quæ ideò dicitur *secunda,* quia alia, quæ ad religionem divinumque cultum pertinet, priori ponitur ordine et loco. Sed, ut dixi, *secunda* pars est exterior civitatis, quæ inter duos muros conclusa est; aut, ut alii legunt, duplicata; quia pars illa addita fecit ut duplex esset civitas, quæ priùs fuisse videbatur simplex et una; aut, quod supra putabat Hieronymus, porta civitatis in secundo muro, et hoc potius.

Sed quæret hìc aliquis, quid tantum sit Holdam in secundâ civitatis parte domicilium habere, ut oportuerit hoc loco fuisse notatum. Hanc ego causam mecum antea meditabar, neque ab eâ nunc alienus sum. Putabam domum Holdæ procul esse à regiâ domo, et quia in secundâ civitatis parte, id est, in suburbio, esse domum ignobilem, in quâ femina paupercula viveret, quæ magis esset nota propter prophetiæ donum cœlitùs inspiratum, quàm propter generis gloriam, et earum rerum abundantiam, quæ à vulgaribus animis numerantur in bonis. Cùm autem procul esset domus, illaque tenuis, qualis à sordidæ fortunæ hominibus habitari solet, tamen viri illi principes urgente regio mandato, et peccatorum conscientiâ compuncti, non dedignati sunt ad locum ignobilem, ad feminam pauperem accedere abjecti et supplices, ut ab illâ expiandi proprii atque communis sceleris, et placandi Dei certam aliquam et idoneam formam docerentur. Hìc discant viri nobiles, cùm de animarum salute deliberant aut satagunt, abjiciendos esse insolentes spiritus, neque contemnenda illa quæ vulgus hominum vilia judicat et sordida, si modò animæ morbis commodam possunt adhibere medicinam.

Vers. 16. — Ecce ego adducam mala super locum istum. Cùm audiisset à legatis Holda regium mandatum, hoc statim jussit responsum referri, iratum esse Dominum contra locum illum et gentem, quia vero Domino relicto peregrinis se legibus et gentilicis sacris alligârunt. Quare non esse recusandum quominùs illa subeant infortunia, quæ scripta sunt in eo libro quem invenerunt in templo adversùs illos qui legem divinam conculcaverunt. Ex quo sequitur librum illum continere minas, quas Dominus in peccatorum caput intorsit, quæ in Levitico præsertim, et in Deuteronomio continentur. *Ecce ego,* ait Dominus, *adducam mala super locum istum, et super habitatores ejus omnia verba legis, quæ legit rex Juda.*

Vers. 18. — Regi autem Juda, qui misit vos, ut consuleretis Dominum, sic dicetis. Horribiles illæ minæ, de quibus proximè, ad illos spectant, qui legem conculcaverunt divinam, et ad alia omnia effrenes abierunt; longè tamen aliter Deus statuit de Josiâ, cujus laudat religiosum animum et divinæ legis observantiam. Quam tunc ostendit, cùm auditis sacri voluminis præceptis, et de illius violatione timore concepto, cohorruit toto corde, et se coram Deo supplicem abjecit, et non ad lacrymas solùm, sed ad vestimentorum lacerationem progressus est.

Vers. 19. — Colligeris ad sepulcrum tuum in pace. Pax hoc loco non est privata et propria regis ; nam verè non decessit in pace, id est, pacificam mortem obiit, quæ talis tunc dicitur, cùm à senectute, vel morbo, non à violentiâ provenit extrinsecùs allatâ, ut pluri-

bus ostendimus supra, lib. 3, c. 2, ad illud de Joab : *Non deduces canitiem ejus pacificè ad inferos.* Est autem pax regni totius, quod non turbabatur bellis, quo tempore decessit Josias. Atque ideò, quod in bello atque tumultu fieri non solet, cum regiâ pompâ planctuque solemni sepultus est, qualem pauci in eâ regione consecuti sunt. De quo cap. sequenti pluribus. Decessit itaque Josias à sagittâ trajectus, in pace tamen regni, quam statim atque ille functus est vitâ, potentissimorum regum arma turbarent. Quam explicationem probat, quod lib. 2 Paral. c. 34, v. 28, legimus : *Infereris in sepulcrum tuum in pace, nec videbunt oculi tui omne malum quod ego introducturus sum super locum istum, et super habitatores ejus.* (1)

(1) Vers. 20. — Colligeris ad sepulcrum tuum in pace. Scitum est, Josiam cecidisse in prælio quod temerè commisit cum rege Ægypti, qui nec armis ipsum lacessebat, nec in ipsum moverat. Nequaquàm tamen hinc factum est, quin Josias *colligeretur ad sepulcrum suum in pace;* translatum enim ejus cadaver Hierosolymam, solemni ritu sepulturæ mandatum est. Animadvertit hìc aliquid Scriptura, quod multâ animadversione dignissimum censemus. Illud est, quòd evocatus ille fuerit à Deo ex hominum cœtu in pace, *ut non viderent oculi ejus mala, quæ inducturus erat Deus super Jerusalem.* Obiit quo tempore pax et felicitas regionem tenebant, et antequàm Hierosolymam totumque regnum mala invaderent, quæ mortem ejus consecuta sunt. (Calmet.)

Je vous ferai reposer avec vos pères, et vous serez enseveli en paix, afin que vos yeux ne voient point les maux que je dois faire tomber sur cette ville. Comment le Seigneur promet-il au roi Josias qu'il sera enseveli en paix, puisque ce prince ayant déclaré la guerre au roi d'Égypte, fut tué dans le combat ? Mais, comme l'a remarqué fort bien Estius, il paraît visiblement que la paix que Dieu lui promet pour sa sépulture, ne doit s'entendre que par opposition à cette dure captivité et à toutes ces autres suites funestes de la guerre des Babyloniens, dont l'Écriture vient de menacer son peuple, puisqu'il ajoute aussitôt après : *Afin que vos yeux ne voient point les maux qui doivent fondre sur cette ville.* Il est donc vrai que ce prince fut enseveli en paix, en ce qu'il mourut avant que ces maux fussent arrivés, et qu'il ne fut point compris dans la désolation générale de son royaume, ce qui fut pour lui une récompense de sa piété, puisque c'est un mal sans comparaison plus grand à un homme sage et vertueux de voir le renversement spirituel et temporel de tout son peuple, que d'être soi-même enlevé du monde auparavant par une mort précipitée. Ce qui fit dire autrefois à cet ancien Machabée, *qu'il leur était plus avantageux de mourir dans le combat, que d'être témoins oculaires de tant de maux dont les saints avec toute leur nation étaient accablés.* Aussi saint Augustin, en parlant du très-pieux prince Josias, témoigne que Dieu lui promit, comme une grande faveur, qu'il mourrait avant l'accomplissement de tous ces malheurs dont il menaçait la ville de Jérusalem et tout son peuple, afin de lui épargner la vue d'un si triste objet. *Piissimo regi Josiæ pro magno beneficio promisit Deus, quòd esset ante moriturus, ne videret mala quæ ventura illi loco et populo minabatur.* Et le même saint en tire cette conséquence, que les âmes des personnes mortes sont en un état où elles ne voient nullement toutes les choses qui se font et qui arrivent aux hommes en cette vie. *Ibi ergo sunt spiritus defunctorum, ubi non vident quæcumque aguntur aut eveniunt in istâ vitâ hominibus.* Ce qui néanmoins n'empêche pas, selon qu'il le dit, que ces âmes ne puissent avoir quelquefois la connaissance de plusieurs choses de cette vie, non pas seulement présentes ou passées, mais même futures, par un effet de la lumière de l'Esprit de Dieu, qui les leur découvre, comme étant nécessaire qu'ils les sachent, ou n'étant pas nécessaire qu'ils les ignorent. Mais ce qui arrive alors, dit-il, par une vertu toute divine est infiniment élevé au dessus de l'ordre commun établi pour les créatures, et les choses qui se font selon le cours naturel, sont très-différentes de celles qui ont une puissance divine et miraculeuse pour principe. *Verùm ista divinitùs exhibentur; longè aliter quàm sese habet usitatus ordo, singulis creaturarum generibus attributus. Alia sunt quæ naturaliter, alia quæ mirabiliter fiunt.* (Sacy.)

CAPUT XXIII.

1. Et renuntiaverunt regi quod dixerat. Qui misit, et congregati sunt ad eum omnes senes Juda et Jerusalem.

2. Ascenditque rex templum Domini, et omnes viri Juda universique qui habitabant in Jerusalem cum eo, sacerdotes et prophetæ, et omnis populus à parvo usque ad magnum ; legitque cunctis audientibus omnia verba libri fœderis qui inventus est in domo Domini.

3. Stetitque rex super gradum, et fœdus percussit coram Domino, ut ambularent post Dominum, et custodirent præ-

CHAPITRE XXIII.

1. Ils vinrent donc rapporter au roi tout ce que cette prophétesse leur avait dit ; et le roi, ayant fait assembler et venir auprès de lui tous les anciens de Juda et de Jérusalem,

2. Alla au temple du Seigneur, accompagné de tous les hommes de Juda et de tous ceux qui habitaient dans Jérusalem, des prêtres, des prophètes et de tout le peuple, depuis le plus petit jusqu'au plus grand ; et il lut devant eux tous toutes les paroles de ce livre de l'alliance qui avait été trouvé dans la maison du Seigneur.

3. Le roi se tint debout sur un lieu élevé, et fit alliance avec le Seigneur, afin qu'ils marchassent dans la voie du Seigneur, qu'ils ob-

cepta ejus, et testimonia, et cæremonias, in omni corde et in totâ animâ, et suscitarent verba fœderis hujus quæ scripta erant in libro illo; acquievitque populus pacto.

4. Et præcepit rex Helciæ pontifici, et sacerdotibus secundi ordinis, et janitoribus, ut projicerent de templo Domini omnia vasa quæ facta fuerant Baal et in luco et universæ militiæ cœli, et combussit ea foris Jerusalem in convalle Cedron, et tulit pulverem eorum in Bethel.

5. Et delevit aruspices quos posuerant reges Juda ad sacrificandum in excelsis per civitates Juda et in circuitu Jerusalem, et eos qui adolebant incensum Baal, et soli, et lunæ, et duodecim signis, et omni militiæ cœli.

6. Et efferri fecit lucum de domo Domini foras Jerusalem in convalle Cedron, et combussit eum ibi, et redegit in pulverem, et projecit super sepulcra vulgi.

7. Destruxit quoque ædiculas effeminatorum quæ erant in domo Domini, pro quibus mulieres texebant quasi domunculas luci.

8. Congregavitque omnes sacerdotes de civitatibus Juda; et contaminavit excelsa ubi sacrificabant sacerdotes, de Gabaa usque Bersabee; et destruxit aras portarum in introitu ostii Josue principis civitatis, quod erat ad sinistram portæ civitatis.

9. Verumtamen non ascendebant sacerdotes excelsorum ad altare Domini in Jerusalem, sed tantùm comedebant azyma in medio fratrum suorum.

10. Contaminavit quoque Thopheth, quod est in convalle filii Ennom, ut nemo consecraret filium suum aut filiam per ignem Moloch.

11. Abstulit quoque equos quos dederant reges Juda soli in introitu templi Domini, juxta exedram Nathan Melech eunuchi, qui erat in Pharurim; currus autem solis combussit igni.

12. Altaria quoque quæ erant super tecta cœnaculi Achaz, quæ fecerant reges Juda, et altaria quæ fecerat Manasses in duobus atriis templi Domini destruxit rex; et cucurrit inde, et dispersit cinerem eorum in torrentem Cedron.

servassent ses préceptes, ses ordonnances et ses cérémonies de tout leur cœur et de toute leur âme, et qu'ils accomplissent toutes les paroles de l'alliance qui étaient écrites dans ce livre ; et le peuple consentit à cet accord.

4. Alors le roi ordonna au pontife Helcias, aux prêtres du second ordre et aux portiers, de jeter hors du temple du Seigneur tous les vaisseaux qui avaient servi à Baal, au bois consacré et à tous les astres du ciel ; et il les brûla hors de Jérusalem dans la vallée de Cédron, et en emporta la poussière à Béthel *pour souiller ce lieu consacré aux idoles.*

5. Il extermina aussi les augures qui avaient été établis par les rois d'Israël pour sacrifier sur les hauts lieux dans les villes de Juda et autour de Jérusalem, et ceux qui offraient de l'encens à Baal, au soleil, à la lune, aux douze signes et à toutes les étoiles du ciel.

6. Il ordonna aussi que l'on ôtât de la maison du Seigneur *l'idole du bois* sacrilége, et qu'on la portât hors de Jérusalem en la vallée de Cédron, où il la brûla et la réduisit en cendres, qu'il fit jeter sur les sépulcres du peuple.

7. Il abattit aussi les petites maisons des efféminés qui étaient dans la maison du Seigneur, pour lesquels des femmes travaillaient à faire des tentes *ou des voiles destinés au culte infâme de l'idole* du bois *sacrilége.*

8. Le roi assembla tous les prêtres des villes de Juda, et profana tous les hauts lieux où les prêtres sacrifiaient, depuis Gabaa jusqu'à Bersabée, et il détruisit les autels des portes de *Jérusalem*, à l'entrée de la maison de Josué, prince de la ville, qui était à main gauche de la porte de la ville.

9. Cependant les prêtres des hauts lieux ne montaient point à l'autel du Seigneur dans la ville de Jérusalem, mais ils mangeaient seulement du pain sans levain au milieu de leurs frères.

10. Le roi profana pareillement le lieu de Thopheth, qui est dans la vallée du fils d'Ennon, afin que personne ne sacrifiât son fils ou sa fille à Moloch, en les faisant passer par le feu.

11. Il ôta aussi les chevaux que les rois de Juda avaient donnés au soleil, à l'entrée du temple du Seigneur, près du logement de Nathan-Mélech, eunuque, qui était à Pharurim, et il brûla les chariots du soleil.

12. Le roi détruisit de plus les autels qui étaient sur le dôme de la chambre d'Achaz,

13. Excelsa quoque quæ erant in Jerusalem ad dexteram partem montis Offensionis, quæ ædificaverat Salomon rex Israel Astaroth, idolo Sidoniorum, et Chamos, offensioni Moab, et Melchon, abominationi filiorum Ammon, polluit rex.

14. Et contrivit statuas et succidit lucos, replevitque loca eorum ossibus mortuorum.

15. Insuper et altare quod erat in Bethel, et excelsum quod fecerat Jeroboam filius Nabath, qui peccare fecit Israel, et altare illud et excelsum destruxit atque combussit, et comminuit in pulverem, succenditque etiam lucum.

16. Et conversus Josias vidit ibi sepulcra quæ erant in monte; misitque, et tulit ossa de sepulcris, et combussit ea super altare, et polluit illud, juxta verbum Domini quod locutus est vir Dei, qui prædixerat verba hæc.

17. Et ait: Quis est titulus ille quem video? Responderuntque ei cives urbis illius: Sepulcrum est hominis Dei qui venit de Juda, et prædixit verba hæc quæ fecisti super altare Bethel.

18. Et ait: Dimittite eum; nemo commoveat ossa ejus. Et intacta manserunt ossa illius cum ossibus prophetæ qui venerat de Samariâ.

19. Insuper et omnia fana excelsorum quæ erant in civitatibus Samariæ, quæ fecerant reges Israel ad irritandum Dominum, abstulit Josias, et fecit eis secundùm omnia opera quæ fecerat in Bethel.

20. Et occidit universos sacerdotes excelsorum qui erant ibi super altaria, et combussit ossa humana super ea. Reversusque est Jerusalem.

21. Et præcepit omni populo, dicens: Facite Phase Domino Deo vestro secundùm quod scriptum est in libro fœderis hujus.

22. Nec enim factum est Phase tale, à diebus judicum qui judicaverunt Israel et omnium dierum regum Israel et regum Juda.

23. Sicut in octavo decimo anno regis Josiæ factum est Phase istud Domino in Jerusalem.

que les rois de Juda avaient faits, et les autels que Manassès avait bâtis aux deux parvis du temple du Seigneur; et il courut de ce même lieu pour en répandre les cendres dans le torrent de Cédron.

13. Le roi souilla aussi les hauts lieux qui étaient à main droite de la montagne du Scandale, que Salomon, roi d'Israël, avait bâtis à Astaroth, idole des Sidoniens, à Chamos, le scandale de Moab, et à Melchom, l'abomination des enfants d'Ammon.

14. Il en brisa les statues, en abattit les bois, et il remplit ces lieux-là d'ossements de morts.

15. Et pour l'autel qui était à Béthel, et du haut lieu qu'avait bâti Jéroboam, fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël, il détruisit et cet autel et ce haut lieu; il les brûla, et les réduisit en cendres, et consuma aussi par le feu le bois *consacré*.

16. Josias retournant en ce lieu, vit les sépulcres qui étaient sur la montagne, et il envoya prendre les os qui étaient dans ces sépulcres, et les brûla sur l'autel; et il le souilla, selon la parole du Seigneur qu'avait prononcée l'homme de Dieu qui avait prédit ces choses.

17. Et il dit: Quel est ce tombeau que je vois? Les citoyens de cette ville lui dirent: C'est le sépulcre de l'homme de Dieu qui était venu de Juda, et qui avait prédit ce que vous venez de faire sur l'autel de Béthel.

18. Josias dit: Laissez-le là, et que personne ne touche à ses os. Et ses os demeurèrent au même lieu, sans que personne y touchât, avec les os du prophète qui était venu de Samarie.

19. Josias détruisit encore tous les temples des hauts lieux qui étaient dans les villes de Samarie, que les rois d'Israël avaient bâtis pour irriter le Seigneur, et il les réduisit au même état que tous ceux qui étaient à Béthel.

20. Et il tua tous les prêtres des hauts lieux qui avaient soin des autels en ces lieux; et il brûla sur ces autels des ossements humains. Et il retourna à Jérusalem.

21. Josias dit ensuite à tout le peuple: Célébrez la Pâque en l'honneur du Seigneur votre Dieu, de la manière qui est écrite dans ce livre de l'alliance.

22. Car depuis le temps des juges qui jugèrent Israël, et depuis tout le temps des rois d'Israël et des rois de Juda,

23. Jamais la Pâque ne fut célébrée comme celle qui se fit en l'honneur du Seigneur dans

24. Sed et pythones, et ariolos, et figuras idolorum, et immunditias, et abominationes quæ fuerant in terrâ Juda et Jerusalem, abstulit Josias, ut statueret verba legis quæ scripta sunt in libro quem invenit Helcias sacerdos in templo Domini.

25. Similis illi non fuit ante eum rex, qui reverteretur ad Dominum in omni corde suo, et in totâ animâ suâ, et in universâ virtute suâ, juxta omnem legem Moysi, neque post eum surrexit similis illi.

26. Verumtamen non est aversus Dominus ab irâ furoris sui magni quo iratus est furor ejus contra Judam propter irritationes quibus provocaverat eum Manasses :

27. Dixit itaque Dominus : Etiam Judam auferam à facie meâ, sicut abstuli Israel : et projiciam civitatem hanc quam elegi, Jerusalem, et domum de quâ dixi : Erit nomen meum ibi.

28. Reliqua autem sermonum Josiæ, et universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regum Juda?

29. In diebus ejus ascendit Pharao Nechao, rex Ægypti, contra regem Assyriorum ad flumen Euphraten ; et abiit Josias rex in occursum ejus, et occisus est in Mageddo, cùm vidisset eum.

30. Et portaverunt eum servi sui mortuum de Mageddo, et pertulerunt in Jerusalem, et sepelierunt eum in sepulcro suo. Tulitque populus terræ Joachaz filium Josiæ, et unxerunt eum, et constituerunt eum regem pro patre suo.

31. Viginti trium annorum erat Joachaz cùm regnare cœpisset ; et tribus mensibus regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Amital, filia Jeremiæ de Lobna.

32. Et fecit malum coram Domino, juxta omnia quæ fecerant patres ejus.

33. Vinxitque eum Pharao Nechao in Rebla (quæ est in terrâ Emath), ne regnaret in Jerusalem ; et imposuit mulctam terræ centum talentis argenti et talento auri.

34. Regemque constituit Pharao Nechao Eliacim filium Josiæ pro Josiâ patre ejus,

Jérusalem, la dix-huitième année du roi Josias.

24. Josias extermina aussi les pythons, les devins et les figures des idoles, les impuretés et les abominations qui avaient été dans le pays de Juda et de Jérusalem, pour accomplir les paroles de la loi qui étaient écrites dans ce livre qu'Helcias, pontife, avait trouvé dans le temple du Seigneur.

25. Il n'y eut point avant Josias de roi qui lui fût semblable, et qui retournât comme lui au Seigneur de tout son cœur, de toute son âme et de toute sa force, selon tout ce qui est écrit dans la loi deMoïse, et il n'y en eut point non plus après lui.

26. Cependant l'extrême colère et la fureur du Seigneur qui s'était allumée contre Juda, à cause des crimes par lesquels Manassès l'avait irrité, ne fut point apaisée :

27. C'est pourquoi le Seigneur dit : Je rejetterai encore Juda de devant ma face, comme j'ai rejeté Israël, et j'abandonnerai Jérusalem, cette ville que j'ai choisie, et cette maison de laquelle j'ai dit : C'est là que mon nom sera présent.

28. Le reste des actions de Josias, et tout ce qu'il a fait, est écrit au livre des Annales des rois de Juda.

29. En ce temps-là, Pharaon Néchao, roi d'Egypte, monta contre le roi des Assyriens vers le fleuve d'Euphrate; et le roi Josias marcha contre lui, et, lui ayant livré bataille, il fut tué à Mageddo.

30. Ses serviteurs le rapportèrent mort de Mageddo à Jérusalem, et l'ensevelirent dans son sépulcre. Et le peuple prit Joachaz, fils de Josias, et ils le sacrèrent et l'établirent roi en la place de son père.

31. Joachaz avait vingt-trois ans lorsqu'il commença de régner; et il régna trois mois, dans Jérusalem. Sa mère se nommait Amital, et était fille de Jérémie de Lobna.

32. Il fit le mal devant le Seigneur, selon tout ce qu'avaient fait ses pères.

33. Et Pharaon Néchao l'enchaîna à Rebla, qui est au pays d'Emath, afin qu'il ne régnât point à Jérusalem; il condamna le pays à lui donner cent talents d'argent et un talent d'or.

34. Et Pharaon Néchao établit roi Eliacim, fils *aîné* de Josias, en la place de Josias, son père, et changea son nom en Joakim. Et

vertitque nomen ejus Joakim. Porrò Joachaz tulit et duxit in Ægyptum, et mortuus est ibi.

35. Argentum autem et aurum dedit Joakim Pharaoni, cùm indixisset terræ per singulos ut conferretur juxta præceptum Pharaonis; et unumquemque juxta vires suas exegit, tam argentum quàm aurum, de populo terræ, ut daret Pharaoni Nechao.

36. Viginti quinque annorum erat Joakim cùm regnare cœpisset; et undecim annis regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Zebida, filia Phadaia de Ruma.

37. Et fecit malum coram Domino, juxta omnia quæ fecerant patres ejus.

ayant pris Joachaz, il l'emmena en Egypte, où il mourut.

35. Joakim donna à Pharaon de l'argent et de l'or, selon la taxe qu'il avait faite par tête sur le pays, pour payer la contribution ordonnée par Pharaon; il tira de même de l'argent et de l'or de tout le peuple, exigeant de chacun à proportion de son bien, pour donner cet argent à Pharaon-Néchao.

36. Joakim avait vingt-cinq ans lorsqu'il commença de régner; et il régna onze ans, à Jérusalem. Sa mère s'appelait Zébida, et était fille de Phadaïa de Ruma.

37. Il fit le mal devant le Seigneur, selon tout ce qu'avaient fait ses pères.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — QUI MISIT, ET CONGREGATI SUNT AD EUM OMNES SENES JUDA. Non diù distulit religiosus princeps complere opere, quod faciendum didicerat ex libro nuper invento. Quare ubi primùm ab Holdâ prophetide oraculum accepit, congregavit omnes quibus vel ab ætate maturitas, vel à judicio atque ordine auctoritas inerat, ut illis, quid curari vellet, ediceret, et quid opus esset facto cum illis maturè deliberaret. Quibus præsentibus verba libri legit, quem omnium et primum, et principem in consilium adhibere voluit. (1)

VERS. 3. — STETITQUE REX SUPER GRADUM, ET FŒDUS PERCUSSIT CORAM DOMINO. Quis fuerit gradus iste, in quo quasi in loco sibi debito constitit Josias, dubium est. Fortassè erat illud quod supra, c. 16, v. 18, Musach dicitur sabbati, quod sustulit Achaz, ut in honestiorem, ut opinor, locum transferret. Aut certè basis illa ænea, in quâ stetit Salomon, cùm fieret ad templum totius populi conventus. De quâ lib. 2 Paralip. c. 6, v. 12: *Stetit* (Salomon) *coram altari Domini ex adverso universæ multitudinis: et extendit manus suas. Siquidem fecerat Salomòn basim æneam, et posuerat eam in medio basilicæ habentem quinque cubitos longitudinis, et quinque cubitos latitudinis, et tres cubitos altitudinis: stetitque super eam.* Hic autem gradus, qui basis dicitur, aliter appellatur *tribunal.* 2 Paralip. c. 34, cùm de hoc ipso tempore atque opere sermo foret, dicitur: *Stans Josias in tribunali suo, percussit fœdus.* Quòd autem rex tribunal aliquod seu gradum haberet in templo, in quo de more sederet, liquet ex c. 11 supra, v. 14, ubi de Joas et Athaliâ: *Ingressa* (Athalia) *ad turbas in templum Domini, vidit regem stantem super tribunal juxta morem.* Quodnam sit fœdus illud, quod Josias coram Deo percussit, facilè intelligitur ex his quæ diximus supra ad caput nuper citatum ex lib. 4 Reg. v. 17, ubi simile fœdus coram Domino percussum esse dicitur. Ubi etiam in Joas et Joiada sacerdote imaginem videmus eorum quæ in expiando templo abolendisque gentilicis sordibus facta hìc dicuntur à Josiâ. Hæc porrò, quæ Josias lecto libro legis, aut molitus dicitur, aut demolitus, ex libro ipso fœderis hausit, qui quid faciendum quidve declinandum esset, accuratè minutimque præscribit.

ET SUSCITARENT VERBA FŒDERIS HUJUS, QUÆ SCRIPTA ERANT IN LIBRO ILLO. Suscitari dicitur qui mortuus est, cùm ad vitam revocatur, quam amiserat; et qui gravi tenetur sopore, qui quamdam refert mortis imaginem; item domus quæ jam corruit, et rursùs extruitur è redivivâ materiâ. Talis erat lex sub hæc tem-

(1) VERS. 2. — SACERDOTES ET PROPHETÆ. Plures tunc in Judâ florebant prophetæ, ut Jeremias, Baruch, Sophonias, Urias et Holda prophetissa. Nomine prophetarum intelligit hìc Jonathan *scribas,* seu viros in lege consultissimos; reddunt alii *discipulos prophetarum.* Sed cur littera textûs deseratur? Vocati sunt hi prophetæ Hierosolymam cum reliquis populi, ut fœdus cum Domino renovaretur.

LEGIT CUNCTIS AUDIENTIBUS. Ipse per se legit, in argumentum studii et amoris sui erga cultum Dei. Agere autem voluit in solemni hâc fœderis populi cum Deo innovatione, agere, inquam, voluit sequestrem, ut olim Moyses in deserto, Josue in terrâ promissionis, et post illum Samuel, Joiada et Ezechias.

(Calmet.)

pora, aut mortua omninò, quæ vim haberet nullam contra repugnantes, quæ quasi cadaver in sepulcro, sic etiam ipsa in parietinis et ruderibus condita latebat, aut ita sopita, ut nullas videretur habere vires ad frenandos immoderatos affectus, aut denique quasi dirutum aliquod propugnaculum, quod neque hostes arcere, neque cives tueri posset. Hæc itaque excitavit Josias, fecitque ut redivivum fœdus dissoluta ligaret, impietatem abigeret, et novam quamdam deformato populo redderet speciem.

Acquievitque populus pacto. Quodnam fuerit hoc pactum, quod lubens populus admisit, diximus nuper, et habemus expressum magis 2 Paralip. c. 3, v. 31 : *Stans* (Josias) *in tribunali suo percussit fœdus coram Domino, ut ambularet post eum, et custodiret præcepta, et testimonia, et justificationes ejus in toto corde suo, et in totâ animâ suâ, faceretque quæ scripta sunt in volumine illo quod legerat. Adjuravit quoque super hoc omnes, qui reperti fuerant in Jerusalem*, etc. Idem penè accidit Exod. 19, vers. 8 : nam cùm hæc fermè eadem Moyses populo proponeret, amplexus est populus mandata, dixitque : *Cuncta quæ locutus est Dominus, faciemus*. Et c. 24, v. 3, eodem penè modo respondit.

Vers. 4. — Et præcepit rex Helciæ pontifici, et sacerdotibus secundi ordinis, et janitoribus, ut projicerent de templo, etc. Sacerdotes minores illi sunt qui sacerdoti maximo subsunt, et varia in templo obeunt ministeria, omnes videlicet præter summum. Tam ergo huic quàm illis præcepit rex, ut gentilicas sordes et quicquid impietatem oleret, efferrent è templo, quæ ipse abolevit flammis in torrente Cedron, et eorum pulverem procul inde auferri jussit in Bethel; usque adeò horruit iniquitatis vasa, et impietatis instrumenta, ut neque illorum cineres propè civitatem et templum esse voluerit. Neque minùs severè accepit aruspices, et quoscumque alios, qui ad impias aras sacrificabant; illos enim sicut alia impura sacraria, sive obscœnæ libidinis diverticula, exterminari jussit. Cur enim existimaret rex prudentissimus sublatum iri religionem impiam, si illius antistites et magistri viverent? (1)

Vers. 6. — Et projecit super sepulcra vulgi. Aut verum plantârant lucum in templo, qui peregrinam in illud religionem induxerant, aut etiam adumbrârunt expressâ ad illius similitudinem novâ formâ. Illud tamen quicquid esset extra templum efferri jussit rex, et in valle Cedron flammis dedi, et in cineres redigi, quos sparsit illo in loco ubi vulgares homines tumulari soliti, qui locus sepulcra vulgi dicebantur. Quis autem locus ille fuerit, diximus in nostris Commentariis super Act. ad illud c. 1, v. 9 : *Ita ut appellaretur ager ille linguâ eorum Acheldema*. Ubi diximus in Topheth, id est, in valle Cedron fuisse commune pauperum sepulcrum, quod à nobis cœmeterium dicitur : quod probabam ex eo Jeremiæ c. 19, v. 11 : *In Topheth sepelientur, eò quòd non sit alius locus ad sepeliendum*. Quem locum Septuaginta bis eodem capite vocant *Polyandrium*, quod multorum sepulcrum significat, id est, commune aut vulgare.

Vers. 7. — Destruxit quoque ædiculas effeminatorum, quæ erant in domo Domini. Eò usque progressa fuerat regum impietas et sacerdotum incuria, ut in ipso etiam templo

(1) Vers. 5. — Delevit aruspices. Hebræus: *Cessare fecit Camarim*, vel, si mavis, atratos, vel præcones. Hinc derivatam censet Grotius vocem *Camilli*, qui deorum ministri erant. Religiosos viros ac feminas christianas nomine *Camarim* ideò Rabbini traducunt, quòd vestibus atris induantur. Osee, ac Sophonias ejusmodi ministrorum, qui vitulis aureis et Deo Baali serviebant, meminêre. Id fortè nominis sibi adsciverunt, quòd interdùm atras vestes gererent, sive quòd sacra operantes interdùm altè clamarent, uti factum scimus cùm sacrum offerre pararent coram Eliâ in monte Carmelo. Inter ministros vel sacerdotes Isidis sunt *Melanophori*, seu vestibus atrati. Nigras ejusmodi vestes eo potissimùm tempore gerebant, quo luna luce carens luctum veluti agere atque optare adventum solis, ex Plutarchi sententiâ, videbatur. Describens Apuleius pompam simulacri Isidis, ait : « Quæ longè latèque meum « confutabat obtutum palla nigerrima, splen« descens atro nitore. »

Qui adolebant incensum Baal, et soli, et lunæ, et duodecim signis. Hebræus : *Qui adolebant incensum Baal soli*, vel *Baal-Scemesch, lunæ* et *mazeloth*. Nomina hæc *Baal-Schemesch* æquè significare possunt Baal solem, ut unum sit singulare numen; vel *Baal* et *solem*, ut duo numina distinguantur ; quâ in re dissidium est sententiarum. *Mazeloth* vox est significationis ignotæ ; redditur enim à nonnullis *influxus*; ab aliis *astra*, planetæ, Jupiter, Venus. S. Hieronymus duodecim signa Zodiaci vertit ; Theodoretus, *Luciferum*. De *Mazeroth*, quæ idem sunt facilè ac *Mazeloth*, ita agit Jobus, ut sidera quædam sese designare demonstret : *Numquid producis Luciferum ;* Hebræus, *Mazeroth ?* et alibi ita exhibet *Mazerim*, tanquàm ad nos algorem mittentes. Septuaginta intactam servârunt vocem originalem, quod illis solemne est, cùm in voces alias difficiles inciderint. (Calmet.)

quæstum facerent prostituti corporis non solùm meretrices, sed etiam meretricii pueri, idque in lustris, seu lupanaribus, in quibus execrabiles illæ merces prostarent venales; quod etiam accidit aliis temporibus lib. Machab. 2, c. 6, v. 4; et c. 4, vers. 22. Neque in eo obscœno quæstu quicquam intererat inter templum Veneris aut Cybeles, et templum à cujus aditu arcebantur impuri.

PRO QUIBUS MULIERES TEXEBANT QUASI DOMUNCULAS LUCI. Ideò gentes in lucis, et inter condensas arbores excitârunt altaria, et suas ibi victimas immolârunt, aut aliud sacrificiorum genus obierunt, ut postquàm indulsissent ventri diisque genialibus, Veneri se aut turpiori traderent intemperantiæ, facilè ad condensas arbores, lucorumque obscuras umbras, tanquàm ad occulta, et ideò opportuna magis libidinum diverticula transirent. Quod ne fieret, cavit severè Dominus Deut. 16, vers. 21: *Non plantabis lucum, et omnem arborem juxta altare Domini Dei tui.* Cujus præcepti causam reddit Philo lib. 2 de Monarchiâ, parùm à principio, ubi docet cur intra templi ambitum lucus nullus sit, et inter alias causas hanc etiam addit, quia sylvarum condensa maleficis conveniunt, et latebræ sunt insidiis opportunæ, et addere posset multò veriùs, quia ibi tam vitæ quàm pudori parari possunt tam à sanguinariis, quàm à lenonibus et scortatoribus insidiæ. Quo modo deorum templa prostibula quædam fuerunt, ubi quæstus fieret ex venali corpore, neque magis pura quàm meretricius fornix, diximus pluribus in nostris Commentariis super Oseam ad illud c. 4, vers. 13: *Super capita montium sacrificabant,* ubi de montibus et lucis plurima.

Domunculas luci quidam esse putant velamenta quædam, ex quibus tabernacula fierent, in quibus meretrices feminæ, aut pathici pueri suam celarent ab omnium oculis impudentiam. Neque enim credo ita omnes, qui in lucis scortabantur, pudorem profligârant, ut suam turpitudinem, maximè quæ esset à masculâ libidine, in omnium oculis inverecundè defigerent. Non loquor de illis qui non tam ex venereo concubitu voluptatem capiebant, quàm ex aliorum oculis. Ut igitur obscœnos illos motus, et homine ingenuo prorsùs indignos ab hominum oculis averterent, obtendebant velum aliquod, quod inter se, cùm operam darent scortationibus, et aliorum oculos interponerent, quæ instar obtinerent tabernaculorum. Hæc autem, ut opinor, faciebant lænæ quædam, aut turpium amorum conciliatrices; quare hoc erat venale studium, ut aliorum sive adversæ, sive aversæ libidini servirent. Neque ab his domunculis longè aberant funiculi illi, quibus sua lustra vallabant puellæ Babyloniæ ad eamdem negotiationem et quæstum, de quibus nos pluribus in Commentariis super Baruch., ad illud c. 6, vers. 42: *Mulieres autem circumdatæ funibus in viis sedent.* Hæc mihi magis probabilia; sed fortassè domunculæ illæ ex arborum frondibus atque ramis texebantur, quales sibi ab obviâ materiâ construunt, qui in sylvis agunt locisque nemorosis, ut species saltem lucorum appareret in adumbrato luco, quem formârat in templo Judæorum inanis et stulta religio.

VERS. 8. — CONGREGAVITQUE OMNES SACERDOTES DE CIVITATIBUS JUDA, ET CONTAMINAVIT EXCELSA. Plurimi ex sacerdotibus ex genere Levitico, qui aliàs ministrare in templo poterant, per varias partes Israelitici populi dispersi, ad impias aras sui generis atque ordinis obliti sacrificabant. Hos igitur omnes congregavit, et ne rursùs ad gentilicos ritus et sacrificia redirent, contaminavit loca, reddiditque profana ac sordida, quæ priùs, quasi religiosa forent, venerabantur. Est autem verisimile eos, qui idolis honores exhibuêre divinos, et quasi cœleste aliquid amplexabantur, id curâsse diligenter, ut loca essent munda, honesta et pulchra, cœlesti denique majestate non indigna. Talia videntur fuisse illa, in quibus excitata fuerunt altaria, constructa templa, et ipsi etiam luci, quos ad sacros usus stulta gentilium religio destinavit. Illa verò loca tunc contaminantur, quando ad vulgares et sordidos usus convertuntur, ut si mutentur in armentorum caulas, in latrinas, aut in loca, in quæ publica congerantur stercora, aut in illis sparsit, aut cremavit mortuorum ossa, sicut infra, v. 20, ubi super altaria, quæ contaminare voluit, ossa humana combussit: et v. 14, loca, ubi lucos exciderat, mortuorum ossibus implevit. (1)

(1) DE GABAA USQUE BERSABEE. Per totum latè regnum suum, à Gabaâ, quæ tunc omnium maximè septentrionalis erat in Judâ, usque Bersabee, quæ ultima erat inter meridionales, Ægypto proxima. Discimus ex Amos, Bersabee peregrinationem fuisse Israelitarum decem tribuum religiosissimam: diruenda enim prædicit Amos edita loca Isaaci, quæ ipsissima sunt facilè cum locis sacris Bersabee, ubi olim Isaac altare erexit.

DESTRUXIT ARAS PORTARUM IN INTROITU OSTII

VERS. 9. — VERUMTAMEN NON ASCENDEBANT SACERDOTES EXCELSORUM AD ALTARE DOMINI IN JERUSALEM, SED TANTUM COMEDEBANT AZYMA IN MEDIO FRATRUM SUORUM (1). Sacerdotes illi qui manus suas impuris sacris, et gentilium victimarum nefario sanguine polluerant, non sunt permissi ad altare Domini ad opus aliquod sacrificale aut sacrum accedere : nefas enim putabat religiosus princeps tractari ab illis manibus sacra, quæ execranda priùs ministeria tractavissent. Nihilominùs sacerdotes istos,

JOSUE PRINCIPIS CIVITATIS, etc. Ædes suas ædiumque ostium habebat Josue ad sinistram portæ urbis, ac propè ostium erant altaria publica et communia, Deo fortè consecrata; sed ejusmodi altarium frequentia totam urbem totamque regionem superstitionibus complebat, atque ad evertendum veri Dei cultum maximè conferebat. Discimus ex Isaiâ non ad portas urbis modò, sed etiam retrò post ostia privatarum domorum sua fuisse altaria et simulacra profana : porrò custos portarum dea erat Trivia, cujus proinde manibus claves consignabantur. Trivia ipsa erat Diana et Luna, numen apud Hebræos celebre et venerabile. (Calmet.)

(1) *Depuis ce temps-là, les prêtres des hauts lieux ne montaient point à l'autel du Seigneur dans la ville de Jérusalem: mais ils mangeaient seulement du pain sans levain, au milieu de leurs frères.* On ne peut douter que ces prêtres des hauts lieux ne fussent des prêtres de la race de Lévi. Mais on ne voit pas aussi clairement si ces prêtres sacrifiaient sur les hauts lieux, au vrai Dieu, contre l'ordonnance de Moïse; ou si c'était aux idoles qu'ils offraient des sacrifices. Cependant il semble que cette interdiction de leurs charges, à laquelle ils sont condamnés, donnerait lieu de croire plutôt qu'ils avaient suivi la prévarication des rois de Juda, non pas seulement en offrant des sacrifices au vrai Dieu, hors du temple de Jérusalem, ce qui eût paru un peu excusable à cause de la violence de ces princes, qui profanaient d'une manière si infâme le saint temple de leur Dieu, mais en se laissant aller comme eux à l'idolâtrie, ce qui ne pouvait jamais souffrir d'excuse, même dans les simples Israélites, mais beaucoup moins dans les prêtres destinés pour soutenir la religion et la gloire du Seigneur. Aussi nous voyons que depuis l'établissement de la loi nouvelle, lorsque les ministres de Jésus-Christ, qui ont pris la place de ces anciens prêtres de la race de Lévi, étaient tombés dans l'apostasie, durant la persécution des empereurs idolâtres, on les réduisait pour tout le reste de leur vie à la simple communion des laïques, sans qu'ils eussent aucune espérance de pouvoir jamais être rétablis dans les fonctions du ministère qu'ils avaient trahi si honteusement, et d'une manière si scandaleuse pour tous les fidèles qui étaient soumis à leur conduite. C'est ce qui a donné lieu à saint Cyprien de dire, en parlant d'un de ces évêques apostats, nommé Fortunatien, qui voulait encore, après sa chute, s'attribuer comme auparavant, la dignité de l'épiscopat : « Comme si, dit-il, il était permis, après avoir « sacrifié sur les autels du démon, de s'appro- « cher de l'autel auguste du Dieu vivant, ou « comme si celui-là ne s'attirait pas une plus « grande colère et un plus terrible juge- « ment, qui, n'ayant pas eu la force de montrer « l'exemple d'une foi vive et d'un saint cou- « rage à ses frères, leur en donne un, au con- « traire, de la dernière témérité. *Qui cùm fidei « et virtutis dux fratribus esse non potuerit, per- « fidiæ, et audaciæ, et temeritatis magister « existat.* Ceux donc, continue ce saint, qui « ont offert aux idoles des sacrifices sacriléges, « ne peuvent plus s'attribuer le sacerdoce de « Dieu, ni entreprendre de prier en sa pré- « sence pour leurs frères. *Sacerdotium Dei sibi « vindicare non possunt, nec ullam in conspectu « ejus precem pro fratribus facere.* »

Que si l'on voulait entendre par *ces prêtres des hauts lieux,* dont parle ici l'Ecriture, ceux qui sacrifiaient au vrai Dieu, mais dans des lieux où la loi ne le leur permettait pas, la sévérité de leur condamnation en paraît plus grande, puisqu'ils avaient seulement violé une ordonnance qui devait ensuite être détruite par la perfection de l'Evangile, laquelle apprend à adorer Dieu en tous lieux, pourvu néanmoins que ce soit dans l'unité de l'Eglise, figurée alors par le temple unique de Jérusalem. Cependant il ne faut pas souvent juger du péché par la qualité du précepte que l'on viole, mais plutôt par la majesté de celui qui nous donne ce précepte. Car le premier de tous les commandements qui fut fait à l'homme, n'était rien en apparence, ne regardant qu'un simple fruit dont il devait s'abstenir; mais parce que le législateur était Dieu même, et que celui qui recevait cette loi, devait d'autant plus marquer son obéissance, qu'il lui était plus facile d'obéir, le violement de ce précepte fut puni avec une sévérité ineffable. Ainsi ces prêtres ne devaient point se rendre juges de la qualité de l'ordonnance que Dieu avait faite par la bouche de Moïse, touchant ce lieu unique où il voulait qu'ils lui offrissent des sacrifices, laquelle était néanmoins très-nécessaire en ces premiers temps à l'égard des Juifs. C'était à eux d'obéir fidèlement, et lorsqu'ils étaient privés de la liberté d'entrer dans le temple par la violence des méchants rois de Juda, ils se devaient abstenir plutôt de sacrifier, que de se mettre en danger d'offrir à Dieu des sacrifices qui lui devaient être désagréables.

Ce que l'Ecriture ajoute, *qu'ils mangeaient seulement du pain sans levain au milieu de leurs frères*, faisait connaître que Dieu les traitait encore avec indulgence, en leur donnant part, comme aux autres prêtres, des oblations destinées pour leur subsistance. Mais peut-être que ce pain sans levain marquait encore en figure ce que l'on a dit des ministres de la loi nouvelle, qui, étant privés des fonctions de leur ministère, après l'avoir lâchement trahi dans le temps de la persécution, ne laissaient pas d'être admis, par le moyen de la pénitence, à la participation du vrai pain sans levain, que présentaient les fidèles, pour être offert sur l'autel, et qui se changeait réellement au vrai corps de Jésus-Christ. (Sacy.)

quos ab altari summovit, noluit à templo omninò, et à quibusdam commodis, quæ sumuntur è templo, prorsùs arcere. Quomodò enim illi vitam possent honestè traducere, quibus in promissâ terrâ nullus esset à lege funiculus, nulla pro alendâ familiâ certa possessio. Quare permissum est ut in medio fratrum suorum, id est, inter eos qui sunt è genere Levitico, comederent azyma, id est, ut benè putat Abulensis, his omnibus vescerentur quibus alii poterant, quibus communis esset ab Aarone familia. Est enim in Scripturâ non infrequens, ut per synecdochen una species sumatur pro multis, imò et pro omnibus : quomodò Zacharias c. 14, v. 16, festum Tabernaculorum pro omnibus Hebræorum solemnitatibus adhibuit.

Hoc porrò optimi regis consilium probavit Deus Ezech. c. 44, à v. 10, ubi Levitas illos amovet ab altari, qui secuti sunt decem tribus, et aureis vitulis divinos exhibuerunt honores : non tamen ab aliis ministeriis, quæ exercentur in templis, longè tamen à sacrificiis et altari ; quæ ministeria non longè differunt à profanis. Sic enim ibi : *Erunt in sanctuario meo æditui, et janitores portarum domûs, et ministri domûs; ipsi mactabunt holocausta et victimas populi.* Æditui illi sunt, qui ædem, id est, sacra loca custodiunt, curantque ut quæ ad sacrificia pertinent, apta sint et prompta, neque tam ipsi sacrificant quàm sacrificantibus assistunt, serviuntque sacerdoti magis quàm altari. Minister domûs aliquid significat amplius, et ad omnia se latè porrigit, quæ servile in templo studium atque operam requirunt. Qualia sunt, quæ ad rem culinariam spectant, atque lignariam : item ut domus perpetuò munda sit ; omnia denique quæ in privatis domibus ancillæ curant aut mediastini servi. Similia habemus in Ecclesiâ decreta, quæ sacerdotes aliquando lapsos ab altioribus functionibus arcent, et inferioribus alligant ministeriis. Vide dist. 50, can. *Qui sub gradu*, et can. *Presbyteros*. Plura nos in nostris Commentariis super Ezech., ad locum de quo nuper. Neque defuit in Scripturâ, quid ad hoc consilium sequeretur Josias. Nam Lev. c. 21, v. 21, si quis ex genere Aaron non potuerit ministrare, quia deformitas illum à sacro prohibet ministerio, non tamen à commodis arcetur, quæ capiunt alii, qui munus aliquod in templo possunt obire legitimè. Sic autem ibi : *Omnis qui habuerit maculam de semine Aaron sacerdotis, non accedet offerre hostias Domino, nec panes Deo suo; vescetur tamen panibus qui offeruntur in sanctuario.* (1)

VERS. 11. — ABSTULIT QUOQUE EQUOS QUOS DEDERANT REGES JUDA SOLI, etc., JUXTA EXEDRAM NATHANMELECH EUNUCHI, QUI ERAT IN PHARURIM; CURRUS AUTEM SOLIS COMBUSSIT IGNI (2). Diximus

(1) VERS. 10. — CONTAMINAVIT QUOQUE TOPHETH, QUOD EST IN CONVALLE FILII ENNOM. Fertur, in eo loco Topheth celebrari consuevisse sacrificia vel lustrationes per ignem in cultum Moloch, de quibus disseruimus in dissertatione de Moloch, et supra, 163. Nomen *Topheth* מבוא את התפת derivari potest ex Hebræo *Toph*, quod est tympanum; illud verò inditum loco censent Judæi à strepitu tympanorum, quibus occupabantur præsentium aures, ne ejulatus infantium, inter ulnas dei Moloch crematorum, exaudiretur. S. Hieronymus *Topheth* reddit *latitudinem;* locumque fuisse dicit amœnissimum, pulcherrimum, irrigatum fontibus, et hortis distinctum. *Vallis filiorum Ennom* portionem vallis Josaphat occupabat, seu vallis, quam perluebat torrens Cedron. Hic Hebraicè appellabatur גי בן הנם *Geb-Hinnom,* vel *Geb-ben-Hinnom*, vallis filiorum Ennom, unde Gehenna, quæ pro inferno non semel in Evangelio usurpatur. (Calmet.)

(2) ABSTULIT QUOQUE EQUOS, QUOS DEDERANT REGES JUDA SOLI. Censent Rabbini, equos illos et currus, de quibus sermo statim additur, destinatos fuisse ut exorienti soli occurreretur. Porrò rex, vel ex ejus familiaribus quispiam illos ascendebat, procedebatque in occursum astri à portâ orientali templi, usque ad domum Nathan-Melech præfecti suburbiorum Hierosolymæ ; quemadmodùm Judæi Haulamitæ equo vecti procurrebant in occursum hujus astri, teste Benjamino. Cùm tamen hæc non satis idoneo auctore et teste referantur, fidem habent non satis assertam. Equos igitur in sacrificium soli destinatos è loco ubi alebantur, fortè Josias subducendos curavit.

Malunt alii picturas fuisse, vel simulacra quædam equorum et curruum, quæ reges Juda soli consecraverant ; vel equos liberos abire permissos in honorem solis, ut nemini fas esset illos ascendere, vel jugo seu currui adjungere. Persimiles equorum consecrationes occurrunt apud veteres. Julius Cæsar, trajecto Rubicone, equos nonnullos dimisit liberos. Priscis Germanis similes erant equi consecrati : « Proprium gentis equorum quoque « præsagia ac monitus experiri. Publicè alun« tur iisdem nemoribus ac lucis ; candidi et « nullo mortali opere contacti, quos pressos « sacro curru sacerdos aut rex aut princeps « civitatis comitantur, hinnitusque ac fremitus « observant. »

Sui pariter erant Persis equi, simili religione soli consecrati, ex quibus unum tigridis instar maculatum subduxit Plautinus in insulâ maris Rubri. Sed equi de quibus hic, destinabantur facilè trahendis solis curribus. (Calmet.)

Solis simulacrum et idolum ita pingit Macrobius, libro 1 Saturn. c. 30 : « Nunc verò, « inquit, eumdem Jovem solemque esse, tum « ex ipso sacrorum ritu, tum ex habitu digno« scitur. Simulacrum enim aureum specie

supra, c. 2, unde gentilium fabulæ soli currus et equos attribuerint; quas amplexi nonnulli ex regibus Juda, soli equos et currus in loco omnium sanctissimo consecrârunt. Quod etiam sub hoc ipsum tempus, et aliis postea seculis fecêre gentiles. Nam Persæ equos consecrârunt soli, eosque in illius honorem totos concremârunt. Ita Xenophon lib. 8 Cyropædiæ non semel, ubi currus ponitur soli consecratus. Idem tradit Strabo lib. 15, et Ovidius lib. 1 Fastorum, immolari canit equum Hyperioni, qui idem est sol:

Placat equo Persis radiis Hyperiona cinctum
Ne detur celeri victima tarda deo.

In pompâ quâdam junioris Cyri, tauri et equi inducuntur; illi, ut immolentur Jovi, hi autem soli. « Primùm, inquit Xenophon supra, « agebantur tauri Jovi; post boves autem agebantur equi ad solis sacrificium. Post hos « autem educebatur currus albus coronatus « jugo aureo, qui esset Jovi sacer; post hunc « agebatur etiam solis currus candidus, et is « coronatus ut anterior. » Sic puto ad gentilicos ritus in templo fuisse currus egregio opere perfectos, et in his equos ex pretiosâ materiâ, et arte mirificâ elaboratas, qui viderentur currum illum trahere, cui essent alli-

« imberbi instat dextrâ elevatâ cum flagro in « aurigæ modum; lævâ tenet fulmen et spicas. « Quæ cuncta Jovis solisque potentiam consociatam demonstrant. Hujus templi religio « etiam divinatione præpollet, quæ ad Apollinis potestatem refertur, qui idem atque sol « est. Vehitur enim simulacrum dei Heliopolitani ferculo, veluti vehuntur in pompâ ludorum Circensium deorum simulacra, et subeunt plerùmque provinciæ proceres, raso « capite, longi temporis castimoniâ puri, feruntur que divino spiritu, non suo arbitrio, « sed quò deus propellit vehentes. » Subdit Macrobius, hinc Deum à Syris vocari *Adad*, id est, *unum*, quia unus est sol, æquè ac Deus in mundo. Idem l. 1 in Somnium Scipionis: « Cicero, inquit, asserit, quòd sol sit dux, et « princeps, et moderator luminum reliquorum, « quem Heraclitus fontem cœlestis lucis appellat. Dux ergo est, quia omnes luminis majestate præcedit. Princeps, quia ita eminet, ut « propterea quòd talis solus appareat, sol vocetur. Moderator reliquorum dicitur, quia « ipse cursus eorum recursusque certâ definitione spatii moderatur. » Et mox: « Mens « mundi appellatur, ut physici eum cor cœli « vocaverunt, eò quòd sol diem et noctem, dein « veris clementem temperiem, torridum cancri ac leonis æstum, mollitiem autumnalis « auræ, vim frigoris inter utramque temperiem, omnia hæc solis cursus et ratio dispensat. Jure ergo cor cœli dicitur, per quem « fiunt omnia quæ divinâ ratione fieri videmus. » Quæres quo ritu colebant solem per equos. Primò, Historia Scholastica censet Judæos hisce equis et curru repræsentâsse currum et equos igneos, quibus Elias quasi ἥλιος, id est, sol, raptus est in cœlum, ut audivimus, cap. 2. Sic Eucherius et Angelomus, qui et addunt: « Audientes Græci ab Israelitis quòd « Elias curru igneo et equis sit igneis ad cœlestia translatus, vel certè hoc ipsum inter « alia depictum in pariete videntes crediderunt, viciniâ decepti nominis, solis hìc transitum per cœlos esse designatum; et miraculum divinitùs factum Dei, mutârunt in « argumentum erroris, humanâ stultitiâ commentatum. Quos imitati ipsi Judæi sategerunt, ne in aliquo gentilium stultissimis « minùs stulti apparerent. » Secundò, meliùs Rabbi Salomon: « Summo manè, inquit, « orienti soli obviàm ducebant equos, ut eum « salutarent, eique reverentiam exhiberent. » Carpit hoc Abulensis, sed immeritò, nam equus Cyri ante solis ortum ei ad pompam sacrificii obviàm prodiisse testatur Xenophon. Sic et Romani solem orientem salutabant, quos redarguit S. Leo serm. de Epiph., et idipsum facere solitum Socratem testatur Plato et Plutarchus, qui inde natum proverbium asserit: *Plures adorant solem orientem quàm occidentem.* Unde nonnulli putant equos hos solis fuisse illos quibus vehebantur ii qui solem orientem salutabant et colebant.

Tertiò, Abulensis vult equos hos pictos vel sculptos cum curru ante solis statuam suspensos fuisse, vel eam currui impositam ab equis tractam fuisse.

Quartò, ipsos equos vivos soli mactabant et sacrificabant. Causam dat Herodotus lib. 1, quòd deorum pernicissimo vellent mortalium etiam omnium pernicissimum immolare.

Tropolog. docet nos Josias, quòd idola et equos solis, id est, effrenes impetus animi domare et destruere debeamus.

Allegor. et anagog., Josias repræsentat Christum, qui in die judicii omnem impietatem destruet; nil enim coinquinatum sinet ingredi in cœlum. Ita Angelom.

(Corn. à Lap.)

« C'est la première fois, dit Voltaire, qu'il est « fait mention dans l'Ecriture de chevaux consacrés au soleil. Cette coutume était visiblement prise du culte des Perses; presque « chaque ligne concourt à prouver que jamais « la religion hébraïque n'eut une forme stable « qu'après le retour de la captivité. Les Juifs « empruntèrent tous leurs rites des Egyptiens, « des Syriens, des Chaldéens, des Perses. »

Quel raisonnement! Josias, quatre-vingt-dix ans avant le retour de la captivité, supprime les chevaux consacrés au soleil par quelques rois de Juda, qui s'étaient écartés du culte de leurs pères, et depuis ce temps, qui est antérieur à la captivité, on n'entendit plus parler chez les Juifs, de chars et de chevaux consacrés au soleil: donc *la religion hébraïque n'eut une forme stable qu'après le retour de la captivité.* Josias rétablissant l'ancienne religion, supprime une coutume idolâtre, prise du culte des Perses, et cette coutume ne reparaît plus chez les Juifs; donc *les Juifs ont emprunté des Perses les rites et les coutumes de leur religion.*

(Duclot.)

gati : quod solis esset insigne, quod in templo ad aram excitatam soli visebatur. Illi verò equi, qui ad introitum dicuntur esse templi ad exedram Nathanmelech, vivi erant, qui in stabulis illic nutriebantur, ut suis temporibus immolarentur soli, et ut de Persis nuper dicebamus, vivi cremarentur. Ita existimo : si enim equi lignei forent, aut ex eâ materiâ quam ignis solveret, aut combureret, quemadmodùm currus combustus esse dicitur igne, sic etiam combusti dicerentur ex eâdem materiâ equi ad currum alligati; at sublati dicuntur equi, et crematus currus. Translati sunt ergo equi, qui jam devoti fuerant flammis et cultro ad meliores usus. Alii aliter meditantur; hic mihi modus magis videtur expeditus. Ubi Vulgatus, *juxta exedram*, Hebr. est *liscath*, pro quo Vulgatus vertit interdùm cubiculum, interdùm gazophylacium, nonnunquàm exedram. Est autem exedra locus ubi sedes sunt, in quibus fieri potest et solet hominum consessus. Quemadmodùm in alio genere non admodùm dissimili dixit Vitruvius lib. 5, cap. 11 : « *Constituuntur*, inquit, *tribus* « *porticibus exedræ spatiosæ, habentes sedes, in* « *quibus philosophi, rhetores, reliquique, qui* « *studiis delectantur, sedentes disputare solent.* » Ubi Vulgatus *Pharurim*, Pagninus vertit, *in suburbanis*, ubi nimirùm erant equorum pascua. Quod argumento cuilibet esse debet, ut credat equos non esse artificiales sub jugo artificialis currûs, sed naturales, ad sacrificium, ut diximus, destinatos. (1)

VERS. 13. — AD DEXTERAM PARTEM MONTIS OFFENSIONIS. Hic mons est Oliveti, quod nomen sumpsit ex idolis, quibus Salomon, ut uxoribus placeret, quæ illius cor miserandum in modum subverterant, extruxit aras, et pronus supplicavit. Vide lib. 3 Reg. c. 11, ubi de Salomone jam nimis uxorio et delirante plurima; et cap. 18, lib. 4 Reg., quare hæc sacraria ab Ezechiâ sublata atque contaminata fuerint.

VERS. 14.—CONTRIVIT STATUAS, ET SUCCIDIT LUCOS, REPLEVITQUE LOCA EORUM OSSIBUS MORTUORUM. Pollutus censebatur ille qui mortuos tetigisset, cui certam expiationis formam religio præscribebat; sic etiam pollutus censebatur locus ubi mortuus cecidisset : ita opinor, ut locus hic indicat, licet ex Scripturâ nihil eâ de re certum invenerim. Polluebatur Nazaræus, si mortuorum interesset funeri, imò si coram ipso aliquis subitò cecidisset mortuus, Num. c. 6. Contaminabatur terra, si qui affixus erat cruci non deponeretur ex illâ, Deut. 21, v. 23 : *Non permanebit cadaver in ligno, sed in eâdem die sepelietur*, etc., *et nequaquàm contaminabit terram.* Imò et diem suspenso cadavere contaminari, et de illius sanctitate aliquid decedere probat illa sollicitudo, quâ curârunt Judæi, Joan. 19, vers. 31, *ne remanerent in cruce corpora sabbato; erat enim magnus dies ille sabbati.* Quod etiam observatum à profanis docuit, aut saltem indicavit Virgilius, qui incestari aut contaminari dixit classem, quod etiam de exercitu diceret, inhumato cadavere: sic autem illo libro 6 Æneidos :

Præterea jacet exanimum tibi corpus amici :
Heu! nescis, totamque infestat funere classem.

VERS. 15. — INSUPER ET ALTARE QUOD ERAT IN BETHEL, ET EXCELSUM, QUOD FECERAT JEROBOAM (1). De hoc altari egimus latè lib. 3, c. 13, ubi prædicta sunt à prophetâ, de quo statim, quæ nunc ad unum Josias implevit. Ossa enim hominum è tumulis effossa in altari combussit, et sacerdotes, qui priùs ibi sacrificârant, immolavit, id est, ut opinor, illorum ossa ibi combussit. Neque enim sacerdotes, qui Jeroboami tempore accenderunt thura, à Josiâ, qui multis post seculis regnavit, immolari potuerunt. Incendere autem ossa humana super altari, magnam esse sacrorum locorum ignominiam, ex eo loco intelligimus. De hâc re vide ad illum locum plura.

VERS. 17. — ET AIT : QUIS EST TITULUS ILLE, QUEM VIDEO (2)? Scrutabatur, ut apparet, Josias

(1) VERS. 12. — ALTARIA, QUÆ ERANT SUPER TECTA COENACULI ACHAZ. Agunt prophetæ de altaribus ejusmodi super tecta domorum erectis, quæ militiæ cœli, id est, astris, potissimùm dedicabantur. Ferunt, Arabes cultum soli impendisse, thuraque dedisse super tecta domorum.

IN DUOBUS ATRIIS. In atrio sacerdotum, ubi erat altare holocaustorum, et in atrio populi. (Calmet.

(1) ALTARE QUOD ERAT IN BETHEL... DESTRUXIT. Urbs Bethel tunc facilè Josiæ parebat; subdere enim illam potuêre reges Juda post translatas decem tribus in captivitatem. Legimus tamen, sacerdotem ab Asarhaddone, successore Sennacheribi, Samariam missum, divertisse in Bethel; unde non levis conjectura, quo tempore is in regionem venit, eam urbem Samaritanos adhuc dominos agnovisse. (Calmet.)

(2) QUIS EST TITULUS ILLE? Hebræus : *Quid monumentum hoc quod cerno?* vel *quod editum?* Voces originalis derivantur ex radice, quæ sonat aridum, siccum, adustum, tanquàm humus solaribus radiis adusta, quæ nullas seu herbas seu radices gignit. Maluerim igitur, *Zion* hìc designare struem humûs arentis et siccæ, quæ super tumulum hominis Dei aggesta

sepulcra omnia, et ossa inde extracta, aut spargebat per loca, quæ magnâ idololatriæ religione coluerant, aut in cineres super altaria redigebat. Dùm lustraret omnia, vidit tumulum supra reliquos speciosum magis, et in quo majus aliquid conditum fuisse suspicatus est. Titulus inter alios usus hunc etiam habet præcipuum, et fortassè proprium, ut memoriam tueatur atque conservet eorum quibus alioqui ætas oblivionem obduceret, qualia sunt monumenta, scripturæ, imagines, in quibus quodammodò vivunt qui jampridem è vivis excesserunt. Reliquit, credo, senex ille propheta, qui lib. 3 Reg. c. 13 de Samariâ venerat, quique prophetam verum in fraudem primùm, deinde in leonis ungues et mortem induxit, aliquod in sepulcro, in quo prophetam Domini condiderat, et in quo se quoque sepeliri voluit, signum, quod doceret, posteros latere ibi viri sancti ossa, ne quis illa inde extraheret. Quo consilio suis etiam ossibus cavere voluit, quæ juxta prophetæ verba, quibus ipse credebat non defuturum pondus, effodienda suspicabatur, et super altare cum aliis ignominiosè comburenda. Cùm autem propheta ille senex locuples esset et potens, utpote Jeroboamo familiaris, sine dubio curavit ut tumulus ille quem sibi cum alio prophetâ voluit esse communem, præter cæteros aliquid præ se ferret eximium. In nobilioribus autem sepulcris statuæ erigebantur, aut aliquod insigne, quod ostenderet aliis quid ibi lateret. Sic apud Virgilium Æneas lib. 6 Æneid., in Miseni sepulcro remum posuit et tubam; sic Tullius in Archimedis tumulo sphæram se dicit invenisse, quæ tanti viri ingenium et artem declarabat.

Vers. 18. — Et intacta manserunt ossa illius, cum ossibus prophetæ qui venerat de Samaria. Consecutus est Samaritanus ille propheta quod designârat animo: ut enim alterius prophetæ ossa ad regis imperium loco mota non sunt, sic etiam neque alia, quæ in eodem pariter tumulo claudebantur. Illic suo more nugatur Rabb. Salomon, dùm causam quærit cur in illo tumulo magis quàm in aliis hæsit Josias, et ait vidisse regem ex unâ parte tumuli, ex eâ videlicet, in quâ Samaritanus senex locatus fuerat, herbas enasci spinosas, fœtentes, in quibus nihil esset speciosum et utile; ex aliâ verò, ubi situm erat prophetæ cadaver, herbas fragrantes suaviter, aspectu pulchras, salubres quasi ex ubere solo, quæ res illi desiderium injecit explorandi quænam esset in tam brevi ac simili spatio tanta diversitas. Sed erat, sine dubio, quæ regios oculos cepit et sciendi excitavit studium, species nova, qualis in aliis tumulis non apparebat. (1)

Vers. 20. — Et occidit universos sacerdotes excelsorum, qui erant ibi super altaria, et combussit ossa humana super ea (2). Profectus fuerat Josias in Samariam, non ita ab antiquis possessoribus vacuam, etiamsi venisset in Assyriorum potestatem, ut non remanerent aliqui de genere Israelitico, qui cùm ante fugâ aliò atque aliò forent dilapsi, postea tamen cùm hostes in sua se regna recepissent, ad relictas sedes remigrârunt. In his fuerunt sacerdotes, qui vitulis aureis, et aliis gentium simulacris sacrificaverant. Hos rex super illas aras immolavit, quas ipsi priùs in honorem dæmonis imbuerant victimarum sanguine. Aliorum autem, quos aut aris præfecit Jeroboamus, aut qui illis deinde in eodem munere successerunt,

fuerit. Constat inter omnes, morem hunc obtinuisse olim, ut strues aggestæ humûs erigerentur super tumulos: quin et interdùm ingentes montium instar aggerebantur; hinc latinum *tumulus*. Prænuntiat Ezechiel futurum, ut Gog sepulturæ mandetur in terrâ Israel, et sedulò quæsitis illorum ossibus per agros, si fortè ex illis frustulum reperiatur, arentis humûs juxta illum congeratur tumulus, Hebr. *Zion*, donec illud sepeliatur. (Calmet.)

(1) Vers. 19. — Fecit eis secundum omnia opera quæ fecerat in Bethel. Altaria subvertit, edita loca violavit, eorumque locorum prophetas omnes interfecit, ut in sequenti versiculo narratur. Sed quo jure hoc agebat Josias in urbibus Samariæ, à ditione suâ alienis? Leges politicas minùs quàm pii studii ductum secutus est; eæque fortassè res inciderant, ut facinus illud suum nihil discriminis sibi illaturum, nihil molestiæ à regibus Assyriæ reputaret. Denique censendum est, nihil egisse illum nisi prudentiâ duce et consilio, nihilque molitum fuisse Deo inconsulto. Israelitæ decem tribuum diù antea in captivitatem abducti fuerant; quique in regione supererant, resipuerant: neque eò deductæ coloniæ sollicitæ erant plurimùm de monumentis religionis eorum qui sedes illas ante se tenuerant. (Calmet.)

(2) Et combussit ossa humana super ea. Hinc patet mortuos ob scelera posse plecti cadaverum exustione, publicâ infamiâ et ignominiâ. Unde cùm in quintâ synodo universali quæsitum esset an liceret olim defunctos anathemate ferire, Eutychius episcopi Amaseni à responsis, neque concilio, neque deliberatione ullâ eam rem egere dixit, propterea quòd et Josias rex non tantùm viventes dæmonum sacerdotes olim jugulârit, sed et eorum, qui longo ante tempore sepulti fuerant, sepulcra effoderit. Ita Nicephor. lib. 17 Histor. 27. (Corn. à Lap.)

qui tamen jam decesserant, effodit ossa de sepulcris, et super altaribus universa combussit. Hoc autem est, opinor, quod de Josiâ prædixit propheta lib. 3 Reg. c. 13, v. 2 : *Exclamavit,* inquit, *vir Dei contra altare in sermone Domini, et ait : Altare, altare, hæc dicit Donus : Ecce filius nascetur domui David Josias nomine, et immolabit super te sacerdotes excelsorum, qui nunc in te thura succendunt, et ossa hominum super te incendet.* In his ossa intelliguntur eorum sacerdotum qui jampridem esse desierunt.

Vers. 21. — Et præcepit omni populo, dicens: Facite phase Domino Deo vestro (1). Ex libro, qui paulò ante repertus fuerat, didicit Josias, quid lex prohiberet, quorum hùcusque plurima legimus à lege relegata procul et damnata severè : at nunc ad illa regius incumbit animus, quæ lex jubet, quæque superioribus annis regum et sacerdotum sive incuriâ, sive impietate intermissa fuerant. Accidit autem percommodè, ut dies adessent azymorum, qui apud Hebræos sunt celebritatis præcipuæ, in quâ ingens illud beneficium renovatur, quo populus Ægyptium jugum ex suis cervicibus excussit. Quo tempore offertur agnus, qui dicitur phase, à quo reliqua sacrificia cujuscumque aut generis, aut multitudinis fuerint, dicuntur phase. Sicut dies illi ab azymis, id est, à panibus sine fermento dicuntur Azymorum. Quòd autem eo tempore septemdiali plurima offerrentur sacrificia, quæ dicerentur pascha, res est nota, sicut etiam totum illud appellari pascha à sacrificio præcipuo, quod septem illos azymorum dies inchoabat, Deuter. 16 : *Immolabis phase Domino Deo tuo, de ovibus et bobus, in loco quem elegerit Dominus.* Ex quo intelligitur quomodò postquàm jam Christus, et totus Judæorum populus comedissent phase, seu pascha sequenti die, inde noluerunt intrare in prætorium, ne ex gentilium congressu contaminarentur. Joan. 18, v. 28 : *Et ipsi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent pascha.* Nomine autem paschæ seu phase ista intelliguntur sacrificia, quæ septem Azymorum diebus immolantur.

Vers. 22. — Nec enim factum est phase tale a diebus Judicum. Si in Phase tantùm intelligeremus agnum, qui ad decimam quartam lunam immolatur, non poterat esse locus huic comparationi, imò nunquàm fortassè magis exile ac tenue fuisset phase, cùm decem tribus apud Assyrios exularent, ex quibus non pauci ad hoc tantum sacrificium convenerant Hierosolymam : et duæ aliæ variis bellorum eventibus essent imminutæ, et pro capitum numero immolanda esset agnorum multitudo. Comparatio autem facta est inter alia, quæ septem Azymorum diebus immolabantur, à quibus definitus numerus non erat : sed multa relinquebantur integra hominum arbitrio. Quàm grande fuerit hujusmodi phase à Josiâ comparatum, habemus lib. 2 Paral. c. 35, ubi rex juxta legis præscriptum quàm accuratissimè disposuit, tam quæ ad sacerdotum sacrorumque ac templi munditiam, quàm quæ ad reliqua omnia pertinebant, quæ sacrificiales exigunt ritus : deinde commemorantur, quæ à rege et aliis populi principibus, ex ovium, hædorum atque taurorum gregibus collata sunt. *Dedit,* inquit, *Josias omni populo, qui ibi fuerat inventus in solemnitate phase, agnos et hædos de gregibus, et reliqui pecoris triginta millia. Alii autem pecora commixtim duo millia sexcenta, et boves trecentos.* Deinde alii quinque millia pecorum, boves quingentos. De hoc phase interdùm lib. 3 Esdræ cap. 1.

Vers. 24. — Sed et pythones et ariolos. Hùcusque de sacrificiis seu instaurandis, seu

(1) Allegor, Josias instituens *Phase* solemnissimum, typus fuit Jesu Christi qui instituit Eucharistiam, imò seipsum fecit *Phase*, id est, agnum paschalem, juxta illud Pauli 2 Corinth. 5 : *Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur in azymis sinceritatis et veritatis.* (Corn. à Lap.)

« Si Josias, dit Voltaire, propose de faire « la Pâque, selon le rite indiqué dans le livre « du pacte avec Dieu, on n'avait donc point « fait la Pâque auparavant; et en effet aucun « des livres de l'Écriture ne parle d'aucune « célébration de Pâque sous aucun roi de Juda « ou d'Israël, sous aucun juge. » Voici le texte du livre des Rois, que le critique tronque pour donner quelque vraisemblance à l'induction qu'il en veut tirer : *Du temps des juges qui jugèrent Israel, et du temps des rois d'Israel et de Juda, jamais Pâque ne fut pareille à celle qui fut célébrée la dix-huitième année de Josias.* On célébrait habituellement la Pâque avant Josias; mais elle n'avait point été célébrée depuis long-temps avec la magnificence, le concours, la ferveur qu'on vit alors. Le second livre des Paralipomènes emploie un chapitre entier à décrire une de celles qu'Ézéchias avait fait célébrer. Les livres historiques, antérieurs à la captivité, ne parlent point des autres, par cette raison toute simple qu'entre les choses qui reviennent annuellement les historiens ne remarquent que celles qui sont accompagnées de circonstances intéressantes qui les distinguent; telles furent les Pâques sous Josias et sous Ézéchias; telle est aussi celle qui est marquée au chapitre cinq du livre de Josué. (Duclot.)

abolendis, juxta id quod religiosus princeps ex Deuteronomii volumine didicerat. Nunc alia sustulit monstra, quæ aut veram retardabant religionem, aut falsam inducebant. Pythones dico, augures, divinos, idolorum imagines, et alias abominationes et sordes, quæ terram promissionis infecerant. Histor. Scholast. in 4 Reg. c. 36, vestigia quædam serpentis ænei, quem contriverat Ezechias, dicit esse sublata.

Vers. 25. — Similis illi non fuit ante eum rex, qui reverteretur ad Dominum in omni corde suo (1), etc. His similia dicta sunt de Ezechiâ supra, c. 18, v. 5, ibi docuimus quomodò hæc componi possint, quæ sibi vicissim adversari videntur. Eò sanè totus incubuit Josias, ut Dei gloria esset ubique major, neque aliquid esset in toto regno quod illam aut obscuraret, aut impediret, quâ in re nemo cum illo videtur comparandus. Cùm enim de uno Deo diù atque frequenter cogitaret, neque animum in eam curam intentum metus aut difficultas retardaret, excidit funditùs, quæ reges alii, etiamsi in his numeres Ezechiam, seu deformârunt leviter, seu prorsùs intacta reliquerunt, qualia fuerunt templa, exoticæ atque impiæ religioni à Salomone constructa. Excelsa, lucos et aras, quæ non solùm in suo, sed etiam in alieno regno subvertit, eaque dispersis atque combustis humanis ossibus ita fœdavit, ut ad nauseam potiùs et contemptum quàm ad religionem et voluptatem allicerent; cùm verò ad ea quæ religio et pietas commendabat, animum adjecit, tale instituit phase, quale non fuerat multis ante seculis auditum. Hâc in re nullus superiorum regum videtur illi fuisse similis.

Vers. 26. — Verumtamen non est aversus

(1) *Il n'y a point eu avant Josias de roi qui lui fût semblable, et qui soit retourné comme lui au Seigneur de tout son cœur,* etc. *Cependant l'extrême colère et la fureur du Seigneur qui s'était allumée contre Juda à cause des crimes par lesquels Manassé l'avait irrité, ne fut point apaisée alors.* Josias, à qui l'Ecriture rend ce témoignage *d'être retourné à Dieu de tout son cœur,* etc., est une preuve éclatante contre tous les hérétiques de la possibilité de ce précepte le plus grand et le plus important de tous. Mais une chose qui doit arrêter notre attention, et nous causer de l'étonnement, c'est d'entendre cette déclaration si terrible que fait l'Ecriture, qu'encore que Josias n'eût eu aucun prince avant lui qui fût retourné, comme il avait fait, au Seigneur de tout son cœur, de toute son âme et de toute sa force; qu'il eût détruit toutes les marques de l'impiété des rois ses prédécesseurs, et travaillé à rétablir parfaitement le culte de Dieu, néanmoins l'extrême fureur de Dieu, que les crimes de Manassé avaient irrité, ne put point être apaisée. Est-ce donc que Dieu est inexorable à la pénitence d'un cœur vraiment humilié devant lui? Et dira-t-on avec les Novatiens qu'il est inutile d'entreprendre de le fléchir, après qu'on a irrité sa justice par ses crimes? Non sans doute, et ce sentiment, condamné par toute l'Eglise, et très-indigne de l'infinie miséricorde de notre Dieu, ne pourrait qu'ouvrir la porte à l'impénitence et au désespoir. Il est donc juste et nécessaire de reconnaître que si le peuple de Juda avait imité véritablement la piété de son prince, la colère du Seigneur aurait été apaisée, puisqu'il déclare si hautement qu'il demande la conversion, et non la mort du pécheur. Mais la plus grande partie de ces peuples n'avaient proprement aucune attache au culte de Dieu. Ils l'embrassaient ou l'abandonnaient, en s'accommodant toujours à la religion du prince; et ils se portaient néanmoins par la pente naturelle de leur cœur à l'idolâtrie, lors même qu'ils témoignaient embrasser à l'extérieur la religion de leurs pères, selon le reproche que leur en fait un prophète, en cette manière figurée : *Malheur à la ville de sang, qui est semblable à une chaudière toute pleine de rouille, et de qui la rouille n'est point ôtée!* et selon que Jérémie et Sophonie s'en plaignent dans leurs écrits. C'est ce qui paraît encore par l'exemple de tous les enfants du roi Josias, qui aimèrent mieux imiter l'impiété de Manassès, que la vertu de leur père. Ainsi il faut reconnaître que la piété d'un prince tel que Josias, n'était pas capable de s'opposer devant Dieu à l'impiété et à l'impénitence du cœur de la plus grande partie du peuple, qui faisait comme revivre en leurs personnes tous les crimes de Manassès. D'ailleurs on peut dire aussi que l'impiété d'Israël étant venue à son comble, elle méritait un châtiment exemplaire, qui fît connaître à toute la terre qu'on ne doit point insulter à la vérité et à la justice d'un Dieu tout-puissant, de sorte que quand même les habitants de Jérusalem et de Juda se seraient véritablement convertis à lui, il était avantageux pour sa gloire et pour le salut de plusieurs d'entre eux, qu'on les emmenât en captivité dans des pays étrangers, pour les punir de leur révolte passée, et pour les rendre plus fidèles et plus soumis à celui dont ils avaient méprisé la patience durant tant d'années. Car enfin ce châtiment était temporel, et par conséquent une faveur de la part de Dieu, puisque tout péché méritant d'être puni, c'était être heureux après l'avoir offensé par tant de crimes, d'en être châtié par des peines temporelles dès ce monde, au lieu d'être réservé aux flammes de la justice éternelle. Et c'est peut-être en ce sens qu'on doit entendre ce qu'il fit dire à son peuple, *que parce qu'ils l'avaient irrité généralement par toutes leurs œuvres, son indignation s'allumerait d'une telle sorte contre ce lieu, que rien ne pourrait l'éteindre,* c'est-à-dire que le châtiment était nécessaire alors, et que l'arrêt qu'il en avait prononcé ne pouvait se révoquer, quoiqu'on puisse l'entendre aussi dans le premier sens dont on a parlé, et qui regardait l'impiété obstinée de la plupart des Israélites. (Sacy.)

DOMINUS AB IRA FURORIS SUI MAGNI, QUO IRATUS EST FUROR EJUS CONTRA JUDAM. Temperavit quidem Dominus propter egregia Josiæ merita, non tamen omninò deposuit furorem suum, propter peccata Manasse, quæ antea multorum animos occupârant, nequedùm ex Judææ finibus excesserant. Cujus rei documentum dederunt grave omnes Josiæ filii, qui cùm ex assiduâ atque domesticâ disciplinâ veram religionem haurire potuissent, maluerunt Manassem primis regni sui temporibus sceleratum atque impium, quàm parentem optimum habere doctorem. Quare statuit Deus eodem modo reliquas duas tribus à suis finibus ablegare, quò decem alias paulò ante extorres miserasque transtulerat. Quomodò verò posteri dici potuerint peccata luere regis Manasse, diximus in nostris Commentariis super Jer. c. 15, v. 3, ubi populus luisse dicitur Manasse peccata. Fecit tamen Deus ne priùs populus ille exilium sustineret, et cædem quàm è vivis Josias excessisset, ut quod illi promiserat c. 22, v. 20, per Holdam prophetissam, impleret, à quâ audierat : *Colligeris ad sepulcrum tuum in pace, ut non videant oculi tui omnia mala quæ inducturus sum super locum istum.*

VERS. 29. — IN DIEBUS EJUS ASCENDIT PHARAO NECHAO REX ÆGYPTI CONTRA REGEM ASSYRIORUM. Hujus regis obscura est historia, et vix illius apud externos auditum nomen. Herodotus lib. 2, longiusculè à fine, meminit cujusdam regis Ægypti, quem appellat Necon, qui bellum suscepit contra Syros eventu secundo. Aggressus est autem regem Assyriorum (1), ut illam, opinor, ulcisceretur injuriam aut resarciret plagam quam nuper ab Assyriis sub Sennacherib acceperat Ægyptus. Fecit autem animos Ægyptiis, ut potentem aggrederentur hostem,

Is fuit exitus pii regis Josiæ, principis utique meliori fato digni, si justorum fatum id esset, ut rebus mundi prosperis fruerentur. Tempus ultionis Domini jam advenerat; suprema jam manus imposita erat criminibus Juda, ac Deus recipiendum ad se Josiam censuit, ne eversum vastatumque regnum suum lugere cogeretur, Id illi prænuntiaverat olim Holda prophetissa : *Colligeris ad sepulcrum tuum in pace, ut non videant oculi tui omnia mala quæ inducturus sum super locum istum.* Nihil superest addendum elogio quo illum donat Spiritus sanctus iis verbis : *Similis illi non fuit ante eum rex qui reverteretur ad Dominum in omni corde suo, et in totâ animâ suâ, et in universâ virtute suâ, juxta omnem legem Moysi; neque post eum surrexit similis illi.*

Magnificum ejus elogium auctor Ecclesiastici ad posteros transmisit : *Memoria Josiæ, in compositionem odoris facta, opus pigmentarii. In omni ore quasi mel indulcabitur ejus memoria, et ut musica in convivio vini. Ipse est directus divinitùs in pœnitentiam gentis, et tulit abominationes impietatis : et gubernavit ad Dominum cor ipsius, et in diebus peccatorum corroboravit pietatem. Præter David, et Ezechiam, et Josiam, omnes peccatum commiserunt.*

Si quis in rebus, in vitâ et in morte à Josiâ gestis, lineamenta similitudinis cum rebus Jesu Christi consideret, multa utrobique congruere intelliget. Josias ante plura quàm oriretur secula prædictus, tanquàm futurus ultor injuriarum Domini, et avitæ religionis restaurator, exhibet Servatorem ab exordio prænuntiatum, ceu imperii dæmonis eversorem, veræque religionis reparatorem. Sub regno Josiæ reperitur volumen legis Dei; quam ille legit coram universo populo, atque fœdus cum Domino innovat. Exhibent hæc omnia imaginem novæ, seu potiùs veteris legis innovatæ, absolutæ, perfectæ, et expositæ à Jesu Christo, qui nos filios novi fœderis fecit, sanguine suo obsignati. Pascha Josiæ celeberrimum et solemnissimum omnium quot unquàm fuerint, teste Scripturâ, obscura est imago Jesu Christi, instituentis sacramentum Corporis et Sanguinis sui, et mortem, quam sibi elegit, pro nobis obeuntis. Phrasium Scripturæ nimia vis pro Paschate Judæorum, exprimit ad litteram Pascha Jesu Christi. Josias denique, *qui peccatum non commiserat*, quodam modo pro peccatis populi sui obiit, quem populum Dominus tunc mulctare decreverat, necique tradi-

(1) Commissum est prælium ad Mageddo, urbem intra ditionem Issachari, sed quæ cesserat dimidiæ tribui Manassis cis Jordanem. Non procul aberat à torrente Cison, cujus meridianum latus tenebat. Circa eumdem locum aliud jam prælium commissum fuerat ætate Baraci et Debboræ. Meminit facilè hujus prælii Herodotus, narrans Necon regem Ægypti, commisso cum Syris prælio ad Magdolum, victoriam retulisse, ac cepisse Cadytim, urbem magnam Syriæ. Censuit Scaliger, Magdolum, de quâ Herodotus, ipsissimam esse urbem de quâ Jeremias, in Ægypto inferiori, vicinam Mageddo. Eò usque processisse ait Josiam, ut Ægyptiis aditum in Palæstinam præcluderet; additque, Cadytim, à victore Nechao subactam, ipsam esse *Cades*, vel Cadesbarne in deserto, cujus meminit Moyses. Herodotus, ex eodem scriptore, prælio huic indidit nomen Magdoli, quæ notior urbs erat quàm Mageddo, ubi prælium commissum fuit, atque postremæ huic urbi proximè accedebat. Usserio persuasum fuisse videtur *Mageddo* et Magdolum unam esse eamdemque urbem : constat equidem interpretem Syriacum S. Matthæi scribere *Magedu*, et veterem Latinum interpretem in *Magedan* pro *Magdalum*, quod est in Græco. Cadytim plures eruditi eamdem censent cum Hierosolymâ à Nechao, ab expeditione suâ reduce, expugnatâ. *Cadytis* ponitur pro *Cadytha* vel *Kadischa*, quod Hebraicè est urbs sancta. Eo nomine appellabant Hebræi urbem, ubi templum continebatur. Philo *Hierapolim* Græcè nuncupat, quod idem sonat ac Hebraicè *Kadischa*, id est, urbs sancta. Ego tamen maluerim Herodotum referre ad urbem Cades, vel Cedes in Galilæâ, magnitudine et robore insignem.

à quo durè aliquando concisi fuerant, quia audierant res Assyrias in singulos dies debilitari maximè, ex quo sub Sennacherib tot militum millia corruerunt percussa divinitùs. Tunc etiam quia jam Chaldæi, ut est verisimile, Assyriam quoque bello tentaverant, quam paulò post subjecerunt sibi, et ejus imperium in Babyloniam transtulerunt. Item quia, ut refert Historia Scholastica, jam Babylonii et Medi ab illâ monarchiâ defecerant. Quare his sublatis auxiliis, minùs erant quàm antea formidandi. Cùm autem ex Ægypto ad Euphratem, quò Ægyptia progrediebatur acies, transeundum esset per Josiæ regnum, occurrit Ægyptio armatus rex, ut aditum illi ad ulteriora præcluderet; et quidem hortante Ægyptio ne sibi molestus esse pergeret, quando sibi cum illo nihil esset negotii, sed tota illa belli moles Assyrium peteret hostem communem. Perstitit tamen in suâ mente obstinatè Josias : quæ res illi prorsùs exitio fuit. Nam in primo congressu cum Ægyptiis, dùm incautiùs agit, à sagittariis confixus interiit. Hæc pluribus lib. 2 Paral. c. 36, ubi legimus dixisse Pharaonem se à Deo missum, jussumque ut festinatò ad aliam domum castra moveret. Quod verè Ægyptium dixisse probat illud, quod statim subditur, vers. 21 : *Noluit Josias reverti : sed præparavit contra eum bellum, neque acquievit sermonibus Nechao ex ore Dei.*

Ibidem habemus quomodò Jeremias de Josiæ morte carmen condiderit funebre v. 25 : *Jeremias maximè, cujus omnes cantores atque cantatrices usque in præsentem diem lamentationes super Josiam replicant, et quasi lex obtinuit in Israel.* Fiebant, ut apparet, anniversariæ exequiæ in Jerusalem in honorem Josiæ, cujus, propter egregia merita vitæque sanctitatem, dulcis erat venerabilisque memoria. De quâ Eccl. c. 49 : *Memoria Josiæ in compositionem odoris facta opus pigmentarii : in omni ore quasi mel indulcabitur ejus memoria, et ut musica in convivio vini.* Ubi breve quoddam Josiæ habemus, sed illustre planè et divinum elogium. Quærunt hìc aliqui, quænam sit illa lamentatio, quam in Josiæ funere condidit Jeremias. Quidam illas lamentationes, seu threnos esse censent, quos in quinque capita distributos legimus ad finem Jeremiæ prophetæ. Quæ sententia suos habet patronos, et in his Hier. in c. 12 Zachariæ, quem Rabbanus sequitur, et Maldonatus, tenet apertè Chaldæus, et indicat Josephus lib. 1 Antiquitatum c. 16, dùm ait extare adhuc epicedium, quod carmine lugubri de Josiæ morte composuit Jeremias. Sed est communis omnium fermè sententia, aliud tempus spectare lamentationes hasce : illud nempe, quod habuit gens Judæa, vel cùm obsessa est ab hoste Babylonio, vel cùm è patriis finibus in exilium abducta injuriis omnium atque ludibriis patuit. Quod ex lamentationum textu atque ordine conjectare quisque non difficilè poterit : narrantur quippe multa, quæ in Josiæ mortem Pharaonisque victoriam quadrare nullo modo possunt. Neque enim tunc omnium ordinum atque ætatum homines ita vexati sunt, aut asperè aut impudenter, sicut in his threnis plangit Jeremias : non famelicæ matres filiorum elixas carnes in sua rursùs viscera condiderunt. Neque gentes ingressæ fuisse traduntur in sanctuarium, eversum templum, temerata sacra, et plura alia, quæ attentus lector facilè cognoscet sub Josiæ mortem passam non esse Judæorum gentem.

Alii illud hujus cap. 4, v. 20 : *Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris, cui diximus : In umbrâ suâ vivemus in*

tus est à principe alieno, qui rem cum alio, non cum illo habebat. Quid hoc, nisi Jesus Christus, qui, innocens licet ac sanctus, pro peccatis populi sui morti traditur, crucifigitur à Romanis, populo alieno, qui Jesum utique non nôrat, quique inscius et imprudens sese exhibet instrumentum nequissimi sceleris hominum, simulque divinæ erga mortales largitatis ministrum? (Calmet.)

Cum vidisset eum, scilicet in prælio, hoc est, cùm eum præliando cepisset. Sic videre per catechresin sumitur pro præliari, cap. 14, 8 : *Veni et videamus nos,* id est, veni et pugnemus.

Porrò mirabile fuit judicium Dei, quòd permiserit regem tam pium in justâ piâque Israelis defensione occidi; nam occiso Josiâ interiit tota Israelis spes, ac regnum Davidis et Judæ excisum est. Nimirùm *judicia Dei abyssus multa.* Voluit Deus tollere Josiam, ne videret mala gentis suæ, scilicet excidium regni et templi ob peccata Judæorum jam à Deo decretum. Causam aliam affert S. Justin., quæst. 79 ad Orthod., nimirùm quòd Josias « jusso « prophetæ non paruerit, qui ei ex mandato « Dei dixerat, ut ne progrederetur ad obviandum regi Ægypti in bellum, sicut ait Jere« mias. Quapropter ut eum purum à peccatis « ex hâc vitâ reciperet Dominus Deus, ideò « permisit illum inobedientiæ ejus ferro Ægyp« tio pœnas exsolvere, ad posterorum homi« num documentum, ut prophetis immorigeri « non essent, tum autem ut illud discerent : « *Si justus vix salvatur, impius et peccator ubi « comparebit?* » Hucusque Justinus.

Verùm hæc prophetia, Jeremiæ nusquàm extat, quod sciam. Allegor. Josias in flore ætatis pro suis pugnans, fuit typus Jesu Christi pro hominum salute à Judæis occisi anno ætatis suæ 34. (Corn. à Lap.)

gentibus, de Josiâ immaturè sublato dictum esse putant. Ita Hier. in c. 12 Zachariæ, ad illud : *In die illâ magnus erit planctus in Jerusalem;* et omnes qui threnos hosce de Josiâ accipiunt. De quorum numero sunt S. Thomas, S. Bonaventura, Rabbanus in Threnorum procemio, et Hugo, Lyra, Vatablus, Chaldæus. Quod etiam in eorum verborum explicatione mihi non improbatur, atque ideò in Commentariis super Threnos illius loci geminam expositionem adhibui, alteram de Josiâ, alteram de Christo. Sed ut illa de Josiâ cecinerit propheta, non puto eam esse lamentationem, de quâ modò ; aliquid enim longius et majus indicatur, quàm quod eo Threnorum loco plangit Jeremias.

Porrò planctum illum super Josiam magnum fuisse docet illud Zachariæ c. 12, v. 11 : *In die illâ magnus erit planctus in Jerusalem, sicut planctus Adadremmon in campo Mageddon,* in quo campo cecidit Josias. Vide quid nos ad illud caput Zachariæ. Carmen illud funebre scriptum esse dicitur in lamentationibus. Crediderim antiquis Hebræorum temporibus lamentationes fuisse compositas, et in ritualibus servatas monumentis, quæ in vulgaribus, aut etiam honestioribus canerentur exequiis solemni atque legitimo ritu. Quales sunt communes illæ de quibus Jeremias c. 22, v. 18 : *Non plangent eum, væ frater, et væ soror, non concrepabunt, et væ Domine, et væ inclyte.* Quæ lamentationum quarumdam videntur initia illa à cognatis mortui, hæc à lamentatricibus, aut alienis iterari solita. Alia erant non communia omnium, sed aliquorum propria : quæ propter personæ dignitatem, aut verborum pondus ad dolorem et fletum servabantur à cantoribus, et nonnunquàm personabant in hominum conventibus ; sicut nos præclara heroum gesta aut dura principum infortunia musicis alligata numeris, aliquando concinimus. Talia videntur fuisse quæ David cecinit in morte Saülis et Jonathæ, et in exequiis Abner, et si verum est quod tradunt Hebræi in Sederolam c. 28, hoc etiam carmen lugubre de Sedeciâ, cui extrema contigerunt incommoda : *Heu! qui mortuus est rex Sedecias, bibens fæces omnium ætatum.* Sic etiam carmen hoc, tum quia de Josiâ, tum propter auctoris sanctitatem servatum est in lamentationibus, et traditum cantoribus, qui illud ad lugubres numeros concinerent. Esse autem pro rerum diversitate diversos quoque cantandi modos, cùm alii exhilarent, alii contrahant, alii accendant et acuant, alii remittant et temperent animos, et ipsa docet rerum natura, et in Scripturâ apparent non obscura vestigia. Jerem. cap. 9, vers. 20, monet propheta ut ad plorandum civitatis imminentem ruinam, filias suas lamentum doceant, id est, plangendi artem et ferale canticum.

Vers. 30. — Tulitque populus terræ Joachaz filium Josiæ, et unxerunt eum, et constituerunt eum regem pro patre suo. In his quæ supersunt ad finem usque libri, nihil fermè audimus, præter illa quæ Josiæ filiis contigerunt, qui fermè omnes regiam obtinuerunt potestatem, in eo prorsùs infelices, quòd omnes ignominiosè de regno depulsi sunt, et multò magis, quòd à paternis moribus et disciplinâ degeneres prodiderunt religionem patriam, et ad execrandum idolorum cultum defluxerunt. Lib. Par. 1, c. 3, quatuor Josiæ numerantur filii : *Primogenitus Johanan, secundus Joacim, tertius Sedecias, quartus Sellum.* Hic porrò Sellum, qui fratrum numeratur ultimus, primus regnavit omnium. Quod omninò videtur esse certum ex Jerem. c. 22, v. 11, ubi cùm loqueretur de Josiæ filiis, quo tempore regnabat Joacim, et in vinculis tenebatur Joachaz, non jam ampliùs reversurus in patriam, et in solium à quo dejectus est, dixit : *Hæc dicit Dominus ad Sellum filium Josiæ regem Juda, qui regnavit pro Josiâ patre suo, qui egressus est de loco isto: Non revertetur hùc ampliùs, sed in loco, in quo transtuli eum, ibi morietur.* Vocatur etiam Jechonias sicut alii, qui ex Josiæ genere propagati sunt, ut diximus supra, c. 14, et constat ex lib. 3 Esdræ c. 1, qui licet extra canonem sit, non tamen exiguam habet auctoritatem, ubi eadem penè quæ nunc de Joachaz numerantur verba : *Et assumentes,* inquit, *qui erant de gente, Jechoniam, filium Josiæ, constituerunt regem pro Josiâ patre suo, cùm esset annorum triginta trium. Et regnavit super Israel mensibus tribus. Et amovit eum rex Ægypti, ne regnaret in Hierosolymam etiam. Et constituit rex Ægypti Joakim fratrem ejus regem Judæ.* In annorum numero hìc error est, nam lib. 4 Reg. non triginta trium, sed viginti trium annorum esse dicitur.

Quamvis Sellum, qui et Joachaz ultimo inter fratres loco numeratur, non tamen ultimo inter fratres natus est loco, sed medius inter Joakim et Sedeciam. Primus fuit Joakim, qui et Heliacim, qui vigesimo quinto ætatis anno regnare cœpit, tribus nempe mensibus post

Josiam. Secundus Joachaz, qui tertio ante Joakim mense regnum iniit, natus ipse annos viginti tres. Tertius Sedecias, qui post Joakim et Jechoniæ regnum, quod supra undecim duravit annos, regnum suscepit annos natus unum et viginti. De Johanan nihil hìc dico, quia de illo nihil ampliùs invenio quàm nomen et genus, aut quia vivente patre decessit, aut quia cùm ad regni splendorem non ascenderit, vitam egit obscuram et ignobilem. Neque quicquam aggressus est ejusmodi, ut in sacros annales referri debuerit. Hæc nunc de Joachaz, de aliis suo loco nobis necessariò dicenda non pauca.

VERS. 31. — VIGINTI TRIUM ANNORUM ERAT JOACHAZ CUM REGNARE COEPISSET. Cur Joachaz, cùm Joacimo fratre minor esset natu, prælatus tamen in regno fuerit, ea videtur verisimilis ratio, quia strenuus videbatur et acer, quique videretur contra Pharaonem potentissimum hostem tueri posse regnum, in quo videbantur intenta Ægyptiorum tela. Quod, ut statim magis explicabimus, docuit Ezechiel c. 19, sub leonis metaphorâ.

VERS. 32. — ET FECIT MALUM CORAM DOMINO, JUXTA OMNIA QUÆ FECERANT PATRES EJUS. Non hìc de Josiâ loquitur aut de Ezechiâ, quorum antea sanctitas gravissimis est commendata præconiis; sed de Amon, Manasse et aliis, qui vitæ genere, et morum turpitudine nihilo fuerunt gentili populo meliores. Quare hoc loquendi modo religionis abjectæ, et profligati pudoris turpitudo satis significatur. Quanta verò illius fuerit in omnes crudelitas, quàm barbarus dominatus, explicuit Ezechiel optimè c. 19, v. 3, inductâ leonis allegoriâ in quâ pulchrè Joachaz declaratur ingenium. Quem locum iisdem verbis hùc transferemus, quibus illum in nostris Commentariis super Ezechielem explicuimus, ubi cùm de Hierosolymâ quasi de leænâ egisset, subdidit statim : *Et eduxit unum de leunculis suis, et leo factus est, et didicit capere prædam, et hominem comedere.* Quem locum sic nos ibi commentabamur :

Qui hoc loco vocatur leo, est Joachaz, qui etiam vocatus est Sellum, quem populus pro Josiâ à Pharaone occiso regno præposuit. Quod sanè diuturnum non fuit : nam tertio postquàm regnum inierat mense, ab eodem Pharaone regno pulsus, et captivus in Ægyptum abductus est, ubi vitam egit tristem et ignobilem; eo tamen tempore, in quo cum regiâ potestate fuit, non avarè solùm, sed etiam crudeliter et impiè vixit, ut habes lib. 4 Reg. c. 23 : *Et fecit malum coram Domino, juxta omnia quæ fecerunt patres ejus.* Hi verò, quorum mores imitatus fuisse dicitur, sanguinarii fuerunt, avari, et nefariis idolorum sacris impensè dediti. Attribuit autem studio atque potentiæ Joachaz id quod præstat leoni regius spiritus, et sitiens sanguinis furor. Fertur enim in prædam, eamque ut vestiget et capiat, agros omnes, ac sylvas aspectu suo, fremituque conturbat; atque in eam ubi primùm inciderit, concerpit et vorat. Hæc omnia fecisse traditur Joachaz, qui ut avaritiam expleret suam aliorum opibus, sicut leo urentem rabiem alieno sanguine, prædas egit, aliorumque fortunas ad regios fastus atque usus convertit. Hoc autem est homines devorare, non tantùm ex sacrorum, sed etiam ex profanorum usu, qui hoc dicendi modo spoliatum hominem, et suis exhaustum commodis ac viribus significant. Ex profanis satis sit unus Terentius in Eunucho : *Hunc tibi hominem comedendum et irridendum propino.* Ex sacris est illud Habacuc 3 : *Qui devorat pauperem in abscondito.* Quod fecisse Joachaz, licet ex nullo alio constet loco, hoc tamen Ezechielis testimonium confirmat. Neque abest aliqua atque non levis conjectura, quia cùm à populo terræ, id est, à multitudine, tumultuariò fortassè rex esset appellatus, timere potuit ne quid Pharao victoriâ insolens in Judæos moliretur, quorum proximè regem interfecerat, et militarem potentiam ingenti clade contriverat. Deinde, quia contra jus aut consuetudinem regni præpositus fuerat fratribus ætate majoribus ; atque ideò non immeritò verebatur ne injuriarum agerent omissi fratres, remque publicam dùm suis student rationibus, intestinis bellis ac seditionibus turbarent. Quare ut regnum suum contra Pharaonis ac fratrum paratum vim armis atque potentiâ communiret, undecumque parandas sibi divitias existimavit, quæ belli nervi et pacis ornamenta sunt. Atque ideò prædas egit ex suis, hominesque, eos maximè qui repugnare non auderent, devoravit, et exuxit sanguinem. Quo nomine vocantur divitiæ, quia his non aliter atque illo humana vita sustentatur.

VERS. 33. — VINXITQUE EUM PHARAO NECHAO IN REBLA (1). Cùm Pharao, sublato Josiâ ferro,

(1) REBLA, vel, ut appellant Syriacus et Arabs, *Deblath*, urbs erat in Syriâ, et in terrâ Emath, vel Amaseæ. Ipsissima creditur Apamea Syriæ ad Orontem, atque ita inter-

sibi ad Euphratem viam aperuisset, et rebus ex voto confectis reverteretur, voluit etiam sibi subjugare Judæam, quam priùs interfecto rege malè conciderat. Quare bello aggreditur regem nuper assumptum Joachaz, quem tandem superavit, et è solio dejecit, non tamen sine magnâ suorum clade. Quod item expressit Ezechiel supra, versu 4: *Et audierunt de eo gentes, et non absque vulneribus suis ceperunt eum.* In quem locum sic nos ibi meditabamur:

Hìc sine dubio de Ægyptiis est sermo, qui cùm magnâ rem Judaicam affecissent plagâ, dominos se illius provinciæ arbitrabantur. Hi verò ægrè tulerunt se inconsultis atque insciis, à matre leænâ, id est, à republicâ leunculum illum leonem esse factum, id est, regium obtinuisse locum et nomen, atque ideò sicut ad leonis prædam sese venatores accingunt, sic contra novum regem Achaz arma quasi venatoria comparârunt Ægyptii. Quia verò ille spiritus regios, id est, leoninos imbiberat, et devoratis hominibus, quo sensu nuper explicuimus, divitias undecumque convexerat, quibus non domesticum solùm, sed etiam externum militem conduceret, strenuum se præstitit contra vim Ægyptiam, neque priùs est captus quàm venatorum, id est, Ægyptiorum plurimi vulnerati sunt. Hæc non ex alio loco quàm ex hoc Ezechielis accidisse constat. Sanè lib. 3 Reg. c. 23, hoc solum habemus, vinctum fuisse à Pharaone Joachaz, et in Ægyptum fuisse translatum, ubi exul egit, et vinctus ad finem usque vitæ, ut habes ex Jeremiâ c. 22. Sed est verisimile armatum occurrisse Joachaz, quia ipse audax erat et strenuus, neque enim aliter à republicâ seu populo terræ, spretis aliis, quibus ætate ac jure videbatur inferior, renuntiatus esset rex, eo maximè tempore, quo infensum se Judæo nomini ostendebat Ægyptius. Deinde quia non est verisimile ita fuisse Pharaonem acturum in Joachaz, ut captivum apud se retineret, eoque tractaret modo, ut Jeremias c. 22, scripserit: *Plangite eum qui egreditur, quia non revertetur ultra, nec videbit terram nativitatis suæ, sed in loco ad quem transtuli eum, ibi morietur,* nisi ille contra Ægyptiorum conatus armatas Judæorum acies objecisset.

Imposuit mulctam terræ. Fecit Pharao regionem illam sibi vectigalem, quam armis sibi jam omninò subegerat. Et quod summi juris atque imperii est, deposito priori, eoque se-

pretantur Chaldæi paraphrastæ in libro Numerorum. (Calmet.)

cum in Ægyptum abducto, regem constituit novum, quem magis sibi obsequentem fore existimabat. Reliquisset fortassè in suo ordine ac loco Joachaz, nisi illius robur esset expertus, futurumque metueret, ne constans esse nollet in servandâ fide, quam si aliquando proderet, non putabat facilè ad officium et fidem revocari posse. Quare illius loco fratrem suffecit Heliacim, cui pro summâ potestate, quam in illum tunc primùm exercere placuit, nomen mutavit, et qui priùs ab ortu vocatus fuerat Heliacim, eumdem, detractis litteris, Joakim deinceps appellari voluit.

Hìc nobis observandum, quod in eodem argumento dixi in Commentariis Jeremiæ, ad c. 1, n. 8, reges Babylonios et Ægyptios, ut de aliis sileam, ut se potestatem in alios habere significârint, nomen illis aut novum imponere, aut aliquâ ex parte mutare solitos. Quare Ægyptius alter Pharao nomen indidit Joseph, Genesis 41; et Nabuchodonosor, qui Matthainam Josiæ filium, Sedeciam vocavit, Danielis et sociorum ejus nomen ante mutaverat. Puto autem Heliacim nomen esse compositum ab Heli, et Joakim, et quò melior esset junctura, et sonus suavior, per Aphæresim ex alterâ compositionis parte sublatum esse *io*, atque ideò cùm vocandus esset Heliioacim, appellatum fuisse Heliacim. Neque id novum est apud Hebræos, qui in principio syllabam aut contrahunt, aut mutant. Exemplum habemus in hoc ipso nomine: nam cùm Hebraicè dicatur יהויכים id est, *Jehoiachim,* nos autem unâ sublatâ syllabâ dicimus Joakim. Quòd verò qui Joakim, seu Joakimus dicitur, Jakim, seu Jakimus appellari sit solitus, docet Josephus lib. 20 Antiquitatum, ubi pontificem quemdam maximum Jakimum vocat, non Joakimum.

Puto item hunc Heliacim solitum esse vocari *Heli,* quæ prior est pars nominis compositi, et *Joacim,* quæ posterior: idque etiam juxta Hebræorum morem, qui cùm nomen alicujus proprium compositum est, alteram compositionis partem removere solent. Quo modo Jemini dicitur Benjaminita, Amon, qui Hebraicè vocatur Benami Ram, qui Abram, Salem, quæ Jerusalem, de quibus nos pluribus in caput 15 Isaiæ. Neque tantùm prior pars compositionis adimitur, sed etiam aliquando posterior: 4 Regum 10, vicus qui priùs vocatus fuerat, v. 12, *camera pastorum,* statim v. 13, vocatur *camera,* sicut hìc ex Heliacim sublatâ posteriori parte, tantùm

manet Heli, quæ prior est pars. Quare existimo Pharaonem non imposuisse Heliacim nomen aliquod novum, sed priorem nominis partem ademisse, vetuisseque ne jam ampliùs gemino vocaretur nomine; sed uno contentus esset Joacim, idque non sine causâ. Cùm enim Heliacim valeat idem quod *Deus suscitabit*, vel *Deus firmabit*, noluit Pharao subjectum sibi regem nomen habere, quod firmitatem à Deo portenderet, id est, nullâ humanâ virtute superabilem. Exemplum habemus satis accommodatum in hujus Joakim filio Jechoniæ, qui cùm nomen haberet illustre, quod significat, *Dei præparationem*, seu *præparatum à Deo*, quando de illo jam exauctorato atque ignobili agitur, Jeremiæ c. 22, sublatâ priori syllabâ יה *ia*, quæ Deum sonat, *Chonias* appellatur, non Jechonias, sicut in antiquis codicibus ante legebatur, et nunc etiam in suis Commentariis legit Hieronymus. Sed est exemplum aliud non tam simile quàm idem: Judith c. 4, n. 5 et 11, sacerdos magnus dicitur Heliacim, et idem c. 15, n. 9, vocatur Joacim, quia utrumque, ut reor, nomen familiare habuit. Imò et Heli vocatum esse crediderim ab alterâ parte compositi nominis, sicut etiam sacerdos alius magnus vocatus est Heli, 1 Reg. c. 11.

Hinc ergo colligere posse videor, verum id esse, quod quidam è Patribus existimant de Joachim beatæ Virginis parente, quem vocatum esse putant etiam Heli. Cùm enim Lucas c. 3 in Christi generatione describendâ ad Christi avum, Virginisque parentem descenderet, illum appellat Heli: *Et ipse Jesus erat, incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur filius Joseph, qui* (nempe Christus) *fuit Heli.* Puto ergo Virginis parentem vocatum esse Heliacim, sive, quod idem est, Heliioachim, et interdùm, juxta Hebræorum consuetudinem Heli, interdùm vocari solitum *Joachim:* quare quem alii Joachim, Lucas appellavit Heli, et in re usque adeò implexâ atque difficili, non mea mihi displicet conjectura (1).

(1) VERS. 34. — REGEM CONSTITUIT ELIACIM... VERTITQUE NOMEN EJUS JOAKIM. Mutatio hæc nominum argumentum erat dominii regis Ægypti in regem Juda, quem constituebat seu vicibus regis fungentem, vel potiùs ut regem subditum et tributarium. Imperavit autem tributum centum talentorum argenti, et auri decem. Occurret inferiùs Nabuchodonosor rex Babyloniæ, vertens nomen *Matthaniæ* in *Sedeciam*, illum in solio Hierosolymæ constituens. Idem alia nomina indidit Danieli, Ananiæ, Mizaeli, et Azariæ, cùm servitiis suis illos addixit. Eodem imperii jure usus est Pharao rex Ægypti in Josephum, quem in amplissimam dignitatem adscivit. (Calmet.)

VERS. 35. — ET UNUMQUEMQUE JUXTA VIRES SUAS EXIGIT, TAM ARGENTUM QUAM AURUM. Non dubitavit Joachim alteram sui nominis partem deleri, et imposita dependi tributa, dummodò regium obtineret nomen, quod annuente Pharaone susceperat. Quare populo quod necesse erat, si modò servanda esset obligata fides, tributum indixit, non quidem per capita, in quo aliquid apparebat iniquitatis, sed juxta cujusque facultatem et censum, quæ ratio æquior fuit, et cum minori subditorum offensione.

VERS. 37. — ET FECIT MALUM CORAM DOMINO JUXTA OMNIA QUÆ FECERANT PATRES EJUS. Nihilò fuit melior Joakim, quàm fuerat, qui modo è regno cecidit Joachaz. Quod paucis verbis complexus est hoc loco sacer historicus, id pluribus explicuit Jeremias c. 22, à v. 13, ubi illa scelerato principi adscribuntur peccata, quæ sine aliis quàm plurimis reperiri non solent; nempe avaritia, ambitio, fraus, calumnia, vis et crudelitas. *Væ* (inquit Jeremias de Joakim) *qui ædificat domum suam in injustitiâ, et cœnacula sua non in judicio; amicum suum opprimet frustrà, et mercedem ejus non reddet ei.* Et ibidem, v. 17: *Tui verò oculi et cor ad avaritiam et ad sanguinem innocentem fundendum, et ad calumniam, et ad cursum mali operis.* Hæc nos pluribus in hujus loci commentariis explicuimus.

Neque solùm in homines crudelis et avarus fuit Joakim, sed abjuratâ religione patriâ, in Deum quoque fuit sceleratus et impius. Nam, ut refert Hieronymus in Traditionibus Hebr. super Par., Historia Scholastica lib. 4 Reg. c. 39, neque improbat Abulensis in c. 25 lib. 4 Reg., q. 39, et Lyra in locum Par. de quo statim, cùm occisus esset Joakim, in ejus corpore inventa sunt quædam inusta stigmata, quibus religionis desertæ testimonium inerat, nomen videlicet dæmonis illius quem colebat, qui vocabatur Codonazer. Cujus rei aliquod in Scripturâ sacrâ vestigium apparet. Lib. etenim 2 Par. c. 36, v. 8, hæc de Joakim habemus. *Reliqua autem verborum Joakim, et abominationes ejus, et quæ inventa sunt in eo, continentur in libro Regum Juda.* Neque novum est, aut rarum, ut homines in corpore ferant impressa signa, quorum se religioni consecrârunt: in transmarinis regionibus, quas hoc nostro seculo aperuerunt Hispani, plurima habemus exempla. Et lib. 3 Machabæorum c.

2, his qui ex Judæo populo à patriâ religione defecerunt, pro stigmate in corpore insigne Bacchi hederaceum folium inurebatur. Est quidem liber ille non canonicus, suo tamen pondere non caret. Sed est exemplum accommodatum maximè Apoc. c. 13, v. 16, ubi qui Antichristo seipsos tradiderunt, characterem ipsius allaturi dicuntur in dexterâ aut in frontibus, utique inustum, aut alio modo indelebiliter impressum : *Et faciat omnes pusillos, et magnos, et divites, et pauperes, et liberos, et servos habere characterem in dexterâ manu suâ aut in frontibus suis.*

CAPUT XXIV.

1. In diebus ejus, ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis, et factus est ei Joakim servus tribus annis; et rursùm rebellavit contra eum.

2. Immisitque ei Dominus latrunculos Chaldæorum, et latrunculos Syriæ, et latrunculos Moab, et latrunculos filiorum Ammon, et immisit eos in Judam, ut disperderent eum, juxta verbum Domini quod locutus fuerat per servos suos prophetas.

3. Factum est autem hoc per verbum Domini contra Judam, ut auferret eum coram se, propter peccata Manasse universa quæ fecit,

4. Et propter sanguinem innoxium quem effudit, et implevit Jerusalem cruore innocentium; et ob hanc rem noluit Dominus propitiari.

5. Reliqua autem sermonum Joakim, et universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Juda? Et dormivit Joakim cum patribus suis :

6. Et regnavit Joachin filius ejus pro eo.

7. Et ultra non addidit rex Ægypti ut egrederetur de terrâ suâ; tulerat enim rex Babylonis, à rivo Ægypti usque ad fluvium Euphraten, omnia quæ fuerant regis Ægypti.

8. Decem et octo annorum erat Joachin, cùm regnare cœpisset; et tribus mensibus regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Nohesta, filia Elnathan, de Jerusalem.

9. Et fecit malum coram Domino, juxta omnia quæ fecerat pater ejus.

10. In tempore illo ascenderunt servi Nabuchodonosor, regis Babylonis, in Jerusalem, et circumdata est urbs munitionibus.

CHAPITRE XXIV.

1. En ses jours, Nabuchodonosor, roi de Babylone, marcha *contre Juda ;* et Joakim lui fut assujetti pendant trois ans; et après cela il se révolta contre lui.

2. Alors le Seigneur envoya des troupes de voleurs de Chaldée, de Syrie, de Moab et des enfants d'Ammon, et les fit venir contre Juda pour l'exterminer, selon la parole que le Seigneur avait dite par les prophètes, ses serviteurs.

3. Ceci arriva en vertu de la parole du Seigneur contre Juda, afin de le rejeter de devant sa face, à cause de tous les crimes que Manassès avait commis,

4. Et à cause du sang innocent qu'il avait répandu, car il remplit Jérusalem du sang des innocents : c'est pourquoi le Seigneur ne voulut point se rendre propice à son peuple.

5. Le reste des actions de Joakim, et tout ce qu'il a fait, est écrit au livre des Annales des rois de Juda. Et Joakim s'endormit avec ses pères.

6. Et Joachin, son fils, régna en sa place.

7. Le roi d'Egypte depuis ce temps-là ne sortit plus de son royaume, parce que le roi de Babylone avait emporté tout ce qui était au roi d'Egypte, depuis les frontières de l'Egypte jusqu'au fleuve de l'Euphrate.

8. Joachin avait dix-huit ans lorsqu'il commença de régner; et il régna trois mois à Jérusalem. Sa mère s'appelait Nohesta, et était fille d'Elnathan de Jérusalem.

9. Il fit le mal devant le Seigneur, selon tout ce qu'avait fait son père.

10. En ce temps-là, les serviteurs du roi de Babylone vinrent assiéger Jérusalem, et firent une circonvallation autour de la ville ;

11. Venitque Nabuchodonosor, rex Babylonis, ad civitatem, cum servis suis, ut oppugnarent eam.

12. Egressusque est Joachin, rex Juda, ad regem Babylonis, ipse et mater ejus, et servi ejus, et principes ejus, et eunuchi ejus; et suscepit eum rex Babylonis, anno octavo regni sui.

13. Et protulit inde omnes thesauros domûs Domini, et thesauros domûs regiæ; et concidit universa vasa aurea quæ fecerat Salomon, rex Israel, in templo Domini, juxta verbum Domini.

14. Et transtulit omnem Jerusalem, et universos principes, et omnes fortes exercitûs decem millia, in captivitatem, et omnem artificem et clusorem : nihilque relictum est, exceptis pauperibus populi terræ.

15. Transtulit quoque Joachin in Babylonem, et matrem regis, et uxores regis, et eunuchos ejus; et judices terræ duxit in captivitatem de Jerusalem in Babylonem;

16. Et omnes viros robustos, septem millia, et artifices et clusores mille, omnes viros fortes et bellatores : duxitque eos rex Babylonis captivos in Babylonem.

17. Et constituit Matthaniam patruum ejus pro eo, imposuitque nomen ei Sedeciam.

18. Vigesimum et primum annum ætatis habebat Sedecias, cùm regnare cœpisset; et undecim annis regnavit, in Jerusalem. Nomen matris ejus erat Amital, filia Jeremiæ de Lobnâ.

19. Et fecit malum coram Domino, juxta omnia quæ fecerat Joakim.

20. Irascebatur enim Dominus contra Jerusalem et contra Judam, donec projiceret eos à facie suâ : recessitque Sedecias à rege Babylonis.

11. Et Nabuchodonosor, roi de Babylone, vint aussi avec ses serviteurs pour prendre la ville.

12. Et Joachin, roi de Juda, sortit vers le roi de Babylone avec sa mère, ses serviteurs, ses princes et ses eunuques, et le roi de Babylone le reçut, la huitième année de son règne.

13. Et il emporta de Jérusalem tous les trésors de la maison du Seigneur et ceux du palais du roi; il brisa tous les vases d'or que Salomon, roi d'Israël, avait faits dans le temple du Seigneur, selon ce que le Seigneur avait prédit.

14. Il transféra les principaux de Jérusalem, tous les princes, tous les vaillants de l'armée, au nombre de dix mille captifs; il emmena aussi tous les artisans et les lapidaires, et il ne laissa que les plus pauvres d'entre le peuple.

15. Il transféra aussi à Babylone Joachin, la mère du roi, les femmes du roi et ses eunuques; et il emmena captifs de Jérusalem à Babylone, les juges du pays.

16. Le roi de Babylone emmena tous les plus vaillants de Juda, au nombre de sept mille, les artisans et les lapidaires, au nombre de mille, tous les hommes de cœur et les gens de guerre, et il les emmena captifs à Babylone.

17. Il établit en la place de Joachin Matthanias, son oncle, et l'appela Sédécias.

18. Sédécias avait vingt-un ans lorsqu'il commença de régner; et il régna onze ans à Jérusalem. Sa mère s'appelait Amital, et était fille de Jérémie de Lobna.

19. Il fit le mal devant le Seigneur, selon tout ce qu'avait fait Joakim;

20. Car la colère du Seigneur s'augmentait toujours contre Jérusalem et contre Juda, jusqu'à ce qu'il les rejetât de devant sa face. Et Sédécias, *dès la huitième année de son règne*, se retira de l'obéissance qu'il rendait au roi de Babylone.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — In diebus ejus ascendit Nabuchodonosor, rex Babylonis, et factus est ei Joakim servus tribus annis. Brevi hoc loco absolvitur Joakimi historia, cùm tamen plura illi à rege Babylonis incommoda contigerint, quæ ab aliis Scripturæ locis hùc advocanda sunt. Quoto anno Nabuchodonosor ad Hierosolymam primùm appulerit, eamque suæ potestati subjecerit, habemus c. 1 Danielis v. 1, ubi Nabuchodonosor venisse dicitur in Jerusalem anno tertio regni Joakim. At Jeremiæ c. 25, v. 1, venisse traditur, aut saltem indicatur anno 4 Joakimi, et primo imperii sui. Ubi duo occurrunt nodi, quos priùs expedia-

mus oportet. Alter, quia Daniel Nabuchodonosoris adventum in tertium annum conjicit Joakim, Jeremias verò in quartum, qui sanè nodus ex eà regulà expeditur facilè, quæ docet in Scripturâ annum imperfectum interdùm omitti, interdùm integrum censeri. Quare venisse existimandus est Nabuchodonosor, quo tempore annus agebatur tertius cum dimidio regni Joakim, qui dimidiatus annus omissus est à Daniele, à Jeremiâ verò numeratus pro integro. Alter, quia primus annus Nabuchodonosoris incurrisse traditur à Jeremiâ in annum quartum Joakimi. Quare illius appulsus in Jerusalem incidere non potuit in annum tertium, quia eo tempore nondùm regnum inierat. Sed neque hic nodus difficilem habet solutionem. Annus enim primus Nabuchodonosoris partem sibi sumpsit ex tertio, partem ex quarto anno Joakim, atque in utrumque pariter incurrit; in tertium quidem jam adultum, in quartum inchoatum, aut modicè progressum. Cùm ergo primus annus regis Babylonis unius anni extremum, alterius initium complexus fuerit, juxta Scripturæ consuetudinem, dici potuit in tertium et quartum annum incidisse regis Joakim.

Bis à Nabuchodonosore Joakimum tentatum esse bello, bis victum, satis ex Scripturâ liquet. Primùm sub initium regni Joakim, anno videlicet tertio, seu quarto, quo sensu nuper dicebamus; iterùm anno undecimo, id est, postremo, quo cum regno vitam simul amisit. De primo appulsu habemus Dan. c. 1; de secundo hoc loco, ubi habemus rebellâsse Joakimum contra regem Babylonis postquàm tribus annis ante serviisset, et ab eodem rege superatum, et tandem extinctum, et eò redactum, ut non aliam nactus fuerit quàm asini sepulturam. Quando verò primùm victus est, abductus fuit captivus Babylonem, ut habemus lib. 2 Paralip. cap. 36, v. 7: *Contra hunc* (Joakim) *ascendit Nabuchodonosor rex Chaldæorum, et vinctum catenis duxit in Babylonem.* Quocum alii etiam ablegati sunt è præcipuâ Judæorum nobilitate, in quibus fuit Daniel, et alii etiam de semine regio, de quibus Dan. c. 1, qui rege restituto in patriam, regiumque solium, relicti fuerunt Babylone obligatæ regiæ fidei ac fœderis percussi obsides, ut nos ad caput Dan. 1 observavimus. Mansit autem Joakim non diù apud Babylonios in vinculis, à quibus exolutus est, et libertati regnoque restitutus; ita tamen ut subesset imperio Babylonio, et indictum sibi tributum constanti fide quotannis penderet. Accepit rex conditionem, quam tribus annis, non ampliùs, servavit. Quod ita tulit graviter Babylonius, ut in Judæam victrices copias rursùs inveheret, ac tandem regni anno undecimo de solio vitâque dejecerit. Nam, ut habes cap. 23, v. 36, undecim regnavit annis, quatuor nempe aut quinque, post violatam fidem.

Scio alios aliter cogitare, nam Hebræi in Sederolam c. 25, dicunt Joakimum in vinculis interiisse, indeque raptatum et objectum bestiis implevisse quod de illo Jeremias ante prædixerat: *Sepulturâ asini sepelietur.* Quod si ita foret, quomodò undecim regnaret annis? aut contra illum post Nabuchodonosoris adventum latrunculi ex vicinis locis irrupissent? Sed quod dixi, docuit Josephus lib. 10, c. 8, Hist. Schol. lib. 4 Reg. c. 39, et ex recentioribus Cajetanus, Vatablus, Barradas, Emmanuel Sâ, Serarius, Dionysius et Hugo. Lyra negat adductum esse Babylonem, sed vinctum, ut eò duceretur; mutatum tamen esse consilium, quia novit Babylonius illum aliquid meditari contra fidem datam, atque ideò occisum esse in Jerusalem, et extra muros illius cadaver fuisse projectum; sed quomodò juxta hæc servire potuit tres annos, et regnum ad annum usque undecimum producere?

Vers. 1. — In diebus ejus ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis, et factus est ei Joakim servus tribus annis. Hìc agitur de priori Nabuchodonosoris appulsu, quo captâ Hierosolymâ, illius regi annuum imposuit tributum, quod tribus tantùm annis exolvit, deinde verò recusavit tributum et imperium. De secundo adventu non agitur adeò expressè in hoc capite, sed venisse iterùm Babylonium, constat ex dictis, ut violatæ fidei à rege fœdifrago pœnas exigeret, imò, licet obscuriùs, venisse significatur illius exercitus, de quo statim.

Et rursum rebellavit contra eum. Cur ausus fuerit Joakim Babylonicum detrectare jugum et tributum, quod debebat ex pacto, ea ab auctoribus adducitur ratio, quia audierat Ægyptiorum regem aliquid contra Chaldæos novum moliri, cùmque regnum Ægyptio deberet, à quo fuerat in illam dignitatem sublatus, illi magis adesse quàm Chaldæo voluit. Accedebat quòd frangi putabat in eo congressu et infirmari plurimùm Chaldæorum vires, à quibus nihil sibi timendum arbitrabatur. Hæc causa fuit cur violatâ fide rebellaret, et Chaldæorum in se furorem vehementer acueret, cui, ut mox dicemus, non potuit rex Ægyptius esse

subsidio, quia victus fuit à Babyloniis, et magnâ sui imperii parte privatus.

VERS. 2. — IMMISITQUE EI DOMINUS LATRUNCULOS CHALDÆORUM, ET LATRUNCULOS SYRIÆ, etc. Hìc ego reditum video exercitûs Chaldæorum, qui regnum et vitam abstulit Joakimo, et qui illum usque ad asini sepulturam abjecit. Latrunculi enim Chaldæorum aliarum nationum, quæ vel jam Nabuchodonosori parebant, vel malè in Judæos erant animatæ, latrunculos advocârunt, qui non gravatè illorum suscepêre mandata. Ex quibus copiosus conflatus est exercitus, qui, aspirante Deo, qui jam statuerat Judæorum terram gravissimis oneratam sceleribus disperdere, facilè quod optabat consecutus est. Passi sunt autem Judæi, quod jam ante à Deo per prophetas audierant, quorum voces, ut à fide ac pondere vacuas contemnebat, tam rex quàm qui illi erant à consiliis, quorum oculos et vitæ improbitas, et ex eo perniciosus error occupaverat. Monuerat autem c. 23, v. 27, supra, præsertim per Jeremiam, tum aliis locis sæpè, tum clariùs c. 22.

De Joakimi morte nihil hìc habemus ab historico sacro, sed docet durè satis atque perspicuè Jeremias c. 22, v. 18, et deinde : *Hæc dicit Dominus ad Joakim filium Josiæ regem Juda : Non plangent eum, væ frater, et væ soror; non concrepabunt ei, væ Domine, et væ inclyte : sepulturâ asini sepelietur putrefactus, et projectus extra portas Jerusalem.* Hæc nos satis, opinor, explicuimus in nostris Commentariis super Jeremiam, ubi diximus, neque humatum esse Joakimum, neque legitimum illi impensum esse planctum, quo de more Hebræi suorum ac principum cadavera prosequuntur.

Jeremias c. 22, v. 19, sepulturâ asini sepeliendum dixit Joakimum. Non difficile est nôsse quæ sit asini sepultura, nempe locus ille in quem casu contigit asinum cadere, quale non necesse est sit sterquilinium, cùm non semper asini cadaver in sterquilinio putrescat. Est autem asini sepulcrum, sordidus aliquis et apertus locus, qui neque tegat cadaveris horribilem et obscœnam speciem, neque canes aut volucres à laceratione prohibeat. Quod magis explicuit Jeremias idem c. 36, v. 30 : *Hæc dicit Dominus contra Joakim regem Juda*, etc. : *Cadaver ejus projicietur ad æstum per diem, et ad gelu per noctem.*

Sed posset hìc rogare non nemo, quomodò inhumatus dici possit Joakim , qui tamen hoc c. 24, v. 5, dormiisse traditur cum patribus suis? qui dicendi modus, Hieronymo teste, sepultum aliquem esse tradit; item quia putrefactus extra civitatis portas projectus est, quod sanè fieri non posset, si statim atque occisus fuit extra civitatem esset eductus. Neque præterea verisimile est regium cadaver intra mœnia fuisse insepultum, donec putrem solveretur in saniem. Quidam sepultum fuisse dicunt Joakim à Judæis, postea verò à Chaldæis effossum è sepulcro jam corruptum et tabidum, extractumque extra portas : ita S. Thomas in locum citatum Jeremiæ. Sed communiter alii inhumatum esse dicunt, quod verba indicant Jeremiæ tam hìc quàm c. 36, neque admodùm urget objecta ratio. Nam licet *dormire cum patribus* plerùmque significet in sepulcrum inferri, non tamen illud quocumque modo fieri significat : illi enim cum patribus dormiunt, qui eodem cum patribus tumulo conduntur; at quî paterentur hostes Babylonii in parentum, id est, regum Juda mausolæa inferri Joakim, cùm regum Juda sepulcra disjecerint, et regum ossa in solis lunæque conspectum extulerint, ut prædixerat Jeremias c. 8. Quare qui tumulatos effodiunt, non paterentur eum, qui nondùm humatus erat, terræ mandari. Ut ergo sepultura et funus pro morte sumuntur, quia mortui plerùmque sepulcro et funereis sacris honestari solent, sic dormire aut requiescere cum patribus, quod mortem et sepulturam sonat, dici possunt qui mortui sunt, etiamsi tumulati nunquàm fuerint. Quod verò dicunt putrefactum extractum è civitate, minùs urget in oppositum : neque enim significatur projectus postquàm extabuisset, sed computruisse et esse projectum. Utrumque verò accidit. Verba textûs sic habent : *Putrefactus et projectus extra Jerusalem.* Tantùm hìc video quoddam ὕστερον πρότερον, quale est illud Virgilianum :

Et torrere parant flammis, et frangere saxo.

Quod in Scripturâ sacrâ frequens est, quando quod priori loco dici debuit, posteriori ponitur. Est enim prius, extra portas cadaver esse projectum, quàm extra portas esse putrefactum : hìc verò præposterus est, et inversus ordo.

De loco ubi occisus fuerit Joakim, nonnulli dubitant. Hieronymus hìc in Babylone censet, quia abductus in Babylonem dicitur, neque de illo uspiam præterea sermo : sed communiter alii in Jerusalem extinctum putant, et textus ipse docet, quia projectus dicitur extra portas Jerusalem ; neque aliter vi-

sum est Hieronymo in c. 25 Jeremiæ, statim in principio. (1)

Vers. 6. — Et regnavit Joachin filius ejus pro eo. Maxima similitudo est inter patris et filii nomen : patris est *Joakim*, cum *caph*, et *mem* in fine : filii Joachin, cum *coph*, et *nun* terminali, uterque autem, ut jam ante diximus, Jechonias vocatur, quod nomen datum

(1) Vers. 3, 4. —*Ceci arriva pour accomplir l'arrêt du Seigneur contre Juda, et pour le rejeter de devant sa face, à cause de tous les crimes que Manassès avait commis, et à cause du sang innocent qu'il avait répandu, ayant rempli Jérusalem du carnage des innocents.* On est surpris lorsqu'on songe d'une part à la pénitence que fit Manassès, laquelle même engagea Dieu à le tirer de captivité et à le rétablir dans son royaume, et qu'on entend d'autre part l'Ecriture déclarer que Dieu envoya ce grand nombre d'ennemis pour exterminer Juda, et le rejeter de devant sa face, *à cause des crimes de Manassès.* Mais, si l'on veut bien se représenter aussi la pénitence très-sincère de David, et les fléaux dont ses crimes ne laissèrent pas d'être punis, on ne sera pas tant étonné de cette sévère vengeance que Dieu tira du roi Manassès, même après sa pénitence. C'est ce qui fait dire à un savant interprète (Estius), que ce passage de l'Ecriture convainc manifestement d'erreur les hérétiques de notre temps, qui nient qu'après le pardon du crime il reste encore quelque chose à expier par des peines temporelles. Car Manassès, comme il est dit, ayant commis les plus grands excès, *en fit pénitence, et sa prière fut exaucée,* ainsi que le déclare l'Ecriture même. Cependant, ajoute-t-il, cela ne put empêcher que le Seigneur ne punît ses crimes jusque sur sa postérité, et ils furent cause que le peuple de Juda se vit emmener captif à Babylone. Il est vrai, dit-il encore, qu'ils étaient punis proprement pour leurs crimes personnels, selon que Dieu même le déclara ailleurs, en disant *qu'ils s'étaient laissé séduire à Manassès, pour faire encore plus de mal que n'avaient fait les nations.* Mais ce fut aussi pourtant indirectement pour les crimes de ce prince, qui méritaient ce grand châtiment, qu'ils s'y trouvèrent enveloppés. Combien donc est-il important de prévenir sur nous-mêmes par des peines volontaires celles de la divine justice, que nos péchés ne peuvent point éviter ! Car quoiqu'il soit vrai que la mort du Fils de Dieu a été d'un prix infini pour la rédemption de tous les péchés de l'univers, il n'est pas moins vrai que saint Paul ayant déclaré qu'il accomplissait lui-même en sa chair ce qui restait à souffrir à Jésus-Christ, *adimpleo quæ desunt passionum Christi;* nous sommes chacun sans comparaison plus obligés de satisfaire par des peines temporelles pour nos péchés propres, lors même qu'ils nous ont été pardonnés, et cette satisfaction qui se fait par nous, ne diminue rien de ce mérite infini de la rédemption du Fils de Dieu, comme le prétendent les hérétiques, puisque c'est toujours le prix de la mort d'un Dieu, qui donne à la pénitence de l'homme pécheur tout son mérite, et que lorsque cette pénitence lui est imposée par la divine miséricorde, elle n'est pas seulement une peine due à son péché, mais encore un remède très-puissant pour l'en préserver à l'avenir.
(Sacy.)

Vers. 5. — Dormivit Joakim cum patribus suis. Latam mortalibus omnibus legem subivit, naturæ debitum tributum solvit; sed privatus honore patriæ sepulturæ, projectus est inhumatus. *Sepulturâ asini sepelietur,* ut habet Jeremias 22, 19, *putrefactus et projectus extra portas Jerusalem.*

Sunt qui crediderint, eductum fuisse è sepulcro, ut inhumatus jaceret; maluerunt alii, neci traditum fuisse Babylone. Sed constat obiisse Hierosolymæ, et Chaldæos cæterosque à Nabuchodonosore immissos interfecisse illum, plurimisque indignis affecisse defuncti cadaver, ut hìc narratur. Fertur, post mortem defuncti cadaver compunctum apparuisse sacrilegis stigmatibus, pictis characteribus demonstrantibus, dæmonem, cui se devoverat, appellatum fuisse *Codonazer.* Traditiones ejusmodi petitæ sunt ex verbis secundi Paralipomenon 36, 8 : *Reliqua verborum Joakim, et abominationes ejus, quas operatus est, et quæ inventa sunt in eo, continentur in libro Regum Juda.*

In fragmento quodam Eupolemi apud Eusebium legimus, accidisse quondam ut Joakimo cæterisque Judæis idolo aureo, Baal appellato, sacrificantibus, fuerit improvisus Jeremias, atque imminens capitibus illorum exitium prænuntiârit. Minitatus est Joakimus prophetæ ignis supplicium; sed Jeremias minimè permotus, nuntiavit illi futurum, ut coquinæ Babyloniorum ministrare cogeretur, eamque in rem uteretur iisdem lignis, quæ sibi in rogum destinabat, iisdemque lignis fossurum illum canales ad derivandas Tigris et Euphratis undas in terras Babyloniorum. Rem, uti prænuntiata fuerat, cùm rescisset Nabuchodonosor, Astibaren regem Medorum, ut sociaret secum arma in Judæos, obsecravit. Ambo igitur exercitum componentes decem millium curruum, et centum octoginta millium peditum, equorumque viginti millium, in regionem venère, totamque latè vastârunt igne et ferro, interfectis quotquot nacti sunt Judæis in Samaritide, Galilæâ, Galaaditide, et Scythopoli : accedentes deinde Hierosolymam, captà urbe ac rege Joakimo, templum diripuêre, divitiis ejus omnibus Babylonem missis, præter arcam et tabulas, quas Jeremiæ reliquêre. Hæc Eupolemus, miscens postremam expugnationem Hierosolymæ sub Sedeciâ cum alterâ sub Joakimo. Sed ab alienis scriptoribus quis accuratum aliquid exspectet ? (Calmet.)

Joakim s'endormit avec ses pères, et Joachin, son fils, régna en sa place. Lorsque l'Ecriture dit de Joakim, *qu'il s'endormit avec ses pères,* elle n'entend pas qu'il fut enterré dans leur sépulcre, mais seulement qu'il mourut comme ils étaient morts. Car on voit dans Jérémie que ce prince ayant refusé d'écouter la voix de Dieu, lorsqu'il lui parlait par la bouche de son prophète, mérita que Dieu prononçât contre lui cet arrêt funeste, *qu'il serait enseveli comme les ânes,* c'est-à-dire qu'il serait sans sépulture, *qu'il serait jeté hors les murailles*

est aliquibus qui è Josiæ semine propagati sunt.

Vers. 7 — Et ultra non addidit rex Ægypti, ut egrederetur de terra sua. Egressus fuerat rex Ægypti Pharao Nechao de terrâ suâ ad Euphratem, ut aliquas civitates in suam potestatem redigeret, quæ tunc Assyrio parebant imperio : quæ profectio illi, ut diximus, successit ex voto. Et in reditu tulit secum captivum Joachaz, et Joakimum fratrem ejus loco suffecit. Egrediebatur quoque de terrâ suâ, ut quod Joakimo indixerat, tributum exigeret. Deinde Nabuchodonosor, qui jam Assyriam potestatem Chaldæorum imperio subjugârat, ad se pertinere existimavit, quicquid Pharao de Assyriorum ditione detraxerat. Quare conscriptis copiis, quàm maximas potuit, non solùm civitates ab Ægyptio sublatas recuperavit, sed maximam sibi ex Ægyptio imperio partem subjecit. Abstulit etenim quicquid est ab Euphrate ad rivum Ægypti, id est, ad Rhinocorurum, quæ terram promissionis ab Ægyptiâ regione discriminat. Quocirca subsidio esse non potuit illi, quem fratris loco regno præposuerat, imò neque egredi è regno, cùm sciret certamen sibi futurum esse cum hoste longè potentiori. Quare neque egressus, ut opem ferret Joakimo laboranti, neque ut annuum exigeret tributum, cùm Juda Babyloniis pareret magis quàm Ægyptiis. Parabat sese Pharao, ut Sedeciæ subsidio esset contra Babylonios, sed neque profecit quicquam, neque ad Hierosolymæ fines penetravit, ut habes Jeremiæ c. 37.

Non docet Scriptura à quo præpositus fuerit regno Jechonias, an à populo, sicut antea patruus Joachaz, vel à rege Nabuchodonosor sicut paulò post Sedecias; est tamen verisimile à Chaldæo potiùs quàm à populo constitutum esse regem, eodem planè consilio, quo paucis ante annis Pharao depulso Joachaz Joakimum pro fratre regno præfecit. Sic enim putavit habiturum se regem fidelem magis et obsequentem, qui oblatam à se regiam illam sedem meminisset. Ita putat Josephus lib. 10, c. 8, Hist. Schol. in lib. 4 Reg. c. 39, Lyra hìc, et Dionysius.

Vers. 8. — Decem et octo annorum erat Joachin, cum regnare coepisset (1). Lib. 2 Par. c. 36, v. 9, octo annorum fuisse dicitur, cùm regnum iniit. Quæ duo facilè conciliat regum sub ea tempora consuetudo, qui reges designant filios suos, quibus regnum postea relicturi sunt : qui cum parentibus aliquandiù regnant, deinde functis vitâ, regnoque parentibus, soli. Erat itaque Joachin octo annorum, cùm socium sibi pater ad regnum assumpsit, anno videlicet ab inito regno secundo : decem tamen et octo, cùm solus regnum moderari cœpit.

Vers. 9. — Et fecit malum coram Domino, juxta omnia quæ fecerat pater ejus. Quæ fuerint hæc peccata, quæ admisisse dicitur Jechonias, non habemus hoc loco; expressit tamen pluribus Ezechiel, c. 19, ubi cùm decem annis, quibus simul cum patre regnum administravit, scelerati patris domestica habuisset exempla, ab illo didicit crudelitatem et avaritiam, neque magis et religionem coluit, et

de Jérusalem, ainsi qu'une bête morte, et exposé publiquement à la pourriture. Ce qui s'accomplit effectivement, lorsque Joakim, après s'être révolté contre Nabuchodonosor, à qui il avait été assujetti, fut enlevé à Babylone, et étant mort, demeura sans sépulture. Mais ce qui causait alors de l'horreur à ceux qui le virent en cet état, devait sans doute leur en faire concevoir beaucoup davantage de l'impiété qui était punie par ce châtiment affreux, puisque la lumière de la foi nous fait connaître que ces sortes de punitions qui paraissent si horribles à nos sens, sont des images très-faibles de l'état infiniment plus horrible aux yeux de Dieu, où sont les âmes de ceux qu'il châtie en cette manière.

Quant à ce que l'Ecriture ajoute, que Joachin, fils de Joakim, autrement dit Jéchonias, régna en la place du roi, son père, cela semble être contraire à ce que Dieu fit déclarer à Joakim par la bouche de Jérémie, *que nul de sa race ne serait assis sur le trône de David*. Mais comme Jéchonias fut dépossédé au bout de trois mois, et que Nabuchodonosor établit Sédécias, son oncle, en sa place, il est vrai de dire *qu'il ne s'assit point*, c'est-à-dire, qu'il ne fut point affermi *sur le trône de David*, puisque ce peu de temps même qu'il parut régner, ne servit qu'à faire éclater davantage la juste vengeance du Seigneur. (Sacy.)

(1) Regnum capessenti octo tantùm annos tribuunt Paralipomena : si alteruter textus corruptus est, uti non sine maximâ veri specie suspicamur, mendum potiùs tribuendum est Paralipomenis, quàm textui Regum. Joachino enim erant uxores, Babylonem translatæ post tres ab incœpto regno menses; id autem minimè convenit homini octo annorum ætatis. Adde, Syriacum et Arabem legere utrobique annos *decem et octo*. Insuper quâ ratione de puero octenne affirmari potest, mala illum corâm Domino perpetrâsse, uti Scriptura de Joachino hìc asserit ? Sunt qui credant, Joachinum octennem fuisse, cùm Joakim ejus pater regnum capessivit. Sed novum est ac sine exemplis, ut exordium regni patris ex ætate filiorum adscribatur. Malunt alii, octavum esse hunc annum servitutis Babylonicæ, cujus exordium ducendum sit à captâ Hierosolymâ sub Joakimo. (Calmet.)

Deum timuit quàm pater, qui diaboli in suo corpore stigmata gestaverat : cùm autem pater ille patraret, quæ nos supra ex Ezechiele commemoravimus, illi sine dubio socius aderat filius; alioqui quomodò tam brevi spatio talia edidisset crudelitatis exempla, qualia legimus apud Ezechielem ? neque enim supra trimestre fuit Jechoniæ regnum. Et Ezechiel sicut parenti, sic etiam filio leoninos adscribit mores et ingenium.

Vers. 10. — In tempore illo ascenderunt servi Nabuchodonosor regis Babylonis in Jerusalem. Vix tertius exactus fuerat mensis, ex quo rex Babylonis regem constituerat Jechoniam, cùm rediit eòdem, ut eumdem, quem extulerat, ex regiâ dignitate deponeret. Cur autem tam subitò consilium mutaverit, aut quod fecisset priùs infectum esse cuperet, docet Josephus lib. 10 Ant. c. 9. Cùm enim ipse Jechoniæ parentem neci dedisset, regiumque cadaver usque adeò ignominiosè tractaverit, ut non aliam permiserit, quàm asini sepulturam, verebatur ne rex novus paternæ cædis memor aliquid moliretur novi, potioremque haberet domesticæ injuriæ vindictam, quàm obligatæ fidei et fœderis percussi constantiam, populum ad defectionem perpelleret: exercitum iterùm Hierosolymam reduxit, et timidum regem ad deditionem compulit. Lib. 2 Par. c. 36, v. 10, missus dicitur exercitus Babylonicus, et Jechonias actus in exilium, cùm anni volveretur circulus, quod non est intelligendum factum in fine anni, ex quo regnare cœpit Jechonias, cùm illius regnum semestre fuerit. Sed communis anni indicatur exordium, quod est in mense primo Nisan. Qui annus dicitur vertens, quo tempore solutâ jam hyeme, et tepente cœlo solent reges ad bella procedere. Quod lib. 2 Reg. c. 11, v. 1, de Davide legimus.

Vers. 12. — Egressusque est Joachin rex Juda ad regem Babylonis. Cùm Joachin desperaret sustinere se posse Chaldæorum impetum, quorum vires proximè in parentis interitu cognoverat, et quia ab illis, ut erant impetus acres, et ingens multitudo, paratum videbat infortunium, tum quia compellebant Jeremiæ exhortationes assiduæ, quas pater malè sanus, et qui cum illo corruerunt, ante contempserant, abjecit arma suscepitque pacatus hostem simul cum matre aliisque populi principibus. Et seipsum illi et civitatem tradidit, sub eâ tamen conditione ac lege, ut dicit Josephus lib. 10, cap. 9, ne urbi mali aliquid, nec civibus inferret. Quod tamen non servavit, quia præcipuam nobilitatem et robur civitatis abstulit, et urbem nudam à civium splendore, artificum industriâ et militum robustorum præsidio reliquit.

Vers. 13. — Et protulit inde omnes thesauros domus Domini, et concidit universa vasa aurea. Ita se gessit durè in Hierosolymam Assyrius, ut totam dicatur à suis sedibus ad alienum solum transtulisse : tulit primùm vasa, quæ ad templi varios usus conflari jusserat, aut excudi Salomon, et universos principes, sive illi consilio, sive opibus, aut etiam robore, aut aliquo artificio præstarent. Quod multò ante prædixerat per Isaiam Dominus c. 3, v. 1 : *Validum et fortem, judicem et prophetam, consiliarium et sapientem de architectis.* Denique præter terræ pauperes, nihil Hierosolymæ dicitur esse reliquum. Qui hìc clusor vocatur, ille apud Jeremiam cap. 24 inclusor appellatur; et qui hìc artifex, illic dicitur faber. In fabro et artifice omnis intelligitur, qui conflandæ aut poliendæ materiæ, quæcumque illa sit, artificiosam dat operam. Talis est qui ferrum tundit, seu qui lignum dolat, qui saxa secat et polit. Inclusorem, seu clusorem Hieronymus super Jeremiam illum intelligit qui gemmas pretiosis illigat metallis, et palis includit. Alii plures verbum esse putant militare, significareque illum qui castrametari novit, civitatesque mœnibus sepire et objectis claustris ab hoste defendere. Quod mihi videtur satis ad hostium commoditatem et consilia, qui tunc sibi cautum ab inimicis arbitrantur, cùm inermes relinquunt, neque artifices apud illos esse sinunt, quorum industriâ integrari possint et refici, quæ belli furor debilitavit aut sustulit. Quare *in principibus* duces fortassè intelliguntur, quorum in re bellicâ non inutile consilium et explorata virtus atque constantia. Quod apertè colligitur ex 4 Reg. cap. 24, ubi qui hìc *artifices* vocantur et *inclusores,* fortes appellantur et bellatores. Quod autem, ut Angelomus observavit in lib. 4 Reg. cap. 24, ad hæc eadem verba, fecerunt olim Philistim in subjectum Hebræorum populum, idem fecerunt postea victores Babylonii. *Hoc est* (inquit) *quod Israel populo Philistim regnantes fecisse narrantur, cùm dicitur : Porrò faber ferrarius non inveniebatur in omni terrâ Israel. Caverant enim Philistim, ne fortè facerent Hebræi gladium aut lanceam. Sicut enim tunc illi caverant ne habentes fabros ferrarios Hebræi, arma ad repugnandum facerent, ita nunc Chaldæi destructâ*

Jerusalem, et vastatâ omni terrâ repromissionis, satagunt, ut nullus in eâ remaneat artifex, nullus inclusor, qui vel fœdata urbis mœnia componere, vel posset resarcire disrupta. Hoc eodem artificio utitur in oppugnandâ religione diabolus, qui eò inhiat ut virtutem debilitet, et prorsùs ex hominum animis expectoret, et illos exauctoret aut tollat, qui virtutem tueri ac promovere student. (1)

Vers. 17. — Et constituit Matthaniam patruum ejus pro eo. Sicut priùs Jechoniam pro parente Joakimo, sic nunc pro Jechoniâ Matthaniam illius patruum regem designavit, et, quod supremæ dignitatis est, illius mutavit nomen; et qui à patre Matthaniæ nomen accepit, idem à Nabuchodonosor nomen accepit Sedeciæ. Neque melior fuit fratre Joakimo, cujus expressit audaces et ferinos mores, quos Dominus in illo dominari permisit, quia jam statuerat projicere gentem quam priùs in suum sibi populum elegerat. Et quò tardantem suæ gentis advocaret interitum, cùm illud è re suâ superiorum regum exemplo futurum non esse discere potuisset, à rege Babylonis decessit, cui ex pacto aliquot antea annis tributa dependerat, quod illi ac regno toti extremam attulit vastitatem.

Hìc ad extremum observandum tres hosce reges, qui optimo regi Josiæ successêre, aliud ab initio habuisse nomen à parentibus, aliud sub vitæ exitu impositum ab hoste victore. Optabat rex pius, ut in filiorum nominibus nomen audiretur Dei, ut à suo nomine, quod necesse erat sæpiùs audiri, sæpius etiam admoniti Dei recordarentur, cujus memoriam cupiebat ex eorum animis nunquàm excidere. Atque ideò filium suum, qui primus omnium regnum obtinuit, quique post semestre regnum abductus est à Pharaone captivus in Ægyptum *Joachaz* nominavit; quod nomen idem valet quod Domini possessio, seu apprehensio, aut Dominus videns; quo nihil videbatur aptius, ut Deus sic obversaretur ante oculos, ut nunquàm excederet. *Heliacim*, Deus firmitatis, aut Deus vindicans, quo admonebatur, ut Deum quasi patronum et perfugium haberet, neque ab alio salutem et firmitatem speraret; et si impiè viveret, ultorem timeret. *Jechonias*, idem fermè est, quod, ut putat Hieronymus, Dei præparationem, seu à Domino præparatum significat. *Matthanias* donum Dei valet, seu, juxta Syrum, Dei expectationem. Sed morum turpitudo, et religionis abjuratæ scelus fecit ne nomen illud esset in sceleratâ illâ generatione perpetuum. Nam Pharao ex Heliakim abstulit Heli, quod nomen est Dei, et reliquit posteriorem nominis partem *iakim*, quæ idem est quod *Joakim*, qui alibi dictus est Joachim, seu Jechonias. Jeremiæ cap. 22, v. 24, à Deo ipso *Chonas* appellatur, detracto *Ie*, seu *Ia*, quæ vox, teste ibi Hieronymo, Deum significat. Ubi enim Jeremiæ citato loco dicitur : *Vivo ego, dicit Dominus; quia si fuerit Jechonias filius Joakim regis Juda, annulus in dexterâ meâ, inde evellam eum,* in Hebraico textu est *Chonias*. Qui Matthanias vocatus est à parente, ille à Nabuchodonosor dictus est Sedecias, qui idem valet quod Dei justitia; quo nomine admonere voluit Babylonius, licet infidelis et barbarus, Israelitam, cùm regem præposuit, et interpositâ jurisjurandi fide, sibi vectigalem et fœderatum reddidit, ut etiam atque etiam consideraret Deum esse justum, solereque à fœdifragis violati juramenti ac fidei pœnas exigere.

Justo autem Dei judicio sublatum est ab illis nomen Domini, quod in suis nominibus sæpè audiebant, qui Deum ipsum contempserunt, et dùm sese nefariis sacris addixerunt, neque de verâ patriâque religione, neque de Dei nomine cogitabant, quod de suis nominibus deleri ferebant non gravatè. In magno beneficio numerat Deus dedisse Jacobo nomen suum, id est, fecisse, ut in eo divinum nomen audiretur, cùm appellavit illum Israel,

(1) Vers. 14. — Transtulit omnem Jerusalem, incolas scilicet, seu potiùs incolarum principes; sequenti enim capite v. 18, 19, frequentes adhuc satis videntur, post alteram hanc translationem. Dena igitur hominum millia ex urbe, ac septena ex agro, et mille ferri ac ligni artifices cepit Nabuchodonosor, additis rege, ejusque uxoribus ac familiaribus. Inter captivos erant Ezechiel et Mardochæus.

Omnem artificem et clusorem. Altera vox originalis חרש sonat genericè *fabrum*, τέκτονα; ligno, ferro, lapide, ære, auro, argento. Altera מסגר minùs nota est. Alii fabrum cœmentarium reddunt, συγκλείοντα, cujus munus est muros claudere, diruta mœnia reparare, *cicatrices murorum obducere*, ut aiunt Hebræi. Alii aurificem, cujus est annulos conflare, gemmasque auro stringere. Alii serarum fabrum, vel fabrum solearum ferrearum in equorum usum, seu milites in præsidiis vel in castris clausos. Prior explicatio verior videtur; quid enim magis è naturâ, quàm fabros lignarios, cæmentarios et metallorum opifices jungere? (Calmet.)

Vers. 15. — Judices terræ. Hebræus : *Arietes terræ*. Chaldæus, Syriacus, Arabs : *Principes regionis*. Principes interdùm arietibus comparat Homerus. (Calmet.)

atque ideò hortatur ut illius beneficii recordetur, foreque putet, ut Deum patronum habeat et parentem, cui singularis humanitatis in sacrosancto illo nomine pignus dedit. Sic autem ad populum Isaiæ cap. 48, v. 1: *Audite hæc, domus Jacob, qui vocamini nomine Israel.* Et iterùm v. 12: *Audi me, Jacob et Israel, quem ego voco,* id est, cui ego de meo nomine nomen attribuo, quod magnæ benevolentiæ pondus habet. Vide quæ eo loco diximus. Propter nominis sui sanctitatem quæ erat in angelo, aut in Josue, ut opinatur Rabbanus, dicebat Dominus, angelo deberi reverentiam. Exodi 23: *Ecce ego mitto angelum meum, et observa eum, et audi vocem ejus, nec contemnendum putes, quia non dimittet, cùm peccaveris, et est nomen meum in illo.* Nomen autem Dei esse dicitur aut in Josue, qui idem sonat quod *Jesus;* aut in angelo, qui à Dei nomine compellationem habet: vocantur enim *Michael, Raphael,* etc., in quibus *El* Dei nomen auditur. Hinc societatis Jesu dignitatem agnosce, et quàm illam Deus charam habeat, quando à suo nomine vocari voluit. Quid ergo in Heliacim retinendus esset aliquis divini nominis sonus, cujus vita longè abesset à divini nominis observantiâ: et cujus cadaver dæmonis charactere compunctum asini sepulcrum manebat? Cur Jechonias divinum aliquid in suo nomine referret, cujus futura esset apud barbaros tam vilis ac sordida conditio? Cur qui templum et urbem prodidit, diceretur Matthanias, id est, Dei donum, qui non tam datus est à Deo civitati, ut donum quoddam quod illam tueretur et ornaret, quàm veluti pestis quædam immissus, qui illam prorsùs inficeret et perderet? Sanè qui sui nominis mensuram non implet, aut illius majestati atque splendori non respondet, qui *sanctus* de se *Christianus,* aut *religiosus* audit, neque tamen *sancti, Christiani,* aut *religiosi* quicquam præter nomen habet, ille dignissimus est, cui nobile auferatur nomen, et vile aliud imponatur et sordidum, quod cum corruptis moribus et vitæ turpitudine consentiat. Notum est illud Alexandri, qui cùm ignavum et timidum militem vidisset, cui commune secum esset Alexandri nomen, dixit sub amarâ reprehensione, ut si mores illos retinere pergeret, mutaret nomen, quod minimè caderet in muliebre ingenium et imbelle pectus. (1)

(1) VERS. 19. — FECIT MALUM CORAM DOMINO. Adversùs Domini minas, ab Jeremiâ significatas, obduruit; ad Deum reverti neglexit, malis quibus antecessores oppressos viderat, minimè perculsus. Exsecranda gentium crimina imitati sacerdotes ac populus, templum Domini violârunt. Quæ illorum superstitio fuerit, docet Ezech. 8, 9, 10, 11. (Calmet.)

VERS. 19, 20. — *Sédécias fit le mal devant le Seigneur, et commit tous les mêmes crimes que Joakim. Car la colère du Seigneur s'augmentait toujours contre Jérusalem et contre Juda, jusqu'à ce qu'il les rejetât de devant sa face.* La raison que l'Ecriture semble rendre de la méchante conduite de Sédécias, lorsqu'elle ajoute: *Car la colère du Seigneur s'augmentait toujours,* paraît obscure; car il est certain que ce n'est point Dieu qui est l'auteur et la cause du péché. Cependant on peut bien dire en un sens très-véritable que ces princes, irritant par leurs excès la justice du Seigneur, l'obligeaient en même temps de s'éloigner d'eux à cause de leur impiété, et que cet éloignement de Dieu, dont ils étaient la première cause, les jetant dans de plus profondes ténèbres et dans un aveuglement plus funeste, ils se rendaient tous les jours plus dignes *d'être rejetés de devant sa face,* comme l'Ecriture le dit en ce lieu. Combien donc doivent trembler les pécheurs qui boivent l'iniquité comme le lait, lorsqu'ils considèrent dans cet exemple des rois de Juda, que l'impiété de leur conduite les précipitant tous les jours dans de nouvelles ténèbres, ils mériteront à la fin d'être rejetés de devant la face du Seigneur? Mais combien tous les Chrétiens doivent-ils avoir d'horreur, non seulement de cette impiété consommée d'Israël, mais même de tout péché, qui étant par sa nature une œuvre de ténèbres, est capable de former insensiblement dans l'âme cette nuit affreuse qui produit enfin l'éloignement du vrai Soleil de justice!

Que si l'on veut s'attacher au sens de l'Hébreu en cet endroit, l'Ecriture entend qu'à cause de la colère du Seigneur contre Jérusalem et contre Juda, qu'il voulait rejeter de devant sa face, Sédécias se révolta contre le roi de Babylone; c'est-à-dire que Dieu ayant résolu d'exécuter l'arrêt qu'il avait prononcé contre ce royaume, permit que ce prince s'engageât lui-même par sa révolte dans le plus grand de tous les malheurs, qui était la captivité accompagnée de tous les outrages les plus sensibles. Et ce second sens revient encore en quelque façon au premier, puisqu'il nous fait voir de quoi sont capables, non seulement les simples particuliers, mais les plus grands et les plus puissants de la terre lorsqu'ils s'éloignent par leur orgueil de celui qui est l'unique et la vraie lumière des hommes, et qu'en cet état de ténèbres où ils marchent, ils ne peuvent que s'égarer de plus en plus par la fausse lumière de leur prétendue sagesse, se précipitant de chute en chute, et ne se relevant en apparence que pour tomber de nouveau, et se blesser plus mortellement. *Omnimodâque mobilitate ruens, in vulnera vulnere surgit.* (Sacy.)

RECESSIT SEDECIAS A REGE BABYLONIS, anno mund. 3414, octavo Sedeciæ. Id graviter illi exprobrat Scriptura, quòd fidem sacramento datam Nabuchodonosori fregerit. Hæc defectio ita hoc loco narratur, quasi Numinis irati consilio evenerit. Permisit Deus, ut Sedecias

CAPUT XXV.

1. Factum est autem anno nono regni ejus, mense decimo, decimâ die mensis, venit Nabuchodonosor, rex Babylonis, ipse et omnis exercitus ejus in Jerusalem, et circumdederunt eam, et exstruxerunt in circuitu ejus munitiones;

2. Et clausa est civitas atque vallata usque ad undecimum annum regis Sedeciæ,

3. Nonâ die mensis: prævaluitque fames in civitate, nec erat panis populo terræ.

4. Et interrupta est civitas; et omnes viri bellatores nocte fugerunt per viam portæ quæ est inter duplicem murum ad hortum regis. Porrò Chaldæi obsidebant in circuitu civitatem. Fugit itaque Sedecias per viam quæ ducit ad campestria solitudinis.

5. Et persecutus est exercitus Chaldæorum regem, comprehenditque eum in planitie Jericho; et omnes bellatores qui erant cum eo dispersi sunt, et reliquerunt eum.

6. Apprehensum ergo regem duxerunt ad regem Babylonis in Reblatha, qui locutus est cum eo judicium;

7. Filios autem Sedeciæ occidit coram eo; et oculos ejus effodit, vinxitque eum catenis, et adduxit in Babylonem.

8. Mense quinto, septimâ die mensis (ipse est annus nonus decimus regis Babylonis), venit Nabuzardan princeps exercitûs, servus regis Babylonis, in Jerusalem.

9. Et succendit domum Domini et domum regis, et domos Jerusalem omnemque domum combussit igni.

10. Et muros Jerusalem in circuitu destruxit omnis exercitus Chaldæorum qui erat cum principe militum.

11. Reliquam autem populi partem quæ remanserat in civitate, et perfugas qui transfugerant ad regem Babylonis, et reliquum vulgus transtulit Nabuzardan princeps militiæ;

12. Et de pauperibus terræ reliquit vinitores et agricolas.

13. Columnas autem æreas quæ erant

id gereret, invitis politices ac prudentiæ legibus, ut in regem ac populum ob crimina animadverteret. (Calmet.)

CHAPITRE XXV.

1. La neuvième année du règne de Sédécias, le dixième jour du dixième mois, Nabuchodonosor, roi de Babylone, marcha avec toute son armée contre Jérusalem, et mit le siége devant la ville, et fit des retranchements tout autour;

2. Et la ville demeura enfermée par la circonvallation qu'il avait faite jusqu'à la onzième année *du règne* du roi Sédécias,

3. Et jusqu'au neuvième jour du *quatrième* mois: la ville fut extrêmement pressée par la famine, et il ne se trouvait point de pain pour le peuple.

4. Et, la brèche ayant éte faite, tous les gens de guerre s'enfuirent la nuit par le chemin de la porte qui est entre les deux murailles, près du jardin du roi; les Chaldéens étaient occupés au siége autour des murailles. Sédécias s'enfuit donc par le chemin qui mène aux campagnes du désert.

5. L'armée des Chaldéens poursuivit le roi, et le prit dans la plaine de Jéricho; et tous les gens de guerre qui étaient avec lui furent dissipés, et l'abandonnèrent.

6. Ayant donc pris le roi, ils le conduisirent au roi de Babylone à Réblatha, lequel lui prononça son arrêt:

7. Il fit mourir les fils de Sédécias aux yeux de leur père; il lui creva les yeux, et le chargea de chaînes, et l'emmena à Babylone.

8. La dix-neuvième année *du règne* de Nabuchodonosor, roi de Babylone, le septième jour du cinquième mois, Nabuzardan, serviteur du roi de Babylone, et général de son armée, vint à Jérusalem.

9. Il brûla la maison du Seigneur et le palais du roi; il consuma par le feu tout ce qu'il y avait de maisons à Jérusalem.

10. Toute l'armée des Chaldéens, qui était avec ce général, abattit les murailles de Jérusalem.

11. Et Nabuzardan, général de l'armée, transporta à Babylone tout le reste du peuple qui était demeuré dans la ville, les transfuges qui étaient allés se rendre au roi de Babylone, et le reste de la populace;

12. Il laissa seulement les plus pauvres du pays pour labourer les vignes et pour cultiver les champs.

in templo Domini, et bases, et mare æreum quod erat in domo Domini, confregerunt Chaldæi, et transtulerunt æs omne in Babylonem.

14. Ollas quoque æreas, et trullas, et tridentes, et scyphos, et mortariola, et omnia vasa ærea in quibus ministrabant, tulerunt.

15. Necnon et thuribula, et phialas: quæ aurea, aurea, et quæ argentea, argentea, tulit princeps militiæ:

16. Id est, columnas duas, mare unum, et bases, quas fecerat Salomon in templo Domini; non erat pondus æris omnium vasorum.

17. Decem et octo cubitos altitudinis habebat columna una, et capitellum æreum super se altitudinis trium cubitorum; et retiaculum, et malogranata super capitellum columnæ, omnia ærea; similem et columna secunda habebat ornatum.

18. Tulit quoque princeps militiæ Saraiam, sacerdotem primum, et Sophoniam, sacerdotem secundum, et tres janitores;

19. Et de civitate eunuchum unum qui erat præfectus super bellatores viros; et quinque viros de his qui steterant coram rege, quos reperit in civitate; et Sopher, principem exercitûs qui probabat tirones de populo terræ; et sexaginta viros è vulgo, qui inventi fuerant in civitate.

20. Quos tollens Nabuzardan princeps militum, duxit ad regem Babylonis in Reblatha.

21. Percussitque eos rex Babylonis, et interfecit eos in Reblatha in terrâ Emath. Et translatus est Juda de terrâ suâ.

22. Populo autem qui relictus erat in terrâ Juda, quem dimiserat Nabuchodonosor rex Babylonis, præfecit Godoliam, filium Ahicam filii Saphan.

23. Quod cùm audîssent omnes duces militum, ipsi et viri qui erant cum eis, videlicet quòd constituisset rex Babylonis Godoliam, venerunt ad Godoliam in Maspha, Ismahel filius Nathaniæ, et Johanan filius Caree, et Saraia filius Thanehumeth Netophatites, et Jezonias filius Maachati, ipsi et socii eorum.

13. Les Chaldéens mirent en pièces les colonnes d'airain qui étaient dans le temple du Seigneur, les bases, et la mer d'airain qui était dans la maison du Seigneur, et ils en transportèrent tout l'airain à Babylone.

14. Ils emportèrent aussi les chaudières d'airain, les coupes, les fourchettes, les tasses, les mortiers et tous les vases d'airain qui servaient au temple.

15. Le général de l'armée emporta aussi les encensoirs et les coupes, tout ce qui était d'or à part, et tout ce qui était d'argent à part,

16. Avec les deux colonnes, la mer et les bases que Salomon avait faites pour le temple du Seigneur; et le poids de l'airain de tous ces vases était infini.

17. Chacune de ces colonnes était de dix-huit coudées de haut; et le chapiteau de dessus, qui était d'airain, avait trois coudées de haut, sans y comprendre les ornements; le chapiteau de la colonne était environné d'un rets *qui enfermait* des grenades, et le tout était d'airain: la seconde colonne avait les mêmes ornements.

18. Le chef de l'armée emmena aussi Saraïas, grand-prêtre, Sophonie, qui était le premier après lui, les trois portiers,

19. Un eunuque de la ville, qui commandait les gens de guerre; cinq de ceux qui étaient toujours auprès de la personne du roi, qu'il trouva dans la ville; Sopher, l'un des principaux officiers de l'armée, qui avait soin d'exercer les jeunes soldats qu'on avait pris d'entre le peuple, et soixante hommes des premiers du peuple, qui se trouvèrent alors dans la ville.

20. Nabuzardan, général de l'armée, prit toutes ces personnes, et les mena au roi de Babylone à Réblatha.

21. Et le roi de Babylone les fit tous mourir à Réblatha, au pays d'Emath; et Juda fut transféré hors de son pays.

22. Après cela, Nabuchodonosor, roi de Babylone, donna le commandement du peuple qui était demeuré au pays de Juda, à Godolias, fils d'Ahicam, fils de Saphan.

23. Et tous les officiers de guerre et les gens qui étaient avec eux, ayant appris que le roi de Babylone avait établi Godolias *pour commander dans le pays*, Ismahel, fils de Nathania, Johanan, fils de Carée, et Saraia, fils de Thanéhumeth, de Nétophath, et Jézonias, fils de Maachati, vinrent à Maspha vers lui avec tous leurs gens.

24. Juravitque Godolias ipsis et sociis eorum, dicens : Nolite timere servire Chaldæis ; manete in terrâ, et servite regi Babylonis, et benè erit vobis.

25. Factum est autem in mense septimo, venit Ismahel, filius Nathaniæ filii Elisama, de semine regio, et decem viri cum eo ; percusseruntque Godoliam, qui et mortuus est, sed et Judæos et Chaldæos qui erant cum eo in Maspha.

26. Consurgensque omnis populus, à parvo usque ad magnum, et principes militum, venerunt in Ægyptum, timentes Chaldæos.

27. Factum est verò in anno trigesimo septimo transmigrationis Joachin regis Juda, mense duodecimo, vigesimâ septimâ die mensis, sublevavit Evilmerodach rex Babylonis, anno quo regnare cœperat, caput Joachin regis Juda de carcere.

28. Et locutus est ei benignè, et posuit thronum ejus super thronum regum qui erant cum eo in Babylone,

29. Et mutavit vestes ejus quas habuerat in carcere, et comedebat panem semper in conspectu ejus cunctis diebus vitæ suæ.

30. Annonam quoque constituit ei sine intermissione, quæ et dabatur ei à rege per singulos dies omnibus diebus vitæ suæ.

24. Et Godolias les rassura par serment, eux et ceux qui les accompagnaient, en leur disant : Ne craignez point de servir les Chaldéens ; demeurez dans le pays, et servez le roi de Babylone, et vous vivrez en paix.

25. Sept mois après, Ismahel, fils de Nathania, fils d'Elisama, de la race royale, vint à Maspha, accompagné de dix hommes ; et il frappa Godolias, et le tua avec les Juifs et les Chaldéens qui étaient avec lui.

26. Et tout le peuple, depuis le plus grand jusqu'au plus petit, avec les officiers de guerre, appréhendant les Chaldéens, sortirent de Juda, et s'en allèrent en Egypte.

27. La trente-septième année de la captivité de Joachin, roi de Juda, le vingt-septième jour du douzième mois, Evilmérodach, roi de Babylone, qui était dans la première année de son règne, se souvint de Joachin, et le tira de la prison.

28. Il lui parla avec beaucoup de bonté, et mit son trône au-dessus du trône des rois qui étaient auprès de lui à Babylone.

29. Il lui fit quitter les vêtements qu'il avait eus dans la prison, et le fit manger à sa table tous les jours de sa vie.

30. Il lui assigna même sa subsistance pour toujours ; et le roi la lui fit donner chaque jour tant qu'il vécut.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — FACTUM EST AUTEM ANNO NONO REGNI EJUS, MENSE DECIMO, DECIMA DIE MENSIS, VENIT NABUCHODONOSOR. Hæc historia iisdem penè verbis descripta est à Jeremiâ prophetâ c. 39 et c. 52, ubi nos quæ hìc dici poterant, satis, opinor, explicatè persecuti sumus. Ex quibus sumemus, quæ ad hujus capitis explicationem videbuntur necessaria. Et primùm videtur difficile tamdiù obsessos potuisse resistere potentissimo Chaldæorum exercitui, ut in duos annos obsidionem traxerint, et tamdiù, tam acriter pugnantibus Chaldæis, victoriam ad undecimum annum Sedeciæ distulerint. Quæ difficultas non usque adeò impedita videbitur ei qui novit aliquot, neque paucis diebus obsidionem à Chaldæis fuisse intermissam. Nam cùm Ægypti tum propter Chaldæorum odium, quod recentes calamitates aluerant, tum propter studium, quo aliquando Judæos fuerant persecuti, auxiliares compararent copias, illis occurrere Chaldæus voluit, quod ut maturè faceret, neque irrito conatu, obsidionem solvit. Sic Jeremias c. 37, v. 4 : *Igitur exercitus Pharaonis egressus est de Ægypto, et audientes Chaldæi, qui obsidebant Jerusalem, hujuscemodi nuntium, recesserunt à Jerusalem.* Cùmque nonnihil Chaldæorum discessu respirarent Judæi, de illorum reditu Jeremiam consulunt, ad quos sic ille : *Ecce exercitus Pharaonis, qui egressus est vobis in auxilium, revertetur in terram suam in Ægyptum. Et redient Chaldæi, et bellabunt contra civitatem hanc, et capient eam, et succendent eam igni.* (1)

(1) VERS. 2, 3, 4. — CLAUSA EST CIVITAS... USQUE AD UNDECIMUM ANNUM REGIS SEDECIÆ. NONA DIE MENSIS, PRÆVALUITQUE FAMES... ET INTERRUPTA EST CIVITAS. Exeunte anno Sedeciæ undecimo, die nonâ quarti mensis, quartâ scilicet feriâ, die 27 julii, anno mundi 3416, urbe aliquot jam mensibus fame vastatâ, suffossa sunt mœnia, et cùm hostilibus jam armis cessura esset urbs, Sedecias ejusque milites fugâ sese præripuerunt, quâ parte Jericho respiciebatur. Vulgò creditur perseverante celebri hâc obsidione, quæ postrema fuit Hierosolymæ ante captivitatem Babylonicam, id contigisse, quod luget Jeremias : *Manus mulierum misericordium*

Vers. 4. — Fugit itaque Sedecias per viam, quæ ducit ad campestria. Extrema civitatem fames invaserat, eòque dira necessitas adegerat obsessos, ut parentes filiorum carnibus vescerentur, ut plangebat Jeremias Thren. c. 4, v. 10; et Baruch c. 2, v. 3; et filii parentûm, ut prædixit Ezechiel c. 5, v. 10: *Patres comedent filios in medio tuî, et filii comedent patres suos.* Cùm ergo extremam famem sustinere jam ampliùs non possent obsessi, et jam à catapultâ et ariete interrupta forent murorum claustra, neque hostes aliquid de pugnandi contentione remitterent, statuit rex desperatâ civitatis custodiâ, et cum eo bellatores et principes fugiendo magis quàm dimicando propriam salutem conservare, quando in eo statu res foret, ut publicam nullo modo possent.

Vers. 5. — Et persecutus est exercitus Chaldæorum regem, comprehenditque eum in planitie Jericho. Hic Rabbini suo more egregiè delirant, qui tunc illustrem putant narrationem, cùm aliquid habet fabulosi commenti: neque quâ sunt ad fingendum, sive impudentiâ, sive audaciâ, nugari verecundantur in re sacrâ. Tradunt enim à regiâ domo ad solitudinem usque Jerichuntiam speluncam esse subterraneam per quam, cùm cadente jam patriâ, se vellet Sedecias à morte subducere, fugam molitus est, evasurus omninò, nisi jam foret exilio ferroque devotus. Nam quantùm spatii per cæcum illum occultumque meatum carpebat rex, tantùm supra illum directò conficiebat cerva, quam dùm Chaldæi venatores insequuntur, ad alterum speluncæ ostium venatores deducit, eodem prorsùs tempore, quo per ostium illud Sedecias erumpebat è latebris: atque ita captus est, et illa passus, de quibus nos statim. Has Rabbinorum nugas multa convellunt, quæ sacra commemorat historia: illud maximè quòd fugientem regem dicitur insecutus Chaldæorum exercitus. Vide rationes alias apud Abulensem quæst. 6 in librum 4 Regum c. 25. Fugam verò comprehensionemque regis, ejusque supplicium ita narrat Josephus lib. 10 Antiquitatum c. 11: « Urbe, inquit, captâ circa mediam noctem, « et ducibus ac reliquis hostibus in templum « ingressis, Sedecias rex, ubi hoc sensit, « assumptis uxoribus, liberis, ducibus et « amicis, fugam arripuit per fauces quasdam « angustas in desertum. Quod cùm Babylonii « cognovissent perfugarum indicio, sub auro« ram aggressi sunt eos persequi, et asseculi « eos non procul à Jerichunte circumvenerunt. « Amici verò et duces fugæ comites, visis à « propinquo hostibus, relicto Sedeciâ dissipati « sunt, quà quemque tulit spes effugii. » Hæc Josephus.

Vers. 6. — Duxerunt ad regem Babylonis in Reblatha. Cap. 39 Jeremiæ vers. 5, Reblatha dicitur esse in terrâ Emath, quæ, Hieronymo teste, eadem est quæ Antiochia Syriæ, et quæ ab Antiocho Epiphane vocata est etiam Epiphania, quæ est in ingressu terræ promissionis. Ibi verò consedit, vel quia non putabat è tanti regis fore dignitate, si præsens ipse oppugnandæ urbi et debellandis hostibus interesset; aut quia propiùs sic aberat à regno suo, ut si quid ibi, absente rege, turbarum fieret faciliùs ipse et commodiùs occurreret; aut ut inde de supplemento militum, aut commeatu maturiùs exercitui suo provideret. Eò deductus est captus Sedecias, oblatusque regi, et talia passus qualia priùs à prophetis audierat.

Qui locutus est cum eo judicium. Loqui judicium nihil aliud esse puto, quàm disceptari regiam causam, et quid illorum quilibet com-

coxerunt filios suos: facti sunt cibus earum in contritione filiæ populi mei. Confirmantur hæc pariter à Baruch et Ezechiele.

Fugerunt per viam portæ, quæ est inter duplicem murum. Per unam è portis orientalibus, patentem inter duos muros, inter murum scilicet et aggerem: vel facilè privatum erat ostium apertum in hortis regis, unde ex urbe dabatur egressus. Censent Rabbini, viam quamdam fuisse subterraneam, ex ædibus regum Juda usque ad agrum Jerichuntis deducentem, quà Sedeciâ fugâ evadere tentante, permisit Deus, ut caprea sylvestris eamdem viam desuper signaret, quam inferiùs ille dimetiebatur. Chaldæi insequentes capream, casu inciderunt in regem è tecto itinere prodeuntem. Nugæ: nihil de tectis hisce itineribus legitur, sive in Scripturâ, sive apud Josephum. Sed Dio de postremâ Hierosolymæ obsidione agens, narrat, Judæis præstò fuisse vias quasdam subterraneas, quæ subtùs mœnia urbis excurrentes, ducebant in agrum longiùs. Inde verò egressos Judæos narrat, et corripuisse Romanos, si qui fortè longiùs castris recessissent. Censet Josephus Chaldæos mediæ noctis silentio irrupisse in urbem, statimque se in templum contulisse; atque interim Sedeciam cum suis opportunas noctis tenebras captantem, sensim et sigillatim evasisse in deserta; sed Chaldæos re sibi proditâ à perfugis, primo orientis diei diluculo insecutos, propè Jerichuntem invenisse. Addit in suo opere de Bello, Sedeciam ut urbem et templum servaret, sese subduxisse, ac spontaneum sibi exilium et captivitatem indixisse. Hoc tamen occultandæ veritatis gratiâ scriptor Judæus comminiscitur. (Calmet.)

meruerit expendi; quid acceperit Sedecias à Chaldæorum rege, quid ipse contra rependere, etiamsi nullum intercessisset fœdus, aut jusjurandum, debuerit. Neque enim puto indictâ causâ, quam tueri non poterat, damnatum esse Sedeciam, et durum illud supplicium subiisse. Ita putat Abulensis in librum 4 Reg. c. 25, q. 1. Multa objici poterant fœdifrago regi, quæ illum arguerent violatæ religionis et fidei, et capitis reum esse convincerent: sed illud credo non tulisse tacitum, quòd assumpto *Sedeciæ* nomine, Dei in juramenti fidem testis et arbitri extare voluit familiare documentum. Cùm enim Matthanias diceretur, ut constat lib. 4 Regum c. 24, cum regno à Nabuchodonosor novum nomen accepit : ex eo namque tempore appellari cœpit Sedecias, cujus nominis ea ratio fuit, ut cum Hebræis opinatur Lyra, quia cùm in fœdere pangendo juramentum interposuisset Matthanias, qui postea Sedecias, ut justitiam, quam, teste ac vindice Deo, sanctam et integram tueretur, *Sedeciæ* illi nomen imposuit, quod Dei justitiam secum importat. Quasi futurus esset injurius non regi solùm, sed etiam Deo, cujus nomen contempsisse videri poterat.

VERS. 7. — FILIOS AUTEM SEDECIÆ OCCIDIT CORAM EO, ET OCULOS EJUS EFFODIT (1). Felices existimantur illi, qui ne suorum infortunium aspicerent, morte sublati sunt, quæ licet immatura fuerit, non tamen existimata est intempestiva. Quâ de re nos apud Jeremiam c. 20, ad illud: *Maledicta dies, in quâ natus sum.* Statuerat Nabuchodonosor eruendos esse oculos Sedeciæ: non tamen illos priùs effodit, quàm liberi forent ante paternos oculos occisi, ut non tam ex luce cœlique conspectu voluptatem, quàm ex crudeli filiorum nece dolorem

(1) *Le roi de Babylone fit mourir les fils de Sédécias aux yeux de leur père; il lui creva les yeux, le chargea de chaînes, et l'emmena à Babylone,* etc. Jérémie et Ezéchiel avaient prédit à Sédécias deux choses contraires en apparence. Le premier lui avait dit *qu'il serait livré entre les mains du roi de Babylone, et que ce roi l'emmènerait avec lui à Babylone;* ce qui le mit en une telle colère qu'il fit même emprisonner ce saint prophète, comme s'il avait été criminel de l'avertir de la part de Dieu des malheurs qui lui devaient arriver, et qu'il s'attirait par sa propre faute; ou comme s'il les avait pu éviter par cet outrage qu'il faisait à l'homme de Dieu. Ezéchiel, au contraire, avait déclaré à ce même prince, *qu'il ne verrait point Babylone.* Sédécias donc ne pouvant concilier ces deux prophéties dans leur contradiction apparente, aima mieux, dit un célèbre historien (Josèphe), les regarder comme étant toutes deux fausses. Et au lieu de croire, comme il aurait dû, que le défaut de sa lumière pour l'intelligence de ce qui lui paraissait impossible, ne pouvait préjudicier à l'infaillibilité de la parole de Dieu qu'on lui annonçait, il jugea témérairement de l'impossibilité de cette parole par l'impuissance et la faiblesse de sa raison. Mais il connut à la fin par une funeste expérience la vérité infaillible de la parole du Seigneur, et étant mené à Babylone, après qu'on lui eut crevé les yeux, il vit, selon la remarque du même historien, l'accomplissement des deux prophéties qu'il avait jusqu'alors regardées avec mépris, puisqu'il fut mené effectivement à Babylone, et qu'il ne put néanmoins voir Babylone, ayant perdu les deux yeux. Qu'heureux eût été ce prince, s'il avait su prévenir par une vraie humiliation cette menace trop véritable d'un Dieu irrité depuis si long-temps contre Israël, et s'il avait mieux aimé renoncer volontairement à cette fausse lumière d'un esprit rempli d'orgueil, que d'attendre qu'on lui eût crevé les yeux du corps, pour condamner sa folie! Mais qu'il n'arrive que trop ordinairement encore aujourd'hui, qu'on n'ouvre les yeux de l'âme à la vérité que lorsque l'on a perdu entièrement ceux du corps, et qu'étant tombé par la mort en la puissance du démon figuré par le roi de Babylone, on reconnaît inutilement et trop tard la vérité de tant de menaces que les pasteurs de l'Eglise, représentés par ces saints prophètes, nous ont faites de la part de Dieu! On ne peut lire cet événement si tragique, qui regarde le roi de Juda et tout son royaume, sans être très-sensiblement touché; mais c'est une chose infiniment déplorable de verser des larmes sur la perte de ceux qui nous ont précédés, et d'être insensible à sa propre perte; et de blâmer l'aveuglement d'un prince qui s'efforça d'étouffer la vérité, en faisant mettre en prison un interprète de la volonté de Dieu, qui lui parlait de sa part, et de ne pouvoir souffrir soi-même cette vérité, toutes les fois qu'elle s'oppose à la vanité de nos desseins, et de désirer effectivement, s'il était possible, qu'elle fût éteinte, plutôt que d'être troublés dans la jouissance de nos plaisirs.

Tous ceux néanmoins qui virent alors ce renversement du royaume de Juda, n'eurent pas ces sentiments de charité et d'une tendresse compatissante pour Israël, qu'ils voyaient alors abandonné du Seigneur; et nous aurons lieu, en expliquant Ezéchiel, de faire voir par les Pères, combien Dieu condamne cette insensibilité, ou même cette joie secrète, avec laquelle on regarde le châtiment, quoique très-juste, de ceux qui sont accablés sous le poids de la divine justice. Nous pourrons aussi, en expliquant Jérémie, représenter, par les paroles de saint Augustin, ce que signifie, selon le sens spirituel, la captivité d'Israël emmené à Babylone, et l'instruction que nous en pouvons tirer. Car ce saint homme ayant été proprement le prophète de la captivité d'Israël, en a rapporté toute l'histoire d'une manière très-capable d'édifier et d'instruire les Chrétiens qui envisagent le siècle comme Babylone, et le temps de cette vie comme celui de leur captivité. (Sacy.)

haurirent. Ubi verò patris oculos acerbo filiorum spectaculo pupugit, statim non magis crudeliter et stylo, aut alio quovis ad opus illud idoneo instrumento, oculos exculpsit. Dignum sanè supplicium, ut qui cæcis semper abduceretur consiliis, et ad cæcorum similitudinem illorum se ductui regendum permiserit, à quibus in cœno demersus, aut in lubrico atque præcipiti loco relictus est. Hæc itaque sive injuria, sive plaga, quæ regio corpori inflicta est, tanto posteris dolori atque ignominiæ fuit, ut indicto quotannis publico jejunio censuerint, communi fletu deformatam regis faciem esse deplorandam. Ut enim ex Hebræorum Kalendario constat, in mense marhesuan, qui nobis est october, ad diem sextum jejunium indicitur ob excæcatum Sedeciam.

Et adduxit in Babylonem. Hoc loco prophetæ duo sibi videntur fuisse contrarii : Jeremias hìc, adductum fuisse dicit Sedeciam in Babylonem, sicut antea futurum esse prædixerat, c. 32, versu 5, et 34, v. 3. Ezechiel autem c. 12, v. 13, affirmat non videndam à Sedeciâ Babylonem ; quare rex (ut tradit Josephus lib. 10 Antiquitatum c. 11), quia hæc duo conciliare non poterat, vanum putabat utrumque vaticinium ; sed reverà complevit Deus quod uterque prædixerat propheta : nam in Babylonem deductus est Sedecias, regemque vidit in Reblatha, quod à Jeremiâ priùs audierat; neque tamen vidit Babylonem, quod affirmârat Ezechiel, quia eò ingressus non est, nisi captus oculis.

Vers. 8. — Mense quinto, septima die mensis, ipse est annus nonus decimus regis Babylonis, venit Nabuzardan, etc., in Jerusalem. Hic locus paululùm aberrâsse videtur ab eo quod habemus Jerem. c. 52, v. 12, ubi decimâ die mensis venisse dicitur Nabuzardan. Solutio difficilis non est : cùm enim Reblatha, unde egressus est Nabuzardan, ab Hierosolymis distaret intervallo non modico, in lib. 4 Regum dies ponitur septimus, in quo inchoatus, apud Jeremiam decimus, in quo finitus est cursus : neque incredibile est à militari progressu tres dies in spatio illo decurrendo fuisse consumptos.

Vers. 9. — Et succendit domum Domini, et domum regis, et domos Jerusalem. Hæc mense uno videntur esse facta, postquàm capta est civitas, et in illam ingressi Babylonii : nam, ut habemus ex Jeremiâ c. 39, v. 2, capta civitas fuit mense quarto. Hìc autem v. 8 incendio data dicitur mense quinto. Neque credendum est conflagrâsse priùs civitatem igne, quàm esset à Chaldæis expilata. In perscrutandâ autem civitate multùm esse temporis positum, nemo dubitabit, quia copiosa erat civitas et locuples, et speluncæ atque cavernæ plurimæ, in quibus occultari civium opes, imò et cives ipsi facilè possent. Et ideò existimo dixisse Sophoniam cùm de hoc ipso ageret Chaldæorum tempore c. 1 : *Et erit in tempore illo, scrutabor Jerusalem in lucernis, et visitabo super viros defixos in fæcibus suis.* Accensâ lucernâ scrutamur latebras, et in fæcibus dicuntur defixi, qui loca immunda et humida subierunt, ut vitam illis tenebris ac squalore redimerent. Certè Josephus, lib. 7 de Bello c. 16, 20 et 26, de cloacis, speluncis et sepulcris extractos esse dicit principes sacerdotes et potentes, qui eò se vitæ servandæ causâ conjecerant. Quid ergo mirum si in conquirendis totâ urbe divitiis, in scrutandis speluncis et latebris, mensem unum positum esse dicamus?

Vers. 11. — Reliquam autem populi partem, quæ remanserat in civitate, et perfugas, qui transfugerant ad regem Babylonis, et reliquum vulgus, transtulit Nabuzardan. Jeremias c. 52, v. 9, paulò aliter : *Et reliquias populi, quæ remanserant in civitate, et perfugas, qui transfugerant ad eum, et superfluos vulgi.* Tria hìc hominum genera notantur. Quidam enim, aut belli tempore, aut cùm primùm belli incommoda et superior Chaldæorum fortuna timeri cœperunt, transfugerunt ad Chaldæorum castra, qui vitam ita conservârunt suam, ut tamen servitutem et exilium non declinârint. Alii manserunt quidem in urbe, exacto jam bello, quibus ferrum pepercit et fames. Excesserunt alii ex urbe belli tempore, aut quia illos urbs externo plena milite non capiebat, aut quia belli molestiam sustinere non poterant, et hi videntur hìc vocari *reliquum vulgus*, et Jeremiæ cap. 39 : *Superflui vulgi.* Tam ergo qui in urbe deprehensi, quàm qui extra illam in Chaldæorum manus inciderunt, abducti sunt Babylonem.

Vers. 12. — Et de pauperibus terræ reliquit vinitores et agricolas. Jeremias cap. 52, v. 10 : *Et de plebe pauperum, qui nihil penitùs habebant, dimisit Nabuzardan magister militum in terrâ Juda, et dedit eis vineas et cisternas.* Hi, credo, neque belli consilia, neque manus et arma cum aliis civibus conjunxerant : quod non videtur ignorâsse Nabuzardan. Quare cùm

alieni judicarentur à culpâ, visi quoque sunt digni, qui expertes fierent à communi malo. Inter hos dimissos fuisse Rechabitas, de quibus supra cap. 35, docet Historia Scholastica 4 Reg. cap. 45, et Abulensis in 4 Reg. cap. 25, q. 19, ubi ejusdem rei testem citat Josephum. Illis ergo attribuit militum magister, quæ à potentioribus abstulerat, vineas nempe et agros, quæ cisternarum nomine significantnr, eâ figurâ, quâ id quod continet, per ea quæ continentur, explicatur. In agris enim Solymitanis, in quibus aquarum copia non est, cisternæ effodiuntur, quæ pluviales aquas colligunt ad potum et ad usus alios, quos exigit res hortensis et rustica.

Vers. 13. — Columnas autem æreas, quæ erant in templo. Jam minutim commemorantur omnia quæ ex compilato atque combusto templo translata fuerunt Babylonem. Quæ hìc explicare necesse non est, cùm id à nobis factum fuerit lib. 3, cap. 7.

Vers. 18. — Tulit quoque princeps militiæ Saraiam sacerdotem primum. Numerantur hìc viri principes, qui adducti sunt in Reblatha ad regem Babylonis, ab eo capite damnati, quorum primus fuit Saraia sacerdos summus, et, ut habemus lib. 1 Paralip. cap. 6, v. 14, pater Josedech, et pater Esdræ, lib. 1 Esdræ cap. 7, v. 1. Fuit in his Sopher, qui probabat tirones. Non quilibet admittebatur ad militiam, nisi qui priùs didicisset athleticen aut gymnasticen, et illas denique artes, quæ docent inferre vulnus utiliter aut declinare cautè. Quas expressit Vegetus lib. 1, à cap. 9. Hos igitur tirones probabat Sopher, et quos idoneos ad tractanda utiliter arma noverat, horum accipiebat nomina, et referebat in censum, alios à militari gradu repellebat. Sopher, Heb. סופר *scribam* significat; et hic videtur elegisse, et juxta sui nominis notationem conscripsisse milites. (1)

Vers. 21. — Percussitque eos rex Babylonis, et interfecit eos in Reblatha. Hi, quorum meminimus, familiares erant Sedeciæ, quique illi assidui aderant, et quorum ipse consilio putabatur rebellâsse et violâsse fidem, quam jurejurando interposito constrinxerant. Quo mortis genere hi viri principes et Sedeciæ familiares sublati fuerint, Scriptura non docet. Fortassè verum est quod in nostris Commentariis super Threnos meditabamur, ad illud cap. 5, v. 12: *Principes manu suspensi sunt, facies senum non erubuerunt,* ubi putabamus non improbabile de hoc tempore locutum esse Jeremiam. Hùc facit quòd hoc supplicii genus videtur Chaldæis esse non infrequens, ut constat in causâ Mardochæi et Aman, qui ligno, id est, patibulo destinati sunt, ille ab Aman, hic ab Assuero. Et lib. 1 Esdræ cap. 6, v. 11, Darius tunc Chaldæorum rex patibulum minatur illis qui datum à se mandatum observare noluerint. *A me,* inquit, *positum est decretum, ut omnis homo, qui hanc mutaverit jussionem, tolletur lignum de domo ipsius, et erigatur et configatur in eo.*

Hæc suâ probabilitate non carent; illa verò meræ nugæ sunt, et vana Rabbinorum commenta. Ad illud enim Thren. c. 5: *Facies senum non erubuerunt,* ait Rab. Salomon nugatorum maximus, captâ Hierosolymâ vocatos à Nabuchodonosor Antiochiam, ubi tunc constiterat, Sanhedrim, id est, senatores et judices ordinarios Judæorum. Cùmque videret eos vultu venerabili, collocâsse eos in aureis sellis, postulâsseque ut sibi aliquid narrarent de lege. Cùm autem ventum esset ad caput ubi de votorum religione sermo est, rogâssetque an quis ab eo, quod religiosè promisit, recedere ullo modo posset, respondissentque: *Eat ad sapientem, et solvet, et relaxabit ei,* tunc intulisse regem: *Vos igitur relaxâstis Sedeciæ juramen-*

(1) Vers. 19. — Quinque viros de his qui steterant coram rege. Hebræus: *Quinque viros ex videntibus faciem regis.* Quinque præcipuos præfectos inter regis familiarissimos. Septem habet Jeremias c. 52, v. 25: *Septem viros, de his qui videbant faciem regis.* Septem etiam legit hìc Arabs. Sed facilè persuademur, primò quinque tantùm in hostium potestatem venisse, deinde geminos adjectos fuisse.

Et Sopher principem exercitus, qui probabat tirones de populo terræ. Variis sensibus subest textus Hebræus. A Septuaginta redditur: *Scribam principis exercitûs, qui ordinabat,* instruebat in prælium, *populum terræ.* Syriacus: *Scribam et duces exercituum, qui animos addebant populo terræ.* Denique satis convenit, *Sopher* hìc accipiendum esse pro viro à secretis, vel saltem pro *scriba,* quod munus erat amplissimum apud reges Juda, ut alibi demonstratum est. Non tamen satis constat ex Hebræo, utrùm hìc scriba alius sit à *principe,* vel à duce exercituum, an unus idemque vir utramque in se dignitatem conciliaret. Maluerim ego distinctos credere, 1° quòd ejus munus esset exercere milites tirones, quod magis convenit profectò minori quàm imperatori. 2° Si Sopher scribam significat, quod textûs syntaxis apertissimè probat, præfectus iste utique supremum exercitûs ducem non egit; est enim *scriba* supremo duce inferior: frustra autem gemina hæc nomina junguntur, ut unum eumdemque innuant. Hìc igitur in Scripturâ scriba ponitur ducis exercituum, exercentis tirones milites, et illorum censum tenentis, cujus tamen viri nomen silet. (Calmet.)

tum fidelitatis, quam mihi juraverat? Et tunc jussisse ut ex aureis soliis dejicerentur in terram, alligatisque capitum comis ad equinas caudas per terram raptarentur. Hæc Rabbi Salomon.

VERS. 22. — POPULO AUTEM, QUI RELICTUS ERAT IN TERRA JUDA, QUEM DIMISERAT NABUCHODONOSOR, REX BABYLONIS, PRÆFECIT GODOLIAM. Noluit Baylonius regionem uberem, quam suo tunc subjugârat imperio, relinquere à cultoribus vacuam. Quare his, qui reliqui fuerant, Godoliam præfecit, qui ita rem curaret et promoveret publicam, ut tamen in officio ac fide contineret, quam præstare Babyloni integram debuerunt. Cur autem cùm alii reliqui essent principes, quibus hæc mandari provincia optimè potuerit, hic tamen ex omnibus electus fuerit, ut ex Hebræorum sententiâ docet Lyra, ea ratio fuit, quia ille ex urbe ad Chaldæorum castra, hortante Jeremiâ, transfugerat, cujus opera videtur inutilis non fuisse Chaldæis, cùm rerum locorumque peritus adjumento magno peregrinis hostibus esse potuerit. Quæ res ita demeruit Nabuchodonosoris et militiæ principis animum, ut meritorum ergo principem constituerent, et quasi parentem illorum, qui ab ipsis in patriis sedibus essent relicti, et qui ex variis locis, ad quæ, durante bello, dilapsi fuerant, in urbem, recedente hoste, remigraturi credebantur. Quæ res Godoliæ intempestivæ mortis causa fuit: est enim verisimile apud nonnullos è principibus et olim in odium, et nunc in suspicionem venisse, maximè cùm illum auctum à Chaldæis dignitate conspicerent.

VERS. 25.—VENIT ISMAHEL FILIUS NATHANIÆ, FILII ELISAMA, DE SEMINE REGIO, ET DECEM VIRI CUM EO, PERCUSSERUNTQUE GODOLIÀM, QUI ET MORTUUS EST. Hæc historia latiùs explicatur à Jeremiâ c. 41, ubi nos eâ de re pluribus, inde pete. Illud non omittam, tanto dolori fuisse Judæis Godoliæ cædem, ut propterea indictum fuerit commune jejunium, ut liquet ex Hebræorum Kalendario in mense tisri, qui nobis est september, ad diem tertium. (1)

VERS. 26.—CONSURGENS OMNIS POPULUS A PARVO USQUE AD MAGNUM, ET PRINCIPES MILITUM, VENERUNT IN ÆGYPTUM, TIMENTES CHALDÆOS. De hâc re latè Jeremias à cap. 43, cùm viderent Judæi à contribuli suo Ismahele occisum esse Godoliam, quem rex Chaldæorum suo nomine præesse voluit Judæorum reliquiis, quod læsæ majestatis crimen videbatur, deinde occisos quoque fuisse Chaldæos, qui tunc cum illo morabantur, suspicati sunt ægrè id laturum Babylonium, exacturumque pœnas non minùs severas, quàm paulò ante ab his qui contra steterant, exegisset; statuerunt sibi omninò fugiendum in Ægyptum, quasi ad perfugium omni ex parte securum. Quod tandem fecerunt, licet ab eo consilio quàm potuit pugnacissimè deterrere voluerit Jeremias. Quâ de re lege illius c. 41, 42, 43, 44, et nostros ea in loca commentarios.

VERS. 27.—FACTUM EST VERÒ IN ANNO TRIGESIMO SEPTIMO TRANSMIGRATIONIS JOACHIN, REGIS JUDA MENSE DUODECIMO, VIGESIMA SEPTIMA DIE MENSIS(1).

(1) MANETE IN TERRA. Discimus ex Jeremiâ Judæos munitiones aliquas adhuc retinuisse in regione, quippe quos confirmavit animis Godolias spondens: *Nolite timere servire Chaldæis;* vel : Nolite timere servos Chaldæorum. *Ego habito in Masphath, ut respondeam præcepto Chaldæorum qui mittuntur ad nos: vos autem colligite vindemiam, et messem, et oleum, et condite in vasis vestris, et manete in urbibus vestris, quas tenetis.* Addit Jeremias, Judæos omnes, qui aufugerant in Idumæam, regionemque Ammoniticam et Moabiticam, ut intellexère perseverare in Judâ reliquias gentis suæ, confluxisse undique ad illas, ingentique studio vinum ac frumentum cogere cœpisse. Hinc facilè cœpit mala illa æmulatio Ismahelis et sociorum, qui jam tum in necem Godoliæ conspirârunt. Certior de his factus Godolias, fidem nuntiantibus non adjecit, neque aures præbuit homini, sese in necem Ismahelis offerenti. Denique Godolias miserabili cæde sublatus est ab Ismahele in convivio, quo exceptus fuerat in Masphath. Neque hâc viri cæde contenti proditores, eos trucidàrunt, qui socii illi accesserant, ductis in captivitatem feminis, cæterisque qui superfuerant in Masphath. Interim Johanan filius Caree, collectâ manu, insecutus est fugientem Ismahelem et socios; et qui Ismahelem inviti sequebantur, Johanano prospecto, subducentes sese ab Ismahele, venienti Johanano sese adjecerunt; atque ita Ismahel desertus à suis, coactus est perfugere in regionem Ammoniticam, octo tantùm homines secum ducens. Johanan duxit populum ab Ismahele dispersum, interrogavitque Jeremiam de consilio quod agitabat migrandi in Ægyptum. Frustra autem propheta mala omnia, quæ illos manebant in eâ regione, exposuit: pervicaciùs enim profectioni hæserunt. Quid ibi præstitum sit à populo, in Commentariis ad Jeremiam dicemus. (Calmet.)

(1) *En la trente-septième année de la captivité de Joachin, roi de Juda, Evilmédorach, roi de Babylone, tira de prison Joachin, et le releva de l'état malheureux où il était. Il lui parla avec beaucoup de bonté, et il mit son trône au-dessus du trône des rois qui étaient auprès de lui à Babylone.* C'est une ancienne tradition des Rabbins, qu'Evilmérodach, fils de Nabuchodonosor et son successeur, avait été mis en prison par le roi son père, soit à cause qu'il avait mal gouverné son royaume dans les sept an-

Agitur hìc de libertate atque honore, quem consecutus est Jechonias anno à suâ captivitate, durâque custodiâ 37; Jeremias cap. 52, v. 31, trigesimâ quintâ die dicit solutum à vinculis. Hujus nodi variæ à variis afferuntur solutiones. Quidam obiisse putant Nabuchodonosor die decimâ quintâ, et quia ex ejus interitu pendebat Jechoniæ libertas, et regius honor, ab eo die elevatum dici et regium splendorem obtinuisse arbitrantur. Alii eductum esse quidem die decimo quinto de carcere, elevatum tamen fuisse decimo septimo; neque ejus rei defuisse videtur idonea ratio: nam cùm primùm mortuus est Nabuchodono-

nées de sa digrâce et de cette pénitence si célèbre que Dieu lui fit faire de son orgueil, en le réduisant à l'état des bêtes; soit à cause qu'il avait peut-être insulté à l'humiliation si prodigieuse de celui dont la nature l'obligeait de plaindre alors le malheur, et dont même il devait envisager l'exemple, pour en devenir plus sage et plus rabaissé devant l'infinie majesté de Dieu. Ils ajoutent que ce prince ayant été mis dans la prison où Joachin était renfermé, se lia avec lui par une amitié particulière, et que ce fut la raison pour laquelle, après la mort de Nabuchodonosor, il le fit sortir et l'honora dans sa cour au-dessus de plusieurs autres princes que le roi de Babylone s'était assujétis comme Joachin. Il donnait ou il laissait à ces princes la qualité et le nom de roi, pour rendre sa cour plus éclatante, et sa puissance plus redoutable, comme ayant auprès de lui non seulement plusieurs grands et plusieurs princes, mais plusieurs rois, qui servaient à relever sa grandeur. Mais soit que ç'ait été là l'occasion particulière pour laquelle Joachin sortit de prison, ou qu'il y ait eu quelque autre cause de sa sortie, que l'histoire ne nous marque point, nous pouvons dire qu'elle fut très-certainement un effet de la volonté de Dieu, sans l'ordre duquel rien n'arrive dans le monde, puisque la lumière de la foi nous oblige de le regarder comme l'auteur principal de ces sortes d'événéments qui semblent avoir quelque chose de divin. Que si l'on demande pourquoi Dieu le permit et l'ordonna même de la sorte, un savant théologien (Estius) en rapporte deux raisons: l'une, qu'il voulut faire connaître par là combien il était avantageux de s'abaisser humblement à suivre le conseil des saints prophètes, comme avait fait Joachin, lorsque, pour s'humilier sous la main du Dieu qui le punissait, il s'était livré volontairement entre les mains de Nabuchodonosor par l'ordre de Jérémie ou de Dieu même; d'où l'on peut juger, dit cet auteur, que ce n'est point un péché en soi de demeurer au milieu des infidèles, puisque autrement Jérémie n'eût jamais donné, de la part de Dieu, cet ordre à ce prince. L'autre raison, et, comme il le dit, la principale pour laquelle Dieu inspira au successeur de Nabuchodonosor *d'élever le trône de Joachin au-dessus du trône des autres rois de sa cour,* fut afin de continuer dans la race de David, c'est-à-dire, en la personne de ce prince, de son fils Salathiel, et des autres jusqu'à Jésus-Christ, comme une espèce de royauté, ou plutôt de principauté sur le royaume de Juda, suivant cette ancienne prédiction de Jacob, *que le sceptre ne serait point ôté de Juda, ni le chef de sa postérité, jusqu'à ce que celui qui devait être envoyé fût venu.*

Nous ne nous engageons pas à traiter ici cette question si fameuse touchant l'accomplissement de cette prophétie célèbre qui regardait la succession des chefs de Juda jusqu'au Messie. On en a déjà parlé sur cet endroit même de la Genèse, où Jacob, en bénissant ses enfants, donna cette bénédiction toute singulière à Juda. Et d'ailleurs, dans ces embarras et ces sortes de difficultés qui accompagnent toujours certains passages de l'Ecriture, après même tous les éclaircissements qu'on en peut donner, il est du respect que nous devons à la grandeur de celui qui couvre, quand il lui plaît, la vérité de sa parole, comme sous des voiles que lui seul peut pénétrer, de ne nous point empresser avec trop de curiosité de percer cette obscurité impénétrable à la lumière des hommes. Si saint Augustin, le plus éclairé d'entre tous les Pères, a dit de lui-même, en quelque lieu de ses écrits, que quand il aurait travaillé dès son enfance jusqu'à une grande vieillesse à acquérir quelque intelligence des Ecritures, il devrait reconnaître après cela qu'il y restait infiniment plus de choses qu'il n'entendait pas, qu'il n'y en avait qu'il entendît, ce ne sera point pour nous sans doute une honte de faire au moins un semblable aveu de notre ignorance. Ainsi, quoiqu'il soit très-véritable que Dieu a parlé dans ses prophètes, pour nous faire entendre ses volontés, il n'est pas moins vrai qu'il a parlé très-souvent d'une manière obscure, pour augmenter notre attention et notre respect, et pour imprimer dans nos esprits une idée plus proportionnée à sa grandeur. Comme le Maître et le Docteur de nos âmes, il a usé d'un langage simple et rabaissé, pour les éclairer et les instruire. Mais comme Dieu, et comme un Dieu d'une infinie majesté, il a parlé un langage tout divin et elevé au-dessus de toute l'intelligence des hommes. Ce qu'il dit de proportionné à la faiblesse de notre lumière, suffit pour nous expliquer tous nos devoirs, et nous engager à accomplir fidèlement ses préceptes. Ce qu'il dit de plus élevé et de plus conforme à cette lumière inaccessible où il dit lui-même qu'il habite, n'est pas moins utile pour humilier notre orgueil, et pour étouffer en nous cette pente naturelle qui nous porte à vouloir tout pénétrer, et qui est comme une suite de cette curiosité criminelle qu'eut le premier homme pour connaître ce que Dieu lui défendait. Travaillons donc à nous rendre dignes de connaître ce qu'il y a de caché pour nous dans la parole de Dieu, en nous approchant de plus près de la lumière de Dieu même, par une plus grande pureté de cœur, et par une charité, plus parfaite, puisque c'est la seule charité, selon un grand saint, qui ouvre la porte à l'intelligence de la vérité. *Non intratur in veritatem nisi per charitatem.*

(Sacy.)

sor, eductus est de carcere filius Evilmerodach, qui regnum obtinuit pro parente. Satis autem habuit, si eo die Jechoniam eximeret è vinculis, cum paterno funeri, cui regio more parentandum fuit, reliquum tempus impensum oportuerit. Exequiis autem patris persolutis, tertio post die regem adscivit ad mensam, et inter reges alios primum tradidit locum. Quare elevatus dici potuit die decimâ quintâ Jechonias, quia tunc elevari cœpit, cùm emersit è vinculis; elevatus item die decimâ septimâ, quia tunc honores illos consecutus est, quos priùs animo designârat Evilmedorach.

SUBLEVAVIT EVILMERODACH REX BABYLONIS ANNO QUO REGNARE COEPERAT CAPUT JOACHIN. Caput sumi pro eo cujus est caput, res est non obscura, quod nos pluribus ostendimus in illud Isaiæ c. 35: *Lætitia sempiterna super caput eorum.* Sic dicitur *caput canis*, *caput colubri*, pro colubro et cane. Plura ibi nos adduximus exempla, quæ id planè convincunt. Sublevatum ergo esse caput Joachin, nihil est aliud quàm regem illum libertatem assecutum et gloriam.

DE CARCERE. Nulla fides habenda barbaris, his maximè qui falsâ non tam ducuntur, quàm abducuntur religione. Fuit planè infidelis et barbarus Nabuchodonosor in regem, qui depositis armis ultrò se ipsum et civitatem tradidit. Quem conjecit in carcerem, in eoque detinuit non minùs triginta septem annis; nam tricesimo septimo anno à transmigratione emersisse dicitur de domo carceris.

VERS. 28. — ET POSUIT THRONUM EJUS SUPER THRONUM REGUM. Suberant reges alii Babylonis imperio, quos in regiâ urbe et regni capite, solitos esse vivere, non est incredibile; sicut nostro seculo fieri videmus, in quo reguli ac principes magnorum regum curias obire solent, et regium stipare latus, et alia non indecora munera præstare. Quales videntur fuisse illi quos Assuerus ad convivium adscivit, qui dicuntur principes fuisse, Esther c. 1; aut, quod mihi verisimilius est, earum provinciarum, quas suo adjunxerat imperio, reges secum habuerat Babylonius, ne si in provinciis relinquerentur, aliquid tentarent novi, et pacem perturbarent imperii. Sicut fecit Adonibezech, Judicum cap. 1, qui septuaginta reges, quos è regiâ dignitate depulerat, apud se retinuit. Existimo autem earum provinciarum reges, quas debellavit Nabuchodonosor, fuisse in Babyloniâ, puta, regem Moabitarum, Ammonitarum, Idumæorum, Cedarenorum, Ælamitarum, Tyriorum, de quibus Jeremias capite 49. Imò credo in vinculis fuisse, sicut Joachin et Sedecias, et à successore Evilmedorach fuisse extractos è carcere, et statum liberum atque ingenuum fuisse adeptos; inter quos primum locum habuit Joachin: in hoc ego postremum magis inclino, ut in re tamen dubiâ non nimis tenaciter.

VERS. 29. — CUNCTIS DIEBUS VITÆ SUÆ. Quantùm temporis vixerit cum regio splendore Joachin, nihil habemus ex sacrâ Scripturâ certum: vixisse tamen non diù, satis est verisimile, quia jam ætate grandi egressus fuit è carcere, annos nempe natus quinquaginta quinque. Nam, ut ex cap. 24 libri 4 Regum constat, decem et octo annorum erat, quando translatus est in Babylonem. Ex hoc capite habes anno trigesimo septimo à translatione illâ è vinculis emersisse, ex quibus summa colligitur annorum quinquaginta quinque.

Cur extractus fuerit ab Evilmerodach, cùm primùm regnum iniit Babylonicum, eam rationem adducunt Hebræorum magistri, quibuscum sentiunt ex nostris non pauci, ut Lyra hìc, et Abulensis in caput 25 lib. 4 Regum, q. 37, quia cum eo, tempore quo Nabuchodonosor cum bestiis egit, regnum administravit Evilmerodach: ubi autem exacto septennio sibi ipsi ac regno restitutus est, cùm audiisset eum, aut in administrando regno multa peccâsse, aut, sicut alii volunt, de parentis insaniâ fuisse gavisum, illum conjecit in custodiam illam in quam aliquot annos ante Jechoniam incluserat. In communi ergo domicilio, longo illo tempore, amicitiam non vulgarem cum Jechoniâ contraxit, qualis illa solet esse quam communis eademque adversa fortuna conciliat.

Quod verò addunt aliqui, ut refert Hieronymus ad illud capitis 14 Isaiæ: *Tu autem projectus es de sepulcro tuo,* consilio Jechoniæ exhumatum paternum cadaver ab Evilmerodach, et ejusdem consilio, ut Abulensis supra dicit, et Haymo, et Hugo in citatum proximè Isaiæ locum, et Historia Scholastica in caput 5 Danielis, divisum esse cadaver in trecentas partes, inque totidem vultures distributas, ne crederetur esse victurus, reversurusque in regnum, sicut paulò ante ex statu quasi belluino, non admodùm diverso redierat, planè Rabbinicum olet cerebrum, qui, ut aliquid referant inauditum et prodigiosum, quid rerum natura postulet non considerant.

Quæret hìc curiosus aliquis, quid actum

fuerit de Sedeciâ, cujus supra lamentabilem tragœdiam accepimus. Primùm non constat ex sacrâ Scripturâ quid actum de illo fuerit, postquàm translatus fuit è Babylone, nisi quòd regii funeris honorem consecutus fuerit : cui videlicet conclamatum sit : *Væ domine*, et *væ inclyte*, juxta illud Jeremiæ capitis 34 : *In pace morieris, et secundùm combustiones patrum tuorum regum priorum, qui fuerunt ante te, sic comburent te, et, væ domine, plangent te.* Obiisse illum in carcere, constat ex Jeremiâ capite 52, versiculo 11 : *Et posuit eum in domo carceris usque ad diem mortis ejus;* tradit idem Josephus libro 10, capite 11, elatumque dicit cum regiâ pompâ. Idem tradunt Historia Scholastica capite quadragesimo sexto in librum quartum Regum, et Abulensis supra, quæst. 38. De genere mortis agit Historia Scholastica, et ex eâ Abulensis, cui tamen non probantur omnia. Dicunt autem, cùm festivus ex victoriâ splendidum instrueret convivium Nabuchodonosor, invitatum quoque inter convivas alios fuisse Sedeciam, quem cùm aliis vellet esse ludibrio, et ex alienâ ignominiâ risum excitari, jussit Sedeciæ inscio quid biberet, potum dare, quod ventrem laxaret et solveret. Quod cùm ad Nabuchodonosor votum, convivarumque jocos et voluptatem successisset, sic turpis ille successus Sedeciam pudefecit et afflixit, ut reductus in carcerem, non diù post ex mœrore interierit, quem rex Babylonius ex carcere cum honore regio ad sepulturam extulit.

Hæc Historia Scholastica, in quibus aliqua improbat Abulensis : miror magis, cur aliquid probet, nisi quod de funere regio tradit, quia id ex Jeremiâ constat, ut proximè diximus. Magis probat poculum esse datum Sedeciæ quod mentem turbaret et ebrietatem induceret, ut nuditatem suam ostenderet lascivis convivarum oculis, sicut multis ante seculis contigit Noe Genesis 9. Quam ignominiam lapsus et temulentus facilè subire potuit Sedecias, cùm Hebræorum more, puto etiam et Chaldæorum, femoralium velamen non haberet, in quam cogitationem adducit illud Habacuc capite 2, versiculo 15 : *Væ qui potum dat amico suo, mittens fel suum et inebrians, ut aspiciat nuditatem ejus.* Quem locum exponi posse putat de Nabuchodonosor, sicut Hebræorum doctores, in eam quam dixit Abulensis, sententiam exponunt. Qui etiam addunt id apud Babylonios fuisse valdè usitatum in conviviis, ut aliorum se crapulâ ac nuditate, quasi pars esset splendidæ mensæ, oblectarent. Sed quanta fides adhibenda sit Hebræorum nugis, non semel admonuimus. Illud ad extremum addo, quid in exequiis Sedeciæ cantatum esse dicatur à Judæis, qui patrio more illum intulère sepulturæ. Sic enim in Sederolam capite vigesimo octavo : *Interiit Sedecias, et de ipso hunc instituerunt planctum : Heu! qui mortuus est rex Sedecias, bibens fæces omnium ætatum,* id est, ut ibi Genebrardus exponit, luens peccata omnium superiorum ætatum. (1)

(1) Vers. 30. — Annonam constituit ei, necessaria scilicet pro familiaribus Joachini; ille enim aderat regi conviva. Ita pariter et David imperavit Sibæ, ut curaret filium Miphibosethi, cùm interim idem Miphiboseth regiâ mensâ frueretur. Fortè etiam Joachinus non semper aderat regis conviva; sed tantùm dapibus è regiâ mensâ delatis nutriebatur. Ita textum interpretatur Syriacus, et consonat vetus mos regum Persarum, quorum mensæ apponi solebat quidquid deinde in familiares omnes distribuebatur. Grotius ita exponit : Evilmerodachus sufficiebat quotidiè quæcumque necessaria erant ad cibum, vestes, et cætera, non illi modò, sed et domesticis omnibus et familiæ.

Oratio Manassis regis Juda.

Quod attinet ad orationem Manassis, in fine 4 Reg. legendam, animadvertere juvat in 2 Paral. 33, 12, 13, 19, rotundis verbis scriptum esse orationem Manassis contineri in libris historiæ regum Israel, et in sermonibus prophetæ Hozai; sed non invitus credo orationem illam planè diversam, quæque è Canone abest, quanquàm canonicam veteres plures judicârunt, ut auctoritatibus adductis demonstrat D. Cotelerius in suis annotationibus ad Constitutiones apostolicas. Inserta est etiam in collectione canticorum, quæ leguntur in Ecclesiâ; et hodiè pariter in usu est apud Græcos in publicis precationum formulis. In Hebræo nec hodiè legitur, nec fortè unquàm lecta est, sed vicissim occurrit in vetustis plurimis Græcorum codicibus manuscriptis, et Græcis etiam plurimis Bibliorum editionibus. Tradit S. Joannes Damascenus ex testimonio, ut ipse ait, Julii Africani, Manassis orationem hanc recitantis vincula ferrea, quibus alligabatur, diffracta cecidisse, et Targum in caput 32 Paralip., hanc fabellam diventilat. Manassem infelicem regem Chaldæi æneâ caveâ crebris foraminibus perviâ concluserant, eique exquisitiùs torquendo ignem circùm caveam incenderunt. Tum miser deorum suorum opem implorare aggressus est. Cùm frustra laborâsset, ad Deum se transtulit, hâc precationis formulâ adhibitâ. Verùm qui orationi præsident angeli, omnia ad cœlum spiracula diligenter clauserant; at Deus uno foramine subtùs thronum suum aperto precationem ejus favens audivit, caveam æneam, quâ adstringebatur, diffregit, remittendumque in solium principem statuit. (Calmet.)

Voltaire finit ses remarques critiques sur l'histoire des rois de Juda, par cette réflexion

Quæ profana tempora et quo ordine in quartum librum Regum inciderunt.

Quæ in hoc libro quarto continentur, initium duxerunt à Joram filio Josaphat, id est, anno ab orbe condito 3085, ut nonnulli volunt, et ut placet aliis, anno 3280, de quâ re mira est inter auctores dissensio. Et finiuntur in anno Sedeciæ undecimo, quo tempore exustum est templum, et excisa funditùs Hierosolyma. Quare liber hic annis absolvitur fermè 400.

Sub Joram rege Juda, fuit alter Joram rex Israel, et Eliseus propheta. Hoc anno obiisse existimatur Homerus anno post captam Trojam 272; et fluvius, qui priùs dicebatur Albula, vocatus esse Tibris, à Tiberino Latinorum rege, qui ibi summersus est. Huic successit frater Ochozias, qui uno tantùm regnavit anno, et huic Athalia mater, quæ regnum sexennio moderata est. Quo tempore regnavit in Israel Jehu filius Namsi, qui domum abolevit Achab, et floruit Jonadab Rechabitatum princeps, hoc tempore à Didone creditur ædificata Carthago.

Joas in Judâ annos regnavit quadraginta, quo tempore regnârunt in Israel Jehu, Joachaz et alter Joas. Hoc tempore occisus fuit in templo Zacharias filius Joiadæ sacerdotis; tunc autem, ut refert Historia Scholastica ex Epiphanio, apud quem tamen ego non invenio, cessavit manifestum Dei oraculum ex Ephod et Debir, id est, de interiori parte tabernaculi; polluto enim templo innocenti sanguine, indignus videbatur populus quem Deus tali dignaretur honore. Sub hoc tempus floruisse creditur Lycurgus, à quo Lacedæmones leges acceperunt.

Huic successit Amasias, cujus tempore regnârunt in Israel Joas et Jeroboam illius filius. Prophetârunt Joel et Amos. Magnum à Joas rege Israel detrimentum accepit Hierosolyma.

Ozias, qui et Azarias, annos regnavit quadraginta, cui in Israelis regno σύγχρονοι fuerunt Jeroboam filius Joas, Zacharias, Sellum, Manahem, Phaceia. Prophetârunt Jonas, Amos, Oseas, Abdias, Isaias. Sub Oziâ accidit terræ motus, de quo Amos c. 1. Sub hoc rege institutæ sunt Olympiades, et defecit tempus, quod μυθικόν, id est, fabulosum dicebatur, et inductum est ἱστορικόν, in quo notatis temporibus plus habuit fidei, quod litteris deinceps mandatum est. Sub hoc tempus vixit Sardanapalus, in quo Assyriorum monarchia defecit, juxta Eusebium, quem ex recentioribus multi sequuntur.

Joathan rex Juda Oziæ successit, cujus tempore regnavit in Israel Phacee filius Romeliæ. Prophetârunt, præter alios, de quibus proximè, Nahum et Michæas. Arsaces, victo Sardanapalo, Assyriorum monarchiam ad Medos transtulit. Nati sunt duo fratres Romani imperii prima capita, et civitatis imperii tanti reginæ conditores.

Sub Achaz Phacee, filius Romeliæ, et Osee regnârunt in Israel, in Damasco Rasin. Sub Achaz subjugata est Damascus ab Assyriis, et magna pars regni Israelitici ad Assyrios translata à Theglathphalasar, et urbis Romanæ jacta fundamenta.

Sub Ezechiâ regnavit Osee in Israel, cujus anno nono et Ezechiæ sexto capta est à Salmanasar Samaria, et regnum Israel prorsùs extinctum anno 350 ex quo sumpsit exordium. Sub hoc captivus in Ninive abductus est Tobias. Sub hoc rege, Sardanapalo occiso, exi-

accablante : « Quoi! l'Eternel prodigue les « miracles, les plaies et les meurtres pour tirer « les Juifs de cette féconde Egypte où il avait « des temples sous le nom d'*Iaho*, le grand « être, sous le nom de *Knef*, l'être universel : « il conduit son peuple dans un pays où ce « peuple ne peut lui ériger un temple pendant « plus de 500 ans; et enfin quand les Juifs ont « ce temple, il est détruit *(il aurait dû ajouter « 427 ans après)* ! Cela, continue-t-il, effraie le « jugement et l'imagination. » — Qui se serait jamais attendu que les entrailles de ce critique se fussent si fort émues à la vue des malheurs *du peuple le plus détestable et le plus imbécile qui fut jamais ?* Tâchons donc de lui présenter quelques idées consolantes : ce temple détruit, Jérusalem en proie aux flammes, toute la nation juive dispersée, tout est rétabli au bout de soixante-dix ans, conformément aux prédictions réitérées *de ce fou de Jérémie qui faisait le prophète.* Les peuples voisins, Moabites, Ammonites, Iduméens, compagnons de leur infortune, disparaissent pour toujours; les Assyriens et les Chaldéens, auteurs de leurs malheurs, cessent d'être; mais ces Juifs, renaissant comme de leurs propres cendres, forment de nouveau une société politique et religieuse. Les Perses, sous la protection desquels ils rentrent dans la terre de leurs pères; l'antique monarchie d'Egypte qui a été leur berceau; les rois macédoniens de Syrie, devenus leurs oppresseurs, tous s'évanouissent successivement; pour eux, ils subsistent en corps de nation dans leur terre natale, avec leur temple, leurs cérémonies, jusqu'à l'avénement de celui qui devait appeler tous les peuples à un culte fondé sur leur dogmes, sur leur morale, sur leur attente, mais plus parfait que le leur. Tel est le dénouement de cette histoire *merveilleuse, inconcevable,* mais écrite par des auteurs contemporains, et attestée par une chaîne non interrompue de témoins. (Duclot.)

stimatur Assyriorum imperium defecisse. Floruit Sibylla Erythræa, ut ex aliorum sententiâ refert Aug. lib. 18 de Civitate cap. 23, et septem sapientes, ex eodem ibidem capite 24, licet alii conferant in tempus Manasse. In hoc tempus incidit regnum Midæ apud Phrygios, et apud Lydios Candaulis et Gygis, ut auctor est Eusebius.

Sub Manasse fuisse existimantur septem Græciæ sapientes, Alcæus, Simonides, et Archilochi poetæ. Regnavit Romæ Numa, qui duos anno vulgari menses adjecit. Sub Manasse contigisse creditur historia Judith. Floruit Sibylla Samia. Isaias moritur. Amon, Manasse filius, duobus regnavit annis. Neque sub eo aliquid accidit, quod referatur vel ad Manassem parentem, vel ad Josiam filium.

Sub Josiâ prophetârunt Jeremias, Baruch, Sophonias, et Olda prophetissa. Regnat Romæ Ancus Martius, et Tullus Hostilius; florent Thyrtæus, Aristomenes, Arion musicus, Zaleucus legislator, Phalaris tyrannus, Terpander musicus, Sappho, et Stesichorus poetæ.

Josiæ successit Joachaz, qui tribus regnavit mensibus, et Joakim, qui undecim annis, et Jechonias, seu Joachin, cujus trimestre regnum. Sub his tribus graviter afflicta fuit, atque attrita tam ab Ægyptiis quàm à Chaldæis res Judaica. Ducti sunt captivi Babylonem Daniel cum aliis tribus pueris, Ezechiel et Mardochæus. Sub his regibus vixisse existimantur Draco legislator, Anacharsis Scytha, Epimenides, Anaximenes, Xenophanes. Sub hoc tempus vixisse existimatur Æsopus fabulator.

Sedecias post hos undecim annis regnum obtinuit Israel. Sub illo templum Salomonis exustum, et excisa funditùs Hierosolyma fuit. Externa tempora explicuit satis Augustinus lib. 18, cap. 25 de Civitate. Cujus hùc verba transferam, carptim tamen, à quibus parùm discrepat Eusebius. Sic autem ibi Augustinus: « Regnante apud Hebræos Sedeciâ, et apud « Romanos Tarquinio Prisco, qui successerat « Anco Martio, ductus est captivus in Baby- « loniam populus Judæorum, eversâ Jerusa- « lem et templo illo à Salomone constructo. « Eo tempore Pithacus Mitylenæus unus de se- « ptem sapientibus fuisse perhibetur, et quin- « que cæteros, qui ut septem numerantur, « Thaleti, quem supra commemoravimus, et « huic Pithaco adduntur, eo tempore fuisse « scribit Eusebius, quo captivus Dei populus « in Babyloniâ tenebatur. Hi sunt autem Solon « Atheniensis, Chilo Lacedæmonius, Periander « Corinthius, Cleobulus Lendius, Bias Prie- « næus. Eo captivitatis Judaicæ tempore et « Anaximander, et Anaximenes, et Xenopha- « nes physici claruerunt. Tum et Pythagoras, « ex quo cœperunt appellari philosophi. »

Hic est finis Commentariorum in quatuor libros Regum, in quos à me neque segnis, neque paucorum dierum opera collata est, utinam cum aliquo tanti laboris pretio. Quod tunc fore judicabo non exiguum, cùm lectori pio aliquem usum attulisse cognovero, cui quàm maximè potui, accuratè servivi. Sed illud erit maximum, quodque præcipuè religiosus scriptor spectare debet, quodque ego, si non meum mihi de me ipso judicium illudit, expectavi in hoc longo atque impedito negotio, si Dei honori et proximorum utilitati serviat. Tunc autem satis abundè factum erit studio nostro. Si quid opere in longo peccatum à me fuerit, ignosci mihi postulo, atque etiam spero ab illo qui mentes hominum scrutatur et novit. Neque quicquam esse volo, aut in his libris, qui nunc in hominum oculos subire student, aut aliis, qui jam ante in publicam lucem prodierunt, quod non solùm Ecclesiæ, à quâ nec latum unguem aberrare volo, sed doctorum hominum censuræ subjectum esse etiam atque etiam volo.

Inchoati fuerunt hi in quatuor libros Regum Commentarii Compluti anno 1620, ad nonas januarii, et anno 1622, ad idus martias absoluti, ad gloriam Dei, et B. Virginis, S. Ignatii, Patris mei, et S. Francisci Xaverii, quos mihi ad hoc opus patronos et tutelares advocavi.

DE THESAURIS A DAVIDE SALOMONI RELICTIS
Dissertatio.

Quicumque Judæos principes reges fuisse levis momenti arbitrantur, rati nihil esse potuisse magnificum illis qui in populo regnarent obscuri nominis et censûs, cujus solæ opes ex proventibus terræ et gregum constarent, nihil sentirent magnificum, nihil volu-

ptuosum, nihil nisi humile, insignium gestorum gloriâ rarò distinguerentur, nec nisi cum totâ ditione suâ in prælium armatâ expeditiones susciperent, ac tandem regnum haberent angustissimis finibus contractum, magnis rebus vel cogitandis vel præstandis impar; quicumque, inquam, ita de regibus Juda senserunt, falli illos certissimis argumentis in hâc dissertatione adductis, demonstrabimus. Immensæ planè opes à Davide cumulatæ, quæ templo ædificando servirent, eæ sunt, ut nihil fortassè æquè mirum veterum ac recentiorum historiæ ferant : quare doctissimi quique Scripturæ interpretes, ii maximè qui ad studium ponderum et mensurarum, et rei nummariæ veterum, totos se contulerunt, admirationes eâ de re suas continere vix possunt. Incredibilis adeò visa res est nonnullis, ut rei granditate exterriti, rationes iniverint sanè ingeniosas, quibus immanis hic divitiarum thesaurus ad captum lectorum reformetur.

Censuerunt nonnulli, exaggerationis aliquid in Scripturæ verbis haberi. Sed quî fieri id potuit, cùm David etiam atque etiam oblationem suam verbis extenuare conetur, eosque thesauros veluti parcimoniæ suæ fructus relinquat? *Ecce ego in paupertate meâ præparavi impensas,* 1 Paral. 22, 14. An cùm per exaggerationem loquitur quispiam, numerum unquàm certum fixumque pondus divitiarum et auri determinat? Alii verò mendum irrepsisse in numero talentorum suspicantur. Sed quam illi conjecturæ suæ rationem afferunt? An textum aliquem, an versiones, an exemplaria proferunt ulla, quibus suspicionem suam fulciant? Pro libito mendum suspicari, et non potiùs apertâ necessitate premente, an quisque permittitur? Actum est de integritate sacri textûs, si cùm maximè extraordinarium aliquid occurrat, mendum suspicari licuerit. Plerique tandem, relicto talentorum numero, manus inferunt in valorem, thesauri pretium minuentes; aiunt enim ea quæ David Salomoni legavit talenta, minoris æstimanda fuisse quàm reliqua. Horum nos opinionem in examen revocandam modò suscipimus.

Fatis cessurus David Salomoni filio suo, Scripturâ narrante legavit *auri talenta centum millia, et argenti mille millia talentorum,* 1 Paral. 22, 14. Præter hæc, è cumulatis à se pecuniis reliquit *tria millia talentorum auri de auro Ophir, et septem millia talentorum argenti probatissimi,* ibid. 29, 4. Insuper principes aulæ Davidis in opus illud contulerunt *auri talenta quinque millia, et solidos decem millia, argenti talenta decem millia,* loc. cit. v. 7.

Porrò argenti talentum omninò valebat 3000 siclis, quemadmodùm ex testimonio Exodi 38, 25, 26, apertissimè constat. Narratur enim ibi, Israelitas 603,550 numero, hemisiclum viritim solvisse, quod summam conficiebat 300 talentorum argenti, et 1775 siclorum. Siclus autem reddit 32 solidos, quinque denarios, et tres ex octo denarii partibus. Valet igitur argenti talentum ad nostram monetam supputatum 4867 libris, tribus solidis, novem denariis. Talentum auri pervenit ad 69,531 libras, quinque solidos monetæ nostratis. Ita centies mille auri talenta à Davide relicta, summam conficiunt 6,953,125,000 librarum, ex auro. Adde his summam trium millium talentorum auri ab eodem Davide comparatam, quæ refert 208,593,750 libras monetæ nostratis.

Ex argento legavit decies centena millia talentorum, nempe 4,867,187,500 librarum monetæ nostratis. Præter hæc obtulit ex residuis sibi pecuniis 7000 talenta argenti, scilicet 340,070,312 libras. Hæc negotium conficiunt, utrùm scilicet fieri potuerit ut David tantam argenti et pecuniæ vim cumularet, immanisque adeò divitiarum thesaurus totus profundendus esset in eâ quam animo complexus fuerat, ædificii mole.

Parâsse Davidem omnia quæ ad destinatum opus necessaria arbitrabatur, neminem in dubium revocaturum credo; ipse enim sæpiùs mentem eâ de re suam aperuerat. Schema etiam, atque totius ædificii modulum Salomoni reliquit, quem sanè respondisse conceptæ de Deo opinioni, cujus numini parem, quantùm fieri posset, domum construere parabat, ne ambigimus quidem. Supremi illius Numinis majestatem respicere se David ipse professus est, cùm ea se parare significavit, quæ tenuitatis suæ modulus pateretur; quâ verborum phrasi satis expressit, nullâ ædium majestate, quæcum quetandem illa futura esset, immensi Numinis majestatem fore assecuturum.

Paternum hoc propositum explêsse Salomonem, atque animo conceptam à Davide magnificentiam opere æquâsse, satis constat. Quin et multò excessit : nam erecti ædificii moles multò fuit augustior quàm moduli et schematis à Davide relicti ratio exigeret. Nihil est in totâ antiquitate magnificentius, nihil augustius quàm Salomonis templum. In eo pretiosissima metalla, ligna, et lapides rarissimi profusi sunt; nullis sumptibus parcebatur, ut peritis-

simi artifices conducerentur, ut exquisitissimi artificii excellentia materiam ipsam vinceret, atque ad invidiam certaret et metalli et artificii præstantia. Verùm his ita constitutis, eruditi nostrates nunquàm tamen in animum possunt inducere, tantam divitiarum vim cumulâsse Davidem, neque totam in opere Salomonem profudisse. « Immanem summam, inquit Joan. « Clericus hìc, quæ omnium totius Asiæ regum « divitias multùm superat, suffecissetque in ali- « quot centena splendidissima templa ædifi- « canda. » Nullæ quidem suppetebant Davidi avitæ relictæ à parentibus divitiæ; nec tam immanes præbere poterat ditionis illius angustus sanè tractus. Interim cumulâsse dicitur tantam auri argentique vim, quantam nunquàm collegerunt avidissimi quique reges Persarum, Græcorum et Romanorum. « Et qui- « dem, inquit Brerevoodus de Ponderibus c. 7, « opus quod meditabatur minus erat quàm tot « immensos sumptus flagitaret. Ut parietes « omnes è fuso argento conflati fuissent, ut « eodem metallo totum templi pavimentum « stratum esset, ut ædificii tectum totum esset « aureum, eodemque metallo induti interiores « templi parietes, et conflata vasa in usum tem- « pli necessaria, adjectis etiam sumptibus in ar- « tifices, adhuc tamen reliqui multùm super- « fuisset. Ego quantâ potui sedulitate, addit « ille, atque animi contentione, dimensiones « omnes templi expendi, tum et factâ compa- « ratione cum auri et argenti thesauro, qui in « opus insumendus esset, si omnia auro ar- « gentoque constarent, post hæc, inquam, « omnia, thesauros à Davide relictos super- « fluere animadverti. Itaque, claudit ille, fatea- « mur oportet, aliud hoc loco significari talen- « tum, quàm quod vulgò usurpatur apud « Moysem, et reliquos Scripturæ libros. » Ita Brerevoodus in suo opere de Comparatione veterum ac recentiorum nummorum.

Vehementiùs idem argumentum urgens Mariana, tract. de Ponderibus, insigni stultitiæ elogio donandos censet eos qui Davidis talenta Mosaicis æquare præsumant : « Furor profectò, « furor, Davidis talenta Mosaicis æquare. » Summam ille reformat ad 1,275,000,000 auri, et totidem fortè argenti, quæ in unum collecta summam conficiunt 2,550,000,000. Josephus difficultatem extorquendæ à lectoribus fidei eâ de re sentiens, relictam à Davide ingentem auri vim, ac centies mille talenta argenti annotans, cætera omittit (1). Eupolemus apud Euseb. Præp. l. 9, c. 34, redigit talenta illa ad siclorum valorem, ut pro 100,000 talentis auri et 1,000,000 talentorum argenti, par numerus siclorum auri argentique supputandus sit. Nec sanè major summa, juxta quosdam interpretes, ædificando templo exigebatur.

Maluerunt alii, pondus sanctuarii, de quo apud Moysem, duplò pondus commune, de quo in præsentiarum, excessisse. Addunt, talento auri aliud esse pondus quàm argenti; et argenti siclum duplò aureum excedere. Jacobus Capellius distinxit talentum *statmicum*, nempe Mosaicum, à *numismatico*, quod vocat, minori sanè pondere, et pretio inferiori. Stanislaus Grserpfius, de diversis Siclis, non duo solùm talentorum genera invehit, nempe commune et numismaticum, quod sextam tantùm partem prioris, et duodecimam talenti sanctuarii continere censet; sed et alia plura distinguit, nempe publicum, privatum, regale. Addit insuper, decimam, quandoque duodecimam, centesimam et millesimam talenti partem talentum sine addito nuncupari. Ita planè amplam sibi viam instruit variis variorum conjecturis, summam auri Davidici supputantium, adoptandis.

Inter omnes constat talenti nomen non æquale semper pretium indicâsse apud varios populos penes quos obtinebat. Ægyptium 80 librarum pondus retulisse ferunt Plinius l. 33, c. 3, et Budæus, de Asse ; Romanum 70; Siculum sex drachmis valebat; Etruscum 120 libris; Syrum pondere erat 15 librarum cum 7 unciis et 4 drachmis; Ægineticum decem drachmarum; Alexandrinum 31 librarum cum tribus unciis; Atheniense 60 minis valebat, vel 600 drachmis. D. du Cange observat, nomen talenti usurpari interdùm pro centum libris, quandoque pro quinquaginta, et adhuc pro marcho viginti solidorum. Homerus tradit Iliad. ψ, proposita ab Achille pro ludis Patrocli in præmium feminam et tripodem; deinde pro secundo præmio, equam mulo fœtam; tertio novum ahenum; quarto loco duo auri talenta. Erat igitur horum talentorum (ultimo quippe loco propositorum) minor quàm cæterorum omnium valor. Ibidem etiam in præmium cursûs largitur 1° ingentem argenti craterem, eximii artificii, et capientem sex mensuras; 2° vitulum saginatum; 3° dimidium talentum auri, quod sanè minùs valebat quàm bos. Virgilius duo talentorum genera, majus nempe et minus, distinguit, Æneid. 2 :

(1) Joseph. Antiq. l. 7, c. 11 : Χρυσόν τε πολὺν παρεσκευασάμην, καὶ ἀργυρίου ταλάντων μυριάδας δέκα.

Argenti magnum dat ferre talentum.

Vox Hebræa ככר *kikkar* exprimit massam, sive tortulam auri, argentive. David imposuit sibi diadema, è capite regis vel dei Moabitarum detractum, quod talenti erat pondere, 2 Reg. 12, 30; 1 Paral. 20, 2. Quis autem facilè credat, sustinuisse regem in capite 125 libras Romanas? Meritò igitur cum Budæo inferendum videtur (1), talentum Hebraicum, quemadmodùm et cætera aliarum gentium, non ejusdem semper fuisse rationis ac pretii. Hæ potissimæ afferuntur rationes pro minuendis Davidis thesauris, et ad æquiorem summam pecuniis illius omnibus redigendis.

Sed eas nihil morati vulgò interpretes, omnes totam sacri textûs historiam ad litteram recipiendam censent. Verum quidem est, plures inter illos leviter rem perstrinxisse, neque id contulisse sedulitatis et curæ, quod cæteri de ponderibus et re nummariâ scribentes : sed alii vicissim plures huic sententiæ accesserunt, non planè imparati, et rei nummariæ licet instructissimi, adhuc tamen litteram textûs excipiendam censuerunt, quin prodigiorum numero tantam divitiarum vim crederent adscribendam. Villalpandus, quem sanè virum imprudentem quidpiam effutiisse accusaverit nemo, non tantùm expressas in Scripturâ pecuniarum summas recipit omnes; sed multùm etiam adjecisse de suo Salomonem in ædificio ejusdem templi putavit, tomo 3, parte 2, lib. de Pond. et Mens. c. 33. Impendisse enim credit Salomonem centum et octo millia talentorum auri (2), et decies centena millia talentorum argenti (3); quæ tanta auri summa erogata statuitur in uno templi ædificio, omissis pecuniis ad mercedem et convictum artificum, et impensas exoticas. Quare si totum illud aurum in massam conflatum in quadratum cubicum redigeretur, tanta ejus esset moles, ut vix eam caperet conclave decem cubitorum in quadrum, et quinque in altum; argentum verò in similem massam redactum, facilè totum Sanctuarium occupâsset, quod viginti cubitis quaquaversùm porrigebatur. Addit idem auctor, adhibitos ad structuram templi 401,900 artifices, ex Israelitis, Tyriis, Sidoniis, Ægyptiis conductos, quibus, post absolutum opus, atque congruam mercedem solutam, decem sicli aurei muneris loco adjecti sunt (1). Præter hæc Tyriis opificibus annuatim solvebantur 602,850 *cori* (2) frumenti, totidem hordei, et mensuræ vini (3), ac totidem olei *sata* (4). Eadem æquâ proportione Sidoniis et Ægyptiis assignata, sive auro, sive quâcumque demùm ratione solvenda. Mensæ regis Tyri conferebat vicesies mille mensuras frumenti et olei vicenas 2 Paral. 11, 10. Singula fusè prosequitur Villalpandus, quæ nos ultrò prætérimus, ne ab argumento plus nimiò abducamur. Monendum tamen censemus, nihil legi in Scripturâ de opificibus Ægyptiis, neque de siclis aureis post absolutum opus singulis operariis adjectis. Hæc ab Eupolemo narrantur loco superiùs indicato.

Quæ de inæqualitate talentorum apud varias gentes adducta sunt, nihil pro Hebræorum talentis probant; neque enim vestigium ullum deprehenditur, sive in Scripturâ, sive in historiâ, varia apud eas gentes, saltem ante captivitatem Babylonicam, obtinuisse talenta, et apertissimo librorum Mosaicorum testimonio, nempe Exod. c. 38, v. 25, 26, probatur, Hebraicum talentum valuisse ter mille siclis. Exemplum Davidis, qui capiti imposuit diadema talenti pondere, nihil probat, cùm fortè diadema illud in aere suspensum solio imminens teneretur; velsaltem valore erat talenti, quippe quòd divite gemmarum thesauro ornaretur. Cætera omnia loca, ubi sermo est de talento, ingentem eo nomine summam exprimi demonstrant. Amasias rex Juda exercitum emit à rege Israelis 100,000 hominum, soluto pretio centum talentorum, 2 Paral. 25, 6. Profectò, si talentum minùs valuisset quàm ter mille siclis, quantùm in singulos milites impendisset? Ammonitæ pro conductis 32,000 curribus, seu facilè 32,000 equis currum trahentibus, simulque copiis Mesopotamiæ, in regionibus Maacha, Rohob et Soba collectis, solverunt mille argenti talenta, 2 Reg. 10, 6; 1 Paral. 19, 6, 7. Amri rex Israelis duobus auri talentis montem emit, in quo urbem Samariam ædificavit, 3 Reg. 16, 24. Cùm Sennacheribus ab Ezechiâ exegisset trecenta talenta argenti et triginta auri, pius

(1) Budæus lib. 4 de Asse, fol. 110 editionis Ascensian. : « Talenti significationem non « unam fuisse apud Hebræos puto, quomodò et « apud alias gentes nonnullas. » Vide, si placet, Brerevood. de Ponderib. c. 6.

(2) Reddunt, juxta ejus supputationem, 1,817,654,024 aureos monetæ Romanæ.

(3) Reddunt, 1,465,480,000.

(1) Decem sicli aurei summam conficiunt circiter 116 librarum.

(2) Corus capit 298 pintas cum dimidiâ, semisextarium, et plus aliquid.

(3) Mensura, sive bathus, continet 29 pintas cum dimidiâ, semisextarium, et plus aliquid.

(4) Satum continet 9 pintas, ac dimidiam, semisextarium, quartam pintæ partem, quatuor pollices, et plus aliquid.

ille rex ingenti summæ conficiendæ non æraria modò regia et sacra excussit, sed laminas etiam aureas evulsit, quibus templi fores vestiebantur, 4 Reg. 18, 15. Giezi postulatum venit è Naamano, falsò obtendens Elisei nomen, 4 Reg. 5, 22, duo argenti talenta, quæ Naaman deferenda tradidit duobus domesticis suis, duplici sacculo onustis. Profectò, si ea pecuniæ summa et pondus minora fuissent quàm quæ Giezi sustinere posset, conducebat viro secum omnia ferre, ne fortè res in cognitionem Elisei veniret. Captæ à Nechao rege ægypti Judææ tributum imperatum est centum talentorum argenti, et unius ex auro, 4 Reg. 23, 33, 35, quam summam ut conficeret Joakim, extraordinarium vectigal imponere populo, ut pro viribus quisque solveret, coactus est. An et Scriptura hæc narrare, et rex ad eas angustias redigi potuisset, si talentum multò minus fuisset quàm Mosaica? Manahem rex Israelis annuum tributum mille talentorum Phul regi Assyriæ soluturus, 4 Reg. 15, 19, quinquaginta siclis ditissimos quosque suæ ditionis, cæteros verò singulos pro eorum facultatibus, censuit. Talentum igitur Hebraicum modicam illam summam profectò non conficiebat, quam contrariæ sententiæ auctores comminiscuntur; neque varii apud illos fuisse valoris vel legimus unquàm, vel conjecturâ assequimur, cùm semper ingentem pecuniæ summam reddat.

At enim talentorum Davidicorum summa immanis erat, et multò quàm quæ ædificando templo, exigeretur, major. Grandem fuisse pecuniam fatemur, sed impensis non sanè minoribus æquanda erat. Profectò, si totum illud aurum argentumque, auctore Villalpando, pro interioribus templi ornamentis, sacrisque vasis erogatum fuit, tantùm abfuit, ut David majora sumptibus præstaret, ut multò etiam minora reliquerit. Sed esto, concedamus Brerevoodo, hanc auri argentique immensam vim aureo argenteove penitùs templo, æquè ac Salomonico augusto, conflando satis futuram : nonne ex iis pecuniis merces pendenda erat infinitis propemodùm artificibus, integro septennio in opus insudantibus? Quantùm planè solvendum pro rebus vehendis, pro lignorum strue, lapidibus, marmore, gemmis, aliisque, quæ nonnisi experti omnia scire potuissent? Si dimidium hujus thesauri hisce erogatum dixerimus, minus fortè quàm res tulerit, concedamus : tunc autem negotium duplò minoris difficultatis Brerevoodo fiet, atque æquioribus oculis summam duplo minorem respiciet.

Reponunt fieri nunquàm potuisse ut David, nullis avitis facultatibus locuples, in angustissimo regno tantam auri vim cumularet ; sed animadvertisse oportuit, diutiùs virum regnâsse, longè latèque terrorem sui nominis, atque arma et victorias, ac tandem imperium prorogâsse. Ditissimos populos habebat tributo obnoxios, nec sanè multùm suis commodis insumebat, ac vicissim multa ex gregibus, agris, vineis, olivetis referebat. Regnum prorogavit ad quadraginta annos post obitum Saülis ; et superstite adhuc Saüle, ipse validâ sibi manu adjectâ, hostilem regionem non sine ingenti prædâ excurrebat, 1 Reg. 27, 8, 9. Jura dedit deinde tribui Juda Hebrone, integro sexennio ; successit regnum in universum Israelem per triginta et quatuor annos. Toto eo temporis spatio nihil sibi permisit reliquum cogendis pecuniis, quibus tunc maximè se totum impendit, cùm ædificandi templi Domini consilium ceperat, quanquàm honorem illum servari filio, Domino revelante, didicerat. Bellum intulit Syris, Philisthæis, Ammonitis, Moabitis, Idumæis, et nunquàm adversam fortunam expertus est. Regrediebatur enim semper non gloriâ modò, sed spoliis superatorum regum direptis, raptisque eorum thesauris ovans. Hæc enim constituta tunc temporis belli lex erat, ut devicti regis thesauri, et tota hostilis regionis præda, quin et captivi, ipsi, victori regi manerent. Victos enim hostes veluti captivos habebant, quibus eâ tantùm conditione vita servabatur, ut tributa nec modica planè solverent. Sed quænam regiones illæ victori tributa pendentes ? opulentissimæ sanè, et plerùmque metalli fodinarum feracissimæ. Arabiam totam sibi fecerat vectigalem : quis autem regionis illius, ac maximè Arabiæ Felicis, divitias ignoret (1)? In Idumæâ celebrantur apud profanos, etiam usque post Jesu Christi ætatem fodinæ Phunon; celebrantur et Phœniciæ à Moyse indicatæ Deut. 33, 25, et successu temporis à SS. martyribus frequentatæ, Euseb. Hist. eccl. Cùm tandem superato rege Adarezero totam Syriam ditioni suæ David adjecisset, immanem ex illâ metallorum vim reduxisse, Scripturâ testante 2 Reg. c. 7, v. 7 et 8, intelligimus. Eodem fato subjecti sunt populi transeuphratæi, fœdere juncti Syris et Ammonitis. Tradunt

(1) Plin. l. 6, c. 28 : « In universum gentes « ditissimæ, ut apud quas maximè opes Ro- « manorum Parthorumque subsidant. »

Rabbini Davidem è subactâ Mesopotamiâ auri argentique vim ingentem traxisse, quod et subobscurè indicat Scriptura 2 Reg. 10, 18, 19, ferens hunc regem prælio vicisse ac subegisse Syros de *Rohob* et *Soba*. Quoad opinionem illam Rabbinorum vide Siphre fol. 38; Maimonidem, *Hilcho Thercomi* Th. cap. 1, Halac III.

Profectò, si omnia hæc cumulentur, tributa nempe subjectarum gentium, spolia regum, regni sui jura, et Israelitarum vectigalia, rei familiaris parcimonia, cui per eam ætatem non privati tantùm, sed principes ipsi studebant; si, inquam, hæc omnia simul spectentur, monstri loco facilè non habebitur, si immanes hosce thesauros comparâsse David asseratur. Si quis conferat inter se tributa in Scripturâ descripta, tum et illa quæ à devictis gentibus rex exegisse creditur, is facilè intelliget, eâ solâ ratione divitias in immensum crescere potuisse. Manahem rex Israelis argenti talenta mille Phul regi Assyriorum pendebat, 4 Reg. 15, 16. Arabes, ea nempe Arabiæ portio, quæ ad oram meridionalem maris Mortui pertinet, tributum solvebant Josaphato 700,500 arietes, et hircos totidem, 2 Paral. 17, 11; Ammonitæ Joathamo regi Juda centum talenta argenti, et decies mille mensuras frumenti, et hordei totidem, ibid. 25, 5. Rex Assyriæ tributum imperavit Ezechiæ trecenta talenta argenti, et triginta auri, 4 Reg. 16, 7, 14. Rex Moab tributum dabat regi Israelis centies mille agnos, et totidem lanigeros arietes, ibid. c. 3, v. 4. Quid autem Ammonitarum, Moabitarum, Israelis etiam et Juda seorsùm spectatæ ditiones cum latissimo Davidis regno? Sub eo etenim principe, promissæ Abrahamo à Deo ditionis fide solutâ, 4 Gen. 15, 18, totus fuit tractus inter Mediterraneum et Nilum, ut ipsâ hostium Judaici nominis confessione post plura secula adhuc fama Davidis et Salomonis, tanquàm potentissimorum regum, qui fines regni sui usque ad Euphratem prorogaverint, maneret (1). Scimus etiam ex lib. 2 Reg. 16, 19, et psalmo 49, Mesopotamiam ipsam habuisse; quâ etiam de re conveniunt Rabbini supra citati.

Recitantur in Scripturâ nomina præfectorum Davidis, quibus regiæ gazæ œconomia commissa erat; unde non futilis conjectura ducitur de immanibus ditissimi illius regis reditibus. Erant enim præfecti qui agriculturam curabant; erant et super greges boum, caprarum, ovium, camelorum, asinorum, super vineas etiam, oliveta et ficus. Studebant autem illi, ut agrorum cultura procederet, stata nempe servarentur tempora, et maturi fructus colligerentur; vinum et oleum probè servarentur, ac tandem suo venderentur tempore. Diutinis operis colebantur à subditis agri; quod unum erat ex juribus regum à prophetâ Samuele diductis, 1 Reg. 8, 12. Præter hæc diurna subditorum servitia, pendebantur regi decimæ fructuum et frumenti. Eupolemo etiam auctore jam memorato scimus, Davidem instructas classes misisse *Urphen* in mari Rubro, unde aurum referebat. Tandem ille nunquàm thesauros suos aliò distraxit; frugi enim erat et modestus: *Magnum vectigal parcimonia.*

Quò autem accuratius aliquid de reditibus Davidis intelligamus, thesauros Salomonis, de quibus in Scripturâ nonnihil, mente versare oportet. Porrò ille neque potentiâ erat majori, neque parcimoniâ; regnum, quale à patre acceperat, servabat; singulis autem trienniis classem mittebat in Ophir, quæ dives revertebatur 450 talentis ex auro, lignis, avibus et rarissimis animalibus. Sed hæc Salomonis præfecti non gratis comparabant, at pretio auri, sive mercium permutatione.

Si autem fides sit Eupolemo, paria saltem David præstabat, cùm et ipse classes suas mitteret in Ophir, aurum solummodò referentes, neque enim ipse curiosis aliis mercibus studebat. Si verò huic auctori, ex Scripturæ silentio, fides denegetur, æquum est tamen fateamur, Davidem eas res in suâ regione vendidisse, quas Salomon in alienas regiones mittebat. Si quis immanem illam frumenti, vini et olei copiam, quam Salomon Tyriis cæterisque opificibus templi solvebat, venditioni exposuisset, quos sanè non retulisset thesauros? Patebat Davidi Mediterraneum, ubi tutum commodumque detineret commercium cum Phœnicibus, Ægyptiis, Syris et Philisthæis, ex quo facilis erat via vendendi non infimo pretio camelos, asinos, boves; oves, vinum, frumentum, oleum, fructus, non è suo fundo tantùm, sed etiam ex tributis collecta.

Irrefragabili Scripturæ testimonio compertum est, tantùm opes Israelitarum sub Salomone crevisse, ut *argentum in diebus illis pro nihilo reputaretur*, 2 Paral. 9, 20, *et tanta esset abundantia argenti in Jerusalem, quanta et la-*

(1) 1 Esdr. 4, 20: *Nam et reges fortissimi fuerunt in Jerusalem, qui et dominati sunt omni regioni, quæ trans fluvium est; tributum quoque, et vectigal, et reditus accipiebant.*

pidum, ibid. v. 27. Sint autem hæc per exaggerationem et hyperbolicè dicta; re tamen immanem regni opulentiam produnt, satisque demonstrant, satis fuisse tunc temporis vulgare in eâdem regione argentum. Sed nec obscuro sunt hæc indicio, Davidem tantam comparâsse opum vim, quæ regni miram illam opulentiam faceret. Quî enim fieri potuisset unquàm, ut Salomoni omnia suppeterent, quæ nempe profunderet in ædificia, exercitus, currus, domesticos, utensilia, hortos, equos, mensam item regiam, uxorum copiam, quas totidem reginas dixisses, Cant. 6, v. 7, et erga quas adeò ferebatur; quî, inquam, fieri potuisset, ut post ingentes adeò sumptus, adhuc tamen tot tantique superessent thesauri, nisi immensi penè ex patriâ hæreditate filio provenissent? Neque enim filio major erat quàm Davidi ditio, ampliores fundi et proventus. Quanta quanta autem esset regis opulentia, adhuc tamen vastissimo operi imparia fuerunt regis æraria, cùm in ipso ædificandi ardore centum et viginti talenta ab Hiramo rege Tyri mutuò acceperit, 3 Reg. 9, 14, et post obitum Salomonis immodicis vectigalibus oppressos se ab illo Israelitæ conquererentur, ibid. 12, 4.

Sed eia ad proventus Salomonis explorandos propiùs accedamus. In 3 Regum 10, 14, hæc legimus: *Erat autem pondus auri, quod afferebatur Salomoni per annos singulos, sexcentorum sexaginta sex talentorum auri, excepto eo quod afferebant viri qui super vectigalia erant, et negotiatores, universique scruta vendentes, et omnes reges Arabiæ ducesque terræ.* Hæc sexcenta sexaginta sex auri talenta reddunt 46,297,802 libras. Putat autem Villalpandus, de Templo, tantùm auri ex tributis devictarum gentium collectum esse; quare, inquit, præter hæc, in æraria regia inferebantur singulis annis ex vectigalibus duodecim tribuum 1411 auri talenta; insuper singulis trienniis ex classe Ophireticâ accedebant 450, sive 420 talenta auri. Quid verò portoria Israelitici cæterorumque subjectorum regnorum, argenti ærisque fodinæ, mercium decimæ, proventus ex Arabiâ, atque ex præfectis provinciarum, qui sanè multùm hæc omnia superabant? Quæ cùm ita se haberent, non planè inviti credimus, Davidem solido quadraginta annorum regni spatio potuisse centum millia auri talenta et decies centena millia argenti in regios thesauros inferre, cùm et pares haberet reditus iis quos Salomon, et minores planè sumptus. Confert ad eam rem testimonium Eupolemi tradentis apud Euseb. præp. l. 9, c. 34, impensa à Salomone in opus duarum æncarum columnarum et templi 4,600,000 talentorum auri, in clavos verò aliaque opera 1232 talenta argenti, quæ planè summa relictos à Davide thesauros magnoperè superat. Sed Villalpandus de Pond. disp. 4, l. 2, c. 33, utramque, et Scripturæ et Eupolemi, auctoritatem conciliat, annotans Eupolemum Græcum scriptorem talentum quidem argenti probè nôsse, nescire verò quid rei esset aureum talentum, cujus nulla est apud historicos Græcos mentio. Quare cùm de aureo talento agit, præ oculis habet talentum argenteum Atticum, ad auri pretium redigens totum id quod in ædificium templi erogatum est. Talentum Atticum duplò minus erat Hebraico, atque duodecim argentea talenta aureum unum reddebant. Ita 1,000,000 talenta argentea Hebraica reddunt Attica 2,000,000, et 100,000 talenta auri, per duodecim multiplicata, quò summa talentorum argenti reddatur; deinde tota summa duplicata, ut talentis Atticis respondeat, refert 2,400,000, quod cum Eupolemi calculis congruit. Si quis accuratius aliquid voluerit, auctorem adeat.

Ut ultima dissertationi manus imponatur, reliquum est, ut exempla similium, quin et majorum divitiarum afferantur. Quidni enim potuerit David, quod alios, nihilò majori censu, potuisse constat? Sardanapalus rex Assyriæ, auctore Ctesiâ, in urbe metropoli obsidione arctissimâ clausus, cùm ad ultimas angustias redactum se intelligeret, ingentem pyram incendit, qui quidquid divitiarum haberet, totum igne absumendum tradidit, ne quidquam in manus hostium veniret; deinde se in pretiosissimum rogum conjecit. Absumpta sunt eo igne 150 lecti aurei, totidem aureæ mensæ, 1,000,000 talentorum auri, et decies totidem argenti, cum vestibus pretiosissimis, purpureis pannis, aliisque id generis. Præter hæc, ineunte obsidione, filios suos è Ninive subduxerat, dato illis commeatu 3,000 talentorum auri. Exaggeret quis modò pro arbitrio ditionis hujus regis, et imperii Assyrii amplitudinem; contendimus enim, nihilò angustiorem fuisse Davidicam ditionem, quæ insuper exquisitiori culturâ soli, et incolarum numero, Assyriam superabat. Fatetur Josephus lib. Antiq. 7, c. 12, neminem unquàm orbis principem, sive apud Hebræos, sive apud exteros, Davidicis locupletiores thesauros reliquisse. Insuper ibid. et l. 16, c. 2, et

lib. 1 de Bello, c. 4, testatur illatas in sepulcrum ipsius divitias planè ingentes, quas deinde effossas narrat.

Thesauri, quos inventos narrant in novo orbe, fidem sanè adstruunt iis quæ de thesauris Davidicis in Scripturâ narrantur. In urbe Peruanâ parietes templi aureis laminis obducti nitebant, quibus fulgor accedebat ex insertis smaragdis et cyanis. Solis simulacrum fulgore pretiosi metalli oculos perstringebat; fons propè templum spectabatur, cujus tubi et urnæ solido auro conflatæ erant. Hortus templi in urbe Cusco, auro totus et argento distinctus; iisdemque nitebant metallis horti regiæ domûs in eâdem regione. Innumeræ enim propemodùm arbores, plantæ, flores, ex solido auro argentoque dispositi erant, nec viliori metallo expressa reptilia, aves, et cujuscumque generis animalia. Patebant campi aureis seminibus sati; totam verò ambiebant messem aureæ sepes, ex virgis ejusdem metalli intextæ. Spectabantur statuæ proceræ hominum utriusque sexûs et puerorum, horrea etiam aureum triticum condentia; omnia ex solido auro. Vasa templi cætero cultui respondebant; neque viliora instrumenta in usum agricolarum. Cæterùm fana omnia urbis Peruanæ nihil huic concedebant, uti et parùm aberant regiæ Incasiorum ædes; ubi illud singulare spectabatur, quòd continendis lapidibus, pro cæmento, aurum, argentum et plumbum simul fusa fuerint.

Atabalipa, Peruanus rex, obtulit Pizarro Hispanorum militum imperatori, in suæ redemptionis pretium, tot auri argentique vasa, quot continere posset ea aula quò venerant collocuturi, vel, juxta alios, quot caperet atrium quadratum palatii *Caxamalcæ*, ad eam usque altitudinem cumulata, quò manus extenta pertingeret. Oblationem accepit Pizarrus, nec promissis defuit Atabalipa, quanquàm nec his contentus Hispanus, urbe Cusco direptâ, tantam auri prædam hausit ut magnoperè ipsam regis oblationem superaret.

Ædes magni Mogolis, teste Mandeslo, quatuor circiter leucarum circuitum habebant, nec regis æraria minoris, quàm 1,500,000,000 nummorum scutatorum æstimabantur: proventus annui, juxta Herbertum, ad 250,000,000 pertingunt. Sinarum regi annuum censum tribuunt 150,000,000 scutorum; ac memoriæ proditum est à P. Grubero, in obitu ejus principis in eodem illius rogo cremari thesauros ipsius omnes, quos in obitu cujusdam è novissimis regibus pervenisse ait ad 40,000,000,000 igne consumpta. Quæ si vera sint, apertissimè planè demonstrant potuisse Davidem quadraginta annorum spatio centum millia auri talenta, et decies centena talentorum argenti cumulâsse, in amplissimo planè regno, eoque ditissimo, tum incolis frequentissimo, post relatas maximè tam multas de hostibus victorias, et opima spolia, adjectis tributis, tantâque regis parcimoniâ.

Nihil moror divitias totâ antiquitate celebratas, Midæ et Crœsi; facilè enim fabulosa vetustas adjecit aliquid veritati. Narrant nihilominùs, « Cyrum, devictâ Asiâ, pondo (auri) « quatuor et triginta millia invenisse, præter « vasa aurea aurumque factum, et in eo folia, « ac platanum, vitemque. Quâ victoriâ, argenti « quingenta millia talentorum asportavit, et « craterem Semiramidis, cujus pondus quindecim talenta colligebat. » Plin. lib. 33, cap. 3. Apud eumdem auctorem legimus laquearia, fornices aureos, argenteas trabes, columnas, pilas in ædibus Salaucis regis Colchidis.

Quod ferendum sit judicium de thesauris regum Persarum, ex Athenæo, lib. 12, discimus. Assurgebat in regiis ædibus aurea vitis et platanus, et in cubiculo ad regii cubilis caput, servabantur quinque millia talentorum auri, et in alio conclavi ad cubilis pedes, tria millia ex argento continebantur. Quotidiè in aulâ regiis impensis ac mensâ alebantur quindecim hominum millia, erogatis in eam rem quadringentis talentis in singulos dies, nempe 337,781,950 libris in singulos annos, et 925,430 in singulos dies. (Vide Athen. lib. 3, cap. 10, et Herodot. lib. 7, cap. 117, 118, 119.) Rex Artaxerxes, apud Plutarchum, vota nuncupans pro incolumitate Atossæ uxoris suæ coram Junone, solemniter fidem suam, tactâ humo, quæ jurisjurandi solemnis est formula, obligavit, tantùm se auri, argenti, purpuræ et equorum per manus amicorum et satraparum in sacra templi æraria illaturum, quantùm interjectum inter templum et regias ædes spatium caperet. Porrigebatur autem spatium illud ad 16 stadia, nempe 375 passus.

Minor est hæc divitiarum narratio eâ quam de Alexandri Magni thesauris ferunt scriptores. Invictus ille rex, teste Q. Curtio, lib. 3, ex Damascenâ regione retulit bis mille ac sexcenta talenta argenti signati, et pondus 500 talentorum rudis argenti, cum 7000 equis, sive mulis onustis. Cùm autem Susas venisset, oblata regi narrat Arrianus 1500 talenta ar-

genti cusi ; addit Q. Curtius par argenti gravis pondus ; sed Diodorus Siculus pervenisse hanc summam tradit argenti gravis ad 40,000 ampliùs talentorum, et auri in Daricos cusi ad 9000 ; Plutarchus verò habet 5000 talentorum argenti, et purpuræ ad 40,000 talentorum.

Occupatâ Persepoli, in regium ærarium illata sunt 120 millia talentorum, teste Diodoro et Curtio lib. 5, cap. 13. Ex Perside et Susis retulisse illum 40,000 talenta, auctor est Strabo lib. 16, vel, juxta alios, 50 000. Sunt etiam qui scriptum reliquerint, totam argenti summam Ecbatana redactam, ascendisse ad 180,000 talenta, præter id, quod Babylonem delatum est, et 8000 talenta à Darii interfectoribus sublata.

Post prælium ad Arbelam, oblata sunt Alexandro 3000 talenta argenti, teste Arriano, vel 6000, juxta Curtium, in castris Darii inventa. Diodorus, lib. 17, testatur, in ærariis Ecbatanorum non minùs quàm 120,000 talenta auri fuisse, cùm Alexander urbem invasit. Plura etiam invenisse in thesauris Babylonis inde colligimus, quòd ex occupato ibi thesauro, singulis equitibus exercitûs sui rex sex minas, externis verò equitibus quinas, peditibus duas viritim distribuerit (1). His omnibus thesauris inspiciendis triginta, vel quadraginta dies insumptos narrant. Accesserunt his sex milia talentorum argenti ex Pasergade recepta. Erant Dario præterea septem vel octo millia talentorum ab interfectoribus ipsius regis sublata. Quanquàm verò ea summa fuerit imminuta, adhuc tamen æraria victori reservârunt 13,000 talenta, ab Alexandro inter copias suas distributa. Præfectus Ægypti opima hæc spolia 800 talentis et omnibus supellectilibus Darii cumulavit. Hæc omnia in unum collecta summam excedunt 185,000 talentorum argenti, relictis thesauris Babylone inventis et inter milites distributis, et 129,000 talentorum auri. Stylus deficit Polybio, lib. 10, magnificentiam pariter et superbiam regum Ecbatanorum descripturo. Cedro omnia et cupresso induebantur ; auro etiam vel argento obductæ erant trabes, laquearia, fornices, columnæ porticuum, et peristylia ; aureæ et tegulæ culminis. Harum laminarum plerisque ætate Alexandri Magni avulsis, plures etiam sub aliis post ipsum regibus manserunt ; et Antiochus Epiphanes in templo deæ Anneæ, sive Anaidis, columnas adhuc spectavit auro obductas, tegulas argenteas, lateres aureos et argenteos longè plures, quæ omnia in pecuniam, summâ 4000 talentorum, excudit.

Talenta illa Attica erant, nempe 2400 librarum monetæ Gallicæ. Porrò omnia hæc exempla, adjectâ et insuper amplitudine ditionis Davidicæ, et aliis quæ regi suppetebant, cogendarum divitiarum commodis, lectores revocant ad fidem Davidicæ opulentiæ, omnemque removent à sacris libris suspicionem corruptionis et exaggerationis. (CALMET.)

(1) Minæ valor 97 erat lib., 6 sol., 10 den. et dim. monetæ nostratis.

DE TEMPLIS VETERUM

Dissertatio.

Nulla apud homines religio subsistere unquàm potest sine cultu aliquo sensibili, externarumque cæremoniarum ritu, cujus exercitio, veluti tesserâ quâdam, veræ religionis cultores inter se convenientes ab exteris discernantur (1). Quare non immeritò credimus templa et loca religiosa, quò simul homines ejusdem religionis coirent, ipsi mundo æquæva, pares cum illo natales sortita fuisse ; quippe quæ portio sunt religionis naturalis, atque supremi et absolutissimi hominum officii necessariæ quædam consecutiones.

Templorum tamen necessitas non quidem ex Dei naturâ, sive inopiâ aliquâ, neque ex ipsius aliquo præcepto consequitur. Nam ea licet loca Numinis majestas insideat maximè, et clementiæ atque præsentiæ suæ majora ibi exhibeat documenta, detrahunt cæteroqui aliquid majestati et gloriæ, quæ simul omnia Numine suo implet, cùm nullis ex se limitibus

(1) Augustinus, lib. 19 contra Faust. : « In « nullum nomen religionis seu verum, seu fal- « sum, coagulari possunt homines, nisi aliquo « signaculorum, seu sacramentorum visibili « consortio colligantur. »

clausum ad certos quosdam limites redigere, eumque, qui omnia simul unico intuitu lustrans ubique præstò est, intra certi loci angustias continere videantur. Quare construendorum templorum, et nominis illis imponendi, domorum Dei, primus auctor non satis augustæ Numinis majestati consuluisse non modò à nobis, sed à profanis ipsis creditur. Sic Zeno apud Clem. Strom. lib. 5: « Non opus est fana « ædificare. Fanum enim quod non sit magni « pretii et sanctum, nihil est existimandum. « Nullum autem magni pretii et sanctum est « ædificatorum opus, et illiberalium opifi- « cum. » O stupidi profectò mortales, inquit Heraclitus, dicite quid numen illud fuerit, quod vos intra murorum angustias clauditis? Latetne vos, Deum neque corpore constare, neque opus esse manuum hominis, sed totum sibi mundum templi loco dedicâsse? Privata illa templa omnia interdixit Plato lib. 12 de Legibus; nam, ait, totus mundus diis omnibus commune est templum. Si quæ autem ille ædificanda diis templa permitteret, ab iis volebat aurum, argentum, ebur, ferrum, æs omne abesse. Veteres PP., quibus vitio vertebant pagani nulla habuisse Dei templa, reponebant, se peculiaribus carere, quòd unicum haberent verum Dei templum mundum universum; sicut et delicias Numinis non loca muris clausa esse, sed hominum animos. « Nonne, « addit Arnobius, lib. 6 contra gent., prima et « maxima contumelia est habitationibus deos « habere districtos? » Salomon post excitatum Numini templum multò quàm cætera quæcumque augustissimum, ultrò fatetur 3 Reg. 8, 27: *Cœlum et cœli cœlorum te capere non possunt; quantò magis domus hæc, quam ædificavi!* Deus ipse quid de templis sentiendum nobis sit, docet Isaï. 66, 12: *Cœlum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum; quæ est ista domus quam ædificabitis mihi? et quis est iste locus quietis meæ?* David consilium inivit augusti Domino templi construendi; Salomon pium illud opus perfecit: *Sed non Excelsus in manufactis habitat,* Act. 7, 47.

Nostræ igitur indulgens tenuitati Deus, nostrisque commodis serviens, orationis loca sibi consecrari passus est, ubi à mortalibus oblata sacrificia accipiens et vota, dùm nostrorum nos memores sumus officiorum, beneficia ille impertiri non cesset. Non idcircò nos templa excitamus, ut à temporum injuriis, pluviis, ventis, procellis Deum tueamur (1); neque enim ministrorum atque sacerdotum indigens, eos à nobis reposcit. Nos eâ ratione debitis consulimus nostræ religionis officiis; mentes ibi nostras ad illum erigimus, insitamque erga Numen reverentiam et obsequium altiùs imbibimus. Denique totus cæremoniarum apparatus, et extrinseca religionis gloria internæ religioni servit; atque visibile istud templum ædificationem occulti in animis nostris templi juvat; ubi sanè in spiritu et veritate Deus, qui hoc unico delectatur obsequio colitur.

Primi illi mortales in religionis exercitio minùs externam pompam fastumque curabant; cultus erat illis simplex et purus, sincerior religio, atque in arcano mentis recessu se continens, minùs exteriùs sese prodens. Pii illi et religiosi viri paucis externæ religionis summam complexi, intimis animi obsequiis se totos addixerunt. Rara tum temporis loca religiosa, ubi Altissimo litaretur, neque usu adhuc probata templa, successu temporis dedicata. (Euseb. Præp. lib. 1, cap. 5.) Externorum rituum copia nondùm intimos, pii animi sensus, et quod est in religione præcipuum obruerat; neque monstrum illud adhuc apparuerat, ut quod inferiùs est, potissimum locum obtineret. Ante diluvium aris tantùm erectis totum conficiebatur; nec major fuit religionis apparatus diù post ea tempora. Abel, Noe, Abraham, Isaac, Jacob, viri illi profectò religiosissimi, nulla tamen adhuc templa nôrant. Altare simplex, in loco puro et seorsùm posito erectum, absque simulacris, ornamentis, opibus Deo statuebatur; circùm habebat vel lucum, vel horrorem aliquem religiosum, vel saltem in edito colle eminebat: eò fideles colligebantur, ut officia sua Domino præstarent.

Nec magis constat, utrùm victimarum usus ante diluvium obtinuerit; facilè enim res usque post permissam Noemo escam ex animantibus dilata est. Tum ille concessam sibi etiam facultatem offerendi sanguinem et carnem victimarum reputavit. Ante hæc tempora ex annuis proventibus aliquid Domino dedicabatur, primitiæ fructuum, lac, adeps et armentorum lanæ. Hæc docet Scriptura de religione ejus ætatis. Hæc veteres tradunt, primævam illam religionem celebrantes, veluti cujus san-

(1) « Non idcircò attribuimus diis templa, « tanquàm humidos ab his imbres, ventos, « pluviasque arceamus, aut soles, sed ut eos « possimus coram et cominùs intueri, affari de « proximo, et cum præsentibus quodammodò « venerationum colloquia miscere. » Arnob. lib. 6 contra gent.

ctitati, simplicitati et innocentiæ nihil esset reliquum. Altaria olim, canit vetus poeta, nullo taurorum sanguine cruentabantur. Pecus aliquod de grege neci tradere, ut carnes in escam pararentur, nefas habebatur; aberant thura; procul victimæ cruentæ; oleribus litabatur, priùs in altum elevatis, veluti ut essent in oblationem Auctori naturæ, deinde igni impositis. Religio hæc adeò frugi facilè sine templorum et ingentium molium fastu ministrorumque satellitio agebatur. Aræ ipsæ simplices, et solâ religione ornatæ. Quam Jacob, visione recreatus in Bethel, cùm iret in Mesopotamiam, erexit, rudi constabat lapide, quem ille capiti suo supposuerat. Ex lapide in altare statim transivit, simplici oleo dedicatum, Gen. 28, 18. E Mosopotamiâ verò rediens locum repetiit, voti antea nuncupati reus, ibique decimas omnium bonorum persolvit. E rudi pariter lapide altaria Domini fabricanda Moyses edixit. Exod. 20, 25, Deut. 27, 5.

Abraham venerationem conciliaturus altari à se excitato in Bersabee, lucum circa illud sevit, Gen. 21, 33, quod ejus ætatis more veluti templi quoddam genus habebatur; eumque locum, religionis atque sacrificiorum causâ, unà cum totâ familiâ frequenter adibat. An hæc ille è Chananæorum, quibuscum habitabat, religione derivârit, vel potiùs intimum animi ductum, Deique intimè monentis imperium in eo luco serendo secutus fuerit, incertum. Sed planè constat, nihil post aras vetustius occurrere, quàm lucos religiosos. Nihil apertum in Moyse de templis; frequenter verò de lucis, idolis consecratis. Imperat Israelitis, ut aras omnes subvertant, vastent lucos, destruant monumenta sacra, sive Chananæorum statuas; nihil tamen uspiam habet de templis: habuisset autem, si frequentia in regione fuissent. Et quidem nunquàm legimus, in devictis citra Jordanem regionibus templa ulla ab ipso eversa, quamvis totus ille tractus cultui numinum Phegor, Moloch et Chamos addictissimus esset.

Profectò numinibus illis nulla fuisse templa videntur præter lucos, sive ædiculas vel tabernacula, quibus eorum statuæ circumferebantur, uti Amos describit vers. 26: *Portâstis tabernaculum Moloch vestro, et imaginem idolorum vestrorum, sidus Dei vestri, quæ fecistis vobis.* Sunt etiam, qui in dubium revocaverint, an statuæ ipsæ moribus earum gentium receptæ fuissent. Veteres, agentes de primis illis idolis Arabum, inter quos Moabitæ et Ammonitæ censebantur, illa pingunt tanquàm rudes lapides essent, sive ferro expoliti, sed non in simulacrum humanum effícti. Vetustissima Phœnicum numina virgæ erant, vel hastæ et columnæ in honorem deorum erectæ, ait Sanchoniaton, seu Porphyr. apud Euseb. Præpar. lib. 1, cap. ult. Idcircò, ait Trogus, nostrâ ætate obtinet, ut hastæ sive sceptra manibus numinum imponantur: « Nam ab origine rerum pro diis immortalibus veteres hastas « habuêre, » ait Justinus, lib. 48. Apud Josephum, cont. Appion. lib. 2, mentio inducitur de columnis pretiosis, in veteri templo Tyri consecratis. Septuaginta plerùmque reddunt vocem Hebræam *Matzaba,* quam alii *statuas* interpretantur, reddunt, inquam, *columnas*, quod sanè meliùs vim originalis nominis exprimere videtur.

Satis etiam constat de vetustate cultûs sacris lucis, non minùs quàm idolis in iisdem locis erectis, exhibiti. Gedeon lucum Baalis vastavit, Judic. 6, 27, et reges Israelis et Juda vicissim plures numinibus consecraverunt, quos tandem ab aliis regibus succisos, eversis simul aris et idolis, scimus. Non aliunde sanè oriebantur scelera illa et abominationes quas non rarò prophetæ Judæis exprobrant. De lucis circa templa Ægyptiorum positis sermo est apud S. Clementem Alexandrinum. Templum Jovis Ammonis circùm ambiebat lucus, uti et templum Carthaginis, de quo Virgilius:

Lucus in urbe fuit mediâ.....

Quidam etiam luci sacri in Arabiâ à geographis describuntur, inter quos celebratur lucus palmarum, qui ipsissimus esse vulgò creditur lucus Elim, ubi Israelitæ castrametati sunt post transfretatum Erythræum. Locum cuidam numini sacrum custodiebat sacerdos duplex, mas nempe et femina, teste Strabone, lib. 16. Celebratur apud eumdem lucus Daphnes in suburbiis Antiochiæ, ubi oraculum Appollinis et Dianæ. Apud Indos religiosæ erant arbores, quarum sanctitatem nemo non maximè impius violâsset. Apud Græcos par erat cultus in quercus, et in oracula Dodonæi. In monte Vaticano, ait Plinius, lib. 16, cap. 11, vetustior erat urbe ilex, ante conditam urbem sacra. Erant et vetustissimæ arbores, vittis redimitæ, quibus ipse de se Arnobius, lib. 1, testatur, sese ante ejurata idololatriæ sacra cultum impendisse. Priscis Gallis, quod scimus, pro templis luci tantummodò erant, in quibus erectæ rudi opere statuæ super arborum truncos, pro basibus constitutos stabant. Lucan.:

. . . *Simulacraque mœsta deorum*
Arte carent, cæsisque exstant informia truncis.

Germani, rudis olim gens, sapienter tamen fas non esse « cohibere parietibus deos, neque « in ullam humani oris speciem assimilare ex « magnitudine cœlestium arbitrabantur, » ait Tacit. de Moribus German. Nec tamen deerant genti numina et statuæ, sed *ex stipitibus rudibus et impolito lapide*. Hæc autem signa *detracta lucis in prœlium ferebant;* templis carebant, defectum supplentibus lucis, quorum horror et silentium pro Deo ab eâ gente habebatur. Quot insuper florentissimi populi diù sine templis, aris et statuis manserunt! Cùm Celsus in Christianos scriberet, seculo nempe Christi secundo, omnis Scytharum et Nomadum Africanorum, ac Serum religio veterem hanc disciplinam referebat. Eodem jure censebantur olim Persæ, qui sub dio in editis collibus, non statuis, sed cœlo, aut lunæ, aut soli, quin et ventis, aquæ, igni, telluri litabant, ratique Deum animâ et vitâ animantis tantùm delectari, reliquum victimæ inter se dividebant. Xerxes et Cambyses, reparando numinum honori, quibus irrogatam injuriam dictitabant, cùm temerariâ religione in templo clausa detinerentur, omnia subrui templa, alter in Græciâ, alter in Ægypto jusserunt.

Persarum templa perquàm similia sunt *Chamanim* Scripturæ, quæ loca erant sub dio, murorum tantùm ambitu clausa, ubi in honorem Solis ignis perpetuus nutriebatur : unde apud Strabonem non rarò *Pyreiorum* nomine designata sunt. Exstant autem in Oriente ex iis ædificiis quædam, veteris superstitionis documentum, Soli, ut vulgò creditur, consecrata.

Post arbores et lucos nihil, quod sciam, in profanâ religione vetustius ædiculis gestatoriis et laribus. Ex his laribus creduntur *Teraphim* Labani. Ad ædiculas referenda censeo tabernacula Moloch, quas Israelitæ per desertum secum in itinere detulerunt, et Ephod Gedeonis et Michæ. Frequens illarum erat in Ægypto usus. Quotannis ædicula Jovis trans Nilum devecta in Libyam deferebatur, tum post aliquod tempus in Ægyptum restituebatur, teste Diod. Sicul. apud Euseb. Præpar. lib. 10, c. 8. Narrat Q. Curtius libro 4, sacerdotes Jovis Ammonis numen aureæ navi, ad utrumque latus plurimis lancibus argenteis appensis ornatæ, imponere consuevisse. Isidis simulacrum gestabant humeris sacerdotes, umbellâ sericâ super caput pendente, nec aliter quàm super humerum ministri vehebatur vacca illa sacra; ministri, inquam, gravi interim passu, quasi numinis majestatem æmularetur, procedentis. Apud Baruch, 6, 3, sermo est de numinibus quibusdam Babyloniis, quæ velo tecta purpureo, solemni apparatu circumferebantur. Eustathius in Iliados 1 tradit consuevisse apud veteres templa plaustris imposita deferri. Hæcne ad imitationem arcæ et tabernaculi Domini, profanorum moribus usurpabantur? an Deus genio, indoli, et habitudini Judæorum indulgens, consecrari sibi veterem hanc Ægyptiorum superstitionem voluit, cujus superstitionis in Ægypto acceptæ illi memoriam altè retinebant?

Ex more deferendi numina in plaustris, equis, sive humeris imposita, tum et ex domesticis illis sacellis, sensim obtinuit ingens ille templorum numerus, seu potiùs ædicularum, thecarum, vel sellarum gestatoriarum, quas in totâ antiquitate frequentes legimus. In Actis 19, 24, mentio inducitur de ædiculis argenteis Dianæ Ephesinæ, quarum ingens instituta erat Ephesi negotiatio. De ædiculis Plinius frequentissimè l. 36, c. 5; de thecis aureis ab Osiride dedicatis Jovi, aliisque numinibus adeas Diodorum Siculum Bibl. l. 1. Apud Herodotum, ibid. l. 10, sermo de statuâ Solis plaustro devectâ in urbe Papremide, jumentorum officio viris fungentibus. Vetus Jani templum ædicula erat ænea, quadrata, binis instructa foribus æreis, quæ, cùm pacatum esset imperium, claudebantur. Porrò ænei hujus sacelli tam sublime erat fastigium, ut numinis simulacrum stans, ad quinque pedes tantummodò assurgens, contineret. Julio Cæsari « aurata « ædes ad simulacrum templi Veneris genitri« cis collocata est, » ait Suetonius in Jul. c. 84. Memoriæ etiam proditum est de æneâ Jovis ædiculâ Spartæ, teste Pausan. in Lacon., et de aliâ Delphis dedicatâ; ac tandem de Minervæo Romæ, ejusdem operis et materiæ.

Frustra verò quis certam ædificatorum primitùs templorum epocham quærat. Jam inde à vetustissimâ ætate cœpisse morem constat : sed ea est antiquissimarum consuetudinum indoles, ut originem habeant obscuram, cujus inductæ honorem variæ sibi gentes vindicent. Planè, si eo nomine designatum voluerimus locum quemcumque Deo sacrum (1), vel ille

(1) Servius in 4 Æneid. : « Templum non « solùm quod potest claudi, verùm etiam quod « palis, hastis, aut aliquâ tali re, et lineis, aut « loris, aut simili re septum est. »

cancellis sepiretur, vel muris, vel coriaceis ligulis, vel sub dio expositus pateret, vel culmine tegeretur ; si, inquam, ea omnia nomine templi usurpentur, ipsi coæva religioni templa credi par est. Luci circùm altare sati; loca cœli injuriis patentia et circumsepta, ubi in honorem Solis perpetuus ignis detinebatur ; septa sudium, uti de templo Gaditano Herculis memoriæ proditum est, apud Sil. Ital. l. 3, et Junonis in insulâ Samo ad amnem Imbrasum, auctore Strab., l. 3, templi nomine jure censentur ; non secùs ac tabernaculum Dei Israelis, junctis simul asseribus constans, atque velamentis opertum. S. Clemens Alexandrinus Strom. l. 5, obtinuisse refert apud sacerdotes Ægyptios, ut Minervæ ædes ædificarent sine tecto patentia, et absque simulacris. Hæc omnia sub unicum templi nomen veniunt. Sed nobis in præsentiarum origo templorum exquirenda est, quæ ad modum ædium ædificata suo teguntur culmine, ut ab injuriis numina tuerentur, quo populi in religionis cœtus coirent.

Templa sanè ita usurpata suam facilè debent originem simulacris et idolis, quibus spiritale numen caducis velatum exuviis, in sensibilium rerum censum ita redactum est, ut culmine templis imposito laborandum esset mortalibus, ut injurias aeris et temporis ab eo propulsarent. Porrò rudes illi homines aspectu tantillorum materialium numinum recreabantur ; quare visum est, certo aliquo in loco Deum detinere, ut semper hominum indigentiæ præstò esset, et obsequiis pervius. Quamdiù aliter de Numine sensêre, quòd nempe immensum, infinitum, omnia replens loca, et nullibi non præstò haberetur, tunc neque templa, neque religiosas ædes condere homines laborârunt. Ubique Dei majestas et sentiebatur et colebatur.

Cautiorem eâ de re populum suum fieri Deus Israelis voluit, cùm sibi templum ædificari postulantibus permitteret. Professus est enim, se cœlum et terram suo Numine implere, longèque proinde abesse ut in constructis humanâ industriâ ædificiis contineretur ; indulgere se tamen voluisse instabili imperitæ gentis ingenio, ut scilicet fixum aliquod haberet certumque templum, neque pro arbitrio per alia finitimarum gentium numina vagaretur. Unicum tamen sibi erigi statuit, quo Numinis singularitas magis magisque ostenderetur. Eò venire jussit populum semel, iterùm ac tertiò singulis annis, tanquàm præstandis vero et legitimo Domino obsequiis. Cavit tandem, ne alibi quàm in templo sacrificia offerrentur, etiam atque etiam contra deorum pluralitatem atque idololatriam populum suum præmuniens. Quare templum illud velut aula regis et summi totius Israelis moderatoris habendum erat, quò convenire populi in obsequium regis jubebantur.

Antequàm tamen condendi templi vero Deo consilium caperetur, plura jam sibi construi dæmon curaverat, in Ægypto maximè, constitutæ primùm idololatriæ sede. Sunt etiam qui ante diluvium ædificata quædam astris crediderint, quem sanè cultum ab Enos invectum ferunt. Templi deæ Syriæ originem ad Deucalionem, cujus ætate diluvium contigit, referri à nonnullis, Lucianus est auctor. Porrò Deucalion non rarò pro Noemo usurpatur ; quare vir pius templorum primus auctor credendus esset. Sed quid Noemo tribuendum sit, ex Genesi 8, 20, intelligimus : *Ædificavit Noe altare Domino*, post diluvium ; nihil hìc profectò de templo. Constitutorum in Ægypto templorum honor Osiridi tribui à Diodoro, libro 1, videtur ; narrat enim, Osiridem, deinde inter primores regionis deos habitum, templum erexisse augustum et magnificum utrique parenti, Jovi nempe et Junoni ; geminas insuper ædiculas aureas Jovi consecrâsse : ampliorem Jovi cœlesti, minorem alteram Jovi Ammoni ; adjecisse insuper alias aureas aliis numinibus, Arnobius advers. gentes lib. 6, mavult à Phoroneo, sive Merope templa Ægyptia repetenda. Porrò Phoroneus Abrahamo coævus creditur ab Eusebio, qui Apim ejus successorem circa Isaaci tempora consignat. Artapanus, apud Euseb. lib. 9 Præpar. c. 23 et 29, Lysimachus, Josephus et Rabbini, templa jam inde à Moysis ætate familiaria in Ægypto fuisse credunt, ex quibus templa Athos et Heliopolis ab Hebræis, cogentibus Ægyptiis, ædificata, Artapanus est auctor. Addit insuper, in ipso articulo secessionis Israelitarum ab Ægypto, omnia simul regionis templa corruisse, et in obsequium virgæ Mosaicæ, de quâ mira ferebantur, plures similes virgas Ægyptios in templis omnibus consecrâsse. Lysimachus, apud Joseph. cont. Appion. l. 1, narrat, Moysem unà cum Hebræorum exercitu templa omnia, quæcumque obvia habuerunt in itinere, subruisse. Illud Exodi 12, 12 : *In cunctis diis Ægypti faciam judicia*, ita interpretantur Judæi, quasi omnia Ægyptiorum templa Israelitæ ab Ægypto secedentes subverterint. Josephus Antiq. l. 4, c. 8,

ita Deum Israelitas alloquentem inducit : Jubeo vos igne et ferro vastare lucos, aras et templa Chananæorum, ut ne vestigium quidem supersit. De templo, vel æde Phegor sermo est in Deuteron. 34, 6, et in Josue 15, 41. Ibidem etiam mentio incidit *Bethsames*, quæ facilè nomen à templo Solis accivit. Plura sub judicibus occurrunt in Chanaanitide templa, ut Baal-Berith, Dagonis, et alterum à Samsone in urbe Gazâ subversum, Judic. 16, 27.

Quanquàm hæc ita se habeant, illud tamen constat, nunquàm apertam templorum mentionem apud Moysem legi; vocem enim *Bethphegor*, seu templum Phegor, in Deuteronomio adjectam esse constat, cùm opus post obitum legislatoris recenseretur. Sermo apud ipsum tantùm occurrit de lucis, aris, collibus, monumentis et Chamanim, nempe claustris Soli dicatis, ubi ignis perpetuus detinebatur, quemadmodùm in Leviticum 26, 30, animadvertimus. Facilè etiam credimus, nulla fuisse in Ægypto eâ ætate templa, exceptis ædiculis, vel gestatoriis thecis, plurimùm quidem et formâ et usu ad tabernaculum Domini accedentibus. Neque inviti suspicamur eos qui vetustissimam templis originem asseruerunt, vulgatum secutos esse errorem, quo religioni, regno, urbi, templo totam vetustatem conciliant iis rebus debitam, quibus ipsa substituta sunt. Exemplum suppetit in templo deæ Syriæ, quod teste Luciano alii à Deucalione repetebant, alii à Semiramide, vel Atte, vel Baccho; quanquàm affirmat, templum illud, quale ipse spectavit, vetustius non fuisse Combabo, viro sanè illis omnibus recentiore. Id tamen, inquit ipse, nihil vetustatem hujus templi præ cæteris omnibus totius Orientis minuebat, cùm super alterius rudera constructum diceretur, vel saltem juxta vetus aliud templum fortassè gestatoriis ædiculis deæ Syriæ successerat. Quidquid tamen sit, facilè concedimus Ægyptiis primùm ædificatorum templorum diis honorem, quem ipsi sibi apud Herodotum l. 2, c. 4, vendicant; quâ de re nos contentiosum cum illis funem trahere recusamus.

Fateamur tamen oportet, Chaldæorum, Phœnicum et Syrorum templa antiquitatis gloriâ nihil Ægyptiis concessisse, quemadmodùm de templo deæ Syriæ nuper observavimus. Parem cum priori illo jactat antiquitatem templum Astartes in Phœniciâ, seu Ascalone, quod vetustissimum esse omnium hujus deæ, ex famâ in eâ regione constanti asserit Herodotus l. 1, c. 105. Templum Herculis Senioris in urbe Tyro inter celeberrima ejusdem regionis celebratur apud eumdem, l. 2, c. 44. Huic junge Jovis templum in monte Casio à nepotibus Castoris et Pollucis, uti ferunt, dedicatum, ut tradit Lucianus. Pseudo-Sanchoniaton agit etiam de ædiculis gestatoriis dei Agrotæ, cui maximi omnium Numinis titulum vetera Phœnicum monumenta tribuunt. (Vid. Euseb. loc. cit.) Circumferebatur ejus simulacrum aureum in plaustro, quod plura boum juga trahebant. Alterum occurrit apud Lucianum templum Veneris, à Cynirâ in monte Libano constructum. Templum Beli Babylone pari cum reliquis antiquitatis gloriâ certabat. Ex his omnibus pleraque eodem antiquitatis gradu cum templis Ægyptiis incedere poterant.

Frequentia erant apud Græcos templa, belli Trojani ætate, cùm jam inde et duodecim magni dii, et plures heroes inter deos relati, ejus gentis religionem omnibus numeris absolvissent. Porrò inventorum templorum gloriam inter Græcos tribuendam credit Arnobius, cont. gent. l. 6, Æaco, filio Jovis; alii duce Laert. l. 7, malunt Epimenidi inter primores Cretæ philosophos. Hic tamen philosophus multò est Æaco et Trojano bello recentior. Sanè Pythagoras, Epimenide vetustior, sæpè de templis agit (vide Jamblic.); atque per manus traditum narrant, Abarim philosophum hyperboreum noctem in his locis religiosam ducere consuevisse. Narrant etiam alii apud Euseb. Chron., Cretem, primum insulæ ejus nominis regem, templum in suâ insulâ Cybeli deorum matri dedicâsse; quem sanè virum Epimenide multò antiquiorem fateri cogimur, si Epimenides circa olympiadem 47 floruisse credatur. Memoriæ etiam proditum legimus templi Apollinis in insulâ Delo auctorem fuisse Erisichthonem, filium Cecropis, regis Athenarum; Cecrops autem mille fermè annis Epimenide vetustior est. Hæc de vetustate templorum apud Græcos, quos sanè plurima, ut in cæteris rebus, ita et in religione potissimùm ex Ægyptiis derivâsse, Herodotus animadvertit, l. 2, capp. 45, 50 et seq. Ex eo fonte deductum est in Græciam oraculum Dodonæum, vetustissimum omnium in eâ regione; ex eo nomina duodecim deorum : an ex illis etiam consuetudo altarium et templorum?

Macrobius Saturn. l. 1, c. 9, ex Zenone narrat, « Janum in Italiâ primum diis templa « fecisse, et ritus instituisse sacrorum. » Fe-

runt, Romanos vacuam habuisse simulacris religionem, non modico temporis spatio, donec sub Tarquinio Prisco circa annum 170 ab Urbe conditâ in vacuis templis simulacra constitui primò cœperunt (1). Romulus templum statuerat Jovi Feretrio; Numa religionem Romanam formaverat, sed religionem frugi et simplicem, nudis scilicet templis contentam, et simplicibus sacrificiis, sine fastu, impietate et libidine.

Cùm numina paganorum ferè omnia ex mortalibus consecrata fuissent, quos mortales in censum deorum superstitio transtulerat, ita potior templorum pars mausolea veriùs erant, supra eorum sepulcra erecta, quàm templa, quod sanè documentum erat apertissimum cultûs recenter invecti, simulque ejusdem cultûs temeritatem prodebat, cùm sæpè divinis honoribus colerentur homines corruptissimi, quorum ne memoriam quidem superesse par erat. Quam enim in superstites habebant observantiam, hanc ne post mortem quidem relinquentes, transferebant in cineres et exutas corpore animas; quare, cùm ægrè ferrent errare illas animas sine laribus et sedibus vagantes, quas animas, subtili quodam corpore præditas, arctoque amicitiæ fœdere exuviis corporeis conjunctas, pristinarum sedium amore detineri arbitrabantur, consulendum illis censuerunt, ædibus quibusdam ædificatis, quas illæ incolerent, ibique sacrificiis atque aromatum odoribus tædium levare morasque dulces trahere possent.

Quæ jam innuimus de monumentis virorum clarissimorum, præposterâ religione in templa consecratis, redditisque in loco sepulturæ divinis honoribus, auctoritate veterum Patrum Ecclesiæ fulciuntur, uti S. Clementis Alexandrini Protrept. p. 29, Eusebii Præp. l. 2, c. 5, Arnobii adv. gent. l. 6, et S. Cyrilli Alexand. cont. Julian., quibus assentiuntur recentiorum auctorum plerique, longâque templorum hujus generis serie. Templum Minervæ Larissæum, monumentum erat Acrisii; alterum in arce Athenarum, monumentum Cecropis. Templum Peliadis, Erichthonii, et templum Eleusinæ, Ismari sepulcrum habebantur. Duæ illæ mulieres hyperboreæ, scilicet Hyporoche et Laodicee, sua habebant mausolea in æde Dianæ, intra templum Apollinis Delphici. Hæc ex Clemente Alexandrino delibavimus.

(1) Vide Plut. in Numâ; Dion. Halicarnass.; Tertull. Apolog. c. 25; Aug. de Civit. lib. 1, c. 31.

Arnobius etiam asserit, horum templorum partem non modicam, quorum superbirent auro laquearia, et fornices adeò erigerentur, nonnisi humiles condidisse cineres et ossa, nec nobiliori excitata esse officio, quàm ut essent cadaverum sepulcra, *quemadmodùm*, ait idem ad paganos conversus, *ex vestris ipsorum scriptis convincere possumus.* Argumentum inde trahit apertissimum contra paganorum cultum, quippe qui inexpiabilis sceleris rei essent, mortales homines divinis honoribus colentes atque crimen in deos inferrent, quorum templa super tumulos mortalium construxissent. Ita fermè et Eusebius philosophatur, contendens, si ipsi repetantur idololatriæ fontes, atque superstitio ad suam revocetur originem, facilè demonstrari posse, primos invectæ religionis paganorum auctores fuisse homines perditissimos, qui metu, seu avaritiâ, vel etiam præposterâ in patronos suos observantiâ, eorum memoriam perennatam voluerunt; quâ in re, inquit ipse, excusatione digni fuissent, si eò usque furoris non processissent, ut è mortalium conditione translatos, homines sibi vel patriæ beneficos, in ipsas deorum immortalium sedes invehere ausi non essent. Acceptæ à patribus suis religionis, sequitur idem Eusebius, cùm filios puduisset, ut se omni crimine purgarent, novam invexerunt theologiam, quâ omnia ad figuras et mysteria pertraherent, obtendentes, sub ementito deorum nomine nihil quidem mortale designatum fuisse, sed naturales maximorum in totâ naturâ effectuum causas, uti solem, terram, aerem, ventos, etc. Celebris illa turris à Belo Babylone constructa, inter orbis portenta olim habita, ejusdem Beli monumentum erat, auctore Strabone libro 16. De templis verò Romanorum communiter hæc Prudentius lib. 1 contra Symmachum:

Et tot templa deûm Romæ, quot in urbe sepulcra
Heroum numerare licet.

Nec alia erat Ægypti disciplina, apud quos nulla facilè templa carebant sepulcris, sive deûm, sive animalium quorumdam sacrorum. De his tumulis sermo est apud Herodotum et Diodorum; quanquàm subobscurè Herodotus loquitur l. 3, c. 170, quippe qui mysterium silentio premendum sibi in eâ re existimaverit.

¶ Ex his omnibus, fusiùs à nobis hucusque digestis, facilè intelligimus, omnium templorum, quorum ad nos cognitio certa devenit, vetustatem Moyse minorem fuisse, quanquàm

ambigendi locus de templis Ægypti manet, cùm nec de Phoroneo tanquàm primo conditorum in Ægypto templorum auctore constet, neque, si constaret, de ætate ejusdem principis quidquam certi habeamus. Reliqua omnia templa Chaldaica, Syriaca, Phœnicia, Græca, insularum Italiæ, et populorum quos Barbaros appellant, vetustate Moysi concedunt. Quamvis enim ædificati templi deæ Syriæ auctor Deucalion haberetur, non tamen Moyse vetustius esset, cùm diluvii Deucalionei epocham circa secessum Israelitarum ex Ægypto constituamus. Celebratissimum illud Babyloniis templum, Belo sacrum, de quo nos infra, ante Nabuchodonosorem quidem, incertum tamen quo auctore, conditum erat: sunt qui à Semiramide credant, nempe multo post Moysem tempore. Jupiter cæterique dii coævi, sicut et ejus filii, ut Æacus auctor templorum in Græciâ, centum annis à Moyse superantur. Janus coævus erat Saturno patri Jovis. Templum Herculis Tyrii non sanè majorem jactare poterat vetustatem, quàm urbs, post obitum Moysis condita. De reliquis templis Phœniciæ et Philisthæorum, in eâ quâ sumus, obscuritate, nihil certi afferimus. Apud Strabonem, lib. 11, celebratur templum Leucotheæ in Colchide, à Phryxo dedicatum; scitum est autem, Phryxum paulò ante Argonautas in regionem venisse, et Argonautarum expeditio ad ætatem Gedeonis circiter refertur. Apud Ovidium, de Ponto l. 3, eleg. 2, celebre est templum Dianæ in Tauricâ, in quod cœlitùs delapsum est, uti ferebatur, simulacrum: quo tempore Pylades, et ejus amicus Orestes eò adoraturi venerunt, Iphigenia Orestis soror sacris præerat. Porrò hi omnes viri bello Trojano posteriores sunt; quare, etiamsi ante ducentos annos templum illud conditum habeatur, adhuc tamen Moysis ætate inferius esset. Itaque id tutum haberi potest et firmum, nullum nobis templum Moyse vetustius innotuisse.

Non abs re ducimus modò aliquid de formâ et situ veterum templorum, ut Salomonico comparentur, afferre. Hæc de templis Ægyptiis apud Strabonem, l. 17, leguntur. Omnium primum occurrit quadrata et strata lapidibus area, jugero circiter patens, et quadruplò vel saltem triplò longior; quam ampla tria vestibula, alterum post alterum excipiunt. Ex his aditus in atrium, amplum satis et magnificum, in cujus fronte templum assurgebat, mediocre illud mole, atque simulacris omnibus vacuum, nisi fortè figuras quorumdam sacrorum apud Ægyptios animalium exhibuisset. Omnia itaque religionem et magnificentiam spirabant, luci sacri, atria, porticus, areæ, cæremoniæ mysticæ. Ministri religiosâ quâdam gravitate rebus sacris operabantur.

In tanto religionisapparatu templum demùm ingressis offerebatur felis, canis, simia, hircus, crocodilus, vel quid simile. Similem templorum structuram describens S. Clemens Alexandrinus Pædag. l. 3, c. 25, magnificentiam lucorum, atriorum et porticuum celebrat; atria et vestibula ornari testatur magnificis columnis, parietes lapidibus raris et pretiosis incrustari, interiora templi oculos præstringere fulgore auri, argenti, et pretiosi illius metalli, quod *electrum* appellant. Penetralia verò, ait, à reliquo ædificio separant aulæa intexta. Sed cùm locum ingressi Deum quærunt, tunc sacerdos compositâ ad majestatem gravitate, velum reducens, felem, vel crocodilum, vel cicuratum aliquem anguem super ditissimo purpureo tapete reptantem exhibet.

Simandius rex Ægypti, rerum à se gestarum perpetuum monumentum posteris relicturus, templum construxit, sive magnificum ad prodigium usque sepulcrum, ita à Diodoro, l. 2, c. 1, descriptum: Totum ædificium in quadro positum, spatium decem stadiorum habebat. Primus ad illum aditus lapide versicolore ornatus duobus jugeris porrigebatur, et 25 cubitis assurgebat. Succedebat atrium quatuor jugerum in quadro, quod fastigiatâ porticu ambiebatur; cujus porticûs columnæ, singulæ altæ decem et sex cubitis, et prisco opere in animalium figuram insculptæ, unico lapide constabant. Excipiebat deinde aliud atrium ejusdem amplitudinis, sed ditius sculpturis, et pretiosiore columnarum lapide ac artificio. Ibi erectis ad magnitudinem colossi simulacris bellum Simandii in Bactrianos exhibebatur. Succedebat templum, ubi expressâ in ligno sculpturâ cœtus judicum spectabatur, inter quos medius assidebat præses, imaginem veritatis è collo suspensam gerens. Inde egressis occurrit ejusdem structuræ ingens ædificium, imminens vasto atrio, columnis porticibusque ornato. Longiùs aliquantò surgit bibliotheca, hanc habens in fronte inscriptam epigraphem: *Animi medicina.* Succedit bibliothecæ templum, ubi viginti enumerantur pulvinaria Jovis et Junonis, spectandumque regis conditoris simulacrum exhibetur. Non unam etiam

templorum Ægypti descriptionem habet Herodotus lib. 2, passim, uti Latonæ, Vulcani, Minervæ et Dianæ, sed nihil ab eâ quam supra ex Diodoro retulimus, differunt. Unicum Serapium Alexandrinum afferemus, quod cùm ad ætatem usque Theodosii Magni staret, ejusdem principis jussu in Christianorum templum consecratum est. Hæc de illo Rufinus Hist. l. 2, c. 22 : « Non naturâ, sed manu et constru« ctione, per centum aut ampliùs gradus in su« blime suspensus, quadratis et ingentibus spa« tiis omni ex parte distentus. Cuncta verò « quo ad summum pavimentorum evadatur, « opere forniceo constructa, quæ immensis « desuper liminaribus, et occultis aditibus « invicem distinctis, usum diversis ministeriis « et clandestinis officiis exhibebant. Jam verò « in superioribus extrema totius ambitûs spatia « occupant exhedræ et pastophoria, domusque « in excelsum porrectæ, in quibus vel æditui, « vel hi quos appellabant *agneuontas*, id est, « qui se castificant, commanere soliti erant. « Porticus quoque post hæc omnem ambitum, « quadratis ordinibus distinctæ, intrinsecùs « circumibant. In medio totius spatii ædes erat, « pretiosis edita columnis, et marmoris saxo « extrinsecùs amplè magnificèque constructa. « Interiores delubri parietes laminis primò « aureis vestiti. Super has argenteas, ad postre« mum æreas habebant, quæ munimento pre« tiosioribus metallis forent. » Hujus templi pretium augebat insignis Ptolemæorum bibliotheca. Sacro quodam horrore, quemadmodùm ferè omnia veterum templa, locus tenebatur; tenuis enim lux ex rimâ ad orientem patente ita admittebatur, ut orientis solis radii ipsum numinis os, è regione in capite templi positi, ferirent. Ex hâc descriptione intelligimus, hujus ædificii structuram Græci fuisse ingenii alteriusque à priscis Ægyptiorum ædificiis architecturæ. Hoc planè fuit Ptolemæorum opus.

Ægyptiis templis alterum non absimile, et in viciniis positum, Jovis nempe Ammonis, jungimus. Erigebatur illud, teste Q. Curt. l. 4, in medio sacri luci, templum simul et arx pro finitimis circùm populis. Tribus totum ædificium ambiebatur parietibus, quorum prior ambitus claudebat veteres regum ejus regionis ædes, alter gynæceum feminarum, ubi et sedes filiorum ejus principis. Ibi etiam assurgebat templum, et oraculum Dei Ammonis. Intra tertium tandem ambitum continebantur ædes militum et aliorum aulæ custodum.

Templa Syriæ et Arabiæ ejusdem erant cum Ægyptiis architecturæ. Prisci Arabes, quemadmodùm pleræque orbis gentes, templis carebant. Maximus Tyrius, dissert. 38, vidisse se tradit ejusdem gentis simulacrum nullo exquisitiori artificio, quàm lapidis quadrati, elaboratum. Sed grandia prorsùs de majestate templorum Arabiæ et numinum ejusdem gentis Diodorus narrat, l. 6, c. 10. Hæc ille de templo Jovis Triphyli in insulâ Panchæâ : Ædificium est, inquit, in medio agri læti et fertilis, quem fruteta et arbores ornant. Templum non antiquitate minùs quam opibus, magnificentiâ et loco præstat. Duobus jugeris in quadrum patet. Niveis lapidibus constat structura, quam fulciunt immanes quædam columnæ, sculpturâ insignes. Simulacris deorum nihil est reliquum, sive statura spectetur, sive sculpturæ artificium. Sacerdotibus servitio ejusdem templi destinatis ædes circa templum positæ sunt. Templo succedit circus quatuor stadiis longus, et jugero latus : duo circi latera ornant ænea gigantum simulacra supra quadratas bases constituta. Hoc magnifici templi ædificium. Ejusdem architecturæ speciem aliquam servat templum Mechæ hodiè usque manens. Templum, quod *Beitullah*, Domus Dei, dicitur, ædificium est quindecim circiter passibus in longitudine, 11 vel 12 latitudine, et quinque brachiorum circiter altitudine. Regnat circùm turris in quadro, quam ambiunt parietes cum triplici columnarum ordine, fastigiatisque internè patentibus porticibus; ubi quatuor Mahometanorum sectæ ad orationem seorsùm colliguntur. Scitum est, Abrahamum ædificii hujus auctorem à Mahometanis reputari. Ejusdem structuræ aliquid referunt splendidissima illa templi Palmyreni rudera. Vide Thévenot, *Voyage du Levant*, seconde partie, c. 21.

Apud veteres celebrantur templa Ascalonis, et Herculis Tyrii, quorum nulla superest satis accurata descriptio. Sermo in Scripturâ occurrit de templo Dagonis in urbe Philisthæâ Azoto ; sed altum de ejus structurâ silentium, nisi quid in historiâ Samsonis legatur, quod conjecturam præbet, ejusdem fuisse cum Ægyptiis architecturæ; amplum etenim atrium porticibus ornatum ante se habebat ; cùm populus ad spectaculum Samsonis accitus, et porticus omnes occuparet, ac tecta templi et porticum, quæ omnia ille virium miraculo subvertit, Judic. 24, 26, 27.

Neque silentio nobis premendum templum

Hierapolis deæ Syræ, inter præcipua totius Orientis habitum. In colle modicè quidem assurgente, ait Lucianus de deâ Syrâ, medium totius urbis tenet. Duplici muro totum ædificium ambitur. Templi vestibula ad boream porriguntur centum ulnarum longitudine. Templum ad orientalem plagam, quemadmodùm Ioniæ templa omnia, vergit. In solo duobus passibus prominente, unde per gradus ascensus, ædes collocatur. Vestibulum statim intuentium rapit admirationem : detinent etiam accedentem aureæ fores, et templum eodem metallo coruscans. Imum templi spatium conclave nonnihil prominens semper clausum, et nunquàm patens, tenet. Intima templi pars nonnisi sacerdotibus pervia, neque sacerdotibus indiscriminatim omnibus. In loco sacro geminæ aureæ statuæ, Junonis hæc, altera Jovis, cui varia nomina tribuuntur : Juno exhibetur leonibus assidens, Jupiter tauris; tertius alter deus, nulli similis numini, sed ex omnibus aliquid præ se ferens, geminis illis accedit. Huic numini Assyrii nullum aliud nomen assignant quàm Σημεῖον quod statuam, sive figuram exprimit. Templum ingredientes ad lævam ostendunt solium vacuum, solis esse aiunt, vacuum autem, quòd astrum illud per se notissimum nullo indigeat, quo exprimatur, simulacro. Succedebat solium Apollinis, cujus aliud erat apud illos quàm apud Græcos, simulacrum; barbatum enim, et vestitum numen præferebat, cùm apud Græcos et numen esset nudum, et imberbe. Hæc Lucianus de templo deæ Syræ celebratissimo.

Ab his omnibus recedebat structura templi Beli Babylone. Quadratum enim erat ædificium, teste Herodoto lib. 1, c. 181, 182, spatium tenens ex omni latere duorum stadiorum, seu 250 passuum. In medio hujus spatii surgebat turris, basim habens stadio patentem in quadro. Porrò turris illa septem aliis turribus minoribus, alterâ super alteram impositâ, constabat. In supremâ et eminentissimâ turri templum erat, in quo magnificum pulvinar cum tabulâ aureâ, nullum autem simulacrum. In imâ turri, ad porticûs aream, aurea Jovis assidentis figura duodecim cubitis procera spectabatur; accedebat et amplior aurea mensa cum sedili et scabello ejusdem metalli; accedebat et aureum altare, uti et augustius aliud perfectis sacrificiis, sive majoribus victimis offerendis. Persæ, qui nec templa nôrant, nec simulacra, cùm sibi armorum jure Babylonem subegissent, everso templo, thesauros omnes abripuerunt. Id factum Xerxi tribuunt Herodotus et Arrianus. Alexander Magnus eversum jam ædificium restituendum suscepit, sed morte intercedente ab opere desistere coactus est. Arrian. l. 3 et 7, Strab. l. 16.

Aliter idem templum describit Diodorus, l. 3, c. 10; à Semiramide enim ædificatum putat; ejusdem altitudinem neminem eò usque satis accuratè definisse contendit. Sed, inquit, tam altè porrigitur ædificium, ut in ejus culmen ascendentes Chaldæi observationes suas astronomicas ad orientem et occidentem perficiant. In vertice ejusdem templi tria surgunt aurea simulacra, Jovis, Junonis, Opis, quorum prius et postremum mille talentorum Babyloniorum pondus æquant. Supererat adhuc Diodori ætate Jovis simulacrum quadraginta pedibus procerum. Ops throno aureo assidebat, habens ad genua duos leones, penès quos sequebantur immanes totidem angues argentei. Junonis simulacrum 800 talentorum pondere, anguis caput dextrâ tenebat, lævâ sceptrum lapideum. Ante numina, aurea mensa 40 pedibus in longum, et 12 in latum, 500 talentorum pondere stabat. Communis erat tribus; quemadmodùm et gemini ampli crateres, naviculæ figuram exhibentes, ac duo vasa adolendis aromatibus destinata. Præter hæc, tres positi erant crateres, quorum unus Jovi dicatus pondere erat 1200 talentorum.

Templum Dianæ Ephesinæ inter celeberrima totius antiquitatis jure meritoque habetur. Hujus ædificii structura neque ad Ægyptiacam, neque ad Syriacam accedens, quatuor ad latera exteriora alis geminis utrinque distinguebatur, nempe duobus columnarum ordinibus circùm regnantibus, octo ad geminas frontes ante et retrò replicatis, teste Vitruv. l. 3, c. 10. Porrigebatur totum opus ad 445 pedes, in latitudinem verò excurrebat ad 310. Centum ac septem et viginti reges singuli singulas columnas dono dederant 60 pedibus altas, inter quas 36 anaglyphico opere insculptas.

Fores habebat cupressinas, cujus arboris lignum neque corrumpi unquàm, neque à pristino nitore decedere contigit. Ea ligna per viginti annos glutine infusa priùs mansisse narrat Plinius. Quæ fabri lignarii opere constabant, omnia è cedro erant; atque ad superiora ascensus patebat per gradus è stirpe quâdam vitis, è Cypro advectâ. Longum esset

rara et pretiosa singula ornamenta celebratissimi hujus templi recensere. Sumptus universâ Asiâ conferente, 220 annorum spatio denique totum opus absolutum est.

Græcorum templa, quod ad figuram pertinet, satis ad Ephesinum accedebant. Plerùmque fastigiatis porticibus, vel saltem peristyliis ambiebantur; alia simplex peristylium, vel porticum, alia duplex peristylium habebant.

Quamvis templorum structura varia fuerit apud varias gentes, communes quædam regulæ æquè ab omnibus in eâ re servabantur. Scimus enim plurium historicorum testimonio, Ægyptiorum templa plerùmque fores habuisse ad orientem, adeòque et templum et sanctuarium ad occidentem. Porticus ædium Vulcani ab Asychi, rege Ægypti, constructa, orientem respiciebat, referente Herod. l. 2, c. 136; ad eamdem cœli plagam patebat templum Memphis, opus Psammetichi, apud Diod. l. 1. Idem servatum et in cæteris veterum templis, Porphyrius cum aliis nonnullis est auctor (1); utpote quia singulorum aditus ad orientem patebat, orantes verò in templo spectabant occidentem. Nec templum deæ Syræ ab aliis eâ in re distinguebatur.

Sensim tamen morem illum obsolevisse, ex Hygino Augusti liberto intelligimus (2); ille enim ad occidentem templi ingressum statuit, ut numinis simulacrum in caput templi erectum ad orientalem plagam spectet, et eamdem plagam numen in templo adoraturi respiciant. Ex quo Vitruvius de Archit. l. 4, c. 5: « Signum quod erit in cellâ collocatum, spectet ad vespertinam cœli regionem, ut qui adierint ad aram immolantes, aut sacrificia facientes, spectent ad partem cœli orientis; et simulacrum, quod erit in æde... ipsaque simulacra videantur ex oriente contueri supplicantes. » Hanc structuræ habitudinem in priscis Christianorum templis spectatam esse constat; semper enim fores habebant ad occidentem patentes, ut ara et sanctuarium adversam partem respicerent. Hujus autem moris vetustas in altero paris antiquitatis more elucet, cùm apud veteres Christianos obtinuerit, ut Deum adoraturi orientem spectarent: ex quo vetus paganorum calumnia de cultu soli à Christianis præstito.

Nihil eâ traditione vetustius in Ecclesiâ Occidentali; unde facilis conjectura trahitur, morem illum ex gentibus ad Christianos transîsse, cùm prisci illi fideles, ejuratis paganorum sacris, ad fidem accedentes, ritum hunc è paganis acceptum ad meliorem usum retinere maluerint. Favet huic opinioni, quòd contraria planè disciplina apud Judæos servetur, quorum morem faciliùs adoptâssent Apostoli, nisi fideles alteri assuevisse animadvertentes, noluissent in re minimè malâ consuetudini adversari.

Nihil planè simile in Ecclesiis Orientalibus, apud quas Judæorum mores invaluerunt, et veteres servatæ sunt regulæ templorum Ægypti et Syriæ. Aditum illæ statuebant templorum ad orientem, aras ad occidentem. Exstat hujus moris vestigium in templo Tyri consecrato, latè ab Eusebio Cæsariensi descripto l. 10, c. 4; exstat et in aliis recentioris ævi in eâdem regione templis. Nulla enim à constitutâ illâ regulâ recedunt, quam ex altiori fonte repetiisse eorumdem templorum auctores facilè credimus. Amplo murorum claustro locus sanctus ambiebatur; ad orientem patebat amplior et fastigiata porta, cujus longè, latèque prospectus erat. Dabatur hinc aditus in atrium ingens, et quadratum, perpetuò quadruplici porticuum columnis fultarum ambitu ornatum. Medium ejus atrii è regione templi tenebant uberibus aquis fontes, ut purgati fideles templum subirent. Tres amplæ fores ad orientem, quarum media amplior, laterales duæ inferiores; singulæ repagulis æneis, ferreis manicis obstrictis, anaglyphico opere ornabantur. Ex majori portâ aditus dabatur in navim basilicæ, ex duabus aliis in latera. In capite erigebatur episcopi solium, aliaque pro sacerdotibus, qui hemicyclo unâ cum episcopo circùm altare in medio hujus spatii positum assidebant. Sanctuarium à reliquâ ecclesiâ separabant transennæ quædam sive lignei clathri, sculpturis exquisitissimis ornati. Hæc ecclesiæ Tyri et Orientalium omnium structura.

Sed non ita constituendum est, ut certæ quædam regulæ in templis omnibus condendis servandæ statuerentur. Equidem plerùmque, non verò necessariò iis obtemperabant, tunc maximè, cùm nullam haberent mutandæ architecturæ occasionem; testatur enim Vitru-

(1) Porphyr. de Antro Nympharum. Item Dionys. Thrax, lib. 3 de Pharis, apud Spencer. de Legib. ritual. lib. 3, cap. 2, dissert. 6, sect. 4.

(2) De agrorum limitib. constituend. l. 1: « Antiqui architecti in occidentem templa spectare rectè scripserunt; postea placuit omnem religionem eò convertere, ex quâ parte cœli terra illuminatur. »

vius l. 4, c. 5: « Sin loci natura interpellârit, « tunc convertendæ sunt earum ædium con« stitutiones, ut quàmplurima pars mœnium « è templis deorum conspiciatur. Item si se« cundùm flumina ædes sacræ fient, ita uti « Ægypto circa Nilum, ad fluminis ripas « spectare debere videntur. » Quare quæ in ripâ essent orientali templa, orientem vestibulo, occidentem adyto spectabant, et quæ in adversâ ripâ ædificata essent, occidentem habebant ad vestibulum, orientem à tergo. Si tandem viæ imminerent, vestibulum patebat in viâ, ut scilicet facilis daretur transeuntibus aditus, et numina per transitum salutarentur. Hæc Vitruvius. Scholiastes Pindari hanc regulam in universum constituit de eâ quam orantes servent, sitûs habitudine: « Numina adoraturi, inquit, ad orientem con« vertuntur, heroas verò, ad occidentem. »

Pro deorum etiam varietate varia servabatur templorum architectura. Sacræ Jovi ædes in longum magis quàm in latum prorogabantur; sæpè erant sub dio (1), et editis parietibus sublimes, ut scilicet magis magisque numinis amplitudo et super cæteros præstantia eluceret. Templa etiam Cœli, Solis, Lunæ, Fulguris, sine culmine plerùmque patebant, quòd scilicet luci hæc omnia pateant. Idem fortè significatum voluerunt Israelitæ, cùm solem, lunam, et astra super tecta adorarent (2). Ceres, Vesta, Sol, Bacchus, cæterique dii, quorum numen ad terram refertur, terræ rotunditatem in templis affectabant, quippe quæ sive rotunda essent, sive sex, vel septem, vel octo lateribus angulata. Janus quadrato ædificio gaudebat; Pluto cæterique dii inferni subterraneis fornicibus et aris humi defossis. Dii urbis patroni in editissimis ejusdem locis erecto templo præsidebant, quemadmodùm ex templis Trojæ, Minervæo Athenarum, et Capitolio Romano intelligimus. Dii artium, virtutis, pacis præsides, in locis frequentissimis urbis erecto templo colebantur. Mercurio, Isidi, Serapidi templum stabat in foro. Voluptatum numina, ex. gr., Venus; belli, uti Mars et Bellona; ignis et incendii, uti Vulcanus, extra urbem sedes habebant. Neptuni templum mari imminebat; Æsculapii, in loco urbis vel ruris amœnissimo; Apollinis et Bacchi, theatro continuabantur; Herculis, à circo non remota; Cereris, in agro, quòd scilicet hujus religio locum purissimum exigeret. (Vid. Vitruv. l. 1, c. 2, l. 2, c. 7.)

Præscribit etiam idem Vitruvius eodem loco suam variis numinibus architecturam: « Mi« nervæ, ait, Marti, Herculi ædes Doricæ « fient; his enim diis propter virtutem sine « deliciis ædificia constitui decet. Veneri, « Floræ, Proserpinæ, fontium nymphis, « Corinthio genere constitutæ, aptas videbun« tur habere proprietates, quòd his diis pro« pter teneritatem graciliora et florida, foliis« que et volutis ornata opera facta augere « videbuntur justum decorem. » Ionico delectabantur Juno, Diana et Liber, quòd is ordo medius sit inter austeritatem Doricam, et luxum Corinthium. Plerùmque unicâ tantùm portâ instructa erant, ante quam erectum stabat altare, et cùm templa culmine tegerentur, altare sub dio manebat, quemadmodùm et in templo Domini Jerosolymæ animadvertimus.

Apud scriptores Græcos sermo est de alio templorum genere, quæ nonnisi atrium seu claustrum erant, quod perpetuo peristylii ambitu ita cingebatur, ut undique subeuntibus aditus in templum pateret. Templum Junonis ejusdem structuræ occurrebat secùs viam, euntibus Phalero Athenas, teste Pausan. in Atticis. Alterum nullis septum parietibus forum urbis Elææ occupabat, eodem auctore in Eliac. Legimus etiam Palæog. Græc. l. 2, c. 4, de templo quodam nostræ ætatis Athenis, non parietibus, sed tantùm peristylio septum; templum est Jesu Christo crucifixo sacrum. Quibusdam templis apud Vitruvium l. 7, c. 1, duplex est aditus in utrâque fronte, cujus structuræ nullum, inquit ille, sunt Romæ exemplum; Athenis verò in templo Jovis Olympii occurrit; occurrit etiam nostrâ ætate in elegantissimo templo, quod vocant *Invalidorum*, Parisiis.

Si quis modò structuram templorum Ægyptiacorum, Syriacorumque cum Jerosolymitano à Salomone constructo comparare voluerit, plura sanè ejusdem naturæ utrobique deprehendet. Paucis hìc totam hujus templi œconomiam dabimus, qualem nobis Ezechiel et libri Regum et Paralipomenon servârunt. Variat Josephus, qui non Salomonicum, sed ab Herode restitutum templum describit, quod sanè alterius erat à Salomonico, et à

(1) Vitruv. l. 1, c. 2: « Jovi, Fulguri, et « Cœlo, et Soli, et Lunæ ædificia sub dio « hypæthrâque constituentur; horum enim « deorum et species et effectus in aperto « mundo atque lucenti præsentes videmus. »
(2) Sophon. 1, 5: *Eos qui adorant super tecta militiam cœli.*

templo post captivitatem restituto, ingenii et structuræ magnificentioris, quanquàm Salomonicum divitiis longè præstabat. Immanes ii muri totum ambientes montem cui templum insidebat, ad eamdem cum monte altitudinem porrecti, ut humum continerent, opus erant Salomone multò recentius. De atrio gentium nihil satis exploratum habemus ante captivitatem. Quæ apud Rabbinos legimus de assignatis ad certos quosdam usus variis templi partibus, deque aularum structurâ, aliisque, et apud Ezechielem et apud Scripturam reliquam prorsùs desiderantur: quare cùm solum habeant auctorem servatam apud eas gentes traditionem, possunt eodem apud nos loco haberi, quo multa planè ab eodem fonte derivata. Tandem quam exhibet Villalpandus ejusdem ædificii œconomiam paulò exaggeratam judicamus. Vir enim ille in eâ quâ tenebatur persuasione, nihil Salomonico ædificio quoad magnificentiam et artificium reliqui fuisse, imaginem subjicit ædis ad omnes veteris architecturæ regulas conformatæ, ut exquisitissimum sit opus, et totius architecturæ prodigium. En censuram Ludovicii Capellii in templum Villalpandi, in præfatione versionis suæ operis Maimonidis de Templo.

Æquatus in aream 500 cubitorum in quadro Moriæ clivus, aptum excipiendo templo spatium exhibuit. Non ita tamen ad libellam locus æquatus, quin aliquantulùm molliter ascendens, aditum in atrium per gradus exigeret. Patebant ad quatuor latera, orientem, occidentem, septentrionem et meridiem fores. Atrium Sacerdotum suas habebat ad orientem, septentrionem et meridiem portas, è regione aditûs in atrium populi, rectàque omnes deducebant ad vestibulum loci sancti, ferè altari holocaustorum obversæ.

Ædificii hujus pars, quæ templi nomine potissimùm distinguebatur, tanquàm sedes Dei peculiaris habita, interiorem ædificii partem, et Sacerdotum atrio occidentalem, tenebat. Patebat ab oriente vestibulum, ut adoraturi occidentem spectare cogerentur. Tres distribuebatur in partes: Sanctuarium, Sanctum et Vestibulum. Sanctuarium viginti cubitos dimetiebatur in quadrum; Sanctum viginti in latum, triginta in longum, et quadraginta in altum; Vestibulum oblongum erat, decem cubitis in latum, viginti tam in longum quàm in altum. Totius hujus ædificii mensura septuaginta cubitorum in longum, latitudo intra ædem viginti cubitorum, et altitudo triginta. Lateralibus parietibus adhærebant conclavia quinque cubitorum altitudinis, triplici contignationum ordine disposita. Trabes, quibus eæ contignationes fulciebantur, hinc lateralibus templi parietibus, inde parieti extimo conclavium incumbebant. Primus ordo quinque cubitos quaquaversùm dimetiebatur; secundus uno cubito latior, quòd tantùmdem spatii parietes templi sensim recedentes permitterent, quâ pariter ratione septem latitudinis cubiti tertio ordini relinquebantur.

Porrò conclavia circa templum ad meridiem, occidentem et septentrionem regnabant. Quare totum hoc ædificium, unà simul cum aliis adhærentibus, aream tenebat septuaginta pedum ab oriente in occidentem; in latitudinem verò, unâ simul comprehensâ murorum crassitie, quadraginta cubitorum circiter, altitudo mediæ ædis, triginta cubitorum; quindecim verò, lateralium ordinum. Reliqua ædificii altitudo, media scilicet, quæ supra laterum altitudinem erigebatur, fenestras, luci demittendæ in Sanctum et Sanctuarium, dabat. Scalæ in cochleæ modum structæ ad extremas contignationum oras, aditum dabant è vestibulo in conclavia. Porrò lateralia illa ædificia alatis Græcorum templis non temerè comparaveris, quanquàm Græca templa porticibus fastigiatis et columnis instructis, ipsam æquantibus templi altitudinem, triplici aliquando, modò duplici, vel etiam simplici columnarum geminatione constabant; hæ verò Salomonis, licet triplices essent in altitudine, simplices tamen eran in latitudine. Ex his templo, nudis alioqui lateribus minùs augusto, majestas conciliabatur.

Sanctum locus erat clausus, et à reliquo templo distinctus, quem sacerdos destinatus bis singulis diebus, mane et vespere, adire tum offerendo thymiamati, tum incendendis extinguendisque lampadibus, tenebatur. Sanctuarii aditus, cæteris præclusus sacerdotibus, uni tantùm pontifici die Expiationis solemnis semel per annum patebat. Atrium ex anteriori parte patens, duas habebat ante se positas ingentes et magnificentissimas æneas columnas, quarum habetur descriptio in Scripturâ.

Templum ambiebant duo vasta atria, quorum intimum et angustius, in exteriori ambitu habens 200 cubitos ad singula quatuor

latera, sacerdotibus destinatum erat. Cæterùm, eo uno excepto, quod, juxta Josephum, de Bello l. 6, c. 10, neque peristylium, neque conclavia in latere occidentali, sed parietem haberet, quod ad ornamenta et structuram pertinet, nihil cedebat extimo et ampliori atrio, ad cœtus populi reservato. Erant autem hæc atria lapidibus elegantissimè strata, magnificis porticibus, quas columnæ non infimi pretii fulciebant, ornata. Cellulæ pro sacerdotibus, servandisque rebus in usum templi, uti vino, oleo, frumento et vestibus, alia occupabant ædificia circùm atria vel porticus disposita. Tandem si quid erat vel ad ornamentum, vel ad usum, vel ad splendorem et magnificentiam domûs Dei, horum sanè nihil in eo ædificio desiderabatur. Vestes ipsæ, cellæ, cibi ministrorum, pro Numinis majestate sufficiebantur.

Neque illud nobis proposuimus, ut singula hæc in præsentiarum prosequeremur : satis sit demonstrâsse quantùm fuerit affinitatis inter templa gentium Judæis finitimarum, et templum Domini. Nihil fermè inter utraque hæc discriminis, nisi quòd multùm religione Numinis simul et structuræ magnificentiâ Salomonicum præstaret. Cæterùm utrobique recurrit sanctuarium inaccessum, inviolabile, in ipsis ædificii penetralibus abditum, atriis uno vel pluribus, non sine ambitu columnarum, cinctum, et ædes in usum sacerdotum.

(Calmet.)

DE ORIGINE ET NUMINIBUS PHILISTHÆORUM

Dissertatio.

Philisthæorum origo in varias criticos distraxit sententias. Convenit inter omnes, populos illos alienigenas Palestinæ fuisse, quos prophetæ ex insulâ Caphtor deducunt, Amos 9, 7, Jerem. 47, 4. Sed quænam hæc insula apud veteres novosque geographos æquè incognita? In nostro Commentario in Genesim 10, 14, conjecturas pro insulâ Cypri congessimus. Sed ut ingenuè fateamur, adductæ aliàs conjecturæ modò displicent, quippe qui originem numinum Philisthæorum scrutantes, veram simul ejusdem gentis patriam in insulâ Cretæ offendisse nobis blandimur. Quæ nos in eam opinionem adducunt rationes in medium proferentes, eruditorum censuræ et judicio relinquimus.

Philisthæorum nomen alienigenas sonat : quod Septuaginta reddere consueverunt *Allophyli*, gens quæ ex aliâ in aliam regionem transmigravit. Genuinum illius populi nomen erat *Cerethim*, quemadmodùm ex testimoniis Ezechielis, Sophoniæ aliisque colligimus. In 1 Reg. 30, 11, legimus Amalecitas irrupisse in plagam meridionalem regionis *Cerethim*, nempe Philistæorum, uti ex historiâ constat; cœpisse insuper, et vastâsse Siceleg, urbem in plagâ meridionali Philisthæorum, Davidi sedem ab Achis concessam. David, cæterique post ipsum reges Juda, corporis custodes habuerunt milites alienigenas *Cerethim* et *Phelethim*, qui è numero erant Philisthæorum (1), Davidis partes secuti, cùm persequentem Saülem in regionem Philisthæam declinavit. Ezechiel 25, 16, ita Philisthæos alloquitur : *Ecce ego extendam manum meam super Philisthæos, et interficiam interfectores,* Hebr. *Cerethim, et perdam reliquias maritimæ regionis.* Sophonias 2, 5, ita in eosdem populos invehitur : *Væ qui habitatis funiculum maris, gens perditorum (gens Cerethim).* Unus igitur idemque populus habendus est Philisthæi et Cerethim ; illud populum alienigenam designans, hoc patriam. Primum per contemptum nomen genti mansit; alterum avitum est et genuinum.

Septuaginta, Ezech. 25, 16, Sophon. 2, 5, 6, reddunt nomen *Cerethim, Cretenses,* et *Ceroth, Creta.* Theodoretus in Sophoniam, partem Philisthæorum ex insulâ Cretâ non invitum accersiturum se significat. Sed plerique interpretum derivare gentem ex Cappadociâ malunt, ubi insula Caphtor statuitur, è quâ Moyses, Amos, et Jeremias Philisthæos deducunt. Moyses enim liquidò prodit, Genes. 10, 14, Myzraim inter cæteros filios etiam Caphtorim ha-

(1) 1 *Reg.* 15, 18 : Legiones Cerethi et Phelethi et omnes Gethei, qui secuti eum fuerant de Geth. (Vide Hebræum, et nostrum Commentarium in hunc locum.)

buisse, *de quibus*, inquit, *egressi sunt Philisthiim.* Jerem. 47, 4 : *Depopulatus est Dominus Palæstinos reliquias insulæ Cappadociæ* (Hebraicè *Caphtor*) : Amos 9, 7 : *Numquid non Israel ascendere feci de terrâ Ægypti, et Palæstinos de Cappadociâ, et Syros de Cyrene?* (Hebraicè *Philisthæos de Caphtor, et Aramæos de Kir*). Sed quî Cappadocia, quæ regio est continentis, insula vocaretur? Ideò fortè, inquiunt illi, quòd ex uno latere mari Nigro sive Ponto Euxino alluitur; positum est autem in moribus apud Hebræos, ut regiones omnes maritimæ indiscriminatim insulæ appellentur. Sed hæc quàm facilè dicuntur, non ita facilè adductis rationibus probarentur; hoc enim sensu etiam Palæstina, Phœnicia, Arabia, Ægyptus insulæ dicerentur. Ne autem in hæc incidamus absurda, dicamus oportet dissitas quidem à Palæstinâ regiones, unde non facilè nisi mari transvectis iter est, insulas ab Hebræis rerum geometricarum imperitis haberi simul et vocari. Sed hæc nulli minùs quàm Cappadociæ conveniunt : quærenda est insula Caphtor in Mediterraneo, non in Oceano, ubi infrequentior erat navigatio, quo tempore Philisthæi in Palæstinam transmigrârunt. Inter cæteras saltem Mediterranei insulas nulli magis quàm insulæ Cretæ, ea quæ dicta sunt omnia quadrant.

Quærenda est nempe insula Palæstinis pervia, ampla, populorum numero florens, incolas autem habens vetustissimos, atque emittendis aliò non infrequentibus coloniis aptos, sermone verò parùm à Phœnicio abludente, sicut et consonis cum illis moribus, legibus et religione, cujus tandem nomen ad *Cerethim, Cerot, Caphtor* reducatur. Hæc autem omnia in insulâ Cretæ ultrò se offerunt. Urbs est ibi vetustissima et inclyta Aphtera (Strab. l. 20, pag. 330; Plin. Apteron., Ptolom. Apteria), cujus portus Sisamus. Notæ sunt etiam in eâdem insulâ urbes Teraphne, Tharra, mons Tytirus, et Satyri. Caphtor in Hebræo sonat pomum, sive malum granatum ; atque malum cotonium Græcè *cydonium* appellatur. Porrò populi *Cydonii*, et urbs cognominis, in eâdem insulâ celebres, amplum ejus regionis tractum occupabant; facilè Græci Cydones seu Cydonios appellârunt, quos Hebræi Caphtorim. Cupressus arbor est frequens in insulâ, et tanquàm ejus soli avitam arborem describunt veteres (1); hanc Græci appellant *kupariton*, quod satis accedit ad *Caphtor*. Sed meliùs nominis *Cerethim* vestigia in ipso Cretæ nomine servantur; quæ sanè insula nonnisi sub eo nomine Græcis innotuit. Primum tamen ejus nomen fuisse *Aeriam* Plinius lib. 4, cap. 12, refert, deinde *Curetim*. Populi Curetes totâ profanâ antiquitate celebrantur, quòd Jovem in specu montis Idæ innutriverint. Ex eodem fonte derivantur urbs Gortina, et amnis Kerath (Callimach. Hymn. in Dian.), in quibus planè omnibus vestigia deprehendunt nominis *Cereth, Ceroth, Cerethim.*

Insula Cretæ florentissima olim et numero urbium et populorum habebatur (Mela lib. 2, c. 7) : *Ingens et centum quondam urbibus habitata Creta.* Et Virgil. Æneid. lib 3, v. 104 :
Centum urbes habitant magnas, uberrima regna.
Homerus in catalogo navigiorum eam appellat insulam centum urbium, quanquàm alibi 90 tantummodò agnoscat Odyss. T, 174. Primi omnium maris imperium habuisse creduntur (Diod. l. 5, p. 238, seu 345. Vide et Strab. l. 10, p. 331), omniumque ferè numinum matrem fuisse regionem historiæ veteteres habent, uti Cereris, Veneris, Dianæ, Apollinis, Jovis, Bacchi, Herculis. Cretenses sub rege Minoe, et deinde sub Rhadamantho longè latèque dominationem suam ad insulas Archipelagi, et ad continentem prorogârunt (vide Diod. ibidem et Herod. l. 1, c. 137); sicut et plures in varia loca miserunt colonias. Inter has non immeritò Cerethim et Phelethim recensemus. Sanè nominis Cerethim in eâdem insulâ vestigia deprehendimus non obscura; sicut et clara apparent nominis Phelethim in *Pleto* sive *Pluto*, quem virum historiæ Tripoli in Cretâ (Diod. ibid. p. 236, 237) ortum ferunt, quod etiam nomen sonat in urbe Phalasarne.

Urbem Gazam in Palæstinâ *Minoam* olim appellatam tradit Stephanus, quòd scilicet Minos rex Cretæ unà cum fratribus Eaco et Rhadamantho in Palæstinam veniens nomen urbi suum reliquisset *Minoam*, ac si diceretur urbs Minois. Hæc in remotissimâ ætate vestigia supersunt deductæ ex Cretensibus Philisthæorum originis. Aptera urbs in Cretâ vestigia adhuc quædam nominis *Caphtor* retinet. Ex rege quodam cognomine appellationem hanc urbi datam Eusebius testatur. Haud propè ab eâ urbe Sirenæ ad musicum quoddam certamen provocatæ victæ atque alis exspoliatæ suis abierunt. (Vide Suidam, Stephanum, Etymolog. magn.) Quam in rem animadversione di-

(1) Plin. l. 16, cap. 33 : « Cupressus..... « huic patria insula Cretæ. »

gnum est Philisthæorum satrapas *Sureni* vel Sarenimos olim appellatos fuisse. Certam insulam crebro habitatore frequentari, urbesque ad nonaginta continere, et ex varii generis incolis varia ibi variarum gentium idiomata insonare, Homero auctore Odyss. 19, v. 172, discimus. Sunt ibi Achæi, Cretenses indigenæ, Cydonii, Dorii, qui tres urbes implent, et Pelasgi. Incolæ Cretenses facilè utebantur linguâ ad Hebraicam proximè accedente. Pelasgos ipsos esse Philisthæos suadet eadem nominis significatio. Cernere licet Pelasgos, non per insulam tantùm diffusos, sed per Asiam, Græciam et Italiam. In exercitu Græcorum Trojam obsidentium Pelasgi arma ferebant.

Jupiter in Casio monte in finibus Ægypti et Palæstinæ cultus, malum punicum (quem Hebræi *caphtor,* Græci *rhoian* appellant) gerens exprimebatur, ait Achilles Tatius l. 3.

Porrò Cretenses gens sunt omnium, quas quidem noverimus, vetustissima (Diod. Sic. l. 5, p. 230); primitùs eam regionem tenuerunt Eteocretes, dicti etiam Autochtones, i. e., è terrâ nati, quippe quorum origo lateret. Successerunt Pelasgi, deinde Dorici, quos exceperunt barbaræ gentes variæ (ibid. p. 238). Numero incolarum et potentiâ florebant plurimùm tempore belli Trojani, uti in superioribus observavimus. Facilè etiam conjicimus veterem gentis linguam Phœniciam fuisse, vel saltem ad illam accessisse plurimùm, quemadmodùm ex nomine urbium et locorum intelligi potest; in iis enim Phœnicia origo facilè deprehenditur, quâ de re Bochartus. Porrò Philistæorum lingua Hebræa erat, sive Phœnicia, et cæterarum gentium ejus tractûs et insularum Mediterranei ferè omnium. Herodotus l. 1, c. 173, consentit Cretenses omnes origine barbaros esse, non Græcos. De Cretâ hæc Homerus Odyss. T., vers. 175: « In ipsâ « quidem Achivi, in eâ autem Eteocretes, Cy- « dones, Dorensesque, Tricaices divinique Pe- « lasgi. » Pelasgorum nomine designari Philisthæos idcircò suspicamur, quòd duorum ejusmodi nominum sonus non absimilis, eadem fermè significatio habeatur; sonant enim advenas, errabundos. Porrò nec in Græciâ, Italiâ, Asiâ, Cretâ, obsidione Trojæ deerant Pelasgi. Vernacula Etecretum, seu Cretensium genuinorum, sicut et Pelasgorum lingua non multùm ab Hebræâ abludebat, et consueto Hebræorum sermone, qui Philisthæi, ipsi pariter Ceretim, Cretenses et Phelethim appellabantur.

Quanquàm autem de Philisthæorum moribus et religione pauca memoriæ commissa supersunt, quæ tamen restant satis superque consensum produnt cum legibus et cultu Cretensium. De Cretensibus memoriæ proditum est, viros fuisse bellicosos, laborum belli jam inde ab ineunte ætate patientes (Strab. l. 10, pag. 631, etc.). Arcu et jaculis pro armis utebantur. Rempublicam administrabant sex principes, et in rebus majoris momenti senatum eâ de re collectum consulebant. In connubiis Lacedæmonum leges servatæ, adolescentes in classes divisi victum habebant et vitam communem; quod sanè cum historiâ Samsonis quadrat, ad cujus pompam connubii Philisthæi 40 adolescentes assignârunt. Principes Cretenses populi suffragio electi Philisthæorum satrapas satis referunt, ac bellicosa hujus populi indoles in libris sacris ultrò se prodit. Cretensium pronum ad vitia, mendacia potissimùm et ignaviam ingenium quis nesciat? Paria Philisthæis exprobraremus, solis consultis historiæ sanctæ libris. Celebrantur apud profanos Cretenses et Dactili montis Idæ, tanquàm viri corporis robore et strenuitate præstantes, nec deerant in insulâ Cretæ gigantes, quibuscum Jupiter manus conseruit (Diod. l. 5, p. 234). Scitum est autem e Philisthæis plures prodiisse gigantes; et plerique milites è turmâ *Cerethi* et *Phelethi*, Davidis partes secuti, viri erant rerum strenuè gestarum famâ præstantes. Ex prælio autem Gelboe intelligimus, arcu et sagittis certâsse Philisthæos (1).

Quinque Philisthæorum numina occurrunt: 1° Dagon, deus in Gazâ, Judic. 16, 12, 23, Azotho et alibi cultus, 1 Reg. 4, 1, etc.; est enim apud Josue 15, 41, et 19, 27, mentio duarum urbium Beth-Dagon, i. e., templum Dagonis. 2° Beel-sebub, deus muscarum, in Accaron venerationi expositus, 4 Reg. 1, 2, etc. 3° Astaroth, facilè confundendus cum Venere cœlesti, templo Ascalone erecto, teste Herodoto l. 1, c. 105, celebri. 4° Marnas idolum quidem in Scripturâ ignotum, sed apud alios tanquàm peculiare Gazæ numen celebratum (Hieron. ad Læt.). 5° Berith sive Baal-Berith. Porrò hæc omnia numina, si veteribus scriptoribus fides, originem referunt ex insulâ Cretæ. Dagon Philisthæorum ipsa est dea Dictynna Cretensium, quæ sanè Dic-tinna, confundenda est cum Dig tin, sive Dagtan; Dag et Dagon in Hebræo sonant, piscis; thau

(2) 1 *Reg.* 31, 3: Consecuti sunt eum viri sagittarii.

sive thannim, magnus piscis cetaceus. Tradunt Cretenses nomine illo Dianam appellatam fuisse (Dicæarch. in Cret.), quippe quæ insequentem Minoem fugitans, cùm in pelagum se projecisset, subjectis piscantium retibus excepta fuit (vide Diod. l. 5, p. 236, 237). Beel-sebub facilè sub muscæ simulacro effingebatur, in memoriam innutriti Jovis in monte Ida inter medias apes; cùm autem apes illæ atram haberent muscarum formam, deus in præmium accepti ab illis officii pullum colorem in aureum immutavit; officii, inquam, accepti, cùm illæ in nutriendo puero mella nymphis sufficerent. Cùm autem mons Ida celsissimo sit vertice, ventisque validioribus concussus, tum et sævissimo frigori subjectus, alterum accessit à Jove insectis beneficium; nempe ut resistendi ventis haberent vim, tum et frigoris omnem sensum abstulit, quò scilicet dulcem in montem trahere moram possent. Si Astaroth cum Venere confundenda est, et Cretenses avitum esse numen illud rati, summâ semper religione domesticam deam coluerunt, non est cur rationes investigemus culti à Philisthæis, quæ colonia est Cretensium, numinis. Tandem Stephanus Geographus testatur Marnam Gazæ ipsum esse Jovem Cretensium.

Ex his omnibus facilè colligimus, Philisthæorum originem à Cretâ repetendam esse, quemadmodùm ex nomine, moribus, armis, legibus, politiâ, linguâ, religione utriusque gentis probatur.

Nostram hanc de origine Philisthæorum sententiam criticorum nonnulli improbandam susceperunt (Journal de Trévoux, mensis Augusti 1722, p. 1376, etc.), quibuscum contentiosum trahere funem in re adeò obscurâ et problematicè in utramque partem agitandâ recusamus. Quæ tamen afferunt adversùs nos rationum pondera, non ea planè censenda sunt, quæ in aliam nos sententiam pertrahant.

Observant igitur 1° Sesostridem, Ægypti regem, tot insignium expeditionum gloriâ clarum, persecutionem omnium primum in Hebræos movisse non diù ante natum Moysen (vide P. Tournemine, Dissert. in Marshamum aprilis 1702). Obiit ille post 59 regni annos, quem Ramesses ejus filius excipiens 66 annis regnavit. Sub Amenophi, qui post Ramessem Ægypto præfuit, Hebræi regionem illam deseruerunt. Chronologicum hoc systema placet iis quibus nostra displicent; neque nos refutandum suscipiemus, quamdiù illi non ut certam chronologiæ hypothesim, sed ut probabilem tantummodò invexerint.

2° Auctoritate Herodoti statuunt Ægyptiorum coloniam à Sesostride in Colchide relictam (Herodot. lib. 2, c. 103, 104), ipsamque coloniam à Moyse nomine Casluhim designatam. Ex his deducti Caphtorim in vicinam Colchidi Cappadociam, ac maximè in Siden, vel Sidenam Cappadociæ parvam quidem regionem transmigrârunt. Probat hæc nomen *Siden*, quod Græcis est malum punicum, sicut Caphtor Hebræis.

3° Quæ deinde regio, inquiunt illi, Chanaan et Judæa dicta est, appellabatur olim Palæstina, quòd in primâ terrarum orbis divisione Asiam ab Africâ, portionem Cham à portione Sem, disterminaret. Post Chananæorum invasionem vetus Palæstinæ nomen finitimæ regioni mansit: quam sanè regionem ætate Abraham et Isaac tenebant principes Hevæi sub Philisthæorum nomine in capp. 20 et 26 Genesis designati.

4° Addunt, quâ ducti ratione ignoro, Caphtorim, relictâ Cappadociâ, irruptionem fecisse in Hevæos, quibus pulsis ejectisque, totam illam sibi regionem, neque regionem tantùm, sed et nomen Philisthæorum (Hevæis peculiare) usurpâsse, eâ planè ratione, inquiunt illi, quomodò Gothi, domitâ Hispaniâ, nomen sibi à devictâ regione asciverunt.

5° Ad *Cerethim*, vel *Cretim*, à Scripturâ interdùm Philisthæos appellatos, quod attinet, nomen illi deducunt sive ex coloniâ Cretensium in Palæstinam translatâ, sive ex singulari Philisthæorum in jaculando peritiâ, sive tandem ex Philisthæorum coloniâ in Cretam deductâ; unde facilè morum illa et numinum utriusque gentis affinitas.

Antequàm in hanc sententiam quidquam moveamus, animadvertere juvat omnia hæc meram esse puramque hypothesim, non historiam rei, cujus nulla suppetant monumenta. Nec quidquam moveor Herodoti auctoritate de Ægyptiorum coloniâ à Sesostride in Colchide relictâ, post ea maximè quæ nos ad Gen. 10, 14, observavimus, et quæ pariter adversùs hanc Herodoti historiam congessit Bochartus. Cùm enim Sesostris prælio victus esset à Colchis, coloniam in eâ regione statuisse suam quis credat? Fac autem reliquerit, an illa ex Casluhim constabat? an illi nomen Colchidi suum commodârunt? Scitum est, Colchidis nomen ante Sesostridem regioni fuisse. Quo insuper argumento evincitur Caphtorim, reli-

ctâ Colchide, in Sidenam, inde in Palæstinam, brevi 100 annorum spatio migrâsse? Neque enim post ortum Moysen, quem sub Sesostride natum statuunt, usque ad Hebræorum ex Ægypto secessionem, nisi 80 annorum spatium intercedit, et post 40 annos Philisthæi ex Caphtorim deducti, in Palæstinâ florebant.

Tandem Jeremias, 47, 4, et Amos 9, 7, Philisthæos ex insulâ Caphtor accersunt. Quis, rogo, unquàm Cappadociam insulæ nomine appellavit? Solemne est quidem Hebræis, insulæ nomen regionibus transmarinis, locis quæ mari alluuntur, peninsulis et regionibus nonnisi maritimo itinere à Judæâ petendis tribuere. Ita de Ioniâ, Macedoniâ, Græciâ et Asiâ minori constat; nemo tamen assereret omnibus maritimis regionibus commune insularum nomen ab illis inditum. Alioqui enim Judæa, Ægyptus, Arabia insulæ dicerentur, quod nemini adhuc venit in mentem. Nemo unus, qui linguam et stylum Hebræorum calluerit, affirmandum suscepit regiones omnes maritimas à Judæis communi insularum nomine appellari.

Tenuis est prorsùs conjectura, quæ ex Græcâ significatione nominis *Side* deducitur, ad probandam Caphtorim è Palæstinis originem. Potuit enim urbi nomen indidisse sive malis punicis ferax solum, sive urbis forma; etymon quin etiam illud aliunde fortè quàm ex Græco derivatur. Res enim dubitatione non vacat, an Moysis vel Sesostridis et Ramessis ætate Græcus vernaculus sermo in eâ regione obtineret. Corruit autem illicò tota adversariorum fabrica, si nomen *Side* aliunde quàm ex Caphtorim deductum est.

At enim Septuaginta et post illos interpretum turba, *Caphtorim* reddunt Cappadoces, quos sanè viros de origine Caphtorim instructos probè credere par est.

Hisce ego repono, 1° Septuaginta inter se committens, nempe interpretes Græcos Pentateuchi, cum interpretibus Ezechielis 25, 16, et Sophoniæ 2, 5, 6, qui sanè posteriores nomen Cerethim (Philisthæis synonymum) reddunt Cretenses. 2° Josephus, Antiquit. l. 1, c. 5, Cappadoces deducit ex *Mosoch* filio Japheti, cùm interim Caphtorim et Casluchim solo nomine sibi innotescere testetur. 3° Aquila, origine Judæus, et clarissimus Scripturæ interpres, nomen Caphtor et Caphtorim in textu servavit. 4° Tandem Bochartus, Chanaan l. 4, c. 38, scriptores Judæos inter se non convenire demonstrat, ut Cappadoces pro Caphtorim constanter usurpent (1).

Quæ verò est adversariorum persuasio, Philisthæos constituens primos Palæstinæ incolas ante Chananæos, tanquàm Scripturæ repugnans prorsùs abjicitur. Accersit enim Scriptura, Gen 10, 14, Philisthæos ex Caphtorim insulæ Caphtor incolis, Amos 9, 7, Jerem. 47, 4, sicut et pulsi è sedibus Hevæi à Philisthæis produntur, Deut. 1, v. 23. Legimus etiam non semel et iterùm, sed pluries Hevæos populos esse Chananæos. Ex quibus omnibus tria deducuntur : 1° Vetustissimos omnium Palæstinæ incolas haberi Chananæos; 2° priores illos terræ cultores excepisse Philisthæorum coloniam ; 3° hanc ex insulâ Caphtor et è populis Caphtorim ducendam esse.

Nunquàm evicerunt, neque evincent adversarii, primigenium Chananææ nomen *Palæstinam* fuisse. Nihil enim tale produnt Herodotus, Plinius, Mela, Ptolemæus in hanc sententiam laudati, et si quid proderent, eos testes rerum quas minimè norânt, abjicimus. Nunquàm non insinuat Scriptura Chananæos vetustissimos esse regionis incolas. Docet Moyses Deut. 2, 10, Moabitas è sedibus suis *Emmim* expulisse; Ammonitas *Zonzommim*, Deut. 2, 20, Idumæos regionem sibi *Horræorum* usurpâsse, Deut. 2, 22, ac tandem Caphtorim totam occupâsse Hevæorum regionem, Deut. 2, 23. Quæ omnia operæ pretium sacro scriptori visum est animadvertisse, ut Hebræis ad occupandam Chanaanitidem, promissam illis à Deo regionem, animos adderet. Res ergo poscebat ut simul et semel demonstraret, Chananæos ipsos veteres Philisthæos è sedibus suis depulisse, nec tamen eâ de re quidquam prodit.

Accuratissimus chronologiæ calculus nullam aliam gentem Chananæis vetustiorem in Palæstinâ constitui patitur. Chanaan, quo auctore gens prodiit, non diù post diluvium natus est, quippe qui ætate esset jam grandior, ut maledictionem in se avi auscultaret, cùm

(1) Pluche (Concorde de la géographie, page 234) existimat voce *Caphthor* designari *mediam Ægyptum* ex quâ Philisthæi (Hebr. *Caphthorim*) egressi in eam regionem quæ à Gazâ, Gerarâ et Geth ad Joppem usque extenditur, invaserunt, ne ulteriùs progrederentur à Chananæis prohibiti. Facilè autem mediam Ægyptum putat *insulam* dictam, cùm à septentrione canali Bubastico, ab oriente sinu Arabico, et ab occidente Nilo fluvio includatur, quemadmodùm *Insulam Franciæ* appellamus provinciam inter Sequanam, Matronam, Æsiam et Entem sive Idanim, interjacentem. (Editores.)

avus ipse Noe vineam implantavit, Gen. 9, 25, 26. Ex Chanaan undecim filii nati sunt, Gen. 10, 15, etc. Quæ in constructione turris Babelicæ divisio accidit, ad 250 sive 300 post diluvium annum consignatur. Ex tunc autem florentissimam totius orbis gentem Chananæam credi par est, quam alias habuisse sedes præter Palæstinam nullibi legimus. Abrahami ætate, 250 annis circiter post turrim Babelicam, Chananæi jamdiù à pluribus annis quietam habebant regionis illius possessionem. Indicent ergo adversarii quando venerint, et quos regionis incolas depulerint.

Philisthæi jam inde ab ætate Abrahami potentissima erant populorum natio, quibus nec innumeræ deerant urbes, nec reges, veteresque regionis incolas Hevæos jam omnes depulerant. Erant ergo Hevæi gens ex Chananæis referens originem, primigenii Palæstinæ incolæ; quare vetustate superant illam, ab adversariis invectam, Casluchim à Sesostride in Colchidem missam coloniam adeòque et multo præcedunt tempore Caphtorim è Cappadociâ deductos. At enim Philisthæi illi Abrahamo et Isaac coævi, ipsissimi sunt Hevæi posteri Chanaan, qui pariter *Philisthæi, nempe segregatores,* ideò appellabantur, quòd portiones Cham et Sem medii distinguerent segregarentque. Bella ratiocinatio! 1° Cur inter se confundantur, quos Moyses non incuriosè distinguit? Cur Philisthæi simul cum Chananæis admisceantur, cùm Scriptura solerter admoneat, Philisthæos secundos ab Hevæis incolas in regionem venisse? 2° Philisthæorum nomen, quo sensu ab adversariis usurpatur, frustra in vetustis quà sacris, quà profanis monumentis quæras. Gratis invehunt adversarii, quin et contra omnem veri speciem, custodiam illam finium regionis Cham et Sem, tum et nomen *Philisthæi* datum populis regionem tenentibus in Africâ et Asiâ inter Cham et Sem, quicumque tandem populi illi essent, sive Chananæi, sive Caphtorim origine.

Nihil moror si quis cum Theodoreto in Sophon. 2, suspicetur Cretensium coloniam latera Mediterranei et Palæstinam frequentâsse, sive fortè Philisthæos quosdam in Cretam transmigrâsse, ac tandem Cerethim, sive Cretim, designare viros jaculandi peritissimos. Hæc enim nobis militant potiùs quàm contra nos, cùm in eamdem deducant sententiam, Philisthæos Cretenses esse origine, et insulam Caphtor cum insulâ Cretæ confundendam, quod totâ hâc dissertatione nostrâ probavimus. Neque mearum esse partium duco, ut quatuor adversariorum asserta falsi convincam, videlicet insulam Caphtor in Cappadociâ sitam esse; Philisthæos ex Caphtoritis *Side* in Cappadociâ deducendos; coloniam Ægyptiorum à Sesostride in Colchide relictam monumentum esse historicum satis assertum, ac tandem Palæstinam ante tenuisse Philisthæos, quàm à Capthorim et Chananæis occuparetur, Hevæosque Abrahamo coævos ipsissimos esse Philisthæos, vetustissimos regionis incolas. Quatuor hæc simul mera esse commenta cum veritate nunquàm componenda contendo.

Asseruerunt etiam contra meam sententiam cultum Beelzebub dei muscarum ex Colchide in Sueciam devenisse, quod probandum sibi assumunt ex historiâ muscarum, unde superstitiones suas deducebant Suecorum magi, teste Rudbekio. Ingentem magi illi captivam dæmonum turbam, muscas quasdam alis instructas referentem, super humeros gestabant, quas illi muscas prodigium aliquod operaturi, jussionum suarum ministras missitabant. Affirmabant dæmonem, quem sub nomine Thor colebant, summum habere in dæmones omnes muscas imperium. Porrò hunc muscam dæmonem è Sueciâ in Palæstinam cum Suecorum coloniâ deducit Rudbekius. Malunt tamen nostræ sententiæ impugnatores superstitionem ex Colchide in Sueciam per virum quemdam Odinum nomine, paulò Jesu Christi adventu antiquiorem transmittere.

Quid inde illi? An demonstrâsse sibi persuadent, muscarum cultum è Sueciâ in Palæstinam, vel potiùs è Colchide in Sueciam migrâsse? Mihi sanè ad intentum convincendum luculentiora desiderarentur argumenta, et otiosi esse hominis reputo diutiùs in hypothesi hâc subvertendâ immorari. Quo, rogo, argumento probatur, muscarum superstitionem sive in Sueciâ, sive in Colchide unquàm obtinuisse? Veneficorum Suecorum historia cultumne à Suecis dæmoni impensum demonstrat? dæmoni, inquam, quem ita tenebant captivum, ut ad suum tantùm arbitrium, suisque commodis dimitterent? Quid insuper hæc ad Philisthæos, Babylonicâ captivitate, ipsosque adeò Jesu Christi adventu vetustiores, et cultui Beelsebub addictos? Nihil igitur hisce in contrarium adductis argumentis è veteri sententiâ retrahimur, ratumque manet apud nos, Philisthæos ex insulâ Cretâ in Palæstinam transmigrâsse.

Accuratiùs modò de numinibus Philisthæorum disserendum.

PHILISTHÆORUM NUMINA.

Insitâ quâdam religione Philisthæos cultui suorum numinum vehementer addictos fuisse ex ipso Scripturæ testimonio intelligimus. In expeditionibus suscipiendis nihil habebant antiquius quàm ut secum idola referrent, vanâ spe ducti, non parùm sibi momenti ex ipsorum ope in hostes futurum. Capta olim à Davide nonnulla ex iis idolis igni tradita sunt, 2 Reg. 5, 21, et 1 Paralip. 14, 12. Post devictum in prælio Gelboe extinctumque Saülem, victores Philisthæi *miserunt in terram Philisthinorum per circuitum ut annuntiaretur in templo idolorum et in populis,* 1 Reg. 31, 9. Cùm Samson in eorum manus incidisset, in carcere detentus aliquandiù, deinde in templum Dagon in actionem gratiarum diis ejusdem gentis productus fuit: eo simul aspectu volentes præsentem in templo turbam delectare adversarium longè terribilissimum intuentem, à quo nihil sibi ultra timendum haberet. Arca Domini in prælio sub Heli summo sacerdote capta, in templo Dagon deposita est, 1 Reg. 5, 2, sicut et ibi suspensum Saülis caput, arma verò ipsius regia in templo Astaroth, 1 Reg. 31, 10, et 1 Par. 9, 10, tropæum exhibuerunt. Hæc de superstione et religione Philisthæorum monumenta sunt apertissima.

DAGON.

Celebratissimum Philisthæorum numen, cujus augustissimum erat Samsonis ætate Gazæ templum; namque vir ille strenuus eo quo præstabat corporis robore dejectâ ædificii mole, ultra 3000 hostes partim super tectum, partim in templo stantes oppressit, Judic. 16, 27. Huic non secundum alterum fanum Azothi excitatum erat, ubi arca Domini deposita tantam prodigiorum procellam in idolum excussit, ut confractum simulacrum coram illâ conciderit, et numinis caput manusque in limine templi projecta jacuerint; quod deinde ad limen accedentes Philisthæi, ne conculcantes tangerent, sed saltu transilirent, religiosè caverunt, 1 Reg. 5, 5. Diù superstitio illa mansit, cùm Philisthæos hisce characteribus designet Sophonias, 1, 9: *Visitabo super omnem qui arroganter ingreditur super limen.* Extabat adhuc templum Dagonis Azothi sub Machabæis; namque direptum ibi combustumque templum à Jonathâ legimus, 1 Mach. 10, 83, 84.

Quâ potissimùm formâ idolum exhiberetur id diù multùmque interpretes torsit. Judæorum doctores de hoc argumento scribentes adeò inter se variant, ut temerè et ad arbitrium scripsisse statim intelligantur. Sunt qui superiora hominis, inferiora piscis habuisse dicant (Kimchi); alii ordine inverso piscem statuunt in superioribus, infra verò à femore hominem (Abarbanel). Alii homine excluso piscem per omnia (Rab. Salomon); sicut alii vicissim nihil non humanum constituunt (Rab. Levi. Vide, si lubet, Andr. Beyer addit. ad Seld. de Diis Syr.). Id constat, nec manus nec caput numini defuisse; Scriptura enim narrat 1 Reg. 5, 4: *Caput Dagon et duæ palmæ ejus abscissæ erant super limen. Porrò Dagon solus truncus remanserat in loco suo.* Septuaginta, pedes quoque unà cum manibus et capite projectos habent. Nos igitur non inviti suspicamur, deum hunc, sive deam (carent enim Hebræi feminino nomine deabus designandis) ipsissimum esse Ægyptium numen, quod D. Vaillant, Append. Hist. Ptolomæorum, ex nummo urbis Menelai exhibuit. Refert autem feminam mediâ corporis parte expressam, cornucopiam tenentem, inferiora habere piscis, caudâ in dorsum replicatâ, pedibusque à pisce non abludentibus, veluti crocodili, seu vituli marini. Veneris numen sub piscis formâ coluerunt Ægyptii, quod in prælio Typhoeos cum diis, Ovid. Metam. 5, fab. 5,

Pisce Venus latuit.

Porrò nomen *Dagon,* sive *Dag,* Hebraicè sonat piscem; quod sanè animalium genus Syri, Phœnices, Persæ, Ægyptii, Cretenses, summâ veneratione colentes, deos deasque suas in piscem non rarò transformabant. Hunc igitur finitimarum gentium ritum tenuisse etiam Philistæos facilè credimus. Utquid alioqui piscis nomen deo suo tribuissent, si cæteris circa illos populis numinum suorum sub piscium formâ exhibentibus simulacra, soli piscem non adorarent? Diodorus Siculus, lib. 2, pag. 65, sive 92, tradit, Ascalone, quæ urbs erat florentissima Philisthæorum, deam coli *Derceto* sive *Atergatim,* cujus simulacrum vultum habens feminæ in piscem desinebat; addit insuper non longè ab urbe altum esse lacum piscibus refertissimum, quos sacros habent incolæ, intactosque servant, rati Venerem in lacum se projicientem quondam in piscem transisse.

Nomen *Derceto,* sive *Atergatis* ex *Dag* et *Adir* derivatum, sonat *piscis magnificus,* addunt *diis* et *regibus;* ita deus Sepharvaim appellatus est

Adramelech, seu *Adarmelech*, rex magnificus, 4 Reg. 17, 31. Philisthæi, audito nuntio deductæ in castra Hebræorum arcæ Domini, exclamârunt, 1 Reg. 4, 8 : *Quis nos salvabit de manu regum sublimium istorum ?* Verum Deum sæpè hoc eodem titulo insigniunt Hebræi (vide Exod. 15, 11; Ps. 7, 2, 10, et 75, 5, etc.). Lucianus, qui deam Syriam oculatus testis inspexit, simulacrum pingit mulieris in piscem desinentis, quemadmodùm et Nereides apud poetas describi consueverunt. Deam Eurynomc filiam Oceani colebant Arcades in templo in urbe Phygale erecto, quod semel tantùm in anno recludi consuevisse ferunt. Numinis simulacrum aureis devinctum catenis in templo velut in carcere detinebatur. A capite ad imum usque pectus venustam referebat puellam, inferiora desinebant in piscem. Porrò numen illud è Cretâ in Peloponnesum facilè transiit.

Abstinuisse Syros à piscibus quibusdam, satis ex veterum testimonio constat, sive indignum ratos ea in cibum adhibere, quæ in altaribus numina colebant, uti Diodorus Siculus, S. Clemens Alexandrinus, aliique nonnulli autumant; sive Gatis, vel Atergatis reginæ edicto absterritos, quippe quæ piscium avidissima, omnes sibi reservari, vetito cæteris illorum usu constituit, quod malunt Antipater Tharsensis et Mnaseas ab Athenæo laudati, Dipnosoph. l. 8, c. 8. Mos inde obtinuit, de quo Athenæus ipse, aureos et argenteos pisces in ejus templa inserendi, ut perpetua essent religionis monumenta; sicut et ex piscibus assatis elixatisque mensas in ejus aris instruendi, quæ postea sibi omnia rapiebant sacerdotes. Malunt alii sacros fuisse Derceto pisces, quòd deam in aquas prolapsam à præsentissimo periculo liberârint. Similemque habuisse de Dictynnâ deâ suâ opinionem Cretenses ex testimonio Diodori supra laudato videntur; namque extractam illam è mari piscatoriis retibus narrabant. Alii tamen (Menand. apud Porphyr. l. 4, de Abstin. Vide et Plut. de Superst.) contendunt, abstinendi à piscibus in causâ Syris fuisse, quòd tormina sibi quædam viscerum et jecoris, sicut et ulcera crurium, totiusque corporis metuerent à Derceto infligenda in pœnam, quòd sacros deæ pisces violâssent. Ovid. Fast. l. 2 :

. . . . *Genus hoc imponere mensis*
Ne violent timidi piscibus ora Syri.

Manilius, Astronom. 4, aliique plures autumant injuriam Veneri irrogari, si pisces in cibum adhibeantur :

Scilicet in piscem sese Cytheræa novavit,
Cùm Babyloniacas submersa profugit in undas,
Inseruitque suos squamosis piscibus ignes.

Sed quæcumque demùm fuerit Syriacæ superstitionis causa, extra controversiam est consecrâsse illos in altaribus pisces, sicut et deam Derceto feminam quidem in superioribus, inferiora verò piscis exhibuisse ; ipsam autem esse credimus Dagonem illum in libris sacris celebratissimum. Porrò numen illud, quod mulierem effingebant Syri et Cretenses, masculino Dei nomine Persæ venerabantur. De Oanne, numine Babylonis, Derceto non absimili, sermo est apud Berosum (apud Euseb.). Namque capite erat et pedibus humanis ; infra verò humanam altera assurgebat piscea cervix; pedes autem hominis prodibant ex amplissimâ piscis caudâ, quæ in dorsum revolvebatur. Mira jactitabant de monstro : manè de mari Rubro vel sinu Persico emergere, et post actam Babylone totam diem, sub vesperas iterùm in aquis demergi. Amphibium erat humanoque sermone instructum. Plurimarum, nec inutilium quidem ad vitam rerum primus auctor ferebatur, uti scribendi, ædificandi, agrosque colendi, etc. Quatuor ejusdem figuræ et nominis Apollodorus recenset, omnes è mari Rubro emergentes (vide Selden. de Diis Syris syntagma 2, c. 3); addit insuper nonnullis ante diluvium seculis novum aliud monstrum cæteris non dissimile ex eodem loco prodiisse, nomine *Odacon*. Quis, rogo, nominis *Dagonis* vestigia non agnoscat? Neque Septuaginta numen illud ignorâsse visi sunt, quippe qui *Nebo* deum Babyloniorum Dagonem reddiderunt, Isai. 46, 1. Quod autem vix fidem extorquet, atque religionis et theologiæ paganæ absurdum omne relevat, illud est, nimirùm eamdem Dianam, quam Cretenses *Dictinnæ* nomine colebant, cultum apud Persas, cæterasque barbaras gentes obtinuisse sub nomine *Dianæ Persicæ* (Diod. l. 5, pag. 237). Manilius ubi supra, Venerem in piscem transmutatam testatur :

Cùm Babyloniacas submersa profugit in undas.

Mersam in Euphrate, Palæstinæ, ut ipse quidem autumâsse creditur, amne, habet Ovidius Fast. l. 2, vers 460 :

Venit ad Euphratem comitata Cupidine parvo,
Inque Palæstinæ margine sedit aquæ.

Et Metam. l. 4, fab. 3, repetit versam illam in piscem, vel saltem ita ferri apud Babylonios, et persuasum esse Palæstinis :

De te, Babylonia, narrant
Dercete, quam versâ squamis velantibus artus

Stagna Palæstini credunt coluisse figurâ.

Fieri utique potuit ut apud Babylonios cultus Derceto, Dianæ, sive Dagoni sub piscis simulacro impenderetur.

A vero pariter non abludit deam Hierapolis in Syriâ, de quâ plura Lucianus, eamdem esse quæ Diana Persica, ipsam demùm Derceto, seu Dagon, seu Dictynnam, aut Dianam. Lucianus (de Deâ Syrâ) narrat non defuisse, qui ædificati templi deæ Syriæ honorem tribuerent reginæ Semiramidi, quæ scilicet parenti suæ Derceto fanum illud erexerit; populos verò urbis à columbis abstinuisse, quòd aves sint Semiramidi sacræ, et à piscibus, quòd Derceto dicati habeantur. Strabo, l. 16, non obscurè tradit, coli Hierapoli deam Atergatim. Plinius paria refert l. 5, c. 23: « Ibi prodigiosa « Atergatis, Græcis autem Derceto dicta, co« litur. » Et quod maximè ad rem facit, Ascalonitæ cultui Derceto addictissimi, columbas summoperè observabant, eas aves sanctas, eas sacras habentes, quas si quis fortè in cibum adhibuisset, is deos suos vorandi discrimen subibat. Tibullus:

Quid referam ut volitet crebras intacta per urbes
Alba Palæstino sancta columba Syro?

Vidisse etiam se testatur Plinius apud Euseb. Præpar., dum Ascalone esset, infinitum propemodùm harum avium numerum, quem summâ diligentiâ et obsequio alebant.

ASTAROTH.

Alterum erat Philisthæorum numen, cui regia Saülis arma in tropæum suspenderunt: *Posuerunt arma ejus in templo Astaroth, corpus verò ejus suspenderunt in muro Betsan,* 1 Reg. 31, 10. Incertum tamen quâ potissimùm in urbe coleretur, nisi fortè Ascalone credamus, ubi Veneris Cœlestis templum, omnium ejusdem deæ vetustissimum habitum juxta Herodotum lib. 1, cap. 105, spectabatur. Cyri et Cytheræ incolæ Veneri devota gens, religionem suam Ascalonitis debent. Sed quænam hæc dea Astaroth? Nos confundendam credimus cum Derceto, Atergatâ, Venere Cœlesti, uno verbo, cum Dagone, Dianâ, Atharâ, deâ nemorum, de quâ sæpè in Scripturâ, *Asera Ascherah.* Vide 4 Reg. 21, 7, et 23, 4, 6, et 2 Paralip. 33, 3. Fusiùs nobis de hoc argumento actum est in dissertatione de Numinibus Phœnicum; hìc tamen duas vel tres conjecturas afferendas censemus. Strabo de corruptis nominibus barbaris agens, observat lib. 16, vers. fin., ex Atergatâ factum Athara, quam Ctesias appellat Derceto. Tradit Artemidorus Syros à piscibus non abstinere, exceptis quibusdam paucis deam Astartem colentibus, Oneiroc. c. 9; ex quo confusas intelligimus ab eodem scriptore geminas illas deas, Astartem et Derceto, cùm alteri tribuat quod ad priorem tantùm referendum est. Tandem 2 Mach. 12, 26, sermo est de Astaroth Carnaim urbe transjordaninâ, ubi templum Atergatæ (*Atergateion*) fuisse perhibetur.

Quanquàm autem ea quæ hucusque digessimus de Dagone et Derceto veri aliquam speciem habere videntur, suis tamen obnoxia sunt difficultatibus, imò et prorsùs repellenda essent, si testimonium Sanchoniatonis, auctoris Phœnicii ante bellum Trojanum, admittatur. Scriptor enim ille, qui patriam religionem nôsse debuerat præ Luciano, Diodoro, aliisque planè recentioribus Græcis et Latinis, eo maximè tempore florentibus quo Græci totam Orientalium theologiam diis Græcorum invectis turbaverant, scriptor, inquam, ille tradit apud Euseb. Præp. l. 1, cap. ult., Cœlum, pluribus editis filiis, inter cæteros Dagon habuisse, cujus nomen ex Phœnicio *Dagan frumentum,* derivatur; cùm autem, addit, hic aratri et frumenti usum invenisset, nomen obtinuit *Jovis Agricolæ,* sive *Jovis ad aratrum.* Saturnus uxorem tradidit Dagoni unam ex uxoribus Cœli, quam ipse Saturnus in bello à se in Cœlum illato captivam habuerat. Hæc Sanchoniato, omnia hucusque præstituta à nobis auctoritate suâ evertens. Singula hæc probâsse Bochartus visus est; ea verò rejicit omnia quæ de simulacro Dagonis Rabbini comminiscuntur, de Anim. sacr. p. 1, l. 1, cap. 16.

Sed hæc duo Sanchoniatoni reponenda: 1° Historiæ veritas; 2° nomen Dagon ex Phœnicio *Dagan, frumentum,* derivatum negatur. Sanchoniatonis nomine inscriptum opus fabella est ad arbitrium supposita, sive fraude Porphyrii, qui detrahendi sacris libris consilio (ita erat in Christianos animatus) omnia ex theologiâ Phœnicum suffuratos fuisse sacros auctores demonstraturus, libellum facilè procudit. Nemo certè ante Eusebium, nec post illum aliquis, hujus auctoris scriptum vidit unquàm. Quin nec ipse Eusebius integrum illius opus legisse videtur; sed quæ apud Porphyrium extabant fragmenta, in suum opus transtulit, cùm fortè nec ipse Porphyrius integrum opus supponere ausus, quædam tantùm fragmenta in suo libro inseruerit; fraude non planè felici, cùm se non semel prodat, omniaque

interserit absurdis adeò putidisque erratis et fabellis, ut vulgò hujus ætatis eruditos præstitæ olim hisce fragmentis fidei pudeat. Nominis etymologia *ex Dagan* probari utique posset, si alicujus historiæ vel probati scriptoris auctoritati inniteretur. Sed quis, rogo, deus Jupiter iste Agricola? ubi locorum cultus? quod ejus numinis templum, cultoresque quales? Fragmenta illa procudenti præ oculis erant libri sacri, ex quibus nomina propria colligens ad litteram translata, in certas genealogias, obtrusis fabellis servientes, digerebat. Ita cùm inter legendum offendisset *sedai*, deum agrorum vertit, quòd scilicet *sade* ad litteram sonet agri. Sed Hebræi, qui planè vocabulorum suorum vim nôrant, vocem illam reddunt: *Deus, qui sibi sufficit.* Sed fusiùs de theologiâ Sanchoniatonis recurrit sermo, ubi de numinibus Phœniciis, sive Chananæis.

BEEL-SEBUB.

Beel-sebub, i. e., *deus Muscarum*, sive *deus Musca,* Philisthæos habuit cultores, et templum celeberrimum in Accaron, ubi et oracula reddebantur. Ochozias, rex Israel, lapsus è tecto domûs in cœnaculum, gravi vulnere affectus, consultum de valetudine suâ Beel-sebub deum Accaron misit. Euntibus regiis legatis occurrens jussu Domini Elias, gravioribus verbis ita est compellatus, 4 Reg. 1, 2, etc.: *Numquid non est Deus in Israel, ut eatis ad consulendum Beel-sebub deum Accaron? Quam ob rem hæc dicit Dominus: De lectulo super quem ascendisti, non descendes.* In novo Testamento Beel-sebub princeps dæmonum appellatur. Pharisæi de Jesu: *In Beel-sebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia,* Matth. 12, 24; Luc. 11, 15; alii insuper de eodem Jesu Marc. 3, 22, *dicebant, quoniam Beel-sebub habet, et quia in principe dæmoniorum ejicit dæmonia.*

Sed quale hujus numinis simulacrum? Inter varias variorum tres tantummodò opiniones referemus. Prima nomen Beel-sebub inditum numini per contemptum opinatur; cujus genuina esset appellatio: *Beel-samin,* deus Cœli. Secunda autumat numen fuisse tutelare Philisthæis, cujus potissimùm opem in muscas implorarent, quemadmodùm et Græci colebant Herculem muscarum venatorem. Tertia contendi consecratas à Philisthæis muscas, quarum erectum in altaribus colerent simulacrum. Quæ pro singulis hisce sententiis afferuntur, conjecturas promamus.

Obtinuisse apud Hebræos mores externorum deorum nomina corrumpendi ex sacris libris intelligimus. Quo enim horrore numina illa prosequebantur, eodem et nomina detestantes, ne proferre quidem illa vel designare sustinebant. Urbs *Bethel*, quæ vox *domum Dei* sonat, non raró immutato nomine, *Bethaven,* domus iniquitatis, vanitatis, nihili, appellatur, ex quo aurei vituli à Jeroboamo fabricati sedes effecta est, 1 Reg. 13, 5, et 14, 23; Oseæ 4, 15, et 5, 8 et 10. Monti Olivarum montis *Offensionis* nomen, 4 Reg. 23, 13, accessit, quòd erecti ibidem fani sedes effectus est. Valli Heliopolis in Cœlesyriâ, templo Solis sive Baal infami nomen vallis iniquitatis ab Amos tribuitur (1). Isbaal, Miphibaal, filii Saül, variato nomine in Scripturâ appellantur Isboseth et Miphiboseth, i. e., *vir confusionis,* os confusionis, quò profanum nomen Baal evitaretur. Dominus, Oseæ 2, 16, 17, profitetur commissurum se, ne ultra nomen Baal in ore populi sui versaretur, ut nec uxor quidem cum viro suo familiariùs loquens, illud usurpare nosceret; *neque enim,* inquit, *ultra appellabit conjux virum suum baali,* i. e., *dominum meum,* sed ischi, *virum meum,* sponsum meum. Non abs re igitur suspicaremur, Hebræos recepto more nomen *Beel-samin,* deum Cœli, reddidisse *Beel-sebub,* deum Muscam, vel, *Beel-sebub,* salacitatis, quemadmodùm legunt pleraque Græca exemplaria et veteres interpretes.

Sed cur nomen *Beel-samin* in *Beel-sebub* transferendum maluerunt? Ideò, inquiunt, quòd victimarum cruore ablutum simulacrum muscas accerseret, quibus etiam ebulliebat templum, invitante odore carnium et sanguine hostiarum. A templo Salomonis, si Rabbinis fides, omnis exulare musca divino prodigio jussa est. Sed hæc frivola sunt, nec majorem merentur fidem, quæ de templo Salomonis à muscis immuni jactitant. Quin et ex textu 4 Regum supra laudato, satis intelligimus nomen illud peculiare esse, non deridiculò impositum; neque enim alioqui Ochozias numinis opem imploraturus mittens, eo deum illum nomine compellâsset.

Altera proximè succedens sententia, muscarum aucupio occupari deum autumans, nihilò melioris est fidei. Tota enim innititur futilibus et à longè deductis conjecturis, quæ in speciem quidem aliquid, re tamen nihil probant. Adducunt Jovem muscarum aucupem ab Eleis cultum, sicut et apud Romanos Hercules item auceps muscarum notus erat, Clem. Alex. in

(1) *Amos,* 1, 5: Habitatorem de campo idoli, *mibbakath aven.*

Protrept. Plinius narrat (1) in Olympiæ sacris tauro litatum fuisse numini aucupi muscarum, quo sacrificio vix ablato, inquit, statim abactæ muscæ extra territorium turmatim evolant. Auctor sacrorum Hercules habetur, qui cùm Olympiam venisset, et sacrum Jovi parâsset, quò molesto muscarum tædio liberaretur, Jovi muscarum aucupi litavit : nec mora, statim molestorum insectorum examina facessêre loco, et trans Alpheum avolare visa sunt. In fano Apollinis ad Actium eidem incommodo occursum, mactato muscis tauro, illisque sanguine relicto ; statim enim veluti sacrificio contentæ abibant. Præsentissimum etiam habebatur Herculis numen in culices ; unde nomen inditum deo *Conopion*.

Cyrenaici, inquit Plin. l. 10, c. 27, « Achorem deum invocant, muscarum multitudine « pestilentiam afferente quæ protinùs intereunt, postquàm litatum est illi deo. » Porrò deum *Achor*, sive *Accaron*, ipsum esse Beelsebub non inviti suspicaremur, quanquàm de re prorsùs incognitâ (neque enim aliud de illo memoriæ proditum est) meliùs judicium omne suspenditur. Illud tantummodò addendum nobis, vix posse in animum nostrum induci, solam, quæ deo tribuitur, muscas depellendi virtutem, in causâ fuisse cur Beelsebub appellaretur ; scimus enim Jovem et Herculem, deos ambos in muscas tutelares, tantæ virtutis merito nomen sibi promeruisse aucupio muscarum. Ita planè cujus numen præsentissimum sentitur in mures et serpentes, non continuò *deus Mus, et deus Anguis* nuncupatur. Quæ tandem ratio suadet Beelsebub numen fuisse in muscas prodigiosum? Nihil eâ de re in sacrâ historiâ, et ne verbum quidem in profanâ. Scitum est tantummodò oraculum ejus in Accaron reddendis futurorum oraculis celebratum fuisse : quare Ochozias non impetrandæ à morbo sanitatis, sed de morbi eventu consulturus legatos eò misit.

Tertia tandem sententia ex numine muscam facit, divinis honoribus ab Accaronitis cultam, vel hominem muscam habentem sive in manu, sive in capite, sive ad latera. Scitum est enim obtinuisse apud gentiles, ac maximè Ægyptios, morem, ut vera animalia consecrarentur, ut puta taurus, aves, crocodilus, vel saltem eorum simulacra aurea, argentea, lignea, ænea imponerentur altaribus. Sæpè tamen numinibus suis bruti aliquid coagmentabant, ut Isidi caput felis aptatum est, Anubi caninus vertex, Derceto cauda piscis, Ammoni cornua arietis, et sic de singulis. Tandem capiti sive manibus numinum bruta animalia imponebantur, virtutis singulorum hieroglyphicum ; uti piscis, accipiter, cervus. Vide hâc de re nummos Ægyptios et tabulam Isiacam. Apes in veteri simulacro Dianæ Ephesinæ insculptas licet spectare in Musæo Farnesiano Romæ. (Vide Antiq. Græc. Græv. et Gronov. c. 7, pag. 382 et 383.)

Porrò muscis non minùs planè erat meritum, quàm felibus, lupis, crocodilis, anguibus, ibicibus, formicis, muribus, febri, tempestati, cepis, porris, quæ omnia vesana gentilitas aris imposita consecraverat. Auctor Sapientiæ, 12, 8, immissas narrans à Deo in Amorrhæos et Chananæos vespas et muscas, à quibus paulatim è sedibus illi suis repellerentur, addit deinde illa habuisse adversaria, quibus divinos honores impenderent. Colebant ergo muscas, vel saltem muscarum simulacra. Vide Sap. 12, 23, 24. Testimonium Diodori l. 5, de repensis à Jove beneficiis in muscas, sive apes infantiæ suæ in monte Ida beneficas altrices, supra retulimus. Beneficiorum deus ille non immemor, aureum æneo admixtum colorem largitus est, simulque indulsit ut perniciosissimo cæteris morsu se ipsas defenderent. Genus autem illud muscarum diutiùs in monte perennatum fuisse Ælianus Hist. Anim. l. 17, c. 35, est auctor. Ad cantharides allusisse creditur. Auctor ille, sicut et Diodorus, ità insecta describunt, ut cantharides pinxisse videantur : illis enim venenatus morsus, illis aureus color quadrant. Plerique tamen scriptores illos interpretantur de apibus. Dignius etiam aliquid munificentiæ suæ donum liberalissimus Jupiter muscis contulit, ut *scilicet haberent liberos,* ait Servius in Virg. Georg. l. 4, *sine ullo concubitu*. Virgilius narrat non defuisse, qui viso ordine atque politiâ apum, animâ illas, intelligentiâ et portione divinitatis quâdam præditas fuisse suspicarentur. Virg. Georg. 4 :

His quidam signis atque hæc exempla secuti,
Esse apibus partem divinæ mentis et haustus
Ætherios dixêre.

Symbolum habebantur immortalitatis, quippe quæ sibi ipsis post interitum vitam redonarent, neque gignendis et reparandis apibus

(1) Plin. l. 29, c. 6 : « Olympiæ sacro certa« mine, nubes earum, immolato tauro Deo, quem « Myiodem vocant, extra territorium id abière. »

commixtione utriusque sexûs opus haberent. Ibidem :

Illum adeò placuisse apibus mirabere morem,
Quòd nec concubitu indulgent, etc.
Verùm ipsæ foliis natos, et suavibus herbis
Ore legunt.

Didymus, apud Lactantium de falsâ Relig. lib. 1, cap. 22, prodit, Melisso regi Cretæ geminas fuisse filias Amaltheam et Melissam, quarum illa lacte, altera melle infantem Jovem paverit. Fabula historiæ accedens, ex Amaltheâ capellam, uberibus suis puerum lactantem fecit, ex Melissâ apem, mellis sui dulcedine infanti blandientem : illi in præmium officii divini honores cesserunt ; cur verò eodem præmio et altera fraudaretur?

Scarabæus, sive cervus volans, quem non immeritò in muscarum censu habemus, inter deos etiam ab Ægyptiis agnoscebatur (1). Probrum hoc depulsurus à gente suâ Appio Grammaticus, observat scarabæum solis operâ æmulari, quippe qui stercoreum globum vertens, seipsum reproducit; nam post depositum in globo illo semen omnia sub terrâ recondit, quousque foto jam semine novus exsurgat in auras scarabæus. Tanta erat olim pro insecto illo militum Ægyptiorum veneratio, ut in annulis exsculptum gestarent (Ælian. Histor. Anim. l. 19, c. 15). In tabulis scarabæus et alterius etiam generis muscæ non rarò spectantur; varia enim muscarum genera colebant Ægyptii. Non est igitur cur Philisthæi similes honores muscæ ejus generis, vel simili denegaverint. Ita planè sententiam de hoc numine suam ferunt Septuaginta, 4 Reg. 1, 2, et Patrum Græcorum benè multi inter quos Gregor. Nazianz. orat. 2 contra Julian. ; Theodoret. q. 3 in 4 Reg.; Procop., Gazeus ; et vir quidam eruditus, nempe Joan. Ernest. Gerard. Analect. ad Matth. 12, 24, pag. 621, muscam in veteri nummo Phœnicio observavit. Quin et muscæ cultum diutiùs etiam post invectam christianam Religionem, Accarone mansisse Philastrius insinuare videtur, cùm de hæresi Judæorum muscas colentium in Accaron agit hæres. 13.

Jesus Christus Matth. 12, 24, Luc. 2, 15, Marc. 3, 22, Beel-sebub principis dæmoniorum titulo notavit, unde conjectura facilis duceretur, insinuatum eo nomine Jovem, in cætera paganorum numina, tanquàm omnium principem, regnantem. Potest autem non incongruè Jovi nomen *Baal muscarum* aptari, eâ scilicet ratione, quam supra insinuavimus, quippe qui muscas Idæas et aureo colore et mirâ quâdam virgineâ fœcunditate donârit. Prophetæ titulo ideò gaudere potest Jupiter, quòd oraculum haberet in Accaron. Ita Beel-sebub ipse est *Jupiter Idæus*, sive *Dictæus*, muscarum satellitio stipatus. Georg. lib. 4 :

.... *Apes*.......
Curetum sonitum crepitantiaque æra secutæ,
Dictæo cœli regem pavêre sub antro.

Apes peculiari religione Dianæ consecrabantur. Franciscus Ubaldinus et Lucas Holstenius celebrârunt apes, stemma familiæ Barbarinæ, quam in rem admonent apes olim in statuis Dianæ sive in cippis illi dicatis insculpi; insculptas pariter cerni in nummis urbium Ephesi, Messanæ, Metaponti, Delphi, et Syriæ. Vix tamen in animum inducerem alibi cultu religioso veneratas fuisse præter quàm apud Philisthæos, et fortè etiam in Ægypto. Apud Ægyptios scarabæus ceu solis emblema in Ægypto colebatur, ait Porphyrius de Abstin. lib. 4, art 9.

Profectò, si in profanorum theologiâ suus fuit cultus corvis, capellis, psittacis, quæ à deceptoribus doctæ sua edebant responsa et oracula, cur non idem honor fuerit muscis, Jovi dicatis?

MARNAS.

Nihil de Marnâ in Scripturâ, quod sanè numen cultum in Gazâ urbe Philisthæorum tradunt S. Hieronymus et profanorum nonnulli. Servantur etiam nummi, in quibus Gaza titulo *Marna* insignitur, apud Spanhem. pag. 669. De numinis illius templo ita S. Hieronymus in Epist. ad Lætam : « Marnas Gazæ luget inclusus, et eversionem templi pertimescit. » Legitur in vitâ S. Hilarionis, ludos et curriculorum agitationes in ejus honorem institutas. Stephanus Geographus, in Gazâ, autumat, Marnam eumdem esse ac Jovem Cretensem. Marna Syriacè, qui vernaculus erat in Palæstinâ sermo post captivitatem Babylonicam, vel saltem post Machabæos, sonat *Dominus*, quod Jovi optimè quadrat. Sed nec immeritò eodem denotari solem, vel Apollinem maximum totius Orientis numen suspicaremur.

(1) Plin. l. 30, c. 11 : « Propter hoc Ægypti magna pars scarabæos inter numina colit, » etc. (Vide et Plutarch. Symposiac. l. 4, c. 5, et Pierii Hieroglyphica, l. 8, cap. 14.

Templum Apollinis in Gazâ senatui cogendo destinatum legimus apud Josephum, Antiq. l. 13, cap. 21. Nec Cretensibus incognitum erat nomen Maran et Marna, cùm puellæ apud eas gentes *Marnæ* titulo, ac si diceretur, *domina*, decorarentur. Ejusdem vestigia in eâdem insulâ deprehendas non obscura, ut in *Marathusâ*, Marathi, etc.

BERITH, sive BAAL-BERITH.

Deus est ex libro tantùm Judicum notus, ubi post relatum Gedeonis obitum (1) legimus, Israelitas relicto Domino coram Baal supplices sese provolvisse : *Et posuerunt sibi Baal-Berith in deum* (ita Hebræus). Templum erat ejus numinis celebre in Sichimis, unde eductam pecuniam Sichimitæ Abimelecho filio Gedeonis penderunt, Judic. 9, 4; eò etiam confugerunt post negatam Abimelecho obedientiam, ibid. 14; ibi tandem Abimelechus ipse molâ macinariâ à feminâ deturbatâ elisus, interiit. Nostras de illo conjecturas dedimus in Commentario Judic. 8, 33, quibus has etiam addendas censemus, probantes numen illud è Philisthæis, vel Cretensibus deductum, ipsum esse Dagonem vel Derceto. Diodorus Siculus, l. 5, tradit, Cretenses religioso cultu deam *Britomartim* adorâsse, quam sanè natam dicit è Jove et Carme, cognomento autem appellatam Dictynnam, quòd inventrix haberetur venatorii retis, sive quòd Neptunum procacem amatorem fugiens, cùm se in pelagum projecisset, subjectis piscatoriis retibus excepta est. Dic-tynnæ verum etymon ex Hebræo *Dag-tannim, magnus piscis,* deducendum jam à nobis demonstratum est; nec *Britomartis* nomen aliunde repetendum quàm ex *Berith* et *Marath, deâ fœderis.* Auctor à nobis supra laudatus, et Solinus deam illam confundendam cum Dianâ censent, quod nobis etiam probatur, cùm Dic-tynna, Derceto, et Atergatis nihil sint aliud quàm Luna sub Dianæ nomine à Græcis culta. Sermo est apud Macrobium, Saturn. l. 1, c. 18, de Baccho, sive Libero *Brissæo,* non alio sanè quàm Sole, cujus pariter nomen deducitur ex Berith, sive *Beris,* juxta Chaldæam pronuntiandi rationem. Ita deus, sive dea Berith, cui templum Sichimitæ dedicaverant, ex vicinis Philisthæis accitum erat numen ; origine verò à Cretâ, quemadmodùm et cætera ejusdem gentis, derivatum. (CALMET.)

(1) *Judicum* 8, 33 : Aversi sunt filii Israel, et fornicati sunt cum Baalim, percusseruntque cum Baal fœdus, ut esset eis in deum.

DE SAMUELE PER VISUM SAULI OBJECTO,

Ad 1 *Reg.* 28, 11, 12,

Dissertatio.

Jam inde à primis Ecclesiæ seculis quæstio de Samuele per visum spectato viros doctos in partes distraxit. Inter maximos doctores et sapientissimos Patres non satis eâ de re unquàm convenit, et Ecclesia, eâ quâ præstat sapientiâ et discretione, hodiè usque tolerat varias in hoc argumento et discrepantes opiniones, quibus alioqui nullum inferatur vitium unitati charitatis, fidei, morumque. Sunt qui contendant fraude mulieris pythonissæ factum esse, ut loqui se cum Samuele Saül opinaretur, ejusque ante se aspectum habere persuaderet, quanquàm alioqui nihil ante se haberet, nec respondentem audiret. Alii malunt Samuelem verè Saüli spectandum sese præbuisse. Quanquàm nec inter patronos hujus opinionis satis convenit. Plerique enim contendunt, non vi quidem præstigii, nec magicorum carminum deductum è cœlo, prophetam stetisse coram rege; sed, inquiunt, Dei permissione factum est, ut neque voluntate veneficæ mulieris, neque magicorum carminum vi attentâ, propheta in conspectum Saülis veniret, ejusque oraculo impius rex disceret, quanta in caput suum ex denegatâ Deo obedientiâ evocâsset mala. Alii verò asserere non dubitârunt, quandoquidem sanctorum animæ, quemadmodùm et impiorum, nondùm obtentâ per Jesum Christum libertate, sub principis tenebrarum potestate essent, ejus imperio coactum fuisse

Samuelem, ut magicorum carminum invitationibus pareret.

Tertia de hâc re sententia docet, dæmonem ipsum, cùm sese Saüli et veneficæ videndum obtulisset, utrumque fefellisse. Alii denique aiunt, neque dæmonem fuisse, neque Samuelem, sed Samuelis phantasma et imaginem, quam Deus vel per angelos, vel suâ ipsius virtute exhibuerit.

Nec, si Ecclesiæ Patres dissident, Rabbini magis conveniunt inter se. Ludibrium esse et merum pythonissæ fallendi artificium tenet R. Samuel Hophni. Cùm enim reprobatum à Deo regem, tum et inunctum à Samuele in regem eumdem Saülem mulier vaferrima nôsset, nihil se tamen scire, ne vultum quidem regis agnoscere simulavit, et per suppositum callidè virum, antea de omnibus instructum, totum rei eventum, qualem jam conjiciebat futurum, trepidanti regi, ac Samuelem se audire autumanti, nuntiavit.

Saadias Gaon et R. Hai docent fieri nunquàm potuisse, ut pythonissæ virtute, nisi à Deo ipso in vivis revocaretur, Samuel videndum sese præberet. Quis autem credat, addunt illi, Deum in gratiam Saülis prophetam revocâsse ad vitam, Deum, inquam, qui consulenti per Urim et Thummim (præscripto nempe consulendi Deum ritu), nihil reponere unquàm voluit?

Levi Ben Gerson omnia errantis phantasiæ ludibrio acta esse in morte regis contendit. Minas enim Samuelis, de removendo scilicet à se regno, in mente versans Saül, earum terrore altè menti impresso factum est ut versari sibi ante oculos Samuelem ipsum et dura minitantem crederet.

Abarbanel persuasum habet, dæmonem sub ementitis prophetæ spoliis hæc omnia Saüli intimâsse, quæ ipse eventura conjectando assequebatur. Omnes æquè sententias illas reprobat Manasse Ben Israel, Resurrect. mortuor. lib. 2, cap. 6; sed libri Zohar opinionem adoptans, autumat spiritus esse quosdam, quibus mira vis est super animas mortuorum, ut ad arbitrium illis utantur, cogantque quodcumque jusserint corpus animare. Hæc tamen eâ tantùm conditione agere permittuntur, si primus à morte annus nondùm exierit, quo scilicet temporis periodo nondùm penitùs refriguisse animarum in corpora amorem, ita docent Rabbini, ut sæpiùs invisere illa atque fovere, uno verbo, non penitùs deseruisse corpus videantur. Eo igitur temporis spatio permissum animabus iter sibi in corpus perrumpere: quod ut reipsà fieret, coactus à pythonissâ dæmon præstitit. Certum igitur tenet Rabbinus primum à morte Samuelis annum nondùm exîsse: quod nostræ chronologiæ, biennium ab ejusdem prophetæ obitu statuenti, repugnat.

Tertia tandem opinio tenet, dæmonem sub ementitis prophetæ spoliis et Saüli et pythonissæ imposuisse. Sunt tandem qui contendant, nec Samuelis, nec dæmonis quidquam regi objectum, sed ejus loco spectrum aliquod sive figuram ejusdem prophetæ, angelorum ministerio, sive ab ipso per se Deo exhibitam.

Agitatâ jam latissimè hâc quæstione à viris doctissimis, vix quidquam novi est quod nobis dicendum supersit. Singularum igitur opinionum rationes potissimas deduxisse contenti, quæ maximè nobis probatur opinio seligetur, nullâ aliorum sententiam, quam alioquin Ecclesia tolerandam duxerit, notantes censurâ.

Eorum qui evocati magicorum carminum vi prophetæ sententiam asseruerunt, agmen ducit Origenes, quippe qui, licet opinionem non primus invexerit, auctoritate tamen suâ valdè promovit atque commendavit. Namque ante Origenem laudatur S. Justinus Martyr in Dial., qui scriptis tradiderat, dæmonem potestatem suam in animas justorum et prophetarum exeruisse, quas interdùm evocationibus magicis parere jubebat. Vir tamen ille sanctus non asseruisse de industriâ opinionem, sed tantùm per transennam proposuisse videtur, cùm Origenes et prudens sciensque illam sæpiùs inculcans pervicaciter defenderit. Quod sanè nobis insinuatur ab Eustathii Antiocheni de Engastrimytho dissertatione, vitio Origeni opinionem illam vertente, quæ modò ex scriptis ipsius errâsse nuspiam apparet. Ita hanc sententiam ex Origene præfert Eustathius: « Origenes dixit, dæmonem non animam tantùm prophetæ reduxisse, sed eduxisse pariter (ex inferis) alias sanctorum prophetarum animas. » Quanquàm in loco ubi Origenes eam tractat quæstionem, hæc tantùm hodiè nobis leguntur, in 1 Reg. 28: « Si ergo talis tantusque vir erat sub terrâ, et à pythonissâ evocatus est, fateamur oportet dæmonem potestatem in prophetæ animam obtinuisse. » Deinde orationem suam promovens, addit, quandoquidem Scriptura, seu Spiritus sanctus, Scripturæ auctor, evocatum à pythonissâ Samuelem asserit, nullum superesse de rei veritate ambigendi locum. Mirum autem nemini

jure videri poterit, si apud inferos anima Samuelis aliorumque prophetarum constituta dicatur, cùm eò descendisse Christum legamus. Vide eumdem tom. 27 in Joan.

Origeni geminus accedit Anastasius Antiochenus, contendens in Odego q. 12 : « Sanctorum pariter et impiorum animæ in manu « dæmonis erant, antequàm Dominus ad inferna « descendens exire inde justos præciperet. » Et S. Augustinus ad Simplicianum eâ de re consultus, lib. 2 divers. QQ. q. 4 (vide et de Doctr. christ. cap. 32) rescribens, nihil se magis admirari ait, potuisse dæmonem Samuelis animam coram Saüle statuere, quàm Satanam colloquia cum Domino miscuisse, facultatem petiisse ab illo manum in Jobum injiciendi, ac tandem ipsum Christum abreptum in pinnaculum templi elevâsse. Si Christus, citra dispendium majestatis et potentiæ suæ, diabolum tentantem sustinuit; si Judæos ignominiam vinculorum et crucis inferentes toleravit; quid sanè nequiverit secretâ providentiæ et sapientiæ suæ dispensatione committere, ut magicis evocationibus anima prophetæ pareret? « Cur, prosequitur idem « S. doctor, anima boni hominis à malis viris « evocata si venerit, amittere videatur dignitatem suam, cùm et viri plerique boni vocati « ad malos veniant...., servato atque inconcusso decore virtutis suæ ? » Sed in lib. de Curâ pro mort., cap. 15, agnoscit Augustinus Samuelis animam reapsè in conspectum Saülis venisse.

Rationes eorum qui Samuelem verè regi apparuisse negant, hæ potissimùm adducuntur. 1° Cùm Dæmon nihil in animas justorum possit, quî sanè valuerit in Samuelem pythonissa? Quanquàm igitur contrariæ sententiæ favere creditur littera textûs, ita tamen exponenda videtur, ut non Samuel, sed spectrum aliquod prophetam referens, regi verba fecisse atque minis terruisse intelligatur. Neque scriptoribus sacris accidit infrequenter, ut de rebus loquantur non ad veritatem, sed ad speciem. (Vide Eustath., etc.; Nyssen. Epist. ad Theod. episc.) Ita de magis Pharaonis scriptum legimus; produxisse illos, Moysis prodigia emulatos, angues, ranas, sanguinem, scyniphes, etc. An fortè reipsà dæmon hæc omnia produxit, non secùs ac Moyses? Minimè ille quidem; neque enim divina Moysis prodigia pari cum prestigiis magorum passu processisse credenda sunt. Porrò humano modo locuti SS. scriptores rem narrârunt.

2° Vix animum inducimus, Deum post rejectum jam olim Saülem, denegataque ipsi oracula sive per prophetas, sive per somnia, 1 Reg. 28, 15, acquievisse tandem ut Samuelem concederet, cùm maxime per crimen, nempe consultis magis (quod antea ejusdem Saülis edicto vetitum erat) peteretur. Igitur si neque Deus prophetam emisisse creditur, neque dæmon quidquam eâ in re poterat, restat ut ipse propheta ultrò in conspectu regis constiterit, vel saltem, quod malumus, prophetæ spectrum credulo Saüli illusisse, siquidem, si venisse dicatur, vel invitus et magicis incantationibus coactus descendit, vel spontè, vel saltem divinis jussionibus morem gerens. Nihil horum admittitur; solùm ergo pro Samuele spectrum regi exhibitum est.

3° Si Samuel regem convenisset, vel corpore accinctus venit, vel spiritalem tantùm animam stitit. Si corpore, quid sola pythonissa notum Saüli cæterisque virum agnovit? Si spiritus venit, quo privilegio mulier spiritum vidit, adstantibus omnibus invisibilem? Quid autem descendisset propheta, si aspectum suum illi denegabat, cujus gratiâ accitus venerat? Si invisibilis adfuit, frustra ille quidem venisset; si visibilis, par erat Saülem virum nôsse et audîsse citiùs, quàm feminam præstigiatricem, cui nihil erat cum Samuele.

4° In rei gestæ historiâ à Scripturâ descriptâ satis habemus argumenti, cur sive fraudi mulieris, sive spectro alicui vano à dæmone objecto res tota deputetur. Namque sacer historicus sermonem prophetæ, quidquid tandem vir ille esset, referens, satis demonstrat, aliud planè esse quod loquebatur, quàm prophetam, cujus alioqui personam gerebat. Ut quid enim propheta hæc verba loquens induceretur : *Quare inquietâsti me, ut suscitarer?* quasi scilicet prophetæ quies magicis evocationibus turbari potuisset, atque invitus à somno excitari. Viventium scelera, malaque dæmonum consilia nunquàm committent, ut tranquillum in alterâ vitâ justorum statum conturbent. Falsum igitur præ se ferebant aliquid verba illa, quasi scilicet invitus Samuel è sinu Abrahæ extractus eò deductus fuisset. Ubi autem prophetæ religio, cùm adorantem se Saülem sustinuit, v. 14 : *Inclinavit se Saül super faciem suam in terram, et adoravit?* Egregius iste propheta, dissimulato viri facinore, de consultis nempe dæmonibus, atque de obfirmato in impietate animo, omissis insuper peropportunis monitis ut ad Deum tandem regrederetur, misero po-

tiùs insultat, atque in ultimam desperationem deducens, edicit nihil manere illi à Deo auxilii; quare necem sibi filiisque tum et exercitui universo imminere intelligeret. Hiscene indiciis divinus Spiritus agnosceretur, atque pietas viri, qui, teste Scripturâ, Saülem vel ab ipso Deum reprobatum deflere non destitit, 1 Reg. 15, 35? Insuper, si impetrari illud potuisset, ut vi carminum magicorum Samuel evocaretur, nonne id esset necromantiam commendare, atque homines ad illam pronos magis magisque invitare? Frustra autem reponeretur, non id factum magicorum carminum vi; populus enim non factum ipsum, sed quod maximè factum apparet, observat. Non abs re igitur credimus, alterum planè à Samuele evocanti regi adstitisse, præcavente Deo, ne hoc exemplo pietas et fides populi sui in discrimen veniret.

Frustra autem opponuntur futurorum oracula, ab illo, quicumque tandem esset, sive spectro, sive prophetâ pronuntiata. Quod enim ab illo pandebatur, sive mendacium erat, sive incertum, sive aliunde cognitum; nihil autem superabat sive dæmonis, sive etiam feminæ pythonissæ scientiam. Saülis reprobatio, Davidis substitutio, res erant in toto latè Israele notissimæ; quin et partim jam impletæ, partim verò jamjam perficiendæ expectabantur. Affectæ Saülis res, despondentes militum animi, ipse rex ad ultimas desperationes adductus; hæc, inquam, omnia latere neminem poterant. Hanc animi sui angustiam, summumque rerum suarum discrimen Saül ipse cum feminâ collocutus prodidit. Post hæc autem omnia, admirationi locus erit, si de sinistro belli eventu certum oraculum pronuntiavit? Sunt etiam, qui in ejus verbis mendacium deprehendant, quippe quæ manè alterius diei patrem cum filiis occidendos, prædixerit; contendunt enim prælium ad tertiam diem dilatum fuisse. Quomodò autem adjungere poterat oraculum, Saülem ejusque filios manè alterius diei futuros cum Samuele? Scimus enim virum illum obfirmato in impietate animo diem clausisse; quare ad inferna fuerat deputandus, cùm interim Samuel requie justorum frueretur penes quem appositus etiam Jonathas, filius Saülis, et amicus Davidis piè creditur. Sed fac ea omnia veritati congruerent; an igitur continuò à Samuele pronuntiata credenda sunt? Nonne accidit sæpè, ut angelus tenebrarum in angelum lucis transformetur, et Satan mendacii pater vera edicat? Nonne ejus sunt de Jesu Christo in Evangelio pronuntiata elogia Marc. 3, 11, et Luc. 4, 41, sicut et Actuum 16, 17, de Paulo et Sila altè edicit: *Isti homines servi Dei Excelsi sunt, qui annuntiant vobis viam salutis?*

Favent huic opinioni PP. plurimi et interpretes non rari. Eustathius Antiochenus dissertationem de hoc argumento in Origenem adornavit, nihil in eâ historiâ nisi dolum atque illusionem pythonissæ agnoscens. Pseudo-Justinus, q. 52 ad Ortodoxos, apparuisse negat verum Samuelem regi expectanti, sed falso præstigio, inquit, dæmon personâ prophetæ assumptâ adstantibus imposuit, permissusque à Deo contra insitam ad mendacium indolem, vera prodidit. S. Pionius martyr, Tertullianus de Animâ, c. 57, S. Basilius Magnus in Isai. 8, S. Gregorius Nyssenus Epist. ad Theodos. episc., paria sustinent. Quin et S. Nyssenus autumat, dæmonem sub prophetæ specie, satellitio aliorum dæmonum stipatum videndum se præbuisse, ex quo factum, ut maga, 1 Reg. 28, 13, clamitans diceret: *Deos vidi ascendentes de terrâ.* S. Hieronymus (1) ita mentem suam prodit: « Saül per incantationes et artes « magicas visus est suscitâsse Samuelem. » Et in Matth. 6: « In Samuelis phantasmate py« thonissa loquitur ad Saülem. » Frustra autem in hanc rem congeremus non dissimiles sententias S. Cyrilli Alexandrini, de Ador. in spir. et verit. lib. 6, auctoris QQ. in veteri et novo Testamento, q. 26; Pseudo-Augustini de Mirabilibus sacræ Scripturæ l. 2, c. 2, sicut aliorum plurium ex priscis recentibusque interpretibus. (Vide et Method. patriarc. advers. Orig. de Python.; Philastr. de Hæres. cap. 26; Syncel. Chronic., Procop., Gazæum; Rupert. 2 in 1 Reg. 17, et alios plures apud Allatium de Engastrimy cap. 11. Ita et Vat., Grot., Jun., Cleric. et alii.)

Sed inter fautores hujus sententiæ, quidam indignum rati, dæmonem vim habuisse efformandi spectri similitudinem prophetæ referentis; Deus, inquiunt, sive ipse per se, sive angelorum ministerio, compactum phantasma coram Saüle statuit, eoque divinitùs loquente, futurorum eventus rex miser audivit. Hæc opinio tam altè sedit Theodoreto, ut adversæ sententiæ omnes stultitiæ arguat quæst. 63 in 1 Reg.; namque, ait, eò deducuntur, ut dæmonem jussa Dei exponentem Saüli inducant,

(1) In cap. 7 Isai, et in cap. 13 Ezech.: « Qualis fuit illa, quæ visa est suscitâsse ani« mam Samuelis. »

quod sanè repugnat illi 1 Par. 10, 13, juxta Septuaginta : *Mortuus est Saül in suis iniquitatibus, quibus injustè egit Deo, super verbum Domini, quoniam non observavit, quia interrogavit Saül in ventriloquo ad quærendum, et respondit ei Samuel propheta.* Leo patriarcha præfectus Cariclææ apud Allatium, aliique nonnulli eamdem sententiam tuentur.

At sanè incongruum videtur ea omnia quæ Samueli in Scripturâ tribuuntur, dæmonis tantùm operationi referri, ne præmonitis quidem de fraude subdoli artificii lectoribus, cùm maximè ratum habere videatur ac firmum, eum qui cum Saüle sermones miscuit, ac futurorum oracula aperuit, vel ipsum fuisse Samuelem, vel saltem spectrum ipsius, ejus spiritu et nomine, non sine Dei jubentis voluntate agens. Ad mendacia et absurda in eo oraculo aliquibus animadversa quod spectat, facilè demonstraretur, quemadmodùm et in Commentario notavimus, nihil contra veritatem, verumque Samuelis characterem, sicut nec contra rerum gestarum eventus, pronuntiatum fuisse.

Duplicis tantùm mendacii reus sermo illi arguitur : 1° quòd committendum prænuntiaverit prælium mane alterius diei ; 2° quòd Saül, ejusque filii apponendi essent cum Samuele. Primum duplici ratione excusamus : vox illa, *cras*, non semper certum aliquem temporis articulum designat ; sed non raró pro futuro incertoque usurpatur ; ita Exod. 13, 14, illud : *Cùm interrogaverit te filius tuus cras.* Esto autem pro certo tempore usurparetur, nihil contra veritatem historiæ inde contigisset. Saül exactâ cum pythonissâ noctis parte, fortassè castris, non longè ab Endor positis, se restituit ; eâdemque die Philisthæi prælium commiserunt. Fuso suorum exercitu, rex ad ultimam desperationem adductus, gladio se confodit. Quid hìc non commodissimum ? Alterum mendacium in verbis Samuelis versatur : *Cras tu et filii tui mecum eritis,* quæ sanè verba vel reddi possunt : Cras inter mortuos, sicut et ego sum, referemini ; vel : Vos mecum eritis in sinu Abraham. Cùm autem postrema hæc interpretatio impium aliquid præ se ferat, ut scilicet vir impius et in scelere obfirmatus æquo sit jure cum justis et prophetis ; ideò præferenda prior sententia, ut verba prophetæ « non ad æqualitatem felicitatis, sed ad parem conditionem mortis referantur, » ait S. August. ad Simplic. l. 2, q. 44.

Adde, opinionem illam, quæ diabolico præstigio factum deputat, nihil habere solidi in S. Scripturâ. Nec vocula quidem eâ de re in textu animadvertitur ; si quid incongruum apparet in historiâ, id facilè statim è medio subducitur. Nihil nos ad eas angustias cogit, ut evocatum vi magicorum carminum prophetam, atque auctoritatem suam dæmonem in animas sanctorum exeruisse fateamur. Deus occulto providentiæ et sapientiæ suo consilio poterat eo temporis articulo statuisse coram rege prophetam, nullo habito vel ad dæmonem, vel ad pythonissam respectu, quemadmodùm et à Balaamo pseudo-prophetâ, vel ipso rege Balac invito, vera futurorum oracula expressit, Num. 23, 7 ; et Caiphæ verba in Christum prolata ad oraculum detorsit, Joan. 11, 51. Ita planè eâ occasione servatum : Deus magicas artes præveniens prophetam suscitavit, antequàm pythonissa excantationes suas omnes explêsset, ut ex Scripturâ constat, eâ planè ratione ac Elias propheta, 4 Reg. 1, 3, 4, viros à rege Ochoziâ missos ad consulendum Beel-zebub deum Accaron præoccupans quæ à numine audituri veniebant exposuit : *Numquid non est Deus in Israel, ut eatis ad consulendum Beel-zebub deum Accaron ? Quam ob rem hæc dicit Dominus : De lectulo super quem ascendisti, non descendes.*

Hæc planè omnia in Scripturâ apertissimè insinuantur, cùm scilicet pythonissa inhorruisse legitur ad Samuelis aspectum, 1 Reg. 28, 12 : *Cùm vidisset mulier Samuelem, exclamavit voce magnâ, et dixit ad Saül : Quare imposuisti mihi ? Tu es enim Saül. Dixitque ei rex : Noli timere ; quid vidisti ? Et ait ad Saül : Deos vidi ascendentes de terrâ.* Cur pavet mulier, nisi insuetæ visionis horrore ? Porrò dæmones impiorumque tantùm animas magicis incantationibus evocatas spectare assueta, novum planè aliquod, nempe augustum et divinum aliquod spirans Samuelis os intuita, ferre non potuit. Samuel inexpectatus sese obtulit ante peractas mulieris excantationes ; unde facilis conjectura ducitur ulteriùs, non magicâ virtute factum esse ut Samuel coram rege statueretur ; inde terror, inde clamores veneficæ.

Rejecerat quidem Saülem Deus, consultusque nihil sive per somnia, sive per prophetas respondit ; sed quæ hucusque denegaverat, tunc saltem potuit concedere. Nonne in furore aliquâ interdùm permittit, quæ olim indulgens negavit ? Post tolerata diù crimina, tandem iram suam in eos exerit qui diutinâ beneficiorum abusione sceleris sui mensuram impleve-

runt. Queritur cum Saüle Samuel : *Quare inquietâsti me?* Quæ humanis moribus usitata dicendi formula est, rigidè non expendenda.

Regine verò an pythonissæ spectandum se præbuerit Samuel, nihil ad rem, cùm unicus venisset exprobrandis regis criminibus, atque imminenti à Deo ultioni prænuntiandæ, quæ quidem sive suis, sive aliorum verbis præstaret, perinde fuisset. Imò ad prophetæ dignitatem conduxisset magis, si aliorum ministerio usus, nolle se ne verbo quidem impium regem dignari demonstraret. Quod verò addunt, alienum fuisse ab indole Samuelis, ut misero adeò acerbus insultaret, nec tandem committendum fuisse à prophetâ, ut à rege divinis honoribus coleretur, ad illa reponimus 1° profundâ quidem salutatione venientem prophetam salutâsse regem, quâ in re non cultum aliquem impendisse; quare adoratio illa civilis erat, non religiosa; 2° concesso ad pœnitendum tempore cùm Saül abusus fuisset, reliquum erat, ut miseratione depositâ propheta severitate et zelo armaretur in virum pervicacem, qui veteribus criminibus immane illud addiderat, nempe magos et ariolos consulendi.

His refutatis rationibus, cæteræ minoris sanè roboris sive victæ se ultrò tradunt, sive ex argumentis infra addendis conficientur.

Si autem neque spiritus aliquis nequam, neque spectrum aliquod à dæmone suppositum in scenam prodivit, fateamur oportet ipsum per se Samuelem descendisse : ejus verba pura fuisse oracula, atque textum Scripturæ prono et maximè litterali sensu accipiendum esse. Quod postremo dictum fusiùs jam demonstrandum suscipimus.

Res est omnium confessione exploratissima, in expositione sacrarum Scripturarum simplici ac maximè prono litteræ sensui semper esse inhærendum, nisi si quid fidei vel pietati absonum ex eo referatur. Nihil est autem fidei et pietati repugnans in hâc historiâ nisi quòd dæmoni atque magicis carminibus vis tribuatur in animas justorum et sanctos. Hoc uno salvo, quidquid ad fidem et pietatem spectat, integrum est. Porrò tria esse quæ difficultatem illam tollunt, supra insinuavimus. 1° Si Deum magicas evocationes prævenisse, prophetam statuendo coram rege ante completum impium à pythonissâ ritum, dixerimus. 2° Si eo temporis articulo suscitandum Deus prophetam censuerit, suo usus arbitrio, non magicis evocationibus servire coactus. 3° Si Deus, vel angelus ejus jussu, phantasma aliquod pro Samuele exhibuerit. Postremam hanc interpretationem S. Augustino debemus : quæcumque autem ex hisce tribus eligatur, æquè omnia salvat, neque à litterâ textûs divertere quidquam cogit. Namque et mulier intenta operi nefario, et Samuel, vel ejus umbra cum rege colloquia miscere, omniaque illa Dei jussu peragi agnoscuntur.

Atqui umbra Samuelis nunquàm verus Samuel dici potuisset. Vel semel admissâ phantasticâ ejusdem prophetæ visione, actum est de veritate textûs sacri, in quo non semel visus Samuel, ac cum rege colloquia miscuisse legitur. Hæc objicientibus reponimus, moribus usurpatum esse, ut viso nummo, sive imagine pictâ, vel phantasmate Cæsaris, aut Virgilii, ipse conspectus Cæsar Virgiliusque dicatur; quemadmodùm viso per quietem homine, conspectus homo dicitur. Ita planè visus phantasmate Samuel à rege, tanquàm verus Samuel haberi poterat, ac de prophetâ usurpari, quæ ejus umbræ deputabantur.

Est igitur cur à litterâ Scripturæ, appositâ quam supra adduximus cautione, non recedatur. Spiritus est enim divinus, qui opus dictavit, ejusque veritatem auctoritate suâ confirmat; nunquàm autem ille contra veritatem litteralem cautos nos facit. Si ergo reliqua historia ad litteram accipienda est, cur hæc tantummodò portio aliò fuerit detorquenda? Legat quicumque historiam illam, et primo intuitu nunquàm legenti succurret, nisi vera prophetæ visio. Nonnisi seria ejus historiæ meditatio, metusque ne quid concedatur necromantiæ, atque dæmonis in animas justorum auctoritati auctores quosdam ad alias meditationes deduxit. Facilè etiam pruritus contradicendi Origeni, ejusque sententiam, absonam alioqui et erroneam, confutandi, in contrarium planè studium pertraxit. Sanè, si fas esset Scripturæ sensum torquere, atque adeò violentum in modum distrahere, si fortè obscurum in illâ aliquid deprehendatur, actum esset de historiis sanctissimis totius Scripturæ. Hìc Samuel in dæmonem transformatur, propheta in angelum tenebrarum, ejus oracula in mendacia, sermoni ipsius absurda quædam et incongrua appinguntur. O miram sanè metamorphosim! Porrò ad eas angustias in explicatione Scripturæ non nisi summâ necessitate cogente adducamur oportet : agitur enim de Scripturâ divinitùs inspiratâ, cujus veritas cæteras hu-

manas veritates longè antecellit. Tandem prophetæ vices diabolo demandare nunquàm citra injuriam prophetæ permissum est. Ludibrio quin etiam licentiosorum exponitur veritas et auctoritas divinarum Scripturarum, si ad sensum detorqueantur planè litteræ repugnantem.

Fatemur quidem pluribus inter veteres Patres eam opinionem arrisisse, quos tamen ab impiis ejusdem sententiæ consecutionibus longè abfuisse ne dubitamus quidem. Videntur illi planè non satis advertisse ad textum Eccli. 46, 23, qui de totâ quæstione sententiam ferre in favorem veræ et minimè fucatæ visionis propheticæ videtur. Potuit scribentibus facilè excidisse sententia illa, vel saltem non ea erat ejusdem operis tum temporis auctoritas, qualem nostrâ demùm ætate obtinuit. Illud constat, nunquàm apud illos in eam rem laudari, juxta ac Allatius observavit in Eustat. de Engastr. cap. 24. En igitur locus Ecclesiastici : *Post hoc dormivit, et notum fecit regi, et ostendit illi finem vitæ suæ, et exaltavit vocem suam de terrâ in prophetiâ, delere impietatem gentis.*

Nemo sanè dicet, scriptorem de objecto sub specie Samuelis diabolo egisse, neque exprimere illum res ad speciem tantùm, non ad veritatem. Committine unquàm potuisset, ut recurrente toties in Scripturâ ejusdem historiæ mentione, nuspiam tamen ne verbulum quidem occurreret, præstigium dæmonis insinuans? Estne planè certum dæmoni ipsi tantam inesse potestatem, ut ipse per se visibilem speciem viri sancti posset exhibere? In 1 Par. 10, 13, ubi eadem historia compendio refertur, nihil æquè ac in Ecclesiastico occurrit, quod non verum Samuelem loquentem et sese exhibentem prodat. *Mortuus est ergo Saül propter iniquitates suas, eò quòd prævaricatus sit mandatum Domini, quod præceperat, et non custodierit illud, sed insuper etiam pythonissam consuluerit, nec speraverit in Domino.* Septuaginta habent, uti ex Theodoreto supra observavimus : *Quia interrogavit in ventriloquo ad quærendum, et respondit ei Samuel propheta.*

Sola litteræ inspectio tam altam impressit de veritate propheticæ visionis ideam in mente veterum ferè omnium, ut aliquos in eas extremitates quondam pertraxerit, quas cavisse nos omninò malumus. Fassi enim Samuelem reipsâ coram rege stetisse, dæmonis, et magicorum carminum vim plus nimiò extulerunt. Laudantur in eam sententiam S. Justinus Martyr, Origenes et Anastasius Antiochenus. Verùm S. Augustinus, post libratas judicii lance varias de hoc argumento sententias, in eam tandem inclinat, quæ propheticæ visionis veritati favet (1), et S. Ambrosius in Luc. cap. 1 : « Samuel, ait, post mortem, secun« dùm Scripturæ testimonium, futura non ta« cuit. » Auctor carminis in Marcionem l. 3 :

Mirificus Samuel cui reges ungere primùm,
Talibus in vitæ spatio laudabilis exit,
Ut quoque post requiem prophetica jura teneret.

Zeno, episcopus Veronensis, serm. de Resurr., ait Samuelem post obitum non tantùm coram Saüle stetisse, sed colloquia miscuisse cum illo, liberiùs post obitum carpens, quàm vivus fecerat. S. Thomas, 2-2, q. 174, art. 5, ad 4, et 1 p., q. 89, art. 8, ad 2, ab Augustino magistro nunquàm recedens, et ab Ecclesiastici textu persuasus, scribit Samuelis animam de belli eventu sibi à Deo revelato, certiorem regem fecisse : addit oraculum illud verè propheticum habendum esse, cùm Samuel ad statum beatitudinis æternæ nondùm pervenisset. His omnibus jungimus Severum Sulpitium, Hist. sacr. lib. 1 ; Rabanum Maurum in Eccli. l. 10, cap. 12 ; Theodoretum, q. 63 in 1 Reg., et Beda in Reg. lib. 4 ; Isidorum Hispalensem, Eucherium, Anselmum monachum, aliosque, qui S. Augustinum exscripserunt. Paria tradunt duce Josepho Hebræo l. 6 Antiq. c. 15, omnes fermè Rabbini, et Commentatores catholici plerique, Lyranus, Dionysius Carthusianus, Cajetanus, Sanctius, Steuchus, Bellarminus, Salianus, Serarius, Estius, Coccius, Castro, Galatinus, Soto, Franciscus Valesius, et alii sexcenti. (Vide si lubet apud Allat. cap. 22 in Eustat. de Engastr.)

Sola auctoris sacri lectio de sententiæ hujus veritate persuasos nos facit. Vix pythonissa evocandum sibi assumpserat postulatum à rege Samuelem, cùm subitò et insperatò obvium habens virum gravem, exclamavit, et dixit ad Saül : *Quare imposuisti mihi? tu es enim Saül.* Quantùm porrò ingenium et verba textûs torquenda sunt, ut sensus exprimatur planè verbis contrarius, objectum nempe sub aspectu prophetæ dæmonem feminam terruisse? Requisita à rege, quid sibi

(1) Augustinus de Curâ pro mortuis cap. 15 : « Nam Samuel propheta defunctus vivo Saüli « etiam regi futura prædixit. »

monstri occurrisset, respondit : *Deos vidi ascendentes de terrâ*, nempe judicem, principem, magistratum : *Vir senex amictus pallio.* Actutùm rex his indiciis Samuelem agnoscens, pronus in terram angustias quibus tenebatur exposuit. Cui propheta : *Quid interrogas me, cùm Dominus recesserit à te, et transierit ad æmulum tuum ? Faciet enim tibi Dominus sicut locutus est in manu meâ, et dabit illud proximo tuo David... Et dabit Dominus etiam Israel tecum in manus Philisthiim. Cras autem tu et filii tui mecum eritis.* Hæc omnia Scriptura, quæ loquentem Samuelem, non sagam inducit. Si quis reponat, feminam credulo regi imponendo propheticam vocem ementitam fuisse, quid, rogo, infausta omnia prædicit, quorum alioqui incertus erat eventus ? Nonne pronum est ut credamus subdolam mulierem eam occasionem capturam, ut regi assentaretur, eumque despondentem animis factâ prosperi eventûs spe relevaret ? An illa principum indolem ignorabat, qui graves et invisas veritates minùs æquis auribus excipiunt ? An fortè cum rege impio et furibundo agere se non intelligebat ? Cæterùm vix est ut credamus adeò potuisse feminam vocem suam transformare, ut neque Saül, neque astantium quisquam dolum subodoraretur.

Dicat pro arbitrio quispiam, potuisse dæmonem præstigiis suis et præsentibus omnibus, et mulieri imponere. Nihil ipse moror hanc dæmonis potestatem : sed quis, rogo, facilis crediderit, spiritum hunc nequam tam sæpè atque impunè Domini nomen usurpare potuisse (1) ; nomen, inquam, illud sanctum et terribile, cujus unica pronuntiatio reverentiam incutit et terrorem ? Quis dicat satis studuisse perpetuum illum Dei adversarium ac crimina Saüli exprobravisse quæ ipso auctore commiserat, in animum sibi induxerit ? Tandem vix committi potuisse credimus, ut pater ille mendacii tam certa atque asserta futuri eventûs oracula proderet. Esto, noverit ille et Saülis reprobationem, et Davidis electionem, quarum longè latèque sese fama diffuderat, sed infaustum eventum prælii manè alterius diei committendi, quonam revelante nôrat ? Quid etiam in eâ rerum constitutione magis incertum, quàm prælii eventus, atque Saülis totiusque regiæ familiæ interitus ? Poterat sanè rex castris exui, non vitâ ; poterat ipse eodem cum prælio casu obvolvi, familiâ interim eâ die incolumi. Absonum etiam videbatur, Saülem de imminenti sibi suisque copiis fato præmonitum, nullâ ratione suæ cæterorumque saluti consulendum curâsse. Solus igitur rerum arbiter et moderator poterat certâ ratione futuros rerum eventus dignoscere, rata futurorum oracula promens.

Dæmonem futuros rerum eventus latere, eosque nonnisi per conjecturas augurari tam certum est quàm quid aliud. Nunc autem qui Samuelis personam induit, non per conjecturas tantùm loquitur, sed ex certâ scientiâ, ut tempus ipsum atque circumstantias implendi oraculi designet. Non est igitur ullus ambigendi locus, vero esse Samueli deputandam colloquii cum Saüle historiam. An verò *sive in corpore, sive extra corpus* regi sese obtulerit, nescire nos ingenuè fatemur. Quocumque autem habitu adstiterit, nunquàm tamen dæmonis vel pythonissæ præstigiis rem esse deputandam, quin potiùs omnia Deo summo vivorum et mortuorum Domino referenda, certissimè constat.

(Calmet.)

(1) Nomen *Jehovah* sexies legitur usurpatum in eo colloquio à Samuele, 1 Reg. 28, 15, 16, 17, 18.

QUID NAAMAN CONCEDI SIBI POSTULARIT AB ELISEO,

UT CORAM REMMON SESE PROSTERNERE LICERET,

Dissertatio.

Naaman copiarum regis Syriæ imperator, receptâ prodigio ex elephantiasi valetudine,



loto ad nutum Elisei aquis Jordanis corpore, prophetam ipsum conveniens ditissima obtulit

munera, simulque rogavit concedi sibi, ut duos onustos mulos humo ejus regionis reduceret, 4 Reg. 5, 17 : *Non enim*, ait, *faciet ultra servus tuus holocaustum, aut victimam diis alienis, nisi Domino. Hoc autem solum est, de quo depreceris Dominum pro servo tuo : quando ingredietur dominus meus templum Remmon, et illo innitente super manum meam, si adoravero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, ut ignoscat mihi Dominus servo tuo pro hâc re. Qui dixit ei : Vade in pace.*

In ipso hujus narrationis limine parvo animo lectores offenduntur. Qui fidei ardor et studium in proselyto! Simul se veri Numinis cultui addictum profitetur, simulque rogat, ut externo deo cultum impendere permittatur. Quàm indigna autem prophetâ assentatio, qui rogatus de permissione idololatriæ à Naamano, veniam facilis et pacem concesserit! Si mali exempli crimen homicidio detestabilius habetur, quid de facto Naamani censendum est, unde malum exemplum inducebatur? quid de indulgentiâ Elisei, qui auctoritate suâ probavit? Si Filius Dei profitetur rejecturum se hominem, qui nominis Dei confessionem probro duxerit coram hominibus, Matth. 10, 33, Luc. 9, 26, quid de proselyto et prophetâ fiet? At enim Naaman solâ externâ cultûs significatione intimos animi sensus occulit. Sed hæc indigna viro fideli simulatio, quæ sanè nunquàm detestabilior reputanda est, quàm in causâ religionis. Si idololatria crimina superat omnia, si hypocrisis vitium est Dei oculis exsecrandum, quidnam de Naamano et Eliseo censeas? Etenim vel criminosam hanc sibi idoli venerationem Naaman arbitratus est, vel opus licitum, seu indifferens judicavit. Si licitum et indifferens, cur ab Eliseo petiit ut à Deo sibi impetraret ejus rei veniam? Si iniquum et idololatricum duxit, cur rogat, non renuente Eliseo, permitti sibi ejus rei facultatem? Apostolus jubet fideles non modò abstinere ab omni malo, sed etiam *ab omni specie malâ*, 3 Thess. 22, quod sanè præceptum æquè Judæos spectat atque Christianos. Naaman et Eliseus hoc præceptum negligunt : alter adorat, vel saltem adorationis specimen præbet; alter probat, vel saltem dissimulat, nec prohibet. Num licet duobus dominis servire, Dei cultu cum Belial admixto? Debuit planè Naaman omnia tolerare; præfecturâ spoliari potiùs quàm externâ significatione coram idolo stratum apparere, etiamsi eâ cultûs simulatione nihil religioni suæ metuere posset; vel eâ solâ ratione, ut uni imbecillium scandalo consuleret. Quàm sanè gloriosum viro, si principi cultum impium jubenti coram ita obstitisset, ut vitam ipsam pro tam bonâ causâ non recusâsset impendere! Id, inquam, magis gloriosum viro fuisset, quàm indigna ac illiberalis regi assentatio. Hæc nonnulli de Naamani et Elisei consilio comminiscuntur.

Plerique tamen, non inter veteres tantùm, sed et recentiores, omnem impendunt operam, ut ab idololatriæ et simulationis suspicione utrumque virum purgent. Varii tamen varias ineunt rationes, quanquàm omnium idem est scopus, ut vel utrumque, vel Eliseum saltem absolvant. Qui prophetam defendunt, Naamanum tanquàm in verâ religione neophytum negligendum ducunt, rati id crimen indulgendum viro qui recens ab idololatriâ desciscens, relatam ex illâ disciplinam de dissimulandâ religione, uti olim apud primos homines, non penitùs exuerat. Negant illi acquievisse prophetam precibus Naamani, nec quidquam ab illo concessum aiunt veræ religionis dispendio : sed, inquiunt, roganti viro solùm respondit : *Vade in pace;* ac si diceret : Vade, neque jam ulteriùs cogites de Remmon, ejusque cultu, sed curas omnes verte in Deum, quem rogo nunquàm committat, ut in idololatriæ scelus prolabaris.

Fateamur quidem oportet, Elisei responsionem nihil satis expressum præ se ferre de permissione Numinis adorandi; sed nihilominùs alium verbis sensum tribuere vix possumus, nisi apertissimâ vi textui illatâ. Alioquin Eliseus expers omninò non erit criminis, si proselytum non modò non confirmaverit, sed in errore reliquerit. Præposterâ sanè dissimulatione usus fuisset, indignâ prorsùs viro alienæ salutis studioso et prophetâ. Nonne neophyti dissimulationem imitatus, ejusdemque cum illo criminis particeps fuisset, si obscuris ambagibus dicta involvens, tenebras incauto homini offudisset? neque enim Naaman prophetæ verba aliter accepisse creditur, quàm quomodò hucusque ferè omnes ex historiæ lectione accipimus.

Conveniunt Rabbini omnem externi cultûs significationem idolis impensam Judæis interdici; cùm verò Naaman Judæus non esset genere, sed tantùm proselytus domicilii, idcircò, inquiunt, illi neque palam, neque privatim interdici poterat, quin externam idolo cultûs significationem impenderet, utpote qui extra Israeliticam ditionem et Israelitarum cœtum

versaretur. Quare, ex horum doctorum sententiâ, potuit Eliseus externum cultum idoli proselyto suo permittere. Rationibus è Scripturâ petitis hoc Rabbinorum dogma firmari certè non potest, cùm idololatria æquè ac hypocrisis apertè ubique damnentur, et contrarium habeant jus naturale, ipsumque adeò rationis lumen. Debitum Creatori cultum in creaturam transferre, quâcumque tandem ratione id fiat, nunquàm tamen crimine et injustitiâ vacuum est et immune; quin et multò res est detestabilior, cùm agnitâ Numinis veritate et palam assertâ, interdictis sibi publicâ professione sacrificiis, quæ idolis impenduntur, admissâ verâ religione, invitâ licet ac reluctante conscientiâ externus idoli cultus adoptatur. Rabbinorum sententia tenet, Naamanum tanquàm proselytum domicilii jure potuisse idola extra Judæam colere.

Vir critices peritissimus æquè ac illustris, nempe Bochart., Dissert. in hunc loc., censet his verbis non veniam deprecari Naamanum pro cultu Numini in posterum impendendo, sed pro eo qui antea exhibitus fuit. Hunc sensum non malè referre videntur verba textûs Hebraici, ita planè ad litteram reddenda : *Ut ignoscat mihi Dominus pro hâc re, quando ingrediebatur dominus meus templum Remmon, ut adoraret, et illo innitente super manum meam, et si adoravi in templo Remmon.* Consonum etiam magis videtur, si venia rogetur à Domino de crimine commisso, quàm de committendo; pœnitudo enim res præteritas spectat; ac si veniam pro crimine quod jam committere decrevimus, deprecemur, nonne ipsi nobis viam veniæ præcludimus? Hæ verò Naamani preces multò etiam magis præposteræ apparent, quòd post missum idololatriæ nuntium, atque unicæ religionis professione juratâ, adhuc tamen veniam postulat pro idololatriâ iterùm recipiendâ.

Vulgaris tamen ratio utrumque virum à crimine absolvendi, hæc initur. Inter omnes convenit, deberi viris principibus, ac in dignitate constitutis reverentiam et obsequium à subditis; deberi autem non in locis modò profanis, verùm etiam in sacris, quantùm tamen officium et religio patitur. Quare Naaman potuit euntem regem ad templum comitari; potuit innitentem brachio sustentare; potuit unà cum illo procedere, stare, prosterni : quippe qui non in cultum idoli hæc faceret, sed in obsequium principis, nec ut religioni suæ, sed ut muneri faceret satis.

Ita occasione parùm dissimili Tertullianus permisit Christianis ut euntes ad templa paganos heros prosequerentur : « Licebit adesse « in quibusdam, quæ nos homini, non idolo « officiosos habent. » De Idolol. c. 16, 17. « Si « quis autem, addit ille, ad sacerdotium me, « aut ad sacrificium invitârit, huic ego morem « nunquàm geram, quòd hæc idolo præstentur « officia; sed si aliâ ratione sacrificulo obstri« ctus tenear, inter spectatores sacrificio ad« ero. Quid enim de servis, libertis, atque « domesticis christianis eveniret, cùm heros « sive patronos habent sacrificia præstantes? « Fas est igitur viro christiano eadem præstare « principibus et magistratibus officia, quæ olim « patriarchæ et prophetæ nonnulli, toto vitæ « tempore, servitiis paganorum addicti, exhi« buerunt. Ita Daniel in aulâ Babylonis, Joseph « in Ægyptiacâ, vitam traduxerunt. »

Profectò, si adoratio intimo animi obsequio, summum Dei dominium agnoscentis, exhibetur, quis post solemnem Naamani promissionem, se respuere omnem idolorum cultum, de fide illius dubitaverit? Prosternebatur quidem coram idolo; significationem quamdam cultûs præ se ferebat, quæ tamen nullum haberet adjunctum erga numen devotionis obsequium, in quo uno ratio adorationis habetur, Externus corporis habitus nihil est, quippe qui solùm adjuncto voluntatis affectu vituperationem meretur aut præmium. Eliseus autem non is erat, qui permittere, sive tolerare, vel dissimulare saltem cultum impium, atque veri Dei cultui repugnantem posset. Quin et Theodoretus putavit, eâdem exteriori corporis veneratione, quâ cultum impendere in idolum videbatur Naamanus, illum intimo animi sensu vero Deo prosternere se voluisse (1). Quæ tamen viri docti sententia in absurdas planè consecutiones pertrahi posset, quasi scilicet fas esset thura idolis offerre, externi cultûs significationem exhibere, modò interior mentis oculus in Deum intendatur. Apage hæc absurda à patre piissimo æquè ac doctissimo.

Quam hucusque exposuimus sententiam, cave credas suis carere difficultatibus : 1° Si Naaman pòst solemnem cultûs veri Numinis professionem, unà cum rege idololatrâ coram Remmon prostratus apparebat, pessimo sanè

(1) Theod. q. 19 in 4 Reg. Vetus quædam versio Græca in Theodoreti sententiam ire videbatur : Καὶ προσκυνήσω ἅμα τῷ Κυρίῳ τῷ Θεῷ.

exemplo totius rei non ignaros affecit. 2° Cur illud crimine absolvatur, quod ipse Naaman damnandum censens, veniam de eo deprecatur? 3° Si sacrificio tanquàm minister adesse nemo potest sine crimine; si, ut ait Tertullianus ubi supra: « Ad sacerdotium et sacrificium « vocatus non ibo; proprium enim idoli offi« cium est. Sed neque consilio, neque sumptu « aliâve operâ in ejusmodi fungar; » quid sanè magis idololatriam sapit, quàm inclinatio et adoratio coram idolo? Nec tamen Naaman id cavet: inclinantem se regem et sustinet brachio, et simul ipse inclinatur, ac tandem exteriore corporis habitudine nihil ille, quod à rege factum sit, omittit. « Si merum quis sa« crificanti tradiderit, ait Tertull. ibid., si « verbo aliquo sacrificio necessario adjuverit, « minister habebitur idololatriæ. » Et post hæc Naaman absolvendus?

Frustra verò quis respondeat, Naamanum satis mentem suam de cultu Dei exposuisse, cui proinde ex exteriore cultûs idoli significatione nulla posset invidia creari. Cùm enim viri professio omnibus esset explorata, si postea coram Numine prostratus, obsequium regi suo præstiturus, cerneretur, statim omnes intelligebant non esse cultum religiosum, sed officium regi exhibitum. Imò idcircò potissimùm debuit Naamanus cautior incedere, ne populum de ejus religione persuasum offenderet, neve aliam inderet intuentibus sententiam, quàm quæ antea de illo concepta fuerat. An Judæus religionis suæ studiosus præstitisset unquàm quod Naaman præstitit? An verò quæ Judæo crearent invidiam, eadem Naamanum absolvunt? Profectò, si Daniel in aulâ Nabuchodonosoris, si pius senex Eleazarus coram præfectis regis Antiochi, si S. Paulus ante paganorum tribunalia Naamani exemplum imitari maluissent, res illorum fuissent salvæ; ac Daniel, c. 3, v. 11, ad concentum instrumentorum musicorum se statim coram idolo prostravisset, non quidem ut cultum Numini impenderet, sed ut regi civili obsequio morigerum se præberet; Eleazar 2 Mach. 6, 12, puram carnem gustâsset, falsò paganis persuadens, se ex idolothytis participâsse; ac tandem S. Paulus, nullâ habitâ ratione idoli, quippe quod nihil esset, neque mali aliorum exempli, carnes indiscriminatim adhibuisset in cibum, quamvis sciens prudensque immolatas fuisse idolis nôsset (1). Usus enim ille eâ occasione fuisset libertate omnibus permissâ, quippe qui aversam haberet ab idololatriâ mentem; ejusque rei nulla creari potuisset in Apostolum, cujus sententiam omnes exploratam habebant, invidia.

Tandem si nos immunem criminis Naamanum et Eliseum asseramus, cùm alter coram Numine prosternebatur, alter eam cultûs significationem permisit; cur eos damnaverimus, qui proximæ peccandi occasioni se objiciunt; qui dicto vel facto aliquo in scandali discrimen imbecilles inducunt; qui loca frequentant, vel socios famæ deploratæ; qui tandem, cùm de religione agitur, fidem suam simulatione aliquâ occultant? Habeant illi optimam animi habitudinem, nihil se mali vel cogitare, vel optare sanctè profiteantur, nihil tamen apud prudentes piosque Christianos proficient. Si munus geris, quod sine crimine non præstatur, vel saltem sine exteriori criminis significatione, ut malum præbeat imbecillibus exemplum, statim recede, neve committas unquàm, ut laqueum et offendiculum fratribus pares. Hæc Christianis æquè ac Judæis imperantur.

Ut absurdas hasce consecutiones evitemus, nihil sanè probatur ratio illa legendi textum originalem, quâ de crimine jam commisso veniam deprecatus Naaman exprimitur: vel saltem rogâsse, ut pravam hanc, cui assueverat, adorandi nempe in templo Remmon unà cum rege, habitudinem exuere tandem sibi precibus Elisei daretur. Textus enim originalis non legit regem prosternere se, ac proinde Naamanum, cui innitebatur, secum ad prostrationem cogere, sed tantummodò habet: *Quando ingreditur dominus meus templum Remmon, ut adoret, et illo innitente super manum meam, ego adoravi in templo Remmon. Cùm igitur ego adoravi in eodem loco, ut ignoscat mihi Dominus servo tuo pro hâc re.* Ratio legendi, quam Septuaginta et auctor Vulgatæ prætulerunt, pronior est, me etiam fatente (1): *Si adoravero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco.*

Quæ posterior lectio si retineatur, maluerim ego Naamanum criminis, atque Eliseum indebitæ indulgentiæ damnare. Hæc opinio non ita singularis est, ut doctos peritosque scriptores nonnullos non habeat assertores (2). Vel potiùs

(1) 1 Cor. 8, 13: *Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum.*

(1) S. Hieronym. legit: בהשתחו, pro בהשתחויתי. Septuag.: Ἐν τῷ προσκυνεῖν αὐτὸν ἐν οἴκῳ Ῥέμμων.

(2) Vide Petr. Martyr. hìc, et Hugon., et Greg. de Valent., apud Corn. à Lap. hìc.

Naaman veniam commissi criminis deprecatur, cùm scilicet unà cum rege suo supplex coram Remmon sese prostraverat. Hæc posterior interpretatio planior mihi et genuina creditur, magisque Hebræo et Chaldæo consona. Syriacus et Arabicus interrogationem interponunt : *Ignoscet mihi Dominus servo tuo, si quando ingredietur dominus meus templum Remmon, ut adoret illo innitente supra manum meam, si adoravero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco? Cùm, inquam, ego adoravero in eodem loco, ignoscet mihi Dominus servo tuo pro hâc re? Qui dixit ei : Vade in pace.* Servatur hìc eadem lectio ac in Hebræo et Chaldæo in eâ voce : *Si adoravero;* dein verò ad alium sensum divertitur, duriorem planè ac in Vulgatâ et Septuaginta. Interrogat enim juxta eam lectionem Naaman, num impetraturus sit à Domino veniam, si unà cum rege coram idolo se prostraverit.

Nostræ hujus dissertationis articulum reprehendere visum est nonnullis. (Vid. *Mémoir. de Trévoux,* mars 1713.) Indignum enim putârunt, adoptari à nobis *singularem Bocharti sententiam,* de postulatâ à Naamo commissi jam criminis veniâ, cùm potiùs rogâsse illum dicant prophetam, ut sibi adesse daretur facultas unà cum rege Syriæ in templo Remmon, et coram idolo unà cum principe ejus brachio innitente prosterni. Hanc autem nostram sententiam contendunt, nullo argumento evinci posse. Numquid enim, addunt, Naaman nullum aliud idololatriæ specimen exhibuerat quàm cùm in templo Remmon unà tantùm cum rege adoravit? Et si plura commiserat idololatriæ crimina, cur de uno tantummodò hoc veniam postulat? « Nullum ejus rei argumentum satis convincens « adducetur. Adde, textus omnes et versiones « præsentem vel futurum, nunquàm præteri- « tum ferre. Tenenda est igitur omnium ca- « tholicorum interpretum sententia. » Hæc adversùs nostram sententiam objiciunt : quibus aliquid reponendum est.

Hanc sententiam, quam Bocharti singularem dicunt, scriptores longè plures eruditione linguæ sanctæ et phrasis Scripturæ scientiâ insignes defendunt. Vide Joannem Andream Quenstedt in Dissertatione singulari de hoc argumento. Laudat ille in eamdem sententiam Saubertum, Valterium, Glassium, Dorschæum, Danhaverum, Calovium, Dilherum, aliosque nonnullos; quibus addi possunt Vantilius et Cene in suo *Specimine versionis ;* ne quid dicamus de Bocharto , cujus nos sententiam secuti sumus in nostrâ Dissertatione.

Porrò scriptores hi omnes, indignum rati, postulatam à Naamano (qualis primo verborum intuitu præfertur) facultatem approbare; nec minùs perniciosas consecutiones timentes, quæ statim deducuntur, si postulata omnia ab Eliseo permissa dicantur, prosternendi se scilicet coram idolo, adoptandam nostram hanc interpretationem censuerunt. Affirmare etiam nos jurati possumus, viros plures mentis acumine præstantissimos offendisse, quibus cùm vulgaris interpretatio Catholicorum minùs probaretur, de sententiâ hujus loci mirè angebantur.

Inconsultò profectò addunt criminatores nostri, rejectam in dissertatione sententiam catholicis omnibus interpretibus probari. Gregorius de Valentia, Jesuita non obscuri nominis Tract. de Fide et fidei Professione disp., q. 3, p. 2, ad 3, apud Cornelium à Lapide, in 4 Reg. 5, 18, hanc Naamani petitionem, si fortè adeundi idoli facultatem postulavit, criminis, quod etiam à nobis factum est, condemnat. Condemnat etiam Hugo de S. Caro in 4 Reg. 5, 18, qui etiam Elisei indulgentiam criminis arguit. Hâc autem indulgentiâ usum prophetam putat in commodum Judaicæ religionis, ita tamen ut viri fidem obligaverit, ut omnem tandem superstitiosi principis famulatum abjiceret, cùm opportunum tempus offenderet; neque interim aliâ ratione dissimulandum cum illo censuisse credit prophetam, quàm quòd è re Judæorum futurum videretur, si in aulâ regis Damasci vir aliquis veræ Judaicæ religionis res promoveret. Æquos judices appello, an hæc satis habenda sint, ad permittendam Naamano in aulâ regis idololatræ moram, tum et ad asserendam illi facultatem, externam cultûs significationem idolo impendendi. Post damnatos Ecclesiæ sententiâ Sinenses ritus, quis talia defendat?

Addunt, nullo satis idoneo argumento convinci posse, nullam aliam idololatriæ significationem antea exhibuisse Naamanum, quàm quòd coram idolo unà cum rege prosterneretur; quæ nostræ sententiæ consecutio est apertissima. Possem ego totam hanc consecutionem negare. Numquid enim non potest quis gravioris alicujus criminis veniam petere, in quo cætera minora veluti contineantur, nullâ minorum mentione? Fac, vir aliquis, spectatæ alioquin vitæ, sed idololatriæ criminis reus, veniam postulet de impenso publico aliquo et singulari idolorum cultu, nonne et de minori-

bus quoque idololatriæ facinoribus idem præstitisse unà simul censendus est? Quid in eâ re non consuetum, quid absonum rationi? An minimè ferenda asserimus?

At enim textus et versiones præsens et futurum, nunquàm præteritum habent. Qui sanè hæc asserunt, nunquàm Chaldæum, nunquàm originalem textum consuluerunt. Ita præteritum legit Hebræus : *Quando ingreditur dominus meus templum Remmon, ut adoret, et illo innitente super manum meam, ego adoravi in eodem loco, ut ignoscat mihi Dominus servo tuo pro hâc re. Eliseus dixit ei : Vade in pace.* Si hanc textûs auctoritatem sequamur, criminis ante ejuratam idololatriam commissi veniam postulâsse Naamanum, asseremus. Nec sanè aliter verba illa interpretari pronum est, cùm una eademque in textu vox cultum Naamani et regis æquè designet. Scitum est autem, regem illum non externam tantùm cultûs significationem idolo impendisse; tantùmdem ergo et Naaman de se fatetur.

Si quis verò contendat, utrumque virum cultum suum ex animi sententiâ impendisse, regem idolo, Naamanum vero, in fano licet et coram idolo prostratum, Deo Judæorum, ut unius ejusdemque externâ specie actionis alter alterius esset finis, illi sanè cavendum est, ne religionem ipsam in discrimen adducat. Ejus certè doctrinam Christianorum nemo probaverit, quibus illud est religione sanctum, ut omnem in fide et præcipuo cultu simulationem, tanquàm prævaricationem, abjiciant : *Qui me erubuerit et meos sermones, hunc Filius hominis erubescet, cùm venerit in majestate suâ*, Luc. 9, 26. Superest igitur, ut dicant, Naamanum, ad templum unà cum rege profectum, obsequium principi debitum, non cultum numini impendisse. Imbecillitatem meam fateor : hanc ego sententiam, cujus perniciosas timeo consecutiones, ferre non possum; nec in animum unquàm inducam, virum ejus probitatis, scientiæ, et in religionem suam studii, qualem Eliseum credimus, id commisisse, ut rem illam suffragio suo confirmaret. (CALMET.)

DE RETROGRADATIONE SOLIS IN HOROLOGIO ACHAZ

Dissertatio.

Celebre illud sub Ezechiâ prodigium, cui dissertatio hæc nostra debetur, non simplex prodigium tantummodò censendum est, cujus veritas contra impios et absurdos obtrectatores asserenda sit, sed pluribus miraculis constans prodigium; de quibus singulis pia fidelium studia explere, siquidem fieri possit, eorumque fidem et religionem instruere, et philosophantes quasdam mentes pascere opus est. Nos igitur in præsentiarum sensum textûs in examen revocabimus, varias exponemus sententias, ac tandem totum prodigium evolvemus; inquirentes insuper, utrùm per universum latè orbem spectabile se illud exhibuerit, an solum in Palæstinâ; utrùm sol retrogrado cursu iter converterit, an tantùm horologii umbra recesserit; utrùm ea contigerit retrogradatio sensim, an statim tota; ac denique ad horologiorum originem devertemus.

Cùm rex Ezechias gravissimo laboraret morbo, Isaias jussu Domini ad ægrotum veniens, incolumitatem infra triduum prænuntiavit, eamque incolumitatem, ut statim posset ad templum ascendere. Certo aliquo signo dictorum fidem adstrui sibi Ezechias poposcit, cui Isaias proposuit, malletne solis umbram decem lineis procedere, an tantùmdem spatii recedere. Tum rex : Ullo, inquit, negotio fieri potest, ut umbra decem lineis urgeatur. Alterum igitur præfero. Nec mora : statim enim verso in preces prophetâ, umbra decursas jam decem lineas in horologio Achaz, iterùm verso cursu repetiit. Hæc historia legitur in 4 Regum 20, 11. In 2 Paralip. 32, 24, prodigium illud tantùm indicatur, exactiori singularum rerum descriptione prætermissâ. Isaias c. 38, v. 7, 8, singula juxta fidem libri Regum prosequitur, quanquàm non solam umbram recessisse memorat, quemadmodùm in libro Regum, sed et solem : *Et reversus est sol decem lineis per gradus quos descenderat.* In textu Latino Isaiæ exprimitur horologium Achaz, de quo

etiam in libro Regum. Sed textus originalis habet tantummodò, *gradus Achaz* (1). S. Hieronymus in Isai. 36, 2, fatetur, Symmachi se fidem secutum, vertisse horologium et lineas, quod textus habet gradus et scalas. Jonathan reddit *lapidem horarium*, אבן שעיא.

Dissident interpretes in explicandâ structurâ horologii Achaz. S. Hieronymus ibidem hæc habet : « Sive ita exstructi erant gradus arte « mechanicâ, ut per singulos umbra descen- « dens horarum spatia terminaret. » Paria sensit etiam S. Cyrillus Alexandrinus in Isai. l. 3, t. 4 : « Dicunt autem, Achazum Ezechiæ « patrem in domo suâ velut machinâ et arte « quâdam gradus quosdam confici curavisse, « qui velut horas numerarent, et cursum solis « decursu umbræ in illis factæ metirentur. » Sequuntur hos auctores plerique recentiores interpretes (2), inter quos non desunt, qui censuerint potuisse Ezechiam è suo conclavi ac lecto facilè horologium spectare, ut totius prodigii testis esset oculatus.

Aliis verò creditur, verum fuisse horologium solare, instar primigeniorum illorum quæ olim obtinuerunt in Græciâ et in Italiâ, ita à veteribus descripta, quasi columna essent in medio areæ erecta, quam scilicet aream variis lineis distinguebant. Percurrens igitur umbra columnæ varias illas lineas, horas diei notabat. Cùm autem vetustissima dividendi horas ratio totam diem in duodecim horas dispesceret, pro diebus variis et anni temporibus varias etiam fuisse horas oportebat; quare horologii lineæ quàmplures duci debebant, quippe quæ non horis modò responderent, sed inæqualibus etiam horis, pro singulis anni temporibus, servirent. Hinc certum linearum in horologio Achaz numerum definire non possumus, nec certum notare spatium retrogradationis. Sunt qui duodecim lineas notent, sunt qui quatuor et viginti ; alii malunt viginti et octo ; alii etiam numerum augent.

Totam hujus horologii rationem ex R. Eliâ Chomer ita Grotius describit : Concavus erat, atque hemisphæricus globus, alterum in medio complectens globum, cujus umbra in varias lineas in cavitate notatas incidebat, quæ sanè lineæ, inquit, 28 erant numero. Hoc horologium Græci *scaphen*, nempe navim, vel *hemisphæron* appellant, cujus inventi honorem Beroso Chaldæo tribuit Vitruvius l. 9, c. 9. Nos infra ostendemus, multò facillimè credi, horologium Achaz ad Chaldæorum imitationem expressum fuisse. Similis fermè horologii inventionem, cujus postea formam describemus, Moysi tribuisse Appio videtur. Lineæ in sphæricâ cavitate signatæ, propriè satis gradus appellari videntur. Sed quæcumque fuerit hujus horologii structura, convenit inter omnes, opus illud horis distinguendis serviisse, atque indicio umbræ retrogradæ hujus machinæ dictis suis fidem Isaiam adstruxisse.

Sed negotium facit hujus retrogradationis ratio. Duplex est potissimùm inter catholicos interpretes sententia : alii solem ipsum cursum vertisse aiunt; recessisse tantummodò umbram alii malunt. Ambæ in examen revocandæ. Patres et interpretum plerique (1), litteram Scripturæ tantùm secuti, nihil inde objectas difficultates sive alicujus momenti, sive nullius morantur. Ita enim philosophantur : Res æquè ac prodigium constant : quorsùm physicâ ratione explicare laboremus, quod supra naturam est? Idem ejusdem rei auctor, ipse etiam se illam fecisse prodidit, quem sanè sapientissimum novimus, ut incommoda omnia, quæ objiciuntur, præcavere potuerit ; potentissimum, ut ardua omnia superet.

Pseudo-Dionysio Areopagitæ epist. 7 ad Polycarp. visum est, eam diem productiorem cæteris fuisse ; in quam etiam sententiam S. Gregorius Nazianzenus. orat. 19 in laudem patris, inclinavit : utrique proinde ea sedit opinio, ut sol retrogrado cursu iter converterit. S. Hieronymus in Isai. 38, ad orientale horizontis punctum remeâsse solem censuit, « ut quomodò sol reverteretur ad exordium « suî, ita Ezechiæ vita ad detextos annos redi- « ret. » Paria meditatus est S. Augustinus l. Civ. 21, c. 8 : « Retroversum maximum sidus « regnante Ezechiâ. » Eadem fert auctor de Mirabilibus S. Scripturæ l. 2, c. 28 : « Solis « in ortum ab occasu per decem horas cursum « recidivo Deus tramite retorquet; » additque insuper : « Sol in procinctu occasûs sui posi- « tus, in diei initium reducitur. » Hanc solis retrogradationem universum, quà latè patet, terrarum orbem sensisse, Theodoretus, q. 22 in 4 Reg., et in psalm. 29, v. 13, est auctor, cujus, inquit, rei circumstantias omnes et

(1) מעלות אחז ; Septuag. : Βαθμοι, *gradus.*
(2) Vatablus, Pagninus, Munsterus, Malvenda, Sanctius, in hunc locum.

(1) Vide, si placet, Sanct., Tir., Jun., Pisc., Perer., Nat. Alex., dissert. 8, t. 2, in Vet. Test., etc. ; Procop., Lyran., Hug., Haimon., Adam. in Isai., Serar. in Jos.

causas discere cupiens rex Babyloniæ, legatos suos Hierosolymam misit.

Huic sententiæ plurimùm conferre videtur tum expressa Scripturæ auctoritas, ac PP. et interpretum suffragium, tum etiam quòd captui et menti vulgo fidelium magis sedeat. Cùm autem S. Spiritus, potissimus sacrorum librorum auctor, simplicium captui sese aptare decreverit, idcircò dùm certum aliquem sensum exprimit, nonnisi per summam audaciam et impietatem ejus verba aliò detorqueri queunt, nisi fortè vel absurda quædam aliaque pugnantia Scripturæ loca aliter persuadeant. Quæ verò in hanc sententiam afferuntur incommoda, hæc ex variis philosophiæ systematibus petuntur, quibus solis retrogradus cursus congruere nequit. Sed quæ à philosophis de dispositione partium universi, quatenùs terram spectant, ad arbitrium excogitata, adeò mera sunt figmenta, ut jure Patres atque ecclesiasticorum interpretum plerique nihil sibi ab illis præcavendum censuerint. Cæterùm cùm de rebus obscuris, systematibus, atque meris opinionibus agitur, semper illud præferendum videtur, quod planius est et simplicius, tum magis cum Scripturâ et communibus notionibus congruit, quamvis non ea sit sententia quæ difficultatibus careat. Si è philosophorum placitis nobis negotium fiat, quid eos magistros nos sequi compellit? quid eorum figmenta cum S. Scripturâ conciliare cogit? Nonne æquior ratio postulat ut philosophia potiùs ad revelationem quàm revelatio ad philosophiam pertrahatur? præsertim cùm Scripturæ verba aperta sint et explorata, et philosophia nonnisi hypotheses incertas habeat; quippe quæ corpora cœlestia longissimo dissita intervallo vix prospiciat, atque naturæ secreta frustra hactenùs tentaverit. Uni igitur Scripturæ et revelationi inhærendum, vel invitis philosophicis systematibus, quæ solâ humanâ ratiocinatione rebusque exploratis per sensus fulciuntur.

His tamen reponunt, Scripturam minùs et philosophiam et naturæ arcana edocenda curare; quare uti non raró phrasibus vix aliter explicandis, nisi ad regulas rationis et philosophorum ratiocinationes revocentur. Inter systemata verò philosophiæ quædam occurrere certa adeò, et sensibus atque experientiæ probata, ut inter claras metaphysicæ notiones jure meritòque censeri queant. Naturæ auctor vias semper quærit simplices et naturæ consonas, neque prodigia nonnisi summâ necessitate multiplicanda esse, nisi perniciosâ fictorum miraculorum sarcinâ religionem onerari voluerimus. Prodigia, quorum illustre est in S. Scripturâ monumentum, maximique sunt ad fidem nostram momenti, cum legibus naturæ nunquàm non congruere, id agente Deo, ut insita humanis mentibus credendi res supernaturales difficultas, quantùm fieri potest, minuatur. Porrò solis retrogradationem si quis ad litteram voluerit interpretari, hunc statas à naturâ leges in motu solis subversurum, universi œconomiam turbaturum, tabulas et observationes omnes astronomicas inutiles effecturum. Nam vel unus sol retrogrado cursu decem lineas repetiit, cæteris interim astris cursum suum tenentibus; quod legibus motûs repugnat, cùm impresso sibi à superioribus sphæris impetu solem rapi necesse sit : vel unà cum sole reliqua simul astra iter verterunt; quod non minùs veritati repugnat. Præstare igitur, ut retrogradationem illam umbræ tantummodò in horologio Achaz deputemus; tunc enim promissorum Isaiæ fides liberatur, atque verba Scripturæ in libris Regum ad litteram servantur. Isaiam profectò expressisse recessum umbræ simul et solis : sed *solem* passim in Scripturâ usurpari pro luce, radiis, atque umbrâ ab iis resultante. Obscuram phrasim per apertiores et expressiores alias esse explicandam.

Sed umbram recessisse intelligere non possumus, nisi corpus aliquod opacum aliâ quàm prius ratione luci opponatur, vel loco moveatur, vel saltem, eo immoto, corpus ipsum lucidum moveatur. Posterius hoc prodigium nihilò minorem fidem extorquet quàm prius : utrobique foveæ sunt et incommoda. Si à sole abstineatur manus, fatemur quidem omnibus cœli astris parci, ne contrario motu retroverti cogantur; sed malè tunc quis de rationis lumine et experientiâ communi omnis ætatis mereatur.

Scriptor inter acerrimos prodigiorum S. Scripturæ adversarios, Præadam. part. 1, c. 4, prodigium tamen vel invitus agnoscere in recessu umbræ, sole non recedente, cogitur. « Contra ordinem, ait, et naturalem effectum solis et umbræ, miraculo, et modo « hominibus ignoto, umbra reducta fuerit retrorsùm decem gradibus. » Isaias et Ezechias, addit ille, bonâ fide censentes solem circa tellurem torqueri, visam umbræ retrogradationem astro retrogrado adscripsère. Ili cæteras per orbem gentes fefellerunt. Sed neque à

prophetâ, neque à rege et populis astronomiæ peritia quærenda est; totumque prodigii mysterium non à sole, sed umbrâ decem lineis recedente efficiebatur. Hoc unum prodigium est.

Audacior adhuc alius scriptor (1) eâ de re loquitur generosiùs. Primùm enim simplicitatem illorum ridet, qui de sole retrogrado fabellæ fidem addixêre, cùm, inquit, umbra tantùm horologii decem lineis recedere visa sit. Unde verò hujus umbræ recessus? ecce in prompto: è parelio, ait ille, sive nube, quæ è regione solis constituta, exceptos ejus radios in stilum horologii ita regerebat, ut umbram ex parte solis converterit, oppositam loco, quem mox occupabat. Evanescunt hìc omnia prodigia, prona sunt omnia, et naturæ legibus consentanea; ut si quid prodigii creditum fuerit, id non ipsi rei, sed vulgaris rudisque populi credulitati deputandum sit. Neque Isaias cæteris doctior fuit, quippe qui de pareliis ne per somnium quidem cogitaverit, factaque ad ipsum sit juxta ejus captum revelatio; atque in eâ esset simul cum rege Ezechiâ persuasione, solem circa terram torqueri. Quidni igitur prodigio rem sibi ignotam deputarent?

Felix planè seculum nostrum, quo Spinosam vivere contigit, virum prophetis et auctoribus theodidactis, insignibus synagogæ doctoribus, Patribus Ecclesiæ eruditissimis, nostris commentatoribus doctiorem, quippe qui unus intellexerit quod illi unanimi consensu hucusque ob mentis imbecillitatem prodigio, et quidem maximo in paucis totius Scripturæ, deputârunt! Babylonii, astronomiæ licet peritissimi, quam unam scientiam tot seculis nunquàm intermisso studio excoluerant, in scholâ hujus docti increduli infima auditorum subsellia tenuissent, eoque viro doctissimo audito, ab itinere Hierosolymitano abstinuissent, dicentes inopinatum eventum parelio deputari. Undè verò tam opportunum accidit phænomenon? cur eum temporis articulum expectavit, ut precibus Isaiæ, ejusque promissorum fidei asserendæ inductum videretur? Plus sanè in eâ temporis circumstantiâ, quàm in re ipsâ, prodigii apparet. Docet quidem auctor noster alio in loco, nempe Tract. theol. polit. c. 2, p. 16, « prophetas « semper signum aliquod habuisse, quo certi « fiebant de rebus, quas propheticè imaginabantur. Nòrat profectò, addit, Ezechias « prophetiæ dono Isaiam clarere, ipsumque de « rebus futuris jamdiù vaticinia fundere sciebat; hâc tamen occasione vult certo aliquo « signo de veritate illius oraculi fieri certior. » Verùm si exhibitum ab Isaiâ signum communes naturæ leges non superabat, quî fieri poterat ut prophetiæ certam et infallibilem veritatem demonstraret, prophetiæ, inquam, quæ tota, juxta Spinosam, è prophetæ imaginatione repetenda erat? Non erat planè signum illud ipsâ, quam indicabat, re certius, cùm utriusque eadem esset natura; quin et signum re ipsâ quodammodò erat obscurius; nam, eodem auctore, neque propheta, neque rex, veram ejus causam noverunt. Neque est cur dicamus Deum revelâsse prophetæ veluti supernaturale aliquid, quod re ipsâ naturalis ordinis effectus esset; nam quis credat Deum decipere voluisse prophetas et populos, certæ et infallibilis veritatis signum exhibens neque certum, neque supernaturale?

Auctores catholici qui umbram tantùm, non solem recessisse suspicati sunt, modestiùs de totâ hâc controversiâ senserunt (1). Cùm planè illi animadvertissent incommoda hujus opinionis supra deducta, omnem verterunt curam ut Scripturam cum philosophiâ conciliantes, veritatem historiæ simul cum miraculi fide componerent. Notant igitur, 1° textum Scripturæ disertè satis pluribus in locis exprimere solis umbram recessisse. Porrò si recessus soli tribuendus fuisset, præposterè sanè recessisse umbra perhiberetur. Fatentur quidem, alibi expressam legi retrogradationem solis; solis nomen pro umbrâ ejusdem astri in horologio usurpatum est, quemadmodùm contingit sæpissimè, ut effectus pro causâ et signum pro re significatâ ponatur. Ita in Jonâ 4, 8, dicitur: *Percussit sol super caput Jonæ, et æstuabat;* ubi sol pro radiis solis ponitur. Ita in Ecclesiastico 48, 26, habetur: *In diebus ipsis* (Ezechiæ) *retrò rediit sol, et addidit regi vitam:* quo in loco diffitetur nemo solem, sive umbram signum tantummodò fuisse valetudinis Ezechiæ. 2° Animadvertunt, prodigium illud uni Ezechiæ destinatum nonnisi ejus in horologio fuisse spectandum; quare opus non

(1) Auct. Tract. theologico polit. c. 2, pag. 22: « Isaiæ signum umbræ retrogradæ ad ipsius captum revelatum fuit,... et de pareliis « fortè nunquàm nec per somnium cogitave- « rat; quod nobis sine ullo scrupulo statuere « licet. »

(1) Vide, si placet, Burgens. Mont. Vat. Tir. Sâ, Sanct. ad 4 Reg. 20, 11, art. 11.... 16, 17, et ex Acathol. Grot. Bochar. *Chanaan* lib. 1, cap. 14. Voss. de Orig. et Prog. idolol. lib. 2, c. 9, et alios.

fuit, ut in universo orbis theatro conspicuum præberetur. Erat enim divinæ sapientiæ, ut quod paucis perficere poterat, multis non ageret : parcit Deus omnipotentiæ suæ, neque à legibus naturæ, nisi quantùm necessitas poscit, sibi ducit recedendum. 3° Legati regis Babyloniæ, 2 Paral. 32, 31, Hierosolymam venerunt, *ut interrogarent de portento quod acciderat super terram*, nempe in Judæâ, quæ terræ nomine consuetâ phrasi designatur. Porrò si hæc Babylone æquè ac Hierosolymæ contigissent, quid opus fuit exquirendæ veritatis causâ Hierosolymam adire? 4° Si res universum orbem habuisset spectatorem, vix fieri potuisset, ut nullus de illâ scriptor exstaret. 5° Si sol post decursas decem lineas iterùm verso cursu easdem repetiisset, ut iterùm illas metiretur, dies illa profectò longior fuisset quàm quæ sub Josue : illa enim duplò major fuit quàm pro more, nempe 24 horarum, hæc verò ad 32 devenisset. Disertè autem Scriptura exprimit nullam diem priore illâ productiorem unquàm fuisse sive antea, sive postea, Jos. 10, 14. 6° Tandem omnia recurrunt incommoda super fusiùs diducta, nempe corporum cœlestium harmonia turbata violento illo et irregulari motu, etc.

Quâ verò ratione retrogradatio ista in horologio contigerit, ita illi describunt. Potuit Deus motum suspendere, solisque radios ita determinare, ut umbra solem versùs demitteretur : quemadmodùm oriente sole fit in conclavi ad occidentem patente, ubi umbra ipsa, quanquàm ab orientis solis radiis resultans, orientem spectat; ita prodigii ratio in eo sita erat ut radii solis reflexi in stilum horologii, umbram, secùs ac fieri debuisset, demitterent. Porrò reflexio illa radiorum ex compacto subitâ operâ corpore oriri potuit, quo scilicet subitò radiis opposito, obstructâ consuetâ luci viâ, aliam lux planè diversam teneret. Si hujus sententiæ momenta omnia non æquè ejusdem ponderis sunt, non ea tamen fient quæ penitùs rejici mereantur, et suâ pariter auctoritate, uti et scriptorum merito, veri aliquam speciem et similitudinem obtinent.

Recentiores philosophi, qui solem in centro mundi habitabilis constituunt, ac terram in vortice ejusdem astri perpetuo agitant motu, utramque hujus prodigii sententiam æquè amplectuntur; perinde enim est illis, sive solis radii objecto corpore aversi dicantur, ut umbram detorquerent; sive Patrum interpretatio præferatur, solem contrario cursu priorem viam repetiisse statuentium; nam quod ad nos, nostrosque sensus attinet, iidem oriuntur effectus, sive sol circa terram, sive terra circa solem torqueatur. Debuit planè umbra habitudinem mutare in horologio, si terram averso planè à motu suo diurno cursu, versam esse statuamus. De prodigio sub Josue agentes, aliam in hoc systemate de motu terræ hypothesin adduximus, quam ibidem lectores consulant.

Agendum modò quamdiù perseveraverit dies illa, quæ prophetici oraculi veritatem Ezechiæ asserit. Hoc quidem alienum est ab iis qui totam prodigii rationem in horologio constituunt, quippe qui nihil accessisse solis cursui, vel recessisse contendunt. Qui verò malunt solem retrorsùm vertere, illis non una sedit eâ de re sententia; alii enim diem illam, intra 32 horarum spatium claudunt. Primus, vel saltem potissimus hujus opinionis auctor innotuit Pseudo-Dionysius, quam deinceps plerique amplexi sunt. Tradit ille Epist. ad Polycarpum, diem 20 solidis horis diuturniorem quàm cæteros fuisse; quare cùm ex veteri supputandi ratione in horas 12 diem dispescat, atque emensum jam solem spatium 10 horarum, ac decem insuper horas in recessu insumpsisse constituat, totam deinde summam in 32 horas colligit (1).

Aiunt alii, lineas illas sive gradus apud Isaiam non horas designare, sed dimidium sive quartas horæ partes, cujus opinionis has proferunt conjecturas. Optionem præbet propheta Ezechiæ ægrotanti, malitne umbram decem lineis in horologio antevertere, an totidem lineis recedere. Si Ezechias priorem conditionem accepisset, diem, emenso jam sole decem lineas; sive decem horas, ad viginti horarum spatium producturus fuisset; cùm autem in Palæstinâ nulla dies unquàm tantum temporis spatium habeat, non potuit sanè in horologio tot horarum nota designari. Ita solaria horologia horas notabant, ut maximum 16, quin et debebant tantùm 12 designare, servatâ Hebræorum, tum temporis obtinente, supputatione, quæ diem in totidem horas dividebat. Statuamus ergo oportet lineas illas apud Isaiam non horas modò, sed et dimidias, quin et quartas, imò et octavas horæ partes indicâsse, quod planè necessarium erat in Judæâ, si mos dividendi diem in duodecim

(1) Ita et S. Maxim. Scholiast. Dion. et Georg. Pachymer.

horas inæquales in eâ regione servabatur (1).

Alii nihil huic diei præ aliis tribuunt quàm quinque, vel ad summum decem horas (2). Statuunt illi singulos gradus horam vel semihoram notare, totiusque diei spatium intra duodecim horas concludi; tum et solem uno simul momento totum recessionis suæ quinque vel decem horarum, pro valore nempe linearum, spatium confecisse; quare, inquiunt, confectum antea spatium iterùm resumens, totidem horis, quot priùs, ad idem punctum horizontis pervenit.

Subita hæc et prompta retrogradatio philosophos habet adversarios, quippe qui ægrè intelligant immane illud solare corpus tam citò vastum adeò spatium conficere potuisse: quæ sanè res non supra naturæ leges tantummodò est, sed planè, ut illis quidem videtur, contraria. Cur, inquiunt, illi, novum hoc et incertum miraculum, silente Scripturâ, adjiciatur? Corporis ex alio in alium locum translatio nunquàm sine motu locali et successivo fieri potest. Corporum penetratio nulla est; quare ut loco moveatur, alia etiam moveri opus est, atque relictum ab uno spatium ab alio statim occupari. Ad hæc localis corporis motus suum habet celeritatis certum et determinatum gradum; quippe quòd opposita nanciscatur in itinere alia corpora cursum suum remorantia, quibus de suo motu illum communicare aliquid necesse est. Iter ergo illud, quod à sole statim confectum statuitur, incredibilem planè rapiditatem exigit, cui etsi multùm decessisse opus sit, ob communicatum immanibus illis corporibus in viâ occurrentibus motum tanta adhuc celeritas remanserit, ut immensum illud spatium momento transegerit. Quanta porrò tunc in œconomiâ universi turbatio! quanta legum motûs subversio!

Sed si retrogradatio admittatur lenta et successiva, intra plures tantùm horas peragenda, quomodò potuit Ezechias oraculi prophetici veritatem statim intelligere? Optio regi data erat, utrùm mallet solem decem lineis diem corripere, an tantùmdem spatii producere. Si primum accepisset, ac sol decem illas lineas successivo lentoque motu diurno et ordinario percurrisset, quî locus fuisset prodigio? Planè voluisset ille ut uno impetu umbra ascenderet, adeòque et eâdem celeritate descendere illam voluit. Debuit ergo totum fieri in momento, neque recessum umbræ aliâ ratione selegit, quàm quòd difficiliùs contingere posse judicavit ut umbra descenderet, quàm quòd ascenderet: *Facile est umbram crescere decem lineis; nec hoc volo ut fiat, sed ut revertatur retrorsùm decem gradibus*, 4 Reg. 20, 10.

Itaque utrinque recurrunt incommoda; æquè enim naturæ legibus repugnans videtur, ut corpus uno temporis momento ex uno in alium locum transferatur, quin per interjectum spatium traducendum sit, cùm præsertim corpus immane sit, et duo termini vastissimo distent intervallo, quemadmodùm in præsentiarum contingere debuerat. Videtur etiam Ezechias censuisse illam in horologio mutationem momento fieri, neque eâ spe frustratus apparet. Qui totam prodigii rationem in recessu umbræ constituunt, nihil de sole statuentes, incommoda hæc omnia facilè evitant. Alii verò quid hisce reponere possint, non satis intelligo; utrinque enim illis angustiæ, vel solem lento motu, sive promptè recessisse statuerint: neutrum tamen ponere cogimur, quo prodigii veritatem statuamus. Satis enim ad prodigium, ut umbra in horologio Achaz recessisse divinitùs et merito precum Isaiæ dicatur. Ad hoc tantummodò expressis Scripturæ verbis cogimur.

Usserius, ad an. mundi 3291, in eâ est sententiâ quæ solem unà cum cæteris astris totâque cœlesti machinâ retrovertit, quanquàm id simul constituit, ut salvæ sint omnes observationes astronomicæ, spatium illud diei additum, primæ nocti detractum fuisse, divinâ id agente providentiâ. Ita planè, inquit ille, nostrâ etiam ætate eclipses lunæ à Ptolemæo notatæ, regnum Ezechiæ præcedentes, cum eodem puncto componuntur, juxta calculum nostrorum astronomorum, cui diù ante assignatæ sunt à Chaldæis. Totum igitur hujus diei spatium, compositis simul die nocteque, consuetum diurnum tempus non excessit. Sed hæc viri docti sententia sua habet incommoda: dùm enim Isaias ad Ezechiam loquebatur, noctis jam spatio evoluto dies successerat. Quare quod accessit diei è nocte detrahi minimè potuit, si ille subsequentem noctem breviorem fuisse contendat, miraculum addit, de quo altum in Scripturâ silentium, illudque inducere nullâ cogimur necessitate, cùm solvendi prodigii aliæ rationes occurrant.

(1) Vide, si placet, Sanct., Tirin. et apud eum Bed. et Eucher.

(2) Andreas Masius in Josue cap. 10, Cajet., Malvend., Bertram., alii plerique.

Rabbini, fœcundi temperamentorum parentes, aliam ineunt rationem, ut astronomicas observationes tueantur, statuentes in obitu Achaz patris Ezechiæ diem decem horis cursum corripuisse, ne spatium daretur impio regi parentandi. Volunt autem eas horas restitutas diei, sub Ezechiâ, ut proinde suis sedibus restituerentur astronomicæ observationes, salvaque essent omnia.

Modò, ne quid omittamus adversùs opinionem de recessu solis, in examen revocandum est utrùm apud veteres quidquam eâ de re occurrat. Vix enim fieri potuisse creditur, ut inauditi illius, atque in universo orbis theatro spectabilis prodigii memoria nulla apud posteros manserit, eamque neglexerint in suis observationibus astronomicis, et in calculo eclipsium sapientes illi Babylonici, qui rem audituri Hierosolymam se contulerunt. Tradunt Aristoteles, apud Simplicium lib. 3 de Cœlo, Diodorus, Bibl. lib. 2, Cicero de Divinat. lib. 2, extâsse adhuc Alexandri ætate, et post ipsum etiam, eorum observationes, jam inde supra Ezechiæ ætatem ab ærâ, ut minimùm Nabonassaris, circa annum mundi 3257 repetitæ. Quis autem crediderit, Græcos, sive Romanos, tam curiosos veteris historiæ scrutatores, nunquàm in historiâ Chaldæorum rem adeò mirabilem animadvertisse, vel animadversam posteritatis memoriæ invidisse?

Hisce tamen plura reponenda: 1° Multa è veteribus monumentis concidisse, ac potissimùm Chaldaica, Phœnicia et Ægyptia, ex quibus aliquid eâ de re peti debuisset. 2° Novum non est veteres prodigium illud silentio pressisse, cùm plura etiam memoriâ dignissima tenebris et oblivione sepeliverint. 3° Præcavisse satis sese ab hâc veterum negligentiâ divina Providentia visa est, prodigii memoriam in tribus sacris libris servans. Notatur enim in libris Regum, Isaiæ et Paralipomenis; nec etiam obscurè de illâ sermo est apud auctorem Ecclesiastici, diù post captivitatem in vivis agentem. 4° Herodotus, vetustissimus Græcorum historicus, subodoratus aliquid eâ de re videtur; narrat enim lib. 2, cap. 142, ex Ægyptiis didicisse se, intra spatium 1340 annorum solem quater inusitatâ quâdam ratione ex horizonte emersisse; bis scilicet surrexisse ex occidente, bis in oriente occidisse. Verùm, si rectè attendamus, hic auctor plura in unum miscenda distinguit; debuit enim tantùm dicere solem bis verso cursu ex occidente orientem repetiisse, quod quidem semel sub Josue iterùmque sub Ezechiâ factum novimus. Paria, sed minùs etiam credibilia et multò magis exaggerata, ex Ægyptiis accepta, refert Solinus, capite 45, his verbis: « Ferunt, à primis « gentis suæ avis traditum, ubi nunc occasus « est, quondam ibi ortum solis fuisse. » 5° Tandem Pseudo-Dionysius Areopagita (1) contendit, hujus prodigii memoriam mansisse apud Persas in cultu *Mithræ*, vel Solis, cognomento Triplicis: cujus nominis in causâ fuit, inquit, quòd dies sub Echeziâ triplò major fuit, nempe, illo auctore, 32 horarum. Quare, inquit, Persæ prodigium illud celebraturi, deum suum specioso *Triplicis* elogio insigniverunt (2). Sed peritissimi nostræ ætatis critici (vide Vossium de Idolol. lib. 2, cap. 9), neque satis conveniunt de titulo hoc Mithræ, neque de causâ. Esto autem numini *Triplicis* cognomen adjectum fuerit, potuit ejus rei alia fuisse quàm quæ à Dionysio assignata est, causa: facilè id nominis inditum est ex calore, luce et discretione temporum; vel, si mavis, ex sapientiâ, virtute et charitate numinis, etc.

Antequàm ultimum dissertationi modum imponamus, pauca de origine horologiorum disserenda sunt, et de ratione horas supputandi; ut auctoris Vulgatæ interpretationem vindicemus, reddentis eo loco *Horologium Achaz*, uti et pro gradibus nomen *linearum* substituentis. Non desunt enim viri certè doctissimi (3) certantes, horologia, uti et diei horas, nulla fuisse Hebræis ante captivitatem; quorum sanè hypothesis omnia evertit quæ hucusque à nobis de horologio solari Achaz disputata sunt. Fatemur quidem longo temporis spatio nullas fuisse Hebræis voces peculiares horologiis designandis, ipsumque nomen horas exprimens desiderari in libris, qui adhuc exstant, Hebraicè scriptis ante captivitatem Babylonicam. Sed hæc tanta non sunt, quæ latuisse Hebræos horologia demonstrent, uti neque ignotum fuisse genti usum distinguendi horas per lineas, sive gradus, quod in historiâ prodigii sub Ezechiâ legimus. Tobias Ninive scribebat sub Manasse rege Juda, in cujus exemplari Chaldaicè scripto, quod ad manus habebat S. Hieronymus, disertè horarum nomen exprimitur, cap. 12, 22: *Pro-*

(1) Epist. 7 ad Polycarpum: Τοῦτο ταῖς Περσῶν ἱερατικαῖς ἐμφέρεται φήμαις, καὶ εἰσέτι μάγοι τὰ μνημόσυνα τοῦ τριπλασίου Μίθρου τελοῦσιν.

(2) Ita Pachym., et Maxim., et Corder., interpret. Dionysii.

(3) Usser. ad A. M. 2391, et Jacquelot dissert. 1 *sur l'Existence de Dieu*, c. 16, p. 190, 191.

strati per tres horas. Unanimis est etiam veterum et novorum interpretum sententia, lineas in horologio Achaz horas designâsse, quorum opinio historiæ monumentis abundè fulcitur.

Nihil hìc moror Appionis apud Josephum testimonium, tradentis : « Moyses, ut accepi, « Heliopolitanus erat, qui patriis institutus « moribus, subdivales precationes ad septa, « qualia civitas habebat, reduxit; ad subsolanum autem omnia convertebat. Ita enim « Heliopolis sita est. Pro obeliscis verò statuit « columnas, sub quibus ceu pelvis forma ex- « primebatur. Super columnam figura hominis « posita eumdem semper cum sole cursum « circumvolvebat, » nempe, quantùm conjicio, umbra figuræ supra stilum constitutæ, solis circumversionem sequebatur, atque in subjectam pelvim incidens, varias diei horas distinguebat. Alioquin quid opus fuisset simulacrum statuere super columnam sese unà cum sole torquens? Opus non est inpræsentiarum adversarium hunc Judæorum refutemus, cùm satis inter omnes conveniat, nihil tale Moysem unquàm statuisse, neque Judæis positum in moribus esse, ut subsolanas precationes observarent, ejusdemque legislatoris ætate, et diu etiam post nullas fuisse Judæis certas horas et horologia, quemadmodùm ex libris ab eo scriptis ejusque legibus certo certiùs intelligimus.

Ægyptii gloriabundi semper, et nullum lapidem non moventes, quò vetustatis et scientiæ suæ famam augerent, contendebant, jam inde à remotissimâ ætate horologia fuisse suæ regioni familiaria. Erat, inquiunt, Acanthæ, urbe ad Nilum, vas quoddam ingens, quod singulis diebus aquâ opplebatur, ejusque certo et uniformi defluxu variæ diei horæ distinguebantur (1). Ad eam normam postea fabricatæ sunt apud Græcos et Romanos clepsydræ, usu deinde familiarissimæ. Horæ nomen à deo Horo, qui sol est, derivant; ac tandem apud Ciceronem sermo est de cynocephalo (2), duodecies per singulos dies, æquis observatis temporis interstitiis, mingente; ex quo didicit Trismegistus diem in duodecim horas distinguere. Trismegistum hunc paulò Moyse recentiorem statuunt (3). Hæc de horologiorum et horarum antiquitate occurrunt, quanquàm, sicut antiquissima, non ita planè certissima videntur.

Nihil satis expressum de horologiis apud Homerum, in cujus tamen Odysseâ O, duo recurrunt versus, nempe 402, 403, qui de horologiis explicari posse videntur : *Insula quædam Syria vocatur, sicubi audis, Ortygiam desuper, ubi mutationes solis.* Hæc insula una est ex Cycladibus, ubi, si fides sit veteri cuidam scholiastæ, spelunca erat, satis opportunè accedentem et recedentem ad nostrum meridianum solem demonstrans. Sunt inter eruditos qui suspicantur, poetam eo loco sermonem habere de horologio solari; et Diogenes Laertius in Vitâ Pherecydis philosophi auctor est, mansisse etiam suâ ætate in insulâ Syro solare horologium ejusdem philosophi (1). Hoc autem Pherecydis horologium ipsissimum esse Homericum, quidam suspicantur, quòd scilicet philosophus ille sive restituerit, sive perfecerit; quæ si vera sint, usum horologiorum in Græciâ, ipsâ belli Trojani ætate, demonstrant. Sed nihil certi statuendum ex ambiguo testimonio; quare solidius aliquid quærendum. Cùm tamen Pherecydes annis circiter 300 post Homerum floruerit, reputandus est perfecisse tantummodò horologium quod poetæ illius ætate in Syro spectabatur; signabat enim illud tantummodò solstitia, Pherecydis verò horologium vel horas indicabat. Vide notas D. Daceriæ in Odysseam 15.

Herodotus affirmat (2), invaluisse apud Græcos morem horologiorum solarium, et gnomonis ex Babyloniis deductum; ipsorumque Græcorum confessione, Anaximander horas distinxit, atque horologia solaria in Græciam invexit (3). Fallitur autem Plinius, cùm ejus rei honorem Anaximeni tribuit. Emortualem Anaximandri annum Usserius componit cum anno mundi 5457, premente jam captivitate Babylonicâ, et sub Cyro. Porrò hic philosophus ex itinere in Chaldæam potuit horologiorum rationem didicisse.

Ex eodem, quantùm conjicimus, fonte derivatum creditur ab Achaz horologium, de quo nunc sermo; docente enim Scripturâ scimus satis inter illum et Theglathphalasarem

(1) Vide, si placet, Diod. l. 1, pag. 61, et Strab.
(2) Tull. apud Victorinum à Macrobio cit. lib. 1, cap. 21.
(3) Marsh. sec. 10, Can. Ægypt. pag. 241, edit. Lips. 1676.

(1) Diogen. in Pherec. : Σώζεται δέ καὶ ἡλιοτρόπιον ἐν Σύρᾳ τῇ νήσῳ.
(2) Lib. 2, cap. 109 : Πόλον καὶ γνώμονα, καὶ τα δυώδεκα μέρεα τῆς ἡμέρης παρὰ Βαβυλωνίων ἔμαθον Ἕλληνες.
(3) Laert. lib. 2 : Εὗρε δὲ καὶ γνώμονα πρῶτος, καὶ ἔστησεν ἐπὶ τῶν σκιοθήρων ἐν Λακεδαίμονι.

regem Assyriæ convenisse, quem postremum regem in auxilium alter adscivit contra irruptionem regis Syriæ et Samariæ, cujus religionem adoptavit, adeò ut aram Damascenæ similem (quam ipse Achaz, invisendum regem conveniens, spectaverat) Hierosolymæ erigendam curârit. Horologiorum solarium inventio nova erat tum temporis, et utilis; quare eam libens occasionem accepit Achaz, ut simile quid procuraret in palatio suo Hierosolymæ. Nonnisi autem temerè certi aliquid de ejus figurâ affirmaretur; verùm cùm Scriptura constanter voce *Mahaloth*, quæ *gradus* sonat, utatur, quantùm assequimur conjecturâ, facilè credimus nihil habuisse horologium illud similitudinis cum Græcorum et Romanorum, ac facilè concavam quamdam sphæram fuisse, quemadmodùm Græca illa *scaphas* appellata.

Rudis primùm horologiorum ars perfici paulatim ac ordine cœpit. Ita quæ primùm diurnas tantùm horas distinguebant horologia, in usum deinde noctis etiam fabricata sunt, ut de Platonis horologio Athenæus libro 4 animadvertit. Facilè nocturna hæc clepsydræ erant, sive horologia ex arenâ. Describit poeta quidam Græcus, nempe Bato, apud Casaub. in Athenæum l. 4, c. 17, philosophum gerronem et avarum identidem ampullam quamdam oleo plenam sollicitè spectantem, quasi horologium gereret. Scipio Nasica, auctore Plinio l. 7, c. 60, clepsydram dedicavit sub tecto anno urbis conditæ 595, cùm ad id usque populus Romanus in nocturnis diurnisque horis, sole non apparente, incertus vagaretur. Vitruvius, l. 9, c. 9, fusiùs agit de horologiis solaribus et clepsydris.

Ante horologia distinguendo tempori pedes serviebant: unusquisque enim umbram sui corporis dimetiebatur; qui planè usus diutiùs mansit ruri, quemadmodùm ex Palladio, auctore secundi seculi, intelligimus, apud quem singuli duodecim libri de Re rusticâ clauduntur cum mensurâ solis singulorum mensium, quæ horas ejusdem mensis pedum dimensione distinguit. Idem occurrit in tractatu de Horologiis, inter opera Bedæ Venerabilis. Varia est quidem corporum mensura, sed tamen nihil ex eo incommodi in horarum æqualitatem, cùm pedum mensura plerùmque corporis habitudinem sequatur. Computabatur umbra usque ad viginti pedes, atque horæ conveniendi cum amicis, horæ prandii, etc., ad talem pedem destinabantur, quemadmodùm apud nos ad talem horam certæ quædam res peragendæ constituuntur. Vir quidam ad prandium invitatus ad duodecim pedes, cùm nocte intempestâ è lecto surrexisset, ad lunæ micantis fulgorem (solem ratus) umbram dimensus, condictam pedum mensuram deprehendit; quare statim ad prandium ante exortum solis in amici domum convolavit (1). (CALMET.)

(1) Menander:
Ὅς κληθεὶς ποτε
Εἰς ἑστίασιν δωδεκάποδος, ὄρθριος
Πρὸς τὴν σελήνην ἔτρεχε, τὴν σκιὰν ἰδών,
Ὡς ὑστερίζων, καὶ παρῆν ἅμ' ἡμέρᾳ.

DE TEMPLO SALOMONIS

Dissertatio:

Utrùm à ruditate et moribus gentium originem traxerit.

Joannis Marshami in Canone Chronico p. 34 et 210, et Joannis Spenceri lib. 3 de Legibus Hebræorum ritualibus dissertatione 6, nova et singularis opinio huic Dissertationi occasionem dedit. Asserunt enim viri illi eruditi, templum Salomonis à ruditate gentium originem traxisse. Et Marshamus quidem id pressiùs et quasi obiter exequitur; Spencerus verò prolixâ et eleganti Dissertatione speciosum illud commentum adstruere nititur, cui sequentem propositionem opponimus.

PROPOSITIO UNICA. — *Templi Salomonici origo ad Ægyptiacam superstitionem, vel ruditatem gentium referenda non est, sed ad Dei optimi maximi consilium, afflatum, auctoritatem, Davidisque et Salomonis pietatem.*

Probatur 1° ex Scripturâ sacrâ? Regum c. 7,

ubi narratur quomodò David indignum æstimaverit Dei majestate, indecorumque iis beneficiis quibus se Deo optimo maximo obstrictum palam profitebatur, ut arca Dei in tentorio posita esset, dùm ipse in domo cedrinâ habitaret; atque ita regiæ suæ intuitu, quam Deo favente ædificaverat, ad ædem magnificam Deo cœli terræque supremo Domino et Regi regum fabricandam et dicandam excitatus est. Hujusmodi autem consilium à Dei afflatu proficisci Nathan propheta declaravit. Neque id ut Ægyptiacæ superstitionis reliquias condonavit, sed ut eximiæ pietatis affectum probavit. Et tantùm abest ut profanorum templorum intuitu, quæ Israelitæ olim in Ægypto viderant, Deus gentium ruditati, seculique moribus se accommodans, templi fabricam concesserit, ut contra nihil se de tali æde locutum significet, quo tempore Ægyptiacorum templorum, si quæ essent, memoria apud majores eorum recens erat. *Factum est autem cùm sedisset rex in domo suâ, et Dominus dedisset ei requiem undique ab universis inimicis suis, dixit ad Nathan prophetam: Videsne quòd ego habitem in domo cedrinâ, et arca Dei posita sit in medio pellium? Dixitque Nathan ad regem: Omne quod est in corde tuo, vade, fac, quia Dominus tecum est. Factum est autem in illâ nocte, et ecce sermo Domini ad Nathan, dicens: Vade, et loquere ad servum meum David: Hæc dicit Dominus: Numquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum? Neque enim habitavi in domo ex die illâ quâ eduxi filios Israel de terrâ Ægypti, usque in diem hanc: sed ambulabam in tabernaculo et in tentorio. Per cuncta loca, quæ transivi cum omnibus filiis Israel numquid loquens locutus sum ad unam de tribubus Israel, cui præcepi ut pasceret populum meum Israel, dicens: Quare non ædificâstis mihi domum cedrinam? Et nunc hæc dices servo meo David: Hæc dicit Dominus exercituum: Ego te tuli de pascuis sequentem greges, ut esses dux super populum meum Israel: et fui tecum in omnibus ubicumque ambulâsti, et interfeci universos inimicos tuos à facie tuâ: fecique tibi nomen grande juxta nomen magnorum qui sunt in terrâ. Et ponam locum populo meo Israel, et plantabo eum, et habitabit sub eo, et non turbabitur ampliùs; nec addent filii iniquitatis ut affligant eum sicut priùs, ex die quâ constitui judices super populum meum Israel: et requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis, prædicitque tibi Dominus, quòd domum faciat tibi Dominus. Cùmque completi fuerint dies tui, et dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo, et firmabo regnum ejus. Ipse ædificabit domum nomini meo, et stabiliam thronum regni ejus usque in sempiternum.* Pietatem Davidis de templo ædificando cogitantis non solùm Deus commendat, verùm etiam amplis promissionibus munerat: et in numero benedictionum quibus filium ejus Salomonem cumulabit, hanc velut principem recenset, quòd divinæ majestati suæ templum sit ædificaturus. Non ergo ad Ægyptiacam superstitionem, vel ruditatem gentium referenda est origo templi Salomonici, sed ad Dei optimi maximi consilium, afflatum, auctoritatem, et ad Davidis ac Salomonis pietatem.

Confirmatur ex 1 Paralipomenon c. 22, ubi de Davide dicitur: *Vocavitque Salomonem filium suum, et præcepit ei ut ædificaret domum Domino Deo Israel. Dixitque David ad Salomonem: Fili mi, voluntatis meæ fuit ut ædificarem domum nomini Domini mei, sed factus est sermo Domini ad me, dicens: Multum sanguinem effudisti, et plurima bella bellâsti; non poteris ædificare domum nomini meo, tanto effuso sanguine coram me; filius qui nascetur tibi erit vir quietissimus: faciam enim eum requiescere ab omnibus inimicis suis per circuitum, et ob hanc causam pacificus vocabitur; et pacem et otium dabo in Israel cunctis diebus ejus. Ipse ædificabit domum nomini meo, et ipse erit mihi in filium, et ego ero illi in patrem, firmaboque solium regni ejus super Israel in æternum. Nunc ergo, fili mi, sit Dominus tecum, et ædifica domum Domino Deo tuo, sicut locutus est de te.... Præcepit quoque David cunctis principibus Israel ut adjuvarent Salomonem filium suum. Cernitis, inquiens, quòd Dominus Deus vester vobiscum sit, et dederit vobis requiem per circuitum; et tradiderit omnes inimicos vestros in manus vestras, et subjecta sit terra coram Domino, et coram populo ejus. Præbete igitur corda vestra et animas vestras, ut quæratis Dominum Deum vestrum; et consurgite, et ædificate sanctuarium Domino Deo, ut introducatur arca fœderis Domini et vasa Domino consecrata, in domum quæ ædificatur nomini Domini.* Quid in toto illo Davidis regis sermone pietatem non sapit? Num aliquem ad Ægyptiacam superstitionem, ad ruditatem gentium, ad profanos seculi mores respectum exprimit? Nonne Deo placuisse significat ut Salomon ipsi domum ædificaret? David rex et propheta sanctissimus Salomoni filio suo jubet ut sacrum illud opus secundùm voluntatem Dei perficiat; divina illi promissa et beneficia proponit, quibus ad id exequendum excitetur: principes

Israel acceptorum pariter beneficiorum memoriâ instigat et permovet ut Salomonem in fabricâ templi adjuvent. Tantùm abest ut eos Ægyptiacæ superstitionis æmulatione, vel ruditatis gentium, profanorumve seculi morum imitatione, et quâdam veluti contagione id præstituros dicat, ut potiùs hoc opere Deum quæri, Deo immortali corda præberi asserat. Denique finem exponens ob quem ædificatio templi ab ipso suscepta sit, et Salomoni filio servata, non ait id factum ut seculi moribus conformarentur, sed ut arca fœderis Domini, et vasa Domino consecrata in eo deponerentur ac servarentur.

Confirmatur 2° ex litteris Salomonis ad Hiramum regem Tyri scribentis 3 Regum 5: *Tu scis voluntatem David patris mei, et quia non potuerit ædificare domum nomini Dei sui propter bella imminentia per circuitum, donec daret Dominus eos sub vestigio pedum ejus. Nunc autem requiem dedit Dominus Deus mihi per circuitum; et non est satan, neque occursus malus. Quamobrem cogito ædificare templum nomini Dei mei, sicut locutus est Dominus David patri meo, dicens: Filius tuus, quem dabo pro te super solium tuum, ipse ædificabit domum nomini meo.*

Confirmatur 3° ex c. 8 ejusdem libri, ubi templi dedicatio describitur: *Factum est autem, cùm exîssent sacerdotes de sanctuario, nebula implevit domum Domini, et non poterant sacerdotes stare et ministrare propter nebulam: impleverat enim gloria Domini domum Domini. Tunc ait Salomon: Dominus dixit ut habitaret in nebulâ. Ædificans ædificavi domum in habitaculum tuum, firmissimum solium tuum in sempiternum. Convertitque rex faciem suam, et benedixit omni Ecclesiæ Israel; omnis enim Ecclesia Israel stabat. Et ait Salomon: Benedictus Dominus Deus Israel qui locutus est ore suo ad David patrem meum, et in manibus ejus perfecit, dicens: A die quâ eduxi populum meum Israel de Ægypto, non elegi civitatem de universis tribubus Israel, ut ædificaretur domus, et esset nomen meum ibi; sed elegi David ut esset super populum meum Israel. Voluitque David pater meus ædificare domum nomini Domini Dei Israel; et ait Dominus ad David patrem meum: Quòd cogitâsti in corde tuo ædificare domum nomini meo, benè fecisti, hoc ipsum mente tractans. Verùmtamen tu non ædificabis mihi domum, sed filius tuus, qui egredietur de renibus tuis, ipse ædificabit domum nomini meo. Confirmavit Dominus sermonem suum quem locutus est, stetique pro David patre meo, et sedi super thronum Israel, sicut locutus est mihi Dominus; et ædificavi domum nomini Domini Dei Israel. Et constitui ibi locum arcæ, in quâ fœdus Domini est, quod percussit cum patribus nostris, quando egressi sunt de terrâ Ægypti.* Confer cum 1 Paralipomenon c. 6 et c. 7, quo postremo loco dicitur: *Cùmque complêsset Salomon fundens preces, ignis descendit de cœlo, et devoravit holocausta et victimas; et majestas Domini implevit domum. Nec poterant sacerdotes ingredi templum Domini, eò quòd implêsset majestas Domini templum Domini. Sed et omnes filii Israel videbant descendentem ignem, et gloriam Domini super domum; et corruentes proni in terram super pavimentum stratum lapide, adoraverunt et laudaverunt Dominum: Quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia ejus.* Bonam fuisse ac Deo gratam Davidis voluntatem de templo nomini Domini ædificando, Spiritus sanctus testatur Deo placuisse ut operis executio servaretur Salomoni. Absolutâ templi fabricâ, cùm dedicatio solemni ritu celebraretur, Deum immortalem editis miraculis significâsse quàm sibi acceptum esset sacrum opus: ignem quippe de cœlo delapsum holocausta et victimas consumpsisse, et nebulam Dei majestatis indicem templum implevisse, quâ se in hâc æde singulari quâdam ratione præsentem esse testatus est ut populi sui sacrificia precesque susciperet, suaque beneficia in templo isto orantibus conferret. An, quæso, ab Ægyptiacâ superstitione et ruditate gentium profectum opus ita Deus approbâsset, ac miraculis illustrâsset?

Probatur 2°: Ædes quam ædificari Deus jussit ut Christi et Ecclesiæ figura et prophetia sensibilis esset, ab Ægyptiacâ superstitione ac gentium ruditate non ducit originem; sed templum *Salomonis* Deus ædificari voluit ut esset figura et sensibilis quædam prophetia Christi et Ecclesiæ: illius igitur origo ad Ægyptiacam superstitionem et ruditatem gentium inconsultò refertur.

Minor propositio S. Augustini verbis probatur libro de Symbolo ad catechumenos, cap. 9: « Templum habet Deus: nam et Salomon rex « et propheta jussus est ædificare templum « Deo... Et unde ædificavit? De lignis et lapi« dibus: quia dignatus est Deus facere sibi per « servum suum domum in terrâ, ubi rogaretur, « ubi memoraretur. Unde dicit beatus Stepha« nus Act. 7: *Salomon ædificavit illi domum; « sed Altissimus non in manufactis templis inha« bitat.* Si ergo corpora nostra templum est « Spiritûs sancti, qualis Deus est, qui ædifi-

« cavit templum Spiritui sancto? Sed Deus. « Si enim templum Spiritûs sancti sunt corpora nostra, ille Spiritui sancto ædificavit « templum, qui et corpora nostra. » Et in Psalmum 137, explicans illa verba : *Adorabo ad templum sanctum tuum,* ait : « Ipsa « congregatio angelorum templum Dei est... « Ecclesia deorsùm, et Ecclesia sursùm. Ecclesia deorsùm in omnibus fidelibus; Ecclesia « sursùm in omnibus angelis. » Et in Psalmum 44 : « Templum regis ipsa Ecclesia, intrat in « templum ipsa Ecclesia. Unde construitur « templum? De hominibus qui intrant in templum. Lapides vivi qui sunt, nisi fideles « Dei?... Templum regis in unitate est; templum regis non est ruinosum, non discissum, « non divisum. Junctura lapidum viventium, « charitas est.... Templum suum Deus ubique « collocavit, fundamenta prophetarum et Apostolorum ubique firmavit. » Et in Psalmum 64, explicans illa verba : *Replebimur in bonis domûs tuæ; sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate,* hæc habet : « Ista sunt bona domûs « illius. Non dixit : Templum sanctum tuum « mirabile in columnis, mirabile in marmoribus, mirabile in tectis auratis, sed *mirabile « in justitiâ.* Habes foris oculos unde videas « marmora et aurum. Intùs est oculus unde « videatur pulchritudo justitiæ... Et ipsum « templum, fratres, nolite præter vos cogitare. « Amate justitiam, et vos estis templum Dei... « Ille unus vir qui assumitur in templum Dei, « et plures sunt, et unus est. Ex unius personâ « dixit : *Exaudi, Deus, orationem meam;* et « quia ipse unus ex pluribus constat, modò « ait : *Exaudi nos, Deus, Salvator noster.* » Ibidem loquens de civitate Jerusalem, ait : « Civitas ergo quædam illa terrena cujusdam civitatis æternæ in cœlis umbram gerebat; at « ubi cœpit illa quæ significabatur, evidentiùs « prædicari, umbra quâ significabatur, dejecta « est : propterea ibi modò templum non est, « quod fabricatum fuerat in imaginem futuri « corporis Domini. Tenemus lucem, umbra « transivit. » Denique libro 13 de Civitate Dei, cap. 48 : « Hæc autem domus, inquit, ad novum pertinens Testamentum, tantò utique « majoris est gloriæ, quantò meliores sunt lapides vivi, quibus credentibus renovatisque « construitur. Sed ideò per instaurationem « templi illius est, quia ipsa renovatio illius ædificii significata significat eloquio prophetico « alterum Testamentum, quod appellatur Novum. Quod ergo Deus dixit per memoratum « prophetam : *Et dabo pacem in loco isto;* per « significantem locum ille qui eo significatur, « intelligendus est : ut quia illo loco instaurato « significata est Ecclesia, quæ fuerat ædificanda « per Christum, nihil aliud accipiatur, quod « dictum est : *Dabo pacem in loco isto,* nisi : « Dabo pacem in loco quem significat locus iste. « Quoniam omnia significantia videntur quodammodò earum rerum, quas significant, « sustinere personas, sicut dictum est ab Apostolo : *Petra erat Christus,* quoniam petra « illa, de quâ hoc dictum est, significabat utique Christum. Major est itaque gloria domûs « hujus novi Testamenti, quàm domûs prioris « veteris Testamenti; et tunc apparebit major, « cùm dedicabitur. Tunc enim *veniet desideratus « cunctis gentibus,* sicut legitur in Hebræo Aggæi 2, 8. Nam priùs ejus adventus nondùm « erat desideratus omnibus gentibus. Non enim « quem deberent desiderare sciebant, in quem « non crediderant. Tunc etiam secundùm « septuaginta Interpretes (quia et ipse prophe« ticus sensus est) : *Venient quæ electa sunt « Domini de cunctis gentibus.* Tunc enim verè « non venient nisi electa, de quibus dicit « Apostolus, Ephes. 1, 4 : *Sicut elegit nos in ipso « ante mundi constitutionem.* Ipse quippe architectus, qui dixit Matth. 22, 14 : *Multi vocati, « pauci autem electi,* non de his, qui vocati sic « venerunt, ut de convivio projicerentur, sed « de electis demonstraturus est ædificatam « domum, quæ nullam deinceps formidabit « ruinam. Nunc autem quando et hi replent « Ecclesias, quos tanquàm in areâ ventilatio « separabit, non apparet tanta gloria domûs « hujus, quanta tunc apparebit, quando quisquis ibi erit, semper erit. »

Et præfatione in psalmum 126 : « Salomon « ædificaverat templum Domino, in typo quidem et in figurâ futuræ Ecclesiæ et corporis « Domini; unde dicit in Evangelio : *Solvite « templum hoc, et in triduo excitabo illud.* Quia « ergo ipse ædificaverat illud templum, ædificavit sibi templum verus Salomon Dominus noster Jesus Christus, verus Pacificus...... De quo dicit Apostolus : *Ipse est « enim pax nostra, qui fecit utraque unum.* Ipse « est verus Pacificus, qui duos parietes è diverso venientes in se copulavit, quibus factus « est lapis angularis, venienti populo ex circumcisione credentium, et venienti populo « ex præputio gentium et ipsorum credentium; « fecit unam Ecclesiam de duobus populis; « factus est illis lapis angularis, et ideò verè

« Pacificus. Quia ergo ille verus Salomon, « Salomon autem ille filius David de muliere « Bethsabee, rex Israel, figuram gestabat hujus « Pacifici quando templum ædificavit, ideò, ne « illum putes Salomonem, qui ædificavit do« mum Deo, alium Salomonem tibi ostendens « Scriptura sic cœpit in ps. 126 : *Nisi Dominus « ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui « ædificant eam.* Dominus ergo ædificat do« mum, Dominus Jesus Christus ædificat domum « suam... Quæ autem domus Dei, et ipsa civitas. « Domus enim Dei populus Dei, quia domus « Dei, templum Dei. Et quid dicit Apostolus? « *Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos,* « 1 Cor. 3, 17. Omnes autem fideles, quæ est « domus Dei, non solùm qui modò sunt, sed et « qui ante nos fuerunt, et qui post nos futuri « sunt, adhuc qui nasci habent in rebus huma« nis usque in finem seculi, congregati in unum « fideles innumerabiles, sed Domino nume« rati, de quibus dicit Apostolus 2 Tim. 2, 19: « *Novit Dominus qui sunt ejus;* grana illa quæ « modò gemunt inter paleas quæ massam unam « factura sunt, quando area in fine fuerit ven« tilata: omnis ergo numerus Fidelium sancto« rum, ex hominibus commutandorum ut fiant « æquales angelis Dei, adjuncti etiam ipsi an« gelis, qui modò non peregrinantur, sed ex« pectant nos quando à peregrinatione redea« mus, omnes simul unam domum Dei faciunt, « et unam civitatem. Ipsa est Jerusalem. »

Confirmatur ex Theodoreto quæstione 1 in lib. 1 Paralipomenon, dicente : « Non ipse (Da« vid), sed ejus filius templum ædificavit. Nam « quoniam Christus, secundùm carnem quidem « Davidis filius, ut Deus autem Dominus et « herus Davidis, erat ædificaturus Ecclesias « quæ sunt in toto orbe terrarum, non sivit « Davidem ædificare templum Judaicum ; sed « jussit illius filium hoc facere, cujus appella« tio præfigurabat pacem nostri Servatoris. « Salomon enim interpretatur *Pacificus*, et « Dominus noster *Pax* appellatur. Testis est « beatus Paulus clamans : *Ipse est pax nostra, « qui fecit utraque unum.* »

Confirmatur 2° ex Venerabili Bedâ, lib. 2 de Tabernaculo, cap. 1 : « Tabernaculum, inquit, « à Moyse factum in solitudine, sicut et tem« plum quod fecit Salomon in Jerusalem, statum « sanctæ universalis Ecclesiæ designat, quæ « partim jam cum Domino regnat in cœlis, « partim in præsenti adhuc vitâ decedentibus « ac succedentibus sibi membris suis peregri« natur à Domino. Et quidem in utriusque « constructione domûs hæc principalis solet « esse distantia figurarum, quod tabernaculum « præsentis ædificium Ecclesiæ, quæ quotidiè « in laboribus exercetur ; templum futuræ re« quiem designat, quæ quotidianâ animarum « hinc post labores exeuntium receptione per« ficitur, quia nimirùm tabernaculum Moyses « cum populo Dei in viâ adhuc positus, quâ ad « terram repromissionis pergebat, condidit; « Salomon autem templum in Jerusalem, quæ « interpretatur *Visio pacis,* quoniam hìc quidem « Ecclesia in labore et ærumnâ vitæ labentis, « in siti et esurie regni perennis ædificatur ; « illìc autem in visione ac perceptione veræ « pacis consummatur. Unde benè in templi « constructione dictum est, quòd *malleus et « securis, et omne ferramentum non sunt audita « in eo,* cùm ædificaretur, præparatis extra « Jerusalem cunctis lapidibus ac lignis, atque « in positionem ordinis sui decenter aptata « esse; quæ ibi facillimè suo quæque loco « reddita, aut cæmento necterentur aut cla« vis : quia videlicet in pace supernæ beatitu« dinis non est tribulationibus nostra exami« nanda fides, aut vita probanda, sed quæ in « præsenti jam seculo castigata, et cœlestibus « erat sedibus regulariter aptata, ibi glutine « et vinculis mutuæ charitatis, ne perpetuò « dissolvi queat, in conspectu etiam sui con« ditoris ac regis ad invicem copulanda. Nam « cùm in hâc vitâ multitudinis credentium fiat « cor et anima una, et sint illis omnia com« munia, quid nisi lapides vivi in ædificium « futuræ domûs Domini quadrantur, qui hinc « inde translati absque ullius labore tarditatis, « suis quique ordinibus inserantur, et sibimet « alterutrum, copulâ divinæ simul et propriæ « dilectionis jungantur? Item figura utriusque « sanctuarii potest ita generaliter distingui : « Opus tabernaculi, tempus synagogæ, hoc « est, antiquæ Dei plebis ; opus verò templi « Ecclesiam, id est, illam electorum multitu« dinem, quæ post incarnationem Dominicam « ad vitam venit, significet. Quoniam videlicet « tabernaculum Moyses cum solâ Hebræorum « plebe consummavit; templo verò Salomon « collectâ proselytorum multitudine perfecit, « adjuvante etiam Tyrio rege, cum artificibus « suis, qui neque naturâ Judæi, neque profes« sione fuerunt. Constat quia priori Dei populo « non nisi ex ipsâ eorum gente præfuerunt; « atverò Ecclesiæ rectores primi quidem fuêre « de Hebræis; verùm mox crescente eâ ac di« latatâ per orbem, etiam de gentibus structo-

« res ejus sunt exorti ; adeò ut ipse etiam « Evangelista Lucas, et Timotheus, ac Titus, « viri apostolici, devotione gentium ad præsu- « latum ejus pervenerint. Verùm si diligentiùs « singula aspiciamus, utriusque domûs ædifi- « catio totius Ecclesiæ præsentis statum mys- « ticè describit, quæ ab initio mundanæ con- « ditionis usque ad ultimum, qui in fine seculi « nasciturus est, electum, semper ædificari « non desinit ; et futuræ quoque gloriam vitæ, « quâ nunc ex parte fruitur ; sed post hujus « terminum seculi, in omnibus suis membris « in æternum fruitura est, mirabili figurarum « veritate depingit. Unde nos aliqua de taber- « naculo, Domino opitulante, dicturi, pri- « mùm ipsum invocantes, humili etiam prece « deposcimus revelari oculos cordis nostri, ut « considerare queamus mirabilia de lege ejus ; « et in pretiosorum decore metallorum ac ves- « timentorum, intelligamus ornatum nobis « morum, fide ac devotione fulgentium, esse « commendatum. Neque enim nobis aliter « sermo ille apostolicus potest convenire, quo « ait 2 Cor. 6 : *Vos enim estis templum Dei vivi ;* « sicut dicit Deus, Levit. 26 : *Quoniam inha-* « *bitabo in illis, et inter eos ambulabo ;* et quod « Joannes, Apoc. 21, audivit vocem magnam « de throno dicentem : *Ecce tabernaculum Dei* « *cum hominibus, et habitabit cum eis ;* quàm si « ornatum tabernaculi sive templi materialem « religiosè mundi cordis et corporis cultu « imitemur. » Legatur ejusdem Venerabilis doctoris liber de Templo Salomonis.

Confirmatur 3° ex Angelomo, Luxoviensi monacho, auctore ecclesiastico noni seculi, Stromatis in lib. 3 Regum cap. 5 : « Domus « Domini, quam ædificavit rex Salomon in « Jerusalem, in figuram facta est sanctæ uni- « versalis Ecclesiæ, quæ à primo electo usque « ad ultimum qui in fine mundi nasciturus « est, quotidiè per gratiam regis pacifici, sui « videlicet Redemptoris ædificatur, quæ par- « tim adhuc peregrinatur ab illo in terris, par- « tim evasis peregrinandi ærumnis, cum illo jam « regnat in cœlis, ubi peracto ultimo judicio, « tota est regnatura cum illo. Ad hanc do- « mum pertinent electi angeli, quorum nobis « similitudo in futurâ vitâ promittitur.... Ad « hanc pertinet ipse Mediator Dei et hominum, « homo Christus Jesus, ipso attestante, cùm « ait, Joan. 2 : *Solvite templum hoc, et in tribus* « *diebus excitabo illud.* Quod exponens Evan- « gelista subjunxit : *Hoc autem dicebat de tem-* « *plo corporis sui.* Dicit Apostolus de nobis, « 1 Cor. 6 : *Nescitis quia templum Dei estis, et* « *Spiritus Dei habitat in vobis?* Si ergo ille tem- « plum Dei per assumptam humanitatem factus « est, et nos templum Dei per inhabitantem « Spiritum ejus in nobis efficimur, constat « utique quia figuram omnium nostrûm, et ip- « sius videlicet Domini, et membrorum ejus, « quæ nos sumus, templum illud materiale te- « nuit ; sed ipsius tanquàm lapis angularis sin- « gulariter electi et pretiosi, in fundamento « fundati ; nostri autem tanquàm lapidum vi- « vorum superædificatorum super fundamen- « tum Apostolorum et prophetarum, hoc est, « super ipsum Dominum, » etc. Hæc ex libro Venerabilis Bedæ de Templo Salomonis, cap. 1, Angelomus exscripsit.

Objicit Spencerus, summam templorum antiquitatem probare templum Salomonis à gentium ruditate et usu traductum. Ethnicos scilicet deos suos in ædibus quibusdam sacris templorum nomine donatis coluisse, diù antequàm Salomonis templum, aut Mosis tabernaculum strueretur. Id ex sacris Scripturis probari Levitici 33, 30 : *Destruam excelsa vestra, et simulacra confringam.* Item Numerorum 33, 52 : *Disperdite cunctos habitatores terræ illius ; confringite titulos et statuas comminuite atque omnia excelsa vastate.* Vocabulum Hebræum, quod Vulgatus interpres *titulos* transfert, Chaldæus domum adorationis, seu *templum* interpretatus est. Id confirmat ex Josepho lib. 4 Antiquitatum, p. 120, ubi Deum sic Israelitas alloquentem introducit : « Præterea lucos, et « aras, et templa, quotquot habent, ad unum « tolli jubeo, ferroque et flammis ita deleri, « ut memoria eorum omnis aboleatur. » Hæc Josephi verba cum legislatoris mente congruere probat Spencerus, ex eo quòd Scriptura sacra vix unquàm veteris alicujus numinis aut idoli meminit, quin et alicubi domum aut templum illius, *Beth* Hebraicè dictum memoret. Occurrit enim Beth-Peor, Deuteronomii 34, 6 ; Beth-Dagon, 1 Regum 5, 2 ; Beth-Ashtaroth, 1 Regum 31, 10 ; Beth-Baal-Berith, Judicum, 9, 4 ; Beth-Baal, 3 Regum, 16, 32 ; Beth-Nisroch, 4 Regum, 19, 3, 7 ; Beth-Baal-Mehon, Josue, 13, 17. Addit Spencerus cum Marshamo, Ægyptios primos fuisse templorum fundatores, quod testimonio Herodoti probant, in Euterpe, cap. 4, scribentis : « Di- « cunt Ægyptios duodecim deorum cogno- « mina primos instituisse, et ab illis Græcos « fuisse mutuatos. Illos etiam primos diis et « aras, et simulacra, et templa statuisse. »

Idem asserit Lucianus, lib. de Deâ Syriâ scribens : « Primi homines Ægyptii dicuntur, et « deorum notitiam accepisse, et templa con« didisse. » Ibidem, templum deæ Syriæ plerosque dicere à Deucalione structum. Ægyptii (referente Julio Firmico, lib. de Errore profanarum religionum) « Josepho post mortem, « patrio suæ gentis instituto templa fecerunt. » Refert etiam Artapanus, cùm Ægyptii grandine et terræ motu affligerentur, « domos quidem « universas, et templorum pleraque corruisse. » Lysimachus apud Josephum, lib. 1 contra Appionem, Mosem et comites ejus conviciari studens, eos « ubique deorum et templa, et « aras, in quas nempe inciderent, evertisse » dicit. Hebræi veteres locum illum : *Et in deos eorum fecit Dominus judicia*, de templis in Ægypto tunc temporis eversis interpretati sunt, referente S. Hieronymo Epistolâ ad Fabiolam, mansione 1. Macrobius, lib. 1 Saturnalium, cap. 9, è Xenone tradit, Janum (qui deorum Deus, hoc est, primus et antiquissimus à veteribus credebatur (in Italiâ « primùm diis templa fecisse, et ritus insti« tuisse sacrorum. » Arnobius, lib. 6 adversùs gentes, templorum originem Salomone antiquiorem agnoscit : « Si quæris, inquit, audire « quis prior fuerit fabricator, aut Phoroneus « Ægyptius, aut Merops tibi fuisse monstra« bitur ; aut, ut tradit in Admirandis Varro, « Jovis progenies Æacus. » Ex quibus omnibus colligit Spencerus templum à gentium ruditate derivatum fuisse, et Deum Judæis (utpote cultûs alibi recepti formam impotenter expetentibus) templum indulsisse.

Respondetur, certum quidem esse ex Scripturâ sacrâ, profanas gentes templa falsis numinibus dicata habuisse, antequàm templum vero Deo à Salomone extrueretur; sed pariter certum non esse quòd Mosaico tabernaculo fuerint antiquiora. Titulorum et excelsorum nomine in Pentateucho templa significari probandum incumbit viro erudito ; lucos falsis numinibus dicatos, altaria, seu quævis monumenta illis consecrata, his nominibus significari probabilius est. At veri Dei cultores, ex quo Deus coli cœpit, altaria ipsi erexerunt, titulos etiam posuerunt, ut Jacobi probat exemplum, Genesis 28 : *Cùmque evigilâsset Jacob de sommo, ait : Verè Dominus est in loco isto, et ego nesciebam. Pavensque : Quàm terribilis est, inquit, locus iste! Non est hìc aliud nisi domus Dei, et porta cœli. Surgens ergo Jacob manè, tulit lapidem quem supposuerat capiti suo, et erexit in titulum, fundens oleum desuper. Appellavitque nomen urbis Bethel, quæ priùs Luza vocabatur. Vovit etiam votum, dicens : Si fuerit Deus mecum, et custodierit me in viâ per quam ego ambulo...., erit mihi Dominus in Deum, et lapis iste quem erexi in titulum, vocabitur : Domus Dei.* Id æmulatus diabolus, Dei simia et divinorum honorum prædo, deceptis à se hominibus persuasit ut altaria titulosque illi sub falsorum deorum nominibus erigerent, consecrarent, quorum nomina suis etiam urbibus imposuerunt. Josephus Deum Israelitas alloquentem introducit, ut ipsi placet, mentionemque templorum ab immortali Deo factam supponit, ex temporum posteriorum usu ac moribus existimans jam tunc idololatras templa habuisse. Herodotus et Lucianus hæsitanter et ex incertis opinionibus templorum originem ad Ægyptios referunt, ut indicant illa verba : *Dicunt, dicuntur;* et Lucianus ipse de suæ deæ Syriæ templo scribit : « Complures igitur Deu« calionem Scytham templum hunc conse« crâsse tradunt, eum puta Deucalionem, cu« jus temporibus aquarum diluvium fuit. » Idem asserit Apollonius libro 3. Porrò Noachum nomine Deucalionis ipsos intellexisse, parùm perspicax est qui non videt. Quæ de templis Ægyptiorum veterum ab Artapano et Julio Firmico dicuntur, scriptoribus ab illâ antiquitate tot seculorum serie remotis, non magni sunt momenti. Macrobii et Arnobii testimonia confirmant quàm incerta sit origo templorum... Sed etsi demus gentium templa Salomonico esse antiquiora, imò et nonnulla priùs condita fuisse quàm Mosis tabernaculum strueretur, non sequitur templum Salomonis à gentium ruditate derivatum fuisse, et Deum Judæis cultûs alibi recepti formam impotenter expetentibus illud indulsisse. Quinimò sequitur potiùs, Deum tabernaculi primùm, deinde templi fabricam præcepisse, ut populum suum electum ab idololatriâ averteret, ut eum in unius veræ religionis societate contineret, dùm in uno loco duntaxat veri Dei nomini cultuique dicato sacrificia offerre legitimè posset, ut denique umbris illis ac typis Ecclesiam significaret, delinearet.

Objicit Spencerus, ipsam formalem templi notionem et conceptum argumento esse, gentium ruditatem, eique consentaneam Hebræorum imbecillitatem, templo extruendo causam præbuisse. Quid enim Deus in templo manufacto habitaret, nisi ut se accommodaret ad populi puerilis et increduli desiderium, qui

Deum in proximo agentem, et rebus precibusque suis modo sensibili præsentem postulâsse videatur, ex ethnicorum utique moribus et studiis, qui templa sua hinc vel maximè æstimârunt, quòd eorum ope deos semper in propinquo haberent, et si usus postularet, facilè et familiariter adeundos. Unde Arnobius lib. 6 ethnicum sic loquentem introducit: « Non idcircò attribuimus diis templa, tanquàm humidos ab his imbres, ventos, pluvias, aut soles arceamus; sed ut eos possimus coram et cominùs contueri, affari de proximo, et cum præsentibus quodammodò venerationum colloquia miscere; sub axe enim nudo et sub ætherio tegmine invocati si fuerint, nihil audiunt; et nisi de proximo admoveantur his preces, tanquàm nihil dicatur, obstructi atque immobiles stabunt. Hinc etiam Cæcilius ethnicus apud Minutium Felicem ait: Intende templis ac delubris deorum, quibus Romana civitas et protegitur, et ornatur. Magis sunt augusta numinibus incolis, præsentibus, inquilinis, quàm cultùs insignibus et muneribus opulenta. »

Addit Spencerus, ipsa Scripturæ de templo loquentis verba causam opinandi præbere, Deum ob gentium consuetudinem templum Judæis concessisse. Quamvis enim Scriptura templum *Dei domum* et habitaculum multoties dixerit, et Deum in illo habitare locis benè multis asseruerit, aliis tamen, Dei in templo habitationem in dubium vocavit, nonnullis apertè denegavit, 3 Regum 8, 27: *Ergone putandum est quòd verè Deus habitet super terram? Si enim cœlum et cœli cœlorum te capere non possunt, quantò magis domus hæc quam ædificavi?* Et Isaiæ 66, 1: *Hæc dicit Dominus: Cœlum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum. Quæ est ista domus quam ædificabitis mihi? Et quis est iste locus quietis meæ?* Et Actuum 7, 47: *Salomon autem ædificavit illi domum. Sed non excelsus in manufactis templis habitat.*

Respondetur, Davidem, Salomonem, et fideles quosvis Israelitas ab illâ gentium profanarum ruditate et errore fuisse alienissimos, quo deos suos ita templis alligatos credebant, ut alibi obstructas aures ad eorum vota haberent, neque sub axe nudo, aut sub æthereo tegmine invocati audirent ac præstò essent, ut loquitur ethnicus ille apud Arnobium. Noverant enim antidiluvianos patriarchas, noverant Noachum, Abrahamum, Isaacum, Jacobum, Mosen, Deo extra templum et tabernaculum preces, vota, sacrificia obtulisse, et religionis officia in omni loco implevisse. Noverant Davidem ad Deum in cœlis habitantem oculos animumque convertisse: Deum ubique præsentem credebant, adorabant in cœlo, in extremis maris; ubique succurrere omnibus invocantibus eum in veritate, respicere in orationem humilium, nec spernere preces eorum: oculos Domini in justos respicere, et aures benignas ac faciles illorum precibus optimum Deum præbere. Unde David septies in die laudem Deo dicebat, mediâ nocte surgebat ut illum oraret; in strato lectuloque suo preces ex contrito corde cum lacrymis fundebat. Salomon verò nonne sapientiam à Deo postulavit et impetravit, antequàm templum condidisset? Non itaque ex ruditate illâ et errore gentium, sed ex Dei afflatu et jussu, qui piam illam ædificandi templi voluntatem Davidi et ipsi Salomoni dedit, atque confirmavit, arcessenda templi origo est. Scriptura quidem sacra Deum in templo manufacto habitare negat ex necessitate et indigentiâ, aut quasi templi angustiis includatur aut distringatur ejus majestas. Quod ethnici de suis numinibus opinabantur, eorum potentiam et gratiam sacris ædibus et statuis obligatam credentes. Quò spectant verba illa Arnobii lib. 6: « Nonne prima et maxima contumelia est, habitationibus deos habere districtos? » Hunc etiam sensum Minutius Felix rejicit: « Quod simulacrum, inquit, Deo fingam, cùm si rectè existimes, sit Dei homo ipse simulacrum? Templum quod ei extruam, cùm totus hic mundus, ejus operâ fabricatus, eum capere non possit? Et cùm homo latiùs maneam, intra unam ædiculam vim tantæ majestatis includam? » Hunc priscorum ethnicorum errorem excludit Scriptura locis à Spencero laudatis, ut constat ex verbis illis Apostoli in Areopago prædicantis: *Deus, qui fecit mundum, et omnia quæ in eo sunt, hic cœli et terræ cùm sit Dominus, non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur indigens aliquo, cùm ipse det omnibus vitam, et inspirationem, et omnia.* Verùm non negat Scriptura, imò disertè docet, Deum, qui ubique præsens est, singulari quâdam ratione in templo ejus majestati consecrato præsentem esse, ex dignatione, et propensissimâ erga homines ipsius cultui devotos voluntate, ut eorum preces exaudiat, ipsis in omnibus necessitatibus et periculis præsentissimam opem ferat, suisque gratiis ac beneficiis illos cumulet. Unde Moyses Deuteronomii 4, v. 7: *Nec est*, inquit, *alia natio tam grandis, quæ ha-*

beat deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Et Salomon solemnem templi dedicationem peragens, ut habetur 3 Regum cap. 8, Deum quidem templi septis inclusum et circumscriptum non esse profitetur, sed tamen in templo nomini illius dicato singulari quâdam ratione præsentem esse quatenùs in templo, aut contra templum orantes benignè exaudit. Denique templum condidit Salomon, ut in illud populus Dei ad Deum colendum et orandum conveniret, non quasi ejus potentia et gratia sacræ huic ædi alligata esset. Unde non solùm *de templo sancto suo*, sed de cœlo, illum populi sui preces exauditurum profitetur. *Ergone putandum est quòd verè Deus habitet super terram? Si enim cœlum et cœli cœlorum te capere non possunt, quantò magis domus hæc quam ædificavi? Sed respice ad orationem servi tui, et ad preces ejus, Domine Deus meus; audi hymnum et orationem, quam servus tuus orat coram te hodie: ut sint oculi tui aperti super domum hanc nocte ac die; super domum, de quâ dixisti: Erit nomen meum ibi; ut exaudias orationem quam orat in loco isto ad te servus tuus; ut exaudias deprecationem servi tui et populi tui Israel, quodcumque oraverint in loco isto, et exaudies in loco habitaculi tui in cœlo, et cùm exaudieris, propitius eris. Si peccaverit homo in proximum suum, et habuerit aliquod juramentum, quo teneatur adstrictus; et venerit propter juramentum coram altari tuo in domum tuam, tu exaudies in cœlo; et facies, et judicabis servos tuos, condemnans impium, et reddens viam suam super caput ejus, justificansque justum, et retribuens ei secundùm justitiam suam. Si fugerit populus tuus Israel inimicos suos (quia peccaturus est tibi), et agentes pœnitentiam, et confitentes nomini tuo venerint, et oraverint, et deprecati te fuerint in domo hâc, exaudi in cœlo, et dimitte peccatum populi tui Israel, et reduces eos in terram quam dedisti patribus eorum. Si clausum fuerit cœlum, et non pluerit propter peccata eorum, et orantes in loco isto pœnitentiam egerint nomini tuo, et à peccatis suis conversi fuerint propter afflictionem suam, exaudi eos in cœlo, et dimitte peccata servorum tuorum, et populi tui Israel, et ostende eis viam bonam per quam ambulent, et da pluviam super terram tuam, quam dedisti populo tuo in possessionem. Fames si oborta fuerit in terrâ, aut pestilentia, aut corruptus aer, aut ærugo, aut locusta, vel rubigo, et afflixerit eum inimicus ejus portas obsidens, omnis plaga, universa infirmitas, cuncta devoratio et imprecatio, quæ acciderit omni homini de populo tuo Israel; si quis cognoverit plagam cordis sui, et expanderit manus suas in domo hâc, tu exaudies in cœlo in loco habitationis tuæ, et repropitiaberis, et facies ut des unicuique secundùm omnes vias suas, sicut videris cor ejus (quia tu nôsti solus cor omnium filiorum hominum), ut timeant te cunctis diebus, quibus vivunt super faciem terræ quam dedisti patribus nostris. Insuper et alienigena, qui non est de populo tuo Israel, cùm venerit de terrâ longinquâ propter nomen tuum...., et oraverit in hoc loco, tu exaudies in cœlo, in firmamento habitaculi tui, et facies omnia pro quibus invocaverit te alienigena; ut discant universi populi terrarum nomen tuum timere, sicut populus tuus Israel, et probent quia nomen tuum invocatum est super domum hanc, quam ædificavi. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicos suos, per viam, quòcumque miseris eos, orabunt te contra viam civitatis quam elegisti, et contra domum quam ædificavi nomini tuo, et exaudies in cœlo orationes eorum, et preces eorum, et facies judicium eorum. Quòd si peccaverint tibi (non est enim homo qui non peccet), et iratus tradideris eos inimicis suis, et captivi ducti fuerint in terram inimicorum longè vel propè, et egerint pœnitentiam in corde suo in loco captivitatis, et conversi deprecati fuerint in captivitate suâ, dicentes: Peccavimus, iniquè egimus, impiè gessimus; et reversi fuerint ad te in universo corde suo...., et oraverint te contra viam terræ suæ, quam dedisti patribus eorum, et civitatis quam elegisti, et templi quod ædificavi nomini tuo; exaudies in cœlo, in firmamento solii tui orationes eorum, et preces eorum, et facies judicium eorum, et propitiaberis populo tuo qui peccavit tibi, et omnibus iniquitatibus eorum, quibus prævaricati sunt in te; et dabis misericordiam coram eis qui eos captivos habuerint, ut misereantur eis. Populus enim tuus est, et hæreditas tua, quos eduxisti de terrâ Ægypti, de medio fornacis ferreæ. Ut sint oculi tui aperti ad deprecationem servi tui et populi tui Israel, et exaudias eos in universis pro quibus invocaverint te.*

Objicit Spencerus, Israelitas non Dei jussu, sed animi sui inductione, et planè spontè templum fabricâsse; neque Deum eorum propositum ratum aut acceptum habuisse, idque colligit ex verbis Salomonis 3 Regum 5: *Ego cogito ædificare templum nomini Dei mei, sicut locutus est Dominus Davidi patri meo, dicens: Filius tuus, quem dabo pro te super solium tuum, ipse ædificabit domum nomini meo.* Consenta-

neum itaque esse opinari, gentium aliarum Ægypti præcipuè mores, hujusmodi studiis ac desideriis occasionem præbuisse, adeòque templi originem à gentium ruditate et usu non malè deduci.

Respondetur, Dei afflatu, consilio, auctoritate, non arbitratu duntaxat suo, Davidem et Salomonem illam extruendi templi provinciam suscepisse; istam voluntatem, et illius executionem fuisse Deo gratam et acceptam, idque multis momentis à nobis probatum. Et locus ipse à Spencero laudatus id liquidò probat. Qui enim decernit ædificare templum sicut locutus est Dominus, non suo utique duntaxat arbitratu, sed Dei afflatu et auctoritate fabricam illius suscipit; sed Salomon templum ædificare decrevit, sicut locutus erat Dominus ad Davidem; non igitur proprio arbitratu, cui dederint occasionem profanarum gentium, præsertim Ægyptiorum mores; sed Dei afflatu, nutu, auctoritate, sacram illam fabricam suscepit. Quàm temerè verò asseritur Deo non fuisse gratam, quam Deus approbavit, laudavit, nec solùm verbis gratam sibi esse significavit, dicens Davidi: *Quod cogitâsti in corde tuo ædificare domum nomini meo, benè fecisti hoc ipsum mente tractans;* sed et miraculis insignibus confirmavit? Præterea jam olim Deus mandatum populo Judaico per Moysem dederat, de sacrificiis offerendis in loco quem divina sua majestas designâsset ac elegisset, Deuteronomii 12, 13: *Cave ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris; sed in eo quem elegerit Dominus, in unâ tribuum tuarum, offeres hostias, et facies quæcumque præcipio tibi.* Et vers. 26: *Quæ autem sanctificaveris et voveris Domino, tolles, et venies ad locum quem elegerit Dominus: et offeres oblationes tuas carnem et sanguinem super altare Domini Dei tui.* Locus autem quem elegit Dominus est Jerusalem civitas Sancti, mons Sion, templum ibi à *Salomone* conditum, ut passim in prophetis aliisque libris sacris habetur. Psalmo 78: *Sed elegit tribum Juda, montem Sion quem dilexit.* Id à Moyse prædictum agnoscunt Hebræi: è quibus Josephus lib. 7 Antiquitatum cap. 4, de Davide sic loquitur: « Decrevit exædificare Deo templum, « quemadmodùm Moyses prædixerat. » Idem asserunt Maimonides in Præcept. affirm. 20, et Talmudici Gemar. Sanhedr. cap. 2, § 6.

Objicit Spencerus, gentilium templa ab ultimâ penè rerum suarum memoriâ supra heroum suorum loculos et sepulcra erecta fuisse, ut fusè probavit Eusebius, lib. 2 Præparationis Evangelicæ, cap. 6, cui titulus est: *Sepulcra mortuorum esse, quæ deorum templa nominantur.* Et S. Cyrillus Alexandrinus, lib. 10 contra Julianum, exemplis benè multis indicat celeberrima gentium templa fuisse sepulcra vel monumenta mortuorum. Idem ante illos docuerat Clemens Alexandrinus ab utroque laudatus, in Cohortatione ad gentes. Quibus consona sunt illa Arnobii lib. 6: « Multa ex his « templa, quæ tholis sunt aureis, et sublimi« bus elata fastigiis, auctorum conscriptioni« bus comprobatur contegere cineres atque « ossa, et functorum esse corporum sepultu« ras. Ex eo nonne patet et promptum est, « aut pro diis immortalibus mortuos vos colere, « aut inexpiabilem fieri numinibus contume« liam, quorum delubra et templa mortuorum « superlata sunt bustis? » His etiam consona sunt illa Prudentii verba lib. 1 contra Symmachum:

Et tot templa deûm Romæ, quot in urbe sepulcra
Heroum, numerare licet.

Cùm itaque gentes antiquiores heroibus suis, haud ita pridem divinitate donatis cultum exhiberent, ipsa religionis ethnicæ principia sentire suadent templa è ruditate gentium initia traxisse.

Respondetur quòd etsi templa falsis numinibus consecrata, et ad mortuorum hominum cultum super eorum tumulos exstructa, è ruditate gentium originem traxerint, inde tamen absurdè colligi quòd templum à Salomone Deo vivo et immortali exstructum et consecratum, ex gentium ruditate et superstitione originem habuerit; imò sequitur excitatum esse, ut populus Dei à gentilium moribus averteretur, ac templi sanctitatem ex sanctitate numinis quod colebat, et religionis quâ eum colebat, puritate æstimaret, moresque suos ad divinæ legis et sanctimoniæ normam ita componerent Israelitæ, ut ipsi templa Dei fieri mererentur.

Objicit Spencerus 1°, templum, quatenùs habitaculum Deo sacrum, tam multa ruditatis antiquæ monumenta mentibus nostris objicere, ut gentium ruditas templo originem dedisse facilè censeatur. Nam qui primi templum aut habitaculum Deo posuêre, credidisse videntur, illum aut honorem, aut quietem, aut tegumentum ad cœli injuriam propulsandam desiderare. 2° Qui hujusmodi habitacula primi statuerunt, eo animo fecisse videntur, ut Deum tanquàm præsentem adire, affari de proximo, et quasi coram et cominùs intueri possent, persuasi scilicet semotam à rebus

humanis Dei in cœlo habitantis curam et preces nisi in ipso Numinis habitaculo effusas, nunquàm exaudiri. 3° Qui templum pro habitaculo divino primi fabricârunt, de naturæ divinæ sanctitate et excellentiâ planè singulari parùm pro dignitate cogitâsse videntur. Nam domicilium manu fabrili et è vili materiâ factum, nullum cum Dei naturâ et sanctitate consensum colit. 4° Primi templorum auctores divinitatem septis quibusdam contineri, et illius vim et præsentiam templi parietibus includi posse censuerunt. At Judæos non minùs crassè de Deo judicâsse è prophetæ verbis intelligitur : *Cœlum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum. Quæ est ista domus quam ædificabitis mihi? Et quis est iste locus quietis meæ?* Isai. 66, 1. Quæ verba S. Cyrillus Alexandrinus lib. 1 contra Julianum elegante paraphrasi sic illuminavit : « Ædificârat Herosolymis celeberrimum illud templum Salomon sapientissimus, quo mirificè lætabantur Judæorum populi, rati in illo circumscriptum habitare universorum Deum. Tardi enim ac rudes cùm essent ad intelligendum quæ de Deo dicebantur, cùmque Jerusalem Dei urbem esse putarent, in eâ solâ ipsum habitare contendebant, propterea quòd Davidis ore dictum esset : *Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei.* Quare cùm exiliter de Deo sentirent, illos arguit his verbis : *Quam domum ædificabitis mihi, cui sedes cœlum, terra autem scabellum?* Oportebat enim clarè ostendere iis, qui naturam illius circumscribi ac coerceri locis arbitrabantur, et illum esse ubique, nec ullâ re capi, sed potiùs ire per omnia, et cœlum ipso plenum esse, terram item plenam. »

Respondetur, etsi Judæorum quidam ita crassè de Deo judicârint, Davidi tamen, Salomoni, prophetis ac spiritalibus Israelitis, absque temeritate et impietate affingi non posse tam inepta deliria, quòd scilicet templum Deo necessarium esse crediderint, ne hyemalia sentiret frigora, aut solibus torreretur æstivis, aut pluvialibus nimbis perflueretur, aut ventorum turbinibus vexaretur, ut gentiles de diis suis somniâsse indicat Arnobius lib. 6; aut quòd opinati sint David et Salomon Deum exaudire non posse nisi eos qui in templo orarent; et magis rudes atque cæci fuerint Demonace, qui, ut refert Lucianus in ejus Vitâ, quopiam ex amicis dicente : « Abeamus, ô Demonax, in Esculapii templum, pro filii salute oraturi, » respondit, « Vehementer surdum existimas Æsculapium, si nec istìc nos orantes exaudire potest; » aut quòd David, Salomon, prophetæ, spiritales Israelitæ, de naturæ divinæ sanctitate et excellentiâ parùm pro dignitate cogitaverint, vimque summi Numinis et præsentiam templi parietibus includi posse censuerint, minùsque perspicaces fuerint quàm Heraclitus ethnicus, ad Hermodorum scribens : « O rudes homines! docete nos, quis sit ille deus qui in templis concluditur..... O indocti! non scitis quòd Deus manufactus non sit, neque à principio fundamentum suum habeat, aut circumferentiam? Universus mundus ejus templum est, animalibus, plantis, et stellis variegatus. » Quâ fronte sapientissimo et tunc religiosissimo Salomoni, crassæ illæ et absurdæ gentium, aut fortè carnalium etiam Judæorum opiniones tribui possent, cùm Deum templo, imò cœlo et terrâ, totoque orbe capi et circumscribi non posse palam profiteatur; et de cœlo preces illum invocantium exaudire? (3 Regum 8, et 2 Paralipomenon 6.) Cùm etiam Josephus lib. 8 Antiquitatum Judaicarum, Salomonem templum dedicantem sic orare faciat : « Tu quidem sempiternam domum habes, Domine, nec ignoramus te tibi ipsi hanc universi molem condidisse, quæ cœlo, aere, terrâ et mari constat; quam totam imples, nec tamen ab eâ caperis. Hoc verò templum ideò nomini tuo adornavimus, ut in hoc sacrificiis ac precibus in cœlum missis tibi propitio litaremus, certò persuasi quòd et hìc ades et nusquàm interim abes. Cùm enim omnia videas, audias omnia, nihil obstabit hæc ædes quominùs ubicumque te dignum est habites, à nemine alienus, et omnibus proximus, præcipuè his qui te desiderant nocte dieque, præsens ac propitius. » Et rursùs : « Supplex oro, ut aliquid de tuo spiritu ad hoc templum incolendum deducas, ut nobis appareat in terris quoque te degere. Alioquin tibi parvum est domicilium universum hoc cœli convexum, nedùm hoc qualecumque templum. » Esto verò carnales Judæi ita crassè de Deo judicaverint, ut illum templi septis circumscriptum arbitrarentur, an ita desipiendum est ut Davidem et Salomonem hanc templi extruendi provinciam suscepisse dicamus, ad palpandum carnales illos Judæos, quos vel hâc ratione in tam crassâ et absurdâ opinione fovendos pervidissent, et Deum operis eo fine et eâ occasione suscepti executionem verbis et miraculis approbâsse?

Objicit Spencerus, templi magnificentiam

gentium ruditati et vulgari Hebræorum ingenio originem suam debuisse. Gentilium enim templa (Salomonis multò vetustiora) eâ amplitudine, splendore et structuræ elegantiâ inclaruêre, quòd ad eorum magnificentiam adaugendam, materia cum opere, natura cum arte, certâsse videantur. Hujus rei testem esse Diodorum Siculum, lib. 1, ubi perantiquum illum Ægypti deum Osirin memorans, ait: « Multi tradunt eum posuisse Jovis et « Junoni templum magnitudine et sumptu no« bile; fana insuper duo Jovi aurea, majus « cœlesti, minus ei quem Ammonem vocant, « ipsum dedicâsse ferunt. » Idem auctor, post paucas paginas, quatuor templorum meminit, ab antiquissimis Ægypti regibus Heliopoli exstructorum, quorum unum stadiorum tredecim circuitum, et quadraginta quoque cubitorum altitudinem habuit. « Cui magnificentiæ « par erat rerum ibi consecratarum ornatus, » tum impensis admirandus, tum manuum opere exquisitè elaboratus. Refert etiam Herodotus, lib. 1, de fano quodam inferiore, ad magnificum Jovis Beli templum pertinente, aureâ supellectile tam illustri, quòd Chaldæi « octingen« torum talentorum auri opus æstimaverint. » Eusebius etiam lib. 10 Præparationis Evangelicæ, cap. 4, Ægyptiorum, Phœnicum et Græcorum ante tempora Trojana florentium mores referens, « templa magnifica, omnique signo« rum ac donariorum genere ad eximiam spe« ciem ornata, apud omnes in usu » esse memorat. Nisi itaque testibus hisce fidem omnem detrahendam censeamus, necesse videtur existimare, magnifica gentilium templa Salomonicum antiquitate superâsse, et eorum magnificentiam templi illius dignitati et apparatui splendidissimo causam et occasionem præbuisse.

Respondetur, utut se res habeat de templorum apud gentes magnificentiâ ante Salomonis tempora, falsum esse quòd eorum pulchritudo, elegantia, splendor, opulentia, templi Salomonici magnificentiæ occasionem dederit. Hæc enim in Davidis et Salomonis pietatem, de Dei majestate ut par est sentientium, omninò refundenda est. Templa magnifica diis suis excitârunt gentiles, quòd deorum excellentiam pretiosissima quæque decere persuasum haberent. Unde illa Ovidii:

Nos quoque templa juvant, quamvis antiqua probemus,
Aurea: majestas convenit ista Deo.

Cùm itaque David et Salomon Dei optimi maximi majestatem summam, infinitam immensam, perfectissimam, omnipotentissimam, sanctissimam esse firmissimè crederent, utpote qui sit primum rerum omnium principium et finis ultimus, operæ pretium existimârunt templum ipsi magnificentissimum et augustissimum extruere et consecrare, quod ejus magnitudinem testaretur. Unde Salomon ad regem Tyri Hiramum scribebat, 2 Paralipomenon 2: *Domus quam ædificare cupio, magna est; magnus est enim Deus noster super omnes deos: Quis ergo poterit prævalere ut ædificet ei dignam domum? Si cœlum et cœli cœlorum capere eum nequeunt, quantus ego sum ut possim? Sed ad hoc tantùm ut adoleatur incensum coram illo.* Deum præcipuâ et singulari quâdam ratione Israelitici populi regem esse, David, Salomon, omnesque spirituales Israelitæ persuasum habebant, et aliis persuadere totis viribus nitebantur. Propterea templum palatii regii formam habuit, in quo omnia ad pompam et splendorem magnificentissimè composita. Unde R. Schem Toh, hæc expendens, ubi varia altaria et conclavia, excubitores, ministros, tibicines, suffimenta, regiæ mensæ apparatum, purpuratos aulicos, regium conclave, soliumque ob oculos posuit, subdit: « Atque hæc « omnia eò spectabant ut intelligeret vulgus « regem, nempe Dominum exercituum inter « nos versatum esse. Est enim ille Rex magnus, « omnibusque gentibus metuendus. » Hanc Salomonis fuisse mentem verba ejus probant 3 Reg. cap. 8, 13: *Ædificans ædificavi domum in habitaculum tuum, firmissimum solium tuum in sempiternum.* Hanc etiam spiritualium omnium Israelitarum fuisse mentem, probat illud Jeremiæ cap. 17: *Solium gloriæ altitudinis à principio locus sanctificationis nostræ.* Illa præterea templi magnificentia virtutum omnium apparatum et splendorem significabat, quibus Deus in nostrâ dedicandus est mente, in nostro consecrandus pectore; Ecclesiæ denique pulchritudinem et gloriam adumbrabat.

Objicit Spencerus, templum Salomonis in monte conditum fuisse. Id verò ex gentium rudiorum usu profectum, qui templa sua in locis editis ædificabant. Hinc illud Jeremiæ 3, 23: *Verè mendaces erant colles, et multitudo montium: verè in Domino Deo nostro salus Israel.* In montibus luci sacri ac templa condita passim leguntur in historiis, et apud poetas geographosque. Templum Jovis Labradensis in monte Cariæ apud Labrada vicum Strabo memorat lib. 14; montem sublimem Veneri sa-

crum ad Pedalium promontorium (ibidem); templum Dianæ Pergææ, in loco excelso, in Pamphyliâ, et in Rhodo insulâ templum Jovis Atabyrii in monte Atabyri altissimo, cui etiam Isidis templum addit Appianus in Mitridaticis (ibidem). Idem Strabo lib. 6 Apollinis Delphici templum locat in monte; lib. 8 Veneris templum in summo Corinthi vertice, et lib. 7 Apollinis templum in colle eidem numini sacro, ad Actium Epiri oppidum. Mons Meros in Indiâ Jovi sacer refertur Melæ lib. 3, cap. 7. In Græciâ præcipuè mos obtinuit templa in montibus exstruendi. Isque gentilium antiquiorum dogmatis apprimè convenit, qui summa montium fastigia deo alicui dicata esse, et singulare quoddam cum cœlestibus commercium habere credebant. Hinc illa Virgilii lib. 4 Æneidos:

Atque hunc frondenti vertice collem,
Quis deus incertum est, habitat deus.

Ad hunc antiquitatis delusæ morem et errorem alludunt fortè verba psalmi 95: *Quoniam in manu ejus sunt omnes fines terræ, et altitudines montium ipsius sunt.* Quæ sic explicat Theodoretus in Commentario: « Ipsius sunt etiam « montium cacumina, licet dæmones stolidis « hominibus millies persuaserint, ut in illis sibi « templa erigerent. »

Respondetur, nullo veteris historiæ testimonio probari quòd templa illa in montibus ab ethnicis ædificata Salomonico antiquiora fuerint, quamvis fortè diis suis interdùm sacrificia in montibus obtulerint, vel numen aliquod in iis residere commenti sint. Verisimilitudine non caret, diabolum Dei simiam gentibus persuasisse ut sibi templa sub falsorum deorum nominibus in montibus erigerent Dei æmulatione, cujus templum in monte conditum erat. Utut est, templi loco mos gentium rudiorum occasionem non administravit, sed angeli populum pestilentiâ percutientis et cædentis apparitio juxta aream Areunæ Jebusæi in monte Moriâ Davidi facta, in quâ David altare Domino erexit jubente Gad prophetâ, et sacrificia obtulit, quibus placatus Deus, cohibuit pestilentiam. Videns autem rex sanctus quòd exaudivisset eum Deus *in igne de cœlo super altare holocausti,* dixit: *Hæc est domus Dei, et hoc altare in holocaustum Israel,* 1 Paralip. 21 et 22. Hoc, inquam, in loco à Deo per angelum, et per ignis cœlestis immissionem super victimas designato Salomon templum ædificavit, ut habetur 2 Paralipomenon cap. 3, 1: *Et cœpit Salomon ædificare domum Domini in Jerusalem in monte Moriâ, qui demonstratus fuerat David patri ejus, in loco quem paraverat David in areâ Ornam Jebusæi.* Adde, montem illum Isaaci oblatione celebrem fuisse, Genes. 22. Præterea, si Salomon templum in monte extruxisset, ut se gentium ruditati accommodaret, populique mori indulgeret, non solùm montem, sed montem totius terræ sanctæ celsissimum ad fundandum templum elegisset. At mons Sion non erat totius Palæstinæ celsissimus. Nam mons Hermon montem Sionis adeò celsitudine superabat, ut psalmo 133 ros Hermon descendere dicatur in montem Sion. Denique satis est nobis Deum voluisse ut sibi templum in monte Sion exstrueretur, et eum locum elegisse; cur elegerit, nostrum non est curiosiùs indagare, ratio penès ipsum est. Alioqui et rationes assignentur cur Christus in monte Thabor transfiguratus fuerit, in montem secesserit oraturus, in monte sermonem illum celeberrimum habuerit, quem totius Evangelii breviarium jure dixerimus, Matthæi 5 et Lucæ 6; cur in monte Calvariæ crucifixus sit, et morte suâ opus redemptionis nostræ consummaverit; cur è monte Oliveti in cœlos gloriosiùs ascenderit. An Servatorem nostrum gentium ruditati et seculi moribus hæc indulsisse Spencerus asseret, et conjecturis solo eloquentiæ fuco splendidis persuadere se posse confidet?

Objicit Spencerus, Oraculum in tabernaculi et templi recessu positum, et responsa inde data, seculi mori et infirmitati, tanquàm causæ et origini suæ tribuenda. Gentes enim oracula et templa responsis divinis illustria diu ante Mosis ætatem habuisse. Unde Herodotus Ægyptios omnium mortalium primos in templis oracula quæsiisse, et ab iis illam divinandi rationem ad Græcos derivatam, asserit, ac Mycerinum Ægypti regem, qui Mosem antecessit, « vim magnam pecuniarum in deorum oracula « et responsa insumpsisse, ut populi erga se « benevolentiam provocaret. »

Respondetur, Herodoto, aut profanis aliis historicis, in rebus Ægyptiacis Mose antiquioribus fidem leviter adhibendam non esse, cùm ex certis documentis eas non tradiderint, nullusque fuerit Ægyptiacæ historiæ scriptor nisi multis post Mosem seculis. Quamvis ergo et apud Ægyptios, et apud Græcos, oracula perpetuo quasi fœdere templis conjuncta fuerint, verisimile est nullum dæmonis oraculum tabernaculo Mosaico fuisse antiquius; sed nequissimum illum Dei et hominum inimicum, ut vidit

Deum optimum maximum solemni quodam ritu sua dantem oracula in tabernaculo Mosaico, suâ etiam in templis æmulâ operatione instituisse ut cæcos homines deluderet. Denique Deus et ex tabernaculi et ex templi adyto dedit oracula, ut voluntatem suam Israelitis manifestaret, eosque ab idololatriâ magis ac magis averteret, non ut profanarum gentium moribus suos ritus accommodaret. Hanc rationem affert Origenes lib. 3 contra Celsum, cur Deus prophetas apud Judæos excitaverit. « Quomodò, inquit, ostendent nobis isti, qui « stultitiam Judæis atque Christianis objiciunt, « potuisse Judæorum gentem consistere sine « ullâ promissionum præscientiâ, et cùm cir- « cumvicinæ gentes singulæ in suorum numi- « num fana peterent oracula, hos solos qui con- « temptum externorum numinum didicerant, « ut non deorum, sed dæmonum, nimirùm « prophetarum voce moniti omnes gentium « deos esse dæmonia; neminem habuisse qui « divinæ mentis interpretem se professus à « vanis illis retraheret eos, qui alioqui noscen- « dorum futurorum cupidine descivissent ad « cultos ab aliis dæmonas? Considera igitur an « non necesse fuerit eos domi habere meliorum « vatum copiam, qui externos contemnebant « cum suis numinibus. »

Objicit Spencerus, templi situm respectu plagæ cœlorum, ex gentium ruditate et moribus originem habuisse. Ita enim templum situm erat, ut ejus sacrarium versùs occidentem, et frons aut vestibulum versùs orientem dirigeretur; contra quàm Christianorum mos est, in quorum sacris ædibus altare versùs orientem, vestibulum versùs occidentem, collocari solent. Templi situm jam dictum colligit ex Ezechielis 8, 16: *Et introduxit me in atrium domûs Domini interius; et ecce in ostio templi Domini inter vestibulum et altare, quasi viginti quinque viri, dorsa habentes contra templum Domini et facies ad orientem; et adorabant ad ortum solis.* E quibus verbis apertum est, templi vestibulum vel ingressum, solis surgentis regionem respexisse; nam aliter non poterant idololatræ illi terga in templum, et ora in orientem simul convertere. Id confirmatur Maimonidis testimonio in More Nevochim p. 3, cap. 45. Templorum autem apud ethnicos hunc etiam situm fuisse testantur Porphyrius, de antro Nymph.; Dionysius Thrax lib. 3 Diæres.; Hygenus lib. 1 de agrorum Limitibus constituendis; Clemens Alexandr. lib. 7 Stromatum.

Respondetur, incertum esse an ethnicorum templa sic sita essent ante Salomonicum templum, et Mosis tabernaculum. Gentium templa penè omnia aditis sive sacrariis ad orientem conversis olim extructa fuisse, docet Vitruvius lib. 4 de Architecturâ, cap. 5, cujus hæc sunt verba: « Ædes sacræ deorum immorta- « lium sic erunt constituendæ, ut signum quod « erit in cellâ collocatum spectet ad vesperti- « nam cœli regionem: ut qui adierint ad aram « immolantes, aut sacrificia facientes, spectent « ad partem cœli orientis, et simulacrum quod « erit in æde; et ita vota suscipientes con- « tueantur ædem et orientem cœli; ipsaque « simulacra videantur contueri ex oriente sup- « plicantes et sacrificantes; quòd aras omnes « deorum necesse esse videatur ad orientem « spectare. » Quamobrem longè verisimilius est Deum tabernaculi templique sui adyta ad occidentem collocari voluisse, ut Israelitas à gentilium moribus, qui solem ad orientem adorare solebant, avocaret, quàm ut gentium ruditati se accommodaret. Theodoreti doctissimi Patris ea mens est, quæstione 23 in 3 Regum, ubi de templo Salomonis ait: « Versum autem erat « non ad orientem, ut qui precabantur non « adorarent solem orientem, sed Dominum « solis. » Quod totidem verbis repetit Anastasius Sinaita in responsione ad quæstionem 44.

Objicit Marshamus, templum Salomonis ad templorum formam structum esse, quæ pridem in Ægypto viderant Israelitæ, qualia delineat Strabo libro 17 Geographiæ, his verbis: « Templorum structura talis est: In fani in- « gressu pavimentum est latitudine jugeri, aut « paulò minus, longitudine triplâ aut quadru- « plâ; unde Callimacho δρόμος, *cursus* dicitur. « Postea magnum πρόπυλον, *vestibulum*, et ubi « processeris, aliud vestibulum, rursùsque a- « liud. Post vestibula, templum atrium habens « magnum et eximium. Delubrum verò medio- « cre. Simulacrum aut nullum, aut non ad ho- « minis, sed alicujus bestiæ formam effictum. » Templi itaque Ægyptii quatuor fuêre partes: λιθόστροτον, προπύλαιον, πρόναον καὶ ὁ ναός. Non absimile erat sanctuarium à Mose Dei jussu constructum, et templum deinde Salomonis ad eamdem formam ædificatum. Ubi observare licet atrium non unum, deinde Sanctum, denique Sanctum sanctorum, suis singula velis distincta. Ezechiel etiam in sui templi descriptione, c. 52, memorat *pavimentum stratum lapide,* id est, λιθόστροτον *atrii exterioris, ubi erat porticus juncta porticui triplici.*

Respondetur quòd etsi aliqua formæ simili-

tudo inter Ægyptiorum templa, prout à Strabone describuntur, et templum Hierosolymitanum intercesserit, non tamen illa hujus exemplar fuisse inde colligendum est. Nullo enim momento probari potest, ea quæ à geographorum principe in Ægypto visa sunt, Hierosolymitarum antiquitate superàsse. Imò verò, cùm Hierosolymitani templi fama non in vicinis solùm, sed et remotioribus gentibus celebris fuerit ac pervagata, ut patet ex 3 Regum 8, 41 et 42, verisimile est gentes exteras templa sua ad præstantissimi istius exemplaris formam extruxisse. Sanè Deus pium Davidis et Salomonis propositum de templo construendo approbans, non ex peregrinis operibus, aut architectorum peritiâ, propriove ingenio, illos typum sibi formare passus est, sed suâ ipse sapientiâ omnium artifice structuram omnem delineavit, ut constat ex 1 Paralipomenon 28, 11, 12, 19 : *Dedit autem David Salomoni filio suo descriptionem porticûs, et templi, et cellariorum, et cœnaculi, et cubiculorum in adytis, et domûs propitiationis.... Omnia,* inquit, *venerunt scripta manu Domini ad me, ut intelligerem universa opera exemplaris.* Confirmatur testimonio Theodoreti quæstione 28 in 3 Regum. « Est « ergo perspicuum, inquit, quòd sicut magno « Mosi ostendit Deus exemplum tabernaculi, « et dixit ei : *Facies omnia secundùm exemplum « quod tibi ostensum est in monte ;* ita etiam beatum Davidem docuit gratia Spiritûs formam « ædificii. Ipse autem hoc ostendit filio. Est « autem notandum quòd Dominum appellavit « sanctissimum Spiritum. Nam cùm dixisset « scriptor quòd *dedit ei exemplum omnium quæ « erant in Spiritu cum ipso,* paulò post adjecit : « *Omnia in Scripturâ ex manu Domini dedit « David.* »

Objiciunt Marshamus et Spencerus locum S. Joannis Chrysostomi Sermone 31 in diem Natalem Christi, ubi ait : « Quo tempore ab « Ægyptiacis turbis, et barbarâ Pharaonis tyrannide, Hebræorum populum Deus liberavit, « videns ipsos impietatis adhuc secum reliquias « habere, rebusque omnibus sub sensum cadentibus ad insaniam usque addictos, templorumque magnitudinis ac pulchritudinis « admiratione duci, templum ipsis exædificari « præcipit, quòd non modò materiæ magnificentiâ atque artis varietate, sed et structuræ « formâ, cætera omnia quæ ubique terrarum « erant, templa obscuraret.... Et quemadmodùm pater liberorum suorum indulgenter « amans, filium profligatis, perniciosis, lascivis « hominibus usum, nimioque luxu dissolutum, « ad se longo temporis intervallo recipiens, « tutò et cum dignitate in majori rerum abundantiâ constitueret, ne in angustias aliquas « conjectus, priorum recordatione, atque etiam « cupiditate corripiatur; ita Deus Judæos ad « res sensiles cum stupore propensos videns, « in hisce ipsis rebus præstantissimum aliquid « effecit, ne unquàm postea Ægyptiorum, aut « eorum quæ apud Ægyptios experti fuerant, « cupiditate caperentur. » Templum igitur è gentium ruditate et Ægyptiorum moribus ortum traxit, judice S. Joanne Chrysostomo.

Respondetur, eâ in quæstione singularem esse S. Joannis Chrysostomi opinionem, à quâ discedere cogimur, salvâ quæ tanto nomini debetur reverentiâ, cùm repugnantem habeat Scripturam, nec aliorum Patrum consensu fulciatur. A Scripturâ porrò quàm longè abeat in concione illâ populari, patet, cùm templum non eo primùm tempore sit extructum, *quo populum ab Ægyptiacis turbis, et barbarâ Pharaonis tyrannide Deus liberavit,* et quo *impietatis Ægyptiacæ reliquiæ* quædam illi adhærebant, sed multis exinde seculis. Nec tamen ad formam Ægyptiacorum templorum Salomonicum extructum, sed ad mundi exemplar, S. Chrysostomus docet. « Templumque, inquit, « ipsis statuit ad mundi exemplar, totiusque « universi ; tam quod sensu, quàm quod solo « intellectu percipi potest. Sicut enim terra « est, et cœlum, et medium sepimenti instar « hoc firmamentum, ita et illud quoque fieri « jussit. Duasque in partes diviso hoc templo, « et ad medium obtento velo, eam partem quæ « extra velum erat, omnibus ingrediendi po« testatem fecit ; ad alteram verò illam inte« riorem nemini, præter quàm summo sacer« doti aditum atque intuitum patere permisit. « Cæterùm quòd hæc non nostra conjectura « sit, sed quòd templum reverà totius mundi « ad exemplum extructum fuerit, audi quid « Paulus de Christo in cœlum ascendente lo« quens dicat Hebr. 9, 24 : *Non enim in manu« facta Sancta introivit Christus exemplaria ve« rorum,* ostendens, quòd quæ apud nos sunt, « verorum sint simulacra. Quòd porrò velum « dirimeret Sancta sanctorum à sanctis extra « positis, sicut hoc cœlum quæ super se sita « sunt, ab omnibus quæ apud nos sunt, dis« jungit ; audi quomodò etiam hoc, obscuriùs « tamen indicaverit, cùm cœlum *velum* appellat. « De spe namque referens, quòd sicut ancho« ram ipsam animæ habeamus tutam ac fir-

« mam, deinde subjungit ibid. 6, 19 : *Et in-* « *cedentem usque ad interiora velaminis, ubi* « *præcursor pro nobis introivit Jesus supra cœ-* « *lum sursùm*.... Vides quomodò cœlum vela- « men appellaverit?

(NATALIS ALEXANDER.)

DE JEROBOAMI ET DECEM TRIBUUM DEFECTIONE A CULTU DEI

Dissertatio.

Defectionis illius historia scripta est 3 Regum c. 12 : *Dixitque Jeroboam in corde suo: Nunc revertetur regnum ad Domum David, si ascenderit populus iste ut faciat sacrificia in domo Domini in Jerusalem; et convertetur cor populi hujus ad dominum suum Roboam regem Juda, interficientque me, et revertentur ad eum. et excogitato consilio fecit duos vitulos aureos, et dixit eis: Nolite ultra ascendere in Jerusalem: Ecce dii tui, Israel, qui te eduxerunt de terrâ Ægypti. Posuitque unum in Bethel, et alterum in Dan; et factum est verbum hoc in peccatum: Ibat enim populus ad adorandum vitulum usque in Dan. Et fecit fana in excelsis, et sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filiis Levi. Constituitque diem solemnem in mense octavo, quintâ decimâ die mensis, in similitudinem solemnitatis quæ celebrabatur in Judâ. Et ascendens altare similiter fecit in Bethel, ut immolaret vitulis quos fabricatus fuerat; constituitque in Bethel sacerdotes excelsorum, quæ fecerat. Et ascendit super altare quod extruxerat in Bethel, quintâ decimâ die mensis octavi, quem finxerat de corde suo; et fecit solemnitatem filiis Israel, et ascendit super altare, ut adoleret incensum.*

De vitulis illis Jeroboami quæritur 1° utrùm Dei veri symbola fuerint, in iisque verum Deum Israelitæ coluerint; an verò ipsis stupidorum animalium figuris divinos honores detulerint? 2° Cur Jeroboam vitulorum figuram præ cæteris proposuerit? Circa primam quæstionem, Moncæus in tractatu de Vitulo aureo, contendit Jeroboamum vitulos aureos ut veri Dei signa Israelitis proposuisse, nec ipsum regem et Israelitas adoràsse figuras illas stupidorum animalium, sed in illis Israelis Deum coluisse. His momentis nititur: Primò quòd neque hoc ausurus fuisset Jeroboam, neque populus adeò libenter in ipsius sententiam descendisset; secundò, quòd prophetæ Israelis, qui Jeroboamum sequebantur, Deum Israelis, professi sint; ut ille Bethelensis 3 Regum 13, et illi prophetæ quos Achab et Josaphat consuluerunt 3 Regum 22; tertiò, quòd Elias notet Israelem *in duas* tantùm, non in tres partes claudicàsse; nempe in *partes Domini*, et in *partes Baalis*, nullis relictis partibus vitulis, eorumque sectatoribus, cùm eos haud dubiè in partibus Domini haberet 3 Regum 18, 21. Circa alteram quæstionem, idem Moncæus existimat Jeroboamum vitulos aureos effinxisse, et Israelitis proposuisse ad similitudinem Cherubim tabernaculi et templi, ut illorum desiderium populo adimeret. Unde et solemnitatem Judaicæ similem statuit, quòd figuræ illæ sive symbola ad eamdem religionem pertinerent. Hâc ratione Jeroboamum ab idololatriâ excusat, hæreseos tantùm et schimatis reum facit. Grotius in Annotationibus ad lib. 3 Regum cap. 12, ait, Jeroboamum vitulos aureos in Bethel et Dan erexisse, quia volebat Deum coli in eâ figurâ, quæ Josepho Dei ministro, unde ortus erat Jeroboamus, dicata olim fuerat, et quæ in Cherubinis partem faciebat præcipuam, ut vel illo aspectu populus retineretur in veneratione posteritatis Josephi, faciliùsque crederet eis regnum deberi qui orti essent ab eo cujus maxima fuerant in omnes Israelitas beneficia. Sic Julia domus Æneæ laudes per omnes poetas cani voluit, ut eò leniùs ferret populus imperium illud velut fatis datum. Eorum sententiam sequitur Grotius, qui Josephi memoriam ab Ægyptiis in bobus cultam volunt, totamque fabulam Apidis et Serapidis ad hanc originem referunt. Quâ de re Vossius fusè disserit lib. 1 de Origine et Progressu idololatriæ. Cujus vestigiis insistit Spencerus dissertatione 5 de Origine arcæ et Cherubinorum. Singulares horum auctorum sententias breviter refellemus, et communem sacrorum interpretum stabiliemus duplici propositione.

PROPOSITIO PRIMA. — *Vituli aurei à Jeroboamo conflati et in Bethel et Dan erecti, non erant veri Dei symbola, sed idola; nec verum Deum in illis, sed ipsa stupidorum animalium figuras Jeroboamus et Israelitæ colebant et adorabant; qui proinde ab idololatriâ nullâ ratione excusari possunt.*

Propositionis veritas ex Scripturâ sacrâ perspecta et explorata est. Nam eodem modo Jeroboam de suis vitulis aureis locutus est 3 Regum 12, quo modo Israelitæ de vitulo Aaronis Exodi, 32, 4: *Hi sunt dii tui, Israel, qui te eduxerunt de terrâ Ægypti.* At figuram ipsam vituli ex auro conflatam ab Aarone, non Deum in illâ Israelitas coluisse, constat. Fecisse enim sibi *deos aureos, et peccatum maximum*, quod utique idololatriæ crimen est, commisisse dicuntur; et à S. Paulo idololatræ appellantur 1 ad Corinthios 10, 7: *Neque idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis, quemadmodùm scriptum est: Sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere.* Præterea populus vitulos adorâsse dicitur, non Deum Israel in vitulis, et Jeroboam dicitur immolâsse vitulis, non vero Deo, cujus essent symbola; 3 Regum 12, 30: *Et factum est verbum hoc in peccatum; ibat enim populus ad adorandum vitulum usque in Dan.* V. 32: *Et ascendens altare, similiter fecit in Bethel, ut immolaret vitulis quos fabricatus fuerat.* Tertiò constituit *sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filiis Levi.* At si Deum Israelis in vitulis aureis adorandum proposuisset, operam dedisset ut ejus cultus per ministros à lege præscriptos procuraretur, quò minùs à Mosaicis institutis descivisse viderentur. Quartò, Jeroboam dicitur fecisse sibi deos alienos et conflatiles, 3 Regum 14: *Hæc dicit Dominus Deus Israel: Quia exaltavi te de medio populi, et dedi te ducem super populum meum Israel, et scidi regnum domûs David, et dedi illud tibi, et non fuisti sicut servus meus David, qui custodivit mandata mea, et secutus est me in toto corde suo..., sed operatus es mala super omnes qui fuerunt ante te, et fecisti tibi deos alienos et conflatiles, ut me ad iracundiam provocares, me autem projecisti post corpus tuum; idcircò ego inducam mala super domum Jeroboam,* etc. Quintò, Jeroboam abjectis Dei sacerdotibus, sibi constituisse dicitur sacerdotes dæmoniorum et vitulorum; dæmonia igitur, non Deum verum colebat in vitulis. 2 Paralipomenon c. 11, 13, 14, 15: *Sacerdotes autem et Levitæ, qui erant in universo Israel, venerunt ad eum* (Roboamum scilicet) *de cunctis sedibus suis, relinquentes suburbana et possessiones suas, et transeuntes ad Judam et Jerusalem, eò quòd abjecisset eos Jeroboam, et posteri ejus, ne sacerdotio Domini fungerentur. Qui constituit sibi sacerdotes excelsorum, et dæmoniorum, vitulorumque quos fecerat.* Sextò, Abia rex Juda contra Jeroboamum pugnaturus, et ad ipsum, ac exercitum Israeliticum verba faciens, ait Jeroboamum ipsis vitulos aureos fecisse in deos, et sacerdotes instituisse eorum qui non sunt dii, secundùm morem profanarum gentium. 2 Paralipomenon 13, 8, 9: *Nunc ergo vos dicitis quòd resistere possitis regno Domini, quod possidet per filios David, habetisque grandem populi multitudinem, atque vitulos aureos, quos fecit vobis Jeroboam in deos. Et ejecistis sacerdotes Domini filios Aaron atque Levitas, et fecistis vobis sacerdotes sicut omnes populi terrarum; quicumque venerit, et initiaverit manum suam in tauro de bobus, et in arietibus septem, fit sacerdos eorum qui non sunt dii. Noster autem Dominus, Deus est, quem non relinquimus.*

Levissima porrò sunt Moncæi argumenta. Id, inquit, non ausus esset Jeroboam, vitulos nimirùm colere et idola, nec populus adeò lubenter in ipsius sententiam descendisset. Hanc objectionem nemo cordatus non ridebit. Ubi enim Scriptura sacra disertè aliquid testatur, humani ingenii conjecturæ conticescant ac cedant necesse est. At, inquit, prophetæ Israelis, qui Jeroboamum sequebantur, Deum verum profitebantur. De veris prophetis id concesserim, qualis fuit ille Bethelensis ignavus quidem et mendax, à Deo tamen afflatus et fidelis, 3 Regum 13, 20, 21, 26, 29, 30, 31, 32. Sed ille vitulos aureos Jeroboami non colebat, ut colligitur ex his Scripturæ sacræ verbis: *Dixit ad filios suos: Cùm mortuus fuero, sepelite me in sepulcro, in quo vir Dei sepultus est; juxta ossa ejus ponite ossa mea. Profectò enim veniet sermo quem prædixit in sermone Domini contra altare quod est in Bethel, et contra omnia fana excelsorum quæ sunt in urbibus Samariæ.* Sic Elias, Eliseus, Michæas, centum illi prophetæ quos Abdias dispensator domûs Achab abscondit in speluncis et pavit grassante Jezabelis persecutione, prophetæ erant Domini, et regibus Israelis parebant, excepto vitulorum et aliorum idolorum cultu, atque ritibus omnibus superstitiosis, profanis, schismaticis, à lege Dei alienis, quos non solùm execrabantur, sed palam execrandos

populo ipsisque regibus prædicabant. Prophetæ illi quadringenti quos Achab consuluit antequàm expeditionem adversùs Ramoth Galaad susciperet 3 Regum 20, falsi erant prophetæ, unde Josaphat ipsos consulere nolens, ait ad Achab : *Non est hìc propheta Domini quispiam ut interrogemus per eum?* Illi erant de quibus ait Michæas : *Nunc igitur ecce dedit Dominus spiritum mendacii in ore omnium prophetarum tuorum.* Non mirum proinde quòd vitulos adoraverint, qui ex illorum ordine fuisse videntur, quos *prophetas Baal, et prophetas lucorum, qui comedebant de mensâ Jezabelis,* Scriptura vocat 3 Regum 18, 19.

Quamvis porrò Elias ad populum Israelis dixerit : *Usquequò claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum; si autem Baal, sequimini illum;* id non probat eos qui vitulos aureos colebant, partes Domini secutos fuisse, Deumque verum in illis quasi symbolis coluisse. Sed cùm Baalis cultus prævaluisset, vitulorum cultus præ eo neglectus videbatur. Quamobrem illius hoc in loco non meminit Elias. Cæterùm non duas tantùm, sed tres partes in Israele Scriptura distinguit, primam eorum qui sequebantur Baal : alteram eorum qui genua non curvaverant ante Baal, sed verum Deum colebant, ut prophetæ, et alii de quibus Deus loquitur 4 Regum 19 : *Et derelinquam mihi in Israel septem millia virorum, quorum genua non sunt incurvata ante Baal, et omne os quod non adoravit eum osculans manus.* Tertiam eorum qui *in peccatis Jeroboam adhærebant,* ut dicitur 3 Regum 3, 3; 4 Regum 10, 29, 31, et alibi passim ; qui nimirùm vitulos aureos in Bethel et in Dan erectos colebant. De quibus Osee 8, 4, 5 : *Argentum suum et aurum suum fecerunt sibi idola, ut interirent; projectus est vitulus tuus, Samaria, iratus est furor meus in eos; usquequò non poterunt emundari? Quia ex Israel et ipse est; artifex fecit illum, et non est Deus, quoniam in aranearum telas erit vitulus Samariæ,* cap. 10, 5, 8: *Vaccas Bethaven coluerunt habitatores Samariæ.... Et disperdentur excelsa idoli, peccatum Israel.* c. 13 : *Feceruntque sibi conflatile de argento suo quasi similitudinem idolorum, factura artificum totum est; his ipsi dicunt: Immolate homines vitulos adorantes.* Denique totum tempus quo Israel vitulis à Jeroboamo in Bethel et Dan erectis adhæsit, spectat vaticinium illud Azariæ prophetæ 2 Paralipomenon c. 15, 3 : *Transibunt autem multi dies in Israel absque Deo vero, et absque sacerdote doctore, et absque lege.* Deum itaque Israelis in vitulis non colebant reges et populus decem tribuum.

Confirmatur propositio nostra SS. Patrum suffragiis : 1° S. Hieronymi Commentario in Osee cap. 4 : « Fornicatæ sunt et decem tribus cum idolis Jeroboam filii Nabath ; et reliquerunt Dominum Deum suum, non custodiendo quæ jusserat, dicens : *Dominum Deum tuum adorabis, et ipsi soli servies.* » Et in cap. 5 : « Cœpit, inquit, Ephraim, id est, Jeroboam, abire post idola, et Deum derelinquere. Ipse enim aureos fabricatus est vitulos. » Et in cap. 6 : « Quid enim horribilius, quàm decem tribus ad idolorum cultum repentè transgressas? Unde ad metropolim earum dicitur : Aufer vitulum tuum, Samaria, in quâ primus fornicatus est Ephraim, id est, Jeroboam de tribu Ephraim, et illo fornicante contaminatus Israel est, populus videlicet Samariæ; qui magnâ ex parte commune Israelis nomen obtinuit. » Idem in cap. 7 : « Multa sæpè Israel idololatriæ accepit vulnera, et maximè illud quando in eremo vituli conflaverunt caput, atque dixerunt : *Isti sunt dii tui, Israel, qui te eduxerunt de terrâ Ægypti.* Et cùm omni arte tractarem ut miserabilis populus curaretur, subitò extitit Jeroboam de tribu Ephraim, qui vitulos aureos faceret; et malitia Samariæ revelata est, sequentis regem impium; operati sunt enim et rex et populus mendacium, hoc est, idolum. Sicut enim contrarium est simulacrum Deo, ita mendacium veritati. » Ibidem istud comma explicans : *Quievit paululùm civitas à commixtione fermenti, donec fermentaretur totum. Dies regis nostri,* etc., hæc habet : « Paululùm Israel et Samariæ civitas conquievit, recepto in se erroris ardore donec tota massa fermento similis fieret, et cresceret, atque erumperet; ac populus intumescens clamaret ad fores Jeroboam regis, et diceret : *Hic est dies Jeroboam regis nostri....* Hunc celebramus, hunc canimus; in hoc exultamus et ludimus; in hoc vitulos aureos adoramus.... Cùm rex cerneret clamare populum et dicere : *Dies iste regis nostri est,* et principes quasi temulentos et fanaticos nescire quid dicerent, extendit manum suam illusoribus; copulavit assensum his qui ei vanis laudibus illudebant. Qui illusores, cùm insidiaretur eis rex suus, et eos à Deo suo abduceret, præbuerunt ei quasi clibanum cor suum, ut eos succenderet, et idololatriæ flammis ardere faceret...

« Quid plura? Omnes quasi clibanus idololatriæ igne calefacti sunt, et devorârunt judices suos, ut qui bonus esse potuerat per naturam, et religionis Domini recordari, videns et principes et populum vitulis subditos, et illos putare deos, etiam ipse à scelere devoraretur. Denique omnes reges ceciderunt Israel, et ambulaverunt in viis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel, et nullus inventus est qui desertis idolis reverteretur ad Deum. » Et infra ad illa verba : *Væ eis, quoniam recesserunt à me*, hæc habet : « Vastabuntur igitur, et miseri erunt, et semper timentes ac formidantes, quia prævaricati sunt in Deum, adorantes vitulos aureos, relinquentes eum qui redemit eos de Ægyptiâ servitute, et eduxit in excelso brachio ; ipsi verò locuti sunt contra Dominum mendacia, dicentes de idolis : *Hi sunt dii tui, Israel, qui eduxerunt te de terrâ Ægypti;* et non clamaverunt ad Dominum in corde suo, sed in idololatriæ fornicationibus volutabantur. » Et in cap. 8 : « Aranearum telis rectè Samariæ vitulus comparatur; quem eo tempore, pro pretii magnitudine, quia aureus erat, populus adorabat. Hoc quod supra dixerat : *Argentum suum, et aurum suum fecerunt sibi idola, ut interirent,* nunc exponit manifestiùs: *Projectus est vitulus tuus, Samaria; iratus est furor meus in eos*, vel in vitulos, quia duos fecerant, vel in Samariæ habitatores, qui eos adorabant. » In cap. 10 : « In Bethaven, id est, Bethel, vaccas aureas coluerunt habitatores Samariæ; quas cum irrisione non vitulos sexûs masculini, sed vaccas, id est, feminas appellavit : ut videlicet Israel non solùm deos vitulos, sed deas vaccas coleret. Et ut ostenderet vaccas Bethaven unum in Bethel vitulum sentiendum, non intulit : Luxit super eis populus, sed *super eo*, id est, vitulo aureo. »

S. Augustini, libro 17 de Civitate Dei, cap. 22 : « Rex, inquit, Israel Jeroboam, mente perversâ, non credens Deo, quem veracem promisso sibi regno datoque probaverat, timuit ne veniendo ad templum Dei, quod erat in Jerusalem, quò secundùm divinam legem sacrificandi causâ universæ illi genti veniendum fuit, seduceretur ab eo populus, et stirpi David tanquàm regio semini redderetur ; et instituit idololatriam in regno suo, et populum Dei secum simulacrorum cultu obstrictum nefandâ impietate decepit. »

Theodoreti, quæstione 42 in 3 Regum, ubi cùm præmisisset, Jeroboamum duas juvencas aureas in finibus regni posuisse, ut ad illas confluentes Israelitæ Hierosolymam Judaici regni metropolim non irent, subdit : « Expulit autem et sacerdotes, et Levitas, qui in decem tribubus habitabant; et juvencarum sacerdotes plebeios quoslibet elegit. Quod quidem solum fecit convenienter rationi. Non oportebat enim Dei sacerdotes, deos qui non sunt, colere. »

PROPOSITIO II. — *Jeroboam vitulos aureos non effinxit, nec Israelitis proposuit in similitudinem Cherubim tabernaculi, vel templi, neque in Josephi patriarchæ memoriam, sed ad imitationem Ægyptiacæ superstitionis.*

Probatur prima pars : Si enim Jeroboam vitulis suis conflatilibus patriam religionem imitari voluit, cur sicut Pseudo-Cherubim assumebat, non ita arcam, non propitiatorium, Dei sedem, ubi potissimùm Dei majestas fundendis oraculis effulgebat? Cur non tabernaculum, aut certè templum aliquod, Hierosolymitani instar erigebat? Deinde, si vituli illi erant ad imitationem Cherubim expressi, cur eos sacro et multò plausibiliori, atque in religione et Scripturis usitatissimo Cherubim nomine non appellabat? Id enim nomen ad fucum populo faciendum aptius videbatur. Cur ex Aaronis familiâ sacerdotes non eligebat, aut cur eos è regno suo ablegabat, èt nomen dignitatemque sacerdotii infimo cuique tribuebat? Cur si vituli Cherub sacri erant, tot locis in Scripturâ sacrâ dii alieni vocantur? Cur eos coluit, adoravit, iisque sacrificia obtulit, cùm in lege veteri nemo unquàm audiverit ulla Cherubinis tabernaculi Mosaici vel templi Salomonici sacrificia offerri consuevisse, vel propositos fuisse ut adorationis objectum? Unde Tertullianus libro 2 adversùs Marcionem, cap. 22 : « Sic et Cherubim et Seraphim aurea in arcæ figuratum exemplum, certè simplex ornamentum, accommodata suggestui, longè diversas habendo causas ab idololatriæ conditione, ob quam similitudo prohibetur, non videntur similitudinem prohibitarum legi refragari, non in eo similitudinis statu deprehensa, ob quem similitudo prohibetur. » Præterea Cherubim tabernaculi et templi non erant figuræ vitulorum, sed multiformia simulacra, in quibus forma hominis eminebat, ut ostensum est dissertatione 3 in quartam mundi ætatem, articulo 3,

§ 3, num. 11. Non est ergo verisimile Jeroboam vitulos aureos conflâsse et proposuisse Israelitis ad similitudinem Cherubim templi.

Probatur secunda pars propositionis : Qui enim Jeroboamum in Josephi memoriam vitulos aureos conflâsse asserunt, eâ nituntur conjecturâ, quòd Josephum sub bovis symbolo coluerint Ægyptii, et sub Serapidis nomine. At idem non solùm incertum, sed minùs verisimile est, primò quia Josephi memoria apud Ægyptios brevi intercidit. Mox enim ut Exodi 1, 8, dicitur : *Surrexit rex novus super Ægyptum, qui ignorabat Joseph,* quique nullâ ejus nec posterorum habitâ ratione, gravissimam in eos tyrannidem exercuit; secundò, quia valdè incertum est an Serapidis cultus apud Ægyptios tam antiquæ sit originis. Recentiorem esse probat Herodoti silentium, qui de diis Ægyptiorum cùm fusè scripserit, ne Serapidem quidem nominat; neque Ægyptiaci istius nominis scriptores alii ante Alexandri Magni tempora meminerunt. Et plerique ex Ponto in Ægyptum advectum scribunt Ptolemæo Lago regnante, idque colligunt ex Tacito libro 4 Historiarum, et ex Clemente Alexandrino in Protreptico. Serapidem in locis circa Pontum jam olim notum fuisse, constat ex Polybio, Serapidis fanum, in orâ Propontidis, describente libro 4 Historiæ. At Serapidis in Ægypto nulla mentio, antequàm ex urbe Ponticâ Synope adveheretur. Contrarium quidem ex Tacito se eruere putant Vossius et Spencerus ; qui scripserit : « Templum « pro magnitudine urbis extructum loco, cui « nomen Rhacotis. Fuerat illìc sacellum Sera« pidi atque Isidi antiquitùs sacratum. » Ex quibus hujus numinis in Ægypto vetustas videtur apertè adstrui. Sed pugnantia scripsisse Tacitum observat Bochartus. Narraverat enim Tacitus paulò ante, Ptolemæum, cùm Alexandriæ recens conditæ templa et religiones adderet, per somnium fuisse monitum, ut fidissimis amicorum in Pontum missis, ejus effigiem inde advehi curaret, visumque suum sacerdotibus Ægygtiis aperuisse. Quos cùm Ponti reperisset, et rerum externarum parùm gnaros, Timotheum Atheniensem, è gente Eumolpidarum, quænam illa superstitio, quod numen esset, interrogâsse. Neque ipsi Timotheo id aliter fuisse compertum, quàm per eos qui in Pontum meâssent. Tum legatos et munera Sinopensium regi Scydrothemidi misisse Ptolemæum. Quo cunctante multis de causis, rem tandem exacto triennio ægrè fuisse confectam; cujus historiæ veritas tota concidit, si sacellum jam antiquitùs habuerit Serapis in eo ipso Alexandriæ loco, in quo templum postea conditum. Neque enim Ægyptii ignorâssent, Serapis quale sit numen; neque opus habuissent, exteros eâ de re consulere, aut illius ex Ponto effigiem tanto molimine accersere, neque eo facto rex Ptolemæus novas Alexandriæ religiones addidisset. Præterea, bos Apidis quidem symbolum fuit, non autem Serapidis, si Macrobium audiamus, qui Serapidis imaginem ita describit lib. 1 Saturnalium, cap. 21 : « Simulacro signum « tricipitis animantis adjungunt, quod expri« mit medio, eodemque maximo, capite leonis « effigiem. Dexterâ parte caput canis exoritur, « mansuetâ specie blandientis: pars verò læva « cervicis rapacis lupæ capite finitur ; easque « formas animalium draco connectit volumine « suo, capite redeunte ad dei dextram, quâ « conspicitur monstrum. » Minùs ergo verisimile est quòd Josephus patriarcha sub nomine Serapidis, ac bovis symbolo cultus ab Ægyptiis fuerit, aut etiam sub nomine Apidis. Ac proinde nullius est momenti conjectura, quæ hâc hypothesi nititur, eruditorum virorum, qui Jeroboamum vitulos aureos in Josephi memoriam erexisse et proposuisse volunt. Adde, nullum esse in Scripturâ sacrâ vel apud SS. Patres locum, quo probetur erectos fuisse à Jeroboamo vitulos aureos ut monumenta politicæ dignitatis in tribu Josephi ; sed plurima esse eaque expressa, quibus probatur ipsos erectos fuisse ut religionis objecta, et ut deos adoratione et sacrificiis prosequendos.

Probatur tertia pars : Eadem fuisse videtur origo vitulorum aureorum Jeroboami ac vituli Aaronis ; atqui vitulus Aaronis ad imitationem Ægyptiacæ superstitionis conflatus, et populo Judaico propositus ad cultum est ; idem igitur esto judicium de Jeroboami vitulis.

Major inde probabilis efficitur, quòd de suis vitulis iisdem verbis locutus sit Jeroboam 3 Regum 12, 28, quibus Israelitæ de vitulo Aaronis, Exodi 32, 4 : *Hi sunt dii tui, Israel, qui eduxerunt te de terrâ Ægypti.* Minor verò constat ex S. Stephano Actuum 7, 39, 40: *Aversi sunt,* inquit, *cordibus suis in Ægyptum, dicentes Aaroni : Fac nobis deos qui præeant nobis.*

Id confirmatur ex S. Hieronymi Commentario in cap. 4 Osee prophetæ : « *Mater*, inquit, « vocatur populi frequentia et omnis turba na« tionis Hebrææ ad quam loquitur ; filii autem

« vel singuli ex populo, vel per oppida villas- « que dispersi....... Ipsa Dei repulit legem, « et ideò sacerdotium perdidit in æternum, « colens vitulos aureos in Dan et Bethel; et quia « oblita est legis Dei, et penitùs Ægyptiis se « idolis mancipavit; idcircò et Dominus obli- « viscetur filiorum ejus, tradens eos æternæ « captivitati. » Et infra : « Est autem Bethel, « quæ priùs vocabatur *domus Dei;* at postquàm « vituli in eâ positi sunt, appellata est *Betha- « ven,* id est, *domus inutilis,* et *domus idoli,* quod « nos, ut in Hebræo legitur, expressimus. Vi- « detur autem mihi idcircò et populus Israel in « solitudine fecisse sibi caput vituli, quod co- « leret, et Jeroboam filius Nabath vitulos au- « reos fabricatus, ut quod in Ægypto didice- « rant, Ἄπιν καὶ Μνεῦειν qui sub figurâ boum « coluntur, esse deos, hoc in suâ superstitione « servarent. » Et in cap. 7 : « Unde principes « eorum qui infelicem populum deceperunt, « cadent gladio propter furorem linguæ suæ, « quòd vitulos aureos deos appellare sunt au- « si, ut hoc facerent in terrâ repromissionis « quod in Ægypto didicerant, colentes Apim « Ægyptium, et omnia eorum portenta veneran- « tes; ita enim et in solitudine, quando egressi « sunt de Ægypto, Dominum subsannaverunt, « dicentes : *Ipsi sunt dii tui, Israel.* » Et in « cap. 8, illa verba : *Projectus est vitulus tuus, « Samaria, iratus est furor meus in eos..... Quia « ex Israel et ipse est; artifex fecit illum, et non « est Deus,* hoc illustrat commentario : Et quia « dixerat : *Projice vitulum, tuum, Samaria,* « exponit quis sit iste vitulus : *Quia ex Israel « et ipse est;* non ab aliis, ait, vitulum genti- « bus accepistis, ut Baal et Astaroth à Sidoniis, « ut Chamos à Moabitis, ut Moloch ab Ammo- « nitis; sed vos ipsi, et rex vester Jeroboam, « quod in Ægypto didiceratis, fecistis in Is- « rael. » Et infra : « Ideò autem et veterum « iniquitatum recordabitur, et peccata pristina « visitabit, quia in Ægypto sunt universi, vel « eosdem colentes deos, in quibus priùs erra- « verunt, Ἄπιν καὶ Μνεῦειν. » NATALIS ALEXANDER.

Dissertation

SUR LES RICHESSES LAISSÉES PAR DAVID A SALOMON.

« David, dit Voltaire, dont le prédécesseur « n'avait pas même de fer, laissa à Salomon, « son fils, vingt-cinq milliards six cent qua- « rante-huit millions, au cours de ce jour, « en argent comptant. Salomon, dit-il ailleurs, « pouvait-il être aussi riche qu'on le dit? « Les Paralipomènes assurent que le melk Da- « vid, son père, lui laissa environ vingt mil- « liards de notre monnaie, au cours de ce « jour, selon la supputation la plus modeste : « Il n'y a pas tant d'argent comptant dans « toute la terre, et il est assez difficile que « David ait pu amasser ce trésor dans le pays « de la Palestine. »

« Il est assez comique, dit-il encore, de « voir un melk, un roitelet juif, avoir à sa « disposition une somme de trente-six mil- « liards. » Enfin il réduit cette somme à dix-neuf milliards soixante et deux millions.

On voit par ces passages que chez Voltaire le mot *melk* est synonyme de *roitelet.* Ce critique n'a pas pris garde que le nom de *melk* ou *melek* est donné à *quatre puissants monarques* qui régnaient, *selon lui,* à Babylone, en Perse, etc., du temps d'Abraham; qu'il est donné aux rois d'Egypte, à ceux d'Assyrie, au grand Nabuchodonosor, à Cyrus, à Artaxerxès, qui n'étaient point des *roitelets.* Mais laissons les termes indécents et injurieux du critique, et venons aux difficultés qu'il trouve dans le texte sacré.

Nous observerons d'abord que dans le texte des Paralipomènes il n'est parlé ni de *millions,* ni de *milliards au cours de ce jour,* mais de talents d'or et d'argent. Pour savoir ce que formeraient ces talents réduits à nos monnaies, il en faudrait faire une évaluation exacte. Or cette opération n'est pas aussi facile qu'on pourrait le croire. Voltaire lui-même est fort incertain dans ses calculs. Si, *dans ses mélanges,* il porte à vingt-cinq milliards six cent quarante-huit millions la somme laissée par David à Salomon, dans le *Dictionnaire philosophique,* il la restreint à environ vingt milliards. Il nous avertit que dans ce dernier calcul il suit la supputation la plus modeste; preuve que

dans le précédent il s'en était permis une qui ne l'était pas trop. Dans le *traité de la Tolérance* il s'arrête à une évaluation plus modeste encore. Enfin, dans sa *Bible expliquée*, il adopte un autre calcul bien différent des précédents : il porte à *trente-six milliards* les richesses amassées par David. Ces diverses évaluations sont donc très-incertaines. Les savants qui ont le plus étudié ces matières réduisent cette somme à quinze milliards, le plus grand nombre à douze, et quelques-uns encore plus bas. Don Calmet, qui a le plus approfondi ces sortes de sujets, évalue ces sommes à environ douze milliards. Il estime le talent d'argent, chez les Hébreux, à quatre mille huit cent soixante-sept livres trois sous neuf deniers de notre monnaie ; et le talent d'or, soixante-neuf mille cinq cent trente-une livre cinq sous. Ainsi les cent trois mille talents d'or, et le million sept mille talents d'argent, que David laissa à Salomon pour la construction du temple, montent à douze milliards trois cent soixante-huit millions huit cent soixante-six mille cinq cent soixante-deux livres de notre monnaie.

Voltaire pose pour principe que « le talent d'or vaut quarante mille écus, et le « talent d'argent deux mille écus de notre « monnaie. » Pour être convaincu du faux de ce principe, il n'y a qu'à faire attention à la proportion de valeur qu'il établit entre l'or et l'argent. Elle est, selon son estimation, comme d'un à vingt, quoique, dans la vérité, elle ne soit que comme d'un à treize, puisque le marc d'argent est à cinquante-deux livres, et le marc d'or à six cent soixante-douze livres.

« Mais *douze milliards* ne forment-ils pas encore « une somme exorbitante, plus grande même « qu'il ne serait nécessaire pour construire « un temple comme celui de Salomon, dont « tous les murs et les pavés auraient été d'ar« gent massif; dont le couvert, toutes les mou« lures des murailles du dedans et tous les vases « dont on s'y serait servi auraient été d'or? » Cette difficulté a fait présumer à quelques interprètes, au père Houbigant, à l'auteur des Lettres des Juifs à Voltaire, qu'il s'était glissé dans les textes quelques fautes de copistes. Mais nous rejetons cette solution. Nous ne croyons pas qu'on puisse l'employer si légèrement, et sans avoir pour soi l'autorité des manuscrits ou de quelques anciennes versions. Nous n'adoptons pas non plus le sentiment de don Calmet, qui n'est point effrayé de l'énormité de cette somme. On peut voir ci-dessus les sources qu'il indique pour prouver que David a pu amasser des richesses si immenses. Nous ne doutons pas pour cela que du temps de David et de Salomon l'or et l'argent ne fussent beaucoup plus communs en Orient qu'ils ne le sont aujourd'hui en Europe; toute l'antiquitté l'atteste. Homère donne à tous ses héros, même aux plus petits seigneurs de la Grèce, des armures et des vases d'or. Hérodote, Diodore de Sicile, Pline, Quinte-Curce, etc., sont remplis de témoignages qui démontrent cette vérité.

Mais pour résoudre la difficulté que nous examinons, nous avons un moyen plus efficace : nous n'avons qu'à supposer qu'il y avait parmi les Hébreux, comme parmi nous, des espèces qui, portant le même nom, étaient cependant d'une valeur et d'un poids différent. Combien nos deniers, nos livres, nos sous, nos écus, n'ont-ils pas varié de prix? Quelle serait l'erreur d'un étranger qui, lisant dans l'histoire, que la France a eu, dans un temps, plus de 800 millions de livres de revenu, prendrait la livre de poids au lieu de la livre de compte qui n'en est aujourd'hui que la centième partie, et lui donnerait 1600 millions de marcs d'argent, ce qui à 50 livres le marc, ferait 80 milliards de livres de notre monnaie?

« Mais l'Ecriture ne marque nulle part qu'il « y ait eu de deux sortes de talents parmi les « Hébreux. » Il n'était pas nécessaire qu'elle lè déclarât, la chose parlait d'elle-même. Les auteurs grecs n'ont jamais écrit qu'il y avait des talents de deux espèces parmi eux. Cependant on est forcé de faire cette distinction. Homère raconte qu'aux funérailles de Patrocle, Achille proposa, pour le prix de la course des chars, une captive et un trépied d'or; pour le second une cavale de six ans, qui était pleine d'un mulet. Le troisième prix était un chaudron ou un plat qui tenait quatre mesures. Le quatrième était deux talents d'or. Ces deux talents d'or valaient donc moins que le chaudron, le bassin ou le plat : ils valaient moins que la cavale pleine. Ce n'étaient donc pas des talents de poids qui faisaient soixante-douze mille livres de notre monnaie. C'étaient donc des pièces d'or qui portaient le nom de *talents*, quoiqu'elles fussent bien au-dessous de leur valeur.

Philippe, roi de Macédoine, acheta un cheval de seize talents, selon Pline, et de treize,

selon Plutarque. Qui se persuadera que ce prince ait voulu payer un cheval seize ou même treize mille écus? Car le talent d'argent attique, dont il est ici question, valait trois mille de nos livres. M. de Caylus en porte la valeur presque au double, à présent que le marc d'argent est à 52 livres. On lit dans Plutarque que Harpalus, gouverneur de Babylone pour Alexandre, avait une coupe d'or de vingt talents. S'il fallait entendre des talents de poids, cette coupe aurait pesé mille de nos livres. Ces exemples prouvent que chez les anciens comme chez les modernes, on a donné le même nom à des monnaies d'un prix bien différent.

D'ailleurs il est incontestable que le nom de *talent* n'a jamais marqué une valeur uniforme chez les divers peuples où il a été reçu; le talent égyptien était de quatre-vingts livres de poids; le romain de soixante-dix; le sicilien, de six dragmes; le thuscien, de cent vingt livres; le syrien, de quinze livres sept onces et quatre dragmes; celui d'Egine, de dix dragmes; l'alexandrin de trente-une livres trois onces; le talent d'Athènes valait soixante mines ou six cents dragmes. M. Ducange remarque que le nom de *talent* se met quelquefois pour cent livres, d'autres fois pour cinquante, enfin pour un marc seulement de la valeur de vingt sous. Virgile distingue deux sortes de talent, le grand et le petit. Quant au mot hébreu *kikkar*, qui est toujours employé dans la Bible, il ne signifie autre chose qu'une masse ou un tonneau d'or ou d'argent.

Enfin un savant de nos jours (M. Dupré de S.-Maur), très-exercé dans cette matière, a fait voir que les richesses laissées par David se montaient tout au plus à douze millions et demi de notre monnaie. Quoi qu'il en soit, nous pouvons du moins conclure, avec raison, que toutes les supputations que l'on a faites pour évaluer ces énormes richesses, peuvent très-bien être fautives, et, par conséquent, que les incrédules qui en ont conclu que leur quantité est incroyable et impossible, ont raisonné sur une fausse supposition. Nous voyons seulement par l'Ecriture que l'or était prodigué dans le temple. (DUCLOT.)

Dissertation

SUR LES TEMPLES EN GÉNÉRAL,

ET SUR LES TEMPLES DES JUIFS EN PARTICULIER.

La censure que les incrédules modernes et d'autres critiques téméraires ont faite de l'usage des temples, nous donne lieu, avant de parler de celui de Salomon, de répondre à plusieurs griefs qu'ils nous ont objectés sur ce sujet. Nous examinerons, en premier lieu, si l'usage des temples est répréhensible ou dangereux; 2° si la magnificence de ces édifices est un abus. 3° Nous réfuterons les objections des incrédules à l'occasion du temple bâti par Salomon. 4° Nous parlerons de sa reconstruction sous Zorobabel, de sa réparation sous Hérode, de son entière destruction sous Tite, et enfin des efforts vains et inutiles que firent les Juifs, sous Adrien et sous Julien l'Apostat, pour le rebâtir.

Nous ne croyons pas devoir nous arrêter à combattre l'opinion de Spencer, qui a fait tous ses efforts pour prouver qu'avant l'érection du tabernacle ordonné et exécuté par Moïse, les Egyptiens, les Chananéens et les autres peuples voisins de la Palestine avaient déjà des temples destinés au culte de leurs fausses divinités, et que Moïse les a pris pour modèles. Pour établir un fait de cette importance, malgré le silence profond et constant des écrivains sacrés, il faudrait des preuves positives et solides, et plusieurs savants en ont opposé à Spencer de meilleures et de plus convaincantes (1). Dans une question de fait comme celle-ci, il faut s'en tenir non à des conjectures, mais à des témoignages.

(1) Voyez Mémoires de l'Acad. des inscript. tome 70 in-12, page 50 et suiv. Voyez aussi la dissert. du P. Alexandre, rapportée ci-dessus.

Aucune autorité ne peut prévaloir sur celle de Moïse, le plus ancien et le mieux instruit des historiens. On aura beau fouiller dans toute l'antiquité, on n'y trouvera rien qui prouve qu'il y a eu des tabernacles ou temples portatifs avant celui qu'il a construit.

Nous examinerons donc seulement, en premier lieu, *si l'usage des temples est dangereux et répréhensible en lui-même.* Spencer le prétend, et c'est une raison dont il se sert pour prouver que Dieu n'avait permis qu'on lui en construisît un que par condescendance pour la grossièreté des Juifs. Il a été suivi par la foule des incrédules modernes; ils soutiennent comme lui que la coutume de bâtir des temples est l'effet d'une erreur grossière et qui continue à l'entretenir. « Les hommes, dit un « déiste, ont banni la divinité d'entre eux; « ils l'ont reléguée dans un sanctuaire; les « murs d'un temple bornent sa vue, elle « n'existe point au-delà. Insensés que vous « êtes, détruisez ces enceintes qui rétrécissent « vos idées, élargissez Dieu, voyez-le partout « où il est, ou dites qu'il n'est pas. » Un autre prétend qu'un culte simple, rendu à Dieu à la face du ciel, sur la hauteur d'une colline, serait plus majestueux que dans un temple, où sa puissance et sa grandeur paraissent resserrées entre quatre colonnes. Ces réflexions sublimes sont-elles solides ?

1° Il serait bien étonnant que les peuples barbares qui pratiquaient le culte divin sur les montagnes ou dans les plaines, à la face du ciel, eussent été plus sages que les nations policées, et que le genre humain dans son enfance eût eu plus de lumière et de philosophie que dans son âge mûr. Nous voudrions que ceux qui admettent ce phénomène eussent pris la peine de l'expliquer. Nous savons très-bien que les patriarches ont ainsi rendu leur culte dans les premiers temps; l'Ecriture l'atteste. Dieu a bien voulu agréer cette manière de l'honorer, parce qu'elle était analogue à la vie errante et pastorale que menaient ces saints personnages. Mais si cette manière était la plus conforme aux notions du vrai culte, nous soutenons que Dieu n'aurait jamais permis à ses adorateurs de la changer; que jamais il n'aurait ordonné à son peuple de lui bâtir un tabernacle et ensuite un temple.

2° Il est incontestable, et plusieurs savants l'ont prouvé, que la plus ancienne idolâtrie a été le culte des astres. Moïse l'a défendu aux Hébreux, et c'est la seule dont il soit parlé dans le livre de Job. Par cette raison, l'une des plus anciennes superstitions a été de pratiquer le culte religieux sur les montagnes que l'Ecriture appelle *les hauts-lieux.* Les païens croyaient par là se rapprocher du ciel ou du séjour des dieux. Moïse avait défendu expressément cette pratique aux Hébreux; et l'Histoire sainte nous apprend que toutes les fois qu'ils tombèrent dans cet abus, ils en furent blâmés de la part de Dieu. On est donc fondé à croire qu'une des raisons pour lesquelles Dieu voulut qu'on construisît un tabernacle, fut de convaincre son peuple qu'il n'était pas nécessaire d'aller sur les montagnes pour s'approcher de Dieu, et qu'il daignait lui-même s'approcher de son peuple en rendant sa présence sensible dans le temple portatif érigé en son honneur. Il n'est donc pas vrai qu'en bâtissant des temples *les hommes aient banni la Divinité d'entre eux*, puisqu'ils ont cru au contraire que par ce moyen ils se rapprochaient d'elle.

3° Quel est en effet le motif qui a fait construire des temples ? ça été en premier lieu de s'acquitter plus commodément du culte divin; en second lieu, de rassembler dans une seule enceinte les symboles de la présence de Dieu, afin de frapper davantage l'imagination des hommes. Ces intentions ne sauraient être blâmées, et elles furent remplies par la construction du tabernacle et du temple de Salomon. Ils renfermaient l'arche d'alliance dans laquelle étaient les tables de la loi; le couvercle de cette arche, ou le propitiatoire, était surmonté de deux chérubins dont les ailes étendues formaient une espèce de trône, symbole de la majesté divine. On y voyait un vase rempli de la manne dont Dieu avait miraculeusement nourri les Hébreux pendant quarante ans, la verge d'Aaron, l'autel des parfums, la table des pains de proposition, le chandelier d'or, etc. Tous ces objets rappelaient aux Hébreux les miracles et les bienfaits dont le Seigneur avait favorisé leurs pères, et les cérémonies du culte concouraient au même but. Le peuple ne pouvait avoir trop souvent sous les yeux ces signes commémoratifs, et ils ne pouvaient être rassemblés que dans un temple.

4° Il est faux que cette conduite ait donné lieu aux hommes de penser que la Divinité est renfermée dans les murs d'un édifice, et qu'elle n'existe point au-delà. Si les païens

l'ont pensé, lorsqu'ils se sont fait des dieux semblables à eux, il ne s'en suit rien contre les adorateurs du vrai Dieu, créateur du ciel et de la terre. Moïse, après avoir construit le tabernacle, continue de dire aux Israélites: *Sachez donc et n'oubliez jamais que le Seigneur est Dieu dans le ciel et sur la terre, et qu'il n'y en a point d'autre que lui.* Salomon, après avoir achevé le temple, dit à Dieu : *Peut-on croire, Seigneur, que vous habitiez sur la terre? Si toute l'étendue des cieux ne peut vous contenir, combien moins serez-vous renfermé dans ce temple que je vous ai bâti ?*

5° Un culte rendu à Dieu à la face du ciel, sur la hauteur d'une colline, pourrait peut-être sembler plus majestueux aux yeux d'un philosophe très-instruit, habitué à contempler la beauté de la nature ; mais il ne paraîtrait pas tel aux yeux du peuple. Plus accoutumé à voir le ciel et la campagne qu'à voir des cérémonies pompeuses, il ne médite ni sur la marche des astres, ni sur la magnificence de la nature. Le sacrifice offert au ciel, une fois l'année sur une montagne, par l'empereur de la Chine, est sans doute imposant; cependant il n'a pas empêché le peuple, les grands et l'empereur lui-même de tomber dans l'idolâtrie et d'adorer des idoles dans les pagodes. Les Perses et les Chananéens offraient aussi des sacrifices sur les montagnes; ils n'en adoraient pas moins d'autres fausses divinités sous des tentes. Montesquieu observe très-bien que tous les peuples qui n'ont pas de temple sont sauvages et barbares.

Que servent les raisonnements contre les faits? Nous le répétons donc : le peuple, accoutumé au spectacle de l'univers, le voit sans émotion, au lieu qu'il est frappé d'admiration à la vue d'un temple richement et décemment orné. Or, ce n'est point pour les philosophes qu'il faut régler le culte divin : ces censeurs bizarres ne doivent point être écoutés, lorsqu'ils s'élèvent contre ce que le sens commun dicte à tous les hommes. Qui les empêche d'adorer Dieu à la face du ciel, après l'avoir adoré dans les temples? Mais ils ne l'adorent d'aucune manière ; ils voudraient retrancher les temples et tout exercice public de religion, parce qu'ils savent que sans le culte extérieur bientôt elle ne subsisterait plus. Les incrédules qui prétendent que l'usage des temples est dangereux et répréhensible en lui-même, condamnent à plus forte raison la magnificence de ces édifices, ainsi que toute pompe dans le culte extérieur de la religion. La plupart de nos dissertateurs modernes ont été de leur avis ; dans un siècle où le luxe est porté à son comble et ruine tous les états, ils ont jugé que l'économie ne serait nulle part plus nécessaire que dans le culte divin; ils en ont calculé exactement la dépense, ce qu'il en coûte pour *le luminaire*, pour *le pain bénit*, pour *les funérailles*, etc. Voilà selon eux ce qui ruine le peuple, ce qu'il faut retrancher. Ils ne désapprouvent point à la vérité qu'on prodigue les richesses pour les fêtes publiques, pour les théâtres qui corrompent les mœurs, pour les amusements de toute espèce; mais ils déplorent la dépense qui se fait pour les spectacles de religion, parce qu'ils instruisent les hommes, les excitent à la vertu, les consolent par l'espérance d'un bonheur à venir. Ils affectent de la compassion pour la misère du peuple ; mais loin de vouloir retrancher sur leurs plaisirs pour la soulager, ils voudraient lui ôter le seul moyen qui lui reste de se consoler et de s'encourager dans les temples du Seigneur par des motifs de religion. Sans doute il vaudrait mieux, selon leur opinion, qu'il allât s'en distraire dans les lieux de débauche et dans les écoles du vice ; aussi les a-t-on multipliés pour sa commodité. Mais où iront ceux qui craignent l'infection de ces lieux empoisonnés et qui ne veulent pas se pervertir? Laissons donc déraisonner ces sophistes, ne consultons que la simple lumière naturelle et l'expérience de toutes les nations.

Il est nécessaire de donner aux hommes une haute idée de la majesté divine et de rendre son culte respectable. On n'y parviendra pas sans le secours d'une pompe extérieure. L'homme ne peut être pris que par les sens. Cette disposition est commune aux savants et aux ignorants, aux peuples policés et aux sauvages. Jamais on n'inspirera aux peuples une haute idée de la majesté divine, à moins qu'ils ne voient rendre à Dieu des hommages aussi pompeux que ceux que l'on rend aux rois et aux grands de la terre. C'est la réflexion de saint Thomas. C'est donc le sens commun qui a inspiré à toutes les nations le goût pour la magnificence dans le culte religieux. Que l'on nomme si l'on veut ce goût une faiblesse et une grossièreté ; elle vient de ce que nous sommes composés d'un corps et d'une âme, et de ce que celle-ci dans ses opérations dépend beaucoup des organes du corps. Les plus sages des protestants sentent, enfin, les suites

funestes de la *nudité* à laquelle ils ont réduit le culte divin ; un incrédule même est convenu que le retranchement du culte en Angleterre y a fait éclore l'athéisme et l'irréligion.

Si l'on nous demande avec Juvénal à quoi sert l'or dans les temples, nous répondrons qu'il sert à témoigner le respect que nous avons pour Dieu, à reconnaître que tous les biens viennent de lui, et que tout ce que nous avons de plus précieux doit être consacré à son service. Nous disons hardiment que ceux qui refusent de contribuer à l'ornement décent des temples et à la pompe du culte, n'en sont pas pour cela mieux disposés à secourir les pauvres. Le peuple veut de la magnificence, parce qu'il aime la religion ; elle est sa seule ressource : les incrédules réprouvent cet éclat imposant, parce qu'ils détestent la religion.

Il est convenable que pour assister aux assemblées religieuses les jours de fêtes dans les temples, le peuple se mette le plus proprement qu'il lui est possible, afin que cet appareil extérieur le fasse souvenir de la pureté de l'âme qu'il doit y apporter ; afin que les grands qui dédaignent ces assemblées aient moins de répugnance à se mêler avec le peuple ; afin que l'énorme disproportion que mettent les richesses entre les uns et les autres disparaisse un peu devant le souverain Maître, aux yeux duquel tous les hommes sont égaux. Jacob, près d'offrir un sacrifice à la tête de sa maison, ordonne à ses gens de se laver et de changer d'habits. Dieu commanda la même chose aux Hébreux, quand il voulut leur donner sa loi sur le mont Sinaï. Ce signe extérieur de respect se retrouve chez toutes les nations; toutes, sans exception, mettent dans les hommages qu'elles rendent à la Divinité le plus de pompe qu'il leur est possible.

Cependant nos philosophes modernes persistent dans leur sentiment. « L'excès de la « magnificence des temples et du culte public « excite celle des particuliers; on veut toujours « imiter ce qu'on admire le plus. Il n'est pas « vrai que cette magnificence soit nécessaire ; « les premiers chrétiens pensaient différem« ment. Origène témoigne qu'ils faisaient peu « de cas des temples et des autels.... Le peuple « se familiarise avec la pompe et les cérémo« nies..... Si la synaxe ne se célébrait qu'une « fois l'année, et qu'on se rassemblât de « divers endroits pour y assister, comme on « faisait aux jeux Olympiques, elle paraîtrait « d'une tout autre importance. » Cette sublime doctrine est fausse dans tous ses points. D'abord elle renferme une contradition : d'un côté on appréhende que la magnificence des temples n'excite celle des particuliers ; de l'autre on voudrait y voir autant de pompe et d'appareil que dans les jeux Olympiques, afin qu'elle fût plus imposante et plus capable d'exciter l'admiration. Cela ne s'accorde pas. 2° *Il est faux* que la magnificence des temples et du culte inspire du goût pour le luxe. Il n'y a point de particulier qui ne sente très-bien qu'il serait aussi absurde qu'impie de faire pour lui-même ce qu'il fait pour Dieu, et de prendre la majesté des temples pour modèle de sa demeure. Dans le temps que les rois francs, bourguignons, goths et vandales, encore très-barbares, ne connaissaient point la magnificence pour eux-mêmes, ils la trouvaient très-bien placée dans les temples du Seigneur, et ils y contribuaient : c'est ce qui servit un peu à les civiliser. Les philosophes devraient se souvenir que cette pompe du culte a conservé en Europe un reste de connaissance des arts. 3° Nous avons déjà fait voir que la vue du ciel et d'un vaste horizon fait moins d'impression sur le commun des hommes qu'un temple décemment décoré. 4° *Il est faux* que les premiers chrétiens aient pensé comme nos philosophes. Ils ne pouvaient avoir des temples lorsqu'ils étaient forcés de se cacher pour célébrer les saints mystères ; mais ils bâtirent des églises dès que cela leur fut permis, et elles furent démolies pendant la persécution de Dioclétien. Il y en avait certainement du temps d'Origène. Jamais les premiers chrétiens n'ont tenu leurs assemblées en pleine campagne. 5° Enfin il est faux que le culte extérieur soit devenu indifférent au peuple ; le contraire est prouvé par la foule rassemblée dans nos temples aux jours de fêtes, au grand regret des incrédules. Dans les campagnes, où l'irréligion a fait moins de progrès que dans les villes, peu de particuliers manquent d'assister aux offices divins ; ils s'y rendent souvent les jours ouvriers. Ils ne pourraient pas avoir cette consolation si on les célébrait aussi rarement que *les jeux Olympiques*. Revenons maintenant au temple de Salomon.

Cet édifice a toujours été regardé jusqu'ici comme un des grands ouvrages de l'antiquité. Salomon, ce prince célèbre chez les Orientaux, de l'aveu même de l'auteur de la Philosophie de l'histoire, se proposa d'en faire le chef-d'œuvre de sa sagesse et de sa puissance :

Je veux, disait-il, *construire un grand édifice, parce que le Dieu qui doit y être adoré est au-dessus de tous les dieux.* Il y employa les trésors amassés par son père, et les bras de cent cinquante mille ouvriers qui, se relevant les uns les autres, et travaillant au nombre de plus de vingt mille à la fois, furent occupés pendant sept ans à aplanir le terrain, au travail des carrières, à la coupe des bois, au transport et au façonnement des matériaux.

Josèphe, qui avait vu les terrasses sur lesquelles avait été élevé ce premier temple, les décrit ainsi : « Salomon par l'inspiration de « Dieu environna d'un mur le sommet de la « montagne, qui était assez élevée, et dont la « pente pierreuse et rapide s'inclinait vers la « porte orientale de la ville ; il en soutint en- « core le pied par un nouveau mur, tant de ce « côté-là que du côté du midi, où la vallée « était très-profonde. Cette muraille est de « grandes pierres scellées en plomb ; elle ren- « ferme tout le terrain en carré du haut en « bas ; sa hauteur étonne les yeux : les pierres « qui en forment le fond sont de la première « grandeur ; le dedans est lié avec le fer. « Quand cette muraille fut élevée jusqu'au « sommet de la montagne, on l'aplanit en « comblant les cavités, et l'on forma une es- « planade carrée dont chaque face avait un « stade de longueur. La face orientale avait « un double portique qui se trouvait vis-à-vis « du portail du temple. Ce portique avait été « orné par les rois prédécesseurs d'Hérode, « qui y avaient consacré les dépouilles des bar- « bares. Hérode les dédia toutes de nouveau, « et y ajouta celles qu'il avait enlevées aux « Arabes. » Josèphe est un *exagérateur*, dit Voltaire ; au moins Maündrel ne l'est-il pas. Voici ce que dit de ces ruines ce voyageur exact, qui les visita il y a un peu plus d'un siècle : « Au midi de la montagne de Moriah, « on trouve plusieurs grandes voûtes qui font « partie de la montagne, et qui s'étendent au « moins l'espace de cinquante verges sous « terre ; elles forment deux ailes et sont sou- « tenues par de hautes colonnes, chacune « d'une seule pierre, qui ont deux verges de « diamètre. On croit que cet ouvrage avait été « fait pour agrandir l'emplacement du temple. « Josèphe semble le décrire au livre quinzième « des Antiquités. »

Apprécions maintenant les découvertes de Voltaire sur le temple de Salomon. Voici comme il en parle : « Il est dit au troisième « livre des Rois que l'édifice avait soixante « coudées de long sur trente de face. Il n'y a « guère de plus petit édifice public ; mais cette « maison étant de pierre, et bâtie sur une « montagne, pouvait se défendre d'une sur- « prise.... Il est dit que les prêtres logeaient « dans des appentis de bois adossés à la mu- « raille. Il est difficile de comprendre les di- « mensions de cette architecture.... Quoi qu'il « en soit, il faut considérer que ce temple « était bâti sur le penchant de la montagne de « Moriah, et que par conséquent il ne pouvait « avoir une grande profondeur. Il fallait mon- « ter plusieurs degrés pour arriver à la petite « esplanade où fut bâti le sanctuaire, long de « vingt coudées. Or, un temple dans lequel « il faut monter et descendre est un édifice « barbare. » Ne dirait-on pas qu'il décrit une église de village, entourée de quelques baraques ? Mais les ruines de cet édifice s'élèvent pour le confondre, en même temps que Josèphe et nos Livres saints déposent contre lui. Car, quoique les auteurs sacrés se soient plus étendus sur les richesses qui décoraient le temple de Salomon que sur le détail de son architecture, ils nous apprennent qu'au devant de cet édifice de soixante coudées, qui ne comprenait que le sanctuaire, où était l'arche, et le lieu saint, dont l'entrée n'était permise qu'aux prêtres en fonction, on trouvait un vestibule de vingt coudées de long sur dix de large, sur lequel était élevé un portail de cent vingt coudées de hauteur. Le philosophe a dissimulé ceci ; il a encore jugé à propos de ne rien dire des marbres et des lames d'or qui couvraient les pavés et les parois de l'édifice ; il ne dit rien non plus du parvis au milieu duquel étaient l'autel et la cuve d'airain, ni des trois ordres en pierres et d'un ordre en bois, qui environnaient cette cour intérieure. On voit que tous ces bâtiments étaient très-considérables, et l'on ne peut douter que les différents parvis et les portiques qui les entouraient ne fussent très-spacieux, puisque tous les Israélites qui n'avaient pas d'empêchement légitime étaient tenus d'y comparaître chaque année, aux trois grandes solennités. Il y a de l'ignorance, ou plutôt la plus insigne mauvaise foi à comparer, avec nos édifices publics, cette partie du temple qui n'était ouverte qu'aux ministres qui étaient de service ; c'est à peu près comme si, en décrivant nos églises, on ne parlait que du sanctuaire et du chœur, sans faire mention de la nef, des bas-côtés,

des tours et du portail. S'il est vrai qu'il fallût monter quelques degrés pour passer du parvis dans le vestibule du lieu saint, une pareille disposition, loin d'être d'un goût barbare, devait au contraire produire un bel effet; mais dire qu'il y eût *à monter et à descendre* dans l'intérieur de l'édifice, c'est une imagination du critique qui n'a pas le moindre fondement.

Il est cependant encore revenu sur le même sujet dans sa *Bible expliquée*. Quoiqu'il n'ait pas parlé dans cette dernière production si ridiculement de la bâtisse du temple de Salomon que dans sa Philosophie de l'histoire, il est encore bien éloigné de l'avoir fait avec exactitude. « Cent quatre-vingt-trois mille « trois cents hommes, dit-il, employés aux « préparatifs d'un temple qui ne devait avoir « que quatre-vingt-onze pieds de face, révol« tent quiconque a la plus légère idée de l'ar« chitecture. » (Le sanctuaire avait soixante coudées de longueur.) Voltaire suppose que les coudées n'étaient que de dix-huit pouces, mais il est prouvé que la coudée hébraïque, qui était la même que l'égyptienne, était de vingt-un pouces et quelques lignes. Ainsi le sanctuaire avait en longueur cent cinq de nos pieds. Cette partie du temple, à laquelle le critique accorde ici quatre-vingt-onze pieds de face, n'était, encore une fois, que le sanctuaire, qui ne faisait pas la cinquantième partie des bâtiments du temple. Ecoutons le philosophe se réfuter lui-même, quelques lignes plus bas : « Il ne « faut pas, dit-il, s'imaginer que ces temples « eussent la moindre ressemblance avec les « nôtres ; c'étaient des cloîtres au milieu « desquels était un petit sanctuaire. On fai« sait de ces cloîtres une citadelle ; les murs « en étaient solides, et les maisons des prê« tres étaient adossées à l'intérieur des murs. » Or, c'était ce *petit sanctuaire* qui avait, selon lui, *quatre-vingt-onze pieds de face*.

Quant aux *cent quatre-vingt mille ouvriers employés aux préparatifs du temple*, nous avons déjà observé qu'ils se succédaient dans ce travail, auquel ils n'étaient occupés qu'au nombre d'environ 20,000 à la fois.

« Cinquante ouvriers, ajoute le critique, bâ« tissent en Angleterre une belle maison de « cette dimension en six mois. » Il suit de là qu'il s'est étrangement mépris, en comparant le temple de Salomon à la maison d'un bourgeois de Londres.

« Au reste, dit-il enfin, les mesures du livre « des Rois, des Paralipomènes, d'Ezéchiel et « de Josèphe ne s'accordent pas, et cette diffé« rence entre les trois auteurs est assez extraor« dinaire. » Elle ne l'est point du tout, puisqu'ils donnent les dimensions de trois bâtiments différents. Les livres des Rois et des Paralipomènes donnent les dimensions du temple bâti par Salomon; Ezéchiel donne le plan du temple qui devait être exécuté après le retour de la captivité de Babylone, et Josèphe, de celui qui fut construit par Hérode. Au reste, ceux qui désireraient avoir une description exacte de cet édifice célèbre, peuvent consulter Reland, Prideaux, le père Lami; mais surtout Villalpand, dans ses *Commentaires sur Ezéchiel*, dont l'ouvrage est extrait dans les *Prolégomènes de la Polyglotte de Walton*. Ce bâtiment superbe essuya depuis sa construction plusieurs malheurs ; il fut pillé sous le règne de Roboam, fils de Salomon, par Sésac, roi d'Egypte. Nabuchodonosor, roi de Babylone, s'étant rendu maître de Jérusalem, l'an 598 avant Jésus-Christ, le ruina entièrement, en enleva toutes les richesses et les transporta à Babylone. Il demeura enseveli sous ses ruines pendant 52 ans, jusqu'à la première année du règne de Cyrus à Babylone. Sa reconstruction fut entreprise par Zorobabel, et la dédicace s'en fit l'an 516 avant Notre-Seigneur. Voici l'idée que donne de ce second temple Voltaire : « Le livre d'Esdras nous apprend que « les murs de ce nouveau temple n'avaient que « trois rangs de pierres brutes, et que le reste « était de simple bois; c'était bien plutôt *une « grange* qu'un temple. » — « Un roi, dit-il « encore, en parlant de Cyrus, ne s'embarrasse « guère si un temple juif sera bâti de trois « rangs de pierres de taille ou brutes, et s'il « y aura, par-dessus, trois rangs de planches ; « ce n'est pas là un temple, c'est une très« pauvre et très-mauvaise grange. » Il faut d'abord observer que *les planches* sont de l'invention de l'incrédule; quant aux pierres brutes, s'il eût consulté le texte d'Esdras, ou seulement la version grecque, il eût trouvé, au lieu *des pierres brutes* de la Vulgate, *trois ordres de grandes pierres et un ordre en bois*. Mais laissons le chaldaïque et le grec trop embarrassants pour le critique; contentons-nous de lui opposer le témoignage d'un ancien écrivain cité par Josèphe, qui servait en Syrie et en Arabie du temps d'Alexandre-le-Grand et du premier Ptolémée, et qui avait pu voir le temple de Zorobabel : « Jérusalem, dit cet ancien, est

« une belle ville bien fortifiée, ayant cinquante « stades de circuit, et environ cent vingt mille « habitants. Au milieu de la ville est une belle « enceinte de pierres de taille, longue de cinq « cents pieds, et large de cent coudées : on y « entre par deux portes. Au milieu de cette « enceinte est un autel de pierres brutes, ma- « çonnées en plate-forme carrée, ayant 20 « coudées sur chaque face, et dix d'élévation. « Près de cet autel est un grand édifice, où il y « a encore un autre autel et un chandelier, « l'un et l'autre de l'or le plus pur, qui pèsent « environ deux talents. On ne voit dans ce « temple aucune image. On n'y trouve point de « bois consacré comme dans les autres. » Il faut avouer qu'on ne connaît guère de *granges* de cette espèce. Le temple de Zorobabel fut bâti sur les fondements de celui de Salomon, mais il ne l'égalait pas en magnificence.

« Mais un roi s'embarrasse-t-il, dit encore « Voltaire, si un un temple juif sera bâti de « trois rangs de pierres de taille, au point de « le régler par un édit ? » Un roi s'embarrasse si un peuple qu'il a soumis n'élève point une forteresse, sous prétexte de bâtir un temple. Il était donc naturel que Cyrus réglât la bâtisse du temple qu'il permettait, pour qu'on n'en abusât pas. Quant au temple restauré par Hérode, le philosophe reconnaît que c'était une vraie citadelle. « En effet, dit-il, les Juifs osè- « rent s'y défendre jusqu'à ce qu'un soldat « romain ayant jeté une solive enflammée dans « l'intérieur de ce fort, tout prit feu à l'in- « stant ; ce qui prouve que les bâtiments dans « l'enceinte du temple n'étaient que du bois du « temps d'Hérode, ainsi que sous Néhémie et « sous Salomon. Ces bâtiments de sapin contre- « disent un peu la magnificence dont parle « l'exagérateur Josèphe. » Pourquoi substitue-t-il des bâtiments de sapin à des charpentes de cedres et de cyprès? Pourquoi dissimule-t-il que plusieurs jours avant l'embrasement du lieu saint, des Romains s'étaient rendus maîtres d'une partie des portiques, et les Juifs avaient détruit l'autre? Pourquoi ne dit-il pas que ce fut à cette porte, nommée *la porte d'or*, à cause des ornements dont elle était enrichie, que le soldat dont il parle mit le feu? De ce que les portes, les toits et les lambris des vestibules étaient d'un bois résineux, et par conséquent très-combustibles, quoiqu'ils fussent chargés d'ornements en or et en argent, s'ensuit-il que les bâtiments mêmes n'étaient *que de sapin?* Josèphe était *exagérateur*; mais il avait été présent à tout, il écrivait sous les yeux de ceux qui avaient vu le temple, il présentait ses écrits à ceux qui l'avaient détruit.

Sous le règne d'Adrien, les Juifs entreprirent de rebâtir le temple de Jérusalem, l'an 134 de Jésus-Christ ; cet empereur les en empêcha, et leur défendit d'approcher de Jérusalem et de la Judée. Ils recommencèrent vers l'an 300, sous Constantin ; ce prince leur fit couper les oreilles et imprimer une marque de rébellion, et renouvela contre eux la loi d'Adrien. Enfin ils y furent excités par l'empereur Julien, l'an 362 ; ils se rendirent à Jérusalem de tous les lieux de leur dispersion ; ils se mirent aussitôt à rebâtir le temple : hommes, femmes et enfants y mirent la main; quelques-uns même portèrent leur zèle jusqu'à faire faire des instruments d'or et d'argent pour travailler à ce nouvel édifice ; mais Dieu arrêta le cours de cette entreprise par des miracles qui les obligèrent d'y renoncer, et les convainquit de l'infaillibilité des prédictions de Daniel et de Jésus-Christ contre ce lieu. Les incrédules de nos jours ont attaqué ce miracle, mais ils n'y ont opposé que des conjectures et des *peut-être*. L'auteur *de la Félicité publique* a fait tous ses efforts pour le présenter comme un phénomène purement naturel, par une suite de sa prévention contre la divinité du christianisme et contre les miracles en général. Comme ce fait important a un rapport direct avec les prophéties de l'ancien et du nouveau Testament, nous ne croyons pas nous écarter de notre sujet en en démontrant la vérité et en réfutant les objections des incrédules et des critiques pointilleux. Pour démontrer la vérité de ce miracle, nous observerons d'abord que lorsque Dieu fit annoncer la ruine du temple bâti par Salomon, et la dispersion de la nation juive, qui arrivèrent sous Nabuchodonosor, il fit prédire en même temps que cette désolation ne serait point *jusqu'à la consommation et à la fin*, et qu'au contraire tout serait rétabli au bout de soixante-dix ans. Nous observerons, en second lieu, que Dieu en faisant prédire par Daniel et Zacharie la destruction du second temple et la dispersion des Juifs, exécutées par Vespasien et par Tite, non-seulement n'a suggéré à ces deux prophètes rien de semblable, mais encore qu'il a fait expressément déclarer par le premier, qu'elle durerait *jusqu'à la consommation et à la fin*. De même, Jésus-Christ, en prédisant la dernière désolation de Jérusalem, a expressé-

ment assuré qu'il ne resterait pas pierre sur pierre de l'édifice du temple, et que son emplacement *serait perpétuellement foulé aux pieds par les nations*. Or, le miracle arrivé sous le règne de Julien, n'a été opéré par la Providence avec tant d'éclat, que pour confondre les Juifs, et l'empereur apostat qui entreprit de convaincre de faux ces divins oracles.

Nous ne produirons point ici tout ce qu'une foule d'écrivains chrétiens, mais contemporains, ont écrit de cet événement mémorable, quoiqu'ils soient en grand nombre, et que la diversité même de leurs récits démontre qu'ils ne se sont pas concertés pour en imposer (voyez ces diversités conciliées, et le phénomène des croix lumineuses solidement expliqué dans la savante dissertation de Warburton, sur le projet formé par Julien de rebâtir le temple de Jérusalem : à Paris, 1764, 2 vol. in-12). Nous citerons d'abord aux incrédules le témoignage d'un païen, Ammien Marcellin, historien de réputation, grand admirateur de Julien, et qui servit avec distinction dans ses armées. Voici son texte, que l'auteur de la *Félicité publique* prétend faussement n'avoir jamais été rapporté littéralement par les apologistes du christianisme : « Julien (1), dans la « vue de rendre son règne mémorable par de « grandes entreprises, forma celle de rebâtir, à « grands frais, le fameux temple de Jérusalem, « forcé et détruit jadis par Vespasien et Tite, « après une sanglante guerre. Il avait donné « la conduite de cet ouvrage à Alypius d'An« tioche, qui avait autrefois commandé en Bre« tagne en la place des préfets. Alypius, aidé « du gouverneur de la province, poussait for« tement le travail, lorsque de terribles tour« billons de flammes, s'élançant continuelle« ment d'auprès des fondements, rendirent « ce lieu inaccessible aux ouvriers, qui furent « brûlés à diverses reprises. La résistance opi« niâtre de cet élément, qui repoussait tout ce « qui se présentait, força d'abandonner l'en« treprise. »

Si Julien n'eût eu d'autre objet que celui d'immortaliser son règne par des édifices, il avait bien d'autres sujets d'en élever, sans s'occuper du temple des Juifs. Mais des raisons qu'il n'est pas difficile de pénétrer le portèrent à les favoriser de tout son pouvoir. Nous avons encore la lettre dans laquelle (2), après avoir traité leur patriarche de *frère*, il

(1) Hist. l. 23. cap. 1.
(2) Julien, lettre 25.

les décharge de *tous impôts*, et se recommande à *leurs prières*, lui et son empire. Cette *fraternité*, qui leur procurait tant de protection et de bienveillance, était formée par la haine commune que l'empereur apostat et les Juifs portaient au christianisme. Quiconque y voudra réfléchir de bonne foi ne doutera point de ce qu'insinuait, peu d'années après, saint-Jean Chrysostôme (1), et de ce qu'a écrit Sozomène, que Julien s'était proposé d'anéantir les prophéties qui annoncent que le temple des Juifs ne doit jamais être rétabli. Rufin (2), comtemporain de Julien, et qui, peu après la mort de ce prince, fit long-temps sa demeure à Jérusalem, nous apprend que ce fut Julien lui-même qui engagea les Juifs à lui présenter requête pour obtenir le rétablissement de leur temple. Il ajoute qu'un tremblement de terre se joignit aux tourbillons de feu pour détruire les préparatifs de la nouvelle bâtisse, et qu'un portique, sous lequel les Juifs se retiraient après leur travail, tomba sur eux et les écrasa, tandis que la flamme brûlait ceux qui paraissaient sur l'esplanade du temple. Julien lui-même convient du fait dont nous parlons dans le fragment d'un de ses discours qui a été recueilli par Spanheim (3), où cet empereur, parlant des Juifs, s'exprime ainsi : « Que diront-ils de leur tem« ple, qui après avoir été renversé trois fois, « n'a pas encore été rétabli ? Je ne prétends « point par là leur faire un reproche, puisque « j'ai voulu moi-même rebâtir ce temple ruiné « depuis si long-temps, à l'honneur du Dieu « qui y a été invoqué. »

Les Juifs l'ont avoué plus clairement. Wagenseil (4) rapporte le témoignage de deux rabbins célèbres. L'un est David R. Ganszemach, 2 part. pag. 36, qui dit : « L'empe« reur Julien ordonna de rebâtir le saint « temple avec magnificence, et en fournit les « frais. Mais il survint du ciel un empêche« ment qui fit cesser le travail, parce que cet « empereur périt dans la guerre des Perses. » Ce Juif dissimule le miracle, mais un autre a été de meilleure foi. R. Gedalia, *Schat-schelet hakkabala*, pag. 109, dit : « Sous rabbi Cha« nam et ses collègues, vers l'an 4337 du « monde, nos annales rapportent qu'il y eut « un grand tremblement de terre dans l'uni-

(1) 2 Disc. contre les Juifs.
(2) L. 1. c. 38 et 39.
(3) Juliani opera, page 295.
(4) Tela ignea Satanæ, page 231.

« vers, qui fit tomber le temple que les Juifs « avaient bâti à Jérusalem, par ordre de l'em« pereur Julien l'Apostat, avec une grande dé« pense. Le lendemain il tomba beaucoup de « feu du ciel qui fondit le fer employé dans cette construction, et qui consuma un très« grand nombre de Juifs. » On remarque ici l'événement rapporté par Ammien-Marcellin, avec quelques différences remarquables. L'historien païen, avec lequel les écrivains chrétiens s'accordent, ne dit pas que le temple fût déjà élevé lorsque la flamme anéantit le projet de Julien et des Juifs ; il dit seulement que les préparatifs étaient faits, les matériaux rassemblés, et que l'on mettait la main à l'ouvrage, lorsque les tourbillons de feu, sortant des fondements, écartèreut les ouvriers. Mais on trouve trois faits essentiels, reconnus par le rabbin : l'entreprise des Juifs, *par ordre de Julien;* le *tremblement de terre* dont parle Rufin ; enfin *un feu envoyé du ciel qui fait périr grand nombre d'ouvriers juifs.* Le célèbre P. Morin de l'Oratoire (1) rapporte un troisième passage des Juifs, tiré du *Beresith Rabba*, ou du *grand commentaire sur la Genèse.* Libanius, sophiste et rhéteur païen, dit (2) que la mort de Julien fut présagée par des tremblements de terre arrivés dans la Palestine. Trois Pères de l'Église, contemporains de l'empereur Julien, rapportent le miracle arrivé à Jérusalem comme un fait public, connu de tout le monde et indubitable. Saint-Jean Chrysostôme, dans ses Homélies *contre les Juifs*, qu'il prononça à Antioche l'an 387, 24 ans après l'événement, prend ses auditeurs à témoin de la vérité ; il invite ceux qui en voudraient douter à en aller voir les vestiges sur le lieu même. On n'avait pas pu ignorer à Antioche ce qui s'était passé à Jérusalem, 24 ans auparavant. St.-Ambroise, l'an 388, en rappelle le souvenir à l'empereur Théodose pour l'empêcher d'obliger les chrétiens à rebâtir un temple de païens (3). Saint-Grégoire de Nazianze (4) raconte ce miracle avec toutes ses circonstances. Il vivait dans l'Orient, et il avait pu les apprendre de témoins oculaires ; son discours sur ce sujet peut avoir été écrit avant ceux de saint Jean Chrysostôme. Socrate (5), Sozomène (6), Théodoret (7) en parlent comme d'un fait duquel personne n'avait jamais douté. Socrate rapporte que saint Cyrille, évêque de Jérusalem, voyant commencer cette entreprise, assura les chrétiens, sur la foi des prophéties, que ce projet ne réussirait pas, et sa prédiction fut accomplie la nuit suivante. Si cela est, disent les incrédules, pourquoi ce Père, évêque de Jérusalem même, n'en a-t-il pas fait la moindre mention dans ses écrits ? La raison en est bien simple ; c'est que tous les ouvrages de ce Père qui sont parvenus jusqu'à nous, ont été composés avant cet événement. Ses Catéchèses ont paru l'an 347, et son Epître à Constance en 351 ; et le miracle dont il est question n'a eu lieu qu'en 363.

Ce fait étant mis hors de doute par les témoignages impartiaux que nous venons de produire, il ne reste de ressource aux incrédules que de supposer que ce fut un phénomène purement naturel qui, sans une direction particulière de la Providence, concourut avec le projet de Julien l'Apostat, et l'arrêta fortuitement.

Cette explication ne saurait faire impression que sur ceux qui croient que la religion est une chose aussi indifférente à la Divinité qu'elle le leur paraît à eux-mêmes; mais quiconque fera cette réflexion que Dieu, auteur de la société, de même qu'il est créateur de l'univers, attend d'elle un culte pur et digne de lui; que la source de toute vérité et de toute justice ne peut regarder d'un même œil la piété et la superstition, l'idolâtrie et le culte d'un Dieu unique et purement spirituel, en un mot la vérité et le mensonge, ne se persuadera point que la Providence ait abandonné au hasard un événement dont les circonstances, tant morales que physiques, semblent décider entre les différents cultes qui se disputaient l'approbation du ciel. Il s'agissait d'un temple dont la première construction avait été prédite et ordonnée de la part de Dieu, dont la première destruction fut pareillement décrétée et prédite ; dont le rétablissement, après le retour de Babylone, ne fut exécuté qu'en vertu des mêmes oracles et de ceux qui furent rendus dans le temple même où il fut rebâti ; d'un temple dont la seconde destruction, arrivée sous l'empire de Vespasien, avait été pareillement prédite et circonstanciée par Daniel, par Zacharie, et en dernier lieu par Jésus-Christ.

Julien, élevé dans le christianisme, initié dans le clergé par Eusèbe, évêque de Nicomé-

(1) Exercit. Bibl. page 355.
(2) De vitâ Juliani.
(3) Epist. 40.
(4) Orat. 4.
(5) L. 3. c. 20.
(6) L. 5. c. 22. (7) L. 3. c. 20.

die, dont il était neveu, instruit par ses soins dans les Ecritures tant de l'ancien que du nouveau Testament, mais ensuite devenu apostat, et ayant affiché le dessein formel de rétablir le culte des idoles et d'anéantir le christianisme; Julien entreprend de convaincre de faux, par un coup d'éclat qu'il juge décisif, les prophéties qui avaient assuré que le temple serait détruit, foulé aux pieds par les nations, et que la désolation durerait jusqu'à la consommation et à la fin. Le moyen de démentir ces oracles paraissait bien simple; il ne fallait pour cela que faire revivre le culte juif en rétablissant le temple de ce peuple. Un prince, maître absolu de la majeure partie de l'univers connu, forme cette entreprise, et la presse avec le plus grand zèle: son activité est secondée par celle d'un peuple entreprenant, s'il en fut jamais, et qui, croyant toucher au moment de sa délivrance, ne vise qu'à démentir la prédiction de Jésus-Christ, sans penser aux conséquences que le paganisme en aurait tirées ensuite contre ses propres prophètes. Les mesures les plus justes sont prises, la révélation inutilement attaquée par la violence pendant trois cents ans va sans doute succomber sous ce coup d'une profonde politique; et voilà qu'au moment où le Juif s'applaudit du rétablissement de son culte, où Julien croit s'assurer un triomphe immortel, où tout paraît désespéré pour le chrétien, les éléments conjurés, la terre ébranlée, le feu sortant de ses entrailles et se joignant à celui qui tombe d'en-haut, culbutent les restes des anciens fondements, comblent les tranchées qui étaient commencées, dispersent les matériaux, brûlent et mettent en fuite, à plusieurs reprises, les ouvriers et les conducteurs du travail, après en avoir fait périr un grand nombre, et forcent le plus fier et le plus dangereux ennemi du christianisme d'abandonner une entreprise qu'il avait infiniment à cœur et qui, à parler humainement, dépendait uniquement de sa volonté.

Si la Providence, qui tient sous sa main tous les êtres physiques, qui a mis dans le cœur des hommes un penchant invincible à reconnaître son opération dans des coups extraordinaires revêtus de tant de circonstances morales, n'a eu aucun dessein ni aucune vue particulière dans la conduite de l'événement que nous venons de décrire, d'après des auteurs contemporains et non suspects; nous le disons hardiment: il faut livrer tout au hasard, ne reconnaître aucune divinité, ou n'admettre que des dieux tels que les voulait Epicure, spectateurs oisifs de ce qui se passe dans l'univers.

Les circonstances physiques de cet événement ne se refusent pas moins que les circonstances morales à être rangées dans la classe des choses purement naturelles. On doit observer que, selon le récit des écrivains que nous avons produits, les effets tant du tremblement de terre que des tourbillons de flamme ne se firent ressentir que dans l'emplacement assez resserré sur lequel on se proposait de rebâtir le temple; rien ne fut culbuté, excepté les fondements de l'ancien temple, les monceaux de matériaux préparés pour la nouvelle construction, et le portique sous lequel les Juifs se retiraient après le travail. Eux et les travailleurs furent les seules victimes de l'embrasement. Après que les ouvriers qui revinrent plus d'une fois reprendre leur travail y eurent enfin absolument renoncé, tout redevint calme sur le sol du temple. Il n'y reste ni fente, ni gouffre, effet presque inséparable des éruptions et des volcans formés par la nature; les environs de ce terrain étaient couverts d'édifices; le mont des Oliviers, qu'une vallée très-étroite sépare de la place où le temple était autrefois, portait sur sa cîme une superbe église, bâtie par la mère de Constantin sur le lieu d'où Jésus-Christ s'était élevé dans les cieux; on en voyait un autre sur le mont de Sion, contigu à l'emplacement du temple; au nord, à peu de distance, était la fameuse basilique de la Résurrection, qui couvrait le Calvaire et le sépulcre du Sauveur. Tout près des fondements d'où sortait la flamme était une petite église de chrétiens, dans laquelle la foule des Juifs effrayés tenta en vain de se réfugier (1). Aucun de ces édifices ne fut ni ébranlé ni endommagé; personne ne périt, excepté les travailleurs et les instigateurs de l'ouvrage. Qui doua ainsi la flamme d'intelligence pour ne poursuivre que ceux-ci, pour reparaître autant de fois qu'ils se présentèrent, comme si la garde de ce lieu lui eût été confiée; pour s'amortir et s'éteindre dès qu'ils abandonnaient le travail? Qui borna à un terrain circonscrit et destiné à l'ouvrage, des secousses qui, selon la marche ordinaire de la nature, doivent s'étendre au loin? Qu'on nous montre quelque chose de pareil dans les désastres

(1) Grég. de Nazianze, 4 disc. cont. Jul.

sans nombre dont la mémoire s'est conservée? Qu'on en cite quelqu'un arrivé précisément au moment où il vérifiait des prédictions *fort antérieures* et *bien connues?* Alors nous conviendrons que l'événement qui fit avorter l'entreprise de Julien fut un événement purement naturel. Mais si le récit que nous en font des auteurs contemporains, des auteurs païens, des Juifs même; si l'expérience de tous les âges, et l'idée que la saine raison nous donne de la Providence ne permettent pas de le regarder comme tel, il faut donc convenir que c'a été un coup miraculeux, destiné à déconcerter la politique raffinée de Julien, et à convaincre les incrédules les plus opiniâtres. Ce prodige en effet fit une forte impression sur un nombre considérable de Juifs qui demandèrent et reçurent le baptême, comme nous l'apprenons des écrivains ecclésiastiques que nous avons cités; les autres quittèrent la place, et se retirèrent chacun dans le lieu de leur dispersion.

Nous nous sommes un peu étendus sur ce fait à cause de son importance, et des efforts que les incrédules modernes ont faits pour en obscurcir la vérité. (Duclot.)

DE CONSENSU LIBRORUM REGUM ET PARALIPOMENON

Cum SS. Matthæo et Lucâ, in genealogiis regum Juda,

Dissertatio.

Propositio unica. — *Libri Regum et Paralipomenon in genealogiis regum Juda ab Evangelio non dissentiunt.*

Hanc propositionem probat utriusque Testamenti scriptio Spiritu S. auctore, qui pugnantia loqui non potest. Unde certò tenendum est, nullam esse inter scriptores sacros dissonantiam; et loca Scripturæ, quæ pugnantia in speciem videntur, conciliari posse, quamvis ratio conciliandi nobis non sit ita perspecta, nullam ut difficultatem circa illa patiamur. Secundò, propositionis hujus veritas patebit ex objectionum solutione.

Prima est, quòd Regum et Paralipomenon libri doceant Joram genuisse Ochosiam; Ochosiam genuisse Joasum; Joasum genuisse Amasiam; denique Amasiam genuisse Oziam (4 Regum 8, 24, et 11, 2; 1 Paralipomenon 3, 2, 11; 2 Paralipomenon 26, 1). At Matthæi, 1, 8, dicitur: *Joram genuit Oziam;* Ochosias, Joas, Amasias, in hâc serie genealogicâ prætermittuntur. Secunda est, quòd libri Regum et Paralipomenon Josiam quatuor duntaxat filios habuisse tradant; Johanan, qui et Joachaz, Joakim, qui et Eliacim, Sedeciam, qui et Matthanias, et Sallum. Joakimi verò filius fuit Jechonias, non Josiæ (4 Regum 24, 25, 1 Paralipomenon 3, 15, 16, 2 Paralipomenon 34, 35, Jeremiæ 22, 2, 12). At Matthæi 1, 2, dicitur: *Josias autem genuit Jechoniam.* Constat etiam ex 2 Paralipomenon 34, 28, et 35, 24, Josiam diù ante captivitatem Babylonicam occubuisse: et tamen cap. 1 S. Matthæi dicitur genuisse *Jechoniam et fratres ejus in transmigratione Babylonis.* Tertia est, quòd Paralipomenon historia et chronologia doceant Salathielem à Jechoniâ genitum in captivitate Babylonicâ; cùm tamen Matthæi 1, dicitur: *Et post transmigrationem Babylonis, Jechonias genuit Salathiel.* Quarta est, quòd Zorobabel filius fuerit Pedaiæ, non Salathielis (1 Paralipomenon 3, 17, 18, 19). At Matthæi 1, dicitur: *Salathiel genuit Zorobabel.* Quinta est, quòd Zorobabelis filios tantùm duos recenseat liber 1 Paralipomenon cap. 1, Mosollam et Hananiam, et Salomith sororem eorum, nullâ mentione factâ Abiud, cujus tamen meminit S. Matthæus cap. 1, his verbis: *Zorobabel autem genuit Abiud.* Sexta, quòd Salathiel filius fuerit Jechoniæ secundùm Paralipomenon historiam et S. Matthæum; at secundùm S. Lucam filius fuerit Neri.

Ad primam objectionem respondetur, Oziam apud S. Matthæum genitum dici à Joramo, quamvis Amasiæ, non Jorami filius fuerit, quia Jorami fuit abnepos. Ut enim nepotes dicuntur filii apud Hebræos, sic avi et proavi patres appellantur, qui censeri possunt

illos genuisse, generatione videlicet mediatâ, quâ reverà ab illis genus ducunt. Sic Christus à S. Mathæo dicitur *Filius David, filius Abraham.* Sic mortales omnes *filii Adam* vocantur: Sic Elisabeth Lucæ 1, esse dicitur *ex filiabus Aaron.* Sic mulier quam liberavit Christus ab infirmitate, quâ annis decem et octo laboraverat, Lucæ 13, 16, dicitur *filia Abrahæ.* Sic Judæi Joannis 8, 39, de se ipsis aiunt: *Pater noster Abraham est.* Jus denique Romanum liberorum nomine non filios solùm et nepotes, sed et pronepotes, et abnepotes complectitur. Ideò autem tres reges in Christi genealogiâ S. Matthæus prætermisit, quia Spiritui sancto, cujus fuit amanuensis, constitutum erat omnes illas generationes in certas tessaradecadas referre. Unde seriem illam genealogicam ita concludit vers. 17: *Omnes itaque generationes ab Abraham usque ad David generationes quatuordecim; et à David usque ad transmigrationem Babylonis generationes quatuordecim; et à transmigratione Babylonis usque ad Christum generationes quatuordecim.* Cùm autem in secundâ serie septemdecim generationes reperirentur, aliquæ fuerunt prætermittendæ, et quidem tres, ut numerus ille constaret. Cur autem potiùs prætermissi sint Ochozias, Joas, et Amasias, quàm alii, ratio hæc omnium maximè probabilis est, quòd Deus maledictionem peculiarem effundendam super domum Achab bis pronuntiâsset (3 Regum 21, 22, et 4 Regum 9, 8 et seq.), quicquid videlicet Achabi esset, excisum iri *usque ad mingentem ad parietem.* Quam maledictionem hìc ratam esse voluit Deus, tres illos reges Achabi posteros (Ochosias enim à Joramo ex Athaliâ filiâ Achabi genitus fuit), prorsùs expungendo ex genealogiâ Christi. Quamvis enim actu regnaverint, ob maledictionem tamen illam singularem censentur quasi capite minuti non regnâsse. Sic tribus Dan, Apocalypsis cap. 7, in *signatorum* serie prætermissa est, quia jam olim à Dei cultu defecerat, et se cum gentibus permiscuerat (Judicum 18).

Hanc responsionem auctoritate suâ confirmant SS. Hilarius et Hieronymus. Ille cap. 1 in Matthæum ita scribens: « Ab Abraham usque ad David quatuordecim generationes « enumeratæ sunt; et à David usque ad transmigrationem Babylonis, cùm in Regnorum « libris decem et septem deprehendantur. Sed « in hoc non mendacii aut negligentiæ vitium « est. Tres enim ratione præteritæ sunt. Nam « Joram genuit Ochoziam, Ochozias verò genuit Joram, Joras deinde Amasiam, Amasias « autem Oziam. Et in Matthæo Joras Oziam « genuisse scribitur, cùm quartus ab eo sit. « Hoc ita, quia ex gentili feminâ Joras Ochoziam genuit, ex Achab scilicet qui Jezabel « habuit uxorem. Denique per prophetam, « nonnisi quartâ generatione, in throno regio « Israelis, quanquàm de domo Achab esse sessurum dicitur. Purgatâ igitur labe familiæ « gentilis, tribusque præteritis jam regulis, in « quarto generationum consequentium origo « numeratur, et usque ad Mariam generationes « quatuordecim esse scribuntur, cùm in numero decem et septem reperiantur; nullus « error esse poterit scientibus, non eam solùm « esse Domino nostro Jesu Christo originem, « quæ cœpit ex Mariâ; sed in procreatione « corporeæ nativitatis æternam significantiam « comprehendi. » Iste verò, scilicet S. Hieronymus Commentario in S. Matthæi cap. 1, hæc habet: « Cernis ergo quòd secundùm « fidem historiæ tres reges in medio fuerint, « quos hìc Evangelista prætermisit; Joram « quippe non genuit Oziam, sed Ochoziam, et « reliquos quos enumeravimus. Verùm quia « Evangelistæ propositum erat tres tessaradecades in diverso temporum statu ponere, et « Joram generi se miscuerat impiissimæ Jezabel, idcircò usque ad tertiam generationem « ejus memoria tollitur, ne in sanctæ nativitatis ordine poneretur. »

At, inquies, cur ob eamdem maledictionem non sunt etiam prætermissi reliqui ab Achabo mediatè quoque progeniti, videlicet Ozias et alii? Respondetur, iram Dei et maledictionem in puniendâ sobole ob parentum peccata, ad tertiam saltem vel quartam generationem pertinere, secundùm legem Exodi 20, 5: *Ego sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam et quartam generationem eorum qui oderunt me.* Ultra quartam itaque generationem maledictio illa in posteros Achabi non est extensa; sicut nec benedictio à Deo effusa in posteros Jehu ob executionem divini judicii contra domum Achab (4 Regum 10, 30), ultra quartam generationem progressa est. Non mirum ergo quòd tres tantùm generationes, non plures, in serie regum ex Achabi genere ortorum prætermiserit S. Matthæus Christi genealogiam texens.

Adversùs communem illam et maximè probabilem responsionem erit qui objiciat, Ochoziam in Scripturâ sacrâ non dici nepotem Achabi ex filiâ, sed potiùs nepotem Amri regis

Israelitarum, cujus filia vocatur Athalia, non verò Achabi (4 Regum 8, 26). Tres ergo illi reges à S. Matthæo non sunt expuncti, eò quòd essent ex genere Achab, et maledictionis illi denuntiatæ participes.

Respondetur, Athaliam vocari filiam Amri, hoc est, neptem, ex Hebræorum consuetudine et usu loquendi, quamvis fuerit filia Achabi, qui erat filius Amri. Certè *filia Achabi* non semel vocatur (4 Regum 8, 18, 19, 27). Nec Jehu Ochoziam occidi jussisset, cùm maledictionem divinam super domum Achab executus est (4 Regum 9, 27), nisi fuisset ex posteritate Achabi. Addunt aliqui, eam potiùs dici filiam Amri quàm Achab, ob execrandam Achabi memoriam, ne proles aliqua ipsi superstes videretur. Sed hæc ratio nullius est momenti, siquidem in eo ipso cap. 8, lib. 4 Regum, ubi de Ochoziâ dicitur vers. 26 : *Nomen matris ejus Athalia filia Amri regis Israel;* de Joramo patre Ochoziæ, vers. 18, dicitur : *Ambulavitque in viis regum Israel, sicut ambulaverat domus Achab; filia enim Achab erat uxor ejus.* Et de ipsomet Ochoziâ vers. 27 : *Et ambulavit in viis domûs Achab... Gener* enim domûs Achab fuit.

Ad secundam objectionem respondetur, in genealogiâ Christi apud S. Matthæum duos esse Jechonias, unum ante transmigrationem Babylonis, alterum in ipsâ transmigratione genitum. Prior est ipse Joakim filius Joziæ; qui et Eliacim vocatur. Posterior filius fuit Joakimi, pater Salathielis. Itaque Joakim binomium fuisse verisimile est, et Jechoniam etiam appellatum, quod in historiâ sacrâ et ipsâ regum Juda serie non infrequens, cùm Sedecias nomen etiam obtinuerit Matthaniæ, et Ozias nomen Azariæ. Sic distincto Jechoniâ patre, qui aliàs Joakim, à Jechoniâ filio, qui aliàs Joakim, suus utrique tessaradecadi constat numerus, quarum alterutra alioqui imminuta esset. Sic etiam cum historiâ sacrâ facilè conciliabitur, quod de Jechoniæ fratribus in Christi genealogiâ S. Matthæus addit. Nam Joakim seu Jechonias pater fratres habuit, non Joakim seu Jechonias filius; alioqui Nabuchodonosor, qui hunc solio dejecit, et Babylonem abduxit, aliquem ex ejus fratribus, potiùs quàm Sedeciam ejus patruum regem creâsset; quod tamen factum legimus 4 Reg. 24, 17. Hæc responsio magnis nominibus nititur, scilicet S. Epiphanii, qui Jechoniam duplicem agnoscit, unum Josiæ, alterum ipsius Jechoniæ filium, Josiæ nepotem. Unius nomen excidisse censet in textu S. Matthæi, atque ita restituendum : *Jechonias autem genuit Jechoniam ; Jechonias autem genuit Salathiel.* Pro quo Maldonatus supplendum censet : *Joakim autem genuit Jechoniam* ; *Jechonias autem genuit Salathiel.* Posteriorem tamen Jechoniam cum Sedeciâ perperàm confundit S. Epiphanius, et priorem Jechoniam eumdem esse cum Sellum, eumque etiam Amasiam nominatum falsò asserit; aliaque in paucis lineis committit errata, quæ notat Petavius Animadvers. in S. Epiphanium. Locus autem Epiphanii Hæresi 6, sic habet : « Josias genuit Jechoniam..... « Ab hoc Jechoniâ ejusdem nominis alter ge- « nitus est... Nec est, quòd eâ de re quisquam « dubitet, miretur verò magis accuratam à « nobis initam rationem, et hoc loco in stu- « diosorum gratiâ utiliter explicatum, qui ca- « stigatiora exemplaria consulere eruditionis « causâ voluerunt. Non enim diffido quin cum « animi sui fructu candidè in iis quæ à nobis « proposita sunt acquiescere cogantur, simul- « que vocem illam lucrifaciant, quæ ab impe- « ritis quibusdam emendatoribus est propter « ambiguitatem ex Evangelio sublata. Nam « cùm generationes omnes Matthæus tripartitò « distribuerit, et ab Abrahamo ad Davidem « usque 14 enumeret, superior utraque series « integra reperitur, neque quicquam ad nu- « merum deest, qui ad Jechoniam ordine « pertexitur. At tertia demùm series 13 dun- « taxat, non 14 generationum nomina com- « plectitur, quod à nonnullis commissum est, « qui cùm Jechonias duos conjunctim esse « scriptos cernerent, arbitrati sunt eamdem « vocem præposterè in eâ serie repetitam. « Verùm ejusdem ista repetitio minimè fuit; « sed numerandi ordo perspicuus, siquidem « Jechoniæ filio de parente nomen impositum « est. At isti elegantiæ vindices, dùm unum « nomen expungunt, per summam ignorantiam « contra præpositum peccârunt. Atque et no- « minum 14 collegium, quod ibidem ostendi- « tur, uno detracto numerantur, et multipli- « cem unius ad alterum rationem habitudi- « nemque sustulerunt. » At emendatione textui S. Matthæi opus esse non persuadet sancti Epiphanii auctoritas, cùm recepta lectio vetustissima sit, ut ex omnium penè codicum Græcorum ac Latinorum summo consensu, et ex antiquorum Patrum scriptis constat; eâque lectione servatâ, numerus integer in utrâque tessaradecade reperiatur; et evidens sit ex intervallo captivitatis Babylonicæ interjecto,

alium esse Jechoniam, qui post captivitatem Babylonicam genuit Salathielem à priori Jechoniâ Josiæ filio. Ad primam ergo tessaradecadem pertinet Jechonias filius Josiæ ; ad tertiam tessaradecadem Jechonias alter hujus filius. Josiæ nepos, pater Salathielis, ut observat etiam Cajetanus noster Commentar. in Evang. S. Matthæi.

Nititur hæc responsio S. Ambrosii auctoritate lib. 3 in Evangelium S. Lucæ, § 46. « Quòd verò, inquit, post Jechoniam duodecim « generationes enumerâsse videtur Evange- « lista, si diligenter advertas, hìc quoque « quatuordecim generationum poteris invenire « rationem. Duodecim enim usque ad Joseph « numerantur, non usque ad Christum. Ter- « tius decimus est Christus. Sed nihil refert « utrùm in duabus generationibus, an in unâ « mendacium sit. Tamen ne hìc quidem cæcum « aliquem scopulum aut naufragium invenias « veritatis. Duos Joachim, hoc est, duos Je- « chonias fuisse historia indicat : unum ante « transmigrationem, alterum in ipsâ transmi- « gratione generatum, id est, patrem et filium. « Ergo pater inter generationes superiores est « computatus, qui successit Josiæ ; filius inter « posteriores, qui successit patri, id est, nepos « Josiæ. Sic enim scriptum est 4 Reg. 23, 34, « 36 : *Et imperavit Pharao super Israel, Joa- « kim filio Josiæ regnante in Judæâ pro patre « suo, et convertit nomen Joakim in regnando, « et undecim annos regnavit in Jerusalem.* Quibus « subjecit ibid. 24, 5, seq. : *Et reliqua verbo- « rum Joakim, et omnia quæ fecit, nonne scripta « sunt in libro Verborum, et in diebus eorum qui « regnaverunt in Judæâ? Et dormivit Joakim cum « patribus suis, et regnavit Joakim filius ejus pro « eo. Filius decem et octo annorum erat Joakim : « et cùm regnaret, tribus mensibus regnavit in « Jerusalem; nomen matris ejus Mesola..... et « omnia, quæ fecit sub oculis Domini pater ejus, « et ipse fecit, et in diebus ejus ascendit Nabu- « chodonosor rex Babylonis in Jerusalem.* Vides « igitur quòd alius fuerit Josiæ filius, alius « nepos : filius ille cui Jeremias nomen impo- « suit, nepos iste qui patris vocatus est no- « mine. Et benè S. Matthæus à prophetâ noluit « discrepare, ut non Joakim, sed Jechoniam « nominaret... Non igitur suppressit alterum « Evangelista, sed utrumque significavit, quòd « uterque Jechonias dictus sit. Ita addito ju- « niore Jechoniâ, generationes quatuordecim « computantur. »

Eamdem responsionem confirmat S. Hieronymus Commentario in cap. 1 S. Matthæi : « Si voluerimus, inquit, Jechoniam in fine « primæ tessaradecadis ponere, in sequenti « non erunt quatuordecim, sed tredecim. « Sciamus igitur Jechoniam priorem ipsum « esse quem et Joakim. Secundum autem, fi- « lium, non patrem ; quorum prior per *k* et *m*, « sequens per *ch* et *n*, scribitur ; quod scrip- « torum vitio et longitudine temporum apud « Græcos Latinosque confusum est. »

Hæc autem responsio probabilior est et minùs coacta illâ S. Augustini, lib. 2 de Consensu Evangelistarum, cap. 4, asserentis eumdem Jechoniam bis in genealogiâ nominatum in fine unius, et initio alterius tessaradecadis. « Cùm « inquit, quater denas generationes tribus « distinxisset articulis, dicens, ab Abraham « usque ad David generationes esse quatuor- « decim, et à David usque ad transmigrationem « Babylonis alias quatuordecim, totidem alias « usque ad nativitatem Christi; non tamen « eas duxit in summam ut diceret : Fiunt om- « nes quadraginta duæ. Unus quippe in illis « progenitoribus bis numeratur, id est, Jecho- « nias, à quo facta est quædam in extraneas « gentes deflexio, quando in Babyloniam trans- « migratum est. Ubi autem ordo à rectitudine « flectitur, atque ut eat in diversum, tanquàm « angulum facit, illud quod in angulo est, bis « numeratur, in fine scilicet prioris ordinis, et « in capite ipsius deflexionis. Et hoc ipsum « jam præfigurabat Christum à circumcisione « ad præputium, tanquàm ab Jerusalem ad « Babyloniam, quodammodò migraturum, et « hinc atque hinc utrisque in se credentibus « tanquàm lapidem angularem futurum. Hæc « tunc in figurâ præparabat Deus rebus in ve- « ritate venturis. Nam et ipse Jechonias, ubi « angulus iste præfiguratus est, interpretatur : « *Præparatio Dei.* »

Ait autem S. Matthæus, *Josiam genuisse Jechoniam in transmigratione Babylonis*, id est, circa transmigrationem. Vox enim Græca, ἐπὶ, notat quidem tempus, quo res gesta est, non tamen strictè, sed interdùm cum latitudine. Sic Genes. 2, 2, dicitur : *Complevitque Deus die septimo opus suum quod fecerat*, cùm tamen illud perfecerit ante diem septimam, quæ quieti destinata fuit, quòd Deus in illâ ab operibus suis quieverit. Sic Marci 2, 26, de Davide dicitur : *Introivit in domum Dei sub Abiathar principe sacerdotum, et panes propositionis manducavit*, id est, circa pontificatum Abiatharis. Id enim sub Abimelecho pontifice Abiatharis

patre contigit. Sic Lucæ 3, 2 : *Factum dicitur verbum Domini super Joannem Zachariæ filium in deserto, sub principibus sacerdotum Annâ et Caiphâ,* cùm tamen eo tempore solus Caiphas pontificatu maximo fungeretur, Annas autem antea pontificatum gessisset, summæque eo tempore esset auctoritatis ob generis claritatem, ob dignitatis præteritæ splendorem, et ob affinitatem cum Caiphâ, cujus erat socer. Cùm ergo sub tempora transmigrationis, id est, nutante jam statu populi Judaici, et imminente deportatione Babylonicâ, utpote inter quam et Josiam nulli alii reges intercessêre ab eâ immunes, rectè dicere potuit S. Matthæus, *Josiam genuisse Jechoniam et fratres ejus,* ἐπὶ τῆς μετοικεσίας, in transmigratione. Responderi etiam potest, hæc verba : *In transmigratione Babylonis,* non referri ad τὸ *genuit*, quasi Josias genuerit in captivitate Babylonicâ ; sed referri ad filios genitos, quasi dicat : *Josias genuit Jechoniam et fratres ejus, qui fuerunt in transmigratione Babylonis.* Hoc est, quod è recentioribus interpretibus quidam subtiliter dixerunt : Transmigrationem non statui *ut mensuram generationis,* cùm ante illam genuerit Josias; *sed ut mensuram genitorum,* quòd Jechoniâ et fratribus ejus viventibus acciderit, illique captivi Babylonem pariter deportati sint.

Ad tertiam objectionem respondetur, nomen *transmigrationis* duplici sensu ac significatione accipi posse; primò, quatenùs designat solum actum transmigrationis Judæorum Babylonem; vel quatenùs significat præterea totum tempus Babylonicæ captivitatis. Si posteriori sensu sumatur, rectè dicitur Salathiel in transmigratione genitus; si priori, verè dicitur genitus *post transmigrationem Babylonis.* Et hoc sensu vocem illam S. Matthæus usurpavit. Alii id aliter exprimunt: Salathielem à Jechoniâ genitum post transmigrationem inchoatam, non consummatam. Ejus autem generatio non est referenda ad priora captivitatis tempora, quibus Jechonias vinctus et durè admodùm in carcere habitus est à Nabuchodonosore; sed ad posteriora, quibus ab Evilmerodacho ejus filio è carcere eductus, regio cultu in aulâ Babyloniâ vixit, ut refert historia sacra 4 Regum cap. 25: *Factum est verò in anno trigesimo septimo transmigrationis Joakim regis Juda, mense duodecimo, vigesimâ septimâ die mensis, sublevavit Evilmerodach, rex Babylonis, anno quo regnare cœperat, caput Joakim regis Juda de carcere. Et locutus est ei benignè; et posuit thronum ejus super thronum regum, qui erant cum eo in Babylone. Et mutavit vestes ejus quas habuerat in carcere, et comedebat panem semper in conspectu ejus cunctis diebus vitæ suæ. Annonam quoque constituit ei sine intermissione, quæ et dabatur ei à rege per singulos dies omnibus diebus vitæ suæ.* Quod testatur etiam Jeremias cap. 52; his, inquam, temporibus Jechonias genuit Salathiel.

Ad quartam objectionem respondetur, cum Tostato et Cajetano nostro, Zorobabelem, de quo in Paralipomenis, alium esse ab eo qui filius Salathielis à S. Matthæo dicitur, quippe cùm ille Pedaiæ filius, non Salathielis vocetur, hic verò et apud Esdram, Nehemiam, Aggæum, nusquàm Pedaiæ, semper Salathielis filius, ut à SS. Evangelistis Matthæo et Lucâ, dicatur. Alii quoque liberi diversas personas arguunt. Zorobabel enim apud S. Matthæum genuisse dicitur Abiud; ille verò de quo in Paralipomenis genuit Mosollam et Hananiam; nullus inter filios ejus Abiud nominatur. Priorem itaque Zorobabelem alium esse regii quidem generis, sed ab ethnarchâ planè distinctum. Respondent alii, valdè esse probabile, Salathiele, qui Jechoniæ primogenitus fuit, absque liberis defuncto, Pedaiam fratrem pro jure leviratûs, ductâ ejus uxore, semen ei suscitâsse, atque hinc factum, ut Zorobabel Salathielis, non Pedaiæ filius appelletur (Esdræ cap. 3, 2, Aggæi 1, 1 ; Matthæi 1, 12, Lucæ 3, 27). Verùm hæc mera conjectura est, nullo argumento fulta. Respondent alii, Zorobabelis patrem fuisse binominem, Pedaiam scilicet ac Salathielem appellatum. Similiter Abiud alio nomine Mosollam dictum, vel Hananiam.

Ex quo patet responsio ad quintam objectionem. Quæ nihilominùs dilui aliter potest, dicendo cum aliis, Zorobabelem, præter filios quorum nomina lib. 1 Paralipomenon recensentur, adhuc alios habuisse, et inter alios Abiud à S. Matthæo memoratum. Vel Hasubah aut Ohel posteritatem, quæ in Paralipomenis prætermissa est, ab Evangelistâ recenseri. Cur autem series genealogica Abiud à scriptore sacro Paralipomenon observata non fuerit, ratio hæc probabilis reddi potest, quòd genealogia à S. Matthæo contexta, et ad Josephum per Abiud deducta, fuerit quidem hominum Davidis familiâ progenitorum, sed obscurorum admodùm, et ex singulari Dei dispensatione ad statum privatum et ad conditionem vilem et abjectam redactorum. Et quia ista declinatio in Abiud facta est, inde fortè

contigit ut auctor sacer Paralipomenon, nec Abiud, nec posterorum ejus, majorum Josephi, obscuram prorsùs vitam agentium meminerit, sed illos recensuerit, qui tum temporis in majori dignitate constituti erant, et quorum nomen clarius ac celebrius erat. Genealogiam porrò majorem Josephi per Abiud et posteros S. Matthæum descripsisse ex tabulis genealogicis Judæorum, dirigente Spiritu sancto, probabile est. Has enim genealogias summâ diligentiâ Judæi conscribebant et asservabant, eorum inprimis qui ex tribu Juda, vel ex tribu Levi erant oriundi; ex tribu Levi, ne sacerdotium quisquam ab eâ tribu alienus invaderet, ex tribu Juda ob Messiam ex illâ nasciturum. Et quia promissio generalis de Messiâ ex Judaicâ tribu nascituro postmodùm restricta fuit ad domum et familiam Davidis regis, verisimillimum est posterorum Davidis quorumcumque majorem habitam fuisse rationem, quàm aliorum, ut constaret qui à David, et quâ lineâ, et quo gradu descenderent. Neque verò gratis asseritur illud de tabulis genealogicis studiosè conscriptis et asservatis, sed in Scripturâ sacrâ fundamentum habet; 1 Esdræ 11, 59 : *Et hi qui ascenderunt de Themalâ, Thelarsâ, Cherub, et Adon, et Emer; et non potuerunt indicare domum patrum suorum, et semen suum, utrùm ex Israel esset.* Item versic. 61 et 62 : *Et de filiis sacerdotum : Filii Hobia, filii Accos, filii Berzellai..... Hi quæsierunt scripturam genealogiæ suæ, et non invenerunt, et ejecti sunt de sacerdotio.* Quod et 2 Esdræ 7, 64, repetitur. Et Nehemias censum populi acturus, in tabularum genealogicarum beneficio exequitur, ut ex eodem capite compertum est. Idem confirmatur ex Julio Africano apud Eusebium, libro 1 Historiæ ecclesiaticæ, cap. 7, ubi testatur, Herodem in ejusmodi genealogias studiosè inquisivisse, et omni conatu eas abolere sategisse, ne quisquam Judæorum eum nobilitate generis superare videretur, et genus suum ad patriarchas referre posset. Plures tamen genealogicas familiarum suarum tabulas ex publicis archiviis descripsisse. « Cæterùm, « inquit Africanus, cùm ad id usque temporis « in tabulariis publicis descriptæ essent origi« nes tam familiarum Hebraicarum quàm eo« rum qui ad proselytos, id est, advenas, genus « suum referebant, verbi gratiâ ad Achior « Ammonitem, eosque qui ex Ægypto simul « cum Israelitis egressi, per matrimonia cum « ipsis permixti fuerant, Herodes priscas illas « Israelitarum familias nihil ad se pertinere « intelligens, ignobilitatis suæ conscientiâ sti« mulatus, omnia illa veterum familiarum mo« numenta concremavit, ratus se tum demùm « nobilem visum iri, cùm nemo esset qui ex « publicis monumentis originem generis sui, « vel ad patriarchas, vel ad proselytos, vel ad « permixtos Israelitis peregrinos, qui Γειῶραι « dicuntur, posset referre. Pauci tamen anti« quitatis studiosi privatos stirpis suæ com« mentarios, vel quòd nomina ipsa memoriter « callerent, vel ex archiviis descriptos penès « se habentes, in primis gloriabantur, quòd « avitæ nobilitatis memoriam conservâssent. « Ex quorum numero erant hi de quibus supra « dixi ob propinquitatem generis, quâ Servatori « nostro juncti erant, δεσπόσυνοι appellati, qui « è Nazaris et Cochaba Judææ vicis in varias « regiones dispersi, supradictam generis seriem « ex Ephemeridum libro quàm poterant fide« lissimè exposuerunt. »

Ad objectionem sextam respondetur, duos fuisse Salathieles, unum filium Jechoniæ, alterum filium Neri, illum ex lineâ Salomonis, istum ex lineâ Nathanis; illius meminisse S. Matthæum cum auctore Paralipomenon, istius S. Lucam. Et certè cùm longè alii fuerint Salathielis majores ad Davidem usque apud S. Lucam, quàm Salathielis apud S. Matthæum, probabilius est utrumque Evangelistam diversarum personarum mentionem facere.

Respondent alii, secuti conjecturam et auctoritatem Philonis, Jechoniam binominem fuisse, et vocatum etiam Neri; hoc scilicet nomine insignitum fuisse à populo, postquàm exaltari cœpit caput ejus ab Evilmerodacho, 4 Regum 25, eò quòd lucerna Davidis quasi extincta in eo tum velut reaccensa fuerit. Sed cùm alii Jechoniæ parentes, alii Neri ab utroque Evangelistâ recenseantur, diversos fuisse probabilius est.

AUGUSTINI CALMETI (1)

IN DUOS LIBROS PARALIPOMENON

Prolegomenon.

Geminos Paralipomenon libros unâ contextûs serie jungebant olim Hebræi; hodiè in Bibliis ad suum usum pro nostro more distinguunt, facilè ne usum concordantiarum, quas à Latinis acceperunt, sibi interdicant. Totum opus inscribunt דברי הימים *Verba dierum*, sive Annales, veteres illas ephemerides, sæpiùs in libris Regum laudatas, spectantes: *Nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum?* Falluntur illi tamen, siquidem veteres illos Commentarios regum Juda et Israelis cum Paralipomenis miscendos censeant; sæpè enim Paralipomena ad eosdem Annales lectorem remittunt, quos fusiùs historias retulisse, et alia plura, frustra in Paralipomenis quærenda, continuisse constat. Nos Græco vocabulo Παραλειπόμενα, *Paralipomena*, appellamus, nempe *prætermissa*; est enim opus veluti supplementum cæteris Scripturæ libris adjectum, plura continens in aliis omissa. Sed, ut infra demonstrabimus, longè aliud fuit auctoris hujus libri consilium, quàm ut cæteris S. Scripturæ libris supplementum scriberet.

Quis potissimùm opus adornaverit, incertum. Sunt qui eidem auctori et hos et libros Regum tribuerint, cùm et eosdem utrobique Annales laudet, et easdem non raro phrases retineat. Verùm quid unum eumdemque auctorem induxit, ut easdem utrobique historias, et iisdem sæpè verbis recitaret; ac vicissim in adscriptionibus temporum, in rerum circumstantiis, genealogiis, atque nominibus propriis variaret? Idemne scriptor negotium nobis facessere per ludum voluisset, nostrum torquens ingenium, utpote quibus nulla suppeteret ratio cur adeò in utroque opere variare maluisset? Cùm interim si duos auctores, ambos suo marte scribentes, producamus, planum sit, cur alter fusiùs, alter strictiùs historiam referat; cur insuper alter alteram chronologiam pro variâ ducendorum annorum ratione sine errati suspicione sequatur.

(1) Vide Calmeti vitam, Scripturæ sacræ vol. 5, col. 1001.

Judæi et interpretes nostrates scriptum ab Esdrâ librum arbitrantur, cùm nimirùm captivitate solutâ, dirigentibus Aggæo et Zachariâ, operi scribendo otium nactus est. Favet huic opinioni 1° quòd unius auctoris opus esse, styli æquabilitas, perpetua contextûs series, historiarum fusiùs antea expositarum identidem subjectæ complexiones, et appositæ ad rem animadversiones, satis demonstrant. 2° Post captivitatem scriptum, arguit edictum Cyri de Judæis Hierosolymam, solutâ demùm captivitate, remittendis; genealogia à Davide usque ad Zorobabelem, imò et ulteriùs deducta. Porrò Zorobabelem in Judæam venisse, post factam à Cyro redeundi copiam, quis nesciat? Meminit etiam primorum Hierosolymæ incolarum, imò et aliorum, solutâ captivitate. Prosequitur etiam auctor rerum Judaicarum labentium, sub postremis regibus Juda, historiam; universum Judam Josiæ funus plorâsse dicit; quâ occasione scriptæ Jeremiæ lamentationes ore omnium cantorum et cantatricum, ait, versabantur. Jeremias autem templi eversionem, et populi captivitatem oculatus testis spectavit. 3° Plures ibidem voces occurrunt, vel recentiùs quàm ante captivitatem invectæ, vel saltem frustra in libris ante eamdem captivitatem scriptis quærendæ (2), cùm vicissim plura Esdræ peculiaria sive in vocibus, sive in syntaxi occurrant.

Hæc quidem pro Esdrâ; nunc verò quæ contra ipsum promamus. Prosequitur auctor genealogiam Zorobabelis ab eo usque ad duodecimam generationem. Zorobabel, Hananias, Phaltias, Ieseias, Raphaia, Arnan, Obdia, Sechenias, Semeias, Naaria, Elioenai, Oduia. Hæc sanè spatium ut minimum 300 annorum exigentia, satis demonstrant, operis auctorem multò quàm Zorobabelem, ipsumque adeò Esdram, recentiorem fuisse; nisi scripto jam-

(2) כפורי, *crater*, 1 Esdr. 1, 10, et 8, 27, et 1 Paralip. 28, 17; ארדבונים, *drachma*, 1 Paralip. 29, 7, et 1 Esdr. 11, 69, et 2. Esdr. 7, 70; רפסרות, *rates*, 2 Paralip. 11, 16; בודכליא, *collectores*, 4 Reg. 22, 1.

dudùm operi eamdem genealogiam alterius manu adjectam maluerimus.

Hisce tamen facilè reponere possumus, simulque repugnantia omnia conciliare. 1° Quæcumque in medium adducta sunt ad evertendam sententiam, quâ libri Regum et Paralipomenon uni eidemque scriptori tribuuntur, statim evanescunt, si quis statuat, Esdram ex pluribus, quos ad manus habebat, commentariis quædam in suo opere, ne mutatâ quidem verborum phrasi, inseruisse; nihil interim curantem repugnantia inter se conciliare, nihil repetitas historias, nihil unius ejusdemque rei narrationem modò fusiùs, modò contractiùs repetitam. 2° Quæcumque adversùs Esdram congeruntur, illa sanè propositum evincunt, si opus, quale nos habemus, ab Esdrâ digestum constituatur. Nulla tamen sunt, si contra admittamus, post ejus viri obitum quædam alienâ manu operi accessisse, quod eo consilio fieri potuit, quo ipse pariter Esdras libris à se recensitis, relictisque monumentis quædam è suo marte censuit adjicienda. Non est igitur, cur temerè ab eâ sententiâ recedamus, quæ unum eumdemque Esdram utriusque operis, Regum et Paralipomenon, habet auctorem.

Porrò ejusdem libri scriptor non ætatis suæ historiam digessit, sed ab aliis jam memoriæ prodita in unam veluti summam colligebat. Post captivitatem vixisse, supra jam animadvertimus; locutum tamen, veluti si multò captivitatem ipsam præcessisset, statim adductis argumentis demonstrabimus. Commentariorum fidem, quorum ope utitur, vel ipsis eorum verbis adductis, observat; et quanquàm alioqui ætati quâ scribebat verba illa repugnant, maluit tamen singula excribere, ut veritati potiùs quàm, aliquibus demptis, stylo serviret; vel ipsas interdùm genealogias, parùm specie tenùs inter se constantes, refert, quas ne conciliare quidem, imò neque monere eâ de re lectores audet: quod illi quidem, exstantibus adhuc veteribus monumentis, tam pronum fuisset, quàm nobis, post tot seculorum oblivionem et veterum monumentorum defectum, arduum est. Ubique verò sinceritatis, fidei et religionis ejus scriptoris illustria exhibentur documenta; historiæ suæ veritatem ex limpidissimis fontibus deductam illimem servat, ut nulla inde suspicio in illum creari jure meritoque possit. Ætate suâ adhuc in Sanctuario cum vectibus arcam servari, quemadmodùm jam sub Salomone, narrat; constat autem, post captivitatem arcam sive prorsùs in templo non fuisse, sive aliter ac olim sub Salomone positam.

Narrat 1 Paralip. 4, 41, filios Simeonis, pulsis posteris Cham, eorum regionem occupâsse, quam ad ætatem usque suam tenebant; et eodem loco refert expeditionem ejus tribûs in Amalecitas, quam sub Ezechiâ susceptam scimus. Tum subdit, devictam olim regionem adhuc suâ ætate ab eâ tribu occupari, nempe antequàm Salmanasar Simeonem unà cum aliis tribubus in captivitatem traduceret. Quanquàm eâ in re dubia quædam occurrunt, à nobis in commentariis ad examen revocata. Deinde proximè succedenti capite de captivitate decem tribuum agitur, quam suâ usque ætate perseverare idem auctor testatur. Cùm 2 Paralip. 8, 8, de subjectis à Salomone Chananæis, quibus Israelitæ pepercerant, sermo est, ait idem scriptor: *Subjugavit illos Salomon in tributarios usque in diem hanc.* Stabat igitur ejus ætate regnum Juda. Tandem ibid. c. 21, v. 10, excussum memorat ab Idumæis Hebræorum jugum; nec illos, ait, usque ad hanc diem dominos agnoscunt; quasi scilicet eâ ætate adhuc reges Juda regnum obtinerent. Igitur ex deductis hucusque satis intelligimus, scripsisse quidem auctorem post captivitatem, sed non rarò verba auctorum diù antea scribentium in suum commentarium derivâsse.

Potissimum verò ipsius propositum non eò spectat, ut supplementum cæterorum librorum sacræ Scripturæ tradat. Fusè repetit historias antea descriptas; quin rara admodùm nova recenset, et plura vicissim omittit, quorum alioqui cognitio maximi esset ad historiam sacram momenti. 2° Neque annales scribere meditabatur, quibus rerum gestarum historia unâ serie fusiùs pariter et accuratiùs quàm in historiis præcedentibus, exhiberetur, adjectâ insuper certiore temporum atque perpetuâ adscriptione. Nihil enim in toto opere apparet, quod auctoris in eâ re consilium demonstret. 3° Neque id præ oculis habuisse videtur, ut eo uno in opere cæteros historicos veteris Testamenti libros in epitomen complecti voluerit, cùm plurima sileat in Moyse, Josue, Judicibus, et in libris Regum relata. Historiam suam propriè ex obitu Saülis deducit; plura enim, nec minoris sanè momenti, ad regnum Davidis spectantia omittit, uti illius cum Bethsabee crimen, et quæ deinde secuta est, calamitatem; incestum Amnonis cum Thamare, totamque Absalomi historiam

Rarus apud illum sermo de gestis regum Israelis, cæterisque ad illud regnum pertinentibus; silentio enim obvolvit totam ejus regni historiam post captum Amasiam regem Juda per Joas regem Israelis, 2 Paralip. 25, 17. Profectò, si libros Regum in epitomen redigere meditabatur, debuerat saltem non omittere postrema regum Israelis bella, quæ deinde captivitas decem tribuum consecuta est. 4° Neque id voluisse auctor creditur, ut in primis operis capitibus accuratas aliquas genealogias deduceret: bis genealogiam Juda describit, nempe capite 2 et 4, ubi per duos veluti ramos Phares et Sela eamdem deducit. Quorsùm hæc, si ad Davidem tantummodò pervenire volebat? Cur nomina urbium et locorum tribûs Juda tam accuratè describit? Cur hanc genealogiam per duos ramos ad captivitatem usque non digerit? Semel etiam et iterùm genealogiam Benjamini, sicut et Saülis, repetit, variam utrobique; nihilque magis studuisse videtur in eâ re, quàm ut sedem et sortem singulorum religiosè describeret.

Potissimum igitur auctoris consilium in eo positum credimus, ut sub ipsos legentium oculos exhiberet, qui olim ante captivitatem, ac deinde post eam solutam familiarum status fuerit, quæ hæreditas, ut scilicet jure postliminii singuli suis rebus restituerentur. Constitutum enim erat jam indè ab initio, ut singulæ tribus relatas haberent in tabulas agrorum publicas singularum domuum dimensiones, quarum fide annis sabbaticis et jubilei omnia veteribus dominis integrè assererentur, nec unquàm in alienas manus familiæ bona transirent. Quare id potissimùm curavit auctor, ut urbium et locorum nomina potiùs quàm hominum exprimeret 1 Paralip. 2, 54. Quod verò potissimas auctoris curas occupabat, illud censendum est, nimirùm ut munera, genealogias, familias, et ordines sacerdotum et Levitarum fusiùs describeret: res enim erat maximi post captivitatem momenti, ut singulis vetus ordo, priora munera, et avita hæreditas, juxta veterum tabularum normam, constarent, 2 Esdr. 12, 22, 23. Quæ proinde ad religionem, cultum Domini et templum pertinent, totum auctorem occupant. Maxima illi cura in describendis vasis domûs Dei, principibusque indicandis, quorum auctoritate idololatria sive stetit, sive stare permissa est, iisque vicissim, quorum pietas veram religionem asseruit. Eam regulam secutus, laudes vituperationesque distribuit: de reliquis nihil attingit.

Quicumque tandem opus Paralipomenon digessit, huic plures commentarii, scripta et vetera monumenta suppetebant; quantâ olim sedulitate et curâ prisci Hebræi reipublicæ suæ vetera monumenta servarent, documentum. Quâ pariter conjecturâ intelligimus, quantùm eorum historia cæteris præstaret, nisi tanta scriptorum lux in serâ tandem ætate occidisset. Laudantur sæpè in Paralipomenis *libri Juda et Israel*, quos commentarios credimus, vel ephemerides memoriæ rerum in republicâ sive religione gestarum conservandæ. Scribebant autem eos commentarios non conducti mercede scriptores, qui decora tantùm et gloriosa, quæque maximè principi placerent in annales referrent; plerùmque enim id muneris agebant prophetæ, viri doctissimi æquè et sapientissimi, spectatæ pietatis et fidei, qui nihil sive assentationi, sive quæstui dari unquàm passi fuissent.

Sub Davide cæterisque deinde regibus Juda semper prophetæ annales de rebus gestis ætatis suæ conficere aggrediebantur. Regni Davidis historiam scriptis mandârunt Samuel, Nathan et Gad, 1 Paralip. 29, 29. Salomonis historia debetur prophetis Nathan, Gad, Addo et Ahiæ, 2 Paral. 9, 29. Addo pariter et Semeias historiam Roboami dederunt, 2 Paral. 12, 15; è quibus primus etiam Abiæ historiam prosecutus est, 2 Paral. 13, 22. Hanani sub Asâ id muneris exercebat, 2 Paral. 16, 7, ejusque filius Jehu, Josaphati et regum Judæ historiam dirigebat, id expressè tradente Scripturâ, 2 Paral. 20, 34: *Reliqua gestorum Josaphat scripta sunt in verbis Jehu filii Hanani, quæ digessit in libros regum Israel.* Sub eodem Josaphato agebant historicos prophetæ Eliezer, 2 Paral. 20, 37, et Jahaziel, 2 Paral. 20, 14. Isaias res gestas sub Oziâ primùm, 2 Paral. 26, 22, deinde sub Ezechiâ, 2 Paral. 32, 32, ad posteros transmisit. Idem publicis negotiis admotus est sub Achazo, cujus totam fermè historiam in libro oraculorum suorum scriptam reliquit, Isai. 7, 8, 9. Hozai commentarios sub Manasse scribebat, 2 Paral. 33, 19; et Jeremias sub Josiâ, ejusque filiis, regum Juda postremis, Jerem. 17 et seq., ferè usque ad finem, et 2 Par. 35, 25. En series prophetarum, historias et annales regni Juda scribentium.

Regnum Israelis, quanquàm alioqui schismate à verâ Ecclesiâ in regno Juda avulsum, non ita tamen Deum habuit adversarium, quin viros probos quàmplures inter malos longè

plurimos servaret. Missi sæpè ad illud prophetæ, ut veros Israelitas ad officium revocarent; adeò ut cogitanti olim Eliæ, unum se prophetam Domini vivere in medio Israelis, Deus revelârit servâsse se turbam septem millium hominum, qui fidem suam cultu Baalis non violâssent, 3 Reg. 19, 18. Ahias Silonites sub Jeroboamo filio Nabath, 3 Reg. 11, 29, 14, 2, et Jehu filius Hanani sub Baasa paruit, 3 Reg. 16, 7. Elias aliique prophetæ permulti ad regnum Achabi pertinent; continuato prophetæ munere sub Eliseo et Jonâ, aliisque. Oded prophetam agebat sub Phacee, 2 Paral. 28, 9, in urbe Samariâ; quos omnes quanquàm nullo Scripturæ testimonio scripsisse temporum suorum historias novimus, verisimili tamen conjecturâ censemus, quemadmodùm in regno Juda, ita etiam in regno Israelis id muneris præstandum prophetis commissum fuisse. Præter eos annales à prophetis digestos, alii etiam suppetebant commentarii Sacerdotum sive scribarum aulæ regum Juda et Israelis. Hos viros appellabant à secretis, sive *maschirim*, ac si diceretur, *à libellis*, quorum potissimum munus erat, ut singulorum dierum eventus, qui majoris ad rempublicam momenti censerentur, in tabulas referrent. Memoratur sub Davide et Salomone, 2 Reg. 8, 16, et 1 Par. 18, 15, et 3 Reg. 4, 13, Josaphat filius Ahilud *à commentariis*; idemque munus sub Ezechiâ præstitisse Joahen filium Asaph, 4 Reg. 18, 18; sub Josiâ Joham filium Joachaz, 2 Par. 34, 8, legimus.

Quanquàm regni Salomonici historiam fusiore stylo prophetæ Nathan, Gad, Addo et Ahias digesserunt, eam tamen à publicis etiam scribis digestam fuisse scimus, quorum tabulas designari credimus, 3 Reg. 11, 41, *libro Verborum dierum Salomonis.* Idem servatum scimus in historiâ Josaphati, quam licet Jehu filius Hanani litteris consignaverit, laudantur tamen, tanquàm gesta sub eo rege continentes, annales regum Juda, 3 Reg. 22, 46. Tandem quo loco, 2 Par. 32, 32, scriptam legimus ab Isaiâ Ezechiæ regis historiam, ibi pariter eadem historia ex Annalibus regum Juda laudatur. Historia rerum Manassis in Annalibus regum Juda, et in commentario Prophetæ Hozai scripta insinuatur, 2 Par. 33, 18. Ibi etiam auctor laudat orationem ejusdem principis, cùm arcto in carcere detineretur, quæ nostrâ ætate intercidit; cùm altera in nostris Bibliis inserta apocryphi notâ rejicienda sit. En igitur duo commentariorum genera, quæ auctori Paralipomenon suppetebant; aliud nempe à prophetis, aliud à publicis scribis adornatum, quorum operâ scripti erant memorati sæpè in Scripturâ Annales regum Juda et Israelis. Facilè autem, ut credimus, regni Israelis annales post captivitatem decem tribuum in regnum Juda translati servabantur, quò scilicet plures è regno Israelis transfugæ sese receperant.

Suppetebant etiam auctori Paralipomenon census variis temporibus in populo instituti; uti et scripta, quæ sub nomine *verborum veterum*, 1 Par. 4, 22, nempe veterum traditionum, laudat. Quatuor ex his censibus refert, nempe sub Davide, 1 Par. 7, 2, sub Jeroboamo, 1 Par. 5, 17, sub Joathano ibidem, et in captivitate decem tribuum, 1 Par. 9, 1. Innuit etiam, 1 Par. 27, 24, censum jussu Davidis operâ Joabi institutum, sed intercedente Domini furore intermissum. Præter hæc, ad manus erant tabulæ genealogicæ tribuum, et clarissimarum familiarum, quarum posteros describit.

Probè ex his intelligimus, quanto studio olim Judæi vetera historiarum suarum monumenta servarent; quam patrum suorum curam meritò effert Josephus, lib. 1 cont. Appion., ut scilicet veritatem et sinceritatem historiæ gentis suæ contra adversarios Judaici nominis efferat. Maximum, ait ille, argumentum historiæ Judæorum veritatem demonstrans, illud est, nimirùm inter varios illorum scriptores non varium iisdem de rebus testimonium; neque enim Græcis aliena scribentibus, eadem habenda est fides, quæ suas historias referentibus debetur, quod per se certum esse apertissimè pariter demonstrat eorum inter se dissensus, dùm alienas historias referunt. Ægyptiis et Babyloniis peculiares erant regionis suæ historiæ, fidei et vetustatis exploratissimæ, operâ sacerdotum et philosophorum ejusdem gentis digestæ. Quòd verò, addit ille, historiam nostram supra cæteras omnes commendat, illud est, nimirùm scribendis rerum nostrarum commentariis addictos esse viros amplissimos, sacerdotes et prophetas, quorum studia et in scribendo fidem ipse scribendi stylus, narratio accurata, tum et inter varios scriptores consensus, satis demonstrant. Quæ omnia tantam iisdem scriptis apud nostros venerationem conciliant, ut tanquàm divina suspiciant, et addere illis aliquid sive detrahere ducant religioni. Porrò paucos illos, quos ejus generis habemus, libros tantâ veneratione et religione servamus, ut alienum

quid in textum irrepere vix ac ne vix quidem potuerit.

Laudat etiam ibidem summam sacerdotum curam servandi, sine adulterinâ mixtione, integras gentis suæ inviolatasque genealogias : quod non ita sacerdotibus Hebræis in Judæâ tantùm peculiare erat; sed eadem cura illos sive in Ægypto, sive Babylone constitutos sequebatur. Scrutatum enim mittebant Hierosolymis genealogias mulierum, si quando connubia miscere meditarentur : et si quid sinistri Judæis contigisset, quo illi dispergerentur, summa tunc sacerdotis cura erat, ut veteres tabulas renovarent; et si quis contra legis præscriptum alienas feminas duxisse convinceretur, ille continuò è ministerio altaris et jure sacerdotii excidebat. Suffragatur huic Josephi auctoritati liber Esdræ, in quo post solutam captivitatem, amotos à sacerdotio legimus tam eos qui genealogias suas fide publicarum tabularum non probâssent, 1 Esdr. 2, 61, 62, quàm qui connubia cum alienis feminis miscuissent, 2 Esdr. 13, 28, 29. Iis tantùm vetera jura sacerdotum et Levitarum manebant, qui scripti erant in libro *Verborum dierum*, l. 2, c. 12, v. 22, 23. Ex Machabæis pariter, l. 1, c. 16, v. 23, 24, intelligimus, res gestas summorum pontificum publicæ memoriæ mandari consuevisse, juxta illud : *Scripta sunt in libro Dierum sacerdotii ejus*; quod tamen cum illis factum censeo, qui utrumque principatum et sacerdotii et reipublicæ tenerent. Ex hisce postremis commentariis Josephus gentis suæ post Machabæos historiam deduxit.

Quod spectat ad commentarios rerum sub singulis regibus gestarum, mos erat utilis adeò et commendabilis, ut non apud solos Israelitas obtineret; paria enim servabantur apud Chaldæos, Assyrios, Phœnices, Ægyptios, Græcos et Romanos. Persarum sub Cyro et Dario annales laudantur in Esdrâ, 1 Esdr. 4, 15, et 6, 1, 2; eademque consuetudo sub Assuero legitur in Esther 10, 2. Commentarios rerum Alexandri Magni Plutarchus in ejus Vitâ laudat; Ægyptiorum Herodotus lib. 1, cap. 2, et Diodorus lib. 2, quemadmodùm fragmenta quædam historicorum ejusdem gentis Josephus lib. 1 contra Appion. servavit. Tradit autem ille, de Manethone agens, omnia ejusdem viri è libris sacris Ægyptiorum deducta fuisse. Sacerdos quidam Ægyptius in Timæo Platonis morem in gente suâ obtinuisse testatur, ut res majoris momenti tam in Ægypto quàm alibi ubique gestas in annales referrent. Berosus litteris mandavit historiam Chaldæorum, sicuti Syrorum Nicolaus Damascenus, et Dio Phœnicum. Unde verò illis rerum gestarum monumenta, nisi ex annalibus ac tabulis earum gentium ? Menander Ephesius uno fusiori commentario complexus erat historiam omnium, tum Græciæ, tum cæterarum gentium regum, consultis singularum regionum monumentis. Frequentes in nostris Bibliothecis occurrunt Græcorum historiæ. De Romanis ait Tacitus : « Ex dignitate populi Romani « repertum est, res illustres annalibus, talia « (vulgaria) diurnis urbis actis mandare. »

Interpretes leviore studio res Paralipomenon attigerunt, eâ falsâ persuasione ducti, pauca ibi narrari quæ in libris Regum non referantur. Fateamur tamen oportet, juxta S. Hieronymi testimonium in Epistolâ ad Domnionem, « omnem eruditionem Scripturarum in hoc « libro contineri; » et, ut addit ille in Epistolâ ad Paulinum, sive in Prologo Galeato : « Paralipomenon liber, id est, Instrumenti veteris « epitome, tantus ac talis est, ut absque illo « si quis scientiam Scripturarum sibi voluerit « arrogare, se ipsum irrideat. » Tandem verissimè S. doctor adjecit : « In eo libro innume« rabiles Evangelii explicantur quæstiones » (1).

(1) Il faut cependant avouer que la multitude des noms propres qui remplissent les premiers chapitres, et l'obscurité de quelques endroits qu'on trouve dans les suivants, dégoûtent plusieurs personnes. Ainsi, il arrive que ces livres, dont saint Jérôme nous représente la lecture comme nécessaire pour l'intelligence des autres livres de l'Ecriture, sont moins lus que tous les autres. Il est vrai que ceux qui ne cherchent que la simple édification dans les livres saints, peuvent se passer de lire dans les Paralipomènes ces chapitres qui ne contiennent que des noms, sans que leur foi ni leur piété en soient blessées. Mais il est bon néanmoins de révérer dans l'Ecriture toutes ses parties ; non seulement celles qui sont de morale, ou qui traitent des mystères et de l'histoire, mais celles même qui regardent la chronologie, la géographie et les généalogies. Car, dans un tableau, toutes choses contribuent à en former la beauté; et les ombres aussi bien que la lumière et les couleurs les plus vives y tiennent leur place, et servent à en faire le relief. On voit de même, comme le remarque saint Augustin, que dans un luth, ou dans un autre instrument de musique, il ne faut pas seulement regarder ses cordes, qui semblent seules former le son, mais encore toutes ses autres parties, dont les unes servent de soutien à ces mêmes cordes, d'autres à les bander fortement, d'autre à orner en apparence, et à produire en effet cette harmonie qui plaît à l'oreille.

Figurons-nous donc, soit les généalogies, ou la chronologie des livres saints, comme ces

His igitur rationibus ducti, solerter et pro viribus librum exponendum suscepimus, iis tamen omissis, quæ antea in libris Regum in examen revocavimus. Primus liber historiæ sanctæ per generationes ductæ, ab ortu mundi usque Davidis obitum, anno mundi 2990, summam complectitur. Alter historiam describit regum Juda, et partim etiam regni Israelis, ab exordio Salomonis sine socio regnantis, anno 2990, usque ad solutam captivitatem, an. 3468.

Variantia quædam in nominibus, locisque designandis inter libros Regum et Paralipomenon occurrunt; sicuti etiam numerus quandoque annorum, census, et nomina virorum discrepant, unde contra librorum sacrorum auctoritatem sacrarum Scripturarum adversarii deducunt; quorum cavillationes si tandem evicerint, ut auctoritas horum librorum in dubium revocetur, quæ tandem erit satis explorata, et omni suspicione carens historia? Nihil enim magis spectatæ antiquitatis et fidei in historiâ uspiam occurrit, quàm quæ de expeditionibus Alexandri Magni posteritati commissa sunt; quot enim viri amplissimi, sapientiâ, fide et diligentiâ insignes, coæva scribentes, strenui illius ducis decora scribere aggressi sunt? Eos tamen vel in censu copiarum ipsius, in subjectarum urbium dinumeratione, uti et in occisorum hostium summâ, devictarumque gentium et urbium nominibus nunquàm convenisse constat. Quis tamen idcircò historiam ejus principis suspicionis arguere, vel in dubium revocare audeat?

parties d'un instrument de musique, qui paraissent moins considérables, mais sans lesquelles néanmoins l'harmonie ne pourrait s'entendre. Que si d'ailleurs on est convaincu que l'Esprit-Saint est l'auteur de l'Ecriture, qu'il l'a lui-même dictée à ses écrivains sacrés, on ne peut rien négliger d'un ouvrage qui est tout entier du Saint-Esprit. Mais ceux principalement qui se trouvent engagés dans une étude particulière des saints livres, ne doivent jamais oublier le jugement que nous avons vu que saint Jérôme portait des Paralipomènes, lui qui s'était appliqué avec tant de soin à acquérir l'intelligence des Ecritures. Et ils ne peuvent s'imaginer être plus habiles que lui, pour se dispenser de bien lire et de bien entendre un livre qu'il a regardé comme la clé de tous les autres, à cause de ce grand nombre de noms propres qu'on y trouve, et qui sont très-nécessaires, selon lui, pour faire connaître parfaitement l'histoire sainte.

(Sacy.)

Quanquàm alia planè est historiæ sacræ auctoritas. Sancti Spiritûs ductu, eodemque suggerente, divini scriptores opus dictabant, neque tamen eodem Spiritu prohibebantur, quin et varia simul monumenta consulerent, atque historias scriptis mandandas ex illis veluti fontibus ita derivarent, ut singulorum veluti sententias describerent. Varia ab illis in eodem opere relata testimonia non nisi specie tantùm repugnant; multiplex enim singula conciliandi ratio suppetit. Adde, audaciæ esse nunquàm ferendæ, si quis de rebus longâ ætate remotis, exploratæ alioqui auctoritatis, judicium ferre ex arduis nonnullis occurrentibus præsumpserit. An supra fidem est, libros tam longâ traditione atque seculorum successione ad nos transmissos, corruptionis aliquid in adscriptionibus temporum et numerorum notulis contraxisse? Cùm de sacris Scripturis, rebusque ad religionem pertinentibus agitur, nihil illis indulgendum arbitrantur, cùm interim reliquis omnibus parcant. Levissima quæque pro licentiâ adstruenda argumenta, et quidquid tandem fuerit quo religioni invidia creetur, illud tanquàm maximi momenti imbecilles animos terret, cùm nullo solidissimo pro religione adducto argumento moveantur. Libros et historias facilè omnes suscipiunt; cùm verò de sacris libris recipiendis agitur, res est argumentorum validissimorum armis evincenda; semper enim sese decipi velle arbitrantur (1).

(1) Prima decem capita nonnisi genealogias continent, quia in eis exacti erant Hebræi, tum ad duodecim tribuum distinctionem, tum propter Christum, ut constaret eum ex Abraham, Davide et tribu Judâ natum. Nota, nomina propria virorum et feminarum in hoc libro sæpè esse alia et diversa à nominibus quæ iisdem personis dantur in Genesi, cæterisque libris. Ratio est quòd Hebræi erant polyonomi, et plura habebant nomina. Exempli instar sit, quòd filii Benjamin Genes. cap. 46, vers. 21, nominentur, *Bela, et Bechor, et Asbel, et Gera, et Naaman, et Echi, et Ros, et Mophim, et Ophim, et Ared;* hìc verò c. 8, v. 1, nominantur *Bale, Asbel, Ahara, Nohaa, Rapha,* ac cæteri tacentur; quandoque etiam idem nomen aliter et aliter mutatione unius alteriusve litteræ inflectitur et pronuntiatur. Rursùm hìc non omnes filii recensentur, sed magis celebres et clari. Multi ergo hisce decem capitibus reticentur. Sic cap. 7, vers. 6, tres tantùm recenset filios Benjamin, cùm Genes. 46, 21, decem numerentur.

(Corn. à Lap.)

IN LIBRUM PRIMUM PARALIPOMENON

COMMENTARIUM.

CAPUT PRIMUM.

1. Adam, Seth, Enos.
2. Cainan, Malaleel, Jared,
3. Henoch, Mathusale, Lamech;
4. Noe, Sem, Cham et Japheth.
5. Filii Japheth, Gomer, et Magog, et Madai, et Javan, Thubal, Mosoch, Thiras.
6. Porrò filii Gomer: Ascenez, et Riphath, et Thogorma.
7. Filii autem Javan : Elisa et Tharsis, Cethim et Dodanim.
8. Filii Cham : Chus, et Mesraim, et Phut, et Chanaan.
9. Filii autem Chus : Saba, et Hevila, Sabatha, et Regma, et Sabathaca. Porrò filii Regma : Saba, et Dadan.
10. Chus autem genuit Nemrod: iste cœpit esse potens in terrâ.
11. Mesraim verò genuit Ludim, et Anamim, et Laabim, et Nephthuhim,
12. Phetrusim quoque et Casluhim : de quibus egressi sunt Philisthiim, et Caphthorim.
13. Chanaan verò genuit Sidonem primogenitum suum, Hethæum quoque,
14. Et Jebusæum, et Amorrhæum, et Gergesæum,
15. Hevæumque, et Aracæum, et Sinæum,
16. Aradium quoque, et Samaræum, et Hamathæum.
17. Filii Sem : Ælam, et Assur, et Arphaxad, et Lud, et Aram : et Hus, et Hul, et Gether, et Mosoch.
18 Arphaxad autem genuit Sale, qui et ipse genuit Heber.
19. Porrò Heber nati sunt duo filii : nomen uni, Phaleg, quia in diebus ejus divisa est terra, et nomen fratris ejus, Jectan.
20. Jectan autem genuit Elmodad, et Saleph, et Asarmoth, et Jare,
21. Adoram quoque, et Huzal, et Decla,

CHAPITRE PREMIER.

1. Adam, Seth, Enos,
2. Caïnan, Malaléel, Jaréd,
3. Henoch, Mathusalé, Lamech;
4. Noé *eut pour fils* Sem, Cham et Japheth.
5. Les fils de Japheth : Gomer, Magog, Madaï, Javan, Thubal, Mosoch et Thiras.
6. Les fils de Gomer : Ascenez, Riphath et Thogorma.
7. Les fils de Javan : Elisa et Tharsis, Céthim et Dodanim.
8. Les fils de Cham : Chus, Mesraïm, Phut et Chanaan.
9. Les fils de Chus : Saba, Hevila, Sabatha, Regma et Sabathaca. Regma eut aussi pour fils Saba et Dadan.
10. Mais Chus engendra Nemrod ; et celui-ci commença d'être puissant sur la terre.
11. Mesraïm engendra les Ludim, les Anamim, les Laabim, les Nephthuhim,
12. Les Phétrusim et les Casluhim, d'où sont sortis les Philisthiim et les Caphthorim.
13. Chanaan engendra Sidon, son aîné, ainsi que l'Héthéen,
14. Le Jébuséen, l'Amorrhéen, le Gergéséen,
15. L'Hévéen, l'Aracéen, le Sinéen,
16. L'Aradien, le Samaréen et l'Hamathéen.
17. Les fils de Sem : Elam, Assur, Arphaxad, Lud et Aram. *Les fils d'Aram sont :* Hus, Hul, Géther et Mosoch.
18. Arphaxad engendra Salé, qui fut père d'Héber.
19. Héber eut deux fils, dont l'un fut nommé Phaleg, *c'est-à-dire, division,* parce que la terre fut divisée de son temps *en des nations et des langues différentes;* et le nom de son frère *est* Jectan.
20. Jectan engendra Elmodad, Saleph, Asarmoth et Jaré,
21. Ainsi qu'Adoram, Huzal et Décla,

22. Hebal etiam, et Abimael, et Saba, necnon
23. Et Ophir, et Hevila, et Jobab : omnes isti filii Jectan.
24. Sem, Arphaxad, Sale,
25. Heber, Phaleg, Ragau,
26. Serug, Nachor, Thare,
27. Abram, iste est Abraham.
28. Filii autem Abraham, Isaac et Ismael.
29. Et hæ generationes eorum : Primogenitus Ismahelis, Nabaioth, et Cedar, et Adbeel, et Mabsam,
30. Et Masma, et Duma, Massa, Hadad, et Thema,
31. Jetur, Naphis, Cedma : hi sunt filii Ismahelis.
32. Filii autem Ceturæ concubinæ Abraham, quos genuit : Zamran, Jecsan, Madan, Madian, Jesboc, et Sue. Porrò filii Jecsan : Saba, et Dadan. Filii autem Dadan : Assurim, et Latussim, et Laomim.
33. Filii autem Madian : Epha, et Epher, et Henoch, et Abida, et Eldaa : omnes hi filii Ceturæ.
34. Genuit autem Abraham Isaac : cujus fuerunt filii, Esaü et Israel.
35. Filii Esaü : Eliphaz, Rahuel, Jehus, Ihelom, et Core.
36. Filii Eliphaz : Theman, Omar, Sephi, Gatham, Cenez, Thamna, Amalec.
37. Filii Rahuel : Nahath, Zara, Samma, Meza.
38. Filii Seir : Lotan, Sobal, Sebeon, Ana, Dison, Eser, Disan.
39. Filii Lotan : Hori, Homam. Soror autem Lotan fuit Thamna.
40. Filii Sobal : Alian, et Manahath, et Ebal, Sephi, et Onam. Filii Sebeon : Aia et Ana. Filii Ana : Dison.
41. Filii Dison : Hamran, et Eseban, et Jethran, et Charan.
42. Filii Eser : Balaan, et Zavan, et Jacan. Filii Disan : Hus et Aran,
43. Isti sunt reges qui imperaverunt in terrâ Edom, antequàm esset rex super filios Israel : Bale filius Beor, et nomen civitatis ejus, Denaba.
44. Mortuus est autem Bale, et regna-

22. Comme aussi Hébal, Abimaël et Saba,
23. Et encore Ophir, Hévila et Jobab. Tous ceux-ci *étaient* fils de Jectan.
24. Sem *engendra donc* Arphaxad, Salé,
25. Héber, Phaleg, Ragaü,
26. Sérug, Nachor, Tharé,
27. Abram : celui-ci est le même qu'Abraham.
28. Les enfants d'Abraham *sont* : Isaac et Ismaël.
29. Et voici leur postérité : Ismaël eut Nabaïoth, l'aîné de tous, Cédar, Adbéel, Mabsam,
30. Masma, Duma, Massa, Hadad et Théma,
31. Jétur, Naphis, Cedma. Ce sont là les fils d'Ismaël.
32. Mais les enfants qu'eut Abraham de Cétura, sa concubine, *furent* : Zamram, Jecsan, Madan, Madian, Jesboc et Sué. Les fils de Jecsan *furent* Saba et Dadan. Ceux de Dadan, les Assurim, les Latussim et les Laomim.
33. Les enfants de Madian *sont* : Epha, Epher, Hénoch, Abida, et Eldaa : tous ceux-là étaient descendus de Cétura.
34. Abraham engendra Isaac, qui eut deux fils, Esaü et Israël.
35. Les fils d'Esaü : Eliphaz, Rahuël, Jéhus, Ihélom et Coré.
36. Ceux d'Eliphaz : Théman, Omar, Séphi, Gatham, Cénez, Thamna, Amalec.
37. Ceux de Rahuël : Nahath, Zara, Samma, Méza.
38. Ceux de Séïr, *sont* : Lotan, Sobal, Sébéon, Ana, Dison, Eser, Disan
39. Ceux de Lotan : Hori et Homam. Or la sœur de Lotan était Thamna.
40. Les enfants de Sobal *étaient* : Alian, Manahath, Ebal, Séphi et Onam. Ceux de Sébéon : Aia et Ana. Ceux d'Ana : Dison.
41. Les fils de Dison *étaient* : Hamran, Eséban, Jéthran et Charan.
42. Ceux d'Eser : Balaan, Zavan, Jacan. Ceux de Disan : Hus et Aran.
43. Voici les rois qui régnèrent au pays d'Edom, avant qu'il y eût un roi établi sur les enfants d'Israël : Balé, fils de Béor, dont la ville s'appelait Dénaba.
44. Balé étant mort, Jobab, fils de Zaré de Bosra, régna en sa place.

vit pro eo Jobab filius Zare de Bosra.

45. Cùmque et Jobab fuisset mortuus, regnavit pro eo Husam de terrâ Themanorum.

46. Obiit quoque et Husam, et regnavit pro eo Adad filius Badad, qui percussit Madian in terrâ Moab, et nomen civitatis ejus Avith.

47. Cùmque et Adad fuisset mortuus, regnavit pro eo Semla de Masreca.

48. Sed et Semla mortuus est, et regnavit pro eo Saül de Rohoboth, quæ juxta amnem sita est.

49. Mortuo quoque Saül, regnavit pro eo Balanan filius Achobor.

50. Sed et hic mortuus est, et regnavit pro eo Adad, cujus urbis nomen fuit Phau, et appellata est uxor ejus Meetabel filia Matred filiæ Mezaab.

51. Adad autem mortuo, duces pro regibus in Edom esse cœperunt: dux Thamna, dux Alva, dux Jetheth.

52. Dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon,

53. Dux Cenez, dux Theman, dux Mabsar,

54. Dux Magdiel, dux Hiram: hi duces Edom.

45. Après la mort de Jobab, Husam, qui était du pays de Théman, lui succéda.

46. Husam étant mort aussi, Adad, fils de Badad, régna en sa place. Ce fut lui qui défit les Madianites dans le pays de Moab; et sa ville s'appelait Avith.

47. Après la mort d'Adad, Semla, qui était de Masréca, lui succéda au royaume.

48. Semla étant mort aussi, Saül de Rohoboth, *ville* située sur le fleuve d'*Euphrate*, régna en sa place.

49. Et après la mort de Saül, Balanan, fils d'Achobor, régna au lieu de lui.

50. Celui-ci mourut aussi; et Adad régna en sa place; sa ville s'appelait Phaü, et sa femme se nommait Méétabel, fille de Matred, *qui était* fille de Mézaab.

51. Après la mort d'Adad, le pays d'Edom n'eut plus de rois, mais des gouverneurs, *savoir*: le gouverneur Thamna, le gouverneur Alva, le gouverneur Jetheth,

52. Le gouverneur Oolibama, le gouverneur Ela, le gouverneur Phinon,

53. Le gouverneur Cénez, le gouverneur Théman, le gouverneur Mabsar.

54. Le gouverneur Magdiel, le gouverneur Hiram. Ce furent là les gouverneurs d'Edom.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ADAM, SETH, ENOS (1). Ex Adamo Sethus, è Setho Enos, et sic de singulis usque ad filios Noemi. Negligitur hìc posteritas Caïni, Abelis, cæterorumque filiorum Adami, quòd scilicet consilium sacri scriptoris illud solummodò

☞ (1) *Adam, Seth, Enos, Caïnan, Malaléel*, etc. Ce premier chapitre des Paralipomènes et les huit suivants ne contiennent que des généalogies. Comme le dessein de celui qui a composé ce livre a été de raconter l'histoire du roi David, et des autres rois ses descendants, jusqu'au temps de Zorobabel, il a jugé à propos de remonter jusqu'à l'origine de ce prince et du peuple d'Israël, sur lequel il avait été établi roi, c'est-à-dire, jusqu'à Adam, le père de tous les hommes. Car les Hébreux avaient un grand soin de bien distinguer toutes les familles, tant pour conserver la connaissance exacte des douze tribus, que pour empêcher qu'on ne se trompât sur le sujet du Messie et du Christ, qui devait naître d'Abraham et de David, et sortir de la tribu de Juda. Ainsi ces chapitres ne contenant guère que des noms propres, de petites notes suffiront presque partout pour éclaircir les difficultés qui pourront se rencontrer.

Mais outre cette raison qu'a eue l'écrivain sacré de faire connaître, depuis Adam, tous les ancêtres des saints patriarches, des rois de Juda et des enfants d'Israël, on peut dire que, selon l'intention du Saint-Esprit, il pouvait aussi être très-utile à ceux qui vivaient alors, et qui devaient vivre dans la suite, de considérer dans toutes ces races qui les avaient précédés, tant les exemples de piété qu'on leur proposait à imiter, que ceux de corruption, d'orgueil et d'ambition, dont ils devaient s'éloigner pour être agréables à Dieu. Car quand, par exemple, on leur parlait de Nemrod, et qu'on leur disait que *celui-là commença à être puissant*, on les obligeait de se souvenir en même temps de la vanité extravagante et de l'orgueil excessif de ces *puissants* de la terre, qui entreprirent d'élever jusqu'au ciel une tour qui pût les mettre en assurance contre les effets de la justice de Dieu. C'était leur dire en un mot que s'ils prétendaient devenir *puissants*, il ne fallait pas qu'ils imitassent les vaines pensées de ces hommes remplis de folie, s'ils ne voulaient être confondus comme eux par la seule volonté du Tout-Puissant, mais qu'ils aspirassent plutôt à lui demeurer humblement soumis, comme Abraham, Isaac et Jacob, dont la piété avait mérité d'être récompensée dès ce monde par une postérité si nombreuse et si puissante, dont devait naître le Messie et le Sauveur de tout l'univers. (Sacy.)

fuerit, ut seriem daret patriarcharum unius ejusdemque lineæ, ab Adamo usque ad Noemum. Id autem spectanti otiosum accidisset dare seriem successionis filiorum Caïni et Abelis, quos Noe originis suæ auctores non habuit. Insuper tota utriusque posteritas diluvii aquis perierat; cur igitur singulorum genealogiæ deducerentur, nihil erat : id tantùm agebatur, ut lectores revocarentur ad Noemum, omnium, quotquot hodie terram incolunt, hominum fontem et originem.

Vers. 4.— Noe, Sem, Cham et Japheth. De ætate filiorum Noemi, et de regionibus quas singulorum posteritas frequentavit, latè disseruimus in cap. 1 Geneseos, per totum.

Vers. 5. — Filii Japheth : Gomer, etc. Omnium primam expedit sacer historicus genealogiam Japhethi, utpote inter liberos Noemi natu majoris. Cùm tamen illius genus alienum sit à stirpe Abrahami et Davidis, quos potissimùm spectabat scriptor, paucis et Japhethi et Chami seriem exponit, ut commodiùs in Semi posteritate expandendâ immoretur. De aliis obiter tantùm sermonem inducit, nec nisi quantùm satis est, ut series genealogica Semi per Heberum et Abrahamum texatur. Omissis hìc Magog, Madai, Thubal, Mosoch et Thiras filiis Japhethi, nonnisi filiorum Gomer et Javan meminit.

Vers. 6. — Riphath. In Hebræo est *Diphath*, mendo facilè amanuensium, ex similitudine litterarum daleth ד et resch ר inducto, cùm in Genesi 10, 3, legatur *Riphath* ; quam etiam lectionem retinent hìc codices omnes Septuaginta.

Vers. 7.—Dodanim. In Hebræo hìc, et in Samaritano Geneseos legitur *Rhodanim*. Septuaginta hìc et in Genesi vertunt *Rhodios;* unde legisse illos utrobique in textu *Rhodanim* non immeritò suspicamur. Nobis tamen faciliùs probatur lectio, hìc et in Gen. 10, 4, *Dodanim* exhibens.

Vers. 12. — Casluim, de quibus egressi sunt Philisthiim. Casluitarum non filii quidem, sed colonia ex eorum regione deducta erant Philisthæi. Vide Gen. 10, 14. Ex insulâ Cretæ hanc gentem repetivimus in dissertatione de Origine et Numinibus Philisthæorum, subsequente librum quartum Regum.

Vers. 17. — Filii Sem : Hus et hul. Ambo hi viri, Hul et Hus, ex Armao nati, Semum habuerunt avum. Gen. 10, 23 : *Filii Aram, Us et Hul.* Filii autem nomen ad nepotes, et longiùs etiam extenditur. Legi hìc posset, ut in Genesi : *Filii Sem, Lud et Aram; filii Aram, Hus et Hul.*

Mosoch, ipsissimus est *Mes*, de quo in Genesi 10, 23; alter Semi ex Aramo nepos.

Vers. 18. — Arphaxad genuit Sale, qui et ipse genuit Heber. In Septuaginta editionis Romanæ desideratur totum à v. 10, usque ad 17, et à v. 17, usque ad 27. Sed in aliis editionibus legitur nomen *Cainani*, inter Arphaxad et Sale positum, in hanc sententiam : *Arphaxad genuit Cainan, et Cainan genuit Sale.* Nodum hunc extricavimus in Genesi 10, 24.

Vers. 19. — Quia in diebus ejus (Phaleg) divisa est terra. Vide Gen. 10, 25.

Vers. 22. — Hebal, עיבל. In Hebræo Geneseos 10, 28, *Hobal*, עובל, appellatur.

Vers. 25.—Ragau. Idem ac *Reu*, Gen. 11, 18, ex quo fortè nomen datum est, *Campo Ragau*, Judith 1, 6.

Vers. 30. — Hadad. Nomen idem ac Hedar Genes. 25, 15; litteræ enim daleth et resch ex nimiâ similitudine non rarò confunduntur.

Vers. 32. — Filii Ceturæ concubinæ Abraham. Concubinæ nomen invidiæ plurimùm habet vernaculo apud nos sermone ; sed apud Hebræos, qui polygamiam non respuunt, *pilegesch*, unde Græcum παλλακὴ, et Latinum *pellex*, est uxor secundaria, quæ ritu simpliciori quàm reliquæ uxores et matronæ, ducta fuit in uxorem. Cæterùm quæ hìc concubina, alibi uxor Abrahami, qualis erat reverà, appellatur : Gen. 25, 1 : *Abraham aliam duxit uxorem nomine Ceturam.* Hebr. ויקח אישה ושמה קטורה.

Filii autem Dadan, Assurim, et Latussim, et Laomim. Verba hæc, è Genes. 25, 3, deducta, desunt in Hebræo et in Septuaginta; neque illa se reperisse in vetustissimis probatissimisque codicibus Versionis S. Hieronymi, affirmat auctor novæ editionis operum ejusdem S. Doctoris.

Vers. 36.—Thamna, Amalec. Thamna concubina erat, vel uxor secundaria Eliphaz, è quâ natus est Amalec. Gen. 36, 12 : *Erat autem Thamna concubina Eliphaz, quæ peperit ei Amalec.* Exprimere videtur textus Hebræus Thamnam fratrem fuisse vel sororem Amaleci; sed textus apertissimus Geneseos ad aliam interpretationem nos revocat.

Vers. 38. — Filii Seir : Lotan, etc. Seir, de quo hìc, non Esaü, sed princeps quidam est Horræorum, uti constat ex Gen. 36, 20 : *Isti sunt filii Seir Horræi, Lotan et Sobal.*

Vers. 40. — Alian, עלין. In Genesi 36, 23, עלון, *Alvan*, appellatur.

Sephi, alio nomine *Sepho*, Gen. 36, 23.

Filii Ana : Dison. Addenda est *Oolibama*, quæ filia Anæ et soror Disoni tribuitur, in Genesi 36, 25.

Vers. 41. — Hamram, חמרן, in Genesi 36, 26, חמדן, *Hamdan*. Variantia hæc omnia induxit similitudo litterarum, quæ non priùs cœpit, quàm post tradita Chaldaicis litteris sacra volumina.

Vers. 42. — Jacan, alio nomine *Acan*, quæ lectio est Septuaginta, exprimiturque in Genesi, 36, 27, יעקן; hìc יעקן.

Vers. 43.—Isti sunt reges, qui imperaverunt in terra Edom (1), antequam esset rex super filios Israel. Eadem animadversa sunt in Gen. 36, 31, ubi omnia subduximus quæcumque ardua occurrunt in hoc loco, qui libro Mosaico additus post Moysem asseritur. Esto autem admittamus, additamentum esse Moyse recentius, nihil tamen inde Scripturæ adversarii proficient; ultrò enim fatemur, loca esse quædam in Pentateucho, quæ post Moysem facilè recensita credantur. Ne quid autem dissimulemus, damus hìc argumenta, quæ maximè favere videntur opinioni, additamentum hìc esse reputanti. Auctor Paralipomenon, qui certè post captivitatem Babylonicam florebat, genealogiam Esaü non producit longiùs quàm Moyses, tot seculis vetustior; nec regiminis Judæorum mutationes alias describit, quàm quas ille attigerat; quod sanè arduum est adeò, ut vix in mentem induci possit. Nullo enim negotio docere nos poterat paruisse gentem illam, post Moysem, regibus suis, deinde subjectam fuisse imperio Davidis, ac mansisse sub jugo usque ad regnum Jorami (1), cùm scilicet excusso alieno imperio, regibus suis servierunt. Fatendum est insuper, phrasim hanc : *Isti sunt reges qui imperaverunt in terrâ Edom, antequàm esset rex super filios Israel;* phrasim, inquam, hanc obvio sensu exprimere, scriptorem eâ ætate vixisse, quâ Israelitæ vel regibus suis adhuc parebant, vel antea paruerunt. Quod si admittatur, reputari optimè potest, Idumæis fuisse principes, *Aluphim* (2) appellatos, usque ab ætate Moysis, qui illorum meminit non obscurè, cùm egressum ab Ægypto describit (3); deinde verò, labentibus vitæ Moysis annis, creâsse sibi reges, cùm in Numeris 20, 14, legamus : *Misit nuntios Moyses de Cades ad regem Edom.*

A Bale primo Idumææ rege ad usque Adadum, ejus nominis secundum, octo regionis illius reges censentur; et ab obitu Moysis, quousque David super universum Israelem crearetur, anni sunt 396. Ut hæc annorum periodus æquaretur, singulis hisce regibus tribuendi essent anni circiter quinquaginta regiminis, quod utique fieri potuit, eâ præsertim ætate, quâ hominum vita longior erat. Itaque rex, qui tunc imperabat, cùm David sub jugum misit Idumæos, 2 Reg. 8, 13, 14, et 3 Reg. 11, statuendus erit Adad secundus, cujus filius Adad puer adhùc translatus sit in Ægyptum, atque iterùm redierit in Idumæam sub exitum regni Salomonis, 3 Reg. 11, 17, 18. Post Davidem, nullus occurrit Idumæorum rex, sed tantùm principum urbium *præfecti* (4). Non horum nomina, sed urbium tantùm,

(1) Cum sceptro, diademate et potestate regiâ. Nota, sicut Hebræi primò habuêre judices quasi duces, à Josue usque ad Saül, deinde reges à Saüle usque ad Sedeciam et captivitatem Babylonicam, ac post eam rursùm duces à Jorobabele usque ad Machabæos; sic et Idumæi primò habuêre duces usque ad Bale, deinde reges à Bale usque ad mortem secundi Adadæ, mox rursùm duces à Thamnâ usque ad Hiram, ut patet vers. 51 et 52. (Corn. à Lap.)

Voici les rois qui ont régné dans le pays d'Edom, avant qu'il y eût un roi établi sur les enfants d'Israël. Ce pays *d'Edom* était celui qui appartenait aux descendants d'Esaü. Et ce n'est pas sans dessein que l'Ecriture nous fait remarquer que ces enfants d'Esaü eurent des rois, avant ceux de Jacob, son frère. Car il était juste que ceux que l'on regardait comme les enfants de Dieu demeurassent dans la dépendance et sous la conduite de Dieu : au lieu que les autres s'étant éloignés de leur Créateur par leur orgueil, méritaient de perdre leur gloire et leur liberté, en devenant assujettis à la domination des hommes. Ainsi cette reflexion du saint écrivain devait servir à renouveler dans la mémoire des Israélites le bonheur qu'ils avaient eu d'être autrefois gouvernés par le Seigneur même, et la faute qu'ils avaient commise, en renonçant volontairement à cette gloire, lorsqu'ils avaient demandé d'avoir un roi comme les autres nations. Car ce fut pour eux le sujet d'une très-grande confusion, lorsqu'ils se portèrent avec le dernier mépris à rejeter le joug du Seigneur, afin qu'il ne régnât plus sur eux, selon le reproche très-sévère qu'il leur en fit par ces paroles qu'il dit à Samuël : *Non enim te abjecerunt, sed me, ne regnem super eos :* Ce n'est pas vous, ô prophète, mais c'est moi qu'ils ont rejeté, afin que je ne sois plus leur roi. (Sacy.)

(1) 4 Reg. 8, 20 : *In diebus ejus (Joram) recessit Edom, ne esset sub Judâ, et constituit sibi regem.*

(2) Genes. 36, 15 : *Hi duces filiorum Esaü... dux Theman, dux Omar,* etc. Vide et vers. 17, 18, 19, etc.

(3) Exod. 15, 15 : *Tunc conturbati sunt principes Edom.*

(4) 2 Reg. 8, 14 : *Posuit in Idumæâ custodes,*

quibus imperaverant, exprimit Scriptura. Legas hæc omnia in præsenti, à v. 51 usque ad exitum capitis, et in Gen. 36, 40, 41, 42, 43. Hypothesim hanc secuti sunt ex Rabbinis (1) et viris doctissimis (2) nonnulli : nobis tamen probantur ea, quæ adstruximus in Gen. 36.

Cæterùm regnum apud Idumæos successione non dabatur, ut hìc constat, et alibi etiam animadvertimus. *Balæ* successit *Johab* filius Zare, quem eumdem esse quidam censent cum Jobo, viro singularis patientiæ exemplo illustri.

Vers. 45. — De terra Themanorum. Theman urbs erat clarissima Idumææ ; et *terra Theman* est ager adjacens urbi, ac de ejus nomine appellatus.

Vers. 46.—Adad filius Badad. Septuaginta, *Adad filius Barad ;* quam etiam lectionem retinent in Genesi 36, 35. Semla erat ex *Masrecâ,* urbe Idumææ ignotâ.

Percussit Madian in terra Moab. Neque de hoc bello, neque de victoriâ quidquam scimus. Reddi potest textus : *Vicit,* vel cepit *urbem Madian, quæ est in terrâ Moab.* Nota est urbs Madian, Moabiticæ regioni vicina (3).

Vers. 48. — Rohoboth, quæ juxta amnem sita est. Rohoboth ad Euphratem ipsa erat facilè Oroba vel Rahabath Melic, à Nemrodo condita (4). Reputant, sed temerè, Hebræi, Rohoboth cum Ninive miscendam esse. Vocem Euphratis supplendam hìc censemus, cùm pro consueto more Scriptura nomine *amnis* sine addito Euphratem appellet.

Vers. 50. — Adad ipsa est *Adar*, de quâ Genesis 36, 39.

Cujus urbis nomen fuit Phau. Nulla hujus nominis urbs nota est in Idumæâ. Septuaginta legunt Φογὼρ, *Phogor.* Hebræum פעו legi potest פעי , *Phabi* vel *Phagi :* traditur autem à Ptolemæo in Arabiâ urbs *Phigia.*

Filia Matred filiæ Mezaab. Insuetum est Scripturæ accuratam genealogiam feminarum texere ; quare vertendum hìc Hebræum malim : *Uxor ejus Meetabel, filia Matred,* quæ oriunda erat *ex Mezaab.* Offert sese in Deuteron. 1, 1, locus quidam appellatus די זהב, *Dizahab.* Fallor, aut mendum aliquid irrepsit sive hìc, sive in Deuteronomio ubi, מי זהב, ut in utroque loco legendum sit *Dizahab*, vel *Mezahab.* Harum vocum prima sonat, *ubi est auri plurimùm ;* altera verò, *aquas aureas. Dizahab* apud Moysem locus erat seu propè, seu intra Idumæam. Fortè etiam Matred viri nomen est, ut vertendum sit : *Uxor ejus Meetabel, filia Matred, ex Mezaab.*

Vers. 51. — Duces pro regibus esse cœperunt. Nihil de regibus in Hebræo : *Et mortuus est Adad, et fuerunt duces in Edom.*

Dux Thamna. Urbs est facilè eadem cum Thema, vel Thama, quæ in Jobo 6, 19, et Jerem. 25, 23, Idumææ urbs scribitur.

Alva, עלוה vel עליה. Alvare urbs est in Arabiâ Felici, apud Ptolemæum.

Jetheth יתת. An *Jetebatha* in deserto Idumææ, cujus meminit Moyses in Numer. 33, 33?

Vers. 52. — Oolibama nomen est unius ex uxoribus Esaü, quæ appellationem suam urbi tradidit. Vox hæc in Hebræo sonat : *Celsitudo tentorii mei ;* vel : *Tentorium meum erectum est.*

Ela, fortè *Elac* ad mare Rubrum.

Phinon, fortè Phunon in deserto, ubi celebres fodinæ *Phinon,* vel *Phunon.* Vide Numer. 33, 42, 43.

Vers. 53. — Cenez. Regio Cenezæorum, mari Mortuo vicina, nota est apud Moysem.

Theman, urbs inter maximas Idumææ notissima apud prophetas (1).

statuitque præsidium, et facta est universa Idumæa serviens David.

(1) Rabb. apud Lyr. hìc.

(2) Vide Hieron. in Tradit. Hebr. in Genes.

(3) Hieron. in Locis : *In Madian alia civitas est* ὁμώνυμος *ejus, juxta Arnonem et Areopolim, cujus nunc ruinæ tantummodò demonstrantur.*

(4) Vide ad Genes. 10, 11.

(1) Jerem. 49, 7 : *Non ultra est sapientia in Theman.* Baruch 3, 23 ; Amos 1, 12.

CAPUT II.

1. Filii autem Israel : Ruben, Simeon, Levi, Juda, Issachar, et Zabulon.

2. Dan, Joseph, Benjamin, Nephthali, Gad, et Aser.

3. Filii Juda : Her, Onam, et Sela : hi tres nati sunt ei de filiâ Sue Chanaanitide. Fuit autem Her primogenitus Juda, malus coram Domino, et occidit eum.

CHAPITRE II.

1. Or les fils d'Israël, sont : Ruben, Siméon, Lévi, Juda, Issachar et Zabulon,

2. Dan, Joseph, Benjamin, Nephthali, Gad et Aser.

3. Les fils de Juda sont : Her, Onan et Séla. Il eut ces trois enfants d'une Chananéenne, fille de Sué. Mais Her, qui était l'aîné de Juda, fut méchant aux yeux du Seigneur, et Dieu le frappa de mort.

4. Thamar autem nurus ejus peperit ei Phares et Zara : omnes ergo filii Juda, quinque.

5. Filii autem Phares : Hesron et Hamul.

6. Filii quoque Zaræ : Zamri, et Ethan, et Eman, Chalchal quoque, et Dara, simul quinque.

7. Filii Charmi : Achar, qui turbavit Israel, et peccavit in furto anathematis.

8. Filii Ethan : Azarias.

9. Filii autem Hesron qui nati sunt ei : Jerameel, et Ram, et Calubi.

10. Porrò Ram genuit Aminadab; Aminadab autem genuit Nahasson, principem filiorum Juda.

11. Nahasson quoque genuit Salma, de quo ortus est Booz.

12. Booz verò genuit Obed, qui et ipse genuit Isai.

13. Isai autem genuit primogenitum Eliab, secundum Abinadab, tertium, Simmaa,

14. Quartum, Nathanael, quintum, Raddai,

15. Sextum, Asom, septimum, David.

16. Quorum sorores fuerunt, Sarvia, et Abigail. Filii Sarviæ : Abisai, Joab, et Asael, tres.

17. Abigail autem genuit Amasa, cujus pater fuit Jether Ismahelites.

18. Caleb verò filius Hesron accepit uxorem nomine Azuba, de quâ genuit Jerioth : fueruntque filii ejus Jaser, et Sobab, et Ardon.

19. Cùmque mortua fuisset Azuba, accepit uxorem Caleb, Ephrata : quæ peperit ei Hur.

20. Porrò Hur genuit Uri : et Uri genuit Beseleel.

21. Post hæc ingressus est Hesron ad filiam Machir patris Galaad, et accepit eam cùm esset annorum sexaginta : quæ peperit ei Segub.

22. Sed et Segub genuit Jair, et possedit viginti tres civitates in terrâ Galaad.

23. Cepitque Gessur, et Aram, oppida Jair, et Canath, et viculos ejus sexaginta civitatum : omnes isti filii Machir patris Galaad.

4. Thamar, belle-fille de Juda, eut aussi de lui Pharès et Zara. Juda eut donc en tout cinq fils.

5. Pharès eut deux fils : Hesron et Hamul.

6. Les fils de Zara furent aussi au nombre de cinq : Zamri, Ethan, Eman, Chalchal et Dara.

7. Charmi n'eut d'enfants qu'Achar, *c'est-à-dire, trouble, parce que ce fut lui* qui troubla Israël, et *qui* pécha par le larcin d'un anathème.

8. Ethan n'eut d'enfants qu'Azarias.

9. Les fils qu'eut Hesron *sont* : Jéraméel, Ram et Calubi.

10. Ram engendra Aminadab. Aminadab engendra Nahasson, prince des fils de Juda.

11. Nahasson engendra aussi Salma, duquel est venu Booz.

12. Or, Booz engendra Obed, lequel engendra Isaï.

13. Isaï eut pour fils aîné Eliab; le second *fut* Abinadab; le troisième, Simmaa;

14. Le quatrième, Nathanaël; le cinquième, Raddaï,

15. Le sixième, Asom; le septième David.

16. Leurs sœurs étaient Sarvia et Abigaïl. Les fils de Sarvia *furent* trois : Abisaï, Joab et Asaël.

17. Abigaïl fut mère d'Amassa, dont le père était Jéther, Ismaélite.

18. Or Caleb, fils d'Hesron, épousa une femme qui se nommait Azuba, dont il eut Jérioth; et ses fils furent Jaser, Sobab et Ardon.

19. Mais Caleb, après la mort d'Azuba, épousa Ephrata, dont il eut Hur.

20. Hur engendra Uri, et Uri engendra Béséléel.

21. Ensuite Hesron prit pour femme la fille de Machir, père de Galaad. Il avait soixante ans quand il l'épousa, et il eut d'elle Ségub.

22. Ségub eut aussi pour fils Jaïr, lequel fut seigneur de vingt-trois villes dans la terre de Galaad.

23. Gessur et Aram prirent les villes de Jaïr, ainsi que Canath, avec les lieux de sa dépendance, au nombre de soixante villes. Tous ceux-ci étaient les enfants de Machir, père de Galaad.

24. Après la mort d'Hesron, Caleb vint à

24. Cùm autem mortuus esset Hesron, ingressus est Caleb ad Ephrata. Habuit quoque Hesron uxorem Abia, quæ peperit ei Ashur patrem Thecuæ.

25. Nati sunt autem filii Jerameel, primogeniti Hesron, Ram primogenitus ejus, et Buna, et Aram, et Asom, et Achia.

26. Duxit quoque uxorem alteram Jerameel, nomine Atara, quæ fuit mater Onam.

27. Sed et filii Ram primogeniti Jerameel, fuerunt Moos, Jamin et Achar.

28. Onam autem habuit filios, Semei, et Jada. Filii autem Semei: Nadab, et Abisur.

29. Nomen verò uxoris Abisur, Abihail, quæ peperit ei Ahobban, et Molid.

30. Filii autem Nadab fuerunt, Saled, et Apphaim. Mortuus est autem Saled absque liberis.

31. Filius verò Apphaim, Jesi: qui Jesi genuit Sesan. Porrò Sesan genuit Oholai.

32. Filii autem Jada fratris Semei: Jether, et Jonathan. Sed et Jether mortuus est absque liberis.

33. Porrò Jonathan genuit Phaleth, et Ziza. Isti fuerunt filii Jerameel.

34. Sesan autem non habuit filios, sed filias: et servum Ægyptium nomine Jeraa.

35. Deditque ei filiam suam uxorem: quæ peperit ei Ethei.

36. Ethei autem genuit Nathan, et Nathan genuit Zabad.

37. Zabad quoque genuit Ophlal, et Ophlal genuit Obed.

38. Obed genuit Jehu, Jehu genuit Azariam.

39. Azarias genuit Helles, et Helles genuit Elasa.

40. Elasa genuit Sisamoi, Sisamoi genuit Sellum.

41. Sellum genuit Icamiam, Icamia autem genuit Elisama.

42. Filii autem Caleb fratris Jerameel: Mesa primogenitus ejus, ipse est pater Ziph: et filii Maresa patris Hebron.

43. Porrò filii Hebron: Core, et Thaphua, et Recem, et Samma.

44. Samma autem genuit Raham, patrem Jercaam, et Recem genuit Sammai.

Ephratha. Hesron avait eu encore pour femme Abia, de laquelle il eut Ashur, qui fut père de Thécua.

25. Mais Jéraméel, premier-né du même Hesron, eut Ram, son fils aîné, et Buna, Aram, Asom et Achia.

26. Et Jéraméel épousa encore une autre femme nommée Atara, qui fut mère d'Onam.

27. Ram, fils aîné de Jéraméel, eut aussi pour fils Moos, Jamin et Achar.

28. Onam eut pour fils Séméi et Jada. Les fils de Séméi *sont* Nadab et Abisur.

29. Abisur épousa une femme nommée Abihaïl, de laquelle il eut Ahobban et Molid.

30. Nadab fut père de Saled et d'Apphaïm, dont le premier mourut sans enfants.

31. Mais Apphaïm eut un fils nommé Jési, qui fut père de Sésan; et Sésan engendra Oholaï.

32. Les fils de Jada, frère de Séméi, furent Jéther et Jonathan. Jéther mourut aussi sans enfants.

33. Mais Jonathan eut Phaleth et Ziza. Voilà quels ont été les fils de Jéraméel.

34. Pour Sésan, il n'eut point de garçons, mais des filles; et *il prit* un esclave égyptien nommé Jéraa, *qu'il affranchit,*

35. Et auquel il donna sa fille en mariage, laquelle fut mère d'Ethéi.

36. Ethéi fut père de Nathan; et Nathan, père de Zabad.

37. Zabad eut pour fils Ophlal; et Ophlal engendra Obed.

38. Obed engendra Jéhu; et Jéhu, Azarias.

39. Azarias engendra Hellès; et Hellès, Elasa.

40. Elasa engendra Sisamoï; et Sisamoï engendra Sellum.

41. Sellum engendra Icamia; et Icamia, Elisama.

42. Or les enfants de Caleb, frère de Jéraméel, *furent* Mésa son aîné, prince de Ziph, et les descendants de Marésa, prince d'Hebron.

43. Les fils d'Hébron *furent* Coré, Thaphua, Récem et Samma,

44. Samma engendra Raham, prince de Jercaam; et Récem engendra Sammaï.

45. Sammaï eut un fils nommé Maon; et Maon *fut* père de Béthsur.

45. Filius Sammai, Maon : et Maon pater Bethsur.

46. Epha autem concubina Caleb peperit Haran, et Mosa, et Gezez. Porrò Haran genuit Gezez.

47. Filii autem Johaddai : Regom, et Joathan, et Gesan, et Phalet, et Epha, et Saaph.

48. Concubina Caleb Maacha peperit Saber et Tharana.

49. Genuit autem Saaph pater Madmena, Sue patrem Machbena, et patrem Gabaa. Filia verò Caleb fuit Achsa.

50. Hi erant filii Caleb, filii Hur primogeniti Ephrata : Sobal pater Cariathiarim,

51. Salma pater Bethlehem, Hariph pater Bethgader.

52. Fuerunt autem filii Sobal patris Cariathiarim, qui videbat dimidium Requietionum.

53. Et de cognatione Cariathiarim, Jethrei, et Aphuthei, et Semethai, et Maserei. Ex his egressi sunt Saraitæ et Esthaolitæ.

54. Filii Salma, Bethleem, et Netophati, coronæ domûs Joab, et dimidium Requietionis Sarai.

55. Cognationes quoque scribarum habitantium in Jabes, canentes atque resonantes, et in tabernaculis commorantes. Hi sunt Cinæi, qui venerunt de calore patris domûs Rechab.

46. Or Epha, concubine de Caleb, fut mère de Haran, de Mosa et de Gézez. Et Haran eut un fils *nommé aussi* Gézez.

47. Les enfants de Johaddaï *furent* Régom, Joathan, Gésan, Phalet, Epha et Saaph.

48. Maacha, concubine de Caleb, lui donna *aussi* Saber et Tharana.

49. Mais Saaph, prince de Madména, engendra Sué, prince de Machbéna et de Gabaa. Caleb eut aussi une fille nommée Achsa.

50. Ceux-ci furent *encore* de la postérité de Caleb, étant descendus de Hur, fils aîné de *sa femme* Ephratha; *savoir,* Sobal, prince de Cariathiarim,

51. Salma, prince de Bethléem, Hariph, prince de Bethgader.

52. Or, Sobal, prince de Cariathiarim, qui gouvernait la moitié des Repos, eut des fils;

53. Et des familles qu'ils établirent dans Cariathiarim, sont descendus les Jéthréens, les Aphuthéens, les Sémathéens, les Maséréens, desquels sont aussi venus les Saraïtes et les Esthaolites.

54. Les enfants de Salma *furent* Béthléhem et Nétophati, *qui sont* la gloire de la maison de Joab; et la moitié du *pays que l'on nommait le* lieu du Repos *fut habitée par les descendants* de Saraï.

55. Ainsi que les familles des docteurs de la loi qui demeurent à Jabès, et qui se retirent sous des tentes où ils chantent les louanges de Dieu avec la voix et sur les instruments. Ce sont eux qu'on nomme Cinéens, qui sont descendus de *Chamath, dont le nom signifie* chaleur, *et qui fut* chef de la maison de Réchab.

COMMENTARIUM.

Vers. 3.—Nati sunt ei de filia Sue Chananitide. Sue vir erat Chananæus, qui filiam suam Judæ nuptum dedit. Genes. 38, 2.

Fuit autem Her malus coram Domino. Ejusdem criminis reus creditur, de quo Onan accusatur in Genesi (1). Nullibi exprimit Scriptura, quæ sit nequitia, quæ hâc phrasi designatur: *Malus coram Domino.* Neci traditus fertur à Dæmone, ut ii sponsi Saræ filiæ Raguelis, quæ juniori Tobiæ nupsit (2).

Vers. 6.—Filii Zaræ : Zamri, et Ethan, et Eman, Chalchal, et Dara. Occurrunt in libris Regum quatuor viri, ejusdem ferè cum hisce nominis, videlicet (3) *Ethan, Heman, Chalcol, et Dorda.* Porrò hi filii erant Mahol, illustres sapientiâ et peritiâ canendi in templo Hierosolymitano ; sed ætati Salomonicæ suppares videntur. Igitur non sine veri specie longè alii censentur à filiis Zaræ, 1° quòd filii Zaræ ad tribum Juda pertinerent, illi verò ad Leviticam ; 2° hi patrem haberent Mahol, illi verò Zaram ; 3° quòd filii Zaræ in Ægypto et ante Moysem viverent, filii verò Mahol in Judæâ sub Salomone egisse videantur ; 4° denique, quòd quinque hi fratres recenseantur, cùm nonnisi quatuor exstent in libris Regum, et ex quatuor his fratribus quorum nomina similitudinem cum his habent, unus legatur *Dara,* pro quo in libris Regum est *Dorda.* Qui hìc est *Zamri,* in Josue 7, 1, Zabdi appellatur.

Vers. 7. — Filii Charmi : Achar qui turbavit Israel. Discimus ex Josue 7, 1, Charmi

(1) Genes. 38, 9: *Introiens ad uxorem fratris sui, semen fundebat in terram.*
(2) Tob. 6, 14. Vide Sanct. hìc.
(3) 3 Reg. 4, 31.

patrem habuisse Zabdi, avum Zaram, et abavum Judam. Hæc illius genealogia nonnisi leviter hìc attingitur. *Achar* est *Achan* in eodem libro; cui tamen viro, post commissum crimen, datum est nomen *Achar,* quod sonat, turbare, quippe qui Israelem universum turbaverit. Cæterùm genuinum ejus nomen fuit *Achan.*

Vers 9. — Ram appellatur Aram Ruth. 4, 19, et Matth. 1, 3.

Calubi. Caleb appellatur inferiùs v. 18.

Vers. 10. — Nahasson principem filiorum Juda. Constitutis à Moyse in singulas tribus singulis principibus vel ducibus, ut illis præessent in deserto, Nahasson toto eo tempore tribum Juda moderatus est, Num. 1, 7; 7, 12; 10, 14. Primus est facilè omnium, qui tribui huic præfuerunt.

Vers. 11. — Salma idem est ac *Salmon,* Ruth. 4, 20, Matth. 1, 4. Septuaginta legunt hìc Salmon.

Vers. 12. — Booz genuit Obed. In libro Ruth 2, 1, expendimus, utrùm plures ejusdem nominis Booz admittendi sint.

Vers. 13. — Isai genuit primogenitum Eliab... septimum David. Ex libris Regum (1) discimus, Isai octo genuisse liberos; postquàm enim optimus senex septem liberos constituerat coram Samuele, eoque monente intellexerat, neminem selectum fuisse à Domino, tunc ad quærendum misit Davidem, qui pascebat greges; et capite sequenti (2) disertè exprimitur, fuisse illi octo filios. Igitur sive ex iis unus decessit sine liberis, vel Isai alienum filium adoptavit in locum demortui juvenili adhuc ætate alicujus ex filiis suis Porrò adoptâsse illum, atque in filium suum adscivisse Jonathanum, alio nomine Jonadabum, filium *Samaæ,* censent Rabbini, in quam etiam sententiam interpretum plures concesserunt (3). Porrò Jonathan prudentiâ et animi robore in Scripturâ celebratur, 2 Reg. 13, 3; 21, 21. Syriacus et Arabs legunt hìc *Elihu septimum, octavum David.* Eliu nominatur inferiùs 27, 18.

Vers. 16. — Filii Sarviæ, Abisai, Joab, et Asael. Novus hìc est, et planè singularis honor Davidis sororibus impensus, quo quidem sexum illum prosequi nunquàm fermè solet Scriptura. Origo Abisai, Joabi, et Asaelis, virorum ætate suâ illustrium, nonnisi ex nomine matris eorum Sarviæ nota est. Nullibi patrum illorum nomina legimus.

Vers. 17. — Abigail genuit Amasa, cujus pater fuit Jether Ismahelites. Amasa, quem armorum suorum imperatorem renuntiaverat David, è transjordaninis, quò se receperat à metu Absalomi, redux, filius erat Abigailis sororis ejusdem Davidis, et Jetheri, qui Ismahelites hìc, et in libris Regum *Jetra Israelites* (1), vel juxta Hebræum et Septuaginta ibi, *Jetra de Israel,* vel *Israelites* appellatur. Non temerè suspicamur, mendum irrepsisse in textum hìc et in Hebræo secundi libri Regum, legendumque esse *Israelitem* pro *Israelite* et *Ismahelite.* Vix credimus Isai filiam suam nuptum dedisse viro Ismaelitæ, et ineptè prorsùs animadverteretur, Jether virum fuisse Israelitam; quasi scilicet mos esset Hebræorum uxores ex alienâ gente ducere. Facilè igitur Jether vir erat ex Jesraele, celebri Palæstinæ loco, in tribu Issachari.

Vers. 18. — Caleb filius Hesron accepit uxorem nomine Asuba, de qua genuit Jerioth. Hebræus legit : *Caleb filius Hesron genuit Hazuba, Ischam et Jerihoth.* Quæ verba sensum reddunt à Vulgatâ planè alienum. Septuaginta vertunt : *Caleb filius Esrom accepit Gazuba uxorem, et Jerioth.* Alii, ut Castalio, Malv., Mart. cum Syriaco et Arabico vertunt : *Caleb genuit ex Azuba uxore suâ, Jediath.* Constat utique Azubam uxorem fuisse Calebi ; legitur enim inferiùs (2), post decessum Azubæ illum duxisse Ephratam. Versio Septuaginta pronior videtur; et textus Hebræus commodè etiam hunc sensum admittit : *Caleb filios habuit ex Azuba uxore suâ, et ex Jerioth.* Caleb idem est vir qui v. 9 *Calubi* appellatur, ac planè alius à Calebo filio Jephone.

Fueruntque filii ejus, Jaser, et Sobab, et Ardon. Pronomen *ejus,* quod femininum est in textu (3), ad Azubam facilè referendum est.

Vers. 20. — Uri genuit Bezeleel. Legimus in Exodo 31, 2, Uri quemdam, filium Hur, et patrem celebris illius Beseleelis, qui in constructione tabernaculi eximiæ peritiæ suæ specimen exhibuit. Sunt qui credant, Hur, Uri et Bezeleelem, de quibus hìc, viros esse ab illis planè diversos; sed cur distinguendi sint, non

(1) 1 Reg. 16, 10 : *Adduxit itaque Isai septem filios suos coram Samuele, et ait Samuel ad Isai : Non elegit Dominus ex istis... Et respondit* (Isai) : *Adhùc reliquus est parvulus, et pascit oves.*

(2) 1 Reg. 17. 12 : *David erat filius viri Ephrathæi,... qui habebat octo filios.*

(3) Ita Lyran. Est. Tir. Rupert. Magist. Hist. Schol.

(1) 2 Reg. 17, 25 : *Amasa erat filius viri qui vocabatur Jetra de Jesraeli.* Hebr. ישראלי

(2) 1 Par. 11, 19 : *Cùmque mortua fuisset Azuba, accepit Ephrata.*

(3) ואלה בניה Septuag. : Καὶ οὗτοι υἱοὶ αὐτῆς.

video. *Nahasson* princeps tribûs Juda, qui utique in deserto sub Moyse, et Beseleelis ætati suppar fuit, æquo fermè intervallo ac ipse Beseleel distat ab Hesrone, utriusque avo communi. Hesron genuit *Ram* patrem *Aminadabi,* ex quo *Nahasson;* idemque vir *Hesron* pater fuit *Calebi,* vel Calubi, ex quo *Hur,* unde *Uri,* et ex Uri *Bezeleel.* Fatemur utique, admissâ Rabbinorum sententiâ, quæ Calebum hunc cum filio Jephone miscet, defendi non posse opinionem, quæ Bezeleelem Moysis ætati adscribit : hæc tamen hypothesis planè ficta est et scatens absurdis (1); quare si absurda et planè ficta opinio ex illâ inferatur, quis miretur?

VERS. 21. — INGRESSUS EST AD FILIAM MACHIR PATRIS GALAAD. Machir filius erat, et unicus hæres Manassis; eoque jure possedit hæreditatem suam in Galaaditide, quam et ad posteros transmisit. Regionis hujus pater vel princeps appellatur Machir, quòd ibi ejus posteri consederint. Filiam Machir, quæ nupsit Hesroni, hæc hæreditas facilè secuta est, cùm Jair ejus nepos et filius Segub urbes plurimas in sorte Manasse possederit. Segub maternam tribum potiùs quàm paternam secutus est, regionem possidens non in sorte Judâ, sed in Galaaditide (2).

VERS. 23.— CEPITQUE GESSUR ET ARAM OPPIDA JAIR. *Gessur* designat Gessuritas, et *Aram* Syros, qui gentes erant vicinæ et adversariæ Israelitis Galaaditicis, urbesque Jairi occupârunt. Spectari hìc bella Israelitarum adversùs eam regionem, certissimè arbitror. Docet Scriptura, regem hunc Syriæ movisse in Israelitas Galaaditicos, plurimisque malis affectos jugo subdidisse, 4 Reg. 10, 32, 33, et Amos 1, 3. Per ea bella Gessuritæ Galaaditis finitimi arma cum Syris junxerunt, ut Galaaditidem vastarent, Josue 13, 11, 15.

CANATH ET VICULOS EJUS. Canath urbs erat vel regio in Galaaditide, quam olim subegerat *Nobe,* deque nomine suo appellavit. Vide Num. 32, 42.

VERS. 24. — CUM AUTEM MORTUUS ESSET HESRON, INGRESSUS EST CALEB AD EPHRATA. Supra, v. 19, narratum est, Calebum, fatis defunctâ Azubâ, Ephratam duxisse; quare non temerè suspicari quis posset, amanuensis mendo positum fuisse Hesronem pro *Azuba.* Sed longè alia est in Hebræo sententia : *Et post mortem Chesron in Caleb-Ephrata, et uxor Chesron Abia* (nomine), *et peperit ei Ashur patrem Thecuæ.* Ashur scilicet posthumus fuit Hesronis ex Abiâ filius : Hesron in urbe Bethlehem diem obiit, quam urbem plures interpretes *Caleb Ephratam* appellant, ob Calebum, inquiunt, et Ephratam ejus uxorem; quasi *Caleb,* vel *Calubi,* Hesronis filius, cum uxore Ephrata in urbe Bethlehem moram traxerit. Quo autem Scripturæ loco Bethlehem *Caleb Ephrata* nominatur, Septuaginta (1) eodem sensu legunt ac Vulgata. Hâc etiam sententiâ explicari possunt : *Post mortem Hesron, Caleb venit in urbem Ephratam* : certissimè tamen constat, Calebum Hesronis filium nunquàm in urbe Bethlehem sedes habuisse. Qui dicitur hìc *Ashur pater Thecuæ,* pater fuit eorum qui urbem Thecuæ frequentârunt; neque enim ipse per se ibi sedem habere potuit, cùm ex Hesrone natus sit.

VERS. 25.— ARAM, ET ASOM, ET ACHIA. Reddi potest Hebræus ארן ואצם אתיה, *Oren et Osem ejus soror;* quasi duo hæc postrema nomina geminas ejus filias designarent. Septuaginta : *Aram et Asan frater ejus.* Syrus et Arabs : *Aran et Osem soror eorum,* quasi postremum hoc filiæ nomen esset. Sunt qui credant, Hebræum *Achia* nomen esse uxoris Jerameelis; cui opinioni sequens versiculus favet. Ita Jun., Malv.

VERS. 26.— DUXIT QUOQUE UXOREM ALTERAM JERAMEEL, NOMINE ATARA. Vertit Clericus : *Jerameel genuit Ram, Buna, Oren et Osem ex Achiâ uxore suâ.*

VERS. 31.— SESAN GENUIT OHOLAI. Oholai nomen esse mulieris, ex eo discimus, quòd inferiùs, v. 34, 35, legamus : *Sesan non habuit filios, sed filias,* filiamque suam nuptum Ægyptio cuidam servo suo tradidisse. Sunt qui Oholai filium Sesani esse credant; sed cùm sine liberis et ante patrem Oholai interierit, idcircò Sesanum caruisse filiis à Scripturâ animadversum fuisse arbitrantur. Ita Hebr., Vat., Mart.

VERS. 42.— CALEB, idem est qui supra, v. 9, *Calubi,* filius Hesronis, à Calebo filio Jephone planè alienus. *Ziph, Maresa* et *Hebron,* virorum æquè et urbium sunt nomina. Mesa, vel

(1) Aiunt Rabbini, Calebo vix decenni nupsisse Mariam sororem Moysis alio nomine Ephratam : ex his ortum *Hur* eodem anno, et *Hur* octennem patrem fuisse *Uri*, qui eâdem ætate *Beseleelem*, genuit, qui nondùm decennis opus tabernaculi aggressus est. Vide Lyranum in hunc locum.

(2) Vide quæ diximus de genealogiâ Machir, Num. 32, 41, et Josue 13, 30.

(1) Καὶ μετὰ τὸ ἀποθανεῖν Ἐσρὼμ, ἦλθε Χαλὲβ εἰς Ἐφραθὰ, καὶ ἡ γυνὴ Ἐσρὼμ Ἀβιά, καὶ ἔτεκεν αὐτῷ τὸν Ἀσχὼ (aliter : Ἀσδὼδ) πατέρα Θεκωέ.

ejus posteri, urbem *Ziph* tenuerunt : posteri *Maresæ* Hebronem coluêre. Idem proportione reputandum est de viris, quorum nomina in sequenti versiculo aliisque pluribus recensentur. Leguntur ibi sæpè pro hominum appellationibus urbium nomina, quòd scilicet primi illi urbium terræ promissionis incolæ vel nomina sibi ex urbibus acceperint, vel sua illis dederint, vel denique eorum posteri patribus suis nomina urbium, à familiâ eorum frequentatarum, indiderint.

Vers. 46. — Haran genuit Gezez, alium à Gezez fratre suo,

Vers. 47. — Filii Johaddai, Regom et Joathan. Unde acceptus sit hìc *Johaddai*, cujus nulla mentio in genealogiis præcedentibus, ignoratur. Sunt qui filium adscribant Mosæ, in præcedenti versiculo memorato. Fieri etiam potest, ut hìc versiculus aliquis perierit. Syrus et Arabs versiculum hunc et sequentes usque ad 50 omittunt.

Vers. 49. — Saaph pater Madmena, vel princeps, dominus, pater Madmenæ. Posteri Saaph urbem *Madmenam*, vel *Medemenam* in tribu Judâ incoluerunt, Josue 15, 31.

Filia Caleb fuit Achsa. Nota est Axa, quam Calebus uxorem tradidit Othonieli. Verùm cùm sermo hìc sit de Calebo filio Hesronis, idcircò filia illi adscribenda est Achsa, planè alia ab Axa filiâ Calebi, filii Jephone.

Vers. 50. — Hi erant filii Caleb, filii Hur primogeniti Ephrata, Sobal pater Cariathiarim. Legimus supra, v. 19, Calebum Hesronis duxisse Ephratam, ex quâ Hur natus est. Exhibetur hìc genealogia unius è filiis Hur, qui ex avi sui nomine Calebus appellabatur. Ita Vat., Jun., Malv., et clarissimè Heb. אלה היו בני כלב בן חור בכור אפרתה. Ita et Septuag. Calebus hic filium genuit Sobal, principem Cariathiarim, vel, si mavis, patrem incolarum ejusdem urbis; quem pariter sensum præfert nomen *patris* in sequentibus versiculis.

Vers. 52. — Fuerunt autem filii Sobal.... Qui videbat dimidium requietionum (1). Hebræus ad litteram : *Fuerunt filii Sobal patri, Cariathiarim, videnti dimidium requietionum;* id est, qui præerat dimidio loci quietis : hoc enim sensu interdùm usurpatur verbum *videre*, ut cùm decem tribus secessionem à domo Davidis facientes denuntiârunt, 3 Reg. 12, 16: *Quæ nobis pars in David ? vel quæ hæreditas in filio Isai? nunc vide domum tuam David.* Reddi etiam potest textus : *Igitur Sobal patri Cariathiarim fuerunt filii Roeh,* vel Rajah, et *Chazi*

(1) Quis hic? Primò S. Hier. lib. 1 contra Pelag. ait fuisse prophetam; prophetæ enim vocabantur *videntes*, id est, prævidentes et prædicentes futura, q. d : Sobal erat *videns*, id est, prophetabat, sed ex dimidio duntaxat, id est, non planè et perfectè videbat cœlestia, ubi est locus requietionis, hoc est, perfectæ quietis. Secundò, Vatabl. quasi dicat : Sobal videbat et contemplabatur, id est, curam gerebat vel princeps erat dimidii loci, qui Hebr. vocabatur *hammenuchocth*, id est, *requietionum,* fortè à fertilitate agri et amœnitate loci; *videre* enim est esse principem, principis enim est suos circumspicere, lustrare et contemplari, ut iis de omnibus prospiciat. Princeps ergo est *videns*, ut quasi Argus centoculus omnia inspiciat. Tertiò, alii per *requietionem* accipiunt sepulcrum; in eâ enim post mortem requiescit corpus usque ad resurrectionem communem futuram in die judicii. Unde Benedictus in suis Bibliis vers. 54, ubi nos habemus : *Dimidium requietionis Sarai,* vertit, vel potiùs explicat : *Qui possidebat dimidium sepulcri Saræ* (uxoris Abrahæ) et quatuor patriarcharum, scilicet Adæ, Abrahæ, Isaac et Jacob, quod sepulcrum erat in Hebron. Quartò, noster Sanchez per *requietionem* accipit regionem in quâ quis habitat, quamque quietè quasi dominus possidet : unde de Italiâ sic ait Æneas apud Virgil. lib. 8 Æneid. :

Hic locus urbis erit, requies et certa laborum.

Nam *videre* sive cernere hæreditatem dicimur, cùm eam adimus, occupamus et possidemus; ut sensus sit, quasi dicat : Sobal *videbat,* id est, quasi propriam possidebat, et tam *oculis* quàm manibus usurpabat dimidiam partem regionis, in quâ requieverant, seu quietè habitârant parentes ejus; et hanc dimidiam partem hæreditatis *Sobal* transcripsit filiis suis. Eadem phrasis recurrit iterùm post duos versus; et eâdem phrasi dicitur de *Issachar,* Genes. cap. 49, vers. 15 : *Vidit requiem, quòd esset bona,* id est (ut per epexegesim mox additur), vidit *terram* requietioni seu inhabitationi suæ assignatam, *quòd esset optima.* Psalm. quoque 131, vers. 8 : *Surge, Domine, in requiem tuam.* Et vers. 14 : *Hæc requies mea in seculum seculi; hìc habitabo.*

Quintò et genuinè, τὸ, *Qui videbat dimidium requietionum,* est nomen proprium filii Sobal, quasi dicat: Filii Sobal quasi patris fuêre hi duo, scilicet *Cariathiarim* (itàque fortè vocatus, quòd in sylvis, hæ enim Hebr. vocantur *iearim*, quasi in urbe habitaret venationi deditus) *haroe chasi hammenuchot,* id est, *videns dimidium requietionum,* ita vocatus, quòd dimidiam Sobal patris *requietionem,* id est, habitationem, sive regionem et hæreditatem possideret, alteram enim dimidiam possidebat ejus frater Cariathiarim. Id ita esse patet primò quia Septuag. nomina Hebraica (licèt vitio scriptorum corrupta) retinent quasi propria; secundò, quia Romani codices τὸ, *Qui videbat* scribunt per majusculum Q, quasi nomen proprium; tertiò, quia simili modo ferè omnia sequentia, scilicet : *Coronæ domûs, Canentes, Resonantes, in tabernaculis Commorantes, Qui venerunt de Calore,* sunt nomina propria, uti mox patebit; quartò quia eâdem prorsùs ratione vers. 54, unus Salmæ filius vocatur, *dimidium requietionis Sarai,* de quo mox. (Corn. à Lap.)

de Menuchath, ex quibus nati sunt ii qui in sequenti versiculo recensentur. Legitur in v. 2 capit. 4. *Raja*, qui idem est ac *Roeh*, inter filios Sobal; et Septuaginta pariter hæc pro nominibus hominum accipiunt : *Fuerunt filii Sobal Araa, Æsi, et Ammanith.* Sed ego vertendum malo : *Sobal patri Cariathiarim, et principi dimidiæ regionis Menuchath, fuerunt filii, ex quibus hæ coloniæ deductæ sunt, Cariathiarim, Jethrei, et Aphuthei*, etc. Porrò Menuchath regio erat vel intra vel in finibus tribûs Juda; vix autem persuademur, ut viro alicui nomen datum credamus *dimidium loci requietionis.* De Menuchat, ceu de loco quodam Gabaæ vicino, sermo est in historiâ cæsæ tribûs Benjamini per cæteras tribus Judic. 20, 43, idemque nomen recurrit inferiùs, v. 54, et cap. 8, 6. Est in Septuaginta ad Josue 15, 60 et 61, *Manocho*, quod in Hebræo et Vulgatâ non legitur.

VERS. 53. — DE COGNATIONE CARIATHIARIM, JETHREI, etc. Loca sunt à coloniis è Cariathiarim deductis frequentata. *Jethrei* vel incolæ Jether, urbis in tribu Juda, cujus non semel meminit Josue, 15, 48, et 21, 14.

APHUTHEI, fortè incolæ *Jephthæ*, de quâ Josue 15, 43.

SEMATHEI, incolæ *Samæ* in tribu Juda, v. 26.

MASEREI, incolæ Maseræ, seu potiùs *Maresæ*, in eâdem tribu, v. 44.

SARAITÆ ET ESTHAOLITÆ, ipsi sunt utique cives *Saraæ* et *Esthaol* in tribu Juda, Josue 15, 33, Judic. 13, 25.

VERS. 54. — FILII SALMA, BETHLEHEM, ET NETOPHATHI, CORONÆ DOMUS JOAB, ET DIMIDIUM REQUIETIONIS SARAI (1). In hanc sententiam vertendum ego Hebræum malim : *Salma*, vel Salmon filius Nahasson, supra, v. 11, filios genuit, qui frequentârunt *Bethlehem et Netophath* in tribu Juda, et *Hataroth, ubi erat domus Joab, et dimidiam regionem Menuchath, è latere Zarahi.* Bethlehem urbs est notissima; Netophathi in Scripturâ sæpè recurrit, 1 Par. 9, 16; Jerem. 40, 8, quam cum Bethlehem jungit Esdras, 2, 7, 26. Ataroth exhibetur in Josue, tanquàm in finibus Ephraimitarum, Josue 16, 2, 5, 7. Ignorare me fateor, utrùm *Joab*, de quo hìc, celebris sit copiarum Davidis imperator, an ejusdem nominis alius. Ignoramus pariter, ubi et facultates suas et domus haberet : illud tamen constat, agrum possedisse agro Absalomi finitimum (1), et facilè prope Baalhasor, quæ est *juxta Ephraim*; ibi enim fundos suos possidebat Absalom. Quod satis congruere videtur cum situ Ataroth, urbis ad fines Ephraimi, et à Bethorone non remotæ. In hâc verò genealogiâ illud ubique potissimùm spectâsse videtur auctor, ut servaret nomina locorum, à singulis familiis olim frequentatorum, quasi ea quæ scribebat auctor, è tabulis olim sub Josue scriptis acciperet, ut juvaret regionis distributionem pro ætate suâ, nempe post reditum è captivitate, quo tempore auctor scribebat. Hoc autem maximè tunc necessarium erat, ut singulæ familiæ Babylone reduces antiquas hæreditates recuperarent.

VERS. 55. — COGNATIONES QUOQUE SCRIBARUM HABITANTIUM IN JABES, CANENTES, ATQUE RESONANTES, ET IN TABERNACULIS COMMORANTES (2).

(1) Benedictus vertit : *Qui possidebat dimidium sepulcri Saræ* et quatuor patriarcharum. Verùm *Sarai*, hìc non est *Sara* uxor Abrahæ; nam Sarai hìc in Hebr. scribitur per litteras *tsade et ain*, Sara verò scribitur per *schin et he.* Sensus ergo est, q. d. : Salma quatuor genuit filios, scilicet 1° Bethlehem, 2° Netophati, 3° qui vocabatur Hebr.: *Aterot beth Joab*, id est : Coronæ domûs Joab; 4° cui nomen *dimidium requietionis Sarai.* Hæc enim omnia esse nomina propria patet ex Septuag., qui nomina Hebræa ut propria retinent, et quia hìc nomina filiorum Salma recensentur. Cur duo ultimi ita vocati sint, incertum est : fortè quia pater Salma optabat ut tertius fieret *corona*, id est, decus et gloria domûs Joab, ac quartus occuparet *dimidium requietionum*, id est, regionum et possessionum Sarai. (Corn. à Lap.)

(1) 2 Reg. 14, 30 : *Scitis agrum Joab juxta agrum meum, habentem messem hordei; ite et succendite eum igni.*

(2) Hæc quoque esse nomina propria liquet ex Hebræo et ex Roman., qui omnia hæc majusculis litteris prænotant, et ex Septuag., qui nomina Hebræa ut propria retinent, vertuntque : *Et populi Sopherim* (id est, scribarum) *habitantium Jabis, Tarathim, Samathim, Sachathim.* Sensus ergo est, q. d. : *Cognationes*, Hebr. *mispachoth*, id est, familiæ scribarum, (puta Cinæorum, ut sequitur) ex Salmâ descendentium erant tres, scilicet *Tarathim*, id est, *Canentes; Samathim*, id est, *Resonantes :* et *Suchatim*, id est, *in tabernaculis Habitantes :* quia verè Cinæi Dei laudes canebant et resonabant, nec in urbibus, sed in tabernaculis habitabant, ut dixi Jerem. cap. 35, vers. 2.

HI SUNT CINÆI (puta posteri Jethro soceri Moysis, ex quibus prognati sunt Rechabitæ, ut dixi Judic. cap. 1, vers. 16, Exodi cap. 18, vers. 1 et seqq.), QUI VENERUNT DE CALORE PATRIS DOMUS RECHAB. Hinc patet Rechabitas fuisse Cinæos, eosdem quoque fuisse scribas, psaltes et cantores, qui psalmos et hymnos Deo canerent. Sed quid est τὸ *de Calore?* Primò, Dionys. Carthus. *de calore*, inquit, hoc est, de semine quod est calidum. Verùm dico τὸ *Calore*, esse nomen proprium; quare Romana id scribunt per majusculum C, ac Septuag. retinent nomen Hebr. *Hemath.* Unde secundò Vatabl. vertit : *Qui venerunt de Hemath patre domûs Rechab*, q. d. : Cinæi prognati sunt de

Explicantur hìc nomina Rechabitarum ex variâ vitæ illorum professione. Hebræus ita sonat : *Familiæ scribarum* (vel amanuensium) *inhabitantes Jabes, Tirhathim, Semhathim, Sucothim.* Jabes urbs est celebris trans Jordanem; ex eâque originem referebat Chamath pater Rechabitarum. Sed Rechabitæ, Jeremiæ ætate, sedem habuisse videntur in regione Juda. *Tirhathim,* Chaldaicè sunt janitores : *Semhathim,* obedientes : *Suchotim,* commorantes in tentoriis.

Hi sunt Cinæi, qui venerunt de Calore patris domus Rechab (1). Quod hìc *Calor,* in Hebræo est Chamath, calor. Posteri Chamath Cinæi, veteres Palæstinæ incolæ, inter Israelitas habitârunt. Horum pars sub Rechabitarum nomine nota est, præsertim post Jehu regem Israelis (1), et sub exitum regni Juda (2). Non satis intelligo, cur hìc sermo inducatur de Cinæis et Rechabitis, quippe qui omnium assensu alieni sunt origine à tribu Juda et ab ejus stirpe. Urbium sedes vitabant, jussi à patre suo sedes sibi nonnisi in tentoriis constituere. Obedientiam illorum laudat Scriptura; unde illorum nonnulli appellati sunt *Semathæi,* obedientes. Cùm autem sedem haberent in tentoriis, idcircò *Sucothæi* appellantur; vitamque profitentes alienam ab agriculturâ, et à possessione agrorum et hæreditatum (3), totos se in grandi illo otio addicebant studio et professioni *Scribarum,* vel Scriptorum. Denique Dei nomine spondet illis Jeremias 35, 19, futurum, ut nunquàm ex ipsis desint homines, qui ministrent coram Deo ; et facilè cum Levitis destinati sunt ad excubias templi, unde nomen *Tirhathæorum,* vel ostiariorum.

Hemath, qui fuit pater familiâs Rechabitarum. Verùm quia noster vertit : *Patris,* in genitivo, non *patre,* in ablativo, hinc tertiò, meliùs per *Hemath* accipias urbem hoc nomine celebrem in Scripturâ, scilicet *Epiphaniam,* ita dictam ab Antiocho Epiphane. Et favet quòd non dicat : *Qui nati sunt,* sed : *Qui venerunt de Hemath,* q. d. : Cinæi venerunt de *Emath,* id est, *Epiphaniâ,* quæ urbs fuit sedes et patria domûs, id est, familiæ *Rechab,* sive Rechabitarum. Dices : Cur ergo noster nomen *Emath* non retinet, sed vertit *Calore?* Resp. : Id facit more suo, ut significet etymon *Emath* congruere huic loco ; *Emath* enim Hebr. significat *calorem.* Significat ergo Cinæos hosce appositè venisse de *Emath,* quæ urbs nomine suo significat *calorem,* ut innuat Cinæos hosce imitatos fuisse *calorem,* id est, zelum et fervorem devotionis, qui fuerat in patre eorum *Rechab;* ita Lyran. et Hugo. Sic Roma olim dicta fuit Valentia, teste Solino in Polyhist. Græcè enim ῥωμὴ idem est quod robur, valor et valentia. Romani enim erant valentes et valentini, utpote qui orbem sibi subjugârunt. Similes allusiones sunt Michææ cap. 1, vers. 10 : *In domo pulveris* (Hebr., in *Aphra,* urbe Benjamin; *Aphra* enim significat *pulverem) pulvere vos conspergite;* et v. 11 : *Et transite vobis, habitatio pulchra,* Hebr.: *Habitatrix Sappir,* id est, *pulchræ Samariæ;* et v. 12 : *Quæ habitat in amaritudinibus,* Hebr., *in Maroth* urbe. (C. à Lap.)

(1) *Ce sont là les Cinéens,* etc. Ces Cinéens ont été toujours, comme on l'a marqué ailleurs, très-célèbres parmi le peuple de Dieu, depuis que Moïse eut engagé Hobab, fils de Jéthro, son beau-père, descendu de ces Cinéens, à suivre Israël. Car ce peuple était un de ceux qui avaient été livrés par la justice de Dieu aux Israélites, et leur pays faisait une portion de la terre qu'il avait donnée en héritage à la postérité d'Abraham. Mais l'alliance qu'eut Moïse avec la famille de Jéthro, fit éviter à cette famille le malheur de toute la nation. Ainsi elle s'établit après la mort de Moïse, et depuis la ruine de Jéricho, dans le territoire de cette ville qu'on lui donna en partage. Mais ayant changé ensuite de demeure, et s'étant venue établir dans un désert de la tribu de Juda, elle y devint très-célèbre par l'austérité de vie et l'exactitude de la discipline dont firent depuis profession ceux qu'on nomma Réchabites, qui étaient de leurs descendants.

On peut juger de leur vertu par l'éloge que Dieu fait lui-même de l'obéissance qu'ils rendaient avec la dernière fidélité à Jonadab, fils de Réchab, l'un de leurs ancêtres, qui prescrivit à tous ceux de sa famille de se regarder comme étrangers sur la terre, en y demeurant sous des tentes, sans se bâtir de maisons, sans semer de grains, sans planter de vignes, sans boire de vin. Car, comme les Israélites violaient dans le même temps avec le dernier mépris les ordonnances de leur Dieu, il voulut, pour les couvrir de confusion, leur représenter l'exemple de ces Réchabites, par ces paroles qu'il obligea son prophète de dire à son peuple : *Le commandement par lequel Jonadab, fils de Réchab, avait défendu à ses enfants de boire du vin, a fait une telle impression sur leurs esprits, qu'ils n'en ont point bu jusqu'à présent, pour obéir à cet ordre de leur père. Mais pour moi, qui suis votre Dieu, quoique je vous aie parlé, et que je n'aie point manqué de vous instruire de bonne heure, nous ne m'avez point obéi.*

Ces Cinéens ou Réchabites n'étaient donc pas de la race d'Israël ; mais parce qu'ils s'étaient établis depuis si long-temps au milieu d'eux, et que leur exemple avait servi autrefois à les confondre dans leurs désordres, l'écrivain sacré en fait souvenir ici, pour piquer encore le peuple de Dieu d'une sainte émulation par la vue de ces hommes si fidèles et si pieux, à qui le Seigneur avait promis solennellement quelque temps avant la ruine de Jérusalem, d'en prendre un soin tout particulier, pour les conserver au milieu de la désolation de tout le royaume de Juda. (Sacy.)

(1) 4 Reg. 10, 15 : *Invenit Jonadab filium Rechab in occursum sibi, et benedixit ei,* etc.

(2) Vide Jerem. 35, 5, 6, 8, etc.

(3) Jerem. ibid. v. 7 : *Domum non ædificabitis, et sementem non seretis, et vineas non plantabitis, nec habebitis, sed in tabernaculis habitabitis,* etc.

CAPUT III.

1. David verò hos habuit filios, qui ei nati sunt in Hebron : primogenitum, Amnon ex Achinoam Jezrahelitide; secundum, Daniel de Abigail Carmelitide;

2. Tertium, Absalom filium Maacha filiæ Tholmai regis Gessur; quartum, Adoniam filium Aggith;

3. Quintum, Saphatiam ex Abital; sextum, Jethraham de Eglâ uxore suâ.

4. Sex ergo nati sunt ei in Hebron, ubi regnavit septem annis, et sex mensibus. Triginta autem et tribus annis regnavit in Jerusalem.

5. Porrò in Jerusalem nati sunt ei filii, Simmaa, et Sobab, et Nathan, et Salomon, quatuor de Bethsabee filiâ Ammiel :

6. Jebaar quoque, et Elisama,

7. Et Eliphalet, et Noge, et Nepheg, et Japhia.

8. Necnon Elisama, et Eliada, et Elipheleth, novem.

9. Omnes hi, filii David, absque filiis concubinarum; habueruntque sororem Thamar.

10. Filius autem Salomonis, Roboam : cujus Abia filius genuit Asa. De hoc quoque natus est Josaphat.

11. Pater Joram, qui Joram genuit Ochoziam, ex quo ortus est Joas :

12. Et hujus Amasias filius genuit Azariam. Porrò Azariæ filius Joathan

13. Procreavit Achaz patrem Ezechiæ, de quo natus est Manasses.

14. Sed et Manasses genuit Amon patrem Josiæ.

15. Filii autem Josiæ fuerunt : primogenitus, Johanan; secundus, Joakim; tertius, Sedecias; quartus, Sellum.

16. De Joakim natus est Jechonias et Sedecias.

17. Filii Jechoniæ fuerunt, Asir, Salathiel :

18 Melchiram, Phadaia, Senneser, et Jecemia, Sama et Nadabia.

19. De Phadaiâ orti sunt Zorobabel et Semei; Zorobabel genuit Mosollam Hananiam et Salomith sororem eorum :

20. Hasabam quoque, et Ohol, et Bara-

CHAPITRE III.

1. Voici les enfants de David, qui lui sont nés à Hébron. L'aîné *fut* Amnon, *fils* d'Achinoam de Jezrahel ; le second Daniel, *fils* d'Abigaïl du Carmel ;

2. Le troisième, Absalom, fils de Maacha, fille de Tholmaï, roi de Gessur ; le quatrième, Adonias, fils d'Aggith ;

3. Le cinquième, Saphatias, fils d'Abital ; le sixième, Jéthraham, fils d'Egla, son épouse.

4. Ainsi David eut six fils à Hébron, où il régna sept ans et demi. Mais il régna trente-trois ans à Jérusalem.

5. Et les enfants qu'il eut à Jérusalem furent Simmaa, Sobab, Nathan et Salomon, tous quatre fils de Bethsabée, fille d'Ammiel.

6. Il eut encore Jébaar, et Elisama,

7. Eliphaleth, Nogé, Népheg et Japhia,

8. Comme aussi Elisama, Eliada et Eliphéleth, *c'est-à-dire* neuf.

9. Ce sont là tous les enfants de David, outre les enfants de ses concubines ; et ils eurent une sœur nommée Thamar.

10. Salomon fut père de Roboam, qui eut pour fils Abia, qui engendra Asa, duquel est venu Josaphat,

11. Père de Joram, qui engendra Ochozias, et de celui-ci naquit Joas.

12. Joas eut pour fils Amazias, père d'Azarias ; et le fils d'Azarias fut Joathan,

13. Qui engendra Achaz, père d'Ezéchias, qui eut pour fils Manassé.

14. Manassé engendra Amon, père de Josias,

15. Dont les fils sont Johanan l'aîné ; le second, Joakim ; le troisième, Sédécias ; le quatrième, Sellum.

16. De Joakim sont venus Jéchonias et Sédécias.

17. Les fils de Jéchonias furent Asir, Salathiel.

18. *Les fils de Salathiel furent* Melchiram, Phadaïa, Sennéser et Jécémia, Sama et Nadabia.

19. De Phadaïa sont venus Zorobabel et Séméi. Zorobabel engendra Mosollam et Hanania, avec Salomith leur sœur ;

20. Et encore ces cinq, Hasaba, Ohol, Barachia, Hasadia et Josabhésed.

chiam, et Hasadiam, Josabhesed, quinque.

21. Filius autem Hananiæ, Phaltias pater Jeseiæ, cujus filius Raphaia : hujus quoque filius, Arnan, de quo natus est Obdia, cujus filius fuit Sechenias.

22. Filius Secheniæ, Semeia : cujus filii, Hattus, et Jegaal, et Baria, et Naaria, et Saphat, sex numero.

23. Filius Naariæ : Elioenai, et Ezechias, et Ezricam, tres.

24. Filii Elioenai ; Oduia, et Eliasub, et Phaleia, et Accub, et Johanan, et Dalaia, et Anani, septem.

21. Hananias eut pour fils Phaltias, qui fut père de Jéséias, dont le fils, nommé Raphaïa, fut père d'Arnan, duquel est venu Obdia, qui eut pour fils Séchénias.

22. Le fils de Séchénias fut Séméia, duquel sont sortis Hattus, Jégaal, Baria, Naaria et Saphat, qui font six.

23. Naaria eut trois fils : Elioénaï, Ezéchias et Ezricam.

24. Elioénaï en eut sept : Oduia, Eliasub, Phéléia, Accub, Johanan, Dalaïa et Anani.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Ex Achinoam Jezrahelitide. Creditur hæc fuisse ex Jezrahele, urbe tribûs Juda, Josue, 15, 56, aliâ planè ab urbe celebri in Issacharo.

Abigail Carmelitide, uxore Nabalis è Carmelo. Natus ex illâ filius, *Daniel* hìc, 2 Reg. 3, 3, *Cheleab* appellatur.

Vers. 3.—Jethraham de Egla. Sunt qui contendant, Eglam ipsam esse *Micholem* filiam Saülis, cujus tamen opinionis nulla suppetunt argumenta. Vide 2 Reg. 3, 5. Michol caruit liberis : *Michol filiæ Saül non est natus filius usque in diem mortis suæ,* 2 Reg. 6, 23.

Vers 5.—Quatuor de Bethsabee filia Ammiel. Hebræus legit hìc *Bethsuah* בת שוע, pro *Bethsabee;* sed mendo amanuensis : et mendosè pariter Septuaginta et Arabs ferunt Βηρσαβεὲ, Bersabee ; genuinum enim matris Salomonis nomen erat *Bethsabee.* Pater ejus, qui hìc *Ammiel,* in 2 Regum 11, 3, *Eliam* appellatur, quæ unius, ejusdemque viri duo facilè erant nomina. De quatuor hisce filiis Bethsabee quæstio est. Interpretum quidam, Lyran., Vat., Mas., etc., aiunt, Simmaam, Sobab et Nathanum filios fuisse Bethsabee ex Uriâ, quos David adoptaverit ; ex Davide autem et Bethsabee unicum Salomonem natum fuisse, quò spectare credunt ea verba Salomonis in Proverbiis, 4, 3 : *Ego filius fui patris mei tenellus, et unigenitus coram matre meâ.* Sed doctissimi ex interpretibus, Est., Tir., Cornel., Grot., Salian., alii, quatuor hosce filios natos è Davide et Bethsabee credunt. Postremus hìc recensetur Salomon, quanquàm maximus natu inter illos, quòd ejus genealogia longiùs deducenda sit, fratrum posteritate neglectâ. Cùm verò *filii unigeniti coram matre suâ* privilegium sibi arrogat Salomon, id tantùm indicat, tenero se ac singulari amore diligi à matre, tanquàm filium benedictionis, et Deo maximè dilectum, ac largissimarum promissionum Dei hæredem (1).

Vers. 6.—Elisama, appellatus etiam *Elisua,* 2 Reg. v. 15, et 1 Par. 14, 5.

Vers. 7. — Eliphaleth, et Noge. Postremus hìc non legitur in 2 Regum v. 15, sed recurrit etiam inferiùs, 14, 6, sub nomine *Noga. Eliphaleth* bis hìc repetitur, et semel etiam inferiùs, 14, 6. In 2 Regum v. 16, nonnisi semel occurrit. Arbitrantur quidam, Grot., Vatabl., Davidem, amisso è filiis suis aliquo adhuc puero, ejus deinde nomen alteri, qui statim hìc recensetur, indidisse.

Vers. 8. — Eliada, aliter *Elioda,* 2 Reg. 14, 16, et *Baaliada,* 1 Par. 15, 7.

Novem. Imò tredecim, si numerentur quatuor filii Bethsabee ; illis exclusis, novem supersunt : et in libro 2 Regum undecim recensentur tantùm, admissis quatuor filiis Bethsabee, quibus subductis, septem remanent. Necesse igitur est, ùt mendosum alterutrum ex his locis arguamus, vel suspicemur, auctorem librorum Regum nonnisi filios superstites (2), auctorem verò Paralipomenon numerâsse etiam filios qui sine stirpe decesserant.

Vers. 9. — Habueruntque sororem Thamar. Thamar soror erat, ex utroque parente ger-

(1) Ces paroles de Salomon : *Fui unigenitus coram matre meâ*, ne signifient pas qu'il était véritablement fils unique de sa mère, mais qu'elle le regardait et qu'elle l'aimait comme s'il l'avait été. Quant à celui dont il était la figure, le vrai Salomon, ce roi de paix, qui a régné et qui régnera éternellement sur les vrais enfants d'Israël, il a été véritablement le fils unique de sa sainte mère, selon la chair, comme il l'était de toute éternité de son père, selon la nature divine. (Sacy.)

(2) Ita Vatab., Grot., Mas.

mana Absalomi; cum reliquis verò filiis Davidis unicum patrem habebat communem. Ex filiabus Davidis una nota est Thamar, quanquàm affirmat Scriptura, natos illi esse Hierosolymæ filios et filias, præter liberos quos Hebrone genuerat : *Natique sunt David et alii filii et filiæ*, 2 Reg. v. 13.

Vers. 15.—Filii Josiæ, Johanan, Joakim, Sedecias, Sellum. Nonnisi tres exhibentur in libris Regum (1), deest enim *Johanan* : fortè sine liberis, et ante patrem decessit. Tres cæteri regnum, non tamen ordine naturæ atque ætatis, possederunt. *Joachaz*, hìc et in Jeremiâ 22, 11, *Sellum* appellatus, regnavit primus, 4 Reg. 23, 31 ; secundus, Joakim vel Eliacim, 4 Reg. 23, 34; tertius successit *Sedecias*, alio nomine *Matthanias*, ibid. 24, 17 et 18.

Vers. 16. — Jechonias, alio nomine *Joachin*, 4 Reg. 24, 6, et *Cenias*, Jerem. 22, 28.

Sedecias. Si is est, qui inter reges Juda postremus ante captivitatem regnavit, nomen *filii* accipiendum est hìc pro successore; scimus enim Jechoniæ successisse *Sedeciam*, qui patrem habuit Josiam, non Joakimum. Hebræus textus significare posset, Sedeciam *filium fuisse* Jechoniæ; sed narrationis series demonstrat, aliam planè esse loci hujus sententiam; Jechoniæ enim genealogia nonnisi in sequenti versiculo ducitur. Confirmatur hinc eorum conjectura, qui nomen filii usurpatum hìc pro successore arbitrantur. Grot., Jun., Pisc.

Vers. 17.—Filii Jechoniæ fuerunt Asir, Salathiel, etc. Prædixerat Jeremias, 22, 30, futurum, ut Jechonias careret liberis : *Scribe virum istum sterilem;* sed verisimillimè putamus, prophetam id tantùm innuere voluisse, neminem ex ejus filiis regnaturum in Judâ, eumque redigendum esse ad statum hominis posteritate carentis; quare addit : *Nec erit de semine ejus vir qui sedeat super solium David.* Suspicantur nonnulli, et Jun. hìc, filios, qui hìc Jechoniæ assignantur, adoptivos ejus fuisse, vel tantùm successores; eamque in rem animadvertitur, apud S. Lucam, 3, 27, Salathielem, ex. gr., exhiberi filium *Neri*, non Jechoniæ. Sed argumentum hoc spontè ruit cùm S. Matthæus 1, 12, narret, Jechoniam genuisse *Salathielem*. Reddi etiam posset Hebræus : *Et filii Jechoniæ vincti Salathiel* (2) Vox *Asir* sonat vinctum hominem in carcere. Porrò Jechoniam carcerem Babyloni-

(1) 4 Reg. 23, 24.
(2) Ita Jun., Malv., Pisc., Osiand.

cum diu sustinuisse constat 4 Reg. 24, 15.

Vers. 18. — Melchiram, Phadaia, Senneser. Supplendum est hìc aliquid in textu, ut sibi cohæreat. *Salathiel*, de quo in præcedenti versiculo, filios genuisse *Melchiram et Phadaiam*, discimus ex sequenti versiculo. Reddendum est igitur : *Itaque filii Salathielis fuerunt Melchiram, et Phadaia*. Ita Jun., Vat., Pisc.

Vers. 19.—De Phadaia orti sunt Zorobabel et Semei. Docet S. Matthæus 1, 12, *Zorobabelem* filium, vel, si mavis, nepotem fuisse Salathielis ; hìc autem idem *Zorobabel* filius *Phadaiæ* constituitur; quare vel tribuendus est Phadaia filius Salathieli, et pater Zorobabeli, ut in versiculo præcedenti dictum est; vel reputandum, Phadaiam vitâ cessurum reliquisse filium suum Zorobabelem educandum Salathieli patri suo : ita ut unus idemque Zorobabel filius tribueretur Salathieli simul et Phadaiæ (1).

Zorobabel genuit Mosollam, Hananiam. Legimus in S. Matthæo 1, 13 : *Zorobabel genuit Abiud;* et neminem hujus nominis, nec in hoc versiculo, nec in sequentibus legimus : quare è quinque filiis Zorobabelis hìc recensitis unus aliquis statuendus est, qui nomen alterum Abiud gesserit.

Vers. 21. — Filius autem Hananiæ Phaltias pater Jeseiæ, cujus filius Raphaia, etc. Longè aliter Hebræus : *Filius Hananiæ Phaltias, et Jeseias; filii Raphaiæ, filii Arnan, filii Obdiæ, filii Secheniæ, fuit Semeia*. Ita ut Hananias filios habuerit Phaltiam et Jeseiam; negligantur autem hìc nomina filiorum Raphaiæ, Arnani et Obdiæ; Septuaginta, Syriacus et Vulgata, Hebræum aliter et planiùs legerunt ac nos hodie in nostris codicibus. Septuaginta legebant בני *filii*, pro בן *filius*.

Vers. 22. — Sex numero, admisso etiam Semeiâ parente; in textu enim nonnisi quinque recensentur. Sunt qui alium suppleant (2), nomine *Sesam*, qui tamen deest in Hebræo; Septuaginta et codicibus correctis Vulgatæ. Suspicantur quidam, Castalio, Vat., vocem esse aliquam omissam in textu.

Vers. 24.—Oduia, duodecimus est à Zorobabele. Probat hic locus et diligentiam scriptoris

(1) Vide, si lubet, Cornel. Tirin.
(2) Ita MSS. codices tres vel quatuor in edit. nov. Oper. S. Hieron. Ita et variæ editiones Bibliorum Gothicæ, et aliæ, ut Bibl. Roberti Steph. et Polyglott. Antuerp. et Bibl. Sixti V, etc. Nomen *Sessa*, vel *Sesa*, factum ex Hebr. ששה, sex, quod pro nomine propriò malè usurpatur.

retexendæ genealogiæ Davidis, et auctorem hujus libri, qualis nunc superest, alium esse planè ab Esdrâ, cùm à Zorobabele usque ad decimam post ipsum generationem trecenti saltem anni, licet triginta solùm anni singulis generationibus assignentur, excurrerint. Porrò ramus genealogicus hìc exhibitus alius est ab illo de quo S. Matthæus 1. Variæ genealogicæ arbores conservabantur, quòd ambigeretur, ex quâ Davidis familiâ Christus proditurus esset.

CAPUT IV.

1. Filii Juda : Phares, Hesron, et Charmi, et Hur, et Sobal.

2. Raia verò filius Sobal genuit Jahath, de quo nati sunt Ahumai et Laad, hæ cognationes Sarathi.

3. Ista quoque stirps Etam : Jezrahel, et Jesema, et Jedebos. Nomen quoque sororis eorum, Asalelphuni,

4. Phanuel autem pater Gedor, et Ezer pater Hosa : isti sunt filii Hur primogeniti Ephrata patris Bethlehem.

5. Assur verò patri Thecuæ erant duæ uxores : Halaa, et Naara.

6. Peperit autem ei Naara, Oozam, et Hepher, et Temani, et Ahasthari : isti sunt filii Naara.

7. Porrò filii Halaa : Sereth, Isaar et Ethnan.

8. Cos autem genuit Anob, et Soboba, et cognationem Aharebel filii Arum.

9. Fuit autem Jabes inclytus præ fratribus suis, et mater ejus vocavit nomen illius Jabes, dicens : Quia peperi eum in dolore.

10. Invocavit verò Jabes Deum Israel, dicens : Si benedicens benedixeris mihi, et dilataveris terminos meos, et fuerit manus tua mecum, et feceris me à malitiâ non opprimi. Et præstitit Deus quæ precatus est.

11. Caleb autem frater Sua genuit Mahir, qui fuit pater Esthon.

12. Porrò Esthon genuit Bethrapha, et Phesse, et Tehinna patrem urbis Naas : hi sunt viri Recha.

13. Filii autem Cenez : Othoniel et Saraia. Porrò filii Othoniel, Hathath, et Maonathi.

14. Maonathi genuit Ophra. Saraia autem genuit Joab patrem Vallis artificum : ibi quippe artifices erant.

CHAPITRE IV.

1. Descendants de Juda : Pharès, Hesron, *fils de Pharès*, Charmi, *petit-fils de Zara, second fils de Thamar,* Hur et Sobal, *descendants de Hesron.*

2. Raïa, fils de Sobal, engendra Jahath, père d'Ahumaï et de Laad. Ce sont là les familles des Sarathites.

3. Voici encore la postérité d'Etam : Jezrahel, Jéséma et Jédébos, qui eurent une sœur nommée Asalelphuni.

4. Phanuel fut prince de Gédor, et Ezer prince d'Hosa ; ce sont là les descendants d'Hur, fils aîné d'Ephratha et prince de Bethléhem.

5. Assur, prince de Thécua, eut deux femmes, *savoir,* Halaa et Naara.

6. De Naara il eut Oozam et Hépher, et les Thémaniens, et les Ahastariens, qui sont tous descendus de Naara.

7. Les fils de Halaa *sont* Séreth, Isaar et Ethnan.

8. Cos engendra Anob et Soboba ; et c'est de lui que sont venus tous ceux qui portent le nom d'Aharébel, fils d'Arum.

9. Mais Jabès devint plus illustre que ses frères ; et ce fut sa mère qui lui donna le nom de Jabès, *qui signifie douleur,* disant : C'est parce que je l'ai mis au monde avec beaucoup de douleur.

10. Or Jabès invoqua le Dieu d'Israël, en disant : Ah ! si vous répandiez sur moi vos bénédictions, et étendiez les bornes de mes terres, et si votre bras m'était favorable pour empêcher que je ne succombe sous la méchanceté ! Et Dieu lui accorda ce qu'il avait demandé.

11. Caleb, frère de Sua, engendra Mahir, qui fut père d'Esthon.

12. Esthon engendra Bethrapha, Phessé et Téhinna, qui fut le prince de la ville de Naas. Ce sont ceux-ci qui ont peuplé la ville de Récha.

13. Cénez eut pour fils Othoniel et Saraïa. Othoniel fut père d'Hathah et de Moanathi.

14. Moanathi engendra Ophra. Saraïa engendra Joab, le prince de la Vallée des ouvriers, car il y avait là toutes sortes d'ouvriers.

15. Filii verò Caleb filii Jephone : Hir, et Ela, et Naham. Filii quoque Ela : Cenez.

16. Filii quoque Jaleleel Ziph, et Zipha, Thiria, et Asrael.

17. Et filii Ezra : Jether et Mered , et Epher, et Jalon : genuitque Mariam, et Sammai, et Jesba patrem Esthamo.

18. Uxor quoque ejus Judaia peperit Jared patrem Gedor, et Heber patrem Socho, et Icuthiel patrem Zanoe : hi autem filii Bethiæ filiæ Pharaonis, quam accepit Mered.

19. Et filii uxoris Odaiæ sororis Naham patris Ceila, Garmi, et Esthamo, qui fuit de Machati.

20. Filii quoque Simon : Amnon et Rinna filius Hanan, et Thilon. Et filii Jesi : Zoheth et Benzoheth.

21. Filii Sela, filii Juda : Her pater Lecha, et Laada pater Maresa, et cognationes domûs operantium byssum in domo Juramenti.

22. Et qui stare fecit solem, virique mendacii, et Securus, et Incendens, qui principes fuerunt in Moab, et qui reversi sunt in Lahem : hæc autem verba vetera.

23 Hi sunt figuli habitantes in plantationibus, et in sepibus, apud regem in operibus ejus, commoratique sunt ibi.

24. Filii Simeon : Namuel et Jamin, Jarib, Zara, Saül.

25. Sellum filius ejus, Mapsam filius ejus, Masma filius ejus.

26. Filii Masma : Hamuel filius ejus, Zachur filius ejus, Semei filius ejus.

27. Filii Semei sedecim, et filiæ sex : fratres autem ejus non habuerunt filios multos, et universa cognatio non potuit adæquare summam filiorum Juda.

28. Habitaverunt autem in Bersabee, et Molada, et Hasarsuhal,

29. Et in Bala, et in Asom, et in Tholad,

30. Et in Bathuel, et in Horma, et in Siceleg,

31. Et in Betmarchaboth, et in Hasarsusim, et in Bethberai, et in Saarim : hæ civitates eorum usque ad regem David.

15. Les enfants de Caleb, fils de Jéphoné, *sont* Hir, Ela et Naham. Ela fut père de Cénez.

16. Les fils de Jaléléel *furent* Ziph, Zipha, Thiria et Asraël.

17. Ceux d'Ezra *etaient* Jéther, Méred, Epher et Jalon. Il eut encore Marie, Sammaï, et Jesba, prince d'Esthamo.

18. Sa femme *fut* Judaïa, *qui* enfanta Jared, prince de Gédor, et Héber, prince de Socho, et Icuthiel, prince de Zanoé. Et tous ceux-là descendent aussi de Bethia, fille de Pharaon, qui épousa Méred.

19. Et les fils de sa femme Odaïa, sœur de Naham, père de Célia, *sont* Garmi et Estham, qui était de Machati.

20. Les fils de Simon *sont* Ammon et Rinna, qu'il eut de Hanan, et Thilon. Et les fils de Jési *sont* Zoheth et Benzoheth.

21. Les fils de Séla, *troisième* fils de Juda, *sont* Her, père de Lécha, et Laada, père de Marésa, et les *chefs des* familles de ceux qui travaillent aux ouvrages de fin lin dans la maison *d'Asbéah, c'est-à-dire* du Jurement ;

22. Et *Jokim, dont le nom signifie* celui qui a fait arrêter le soleil, et *les habitants de Chozéba, c'est-à-dire* les hommes de mensonge, et *Joas, et Saraph, dont les noms signifient* le Certain et le Brûlant, qui commandèrent dans Moab, et qui revinrent à Lahem, *autrement Bethléhem.* Or c'est ce que nous apprenons de l'ancienne tradition.

23. Ce sont là les potiers qui demeuraient à Nétaïm et à Gadéra dans les maisons du roi, où ils travaillent pour lui, et qui s'y sont établis.

24. Les fils de Siméon *sont* Namuel, Jamin, Jarib, Zara et Saül,

25. Dont le fils *fut* Sellum, père de Mapsam, lequel eut Masma pour fils.

26. Le fils de Masma *fut* Hamuel ; celui de Hamuel, Zachur, et celui de Zachur, Séméi.

27. Séméi eut seize garçons et six filles ; mais ses frères n'eurent pas beaucoup d'enfants, et toute leur postérité ne put égaler le nombre des enfants de Juda.

28. Ils s'établirent dans Bersabée, dans Molada, dans Hasarsuhal,

29. Dans Bala, dans Asom, dans Tholad,

30. Dans Bathuel, dans Horma, dans Sicéleg,

31. Dans Bethmarchaboth, dans Hasarsusim, dans Bethbéraï et dans Saarim. Ce sont les villes qu'ils possédèrent *seuls* jusqu'au règne de David.

32. Villæ quoque eorum : Etam, et Aen, Remmon, et Thochen, et Asan, civitates quinque.

33. Et universi viculi eorum per circuitum civitatum istarum usque ad Baal : hæc est habitatio eorum, et sedium distributio.

34. Mosobab quoque, et Jemlech, et Josa filius Amasiæ,

35. Et Joel, et Jehu filius Josabiæ, filii Saraiæ, filii Asiel,

36. Et Elioenai, et Jacoba, et Isuhaia, et Asaia, et Adiel, et Ismiel, et Banaia.

37. Ziza quoque filius Sephei, filii Allon, filii Idaia, filii Semri, filii Samaia.

38. Isti sunt nominati principes in cognationibus suis, et in domo affinitatum suarum multiplicati sunt vehementer.

39. Et profecti sunt ut ingrederentur in Gador usque ad orientem Vallis, et ut quærerent pascua gregibus suis.

40. Inveneruntque pascuas uberes, et valdè bonas, et terram latissimam, et quietam, et fertilem, in quâ ante habitaverant de stirpe Cham.

41. Hi ergo venerunt, quos supra descripsimus nominatim, in diebus Ezechiæ regis Juda : et percusserunt tabernacula eorum, et habitatores qui inventi fuerant ibi, et deleverunt eos usque in præsentem diem : habitaveruntque pro eis, quoniam uberrimas pascuas ibidem repererunt.

42. De filiis quoque Simeon abierunt in montem Seir viri quingenti, habentes principes Phaltiam, et Naariam, et Raphaiam, et Oziel, filios Jesi.

43. Et percusserunt reliquias, quæ evadere potuerant, Amalecitarum, et habitaverunt ibi pro eis usque ad diem hanc.

32. Et leurs demeures, au nombre de cinq villes, furent Etam, Aën, Remmon, Thochen et Asan :

33. Et *outre cela* tous les villages qui sont aux environs de ces villes, jusqu'à Baal. Telle est leur habitation et la distribution de leurs demeures.

34. Mosobab, Jemlech et Josa, fils d'Amasias,

35. Joël, et Jéhu, fils de Josabia, *qui fut* fils de Saraïa, fils d'Asiel,

36. Elioénaï, Jacoba, Isuhaïa, Isaïa, Adiel, Ismiel et Banaïa,

37. Ziza, fils de Séphéi, fils d'Allon, fils d'Idaïa, fils de Semri, fils de Samaïa.

38. Tous ceux-là devinrent les chefs célèbres de plusieurs maisons *de la tribu de Siméon*, et ils se multiplièrent extrêmement dans les familles qui sortirent d'eux.

39. Ils partirent *de leur pays* pour se rendre maîtres de Gador, et s'étendre jusqu'à l'orient de la Vallée, afin de chercher des pâturages pour leurs troupeaux.

40. Ils en trouvèrent de fertiles et d'excellents, et une terre très-spacieuse, paisible et abondante, où quelques gens de la postérité de Cham s'étaient établis auparavant.

41. Ceux-ci, que nous avons nommés plus haut, vinrent donc *les attaquer* sous le règne d'Ezéchias, roi de Juda ; ils renversèrent leurs tentes, et tuèrent les habitants qu'ils y trouvèrent, et ils en sont demeurés jusqu'à présent les maîtres, s'y étant établis en leur place, à cause des pâturages très-gras qu'ils y trouvèrent.

42. Quelques autres de la même tribu de Siméon, au nombre de cinq cents, s'en allèrent à la montagne de Séir sous la conduite de Phaltias, de Naarias, de Raphaïs et d'Oziel, enfants de Jési ;

43. Et ayant défait les restes des Amalécites qui avaient pu échapper *jusqu'alors*, ils se rendirent maîtres du pays, où ils sont demeurés jusqu'à ce jour.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Filii Juda : Phares, Hesron, et Charmi. Ex Judâ unus tantùm Phares natus est. Hesron prodiit è Phares. Sed quorsùm hic genealogia Juda, quæ jam superiùs, cap. 2, deducta est? Vero proximè arbitramur, hæc omnia deducta fuisse è *Verbis veteribus* (vide v. 22), nempe vetustis tabulis, quæ apud singulas tribus servabantur. Ut vitarentur turbæ, neve hæreditates alienarentur, privatæ erant apud singulas familias tabulæ, et præterea communes erant pro totâ tribu. Ex hujusmodi tabulis descriptæ sunt hæ genealogiæ et hæreditates : cùm autem varii essent illarum codices, et facilè in tantâ annorum successione, ac bellorum rerumque novarum vicissitudine fieri potuerit, ut frequenter eæ tabulæ renovarentur, hinc orta ea varietas, quam hìc animadvertimus. Sed et ista varietas luculentum est argumentum fidei et diligentiæ illorum qui has collectiones exhibuêre ; tales enim de-

derunt, quales nacti sunt. Porrò confusionem hanc et menda quædam in textum inducta credo ob propriorum nominum copiam, et ex confusione laborem et negotium interpretibus. Sed ubi est liber adeò defæcatus, qui amanuensium incuriam non senserit?

CHARMI, qui hìc filius *Hesroni* tribuitur, nepos erat *Zaræ*, uti supra, 2, 7, demonstratum est. Ait Junius, ipsissimum esse *Calubi*, vel *Calebum*, inter filios Hesronis primum, de quo plura in cap. 2, quique ibidem v. 50, genuisse dicitur *Sobal*, inter filios *Hur* hìc recensitum. Cæterùm ex his omnibus intelligimus, consilium auctoris fuisse non tam ut seriem genealogicam daret posterorum Juda, quàm ut designaret certum situm locorum, quæ viri illorum principes tenuerunt.

VERS. 2.—RAIA. Non desunt qui virum hunc miscendum censeant cum *Roeh*, vel principe loci requietionis, vel *Menuchath*, de quo superiùs, 2, 52; sed aliam nobis opinionem probari diximus ad illum locum.

HÆ COGNATIONES SARATHI. Incolæ *Sarath*, vel *Saraæ* prope Esthaol, in tribu *Juda*, vel *Dan*, supra, 2, 53, è viris hìc recensitis originem retulerunt.

VERS. 3.—ISTA QUOQUE STIRPS ETAM. Hebræus ad litteram: *Hæc... patris Etam*. Septuaginta: *Hi filii Etam;* quam interpretationem etiam adoptavit Vulgata. Etiam urbis nomen esse censent plures Jun. et Tremel., Malv. et Cleric., hìc. : *Hi habitaverunt urbem Etam.* Etam urbs erat, vel saltem diù fuit in ditione tribûs Simeonis, 1 Paral. 4, 32. Restituit illam Roboamus, 2 Par. 11, 6, facilè commodo tribûs Juda.

VERS. 4. — PHANUEL AUTEM PATER GEDOR. Creditur Phanuel ipsissimus esse *Hariph;* et *Gedor*, urbs *Bethgader*, de quâ supra, 2, 51. Posteri igitur Phanuelis consederunt in Gedor, ubi pariter commoratus est Jared filius Calebi, infra, v. 18; eamdemque esse credo urbem, quam deinde occupârunt Simeonitæ, infra, v. 39. Hanc Josue tribui Juda assignavit, Josue 15, 58; at satis constat, geminas illas tribus vicinas fuisse, et sæpè sedes habuisse communes.

EZER PATER HOSA, עדר כובי חושה, vel incolarum urbis *Husati*, in libris Regum notissimæ. Sobochai, et Mobonnai, viri apud Davidem fortissimi, ex Husati originem referebant, 2 Reg. 21, 18, et 23, 27.

ISTI SUNT FILII HUR PRIMOGENITI EPHRATA ; id est, *Phanuel* et *Ezer* posteri sunt Hur, viri natu maximi inter filios ex Ephrata et Calebo genitos. Porrò Hur pater fuit Bethlehem, id est, sati ex illo posteri frequentârunt urbem hanc, quæ alio nomine *Ephrata*, ex matre ejusdem nominis, appellabatur. Non satis constat, utrùm Phanuel et Ezer ex Hur propriè parente orti sint; supra enim 2, 20, filius illi adscribitur Uri; legimusque ibidem v. 51, Salmam, ejus filium, *patrem fuisse Bethlehem*, id est, urbem hanc per se vel per posteros frequentâsse.

VERS. 5. — ASSUR PATRI THECUÆ ERANT DUÆ UXORES. Assur, pater incolarum Thecuæ, filius erat posthumus Abiæ et Hesronis, uti supra, 2, 24, ex Hebræo animadvertimus : sed ex Vulgatâ Assur filius est solummodò Hesronis et Abiæ. Quòd autem posthumus fuerit, non satis certò constat.

VERS. 6. — THEMANI, ET AHASTHARI. Nota est in Palæstinâ urbs *Thamna* in tribu Juda, Josue 15, 10 et 57, et urbs *Atharoth* Josue 16, 2, in finibus Benjamini, quâ parte tribum Juda respicit.

VERS. 7. — ET ETHNAN. Interpretes quidam, Jun., Pisc., Gloss. collocandum aiunt Cos post Ethnan, ut narratio cum versiculo sequenti copuletur : *Filii Halaa..... Isaar, et Ethnan, et Cos*. Vers. 8 . *Cos genuit Anob*, etc.

VERS. 8. — COS. Cum interpretibus nonnullis arbitramur, *Cos* eumdem esse *Cenez*, vel *Kenez*, de quo inferiùs, v. 13. Factum verò קוץ è קנז putamus elisâ *nun*, vel amanuensis mendo, litterarum similitudine decepti.

VERS. 9. — FUIT AUTEM JABES INCLYTUS PRÆ FRATRIBUS SUIS. Certo certiùs deest hìc aliquid; neque enim docuit Scriptura quis fuerit Jabes, qui fratres. Suspicantur nonnulli (Vat., vide Lyr. et Est. hìc) nomen *Jabes* datum illi fuisse à matre, *Othonielis* verò à patre; quemadmodùm inter filios Rachelis postremus nomen Benoni obtinuit à matre, Benjamin à patre. Hæc utique opinio pretium suum habet. Kos, vel Kenez pater erat Othonielis, uti constabit inferiùs, v. 13. Cos hìc exhibetur tanquàm parens omnium qui præcedunt *Jabes;* scimus autem, Othonielem virtute antecelluisse cæteros, atque obtinuisse à Calebo, præter urbem Cariath-Sepher, nuptias filiæ ejus Axæ, cum agris pinguibus Vide Josue 15, 17 et seq., Judic. 1, 15. Hæc autem retulisse videtur ceu præmia pietatis suæ, et fructum voti, hìc v. 10, nuncupati.

VERS. 10. — ET FECERIS ME A MALITIA NON OPPRIMI (1). Hebræus : *Fecerit non opprimi à ma-*

(1) *Jabès invoqua le Dieu d'Israël, en disant* :

lis, vel doloribus, *quibus affligor*, vel tantùm ab angustiis meis.

Vers. 11. — Caleb autem frater Sua genuit Mahir. Calebus iste alius est planè à *Calubi*, vel Calebo primo, de quo sæpiùs, et à Calebo filio Jephone, de quo inferiùs, v. 15. Sed de hujus secundi Calebi patre non satis constat. In Hebræo Chelub כלוב appellatur.

Vers. 12. — Patrem urbis Naas. Hujus nominis urbs nulla sese offert. Nahas Hebraicè est æs, vel anguis. Isai pater Davidis appellatur *Naas* in 2 Regum; habitabat autem in Bethlehem. Confer 1 Paral. 2, 13, 15, 16, cum 2 Reg. 17, 25.

Recha, urbs est ignota, urbs Recem tribui Benjamini assignatur ab Josue 18, 27.

Vers. 13. — Filii Cenez, Othoniel, et Saraia. Jam alibi, Josue 15, 17, expendimus genealogiam Othonielis, qui filius Cenez vel Cenezæi constanter appellatur. Cenezæus pariter nuncupatur Calebus filius Jephone; nec defuerunt qui Calebum et Othonielem fratres è communi parente Cenez reputaverint. Nobis tamen probatur Jephone et Cenez fratres appellare, Othonielem verò et Calebum filios fratrum.

Vers. 14. — Joab patrem Vallis artificum (1). Reddi Hebræus potest : *Joab pater Ge-Harasim; ibi quippe erant artifices*, vel opifices. *Ge-Harasim* locus est sitûs non satis explorati. Statuitur in tribu Benjamini ad Jordanem; ibique erat *Ono*, de quo alibi, 1 Par. 8, 12, et 2 Esdr. 6, 2, et 11, 35. *Harasim* Hebraicè usurpatur pro fabris ferrariis, lapidariis, et fabris generatim.

Vers. 15. — Caleb filii Jephone. Is est, qui Moysis ætate vivebat, et cujus est nomen in Scripturâ celeberrimum ex inviolabili erga jussiones divinas obsequio, et fide constanti, quo præsertim tempore Israel universus in impietatem et murmur declinabat.

Vers. 17. — Jesba patrem Esthamo, id est, Jesba, patrem incolarum Esthamo, urbis in tribu Juda, Josue 15, 50. Mariam hanc ipsam esse sororem Moysis, docent Rabbini.

Vers. 18. — Uxor quoque ejus Judaia. Non satis apertè docet hìc textus, cujus uxor fuerit Judaia, Calebine, an Mered, an Jesbæ, an Esthamo. Sed ex reliquis hujus versiculi verbis innui videtur, Mered duxisse Bethiam Ægyptiam, filiam Pharaonis, quo ex connubio nati sunt Maria, Sammai et Jesba, pater Esthamo ; ex aliâ verò uxore gentili suâ, fortè Judaia, genuisse *Jared patrem Gedor, et Heber patrem Socho, et Icuthiel patrem Zanoe*. Hic genuinus videtur sensus hujus textûs, obscuri alioquin, quòd omissione vocularum quarumdam mancus sit.

Jared patrem Gedor, incolarum scilicet Gedor, vel Gador. Vide supra, v. 4. Idem etiam reputandum est proportione de Esthamo,

Seigneur, si vous vouliez bien répandre sur moi vos bénédictions...., et si votre bras m'était favorable, en empêchant que je ne sois accablé par la malice des hommes, etc. L'Ecriture ayant déclaré dans le verset précédent que *Jabès devint plus célèbre que tous ses frères*, semble en marquer aussitôt après la raison, lorsqu'elle ajoute qu'il *invoqua le Dieu d'Israël*. Il est vrai que la prière qu'il lui offre, et les demandes qu'il lui fait, ne regardent que la vie présente. Les *bénédictions* qu'il le conjure de vouloir *répandre sur lui* sont des bénédictions temporelles. Il le supplie seulement *d'étendre les bornes de ses terres*, et de le mettre à couvert *de la malice des hommes*. Mais cependant c'était beaucoup, en un temps d'infidélité et de ténèbres, où les autres s'attribuaient à eux-mêmes le pouvoir de s'agrandir, et ne reconnaissaient point l'empire suprême de Dieu sur ses créatures, de rendre au moins cet hommage au vrai Dieu, de n'attendre que de lui tous les biens que l'on pouvait espérer. Quelque instruits qu'aient été les Juifs, quelque expérience qu'ils eussent faite tant de fois de cette grande vérité, que le Seigneur de Jacob était le maître souverain, à la volonté duquel nul ne pouvait résister, ils se portaient presque toujours, par un effet de cette étrange inclination qu'ils avaient pour l'idolâtrie, à invoquer les faux dieux des nations, et ils regardaient les idoles comme capables de les combler des biens de la terre, et de les protéger contre la puissance de leurs ennemis. Dieu fait donc ici souvenir son peuple de cet exemple de la piété de Jabès, qui eut la lumière pour discerner dans un siècle de ténèbres la puissance du vrai Dieu d'avec l'impuissance des faux dieux ; et dont la foi quoiqu'imparfaite, fut récompensée temporellement par une prospérité qui l'éleva en gloire au-dessus de tous ses frères.

Telle devait être la récompense proportionnée aux demandes de ces anciens, qui ne portaient point leur vue vers les biens célestes. Mais s'il est dit que Dieu *accorda ainsi à Jabès ce qu'il avait demandé*, parce qu'il *invoqua le Dieu d'Israël*, que ne doivent point attendre de lui ceux dont les désirs ne se bornant point à la terre, s'élèvent continuellement vers le ciel? L'Ecriture ne parle donc en ce lieu et de la prière de Jabès, et de la bonté qu'eut le Seigneur de lui accorder sa demande, qu'afin d'animer la foi des vrais enfants d'Israël, et de les porter à concevoir de plus nobles espérances, par rapport au bonheur suprême de la céleste patrie, dont toute la prospérité d'ici-bas ne peut leur représenter qu'une faible image. (Sacy.)

(1) « Ideò, ait S. Hieron., dicitur *pater Vallis artificum*, quia de filiis ejus fuêre archi- « tecti ad ædificandam domum Domini » (Corn. à Lap.)

Ieuthiele, et Zanoe; sunt enim nomina locorum, quæ posteri Mered frequentârunt.

HI FILII BETHIÆ FILIÆ PHARAONIS, QUAM ACCEPIT MERED. Tradunt Hebræi, Mered ipsum esse *Calebum*, et *Judaiam* esse Jochabedam matrem Moysis, Mariæ et Aaronis; adduntque, Bethiam filiam Pharaonis illam esse mulierem, quæ adoptavit Moysem, cæterosque filios, et filias Judaiæ. Sed nihil ista moramur. Mered ignoti viri nomen est, quem ignorare placet potiùs, quàm fabulas genealogicas comminisci.

VERS. 19. — FILII UXORIS ODAIÆ. Odaia eadem est facilè ac Judaia versiculi præcedentis. Hosce autem filios addidit, videlicet *Garmi, Esthamo* et *Machathi*, seu potiùs incolas *Garem, Esthamo* et *Machathi*. De *Garem* nihil scimus, *Esthamo*, 1 Reg. 30, 28, et *Machathi* maximè celebrantur. Illa urbs erat in Juda, Josue 15, 50; 21, 14; eò enim ad amicos suos misit David partem spoliorum ex Amalecitis. *Machathi* longè ab hâc distabat, ad septentrionem regionis Basan et Galaaditi, distrans Jordanem, Deuteron. 3, 14, Josue 12, 5, etc. : quare pro Machati legendum hìc mallem *Menuchati*. Vide supra, 2, 52 et 54, ubi de regione Menuchath in ditione Juda.

VERS. 21. — FILII SELA ; HER PATER LECHA. Instituitur hìc genealogia alterius filii Juda, cùm hùc usque actum sit de genealogiâ Phares, filii Juda natu majoris. Igitur Sela genuit *Her*, cujus posteri tenuêre *Lecham*, vel *Lechi*, id est, locum maxillæ, ubi Samson maxillâ asini Philistæos fudit, Jud. 15, 9.

LAADA PATER MARESA ; incolarum scilicet Maresæ in tribu Juda, propè Eleutheropolim. Josue 15, 59, et 2 Par. 16, 9, 10.

COGNATIONES DOMUS OPERANTIUM BYSSUM IN DOMO JURAMENTI (1). Hebræus : *Laada pater Beth-Habodath Buz, in Beth-Asbeah*. Opera Buz, vel byssi, quæ fiebant in Beth-Asbeah, sub magisterio posterorum Laadæ fiebant. De Buz, vel bysso disseremus inferiùs, capite 15; Beth-Asbeah, vel domus Juramenti, fortè miscenda est cum urbe Bersabee, vel fonte Juramenti, Genes. 21, 31.

VERS. 22. — QUI STARE FECIT SOLEM, VIRIQUE MENDACII, ET SECURUS, ET INCENDENS. Narrant Hebræi (Vide Lyr. hìc et Tost.) eum qui solem remoratus est, fuisse Elimelechum, virum Noemi, qui civium suorum licentiam coercere volens, persimili prodigio ac Josue solem in medio sui cursûs remoratus est. Cùm verò tam ingens prodigium Bethlehemitas ad saniora non revocâsset, Elimelechum prædixisse illis famem, quæ et ipsum coegit in Moabitidem secedere; ubi diem clausêre ipse et gemini ejus f[illegible]pellati hìc *viri mendacii*, id est, steriles, et posteritate destituti. Nuncupantur etiam *securus* et *incendens*, quasi duo hæc nomina perinde valerent ac Chelion et Mahalon. Additur, *uxores habuisse illos in Moab;* ibi enim reverà conjugio copulati sunt, eorumque mater rediit in *Lahem*, id est, in Bethlehem, cum nuru suâ Ruth, quam Booz duxit. Hanc illi fabellam instruunt. Sed Hebræus ita sonat ad litteram : *Jokim, et viri Cosba, et Joas, et Saraph, qui dominati sunt* (vel conjugio copulati sunt) *in Moab, et qui stant in Lehem;* vel potiùs, *et incolæ Lehem*, quæ *Bethlehem*. Vide 1 Par. 20, 5, et Ruth 1, 22, ubi legitur בית לחם, pro לחם. Hi omnes originem referunt à *Sela* filio Juda. Neque mirum, si plures recenseantur, quorum posteri unam eamdemque urbem coluerint. Bethlehem plures familiæ tribûs Juda frequentabant. Vide supra, 2, 51, 54, et hìc, v. 4.

HÆC AUTEM VERBA VETERA; discimus scilicet ex veteri sermone, traditione, monumentis. Nihil auctor scripsit, quod è vetustis tabulis non hauserit. Hic erat olim familiarum ordo in urbibus Juda : ita in varias familias posteritatis Juda tota hæc regio distributa est.

VERS. 23. — HI SUNT FIGULI HABITANTES IN PLANTATIONIBUS, ET IN SEPIBUS, APUD REGEM IN OPERIBUS EJUS. Docti plures interpretes, Grot., Jun., Malv., Piscat., censent, singulos hosce habitâsse tunc Babylone, sedemque habuisse in Netahim, et Gadera, operam suam regi ejusdem regionis locantes; hi verò auctorem originis suæ habuerunt *Selam*, et antequàm transferrentur Babylonem, sedem habebant in Bethlehem. Hebræus ad litteram : *Isti figuli, et habitatores Netahim et Gaderæ cum rege in opere suo, habitaverunt ibi.* Nullus occurrit in Palæstinâ locus sub nomine *Netahim;* vicissim autem notæ sunt *Gader*, et *Gaderoth*, Josue 12, 13, et 2 Par. 28, 18.

VERS. 24. — FILII SIMEON : NAMUEL, ET JAMIN, etc. Hæc Simeonis genealogia longè alia est ab eâ, quæ in Genesi, 46, 10, et in Numeris, 26, 12, ducitur. Hic enim nomina quæ-

(1) *In domo Juramenti*, Hebr. *Asbea;* est nomen proprium significans, *Juramentum;* unde Septuag. vertunt : *In domo Aseba*. Noster his decem capitibus sæpè nomina Hebræa propria non retinet, sed vertit eorum significata, quia in significatis putat latere aliquod mysterium, vel allusionem rei vel personæ congruam.
(Corn. à Lap.)

dam occurrunt, quæ nuspiam alibi; uti et alibi quædam, quæ hìc desunt. Id fortè peperit multitudo nominum unius ejusdemque hominis. Non absimile verò censemus, auctorem libri hujus aliquid cogitâsse, quàm ut seriem genealogicam accuratam et constantem tribûs Simeonis exhiberet : quare solummodò eos prodit, quos exigebat necessitas pandendi res tribûs Juda, ejusque ac Simeonis limites, quæ duæ erant tribus finitimæ. *Namuel* appellatur *Jamuel* in Gen. 46, 10.

Jarib deest in Genesi et in Numeris.

Zara, qui *Zare* in Numeris appellatur, et deest in Genesi, vel idem est cum *Sohar*, qui hìc non legitur, uti nec *Ahod*.

Vers. 27. — Universa cognatio non potuit adæquare summam filiorum Juda (1). Hebræus ad litteram : *Non multiplicaverunt familiam suam usque ad filios Juda.* Nunquàm æquârunt frequentiam filiorum Juda, imò neque reliquas tribus, uti ex censibus populi sub Moyse constat, Num. 1, 22, et 26, 14. Ex hâc imbecillitate tribûs Simeonis factum est, ut nunquàm solverit fœdus cum tribu Juda, quæ et satis amplam portionem ditionis Simeoniticæ occupavit. Crediderim ego, urbes, quarum sunt nomina in vers. 28, 29, 30, 31, 32, incolas continuisse plures è tribu Juda, quàm è Simeone; id quod facilè innuere hìc voluit auctor, scribens familias à se recensitas numerum filiorum Juda nunquàm æquâsse.

Vers. 29. — Tholad, alio nomine *Eltholad. Josue* 19, 4.

Vers. 30. — Bathuel. Ipsa est facilè Bethul, vel Bethulia, *Josue* 29, 4 ; *Judith* 6, 7.

Vers. 31. — Hæ civitates eorum usque ad regem David. Filii Simeonis omnes hasce urbes soli usque ad regnum Davidis possederunt. Porrò David urbes quasdam Simeonis redegit ad tribum Juda, uti Siceleg, 1 Reg. 28, 6; in alias verò, incolis minùs frequentatas, misit colonias. Nihil tamen de hoc in libris Regum. Post Salomonem Simeonitæ, jugo domûs Davidicæ excusso, magis magisque in arctum redacti sunt, prorogantibus regibus Juda ditionem suam pro viribus in sorte Simeonis. Quare illi coacti quæsivêre sibi sedes in Gador et montibus Seir, sub regno Ezechiæ, ut patebit inferiùs, vers. 39, 41, 42.

Vers. 33. — Baal, alio nomine *Baala*, vel *Baalath Beer Ramath*, *Josue* 19, 8.

Vers. 38. — Isti sunt nominati principes in cognationibus suis. Post secessionem decem tribuum, ii quorum nomina in præcedentibus versiculis scripta sunt, capita erant familiarum, et principes tribuum, coactoque exercitu profecti sunt in expeditionem *Gador*, vel *Gedor*, vel *Gaderæ*. Urbem hanc et *Gadaram* ap-

(1) *Et toute leur postérité ne put jamais égaler le nombre de ceux de Juda.* Siméon et Lévi avaient été maudits par Jacob à cause du crime qu'ils avaient commis à l'égard des Sichimites. Mais il semble que cette malédiction fut seulement temporelle et conditionnelle, c'est-à-dire, qu'elle ne devait subsister qu'à l'égard de ceux qui ne travailleraient point à réparer la faute des chefs de leur race. Car, en effet, les Lévites la réparèrent avantageusement, et se relevèrent en même temps de cette malédiction de Jacob, par les grandes et saintes actions de Moïse, d'Aaron et de Phinéès. Mais la tribu de Siméon, au contraire, l'augmenta encore par les déréglements de Zambri, qui portait le peuple à la fornication et à l'idolâtrie par son exemple, et que Phinéès tua de sa propre main. C'est pourquoi cette tribu n'eut point de part aux bénédictions de Moïse.

Et ce fut sans doute par un effet de la même malédiction de Jacob, que *toute la postérité* de Siméon *ne put* jamais, comme il est marqué ici, *égaler le nombre des enfants de Juda;* ce qu'il est aisé de vérifier par les dénombrements que fait l'Ecriture des différentes tribus. Car il est bon de se souvenir qu'une nombreuse postérité était regardée, principalement au temps de l'ancienne loi, comme une marque toute particulière de la bénédiction du Seigneur. Aussi nous voyons dans la Genèse que Dieu promet à Abraham, pour récompense de sa soumission et de sa foi, de *le bénir* et de *multiplier sa race comme les étoiles du ciel, et comme le sable du rivage de la mer;* ce qui néanmoins peut très-bien s'entendre aussi, non seulement du peuple Juif qui se multiplia d'une manière si surprenante, mais encore de la vraie race d'Israël; de ceux que saint Paul appelle *l'Israël de Dieu*, ou les enfants de Dieu, qui sont les vrais Israélites, et qu'il oppose à ceux qu'il nomme autre part, *les Israélites selon la chair. Car,* comme dit encore le même Apôtre, *tous ceux qui descendent d'Israël, ne sont pas pour cela* vrais *Israélites, et tous ceux qui sont de la race d'Abraham, ne sont pas pour cela ses* vrais *enfants.*

Cette multiplication de la postérité d'Abraham, qui est appelé le père des fidèles, peut donc regarder aussi tous ceux qui se sont rendus les imitateurs de sa foi dans le cours de tous les siècles qui l'ont suivi. Et ainsi la bénédiction que le Seigneur lui promit était en cela bien différente de celle dont parle ici l'Ecriture, lorsqu'elle dit que *la postérité de Siméon ne put égaler le nombre des enfants de Juda;* à moins que nous n'entendions aussi d'une manière spirituelle ce qui regardait cette tribu de Juda, d'où devait sortir le Messie, Jésus-Christ, Fils de Dieu selon sa nature divine, et fils de David selon sa naissance temporelle, à qui l'Apôtre se glorifiait d'avoir engendré plusieurs enfants par l'Evangile : *In Christo Jesu per Evangelium ego vos genui.* (Sacy.)

pellat Strabo, libro 16, statuitque non procul à Joppe et Jamnia. Chananæi ibi eò usque, id est, usque ad regnum Ezechiæ, perstiterant. *In quâ ante habitaverant de stirpe Cham.* Sunt qui credant (vide Gen. 10, 14), nomine stirpis Cham innui hìc Philisthæos, quos constat originem retulisse vel à Chasluim, vel è regione Chasluitarum. Sed ambiguum est, an parentes agnoscant Chasluitas, posteros Mesraim, filii Cham. Sed cur eadem hæc non interpretemur de Ægyptiis, qui genuina erant Chami posteritas? Vide Psalm. 77, 51, et 104, 23, 27. (1)

Vers. 41. — Percusserunt habitatores, qui inventi fuerant. Viri quidam reddendum credunt cum Septuaginta : *Percusserunt Minæos, qui inventi fuerant ibi.* Porrò Minæi gens erant in Arabiâ, quorum nomen non semel occurrit in Scripturâ; vide Judic. 10, 11, et 2 Paralip. 20, 1, et 26, 7, nec profanos scriptores latet. Vide, si lubet, Boch., Phaleg lib. 2, cap. 22. Syrus et Arabs exhibent, Simeonitas corrupisse ac dissipâsse omnes aquarum fontes, quos ibi nacti fuerunt. Profectò littera Hebræi habet מעינים, quod derivari posset ex עין, fons. Vertendum ego maluerim, fusos ab illis Arabes, vel Amalecitas, incolas Maonis vel Maonidis, urbis in eâ regione inclytæ. Vide animadversiones nostras in tabulam geographicam ad Josue.

Vers. 43. — Percusserunt reliquias Amalecitarum; reliquias scilicet Amalecitarum, superstites è bello Saülis, 1 Reg. 14, 48, ac postea Davidis, 2 Reg. 8, 12. Acta sunt hæc facilè circa idem tempus, quo expeditio in Gador, de quâ superiùs, vers. 39, 40, 41, id est, sub regno Ezechiæ, et fortè sub tempus captivitatis decem tribuum per Salmanasarem, anno 3283, et septimo Ezechiæ. Opportunè tunc Simeonitæ, relictâ regione suâ, subducere sese ex Assyriis potuerunt, ut novas sibi sedes ulteriùs in Arabiâ Petræâ compararent : vel fortè à tribu Juda in arctum redacti, coacti sunt penetrare ulteriùs ad meridiem in Arabiam. Filii *Jesi*, qui expeditioni huic præfuerunt, non leguntur hìc in versiculis 34, 35, 36 et 37. Sed fortè *Jesi* eorum pater, ipse est Asaia, cujus nomen legitur in v. 36. Duo hæc nomina variâ unius litterulæ postpositione formantur.

(1) Vers. 40. — In qua ante habitaverant de stirpe Cham, id est, Chananæi, hi enim prognati sunt ex Chanaan filio Cham filii Noe. Sensus est, q. d. : Simeonitæ, crescente numero filiorum suæ tribûs, cùm arctè habitarent, præsertim in medio tribûs Juda, quæ in schismate facto sub Roboam suas urbes à Simeonitis recepit; hâc de causâ Chananæos vicinos, qui post Josue in terrâ sanctâ restiterant, nec ab Hebræis expelli potuerant, invaserunt, eorumque urbes, agros et pascua occupaverunt initio regni Ezechiæ; sed modico tempore iis gavisi sunt; nam anno sexto Ezechiæ cum reliquis novem tribubus à Salmanasar captivi abducti sunt in Assyriam, 4 Reg. 17, 6, et c. 18, v. 10. (Corn. à Lap.)

CAPUT V.

1. Filii quoque Ruben primogeniti Israel; (ipse quippe fuit primogenitus ejus : sed cùm violâsset torum patris sui, data sunt primogenita ejus filiis Joseph filii Israel, et non est ille reputatus in primogenitum.

2. Porrò Judas, qui erat fortissimus inter fratres suos, de stirpe ejus principes germinati sunt : primogenita autem reputata sunt Joseph.)

3. Filii ergo Ruben primogeniti Israel : Enoch et Phallu, Esron, et Charmi.

4. Filii Joel : Samaia filius ejus, Gog filius ejus, Semei filius ejus,

5. Micha, filius ejus, Reia filius ejus, Baal filius ejus,

6. Beera filius ejus, quem captivum duxit Thelgath-Phalnasar rex Assyriorum, et fuit princeps in tribu Ruben.

7. Fratres autem ejus, et universa co-

CHAPITRE V.

1. Voici les enfants de Ruben, fils aîné d'Israël; (car c'est lui qui était son aîné; mais parce qu'il déshonora le lit nuptial de son père, son droit d'aînesse fut donné aux enfants de Joseph, qui était *aussi* fils d'Israël, et Ruben ne fut plus considéré comme l'aîné.

2. Or Juda était le plus vaillant de tous ses frères; et de sa race sont sortis des princes *qui ont régné sur tout Israël*; mais le droit d'aînesse fut conservé à Joseph.)

3. Voici donc les fils de Ruben, qui était l'aîné d'Israël : Enoch, Phallu, Esron et Charmi.

4. Joël eut pour fils Samaïa, père de Gog, dont le fils *fut* Séméï.

5. Micha *fut* fils de Séméï, Reia *fut* fils de Micha, et Baal *fut* fils de Réia.

6. Bééra, son fils, l'un des chefs de la tribu de Ruben, fut emmené captif par Thelgath-Phalnasar, roi des Assyriens.

7. Ses frères et toute sa parenté, dans le dénombrement qui en fut fait par familles,

gnatio ejus, quando numerabantur per familias suas, habuerunt principes, Jehiel et Zachariam.

8. Porrò Bala filius Azaz, filii Samma, filii Joel, ipse habitavit in Aroer usque ad Nebo et Beelmeon.

9. Contra orientalem quoque plagam habitavit usque ad introitum eremi, et flumen Euphraten : multum quippe jumentorum numerum possidebant in terrâ Galaad.

10. In diebus autem Saül præliati sunt contra Agareos, et interfecerunt illos, habitaveruntque pro eis in tabernaculis eorum, in omni plagâ quæ respicit ad orientem Galaad.

11. Filii verò Gad è regione eorum habitaverunt in terrâ Basan usque Selcha :

12. Joel in capite, et Saphan secundus : Janai autem, et Saphat, in Basan.

13. Fratres verò eorum secundùm domos cognationum suarum, Michael, et Mosollam, et Sebe, et Jorai, et Jachan, et Zie, et Heber, septem.

14. Hi filii Abihail, filii Huri, filii Jara, filii Galaad, filii Michael, filii Jesesi, filii Jeddo, filii Buz.

15. Fratres quoque filii Abdiel, filii Guni, principes domûs in familiis suis.

16. Et habitaverunt in Galaad, et in Basan, et in viculis ejus, et in cunctis suburbanis Saron, usque ad terminos.

17. Omnes hi numerati sunt in diebus Joatham regis Juda, et in diebus Jeroboam regis Israel.

18. Filii Ruben, et Gad, et dimidiæ tribûs Manasse, viri bellatores, scuta portantes et gladios, et tendentes arcum, eruditique ad prælia, quadraginta quatuor millia et septingenti sexaginta, procedentes ad pugnam.

19. Dimicaverunt contra Agareos : Ituræi verò, et Naphis, et Nodab,

20. Præbuerunt eis auxilium. Traditique sunt in manus eorum Agarei, et universi qui fuerant cum eis, quia Deum invocaverunt cùm præliarentur : et exaudivit eos, eò quòd credidissent in eum.

21. Ceperuntque omnia quæ possede-

se trouvaient avoir pour chefs Jéhiel et Zacharie.

8. Bala, fils d'Azaz, qui était fils de Samma, fils de Joël, s'établit dans Aroër, jusqu'à Nébo et Béelméon.

9. Il poussa aussi ses habitations jusqu'au pays oriental, jusqu'à l'entrée du désert et jusqu'au fleuve de l'Euphrate, à cause de la grande quantité de bestiaux qu'ils possédaient dans la terre de Galaad.

10. Du temps de Saül ils combattirent contre les *Ismaélites*, descendants d'Agar, et les ayant taillés en pièces, ils demeurèrent dans leurs tentes, et s'établirent dans tout le pays qui est à l'orient de Galaad.

11. Les enfants de Gad s'établirent vis-à-vis d'eux dans le pays de Basan jusqu'à Selcha.

12. Joël était leur chef, et Saphan tenait le second rang. Janaï et Saphat commandaient dans Basan.

13. Leurs frères *étaient* Michel, Mosollam, Sébé, Joraï, Jachan, Zié et Héber, lesquels sont sept en tout, et qui eurent chacun leur maison et leur postérité.

14. Ceux-ci *furent* fils d'Abihail, *qui était* fils d'Huri, fils de Jara, fils de Galaad, fils de Michel, fils de Jésési, fils de Jeddo, fils de Buz.

15. Leurs frères furent encore les fils d'Abdiel, fils de Guni, qui firent *chacun* une maison et une branche.

16. Ils s'établirent dans le pays de Galaad, dans Basan et les bourgades qui en dépendent, et dans tous les villages de Saron, jusqu'aux extrémités.

17. Tous ceux-ci se trouvent dans le dénombrement qui fut fait du temps de Joatham, roi de Juda, et dans celui du temps de Jéroboam, roi d'Israël.

18. Les enfants de Ruben, de Gad et de la demi-tribu de Manassé, gens de guerre qui portaient le bouclier et l'épée, savaient se servir de l'arc, et étaient très-expérimentés à combattre, étaient au nombre de quarante-quatre mille sept cent soixante hommes en état de se mettre en campagne.

19. Ils eurent la guerre contre les Agaréens, à qui les Ituréens, avec ceux de Naphis et de Nodab,

20. Donnèrent du secours. Et les Agaréens tombèrent en leur pouvoir avec tous les gens de leur parti, parce qu'ils eurent soin d'invoquer Dieu dans le combat; et il les exauça, parce qu'ils avaient cru en lui.

21. Et ils se rendirent maîtres de tout ce

rant, camelorum quinquaginta millia, et ovium ducenta quinquaginta millia, et asinos duo millia, et animas hominum centum millia.

22. Vulnerati autem multi corruerunt: fuit enim bellum Domini. Habitaveruntque pro eis usque ad transmigrationem.

23. Filii quoque dimidiæ tribûs Manasse, possederunt terram à finibus Basan usque Baal-Hermon, et Sanir, et montem Hermon : ingens quippe numerus erat.

24. Et hi fuerunt principes domûs cognationis eorum : Epher, et Jesi, et Eliel, et Ezriel, et Jeremia, et Odoia, et Jediel, viri fortissimi et potentes, et nominati duces in familiis suis.

25. Reliquerunt autem Deum patrum suorum, et fornicati sunt post deos populorum terræ, quos abstulit Deus coram eis.

26. Et suscitavit Deus Israel spiritum Phul regis Assyriorum, et spiritum Thelgath-Phalnasar regis Assur : et transtulit Ruben, et Gad, et dimidiam tribum Manasse, et adduxit eos in Lahela, et in Habor, et Ara, et fluvium Gosan, usque ad diem hanc.

que possédaient ces peuples, *c'est-à-dire,* de cinquante mille chameaux, de deux cent cinquante mille brebis et de deux mille ânes; et ils firent cent mille prisonniers,

22. Et plusieurs tombèrent ; car c'était une guerre du Seigneur. Ils s'établirent à leur place, jusqu'à la transmigration.

23. La demi-tribu de Manassé occupa aussi toutes les terres qui sont depuis les extrémités de Basan jusqu'à Baal-Hermon et Sanir, ainsi que la montagne d'Hermon, parce qu'ils étaient en fort grand nombre.

24. Voici ceux qui furent chefs de leurs diverses familles : Epher, Jési, Eliel, Ezriel, Jérémie, Odoïa et Jédiel ; tous gens braves et puissants, qui acquirent beaucoup de réputation parmi ceux de leur maison qu'ils commandaient.

25. Cependant ils abandonnèrent le Dieu de leurs pères, et commirent une infidélité, en suivant les dieux de ces peuples que Dieu avait exterminés en leur présence.

26. Alors le Dieu d'Israël suscita contre eux l'esprit de Phul, roi des Assyriens, et de Thelgath-Phalnasar, *aussi* roi d'Assur, et il fit enlever la tribu de Ruben, celle de Gad, et la demi-tribu de Manassé, et les emmena à Lahela, à Habor et à Ara, sur le fleuve de Gozan, *où ils sont demeurés* jusqu'à ce jour.

COMMENTARIUM.

Vers. 1 — Data sunt primogenita ejus (Ruben) filiis Joseph (1), et non est ille reputatus in primogenitum. Occupat hìc sacer historicus quæstionem, quæ facilè succurrere potest lectoribus, cur genealogiarum exordium non duxerit à Ruben, filiorum Jacobi natu maximo. Ruben jure primogeniti exciderat, in pœnam violati tori paterni turpissimo incestu, Genes. 35, 22, et 49, 4, ex quo factum est, ut Juda principem locum sortiretur super cæteras tribus, ac deinde regiam potestatem, dignum virtutis suæ præmium, et Josepho duplex portio tribueretur privilegio singularis charitatis Jacobi in filium charissimum. Itaque privilegia majoris natu, à Ruben sublata, divisa sunt inter Judam et Josephum. Præterit sacerdotium, quod Levi cessit : illud tamen privilegium fuisse peculiare majorum natu, non satis constat. Vide quæ diximus in Genes. 25, 31.

Vers. 2. — De stirpe ejus principes germinati sunt (1). Judas dedit Israeli reges à Da-

(1) Scilicet *Ephraim* et *Manasse.* Primogenitus enim habebat duplicem portionem hæreditatis paternæ (cùm cæteri fratres singuli haberent singulas), uti sancitur Deuter. cap. 21, vers. 16, et hanc debebat habere Ruben, utpote primogenitus Jacob, sed ob ejus incestum illa translata est ad Joseph, qui per duos filios jam dictos duplicem terræ sanctæ portionem obtinuit. Rursùm primogenito competebat jus sacerdotii, et hoc à Ruben translatum est ad Levi ; ad hæc, jus primatûs et regni, et hoc delatum est Judæ. (Corn. à Lap.)

(1) *Or, Judas était le plus vaillant de tous ses frères, et des princes sont sortis de sa race. Mais le droit d'aînesse fut conservé à Joseph.* On peut voir dans le livre de la Genèse le crime qui fit mériter à l'aîné de tous les enfants de Jacob, nommé Ruben, de déchoir des droits de l'aînesse, et de recevoir la malédiction de son père. Or, le droit d'aînesse consistait en deux priviléges considérables. Premièrement l'aîné était comme le seigneur de ses frères, selon cette bénédiction si célèbre qu'Isaac donna à Jacob, devenu l'aîné d'Esaü par la vente qu'il lui fit de son droit d'aînesse : *Soyez, lui* dit-il, *le seigneur de vos frères, et que les enfants de votre mère s'abaissent profondément devant vous.* L'Ecriture nous marque donc obscurément en ce lieu, et plus clairement ailleurs, que ce premier avantage fut transféré à Juda, auquel son père Jacob prédit en le bénissant, *que le sceptre ne lui serait point ôté,* et qu'*il y aurait toujours un prince de sa race.*

vide usque ad captivitatem Babylonicam. In Hebræo est : *Et qui egressurus est ex illo, erit caput,* vel princeps : Septuag. Καὶ εἰσαγούμενον ἐξ αὐτοῦ. Messias, Redemptor Israelis, ex Juda proditurus est. Ita Syr.. Arab., Vat.

VERS. 4. — FILII JOEL, SAMIA. Quis fuerit pater Joelis, ignoratur. Sunt qui parentem illi tribuant Carmi, statim superiùs expressum ; alii Enochum, filium Ruben, natu maximum.

VERS. 6. — BEERA FILIUS EJUS, QUEM CAPTIVUM DUXIT THELGATHPHALNASAR. Decem tribus Israelis suos habuerunt principes tribuum, etiam post factam à domo Davidicâ secessionem. Beera, filius Rejæ, principem agebat in tribu Ruben, cùm *Thelgatphalasar,* sive uti appellatur hìc, *Theglatphalasar,* captivas abduxit tribus Ruben, Gad, et dimidiam Manasse, cum Nephthali et Zabulone, 4 Reg. 15, 29. A Ruben usque ad Beeram recenset Scriptura duodecim generationes, ut spatium impleatur circiter septingentorum quinquaginta annorum, quos supputamus ab exitu ex Ægypto usque ad primam captivitatem Israelis sub Theglathphalasaro.

VERS. 8. — BALA.... HABITAVIT IN AROER USQUE AD NEBO, ET BEELMEON. Jacebat Aroer ad amnem, vel torrentem Arnon, ejusdemque regionis urbs erat et mons *Nebo*. Porrò mons Nebo porrigebatur ab urbe ejusdem nominis usque ad torrentem Arnon. Beelmeon aberat 9000 passibus ab Hesebone, teste Eusebio. Itaque Bala occupâsse censendus est ingentem ditionis transjordaninæ tractum, quem Arnon ad orientem et meridiem, et montes Nebo ad septentrionem definiebant ; sed usque ad Jordanem non porrigebatur.

VERS. 9. — CONTRA ORIENTALEM QUOQUE PLAGAM HABITAVIT USQUE AD INTROITUM EREMI, ET FLUMEN EUPHRATEN. Contigit hoc facilè sub Josue, vel sub judicibus, quo tempore res Judæorum florebant. Aliquandiù post, sub regno Saülis, *Bala,* vel ejus posteri auxêre pomeria trans Arnon ad orientem, quidquid optimæ regionis erat usque ad Arabiam desertam occupantes, adjectis imperio suo desertis et pascuis, quæ à montibus Galaaditicis usque ad Euphratem excurrunt ; pulsis inde Arabibus Scenitis, qui urbibus, atque conditis ædibus carentes, vitam in tentoriis agebant, ut exprimitur iis verbis v. 10 : *Habitaverunt pro eis in tabernaculis, in omni plagâ, quæ respicit ad orientem Galaad.* Totam regionem à Mediterraneo usque ad Euphratem promiserat Deus Israelitis, qui et illam aliquo temporis spatio possederunt.

VERS. 10. — IN DIEBUS SAUL PRÆLIATI SUNT CONTRA AGAREOS, Ismaelitas, posteros Agar. עשו מלחמה עם ההראים. Septuag. : Ἐποίησαν πόλεμον πρὸς τοὺς παροίκους, perinde ac legerint הגרים, *advenas.* Syrus et Arabs : *Cum Arabibus incolis Saccæ,* id est facilè, cum Arabibus Scenitis, vel sub tentoriis degentibus ; idem enim significat vox Græca *Scenites.* Convenit inter omnes, advenarum nomine significari hìc Arabes, Agareos ex Agar matre suâ appellatos, neque aliter reddunt Septuaginta Hebræum *Haggeriim* inferiùs, v. 19, et in psalmo 82, 7 ; idemque puto bellum esse, quod fusiùs describitur inferiùs, v. 19, etc.

VERS. 11. — IN TERRA BASAN USQUE SELCHA. Tribus Gad jacebat ad septentrionem Ruben, in Basanitide, eximiâ regione, quæ à meridie ad septentrionem excurrebat à ditione Ruben usque ad urbem *Selcham,* torrenti Jaboc proximam. Vide Deut. 3, 10.

VERS. 12. — JOEL IN CAPITE, ET SAPHAN SECUNDUS. Transfert hùc sacer historicus fragmentum è censu quodam, et è tabulis tribûs Gad, descriptis sub Joathano rege Juda, et Jeroboamo rege Israelis, infra, v. 17 ; quo tempore Joel principem agebat in tribu Gad, et Sa-

Mais il y avait encore un autre avantage attaché au droit d'aînesse, qui était que, selon la loi du Seigneur, l'aîné devait avoir une double portion : *Dabitque ei de his quæ habuerit cuncta duplicia ; iste est enim principium liberorum ejus, et huic debentur primogenita.* C'était l'ordonnance que Dieu avait faite par la bouche de Moïse en faveur de ceux qui étaient nés les premiers dans les familles, et à qui ce privilége *était dû*, comme il le dit, à cause de leur naissance. Or, ce droit fut transféré, non à Juda, qui eut seulement celui de la dignité et de la principauté, mais à Joseph, c'est-à-dire, à ses enfants, Ephraïm et Manassé, parce qu'au lieu que les autres enfants de Jacob ne composèrent chacun qu'une tribu, Joseph seul en composa deux qui étaient celle d'Ephraïm et de Manassé, et par conséquent eut deux portions pour son héritage.

Que si l'on demande pourquoi Juda, qui eut le droit de principauté, et d'où devait naître le prince suprême de tous les peuples, n'eut point encore celui d'un double partage, on peut répondre que c'était peut-être pour marquer dès lors que l'avantage de ceux qui devaient appartenir au roi de Juda de qui nous parlons, ne serait point de partager doublement les biens de la terre, mais de posséder une vraie principauté, en devenant, comme dit saint Pierre, autant de rois : *Regale sacerdotium*, et vainqueurs du monde avec celui qui l'a vaincu le premier, et qui leur a mérité la grâce de le vaincre comme lui : *Confidite ; ego vici mundum.* (Sacy.)

phan ab illo secundus præerat. Exhibentur inferiùs alii principes stirpium et familiarum.

VERS. 15. — FRATRES QUOQUE FILII ABDIEL. Reddi potest Hebræus : *Achi filius Abdiel filii Guni, principes domûs in familiis suis,* non secùs ac ii de quibus in versiculis præcedentibus.

VERS. 16. — IN SUBURBANIS SARON USQUE AD TERMINOS. Saron portio erat Basanitidis trans Jordanem. Vide dicta ad Josue 12, 18. Regio etiam alia erat, Saron nomine, à Cæsareâ Palæstinæ usque ad Joppen porrecta ; uti et alia Saron continebatur intra montem Thabor et mare Tiberiadis, teste Eusebio.

VERS. 17. — IN DIEBUS JOATHAN REGIS JUDA, ET IN DIEBUS JEROBOAM REGIS ISRAEL. Joathan filius Azariæ regis Juda natus est circa annum mundi 3221, biennio post decessum Jeroboami II, uti nos in 4 Regum 15, 5, demonstravimus. Quare eodem simul tempore in vivis agentes Jeroboamum et Joathanum calculus hic chronologicus non patitur ; obiit enim Jeroboamus anno Oziæ sexto et vigesimo, cùm Joathan, obeunte patre suo Oziâ, annos ageret solummodò quinque et viginti ; ipse autem Ozias duobus et quinquaginta annis regnavit. Objectionem hanc occupare conati sumus ad libros Regum, utque difficultas omnis auferatur, illud expeditissimum videtur, si mendum aliquod amanuensium agnoscamus in numero annorum Joathani, Oziæ, vel Jeroboami. Illud etiam succurrit, quòd calculi hìc expressi non simul omnes, sed alter post alterum deducti fuerint, alter scilicet sub Jeroboamo II, et alter sub Joathano ; et fortè etiam sermo hìc est non de Jeroboamo II, sed de Jeroboamo I, filio Nabat, regni Samaritici conditore. Porrò identidem institui consuevisse videntur in utroque regno Juda et Israelis census populi ; quod tunc præsertim servari debuit, cùm bellum aliquod suscipiendum erat, et cùm apti ad arma milites conscribebantur.

VERS. 19. — DIMICAVERUNT CONTRA AGAREOS ; ITURÆI VERO ET NAPHIS, ET NODAB PRÆBUERUNT EIS AUXILIUM. TRADITIQUE SUNT IN MANIBUS EORUM AGAREI. De hâc in Agareos expeditione, supra, v. 10, sermo aliquis præcessit ; ibidemque innui videtur, expeditionem hanc suscepisse unam tribum Ruben ; hìc autem intelligimus, socias accessisse tribum Gad, et dimidiam Manasse. Textus Vulgatæ exponi etiam ita posset, quasi Ituræi et incolæ Naphis et Nodab accesserint Israelitis adversùs Agareos : sed in contrarium planè sensum accipiendus est ; Agarei enim in partes suas traxerunt Ituræos, et incolas Naphis ac Nodab. Ita Hebræus ad litteram : *Fecerunt bellum cum Agareis, et Jetur, et Naphis, et Nodab, et adjuti sunt eis, et traditi sunt in manu eorum.* Septuaginta : *Et prævaluerunt in eos, et traditi sunt in manus eorum Agarei.*

Ituræa vetus arctioribus planè finibus claudebatur, quàm quæ describitur à Josepho ; illa enim definiebatur ad septentrionem montibus Hermon, ad orientem ditione dimidiæ tribûs Manasse. Sed recentior Ituræa pro majore suî parte regionem illam, quæ, captà per Theglathphalasarum tribu Manasse, deserta jacuit, occupabat. Porrò ea regio appellata est Ituræa inferior, et reliqua portio, Ituræa superior.

NAPHIS ET NODAB finitimæ sunt Iturææ regiones, quæ tamen sub hoc nomine hodie penitùs latent. Nihil de illis apud profanos, et in Scripturâ hìc tantùm et in Genesi 25, 15, occurrunt.

VERS. 22. — FUIT ENIM BELLUM DOMINI, id est, bellum sævissimum, atrox, cruentum ; vel expeditio erat jussu Domini, et sub ejus auspiciis et ope suscepta.

USQUE AD TRANSMIGRATIONEM populi in Assyriam per Theglathphalasarum, uti supra legimus, v. 6, et in 4 Regum 15, 29.

VERS. 23. — A FINIBUS BASAN USQUE BAAL, HERMON. Quam possidebat dimidia tribùs Manasse, regio definiebatur ad meridiem à Basanitide, quæ tribui Daniticæ parebat ; ad occidentem, ab Jordane ; ad septentrionem, à monte Hermon, et urbe Baal-Hermon ; et ad orientem, à monte Sanir. Vel, si mavis, montibus Hermon et Sanir terminabatur ad septentrionem et ad orientem ; sed non satis constat quàm latè illi porrigerentur. Josue 17, 5, obiter scribit, dimidiam tribum Manasse sortem habuisse suam in regione Galaad et Basan : *Ceciderunt funiculi Manasse decem, absque terrâ Galaad et Basan trans Jordanem ;* sed duo hæc nomina ibi latissimè, et præter morem accipiuntur, ut *Basan* significet omnem agrum à torrente Jaboc ad fontes usque Jordanis, et *Galaad* totum quidquid est montium ad orientem ejus regionis. (1)

(1) VERS. 25, 26. — *Cependant ils abandonnèrent le Dieu de leurs pères...... Mais enfin le Dieu d'Israël anima Phul, roi des Assyriens, et Thelgathphalnasar, roi d'Assur, qui vinrent les attaquer, et qui enlevèrent la tribu de Ruben,* etc. Quoique Dieu eût dégradé Ruben, le fils aîné de Jacob, de son droit d'aînesse, à cause

VERS. 26. — SUSCITAVIT DEUS ISRAEL SPIRITUM PHUL, ET SPIRITUM THELGATHPHALNASAR (1).

Ambos hosce reges Deus immisit in Israelitas, sed non simul ambo venerunt. Phul arcessitus à *Manahemo* rege Israelis, ut ejus armis firmaretur in regno; proque impensâ in eam rem operâ Phul exegit à Manahemo mille talentorum pretium. Ut eam pecuniam compararet rex Israelis, tributum 50 siclorum singulis locupletibus regionis suæ viris imperavit, 4 Reg. 15, 19 20; id malum attulit Phul rex Assyriorum. Theglathphalasar movit ut suppetias ferret Achaz regi Juda adversùs reges Syriæ et Israelis, 4 Reg. 16, 7. Urbes Galilææ plerasque rapuit, abduxitque captivas tribus Nephthali, Gad, Ruben, et dimidiam Manasse, 4 Reg. 15, 29.

In peculiari dissertatione actum est de regione quò decem tribus translatæ fuerunt, quam legere est in volumine hujus Scripturæ sacræ Cursûs octavo, col. 495 et seqq.

du crime horrible par lequel il avait souillé le lit nuptial de son père, il ne laissa pas d'avoir de la considération pour lui et ses descendants. Car ils furent les premiers partagés dans la distribution des terres conquises sur les infidèles, et il les fit établir dans le pays le plus fertile au-delà du Jourdain. Mais cette prospérité même les corrompit dans la suite, et les fit tomber dans l'idolâtrie. Dieu punit donc à la fin leur ingratitude, et leur envoie pour cela des rois étrangers et idolâtres, qui les pillent et qui les enlèvent en d'autres pays. Ils ne voyaient que la main de ces barbares qui les frappait: et ils ne considéraient pas que c'était le *Dieu d'Israël* qui *leur suscitait* ces ennemis pour les châtier de *l'adultère* spirituel auquel ils s'étaient abandonnés, en *quittant le Dieu de leurs pères* et l'époux divin de leurs âmes, pour courir après les dieux des gentils qu'*il avait exterminés en leur faveur*. Or ce même Dieu, qui anima Phul et Thelgathphalnasar contre Ruben, est celui qui doit encore, comme il est marqué ailleurs, *armer* un jour *toute la terre pour punir les insensés*, c'est-à-dire, ceux qui renonçant à la vraie sagesse qu'inspire la foi, suivent les égarements de leur esprit et la corruption de leur propre cœur : *Et pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.* (Sacy.)

(1) ויער את רוח פול מלך אשור.

CAPUT VI.

1. Filii Levi : Gerson, Caath, et Merari.

2. Filii Caath : Amram, Isaar, Hebron, et Oziel.

3. Filii Amram : Aaron, Moyses, et Maria. Filii Aaron : Nadab et Abiu, Eleazar et Ithamar.

4. Eleazar genuit Phinees, et Phinees genuit Abisue.

5. Abisue verò genuit Bocci, et Bocci genuit Ozi.

6. Ozi genuit Zaraiam, et Zaraias genuit Meraioth.

7. Porrò Meraioth genuit Amariam, et Amarias genuit Achitob.

8. Achitob genuit Sadoc, et Sadoc genuit Achimaas.

9. Achimaas genuit Azariam, Azarias genuit Johanan.

10. Johanan genuit Azariam : ipse est qui sacerdotio functus est in domo quam ædificavit Salomon in Jerusalem.

11. Genuit autem Azarias Amariam, et Amarias genuit Achitob.

12. Achitob genuit Sadoc, et Sadoc genuit Sellum.

13. Sellum genuit Helciam, et Helcias genuit Azariam.

CHAPITRE VI.

1. Les fils de Lévi *furent* Gerson, Caath et Mérari.

2. Les fils de Caath *sont* Amram, Isaar, Hébron et Oziel.

3. Les fils d'Amram *sont* Aaron, Moïse, et Marie, *leur sœur*. Les fils d'Aaron *sont* Nabad et Abiu, Eléazar et Ithamar.

4. Eléazar, engendra Phinéès, et Phinéès engendra Abisué.

5. Abisué engendra Bocci, et Bocci engendra Ozi.

6. Ozi engendra Zaraïas, et Zaraïas engendra Méraïoth.

7. Méraïoth engendra Amarias, et Amarias engendra Achitob.

8. Achitob engendra Sadoc, et Sadoc engendra Achimaas.

9. Achimaas engendra Azarias, et Azarias engendra Johanan.

10. Johanan engendra Azarias. Ce fut lui qui exerça le sacerdoce dans le temple que Salomon avait fait bâtir dans Jérusalem.

11. Or Azarias engendra Amarias, et Amarias engendra Achitob.

12. Achitob engendra Sadoc, et Sadoc engendra Sellum.

13. Sellum engendra Helcias, et Helcias engendra Azarias.

14. Azarias engendra Saraïas, et Saraïas engendra Josédec.

14. Azarias genuit Saraiam, et Saraias genuit Josedec.

15. Porrò Josedec egressus est, quando transtulit Dominus Judam et Jerusalem per manus Nabuchodonosor.

16. Filii ergo Levi : Gerson, Caath, et Merari.

17. Et hæc nomina filiorum Gerson : Lobni, et Semei.

18. Filii Caath : Amram, et Isaar, et Hebron, et Oziel.

19. Filii Merari : Moholi et Musi. Hæ autem cognationes Levi secundùm familias eorum.

20. Gersom, Lobni filius ejus, Jahath filius ejus, Zamma filius ejus,

21. Joah filius ejus, Addo filius ejus, Zara filius ejus, Jethrai filius ejus.

22. Filii Caath : Aminadab filius ejus, Core filius ejus, Asir filius ejus,

23. Elcana filius ejus, Abiasaph filius ejus, Asir filius ejus,

24. Thahath filius ejus, Uriel filius ejus, Ozias filius ejus, Saül filius ejus.

25. Filii Elcana : Amasai et Achimoth,

26. Et Elcana : Filii Elcana : Sophai filius ejus, Nahath filius ejus,

27. Eliab filius ejus, Jeroham filius ejus, Elcana filius ejus.

28. Filii Samuel, primogenitus Vasseni, et Abia.

29. Filii autem Merari : Moholi, Lobni filius ejus, Semei filius ejus, Oza filius ejus,

30. Sammaa filius ejus, Haggia filius ejus, Asaia, filius ejus.

31. Isti sunt quos constituit David super cantores domûs Domini, ex quo collocata est arca :

32. Et ministrabant coram tabernaculo testimonii canentes, donec ædificaret Salomon domum Domini in Jerusalem : stabant autem juxta ordinem suum in ministerio.

33. Hi verò sunt qui assistebant cum filiis suis, de filiis Caath, Heman cantor, filius Johel, filii Samuel,

34. Filii Elcana, filii Jeroham, filii Eliel, filii Thohu,

35. Filii Suph, filii Elcana, filii Mahath, filii Amasai,

15. Or Josédec sortit *du pays* quand le Seigneur transféra *en Babylone la tribu de* Juda et *le peuple de* Jérusalem par la main de Nabuchodonosor.

16. Les fils de Lévi *furent* donc Gerson, Caath et Mérari.

17. Les fils de Gerson *furent* Lobni et Séméi.

18. Les fils de Caath *furent* Amram, Isaar Hébron et Oziel.

19. Les fils de Mérari *furent* Moholi et Musi. Mais voici quelle a été la postérité de Lévi, *prise* selon ses différentes familles.

20. Gersom, *fils aîné de Lévi,* eut pour fils Lobni; le fils de Lobni *fut* Jahath, le fils de Jahath *fut* Zamma;

21. Le fils de Zamma *fut* Joah; le fils de Joah *fut* Addo; le fils d'Addo *fut* Zara; le fils de Zara *fut* Jethraï.

22. Les fils de Caath *sont :* Aminadab, fils de Caath, Coré, fils d'Aminadab, Asir, fils de Coré,

23. Elcana, fils d'Asir, Abiasaph, fils d'Elcana, Asir, fils d'Abiasaph,

24. Thahath, fils d'Asir, Uriel, fils de Thahath, Ozias, fils d'Uriel, Saül, fils d'Ozias.

25. Les fils d'Elcana *furent* Amasaï, Achimoth et Elcana.

26. Les fils d'Elcana *furent* Sophaï, fils d'Elcana, Nahath, fils de Sophaï,

27. Eliab, fils de Nahath, Jéroham, fils d'Eliab, Elcana, fils de Jéroham *et père de Samuël.*

28. Les enfants de Samuël *furent* Vasséni, qui était l'aîné, et Abia.

29. Les enfants de Mérari *sont* Moholi, son fils Lobni, Séméi, fils de Lobni, Oza, fils de Seméi,

30. Sammaa, fils d'Oza, Haggia, fils de Sammaa, Asaïa, fils d'Haggia.

31. Ce sont là ceux que David préposa sur les chantres de la maison du Seigneur, depuis que l'arche eut été posée.

32. Ils accomplissaient leur ministère, en chantant devant le tabernacle de l'alliance, jusqu'à ce que Salomon eût bâti le temple du Seigneur dans Jérusalem; et ils entraient en office chacun selon l'ordre de leurs familles.

33. Voici les noms de ceux qui servaient avec leurs enfants : Dans la postérité de Caath, Héman faisait l'office de chantre; il était fils de Johel, fils de Samuël,

34. Fils d'Elcana, fils de Jéroham, fils d'Eliel, fils de Thohu,

36. Filii Elcana, filii Johel, filii Azariæ, filii Sophoniæ,

37. Filii Thahath, filii Asir, filii Abiasaph, filii Core,

38. Filii Isaar, filii Caath, filii Levi, filii Israel.

39. Et frater ejus Asaph, qui stabat à dextris ejus, Asaph filius Barachiæ, filii Samaa,

40. Filii Michael, filii Basaiæ, filii Melchiæ,

41. Filii Athanai, filii Zara, filii Adaia,

42. Filii Ethan, filii Zamma, filii Semei,

43. Filii Jeth, filii Gersom, filii Levi.

44. Filii autem Merari fratres eorum, ad sinistram, Ethan filius Cusi, filii Abdi, filii Maloch,

45. Filii Hasabiæ, filii Amasiæ, filii Helciæ,

46. Filii Amasai, filii Boni, filii Somer,

47. Filii Moholi, filii Musi, filii Merari, filii Levi.

48. Fratres quoque eorum levitæ, qui ordinati sunt in cunctum ministerium tabernaculi domûs Domini.

49. Aaron verò, et filii ejus adolebant incensum super altare holocausti, et super altare thymiamatis, in omne opus Sancti sanctorum : et ut precarentur pro Israel, juxta omnia quæ præceperat Moyses servus Dei.

50. Hi sunt autem filii Aaron : Eleazar filius ejus, Phinees filius ejus, Abisue filius ejus,

51. Bocci filius ejus, Ozi filius ejus, Zarahia filius ejus,

52. Meraioth filius ejus, Amarias filius ejus, Achitob filius ejus,

53. Sadoc filius ejus, Achimaas filius ejus.

54. Et hæc habitacula eorum per vicos atque confinia, filiorum scilicet Aaron, juxta cognationes Caathitarum : ipsis enim sorte contigerant.

55. Dederunt igitur eis Hebron in terrâ Juda, et suburbana ejus per circuitum :

56. Agros autem civitatis, et villas, Caleb filio Jephone.

57. Porrò filiis Aaron dederunt civita-

35. Fils de Suph, fils d'Elcana, fils de Mahath, fils d'Amasaï,

36. Fils d'Elcana, fils de Johel, fils d'Azaria, fils de Sophonias,

37. Fils de Thahath, fils d'Asir, fils d'Abiasaph, fils de Coré,

38. Fils d'Isaar, fils de Caath, fils de Lévi, fils d'Israël.

39. Son frère Asaph était à sa droite; il était fils de Barachias, fils de Sammaa,

40. Fils de Michel, fils de Basaïa, fils de Melchias,

41. Fils d'Athanaï, fils de Zara, fils d'Adaïa,

42. Fils d'Ethan, fils de Zamma, fils de Séméï,

43. Fils de Jeth, fils de Gersom, fils de Lévi.

44. Les enfants de Mérari, leurs frères, tenaient la gauche; *savoir*, Ethan, fils de Cusi, fils d'Abdi, fils de Maloch,

45. Fils d'Hasabias, fils d'Amasias, fils d'Helcias,

46. Fils d'Amasaï, fils de Boni, fils de Somer,

47. Fils de Moholi, fils de Musi, fils de Mérari, fils de Lévi.

48. Les lévites leurs frères étaient aussi destinés à tout ce qui était du service du tabernacle de la maison du Seigneur.

49. Mais Aaron et ses fils offraient *seuls* tout ce qui se brûlait sur l'autel des holocaustes et sur l'autel des parfums, pour tout ce qui regardait les fonctions du sanctuaire; et ils priaient pour Israël, suivant en tout l'ordre que Moïse, serviteur de Dieu, leur avait prescrit.

50. Or voici les fils d'Aaron : Eléazar son fils, Phinéès, fils d'Eléazar, Abisué, fils de Phinéès,

51. Bocci, fils d'Abisué, Ozi, fils de Bocci, Zarahia, fils d'Ozi,

52. Méraïoth, fils de Zarahia, Amarias, fils de Méraïoth, Achitob, fils d'Amarias,

53. Sadoc, fils d'Achitob, Achimaas, fils de Sadoc.

54. Et voici les lieux où ils demeuraient, savoir, les bourgades et les environs qui leur échurent par le sort, en commençant par les enfants d'Aaron, qui étaient de la branche de Caath.

55. On leur donna donc Hébron dans la tribu de Juda, et tous les faubourgs qui l'environnent;

56. Mais les terres qui en dépendent, avec les villages, furent données à Caleb, fils de Jéphoné.

tes ad confugiendum, Hebron, et Lobna, et suburbana ejus,

58. Jether quoque et Esthemo cum suburbanis suis, sed et Helon, et Dabir, cum suburbanis suis,

59. Asan quoque, et Bethsemes, et suburbana earum.

60. De tribu autem Benjamin, Gabee, et suburbana ejus, et Almath cum suburbanis suis, Anathoth quoque cum suburbanis suis : omnes civitates tredecim per cognationes suas,

61. Filiis autem Caath residuis de cognatione suâ, dederunt ex dimidiâ tribu Manasse in possessionem urbes decem.

62. Porrò filiis Gerson per cognationes suas, de tribu Issachar, et de tribu Aser, et de tribu Nephthali, et de tribu Manasse in Basan urbes tredecim.

63. Filiis autem Merari per cognationes suas, de tribu Ruben, et de tribu Gad, et de tribu Zabulon, dederunt sorte civitates duodecim.

64. Dederunt quoque filii Israel Levitis civitates, et suburbana earum :

65. Dederuntque per sortem ex tribu filiorum Juda, et ex tribu filiorum Simeon, et ex tribu filiorum Benjamin, urbes has quas vocaverunt nominibus suis.

66. Et his qui erant de cognatione filiorum Caath, fueruntque civitates in terminis eorum de tribu Ephraim.

67. Dederunt ergo eis urbes ad confugiendum, Sichem cum suburbanis suis in monte Ephraim, et Gazer cum suburbanis suis,

68. Jecmaam quoque cum suburbanis suis, et Bethoron similiter.

69. Necnon et Helon cum suburbanis suis, et Gethremmon in eumdem modum.

70. Porrò ex dimidiâ tribu Manasse, Aner et suburbana ejus, Baalam et suburbana ejus : his videlicet qui de cognatione filiorum Caath reliqui erant,

71. Filiis autem Gersom, de cognatione dimidiæ tribûs Manasse, Gaulon in Basan, et suburbana ejus, et Astharoth cum suburbanis suis.

57. On donna aussi aux enfants d'Aaron des villes de refuge, *savoir* Hébron et Lobna, avec ses faubourgs,

58. Comme aussi Jéther et Esthémo, avec leurs faubourgs, et même Hélon et Dabir, avec leurs faubourgs,

59. Et encore Asan, *Jéta* et Bethsémès, avec leurs faubourgs.

60. *On leur donna* aussi de la tribu de Benjamin, Gabée, avec ses faubourgs, Almath, avec ses faubourgs, comme aussi Anathoth, avec ses faubourgs, *et Gabaon avec ses faubourgs;* le tout faisant treize villes, partagées entre leurs familles.

61. On donna aussi en partage aux autres qui restaient de la postérité de Caath, dix villes *de la tribu de Dan et d'Ephraïm,* et de la demi-tribu de Manassé.

62. Les descendants de Gerson divisés en plusieurs branches eurent treize villes de la tribu d'Issachar, de la tribu d'Aser, de la tribu de Nephthali, et de la tribu de Manassé dans Basan.

63. On donna aux descendants de Mérari, divisés en plusieurs branches, douze villes qui leur échurent par le sort dans la tribu de Ruben, dans la tribu de Gad et dans la tribu de Zabulon.

64. Les enfants d'Israël donnèrent donc aux Lévites différentes villes avec leurs faubourgs :

65. Et ces villes furent données par le sort *aux enfants d'Aaron* dans la tribu des enfants de Juda, dans la tribu des enfants de Siméon, et dans la tribu des enfants de Benjamin; et ils les nommèrent chacune de leurs noms.

66. On en donna de même aux Lévites qui étaient de la famille de Caath; et il y eut quelques-unes de leurs villes qui étaient de la tribu d'Ephraïm.

67. On leur donna donc pour villes de refuge, Sichem, avec ses faubourgs, dans la montagne d'Ephraïm, et Gazer, avec ses faubourgs,

68. Jecmaam, aussi avec ses faubourgs, et de même Bethoron.

69. *On leur donna aussi de la tribu de Dan, Elthéco et Gabathon avec leurs faubourgs,* Hélon, *ou Aïalon,* avec ses faubourgs, et encore Gethremmon, de la même manière.

70. On donna de plus dans la demi-tribu de Manassé, Aner, avec ses faubourgs, et Baalam, avec ses faubourgs, à ceux de la maison de Caath qui restaient encore à *partager.*

72. De tribu Issachar, Cedes et suburbana ejus, et Dabereth cum suburbanis suis.

73. Ramoth quoque et suburbana ejus, et Anem cum suburbanis suis.

74. De tribu verò Aser, Masal cum suburbanis suis, et Abdon similiter,

75. Hucac quoque et suburbana ejus, et Rohob cum suburbanis suis.

76. Porrò de tribu Nephthali Cedes in Galilæâ et suburbana ejus, Hamon cum suburbanis suis, et Cariathaim et suburbana ejus.

77. Filiis autem Merari residuis, de tribu Zabulon, Remmono et suburbana ejus, et Thabor cum suburbanis suis.

78. Trans Jordanem quoque ex adverso Jericho contra orientem Jordanis, de tribu Ruben, Bosor in solitudine cum suburbanis suis, et Jassa cum suburbanis suis.

79. Cademoth quoque et suburbana ejus, et Mephaat cum suburbanis suis.

80. Necnon et de tribu Gad, Ramoth in Galaad et suburbana ejus, et Manaim cum suburbanis suis,

81. Sed et Hesebon cum suburbanis suis, et Jezer cum suburbanis suis.

71. Ceux de la branche de Gerson eurent de même dans la demi-tribu de Manassé, Gaulon en Basan, avec ses faubourgs, et Astaroth, avec ses faubourgs.

72. Dans la tribu d'Issachar, *ils eurent* Cédès, avec ses faubourgs, et Dabéreth, avec ses faubourgs :

73. Comme aussi Ramoth, avec ses faubourgs, et Anem, avec ses faubourgs.

74. Dans celle d'Aser, ils eurent Masal, avec ses faubourgs, et Abdon de même;

75. Hucac, aussi avec ses faubourgs, et Rohob, *de même* avec ses faubourgs.

76. Dans la tribu de Nephthali, *ils eurent* Cédès en Galilée, et ses faubourgs, Hamon, avec ses faubourgs, Cariathaïm et ses faubourgs.

77. Ceux de la branche de Mérari qui restaient *à partager* eurent dans la tribu de Zabulon, *Jecnam et Cartha, avec leurs faubourgs,* Remmono, avec ses faubourgs, et Thabor, avec ses faubourgs.

78. Au-delà du Jourdain, vis-à-vis de Jéricho, à l'orient de ce fleuve, ils eurent dans la tribu de Ruben, Bosor, qui est dans le désert, avec ses faubourgs, et Jassa, avec ses faubourgs.

79. Cadémoth, aussi avec ses faubourgs, et Méphaat, avec ses faubourgs :

80. Comme aussi dans la tribu de Gad, Ramoth de Galaad, et ses faubourgs, et Manaïm, avec ses faubourgs.

81. Et de plus Hésébon, avec ses faubourgs, et Jézer, avec ses faubourgs.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Filii Levi : Gerson, Caath, et Merari. Meliori ordine, et accuratiùs digesta, quàm aliæ hucusque expensæ, genealogia Levi describitur. Porrò Levi tres erant liberi, Gerson, Caath, et Merari, ex quibus tres Levitarum familiæ, quas inter se munerum discrimen distinguebat. Stirps Aaronis, è Caath egressa, quartam lineam genealogicam formavit, cæterarum clarissimam ob eam, quam sola gerebat, sacerdotii dignitatem. Igitur familia Caath in ramos divisa est duos, alterum Levitarum, alterum sacerdotum. Caathitæ, quibus aliena esset ab Aarone origo, ad Levitarum ordinem redacti sunt.

Gerson scriptus occurrit cum M, *Gersom,* in Hebræo, v. 16.

Vers. 2. — Isaar, alio nomine Aminadab, inferiùs, v. 22.

Vers. 4. — Eleazar genuit Phinees. Nulla hìc datur genealogia *Nadab* et *Abiu,* qui sine liberis perierunt, Levit. 10, 1, 2; nulla hìc pariter Ithamari, inter liberos Aaronis quarti, quippe cujus familia nonnisi diu postea sacerdotio potita est. Una describitur genealogia Eleazari, qui patri in sacro munere successit, ac diuturnâ hæreditate transmisit in posteros. Vide nostram dissertationem de successione pontificum Hebræorum.

Vers. 5. — Abisue. Viri hujus nomen hìc tantummodò occurrit; Abiezer appellatur ab Josepho, Ant. lib. 5, cap. ult.

Bocci genuit Ozi. Post Ozi sacerdotium transîsse creditur (1) è familiâ Eleazari ad stirpem Ithamari, assumpto ad supremam hanc dignitatem Heli. Vide dicta ad 1 Reg. 2, 30. Igitur nec Zaraias, nec Merajoth, neque Amarias, neque Achitob sacris unquàm præfuerunt.

Vers. 8. — Achitob genuit Sadoc. In Sadoco dignitas sacerdotii rediit ad familiam Eleazari. Vide Comment. in 2 Reg. 8, 17.

(1) Ita Lyr., Tir. Cornel., Selden., de Success. in pontific. Hebr.

VERS. 9. — ACHIMAAS GENUIT AZARIAM. Azariam hunc miscendum censemus cum Amariâ, summo sacerdote sub Josaphato, 2 Par. 19, 11.

JOHANAN, ipse est facilè Joiada, inclytus ille præsul, qui regem Joas regno dedit, eumque formavit ad pietatem et sapientiam, cujus monitis percommodè Joas usus est, quamdiù Joiada in vivis fuit, 4 Reg. 11, 4.

VERS. 10. — ISTE EST, QUI SACERDOTIO FUNCTUS EST IN DOMO QUAM ÆDIFICAVIT SALOMON. Referri verba hæc possunt sive ad *Johananum*, sive ad *Azariam*; sed quorsùm hæc animadversio de alterutro hoc pontifice, cùm ante illos Azarias, Achimaas et Sadoc, sacerdotium in eodem templo Hierosolymitano exercuerint? Sunt qui credant, ut Jun., Malv., singulari hoc elogio donatum fuisse Johananum, vel Joaiadam à Spiritu sancto, quòd munus suum eximiâ fide obiverit, cùm regnum Davidicæ familiæ restituturus, unicum, qui supererat, hæredem subduxit gladio Athaliæ; Dei sui honorem vindicavit, neci traditâ impiâ feminâ: denique ordinem et religionem in Juda restituit, omnique vitæ suæ tempore feliciter conservavit. Malunt alii, Lyr., Vat., Est., Grot. Medoch., Tir., alii plerique, hoc elogio celebrari laudes Azariæ, qui post Joiadam sacerdotium gessit. Sacerdotali planè virtute tuitus est Azarias jura dignitatis suæ, objiciens sese regi Oziæ, vel Azariæ, qui felicitate suâ elatus, ausus est manum porrigere, ut suffitum in Sancto offerret. Vide 2 Par. 26, 17, 18.

VERS. 12. — SELLUM, ipse est, qui *Mosollam* appellatur inferiùs, 9, 11.

VERS. 14. — SARAIAS, qui neci traditus est à Nabuchodonosore, 4 Reg. 15, 18, 21. Josedec ejus filius in captivitatem adductus est à Chaldæis, ut in proximè sequenti versiculo.

VERS. 20. — JAHATH, ZAMMA. Inferiùs, v. 42, 43, legitur: *Jeth, Semei, Zamma.*

VERS. 21. — JOAH. V. 42, *Zammæ* filius dicitur *Ethan.* ADDO, *fortè* idem ac *Adaia*, qui v. 41, filius Zaræ scribitur.

JETHRAI, alio nomine *Athanai*, filius Zaræ, v. 41.

VERS. 22. — CORE FILIUS EJUS. Scitum est, Core reum seditionis in Moysem et Aaronem, hiscente tellure absorptum fuisse, Num. 16, v. 30, 32; sed novo planè miraculo factum est, ut Deus à discrimine ejus filios servârit (1), ex quibus descripta hìc posteritas orta est. *Aminadab*, v. 2, Isaar appellatur.

ASIR, in Exodo (1) *Aser.*

VERS. 23. — ELCANA FILIUS EJUS (Core); ejusque fratres erant *Asir* et *Abiasaph*, uti constat ex vers. 25, 35, 37, et Exodo, loco citato. Vide Jun., Pisc., Malv. Suspicor superfluere secundum hunc *Asir*, de quo nihil in Exodo, 6, 24, nihilque hìc inferiùs, vers. 36, 37.

ASIR. Cùm idem sit nomen, quod in versiculo præcedenti legitur, superfluere hìc arbitror, cùm præsertim neque Exodi 6, 24, neque inferiùs, vers. 36, 37, appareat.

VERS. 26. — NAHATH, ipse est Thohu, inferiùs, v. 34.

VERS. 27. — ELCANA FILIUS EJUS. V. 28: FILII SAMUEL, PRIMOGENITUS VASSENI, ET ABIA (2). Hic

(1) Num. 26, 11: *Et factum est grande miraculum, ut, Core pereunte, filii illius non perirent.*

(1) Exod. 6, 24, *Filii quoque Core, Aser, et Elcana, et Abiasaph.*

(2) *Elcana, fils de Jéroham. Les enfants de Samuël* furent *Vasseni l'aîné, et Abia.* Cet endroit paraît obscur, puisqu'il est parlé de Samuël, sans qu'il soit marqué qui était son père. Mais nous ne pouvons douter que ce ne soit *Elcana*, lequel est nommé immédiatement auparavant. Car il est dit clairement ailleurs qu'Elcana eut d'Anne, sa femme, un fils qu'elle nomma Samuël, à cause, dit l'Ecriture, qu'elle l'avait demandé au Seigneur.

De plus, l'aîné des enfants de Samuël, qui est nommé en ce lieu, *Vasseni*, ou *Vasni*, selon d'autres, est nommé *Joël* dans le premier livre des Rois. Sur quoi quelques-uns ont cru que le fils aîné de Samuël pouvait avoir ces deux noms. D'autres disent qu'il faudrait lire dans l'Hébreu, Joël, et traduire ainsi ce verset: *Les enfants de Samuël furent Joël, son premier-né, et le second Abia;* mais que l'Ecriture a peut-être omis ce nom de Joël, comme moins connu. Enfin quelques autres croient encore que l'Ecriture ne parle point en ce lieu des enfants de Samuël, mais de ceux d'Elcana, son père; et qu'ainsi il faut lire cet endroit de cette sorte: *Filii* (supple, hujus Elcanæ) fuère *Samuel primogenitus, Vasseni et Abia.* (Les enfants d'Elcana, furent Samuël l'aîné, Vasseni et Abia.) Car Anne, femme d'Elcana, put bien avoir ces deux derniers après Samuël.

Mais parce que l'Ecriture nous fait connaître que Samuël était de la race de Lévi, on a cru qu'il serait utile de faire voir par cette table de quelle manière il en descendait, quoiqu'il ne fût pas enfant d'Aaron.

LEVI.

Gerson. Caath. *Mérari.*

Amram. Aminadab.

Aaron. Moïse. Coré, etc.

Eléazar. Elcana.

Phinées, etc. Samuël.

Plusieurs Pères ont cru que Samuël étant de

locus apertissimè corruptus in Hebræo (1) restituendus est ex v. 33, in hanc sententiam: *Elcana filius Jeroham.* Samuel *filius Elcanæ. Filii Samuel;* Johel *filius ejus primogenitus, et secundus Abia.*

Vasseni, quod hùc usque ceu nomen proprium acceptum est, Hebræa vox est sonans: *Et secundus.* Non absimili errore animadvertimus, supra 3, 22, plures Latinos codices legere *Sesa*, quod sonat sex, loco nominis proprii, quod eo loco deerat. Syrus et Arabs restituerunt in textu *Joel,* primogenitum Samuelis, qui alibi in Scripturà exprimitur, 1 Reg. 8, 2. Legitur etiam sub hoc nomine inferiùs, v. 33. Septuaginta editionis Romanæ lectionem Vulgatæ retinent; sed in aliis editionibus legitur nomen *Joel*, quod hìc desideratur. Veteres quidam Latini codices ferunt *Vasseni, Joel*, et *Abia.* Vide la Haye in hunc loc. in Bibl. Max. Sed Latini impressi, quoscumque ego consului, legunt constanter: *Primogenitus Vasseni, et Abia;* neque auctor novæ editionis S. Hieronymi discrimen hìc aliquod in manuscriptis notat. Si quis defendendum suscipiat nomen *Vasseni*, illi utique fateri opus erit, Samuelem filium suum primogenitum appellâsse, *Et secundus;* quod novum est et insolitum; saltem detrahenda est conjunctio, ut viri nomen sit *Secundus.* Cæterùm ambo hi filii Samuelis abusi sunt auctoritate Judicis, traditâ sibi à patre, et causam postulandi regem Israelitis dederunt. Vide 1 Reg. 8, 3, 5.

Vers. 31. — Quos constituit David super cantores domus Domini, ex quo collocata est arca. Translata à se arca fœderis in civitatem Sion, atque in tabernaculo à se ibidem erecto constituta, nihil antiquius habuit David, quàm ut sacerdotibus et Levitis imperaret, munus suum ibi eâ, quâ par erat, religione obirent. Igitur Levitas in ordines divisit tres; cantoribus è familiâ Caath locus assignatus est in medio tabernaculi; Levitæ è familiâ Merari tenebant sinistram; è Gersone dexteram. Vide infra. Occupabantur autem omnes laudibus Domini, quas voce et musicis instrumentis prosequebantur. Heman medii ordinis principatum tenebat; Asaph dextero, Ethan sinistro præerant. È tribus hisce musices principibus posteri munus illud hæreditarium gesserunt. Hebræus hujus loci ita sonat ad litteram: *Isti, quos statuit David super manus cantici domûs Domini à requie arcæ;* vel potiùs, *quos stare jussit in spatiis cantici*, in locis destinatis ad laudes Domini canendas; quasi scilicet constitutæ essent in Tabernaculo ad utrumque latus altaris cathedræ, in quibus cantores collocarentur. Illud, *à requie arcæ*, positum est in textu, ut oppositum tempori quod regnum Davidis præcessit; antequàm enim arca certum, fixumque locum Hierosolymis teneret, vaga semper hùc illùc aberrabat.

Vers. 33. — Heman cantor; musicæ præses הימן המשורד, Αἰμὰν ὁ Ψαλτῳδός, qui sæpè alibi inferiùs memoratur. Vide 1 Par. 15, 17, 19; 16, 41, 42; 25, 1, 4, etc. Quemadmodùm inter filios et posteros Aaronis familiæ quædam singulari pontificatûs privilegio distinguebantur, eâque dignitatis prærogativâ sacerdotales familias superabant; ita etiam inter Leviticas familias principes erant nonnullæ, reliquis dignitate, imperio et auctoritate superiores. Porrò eam gerebant dignitatem, ut imperarent cæteris cantoribus, modos musicos moderarentur, cæterisque præcinerent. Præfectis hisce musices cantica quædam inscribebantur; quique sub illis merebant Levitæ, suos habebant musicos modos peculiares. Hinc ortas arbitror inscriptiones quasdam psalmorum, præferentes sæpè nomen unius ex cantoribus, quorum hìc nomina leguntur, *Asaph, Ethan, Heman.* Nec indi-

la race de Lévi, le sacerdoce a bien pu lui être communiqué par un privilége tout singulier, quoiqu'il n'appartînt de droit qu'à ceux qui étaient de la race d'Aaron. Et ils se sont sans doute fondés sur ce qu'il est dit dans le premier livre des Rois, qu'Israël étant saisi de frayeur par la vue de l'armée des Philistins, s'adressa à Samuël, en lui disant: *Ne cessez point de crier pour nous au Seigneur notre Dieu*, et que Samuël ayant pris alors un agneau qui tettait encore, il l'offrit en holocauste au Seigneur, et qu'il cria au Seigneur pour Israël. Mais de savants interprètes ont soutenu, au contraire, que Samuël n'était point prêtre, puisqu'il paraît même qu'il avait fait la fonction de portier dans la maison du Seigneur, qui était la fonction des Lévites, et non des enfants d'Aaron. Que si Israël s'adressa à lui et le pria de crier pour eux au Seigneur leur Dieu, c'est que sa grande sainteté leur donna lieu d'espérer que le Seigneur exaucerait ses prières, comme il le fit en effet. Et quant à cet holocauste qu'il offrit aussi au Seigneur, les uns disent qu'il l'offrit non par lui-même, mais par le ministère des prêtres, et les autres, qu'il le fit, comme Gédéon et comme Elie, qui offrirent des sacrifices, sans avoir part au sacerdoce, c'est-à-dire, qu'il le fit par un pouvoir extraordinaire que Dieu lui donna comme à son prophète, non seulement de sacrifier, mais encore de sacrer les Rois. (Sacy.)

(1) אלקנה בנו ובנו שמואל הבכר ושני ואביה. Septuag. Υἱοὶ Σαμουὴλ ὁ πρωτότοκος Σανὶ καὶ Ἀβιά. Ita edit. Rom.

gnum majestate suâ rebatur David adjungere se cantoribus, et musicos choros moderari. Ex psalmis plures ipsi inscribuntur, quemadmodùm et Asapho, et Idithun, quos psalmos ab illo compositos fuisse, nemo certò affirmaverit.

Vers. 39. — Frater ejus Asaph. Asaph vir erat Levita, uti et Heman, cujus fratrem, vel necessarium fuisse ex hoc textu discimus; sed alterius erat ab illo ordinis ac familiæ, quippe qui Gersonita esset ex Levi, cùm *Heman* stirpem è *Caath* referret.

Vers. 44. — Filii Merari fratres eorum ad sinistram. Ethan filius Chusi. Ethan, alio nomine Idithun, præerat cantoribus Meraritis; 1 Par. 9, 16, et 25, 1, 3, 6, et passim in titulis psalmorum. Erant Meraritæ fratres præcedentium eodem sensu, quem nos modò agentes de Asaph explicavimus: communem habebant tribum et vitæ professionem.

Vers. 49. — Aaron et filii ejus adolebant incensum super altare holocausti, et super altare thymiamatis, in omne opus Sancti sanctorum. *Incensi* nomen accipiendum non est pro aromatibus, quæ in altari holocaustorum cremarentur; constat enim nihil tale unquàm adoleri ibi consuevisse: sed hostias solummodò et adipes victimarum significat, quæ interdùm in Scripturâ *incensum* appellantur, Exod. 39, 13, 18, et Levit. 4, 35; 6, 17; 7, 5, 25, et passim. Hebræus legit: *Aaron, et filii ejus adolere facient,* ceu gratum suffitum, *super altare holocausti, et super altare suffimenti, ad omne opus quod faciendum erit in Sancto sanctorum:* id est, quidquid offerendum erit, sive in altari holocaustorum, sive in altari thymiamatis, sive in Sancto, sive coram arcâ in sanctuario, per manus Aaronis, ejusque filiorum offeretur.

Vers. 50. — Hi sunt autem filii Aaron. Horum nomina jam supra in exordio hujus capitis, à v. 3, usque ad 16, descripta sunt. Sed hìc genealogia non deducitur nisi usque ad Achimaas, qui sacerdotem agebat sub Salomone, cùm supra in exordio capitis usque ad captivitatem Babylonicam prorogata sit. Hinc vides, auctori præstò fuisse varios catalogos, quos sive per epitomen exhibet, sive integros exscribit. (1)

Vers, 55. — Hebron, et suburbana ejus. Meliùs: Hebron, et regio circumjacens, mille cubitorum spatio (1). De urbibus hisce in usum sacerdotum ac Levitarum destinatis, legas Josue 20, 21.

Vers. 57. — Porro filiis Aaron dederunt civitates ad confugiendum, Hebron, et Lobna, etc. Cave credas, singulas hasce tredecim urbes, filiis Aaronis assignatas, asylum fuisse refugii; sex enim omninò refugio destinatæ erant; videlicet Hebronem in tribu Juda, additis duabus, alterâ in Galilæâ, alterâ prope Sichem, Josue 20, 7, 8; tres reliquæ trans Jordanem: quidquid supererat urbium sacerdotalium et Leviticarum, nullo asyli privilegio fruebantur.

Vers. 58. — Helon, alio nomine *Olon,* Josue 15, 51.

Vers. 59. — Asan, eadem ac *Jethnam.* Vide Bonfrer. in Josue 21, 13. Vide et *Josue* 15, 23. vel fortè *Asan* posita est pro *Ain,* et Jeta hìc omissa est, Josue 21, 16; Syriacus locat *Etram* inter *Asan* et *Bethsemes;* et manuscriptum Alexandrinum post *Bethsemes* addit *Bethir.*

Vers. 60. — Almath, aliter *Almon, Josue* 21, 18.

Civitates tredecim. Undecim hìc tantummodò recensentur, sed omninò erant tredecim, quarum nomina legas in Josue 21, 13, 18. Desunt hìc *Jeta* et *Gabaon. Josue* 21, 16, 17.

Vers. 61. — Dederunt ex dimidia tribu Manasse in possessionem urbes decem. Caathitis geminæ tantummodò urbes in tribu Manasse assignatæ sunt, Josue 21, 25; videlicet *Thanach* et *Gethremmon.* Sed decem omninò urbes possederunt, *Sichem, Gazer, Cibsaim, Bethhoron, Eltheco, Gabathon, Aialon, Gethremmon,* quibus additæ *Thanach* et *Gethremmon,* decem urbes conficiunt. Ex his ita supple sententiam hujus textûs: Dederunt Caathitis decem urbes *ex tribu Dan, Ephraim et dimidiâ Manasse.*

Vers. 63. — Dederunt sorte civitates duodecim. Sortiebantur facilè loca, in partem illis assignanda, inspectâ sedulò eorum frequentiâ, postquàm satis convenit, quot urbes illis assignandæ essent, ita ut sortium arbitrio nihil permitteretur nisi locus, ubi sedes constituendæ erant; quod utique absque temeritatis notâ fieri poterat.

Vers. 65.—Urbes has, quas vocaverunt nominibus suis. Singulæ familiæ de suo nomine urbes

(1) Vers. 54. — Hæc habitacula, q. d.: Hæ sunt sacerdotum urbes eis à Josue assignatæ cap. 21, ubi ferè eodem ordine recensentur quo hìc. (Corn. à Lap.)

(1) Num. 35, 3: *Urbes ad habitandum... et suburbana sint pecoribus ac jumentis, quæ à muris civitatum forinsecùs, per circuitum, mille passuum spatio tendentur.*

hasce appellârunt : ita filii Aaronis urbes suas appellârunt urbes filiorum Aaronis, eâ ratione imperium in illas suum demonstrantes ; ita enim nomina illis dederunt, uti herus quisque rebus suis tribuit.

VERS. 66. — FUERUNTQUE CIVITATES IN TERMINIS EORUM DE TRIBU EPHRAIM. VERS. 67. — DEDERUNT ERGO EIS URBES AD CONFUGIENDUM, SICHEM.... ET GAZER. Cùm ita scribat Latinus Vulgatæ textus, innuere videtur, urbes omnes Caathitarum ad tribum Ephraim pertinuisse, neque Sichem tantummodò, sed et alias, quæ post illam recensentur, asylo fuisse destinatas. Verùm in hanc sententiam exponendus est : *Fuerunt aliquot eorum urbes in terminis tribûs Ephraim, uti Sichem urbs refugii.... et Gazer,* etc. Una Sichem urbs erat refugii, Josue 20, 7 ; reliquæ nullo majori privilegio, nisi quòd Leviticæ essent, fruebantur.

VERS. 68.— JECMAAM, eadem ac *Cibsaim.* Josue 21, 22.

VERS. 69. — HELON, aliter *Aialon.* Vide Josue 21, 24. Geminæ hìc urbes desunt, *Eltheco, et Gabathon*, è tribu Dan, quas legas in Josue 21, 23.

VERS. 70. — ANER.... BAALAM.... HIS QUI DE COGNATIONE FILIORUM CAATH RELIQUI ERANT. Sunt, inter quos Jun., Malv., qui *Aner* miscendam censeant cum Tanach, et *Baalam* cum *Gethremmon,* Josue 21, 25. Id nisi admittamus, reputandum erit, jam inde ab Josue ætate immutatum fuisse aliquid in hæreditatibus ; omnes enim hæ urbes traditæ sunt *his qui de cognatione Caath reliqui erant,* qui scilicet neque sacerdotes erant, neque Aaronici, sed meri Levitæ. Grot. hìc. Vide quæ diximus superiùs v. 1 hujus capitis, vel potiùs *his qui supererant distribuendi ;* discimus enim ex hoc textu aliisque nonnullis, distributiones hasce aliis et aliis temporibus absolutas fuisse. Cæterùm *Baalam,* vel, uti legit Hebræus, *Balaam*, eadem est ac *Jeblaam,* de quâ Josue 17, 11. Septuaginta legunt hìc *Jemblaan,* vel *Iblaam.*

VERS. 71. — ASTHAROTH, aliter *Bosra*, vel, juxta Hebræum, *Behestherah, Josue* 21, 27.

VERS. 72. — CEDES, eadem ac *Cesion, Josue* 21, 28.

VERS. 73. — RAMOTH, aliter *Jaramoth, Josue* 21, 29.

ANEM, aliter *Engannim, Josue* 19, 21, et 21, 29.

VERS. 75. — HUCAC, seu *Helcath, Josue* 21, 31.

VERS. 76. — HAMON, eadem ac *Hammoth Dor. Josue* 21, 32.

VERS. 77. — REMMONO. Aliter *Damna. Josue* 21, 35.

THABOR CUM SUBURBANIS SUIS. In monte Thabor urbs olim considebat. Vide dicta ad Judic. 4, 6. Hìc fortè innuitur urbs *Ceseleththabor* in tribu Zabulon, Josue 19, 12. Desunt hìc urbes duæ in eâdem tribu, filiis Merari assignatæ, quarum nomina in Josue leguntur, cap. 21, v. 35 : *Damna et Naalol.*

CAPUT VII.

1. Porrò filii Issachar : Thola, et Phua, Jasub, et Simeron, quatuor.

2. Filii Thola : Ozi et Raphaia, et Jeriel, et Jemai, et Jebsem, et Samuel, principes per domos cognationum suarum. De stirpe Thola viri fortissimi numerati sunt in diebus David, viginti duo millia sexcenti.

3. Filii Ozi : Izrahia, de quo nati sunt Michael, et Obadia et Johel, et Jesia, quinque omnes principes.

4. Cumque eis per familias et populos suos, accincti ad prælium, viri fortissimi, triginta sex millia : multas enim habuerunt uxores et filios.

5. Fratres quoque eorum per omnem cognationem Issachar, robustissimi ad pugnandum, octoginta septem millia numerati sunt.

CHAPITRE VII.

1. Issachar eut quatre enfants : Thola, Phua, Jasub et Siméron.

2. Thola eut pour fils Ozi, Raphaïa, Jériel, Jémaï, Jebsem et Samuël, tous chefs de diverses branches ou maisons. Et dans le dénombrement qui fut fait sous David, il se trouva vingt-deux mille six cents hommes de la maison de Thola, gens très-braves.

3. Ozi eut pour fils Izrahia, duquel sont venus Michaël, Obadia, Johel et Jésia, tous cinq chefs de branches.

4. Ils eurent avec eux, à cause de leurs diverses branches et familles, jusqu'à trente-six mille hommes, très-braves et toujours prêts à combattre, parce qu'ils avaient eu *chacun* plusieurs femmes et beaucoup d'enfants;

5. Et les parents de ceux-ci, en y comprenant toute la maison d'Issachar, se trouvèrent monter, dans le dénombrement qui en fut fait, jusqu'à quatre-vingt-sept mille hommes, tous très-forts et propres pour la guerre.

6. Filii Benjamin : Bela, et Bechor, et Jadihel, tres.

7. Filii Bela : Esbon, et Ozi, et Oziel, et Jerimoth, et Urai, quinque principes familiarum, et ad pugnandum robustissimi : numerus autem eorum, viginti duo millia et triginta quatuor.

8. Porrò filii Bechor : Zamira, et Joas, et Eliezer, et Elioenai, et Amri, et Jerimoth, et Abia, et Anathoth, et Almath : omnes hi filii Bechor.

9. Numerati sunt autem per familias suas principes cognationum suarum, ad bella fortissimi, viginti millia et ducenti.

10. Porrò filii Jadihel : Balan. Filii autem Balan : Jehus, et Benjamin, et Aod, et Chanana, et Zethan, et Tharsis, et Ahisahar.

11. Omnes hi filii Jadihel, principes cognationum suarum, viri fortissimi, et decem et septem millia et ducenti ad prælium procedentes.

12. Sepham quoque et Hapham filii Hir : et Hasim filii Aher.

13. Filii autem Nephthali : Jasiel, et Guni, et Jeser, et Sellum filii Bala.

14. Porrò filius Manasse, Esriel : concubinaque ejus Syra peperit Machir patrem Galaad.

15. Machir autem accepit uxores filiis suis Happhim et Saphan : et habuit sororem nomine Machaa : nomen autem secundi Salphaad, natæque sunt Salphaad filiæ.

16. Et peperit Maacha uxor Machir filium, vocavitque nomen ejus Phares : porrò nomen fratris ejus, Sares : et filii ejus, Ulam et Recem.

17. Filius autem Ulam, Badan : hi sunt filii Galaad, filii Machir, filii Manasse.

18. Soror autem ejus Regina peperit virum Decorum, et Abiezer, et Mohola.

19. Erant autem filii Semida, Ahin, et Sechem, et Leci, et Aniam.

20. Filii autem Ephraim : Suthala, Bared filius ejus, Thahath filius ejus, Elada filius ejus, Thahath filius ejus, hujus filius Zabad.

21. Et hujus filius Suthala, et hujus

6. Benjamin eut trois fils, *savoir*, Béla, Béchor et Jadihel.

7. Béla eut cinq fils : Esbon, Ozi, Oziel, Jérimoth, et Uraï, chef d'autant de familles remplies d'hommes très-forts pour le combat, dont le nombre se trouva monter à vingt-deux mille trente-quatre.

8. Les fils de Béchor *furent* Zamira, Joas, Eliézer, Elioënaï, Amri, Jérimoth, Abia, Anathoth et Almath, tous fils de Béchor.

9. Le dénombrement de ceux-ci, selon leurs diverses branches d'où sont descendues différentes familles, monta à vingt mille deux cents, tous braves et propres à la guerre.

10. Les descendants de Jadihel *sont* Balan, qui eut pour fils Jéhus, Benjamin, Aod, Chanana, Zéthan, Tharsis et Ahisahar.

11. Tous ceux-ci descendent de Jadihel, et sont chefs d'autant de maisons remplies d'hommes très-braves, dont le dénombrement monta à dix-sept mille deux cents marchant au combat.

12. Sépham et Hapham *sont* les fils de Hir, et Hasim *est* fils d'Aher.

13. Les fils de Nephthali *furent* Jasiel, Guni, Jéser et Sellum, qui venaient de Bala.

14. Esriel *fut* fils de Manassé, qui eut encore d'une Syrienne, sa concubine, Machir, père de Galaad.

15. Or, Machir prit des femmes pour ses fils Happhim et Saphan, et il eut une sœur, nommée Maacha; et le nom du second fut Salphaad, qui eut des filles.

16. Et Maacha, femme de Machir, accoucha d'un fils, qu'elle nomma Pharès, qui eut aussi un frère, nommé Sarès, père d'Ulam et de Récen.

17. Ulam *fut* père de Badan ; et tous ceux-là sont fils de Galaad, fils de Machir, fils de Manassé.

18. Sa sœur Reine, eut un fils *nommé* le Beau, outre Abiézer et Mohola.

19. Sémida fut père d'Ahin, de Séchem, de Léci et d'Aniam.

20. D'Ephraïm sont sortis Suthala, Bared, son fils, Thahath, son fils, Elada, son fils, Thahath, son fils, Zabad, son fils,

21. Suthala, fils de Zabad, Ezer et Elad, fils

filius Ezer et Elad : occiderunt autem eos viri Geth indigenæ, quia descenderant, ut invaderent possessiones eorum.

22 Luxit igitur Ephraim pater eorum multis diebus, et venerunt fratres ejus ut consolarentur eum.

23. Ingressusque est ad uxorem suam, quæ concepit, et peperit filium, et vocavit nomen ejus Beria, eò quòd in malis domûs ejus ortus esset :

24. Filia autem ejus fuit Sara, quæ ædificavit Bethoron inferiorem et superiorem, et Ozensara.

25. Porrò filius ejus Rapha, et Reseph, et Thale, de quo natus est Thaan,

26. Qui genuit Laadan : hujus quoque filius Ammiud, qui genuit Elisama.

27. De quo ortus est Nun, qui habuit filium Josue.

28. Possessio autem eorum et habitatio, Bethel cum filiabus suis, et contra orientem Noran, ad occidentalem plagam Gazer et filiæ ejus, Sichem quoque cum filiabus suis, usque ad Aza cum filiabus ejus.

29. Juxta filios quoque Manasse, Bethsan et filias ejus, Thanach et filias ejus, Mageddo et filias ejus, Dor et filias ejus : in his habitaverunt filii Joseph, filii Israel.

30. Filii Aser : Jemna, et Jesua, et Jessui, et Baria, et Sara soror eorum.

31. Filii autem Baria, Heber, et Melchiel : ipse est pater Barsaith.

32. Heber autem genuit Jephlat, et Somer, et Hotham, et Suaa sororem eorum.

33. Filii Jephlat : Phosech, et Chamaal, et Asoth : hi filii Jephlat.

34. Porrò filii Somer : Ahi, et Roaga, et Haba, et Aram.

35. Filii autem Helem fratris ejus : Supha, et Jemna, et Seles, et Amal.

36. Filii Supha : Sue, Harnapher, et Sual, et Beri, et Jamra,

37. Bosor, et Hod, et Samma, et Salusa, et Jethran, et Bera.

38. Filii Jether : Jephone, et Phaspha, et Ara.

39. Filii autem Olla : Aree, et Haniel, et Resia.

40. Omnes hi filii Aser, principes co-

de Suthala; mais les habitants de Geth les tuèrent *tous*, parce qu'ils étaient venus envahir leurs possessions.

22. C'est pourquoi Ephraïm leur père les pleura long-temps, et ses frères vinrent pour le consoler.

23. Ensuite il s'approcha de sa femme, et elle conçut, et eut un fils qu'elle nomma Béria, *c'est-à-dire pendant l'affliction*, parce qu'il était né dans l'affliction de sa famille.

24. Ephraïm eut aussi une fille *nommée* Sara, qui bâtit la haute et la basse Béthoron, et Ozensara.

25. Il eut encore pour fils Rapha, Réseph et Thalé, duquel est venu Thaan,

26. Qui fut père de Laadan, dont le fils fut Ammiud, qui engendra Elisama,

27. Duquel sortit Nun, qui fut père de Josué.

28. Leurs possessions et leur demeure *furent :* Béthel avec ses dépendances, Noran du côté de l'orient, et Gazer avec ce qui en relève du côté de l'occident, comme aussi Sichem et ses dépendances jusqu'à Aza, et tout ce qui en dépend.

29. Ils possédèrent aussi, du côté de Manassé, Bethsan et ses dépendances, Thanach et ses dépendances, Mageddo et ses dépendances, Dor et ses dépendances. Ce sont les lieux où demeurèrent les *enfants d'Ephraïm,* fils de Joseph, fils d'Israël.

30. Les enfants d'Aser *furent* Jemna, Jésua, Jessui et Baria, avec Sara leur sœur.

31. Les fils de Baria *furent* Héber et Melchiel; c'est lui qui est le père de Barsaïth.

32. Héber engendra Jephlat, Somer, et Hotham, avec Suaa, leur sœur.

33. Les fils de Jephlat *furent* Phosech, Chamaal et Asoth : ce sont là les fils de Jephlat.

34. Les fils de Somer *sont* Ahi, Roaga, Haba et Aram.

35. Ceux d'Hélem, son frère, *sont* Supha et Jemna, Sellès et Amal.

36. Les fils de Supha *sont* Sué, Harnapher, Sual, Béri et Jamra,

37. Bosor, Hod, Samma, Salusa, Jethran et Béra.

38. Les fils de Jéther *sont* Jéphoné, Phaspha et Ara.

39. Les fils d'Olla *sont* Aréé, Haniel et Résia.

40. Tous ceux-ci sont les descendants d'Aser et chefs de familles, l'élite des princes, et les

gnationum, electi atque fortissimi duces ducum. numerus autem eorum ætatis quæ apta esset ad bellum, viginti sex millia.

plus vaillants; le nombre de ceux qui étaient en âge de porter les armes *sous David* montait à vingt-six mille.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Jasub, vel *Jasib*, Num. 26, 23, aliter Job, Genes. 46, 13. Simeron, vel *Semron*, Genes. ibid.

Vers. 2. — Numerati sunt in diebus David. Nota est historia censûs jussu Davidis instituti 2 Reg. 24, et 1 Par. 21; utrùm verò hìc de eodem sermo sit, ignoratur; habemus enim hìc censum Benjamitarum, quos tamen Joabus tunc sub Davide non descripsit (1). Census est hìc facilè copiarum tribuum, quæ in aliquas expeditiones sub regno Davidis venerunt. Porrò censentur hìc tres tribus, videlicet Benjamin, Issachar, et Aser, quem censum frustra alibi quæras. Auctori facilè ad manus non erant tabulæ censuum Nephthali, Manasse, et Ephraimi; neque enim illas in hoc libro describit. Omittit etiam hìc et alibi genealogias *Danitarum* et *Zabulonitarum*, quòd nihil fortè de illis invenit in vetustis tabulis, quæ apud tribum Juda servabantur.

Vers. 3.—Quinque omnes principes (2); quinque scilicet viri inclyti, vel principes. Ad litteram, ראשים כלם, *Omnes capita*. Quatuor tantummodò leguntur in textu; quintum complet *Izrahia* eorum parens, nisi excidisse nomen alicujus è textu suspicemur. Singuli principes erant florentissimæ et clarissimæ in tribu suâ familiæ.

Vers. 5. — Octoginta septem millia, præter octo et quinquaginta millia et sexcentos, quos una Tholæ familia dedit, atque ita tribus hæc sub Davide numerabat centum quadraginta quinque millia et sexcentos. Tantum hominum numerum suffecit copia uxorum et fœcunditas; licet enim commune ex æquo Hebræis privilegium esset polygamiæ, non tamen omnes æquè illo utebantur : uni locupletes uxorum gregem alebant, ex quibus proportione filii : *Multas enim habuerunt uxores et filios.*

Vers. 6. — Filii Benjamin tres. Decem recensentur in Genesi 46, 21; quinque in Numeris 26, 38, et totidem in exordio sequentis capitis; hìc autem tres exhibentur. Hoc discrimen conciliabis, si decem quidem filios Benjamini admittas, sed ex his solummodò quinque genitores, et familiarum auctores; ex his autem quinque duæ fortassè familiæ extinctæ sunt in bello decem tribuum adversùs Benjaminitas, Judic. 20, 46, 47; quare sub Davide tres supererant in hâc tribu familiæ, ut trium tantummodò genealogiæ instituendæ essent. Nec abs re etiam suspicamur, irrepsisse in Genesim inter filios Benjamini nomina quædam nepotum ipsius. Vide ibi Commentarium. Denique Benjamin hujus textûs alius fortassè est à patriarchâ ejusdem nominis; potuit enim hic ad tribum Issachari pertinere. Alterum Benjaminum habes inferiùs v. 20.

Jadihel, aliter *Asbel*, Genes. 46, 21.

Vers. 7. — Filii Bela... quinque principes familiarum. Legimus in Numeris 26, 38, tribum Benjamini familias tulisse septem; videlicet quinque, quarum auctores totidem filii Benjamini fuerunt, *Bela, Asbel, Ahiram, Supham, et Hupham:* accedebant geminæ aliæ familiæ è duobus filiis Belæ, *Hered et Noeman*, natæ. Exhibentur hìc quinque familiæ, vel quinque stirpes è *Bela :* temporum fortè, bellorum, et calamitatum ejusdem tribûs vices id effecerunt, ut in ordinem et œconomiam mutationis aliquid irreperet; vel fortè in aliquo ex his locis mancum est aliquid in censibus; vel demùm, quod utique magis probamus, quinque istæ familiæ è Bela secundariæ sunt, et subjectæ majoribus, originem è patriarchâ Benjamino proxime referentibus.

Vers. 12. — Sepham, et Hapham filii Hir. In Genesi 46, 21, legitur *Mophim* et *Ophim*, et in Numeris 26, 39, *Supham* et *Hupham*. Qui hìc עיר, *Hir*, appellatur עירי *Hiri* in Hebræo v. 7 hujus capitis, et *Urai* in Vulgatâ. Igitur *Hir* filios genuit *Sepham* et *Hapham;* cùmque Hir

(1) 1 Par. 21, 6 : *Levi et Benjamin non numeravit, eò quòd Joab invitus exequeretur regis imperium.*

(2) Filii Ozi. *Filii*, id est, *filius*, unus enim tantùm nominatur, scilicet *Izrahia*, eò quòd ejus solius, velut eximii, prosapiam deinceps pertexere voluerit Esdras; verisimile enim est Ozi plures habuisse filios, sed minùs claros. Certum enim est hisce decem capitibus multorum posterorum patriarcharum nomina reticeri; prolixum enim et quasi infinitum fuisset omnes enumerare. Quare aliqui tantùm illustriores hìc recensentur, cæteri reticentur. Sic Genes. 46, 23, dicitur : *Filii Dan, Husim. Filii*, id est, *filius*, unum enim duntaxat habuit, à quo tota tribus Dan propagata est. Est enallage numeri. Recenset enim omnes patriarcharum filios, quorum unum duntaxat habuit Dan.
(Corn. à Lap.)

inter filios *Belæ*, v. 7, recensetur, filius accipiendus est pro nepote.

Et Hasim filii Aher. Verisimillimè arbitramur, verba hæc cum præcedentibus conjungenda esse in hanc sententiam : Hir filios habuit *Sephim, Haphim*, et *Hasim filium alterum*. Hebræum enim Acher sonat *alterum*. Nomina hæc *Sephim, Haphim*, et *Hasim* pluralia sunt, et explicant genus potiùs quàm unum hominem. Hi porrò è censu eorum non esse videntur, quos supra legimus, atque hìc veluti extra suum locum additi sunt. Suspicor, *Hasim* eumdem esse virum, qui inter filios Dan legitur in Genesi, 46, 23, et pro *Acher* legendum esse *Dan*. Conjecturam hanc firmant ea, quæ in versiculo sequenti, expositâ genealogiâ Nephthali, auctor concludit : *Hi filii Bala*, id est, hæc fuit posteritas filiorum Balæ ancillæ Jacobi, ex quâ *Dan et Nephthali* orti sunt : nihil tamen hìc de Dan, cui unicus erat filius *Husim*. Denique nullibi occurrit Husim inter posteros Benjamini.

Vers. 13. — Sellum, aliter *Sallem*. Genes. 46, 24.

Filii Bala, id est : Hæc genealogia Nephthali filii Balæ, ancillæ Jacobi : Vel addito *Dan* in versiculo præcedenti : *Hæc genealogia Dan et Nephthali filiorum Balæ, uxoris Jacobi.*

Vers. 14. — Filius Manasse Esriel..... et Machir pater Galaad. In Numeris, 26, 29, unicus Manasse filius tribuitur *Machir*. Vide Num. 32, 48. *Fuit* autem Machir *pater Galaad*, id est, hominis *Galaad* appellati, de quo hìc sermo est, et infra, v. 17, et Num. 26, 29, cujus posteri montes Galaaditicos tenuêre. In Hebræo manca videtur sententia : *Filii Manasse Esriel, quem peperit... Et Machir pater Galaad filii concubinæ Syræ.* Nomen matris Esrielis omittitur. Nomina matrum raró notant Hebræi.

Vers. 15. — Machir accepit uxores filiis suis Happhim et Saphan. Quomodò Happhim et Saphan è Machir nati sunt, cùm superiùs, v. 12, adscribantur inter filios Benjamini, et Hir genitorem habuerint? Jure adoptionis transiisse illos in ejus familiam necesse est, cùm ille utrique uxores procuret. Porrò filios Machir fuisse non legimus in textu, sed tantùm : *Accepit uxorem filiis suis Happhim et Saphan, et habuit sororem nomine Maacha.* Sed quomodò una eademque mulier duobus maritis uxor tribuitur? Happhim et Saphan pro nominibus mulierum accepisse videtur S. Hieronymus. Syriacus et Arabs ferunt : *Machir duxit uxorem sororem Huphim et Suphim* (magnorum et potentium), *quæ appellabatur Maacha.* Profectò quâ ratione defendi potest, Maacham sororem fuisse Machir, cùm in sequenti versiculo eidem viro uxor tradatur? Leviter mutatus textus Hebræus hanc interpretationem admittit : *Machir accepit uxorem inter Huphim et Suphim; et habuit sororem nomine Maacham*, seu potiùs, *sororem eorum nomine Maacham.* Vide Jun. et Malv. Nomen uxoris Machir intercidisse, et corruptionis aliquid accidisse textui, contendit Clericus.

Nomen autem secundi Salphaad, natæque sunt Salphaad filiæ; id est, *Salphaad nepos ejus fuit.* Deesse hìc etiam aliquid in textu videtur : quid enim est illud : *Nomen secundi Salphaad*, cùm nihil antea legatur de primo, nec de alio quoquam ex ejus filiis? Suppleri igitur posset : Machir genuit *Galaad*, ex quo Hepher, et ex Hepher Salphaad, qui abnepos est Machir. Vide Numer. 26, 29 : *Machir genuit Galaad.* Et 20, 33 : *Fuit Hepher pater Salphaad.* Et Num. 27, 1.

Vers. 17. — Filius Ulam, Badan. Creditur *Badan* ipsissimus esse Jair judex celebris Israelis, Jud. 10, 3, vir Galaadites, cui triginta fuerunt liberi, principes totidem urbium, quæ urbes Jair appellabantur. Idem ipse vir appellatus videtur *Badan* in libro 1 Reg. 12, 2.

Hi sunt filii Galaad. Singuli portionem suam obtinuerunt inter filios Galaad, et in ejus nominis regione. Ad stirpem Galaad idcircò solùm pertinebant, quòd communem haberent cum Galaad genitorem Machir.

Vers. 18. — Soror ejus Regina peperit virum decorum; id est, quæ appellabatur Regina, peperit filium, nuncupatum Decorum. Servari possunt Hebrææ voces : *Soror ejus Malketh peperit Ishod.* Rabbinorum quidam tradunt, Reginam hanc matrem fuisse Josue, qui nomine *Decori* hìc appellatur. Aliis *Regina* est Debbora vates.

Abiezer, aliter *Iezer*. Num. 26, 30.

Vers. 19. — Leci, ipse est Helec. Num. 26, 30.

Vers. 20. — Filii Ephraim : Suthala, Bared, ac reliqui in hoc versiculo et in sequentibus usque ad 26, descripti. Igitur Ephraimo sexdecim fuerunt liberi, vel saltem totidem hìc recensentur; sed in Numeris tres tantummodò habemus, *Suthalam, Becher, Thehen.* Quod nobis probat, omnes illos, quorum nomina hìc exhibentur, filios Ephraimi fuisse, illud est, 1° quòd ut in Numeris, ita etiam hìc leguntur *Suthala* et *Becher*, idem facilè cum

Bared, de quo hìc, et *Thehen,* idem cum *Thahath* hujus textûs; leguntur, inquam, descripti ceu filii ex Ephraimo parente nati : quare æqua utrobique est ratio affirmandi, eos quorum hìc nomina in eodem ordine et appellatione exhibentur, filios esse reverà Ephraimi eodem sensu, quo tres reliqui. 2° Ephraim filiorum suorum, hìc descriptorum, mortem æquè omnium luget. 3° Denique Scriptura nullum præbet argumentum distinguendi, ut alios quidem filios putemus, alios nepotes, vel abnepotes. Jure igitur meritòque omnes in eodem necessitudinis gradu constituuntur, in quo tres illi, qui, nemine ambigente, jure filiorum hujus patriarchæ fruuntur.

Vers. 21. — Occiderunt eos viri Geth indigenæ, quia descenderant ut invaderent possessiones eorum. Hujus loci non una est interpretatio. Censent quidam (1) Ephraimitas, terram Gessen, regionem Ægypti maximè omnium finitimam Palæstinæ, occupantes, Gethæis, è Palæstinâ in Ægyptum prædæ causâ descendentibus, armis occurrere ausos, cæsos victosque fuisse. Alii verò malunt (2), Ephraimitas animosos planè, et temerario facinore, progressos ad regionem Philisthæorum, ut prævenirent tempus divinitùs constitutum, quo illam raperent, repressos ac trucidatos fuisse à Gethæis. Contendunt quidam (3), prælium hoc ipsum esse idemque, de quo in Numeris 14, 44, cùm scilicet Israelitæ irrumpere in Chanaanitidem viâ montium tentârunt. Sed tunc Ephraim utique in vivis non agebat, et locus, quà aditum tentârunt, quàm longissimè à Geth aberat. Sunt qui credant, Ephraimitas invasisse Gethæos diu post ingressum Israelitarum in Terram promissionis; Ephraimum verò istorum patrem, virum esse planè alium à patriarchâ. Nihil est in historiâ sacrâ, quod huic rei lucem affundat. Aliquid simile innuit paraphrastes Chaldæus in Canticum canticorum, 2, 7. Sed ex hoc loco acceptam historiam fabellis pluribus infersit. Illud certò affirmari potest, rem hanc contigisse quo tempore Hebræi in Ægypto erant; et facilè acerbum hoc Ephraimitarum fatum in causâ fuit, cur illorum nomina non legantur in Genesi, nec nisi tria in Numeris occurrant. Hebræus ad litteram : *Et occiderunt eos viri Geth, nati in terrâ, quia descenderant ad capiendum greges eorum.* Innuitur hìc, Ephraimitas aggressores fuisse; idque à plerisque creditur.

(1) Serar. in Josue 1 quæst. 2 et 3; Menoch., Jun., Tirin. Ita Syr. et Arab.
(2) Grot., Vat., Malv. Plerique.
(3) Vide Est. hic.

Vers. 24. — Filia ejus fuit Sara, quæ ædificavit Bethoron inferiorem et superiorem. Actum est de situ utriusque urbis in animadversionibus in tabulam geographicam terræ sanctæ. Conditæ erant antequàm Hebræi in Chanaanitidem venirent. Sara, neptis, vel abneptis Ephraimi, restituit utramque, uti et *Ozensara,* cujus situs ignoratur.

Vers. 25. — Porrò filius ejus Rapha, etc. Non satis constat, utrùm hi pariter filii sint Ephraimi, an potiùs Rapha ex patre *Beriâ* natus sit, et *Reseph* et *Thale* ex Raphâ. Illud certum est, eos, de quibus in v. 26, ex Ephraimo proximè natos non esse, cùm *Elizama,* qui hìc legitur, principem ageret Ephraimitarum in deserto, genueritque *Nun,* patrem Josue. Quare in censum filiorum Ephraimi referendos arbitror eos omnes qui recensentur usque ad v. 26. Thaan pater fuit *Laadani,* vel *Laadonis,* seu potiùs *Hadonis* לעדן בנו עמיהוד. Ita Syr., Jun., Malv. ל est servile. Ex Laadano *Ammiud,* ex quo *Elizama :* Elizama dedit Nun, et hic Josue, sextum ab Ephraimo, qui annum agebat quartum et quinquagesimum ætatis, cùm ab Ægypto egrederetur.

Vers. 34. — Et Aram. Vers. 35. — Filii autem Helem fratris ejus. Ut facilior reddatur sensus hujus textus, ita legendus est : *Filii Somer..... Aram, et Helem : filii Helem fratris Aram, Supha,* etc.

Vers. 37. — Jethran, idem est *Jether* sequentis versiculi.

Vers. 38. — Jephone, vir longè alius à patre Calebi, cùm ad tribum Aser pertineat; pater verò Calebi vir fuerit è tribu Juda.

Vers. 40. — Omnes hi filii Aser, principes cognationum, electi atque fortissimi duces ducum. Hebræus ad litteram : *Omnes isti filii Aser, capita domûs patrum,* vel *patriarchæ electi, fortes viribus, capita principum.* Tituli titulis cumulantur. Ii omnes, quorum nomina à v. 30 describuntur, alter post alterum principatum in tribu suâ gesserunt, viri strenui, electi, inter cæteros duces præcipui, cùm in aciem proficiscendum esset.

CAPUT VIII.

1. Benjamin autem genuit Bale primogenitum suum; Asbel secundum; Ahara tertium;
2. Nohaa quartum, et Rapha quintum.
3. Fueruntque filii Bale : Addar, et Gera, et Abiud.
4. Abisue quoque, et Naaman, et Ahoe,
5. Sed et Gera, et Sephuphan, et Huram.
6. Hi sunt filii Ahod, principes cognationum habitantium in Gabaâ, qui translati sunt in Manahath.
7. Naaman autem, et Achia, et Gera ipse transtulit eos, et genuit Oza et Ahiud.
8. Porrò Saharaim genuit in regione Moab, postquàm dimisit Husim et Bara uxores suas;
9. Genuit autem de Hodes uxore suâ Jobab, et Sebia, et Mosa, et Molchom,
10. Jehus quoque, et Sechia, et Marma : hi sunt filii ejus, principes in familiis suis.
11. Mehusim verò genuit Abitob, et Elphaal.
12. Porrò filii Elphaal : Heber, et Misaam, et Samad : hic ædificavit Ono, et Lod, et filias ejus.
13. Baria autem et Sama, principes cognationum habitantium in Aialon : hi fugaverunt habitatores Geth.
14. Et Ahio, et Sesac, et Jerimoth,
15. Et Zabadia, et Arod, et Heder.
16. Michael quoque, et Jespha, et Joha filii Baria.
17. Et Zabadia, et Mosollam, et Hezeci, et Heber,
18. Et Jesamari, et Jezlia, et Jobab, filii Elphaal.
19. Et Jacim, et Zechri, et Zabdi,
20. Et Elioenai, et Selethai, et Eliel,
21. Et Adaia, et Baraia, et Samarath filii Semei.
22. Et Jespham, et Heber, et Eliel,
23. Et Abdon, et Zechri, et Hanan,
24. Et Hanania, et Ælam, et Anathothia,
25. Et Jephdaia, et Phanuel filii Sesac.
26. Et Samsari, et Sohoria, et Otholia,

CHAPITRE VIII.

1. Benjamin engendra Balé, son aîné; Asbel, le second; Ahara, le troisième;
2. Nohaa, le quatrième, et Rapha, le cinquième.
3. Les fils de Balé furent Addar, Géra et Abiud,
4. Abisué, Naaman et Ahoé,
5. Comme aussi Géra, Séphuphan et Huram.
6. Ceux-ci sont fils d'Ahod, et chefs de familles qui demeurèrent *d'abord* à Gabaa, et qui furent *ensuite* transportées à Manahath.
7. Naaman, Achia et Géra; celui-ci les transféra, et il fut père d'Oza et d'Ahiud.
8. Or Saharaïm ayant renvoyé ses femmes Husim et Bara, il eut des enfants dans le pays de Moab.
9. Il eut donc, de Hodès son épouse, Jobab, Sébia, Mosa et Molchom,
10. Avec Jéhus, Sechia et Marma, qui furent tous ses enfants et chefs d'autant de familles différentes.
11. Méhusim engendra Abitob et Elphaal.
12. Les enfants d'Elphaal *sont* Héber, Misaam et Samad, qui bâtit Ono et Lod avec les lieux qui en dépendent.
13. Baria et Sama *furent* chefs des branches qui s'établirent en Aïalon; ce furent eux qu chassèrent les habitants de Geth.
14. Ahio, Sésac, Jérimoth,
15. Zabadia, Arod et Héder,
16. Michaël, Jespha et Joha *sont* les enfants de Baria.
17. Zabadia, Mosollam, Hézéci, et Héber,
18. Jésamari, Jezlia et Jobab *sont encore* les enfants d'Elphaal.
19. Jacim, Zéchri, Zabdi,
20. Elioënaï, Séléthaï, Eliel,
21. Adaïa, Baraïa et Samarath *sont* les enfants de Séméi.
22. Jespham, Héber, Eliel,
23. Abdon, Zéchri, Hanan,
24. Hanania, Elam, Anathothia,
25. Jephdaïa et Phanuel *sont* les enfants de Sésac.
26. Samsari, Sohoria, Otholia,

27. Et Jersia, et Elia, et Zechri filii Jeroham.

28. Hi patriarchæ, et cognationum principes qui habitaverunt in Jerusalem.

29. In Gabaon autem habitaverunt Abigabaon, et nomen uxoris ejus Maacha :

30. Filiusque ejus primogenitus Abdon, et Sur, et Cis, et Baal, et Nadab,

31. Gedor quoque et Ahio, et Zacher, et Macelloth :

32. Et Macelloth genuit Samaa : habitaveruntque ex adverso fratrum suorum in Jerusalem cum fratribus suis.

33. Ner autem genuit Cis, et Cis genuit Saül. Porrò Saül genuit Jonathan, et Melchisua, et Abinadab, et Esbaal.

34. Filius autem Jonathan, Meribbaal : et Meribbaal genuit Micha.

35. Filii Micha : Phithon, et Melech, et Thara, et Ahaz.

36. Et Ahaz genuit Joada : et Joada genuit Alamath, et Azmoth, et Zamri : porrò Zamri genuit Mosa.

37. Et Mosa genuit Banaa, cujus filius fuit Rapha, de quo ortus est Elasa, qui genuit Asel.

38. Porrò Asel sex filii fuerunt his nominibus : Ezricam, Bocru, Ismael, Saria, Obdia, et Hanan : omnes hi filii Asel.

39. Filii autem Esec fratris ejus : Ulam primogenitus, et Jehus secundus, et Eliphalet tertius.

40. Fueruntque filii Ulam viri robustissimi, et magno robore, tendentes arcum : et multos habentes filios ac nepotes, usque ad centum quinquaginta. Omnes hi filii Benjamin.

27. Jersia, Elia, Zechri *sont* les enfants de Jéroham.

28. Ce sont là les premiers pères et les chefs des familles, lesquels s'établirent à Jérusalem *après le retour de la captivité.*

29. Mais Abigabaon s'établit dans Gabaon ; sa femme se nommait Maacha.

30. Son fils aîné était Abdon; et *les autres* Sur, Cis, Baal, *Ner* et Nadab,

31. Comme aussi Gédor, Ahio, Zacher et Macelloth,

32. Qui engendra Samaa; et tous ceux-ci s'établirent à Jérusalem avec ceux de la même branche à l'opposite de leurs frères.

33. Ner engendra Cis, Cis engendra Saül. Saül engendra Jonathas, Melchisua, Abinadab et Esbaal.

34. Le fils de Jonathas *fut* Meribbaal, et Meribbaal fut père de Micha.

35. Les fils de Micha *furent* Phithon, Mélech, Tharaa et Ahaz.

36. Ahaz engendra Joada, Joada engendra Alamath, Azmoth et Zamri. Zamri engendra Mosa.

37. Mosa engendra Banaa, dont le fils fut Rapha, duquel est venu Elasa, qui engendra Asel.

38. Asel eut six fils dont voici les noms : Ezricam, Bocru, Ismaël, Saria, Obdia et Hanan, tous fils d'Asel.

39. Les enfants d'Esec, son frère, *étaient* Ulam l'aîné, Jéhus le second, et Eliphalet le troisième.

40. Les enfants d'Ulam furent des hommes très-robustes, et qui avaient une grande force pour tirer de l'arc. Ils eurent un grand nombre de fils et de petits-fils, jusqu'à cent cinquante; tous ceux-là sont de la postérité de Benjamin.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — BENJAMIN AUTEM GENUIT BALE. In capite præcedenti legimus genealogiam Benjamini; hìc autem aliquid dictis ibidem additur, ac referuntur familiæ plures, quas alibi frustra quæras : ex quo negotium fit iis qui sedulò inquirunt, unde discrimen hoc nominum in hominibus ejusdem tribûs. Sunt qui variantia hæc repetant è variis exemplaribus, unde genealogiæ ejusmodi deductæ sunt, uti et ex pluribus unius ejusdemque hominis nominibus; ita Abenezra. Verùm Sanctius multò æquiùs animadvertit, auctorem hujus libri narrâsse hìc nomina plurium Benjamitarum è captivitate Babylonicâ reducum, qui sedem constituerunt, alii quidem Hierosolymis, alii sparsim per loca. Plura equidem leguntur hìc nomina virorum è captivitate reducum. Confer hoc caput cum 1 Esdr. 10, 11. Longius autem deducere visum est genealogiam Saülis, quòd vir esset regiâ dignitate insignis.

ASBEL, idem ac *Jadihel* vel ex Hebræo *Jedihael.* Sept. : Ἰεδιήλ.

AHARA, idem ac Ahiram, Num. 26, 38, et *Echi*, Gen. 46, 21.

VERS. 2. — NOHAA, idem facilè ac *Bechor*. Genes. 46, 21.

RAPHA, idem facilè ac *Ros* in Genesi.

VERS. 3. — ADDAR, idem ac *Ared*, ibid., vel *Hered*, Num. 26, 40.

VERS. 5. — HURAM, an idem ac *Ophim*, Gen. 46, 21, vel *Hupham*, Num. 26, 39?

VERS. 6. — HI SUNT FILII AHOD. Verisimile est, posteros esse Aodi, judicis Israelis. Benjamita erat, filius vel nepos Geræ, cujus nomen hìc in v. 5 legitur. Vide Jud. 3, 15. Hæ verò coloniæ nonnisi post captivitatem translatæ sunt. Posteri Aodi consederunt primò Gabaæ urbe Benjamiticâ; inde migrârunt in Manahath, regionem tribûs Juda, de quâ jam actum est, et quam statim initio filii Juda coluerunt, 1 Par. 2, 52, 54.

VERS. 7. — ET GENUIT OZA, ET AHIUD (1). Utriusque hujus viri idem facilè pater erat *Gera*.

VERS. 8. — SAHARAIM GENUIT IN REGIONE MOAB. . . DE HODES UXORE SUA JOBAB. En virum, cujus ignoramus originem : nihil etiam scimus de Saharaim, aliud, quòd repudiatâ geminâ uxore suâ *Husim* et *Bara*, filios ex alterâ uxore *Hodes* genuerit in regione Moab, quò fortè aufugerat; sed quando et cur, latet. Sunt qui alio sensu reddant v. 6. Vide Jun. et Tremell. Belgic. Vers., etc. Vide genealogiam Ahodi. Tres ille genuit liberos, *Namanum*, *Achiam*, et *Geram*, quos Gabaâ, ubi sedem habebant, misit in *Manahath*, ubi novam coloniam condiderunt; alios deinde liberos retulit ex Husim et Barâ uxoribus suis, *Ozam*, *Ahiud*, et *Saharaim*. בשדה, מואב מן שלחו אתם : *Postquàm dimisit eos*, nempe *Naaman*, *Achia*, *et Gera*. Denique ex aliâ uxore *Hodes* auctus est aliis liberis, *Jobabo*, *Sebia*, *Mosa Molchom*, *Jehus*, *Sechia*, et *Marma*. Hæc genealogia omnis *Ahodi*. Sed ut hypothesis hæc servari posset, juvanda esset paululùm litterâ textûs.

VERS. 11. — MEHUSIM GENUIT ABITOB; vel, juxta Hebræum : Saharaim *genuit Abitob ex uxore suâ Husim*, de quâ in v. 8.

VERS. 12. — ONO ET LOD. Duæ sunt urbes, quarum nomina frustra quæras ante captivitatem Babylonicam; quippe quæ nonnisi post illam conditæ fuêre. Esdras et Nehemias non semel illarum meminerunt. Vide 1 Esdræ 2, 33; 2 Esdræ 7, 37, et 11, 34, 35. *Lod* ipsa est facilè *Lydda*, deinde appellata *Diospolis*, decem leucis ab Hierosolymis, septentrionem et occidentem versùs. Ono ter mille passibus aberat à Lydda, uti Ligtfootus ex Thalmude et libro *Jachasim* probavit.

VERS. 13. — BARIA, ET SAMA. . . HI FUGAVERUNT HABITATORES GETH. Qui fuerint *Baria* et *Sama*, non satis exploratum est : creduntur tamen filii *Elphaalis*; ipsi verò vel illorum posteri incolas Geth expulerunt. Historicum hoc facinus ex nullo alio Scripturæ textu discitur; neque compertum haberi potest, utrùm post captivitatem, an ante consignandum sit.

VERS. 25. — SESAC, idem facilè qui supra v. 14 legitur.

VERS. 28. — HI PATRIARCHÆ, ET COGNATIONUM PRINCIPES, QUI HABITAVERUNT IN JERUSALEM. Hi, quorum referuntur nomina à v. 14, sunt, uti arbitror, principes majorum familiarum, quæ Hierosolymis post reditum è captivitate consederunt : neque enim sub Josue adeò commodum erat et liberum habitare Hierosolymis. Ea urbs diu usque ad Davidem Jebusæis paruit, Josue 15, 63; et nemo ex iis qui hìc recensentur, occurrit, qui coævus Josue fuisse noscatur.

VERS. 29. — IN GABAON HABITAVERUNT ABIGABAON (1). Verti potest : *Et pater Gabaon habitavit in Gabaon*. Septuag. : Καὶ ἐν Γαβαὼν κατῴκησε πατὴρ Γαβαών. Hic Gabaonis pater appellatur *Jehiel*, de quo in sequenti capite agetur, ubi sic, v. 35 : *Pater Gabaon Jehiel*, idem fortè ac Abiel, 1 Reg. 9, 1.

VERS. 30. — NADAB. Omittitur hìc *Ner* versiculi 33. Inferiùs 9, 36, ambo leguntur.

VERS. 31. — MACELLOTH. Omittitur nomen hoc in Hebræo; sed legitur in omnibus versionibus, imò et in Hebræo sequentis versiculi.

VERS. 32. — HABITAVERUNT EX ADVERSO FRA-

(1) NAMAN AUTEM, ET ACHIA, ET GERA, supple, sunt filii Ahod, quos versu præcedenti me recensiturum promisi; IPSE, scilicet *Gera*, qui proximè præcessit, TRANSTULIT EOS, scilicet Ahoditas, ex Gabaâ in Manahath, ut dictum est, versu 6. Idemque Gera *genuit Oza et Ahiud*, ac tertium *Saharaim* existens *in regione Moab*, ut sequitur vers. 8, ad quam Gera migravit fortè cum Elimelech famis causâ, Ruth 1. (Corn. à Lap.)

(1) Id est, *pater Gabaon*, scilicet princeps Gabaon, cujus nomen proprium erat *Jehiel*, ut dicitur cap. seq. vers. 35, qui fuit pater Cis patris Saülis, ut sequitur. Dices : Quomodò ergo versu 33 dicitur Ner fuisse pater Cis et avus Saülis? — Resp. *Jehiel*, alio nomine dictum fuisse *Ner*, id est, *lucerna*, eò quod ipse ut lucerna toti familiæ præfulgeret. Ita Emmanuel Sâ et Mariana, licet alii putent *Jehiel* fuisse patrem *Ner*, cujus filius fuit *Cis*, nepos *Saül*, idque colligunt ex cap. sequent. vers. 36, ubi *Jehiel* dicitur genuisse *Ner*; sed ibidem dicitur *Jehiel* genuisse *Cis*; quare *Ner* ibidem non fuit pater, sed frater *Cis*, cui *Ner* pater suum nomen imposuit. (Corn. à Lap.)

TRUM SUORUM IN JERUSALEM : id est, cùm familiæ hujus altera pars incoleret Gabaone, reliqui sedes habebant Hierosolymis, urbe è regione et proximâ Gabaoni. Hæc autem omnia gesta sunt post captivitatem Babylonicam. Ita pariter in Genesi 16, 12, legimus posteros Ismaelis tentoria posuisse è regione filiorum Isaaci : *E regione universorum fratrum suorum figet tabernacula.*

VERS. 33. — NER GENUIT CIS, ET CIS GENUIT SAUL. *Ner* cujus filius fuerit, hìc non legitur; sed sequenti capite v. 36, *Jehiel* pater *Ner* constituitur; et in 1 Regum 9, 1, pater *Cis* datur *Abiel* filius *Seror*. Unus igitur idemque vir erant *Abiel* et *Ner*. Suspicantur quidam, *Ner* patrem Abneri longè alium fuisse à Ner patre Cis : sed alii utrosque miscent, ut Abner patruus sit Saülis. Veritatem investigare in tantâ vetustatis obscuritate quis possit? Si quis enim reputet, *Ner*, fratrem Cis natu majorem, fratrem hunc suum minorem educâsse, ut deinceps ceu pater illius haberetur, ille utique temerè prorsùs et leviter hoc asserat. Ita Auctor Tradit. Hebr. in libb. Paralipp., et Lyr. Alii passim.

ABINADAB, idem creditur ac Jessui, 1 Reg. 14, 49.

ESBAAL, ipse est *Isboseth*. Cùm Hebræi pronuntiationem nominis *Baalis*, numinis profani, vitent, ejus loco substituunt *Boseth*, quod *confusionem* sonat.

VERS. 34. — MERIBBAAL (1), ipse est Miphiboseth, cujus nomen eâdem de causâ ita corruptum est : occurrit etiam *Jerubeseth* pro *Jerobaal*. Vide 2 Reg. 11, 21, in Heb.

VERS. 36. — JOADA, aliter *Jara*, 1 *Par*. 9, 42.

VERS. 37. — RAPHA, aliter *Raphaia*. Ibid. v. 43.

VERS. 40. — VIRI ROBUSTISSIMI, ET MAGNO ROBORE TENDENTES ARCUM. Benjamitæ, præsertim Gabaonitæ, famam sibi comparârunt ex virtute militari, et jaculandi peritiâ. Vide quæ congessimus in Judicibus 20, 16; Jonathas, qui ad eamdem tribum pertinebat, jaculator erat peritissimus : *Sagitta Jonathæ nunquàm rediit retrorsùm*, 2 Reg. 1, 22.

(1) FILIUS AUTEM JONATHAN, MERIBBAAL. *Meribbaal* est *Miphiboseth ;* hic enim unicus fuit filius Jonathæ, ac pater Michæ, ut sequitur. Porrò *Miphiboseth* vocatur *Meribbaal*, id est, *litigans cum Domino*, vel *Meribaal*, id est, *rebellans Domino;* quâ de causâ ita vocatus sit, nescitur. Hebræi apud S. Hieron. in Tradit. causam dant, quòd murmurârit contra Dominum, qui Davidem in regnum reduxerat, eò quòd David sibi bona ademisset, eaque Sibæ servo suo se calumnianti dedisset, 2 Reg. 19, 29. Verùm hoc planè incertum est. Alii ita dictum volunt, quòd idola Baal destruxerit : hâc enim de causâ Gedeon vocatus est *Jerobaal*, id est, *litigator cum Baal*, Judic. 6, 32. Verisimilius est eum vocatum *Meribbaal*, eò quòd cum servo suo Sibâ, falsò se de affectato regno apud Davidem accusante, non quasi cum servo, sed quasi cum hero et domino litigare, imò hæreditatem suam (ita jubente Davide) dividere coactus sit. Hæc enim insignis ei fuit injuria et vilipensio. (Corn. à Lap.)

CAPUT IX.

1. Universus ergo Israel dinumeratus est : et summa eorum scripta est in libro regum Israel et Juda ; translatique sunt in Babylonem propter delictum suum.

2. Qui autem habitaverunt primi in possessionibus, et in urbibus suis : Israel, et sacerdotes, et Levitæ, et Nathinæi.

3. Commorati sunt in Jerusalem de filiis Juda, et de filiis Benjamin, de filiis quoque Ephraim, et Manasse.

4. Othei filius Ammiud, filii Amri, filii Omrai, filii Bonni, de filiis Phares filii Juda.

5. Et de Siloni, Asaia primogenitus, et filii ejus.

6. De filiis autem Zara, Jehuel, et fratres eorum, sexcenti nonaginta.

7. Porrò de filiis Benjamin : Salo filius Mosollam, filii Oduia, filii Asana :

8. Et Jobania filius Jeroham : et Ela filius Ozi, filii Mochori : et Mosollam fi-

CHAPITRE IX.

1. Voilà donc le dénombrement de tout Israël, et le nombre auquel il se montait a été écrit dans le livre des rois d'Israël et de Juda ; et ils furent transportés à Babylone à cause de leurs péchés.

2. Or, *après le retour de cette captivité*, ceux qui s'établirent les premiers dans leurs biens et dans leurs villes, furent les Israélites, les prêtres, les Lévites et les Nathinéens.

3. Il s'établit à Jérusalem plusieurs de la tribu de Juda, de la tribu de Benjamin, et même des tribus d'Ephraïm et de Manassé.

4. Othéi, fils d'Ammiud, fils d'Amri, fils d'Omraï, fils de Bonni, *l'un* des fils de Pharès, fils de Juda;

5. Asaïa, fils aîné de Siloni, et ses autres fils.

6. Jéhuel, l'un des enfants de Zara, et les autres de la même maison, au nombre de six cent quatre-vingt-dix.

7. De la tribu de Benjamin : Salo, fils de Mosollam, fils d'Oduïa, fils d'Asana ;

8. Et Jobania, fils de Jéroham, avec Éla,

lius Saphatiæ, filii Rahuel, filii Jebaniæ,

9. Et fratres eorum per familias suas, nongenti quinquaginta sex. Omnes hi, principes cognationum per domos patrum suorum.

10. De sacerdotibus autem : Jedaia, Joiarib, et Jachin :

11. Azarias quoque filius Helciæ, filii Mosollam, filii Sadoc, filii Maraioth, filii Achitob, pontifex domûs Dei.

12. Porrò Adaias, filius Jeroham, filii Phassur, filii Melchiæ : et Maasai filius Adiel, filii Jezra, filii Mosollam, filii Mosallamith, filii Emmer :

13. Fratres quoque eorum principes per familias suas, mille septingenti sexaginta, fortissimi robore ad faciendum opus ministerii in domo Dei.

14. De Levitis autem, Semeia filius Hassub, filii Esricam, filii Hasebia, de filiis Merari :

15. Bacbacar quoque carpentarius, et Galal, et Mathania filius Micha, filii Zechri, filii Asaph :

16. Et Obdia filius Semeiæ, filii Galal, filii Idithun : et Barachia filius Asa, filii Elcana, qui habitavit in atriis Netophati.

17. Janitores autem, Sellum, et Accub, et Telmon, et Ahimam, et frater eorum Sellum princeps :

18. Usque ad illud tempus, in portâ regis ad orientem, observabant per vices suas de filiis Levi.

19. Sellum verò filius Core, filii Abiasaph, filii Core, cum fratribus suis, et domo patris sui : hi sunt Coritæ super opera ministerii, custodes vestibulorum tabernaculi : et familiæ eorum per vices castrorum Domini custodientes introitum.

20. Phinees autem filius Eleazari, erat dux eorum coram Domino.

21. Porrò Zacharias filius Mosollamia, janitor portæ tabernaculi testimonii.

22. Omnes hi electi in ostiarios per portas, ducenti duodecim : et descripti in villis propriis, quos constituerunt David et Samuel videns, in fide suâ,

fils d'Ozi, fils de Mochori; et Mosollam, fils de Saphatias, fils de Rahuel, fils de Jébanias;

9. Et encore tous les parents de ceux-ci divisés en diverses branches, au nombre de neuf cent cinquante-six. Tous ceux-ci *furent* chefs de différentes branches dans les maisons dont ils étaient descendus.

10. De la famille sacerdotale, il y eut Jédaïa, Joïarib et Jachin;

11. Comme aussi Azarias, fils d'Helcias, fils de Mosollam, fils de Sadoc, fils de Maraïoth, fils d'Achitob, pontife de la maison de Dieu;

12. Adaïa, qui était fils de Jéroham, fils de Phassur, fils de Melchias; et Maasaï, qui était fils d'Adiel, fils de Jezra, fils de Mosollam, fils de Mosollamith, fils d'Emmer,

13. Avec encore leurs parents qui ont été chefs de plusieurs autres familles au nombre de mille sept cent soixante hommes, forts et robustes pour s'acquitter de tout le service qu'ils avaient à faire dans la maison de Dieu.

14. Des Lévites, *il y eut* Séméia, fils d'Hassub, fils d'Ezricam, fils d'Hasébia, l'un des fils de Mérari,

15. Bacbacar, charpentier, Galal et Mathania, fils de Micha, fils de Zechri, fils d'Asaph,

16. Avec Obdia, fils de Séméias, fils de Galal, fils d'Idithun, et Barachia, fils d'Asa, fils d'Elcana, qui demeura dans les faubourgs de Nétophati.

17. Les portiers *étaient :* Sellum, Accub, Telmon, et Ahimam; et leur frère Sellum était le chef.

18. Jusqu'à ce temps-là, des enfants de Lévi avaient gardé chacun à leur tour la porte du roi, qui était à l'orient.

19. Sellum, fils de Coré, fils d'Abiasaph, fils de Coré, était là avec ses frères et toute la maison de son père, c'est-à-dire les Corites établis sur les ouvrages qui regardaient le ministère, ayant la garde des portes du tabernacle, chacune de leurs familles gardant tour à tour l'entrée du camp du Seigneur.

20. Or Phinéés, fils d'Eléazar, était leur chef devant le Seigneur.

21. Zacharie, fils de Mosollamia, était chargé de la porte du tabernacle du témoignage.

22. Tous ces officiers destinés à la garde des portes du temple étaient au nombre de deux cent douze, et inscrits chacun sur le rôle de leur ville. David et Samuël le Voyant les avaient établis par un effet *de la lumière* de leur foi,

23. Tam ipsos quàm filios eorum, in ostiis domûs Domini, et in tabernaculo, vicibus suis.

24. Per quatuor ventos erant ostiarii : id est, ad orientem, et ad occidentem, et ad aquilonem, et ad austrum.

25. Fratres autem eorum in viculis morabantur, et veniebant in sabbatis suis de tempore usque ad tempus.

26. His quatuor Levitis creditus erat omnis numerus janitorum, et erant super exedras et thesauros domûs Domini.

27. Per gyrum quoque templi Domini morabantur in custodiis suis, ut cùm tempus fuisset, ipsi manè aperirent fores.

28. De horum genere erant et super vasa ministerii : ad numerum enim et inferebantur vasa et efferebantur.

29. De ipsis, et qui credita habebant utensilia sanctuarii, præerant similæ, et vino, et oleo, et thuri, et aromatibus.

30. Filii autem sacerdotum unguenta ex aromatibus conficiebant.

31. Et Mathathias Levites primogenitus Sellum Coritæ, præfectus erat eorum quæ in sartagine frigebantur.

32. Porrò de filiis Caath fratribus eorum, super panes erant propositionis, ut semper novos per singula sabbata præpararent.

33. Hi sunt principes cantorum per familias Levitarum, qui in exedris morabantur, ut die ac nocte jugiter suo ministerio deservirent.

34. Capita Levitarum, per familias suas principes manserunt in Jerusalem.

35. In Gabaon autem commorati sunt, pater Gabaon Jehiel, et nomen uxoris ejus Maacha.

36. Filius primogenitus ejus Abdon, et Sur, et Cis, et Baal, et Ner, et Nadab,

37. Gedor quoque, et Ahio, et Zacharias, et Macelloth.

23. Tant eux que leurs enfants, afin de garder chacun à leur tour les portes de la maison du Seigneur et celles de son sanctuaire.

24. Les portiers étaient placés selon la situation des quatre vents, c'est-à-dire à l'orient, à l'occident, au septentrion et au midi.

25. Et leurs frères demeuraient dans leurs bourgades; mais ils venaient chacun à leur tour les jours de sabbat, depuis le commencement de la semaine jusqu'à la fin.

26. Ces quatres lévites avaient l'intendance sur tous les portiers, et ils étaient *encore* chargés du soin de toutes les chambres du trésor de la maison du Seigneur.

27. Ils demeuraient aussi autour du temple du Seigneur, chacun dans leur département, afin que, quand l'heure était venue, ils en ouvrissent eux-mêmes les portes dès le matin.

28. Il y avait aussi quelques-uns de leurs frères qui avaient soin de toutes les choses qui servaient au ministère du temple; car on apportait toutes ces choses par compte, et on les remportait de même.

29. C'était d'entre ceux qui avaient en garde tout ce qui servait au sanctuaire, qu'on en prenait quelques-uns pour avoir soin de la farine, du vin, de l'huile, de l'encens et des aromates.

30. Mais ceux qui étaient de la famille sacerdotale, composaient *seuls* les parfums de plusieurs aromates mêlés ensemble.

31. Le Lévite Mathathias, fils aîné de Sellum, descendant de Coré, avait l'intendance sur tout ce qu'on faisait frire dans la poêle.

32. Quelques-uns de la branche de Caath, leurs frères, avaient la charge des pains qu'on exposait devant le Seigneur, afin d'en préparer toujours de nouveaux pour tous les jours de sabbat.

33. C'étaient les premiers d'entre les chantres des familles de Lévites qui demeuraient près du temple, afin de pouvoir plus librement remplir jour et nuit les fonctions de leur ministère.

34. Les chefs des Lévites, princes de leurs familles, demeurèrent à Jérusalem.

35. Et dans Gabaon demeurèrent Jéhiel, prince de Gabaon; sa femme se nommait Maacha.

36. Abdon, son fils aîné, Sur, Cis, Baal, Ner et Nadab,

37. Comme aussi Gédor, Ahio, Zacharie, Macelloth

38. Porrò Macelloth genuit Samaan : isti habitaverunt è regione fratrum suorum in Jerusalem, cum fratribus suis.

39. Ner autem genuit Cis : et Cis genuit Saül : et Saül genuit Jonathan, et Melchisua, et Abinadab, et Esbaal.

40. Filius autem Jonathan, Meribbaal : et Meribbaal genuit Micha.

41. Porrò filii Micha, Phithon, et Melech, et Tharaa, et Ahaz.

42. Ahaz autem genuit Jara, et Jara genuit Alamath, et Azmoth, et Zamri ; Zamri autem genuit Mosa.

43. Mosa verò genuit Banaa, cujus filius Raphaia genuit Elasa, de quo ortus est Asel.

44. Porrò Asel sex filios habuit his nominibus : Ezricam, Bocru, Ismahel, Saria, Obdia, Hanan : hi sunt filii Asel.

38. Qui fut père de Samaan : tous ceux-ci demeurèrent à Jérusalem, eux et ceux de leur maison, vis-à-vis de leurs autres frères.

39. Ner fut père de Cis, et Cis père de Saül. Saül engendra Jonathas, Melchisua, Abinadab et Esbaal.

40. Jonathas eut pour fils Meribbaal, qui fut père de Micha.

41. Les fils de Micha *furent* Phithon, Melech, Thara et Ahaz.

42. Ahaz engendra Jara, et Jara engendra Alamath, Azmoth et Zamri. Zamri engendra Mosa.

43. Mosa engendra Banaa, dont le fils, *nommé* Raphaïa, engendra Elaza, duquel est sorti Asel.

44. Asel eut six fils, dont voici les noms : Ezricam, Bocru, Ismahel, Saria, Obdia, Hanan. Ce sont là les fils d'Asel.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Universus Israel dinumeratus est, et summa eorum scripta est in libro Regum Israel et Juda. Collectio sunt verba hæc capitum præcedentium. Census hùc usque descripti educti sunt è publicis tabulis regnorum Juda et Israelis : quæ modò subjiciuntur, ad tempus post solutam captivitatem pertinent. Ad manus igitur auctori erant publicæ tabulæ ante captivitatem descriptæ in regno tum Juda tum Israelis ; qui è regno Israelis in ditionem Juda confugerunt, regionem vastante, omnesque captivos abducente Salmanasare, unà secum et tabulas hasce abstulerunt. Vide inferiùs, v. 3. Quæ igitur recitatæ sunt genealogiæ, ita sunt certæ, ut nihil supra. Res post captivitatem gestas meliùs adhuc nôrat auctor ; vivebat enim per eam ætatem, rerumque scientiâ valebat et fide, ut nihil loquamur de Numine intùs afflante, quo censuram omnem superat. In præfatione hujus libri expendimus quantâ curâ Judæi servârint acta reipublicæ suæ, et familiarum genealogias.

Vers. 2. — Qui autem habitaverunt primi in possessionibus suis. In hoc capite res est tantummodò de primis illis post captivitatem regionis illius incolis. Ita Lyr., Vat., Sanct., Tir., interpp. passim. Exhibentur hìc omnia fermè nomina, quæ leguntur in Esdrâ et Nehemiâ, 1. 2 Esdr. 11, 10, collatus cum v. 10 hujus capitis, itemque hìc v. 14, et Nehemiæ, v. 15 ejusdem capitis : atque uti ante captivitatem populus universus in classes divisus erat quatuor, sacerdotes, Levitas, meros et simplices Israelitas, et servos populi, idem quoque ordo post reditum servatus est, ut censent Jun., Malv. Cùm verò auctor affirmat hìc, eos, de quibus sermonem instituturus est, *primos* fuisse *qui habitaverunt in possessionibus suis*, indicat, successu temporis alios pariter rediisse, qui intacta ab illis loca occupârunt. Constat utique, Esdram reduxisse primùm Judæorum turbam satis frequentem, et Nehemiam deinde alios secum duxisse, 1 Esdr. 2, 2 ; tum multò etiam plures redierunt. Fortassè etiam innuere voluit illos qui vixerunt ante captivitatem, quique post reditum in regionem pristinas hæreditates pacificè recuperârunt. Testibus Esdrâ, 3, 12, et Aggæo, 2, 4, 10, discimus plurimos superfuisse, qui oculati testes templum vetus ante transmigrationem spectaverant.

Nathinæi, vel *Dati ;* hæc enim est significatio Hebrææ vocis *Nethinim ;* Sept. : Οἱ δεδομένοι. Origine suâ Nathinei reliquiæ erant Gabaonitarum, qui dolo ignaram mentem et religionem Josue capientes, deprehensi deinde, ad conferendam aquam et ligna in templum Domini damnati fuerunt, Josue 9 27. Servi erant publici, ad opera templi destinati, sub nutu sacerdotum et Levitarum. Successu temporis adjecti sunt illis Chananæi, bello capti, quibus parcere visum est. Legitur in 1 Esdrâ 8, 20, *Nathinæos datos fuisse à Davide et principibus ad ministeria Levitarum ;* et 1 Esdr. 2, 58, *filii servorum Salomonis* fuisse dicuntur. Legimus

equidem in 3 Reg. 9, 20, 21, principem hunc subactas à se reliquias Chananæorum ad opera varia adegisse, ac præsertim, ut sacerdotes et Levitas maximè laboriosis ministerii servitiis levarent. Nathinæi abducti in captivitatem fuerunt cum tribu Juda, et frequentissimi erant in montibus Caspiis, 1 Esd. 8, 17. Reduces è captivitate quisque manserunt in destinatis sibi urbibus, 1 Esd. 2, 70, et Hierosolymis decretam sibi frequentârunt urbis portionem, *Ophel* appellatam, quò, in urbem venientes, divertebant, 2 Esd. 3, 26. E captivitate reduces cum Esdrâ viginti ac ducenti numerabantur, 1 Esd. 8, 20; et alibi census exhibetur trecentorum nonaginta duorum, qui cum Zorobabele remeârunt, 1 Esd. 2, 58 : quare, nisi servitiis sacerdotum assiduè occuparetur parvus hic Nathinæorum numerus, ferre solus non poterat onus exteriorum munerum templi : hinc post captivitatem, ut Nathinæi laboribus levarentur, festa quædam instituta sunt, quibus ligna ad templum conferebantur. Vide quæ de Gabaonitis contulimus in Josue 9, 23.

Vers. 3. — De filiis Juda..... de filiis quoque Ephraim, et Manasse. Non Juda modò, et Benjamin, sed et reliquæ tribus, quæ uti voluerunt facultate à Cyro Judæis concessâ regrediendi in patriam, in Palæstinam reverti commodè potuêre. Redierunt autem quamplurimi è tribubus Ephraimi et Manasse, qui in urbibus Juda sedes constituerunt. Regio erat illa pro numero hominum vastissima, neque incommodum filiis Juda contingere poterat, si fratres suos in regionem suam et communionem concessæ libertatis acciperent. Vide nostram dissertationem, utrùm decem tribus è captivitate redierint. Discimus, 2 Esd. 11, 1, 2, ex Nehemiâ, invitatos fuisse Judæos, ut migrarent Hierosolymam, quin et jussos fuisse plures, qui in agro sedem constituerant, eò venire, fortè eductis iis qui eam ad rem cogendi erant, ac decimâ totius populi parte delectâ, ut incolis frequentarent urbem amplissimam, et habitatoribus egentem.

Vers. 4. — Othei filius Ammiud. Idem esse videtur, qui in Nehemiâ 11, 4 appellatur, *Athaias filius Aziæ*. Neque mirum si nomina, quæ hìc leguntur, plurimùm discrepent ab iis quæ occurrunt in Nehemiâ; maximè enim inconstans est ratio pronuntiand illebræa nomina propria : rari erant pariter, qui sibi plura nomina non a sciscerent : denique census non semper accurati, nec universum populum continentes instituuntur; suppletur sæpè aliquid in uno loco, quod in altero deest. Qui hìc legitur census, Judæorum est facilè reducum cum Zorobabele, ac migrantium Hierosolymam; qui verò exhibetur in Nehemiâ, simul continet etiam eos qui post Zorobabelem in eam metropolim diverterunt; ex quo factum est, ut alter census altero sit frequentior. Discrimen hoc satis indicant verba illa textûs, viros hosce *primos fuisse incolas Jerusalem.*

Vers. 5. — Et de Siloni (1) : Asaia primogenitus. Non satis constat, utrùm Siloni viri nomen sit. Sunt qui ducant ex urbe *Silo;* sunt qui è Sela filio Juda, quasi diceretur : Asaia primogenitus et princeps unius familiæ, è stirpe Sela. Vide Num. 26, 20 : *Fuerunt filii Juda... Sela, à quo familia Selaitarum.* Et 2 Esdr. 11, 5 : *Filius Zachariæ, filius Silonitis.*

Vers. 7. — Filii Oduia, aliter *Joed,* Nehem. 11, 7, vel *Juda.*

Vers. 11. — Azarias, aliter *Sarraia, Nehem.* 11, 11.

Mosollam, aliter Sellum. 1 *Paralip.* 6, 12, 13.

Pontifex domus Dei. Summum sacerdotem agebat eo tempore Jesus filius Josedeci, 1 Esd. 3, 8; ille verò, de quo hìc, pontifex erat *Azarias,* appellatus *Saraia* in secundo Esdræ 11, 11, primasque inter sacerdotes tenebat, tum et princeps erat unius ex amplissimis familiis, et facilè etiam secundus erat à summo sacerdote. Porrò alibi animadvertimus sacerdotem, secundâ dignitate à summo sacerdote insignitum, 4 Reg. 15, 18. Hebræus : *Azarias filius Helciæ.... filii Achitob, ducis,* vel principis *domûs Dei.* Si quis postremam hanc phrasim accipiat de præfecto ostiariorum et Levitarum, excubias templo agentium, ille quidem hanc dignitatem nullo negotio Azariæ largietur.

Vers. 12. — Filii Phassur. Non filius, sed abnepos erat, 2 Esd. 11, 12. Jeroham filius erat Pheleliæ, filii Amsi, filii Zachariæ, filii Pheshur, vel *Phassur.*

Maasai filius Adiel, filii Jezra, filii Mosollam, filii Mosollamith. Variat aliquid in Nehemiâ ibid. v. 13 : *Amasai filius Azreel, filius Ahazi, filius Mosollamoth.*

Vers. 14. — De Levitis autem; ex Levitis, qui venerunt sedem habituri Hierosolymis, qui modò subduntur.

(1) Subaudi, filiis; *Siloni* erat vir celebris, oriundus ex tribu Juda, verùm non ex Phares vel Zare, ut ex hoc loco patet, sed ex Selâ descendens. Nam hi tres soli fuêre Judæ filii superstites, quia Her et Onan à Deo occisi sunt, Genes. 38. (Corn. à Lap.)

VERS. 15. — BACBACAR CARPENTARIUS. Aiunt Lyra, Menochius, Tostatus, Tirinus, sacerdotes et Levitas nullam è mechanicis artibus exercuisse. Porrò hìc carpentariam non agebat, sed præfuisse fertur opificibus, qui ad sarta tecta templi laborabant. Sunt qui Hebræum *Cheresch* accipiant pro cognomine; *Bacbacar, cognomento Cheresch.* Septuaginta : *Bakbakar, et Ares.* Sed quid prohibet, ne vocem hanc in consuetâ significatione accipiamus? Quidni sacerdotes et Levitæ, dùm per otium licebat, et vacabant à muneribus templi, honestam aliquam artem exercerent, cùm præsertim latifundiis carentes, abstinerent à colonicis? Nunquàm vitio datum est opificium honestum, neque indignum habitum, quod à ministris Domini exerceretur : vulgare id non erat et indecorum apud Hebræos. Uri et Beseleel in honore sunt apud Moysem, et Hiram sub Salomone. Homerus, Iliad. E, inter heroas belli Trojani Phereclum filium carpentarii recenset.

VERS. 16. — IN ATRIIS NETOPHATI. Levitis hisce traditi sunt pagi in agro *Netophath*, urbis tribûs Juda, supra, c. 11, v. 54. Recedendum fuit à decretis Josue quoad urbes sacerdotum et Levitarum, cùm regio esset arctior, et numerus minor. Sacerdotes in urbes suas receperant Levitas, qui è regno Israelis in ditionem Juda secedere coacti fuerant : quod semel acceptum, post reditum è captivitate servatum est, quantùm temporum et locorum opportunitas patiebatur.

VERS. 17. — JANITORES : SELLUM, ET ACCUB, etc. Quatuor hi principes erant janitorum; at Sellum, unus è quatuor, cæteris præerat (1). Quatuor igitur erant ordines janitorum, infra, v. 24 : primus ad orientem, alter ad occidentem, tertius ad meridiem, quartus ad septentrionem. Quæ cohors lateri occidentali destinabatur, excubias agebat in vertice itineris ex ædibus regiis ad templum deducentis, 1 Par. 26, 16. Cæteris sua erat unicuique janua. Jubebantur etiam custodire cellas et æraria domûs Domini, uti discimus inferiùs, v. 26.

VERS. 18. — USQUE AD ILLUD TEMPUS IN PORTA REGIS AD ORIENTEM OBSERVABANT PER VICES SUAS DE FILIIS LEVI. 4 Reg. 16, 18, à nobis probatum est, in ædibus regum Juda portam fuisse, è latere templi patentem, unde aditus dabatur ad portam orientalem atrii sacerdotum, atque inde ad præparatam regis cathedram via. Porta hæc orientalis nonnisi die sabbati recludebatur, Ezech. 46, 1 et seq. Quamvis autem solutâ captivitate nullus esset rex in Israele, non defuisse tamen suos de more custodes portæ regis, ferunt. Id autem inferendum creditur ex iis verbis : *Usque ad illud tempus.* Sed ego in aliam sententiam textum reddo, ut sit veluti collectio præcedentium. Hebræus legit tantummodò : עד הנה, *Usque hùc.* Hucusque dicta continentur in tabulis : hìc finis tabularum. Nunc subjiciendus est ordo, inter custodes portæ regis ante captivitatem servatus.

VERS. 19. — SELLUM FILIUS CORE... CUM FRATRIBUS SUIS... SUPER OPERA MINISTERII, CUSTODES VESTIBULORUM : ET FAMILIÆ EORUM PER VICES CASTRORUM DOMINI CUSTODIENTES INTROITUM. Animadversum est supra, v. 17, *Sellum* cum fratribus, id est, cum tribus aliis Levitis, præfuisse omnibus janitoribus et custodibus templi : familiæ eorum, vel classes Levitarum, inter quos ipsi recensebantur, excubias agebant in templo, quod castra omnipotentis regis est. Erant illi *super opera ministerii,* id est, custodia templi illis incumbebat. Ministrâsse illos *per vices,* in Hebræo hìc non legitur; constat tamen, Levitas privatos juge ministerium templo non exhibuisse; et ex v. 25 intelligimus, abire illos consuevisse è servitio singulis sabbatis. Sed duces, vel principes muneris sui nunquàm templo vel urbe Hierosolymâ abesse permittebantur, nec semestrem habebant vacationem, uti constat ex v. 34. Ultima versiculi hujus verba ita sonant in Hebræo : *Isti sunt custodes liminum tabernaculi, et patres eorum* constituti erant *super castra Domini, custodes introitûs.* Filii Core id præstiterunt in secundo templo, quod olim patres eorum primò quidem in tabernaculo per desertum, deinde in templo Salomonis. Excubias agebant foribus sacris; hìc tamen nonnisi de custodibus familiæ Core sermo est, quanquàm solos egisse id ministerium, affirmare non ausim.

VERS. 20. — PHINEES FILIUS ELEAZARI ERAT DUX EORUM. Hebræus : *Phinees filius Eleazari dux erat antea super eos; Dominus cum eo.* Ita mortuis precari mos est. Phinees filius Eleazari præerat filiis Core; et Zachariæ filio *Mosollamiæ* supremum munus ad portam Sanctuarii commissum erat v. 21. Commentis Rabbinorum refutandis hìc non immoramur; persuadere enim credulis nituntur, celebrem illum Phineem, qui nomen suum studio legis sub Moyse commendavit, Num. 25, angelum fuisse cœlo identidem missum, qui præsertim post

(1) VERS. 26 : *His quatuor Levitis creditus erat omnis numerus janitorum.*

reditum è captivitate descenderit. Ibid. c. 3, v. 32, legitur Eleazarus filius Aaronis, *princeps principum Levitarum,* familiarum omnium leviticarum præses, eorumque ministeriorum moderator. Sub Davide Joiada appellatur princeps familiæ Aaronicæ, quanquàm summum sacerdotium non agebat. Reduxit ille ad Davidem è tribu suâ tria millia et septingentos, 1 Par. 12, 27. Eâdem dignitate facilè potiebatur Phinees, redux è captivitate.

VERS. 22. — DUCENTI DUODECIM (1). Nomina illorum superiùs descripta non sunt, solis nominibus ducum expressis.

DESCRIPTI IN VILLIS PROPRIIS, QUOS CONSTITUERUNT DAVID ET SAMUEL IN FIDE SUA. Nullibi legimus constitutos à Samuele sacerdotes et Levitas in ministerium tabernaculi : cùmque hìc diù antequàm David regnum capesseret, è vivis migrârit, nemo dixerit, Davidem communicato cum Samuele consilio, vel unà cum illo ordines ministrorum tabernaculi esse moderatum. Reputandum est igitur, Samuelem, in quem unum devenerat totius populi regimen, post obitum Heli reformâsse ordinem ministrorum tabernaculi, per senectutem Heli, et pravum regimen duorum ipsius filiorum turbatum : post reditum verò arcæ è regione Philisthæorum, in novum ordinem restituisse res collapsas atque confusas.

David, post constitutam certam arcæ sedem in urbe Sion, nihil habuit antiquius quàm ut convenientem sacris ministeriis ordinem et majestatem restitueret (vide supra, 6, 31). Usus est autem in eam rem consiliis prophetarum Gad et Nathani, ut inferiùs luculenter asseritur (1). Solutâ captivitate, nullus æquior aptiorque ordo constitui posse visus est, quàm quem invexerant Samuel, David et prophetæ

(1) *Tous ces officiers destinés à garder les portes du temple, montaient au nombre de deux cent douze, couchés chacun sur le rôle de leur ville. David et le prophète Samuël les établirent par un effet de la lumière de leur foi.* Cet ordre qui se gardait entre les officiers du temple dans les fonctions de leur ministère, fut établi, selon l'Ecriture, par le roi David et par le prophète Samuël, c'est-à-dire, comme l'expliquent de savants interprètes, que Samuël en fut le premier auteur, et que David exécuta le dessein de Samuël. Mais en cela l'un et l'autre ne se conduisirent point par leur propre esprit; ils suivirent la lumière de leur foi et de l'inspiration divine : *In fide suâ.* Car en effet dans des choses qui regardaient le service de la maison du Seigneur, il était bien juste que ce fût l'Esprit de Dieu qui réglât tout, et non la sagesse de l'esprit humain.

D'autres interprètes rapportent ceci, non seulement à David et à Samuël, mais encore à ceux qu'ils établissaient portiers de la maison consacrée à Dieu, c'est-à dire, que selon leur sentiment, ces deux grands hommes eurent égard dans l'ordre qu'ils établirent pour la garde de la maison du Seigneur, à la piété et à la foi, ou à la fidélité de ceux qu'ils chargèrent de ces fonctions. Car, en effet, pour choisir de saints ministres, il faut que la foi soit véritable dans ceux qui les établissent; et elle ne le peut être, s'ils ne regardent aussi dans ceux qu'ils choisissent les caractères de cette foi et de cette fidélité qui est, comme le déclare saint Paul, si nécessaire aux saints ministres : *Hìc jam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur,* 1 Cor. 4, 2.

Mais qui ne sera dans l'étonnement, en considérant cette multitude si surprenante de portiers, destinés uniquement pour la garde des différentes portes de la maison de prière, et de tous ces autres ministres du Seigneur, qui, bien qu'ils fussent des personnes qualifiées, comme étant Lévites, et occupant le second rang, ne tenaient point à déshonneur d'être appliqués aux plus basses fonctions du saint ministère, telle qu'était de faire du pain, et de frire ce qui regardait les sacrifices? Chacun se tenait alors dans son état, et n'aspirait point à de plus hautes fonctions que celles que l'ordre de Dieu lui avait marquées. Comme c'est régner en quelque sorte, selon un saint Père, que d'être enrôlé au service d'un si grand maître : *Cui servire, regnare est,* ils se regardaient aussi comme possédant une espèce de royauté, lorsqu'ils se voyaient admis aux moindres offices qui les engageaient à son service. Ils jugeaient de ces fonctions, par rapport, non à elles-mêmes, mais à la grandeur de celui à qui ils avaient l'honneur d'appartenir.

Tel est encore aujourd'hui le vrai sentiment des dignes ministres de Jésus-Christ. L'exemple d'un Dieu qui est venu dans le monde pour servir les hommes : *Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare;* cet exemple, dis-je, leur inspire avec beaucoup plus de raison le désir de s'abaisser jusqu'aux moindres choses qui regardent le service qui lui est dû. Et l'on ne s'étonne plus, après un si grand prodige d'humilité, de voir en la personne de saint Paulin, un des plus grands seigneurs Romains, se réduire pour l'amour de Jésus-Christ, à balayer l'église de saint Félix dans Nole, et regarder ce ministère si rabaissé en apparence, comme une chose très-glorieuse pour lui. Si les plus grands saints en ont jugé de la sorte, c'est qu'ils ont approché de plus près des vrais sentiments du Fils de Dieu, qui étant semblable à Dieu son Père, s'est lui-même anéanti, comme dit saint Paul, jusqu'à prendre la forme d'un serviteur, et à se rendre semblable aux hommes. Il est donc bien raisonnable que puisque Dieu même s'est si prodigieusement abaissé pour servir les hommes, les hommes s'abaissent aussi avec joie dans le service qu'ils lui rendent, quoiqu'ils ne s'abaissent pas proprement, mais qu'ils se relèvent en le servant, et en deviennent plus grands. (Sacy.)

(1) 2 Paral. 29, 25 : *Secundùm dispositionem David regis, et Gad videntis, et Nathan prophetæ.*

de quibus modò, quorum omnium memoria in benedictione vivebat. Igitur ordo sacerdotum et Levitarum ad præscriptam ab illis normam restitutus est; descripta sunt accuratè nomina omnium qui aptam ministerio ætatem agebant, ac distincti sunt inter se ex loco propriæ habitationis, eorumque pro numero constitutæ sunt classes et cohortes, quæ pro vice suâ ministrarent. Hæ porrò classes numero minores erant post captivitatem, quòd scilicet sacerdotes et Levitæ pauciores essent. Legimus hìc in Scripturâ, Samuelem et Davidem constituisse illos *in fide suâ*, quod significare potest, sive fidem et integritatem ministrorum, sive scientiam et religionem utriusque prophetæ; seu potiùs juxta Hebræum constituti fuerunt באמונתם, *in munus fixum* et invariabile, vel in *ordinem determinatum* et constantem; vel addicti sunt muneri suo certâ et irrevocabili destinatione.

Vers. 24. — Per quatuor ventos erant ostiarii. Vide quæ disseruimus supra, v. 27.

Vers. 26. — His quatuor Levitis, Sellum, Accub, Telmon, Ahimam, de quibus actum est in v. 17, quatuor ordinum ostiariorum præfectis.

Erant super exedras, et thesauros domus Dominii. Janitores hi, præter custodiam forium, curabant etiam conclavia sacerdotum, et cellas omnes templi, eas præsertim, in quibus condebantur pretiosissima quæque ex auro, argento, ære, aromatibus, vestibus, oleo, sale, vino, quæ omnia censentur sub communi illo nomine: *Thesauri domûs Domini*. Ex his pleraque servata credimus in cellis, quæ lateribus templi adhærebant; in alis verò et cellis atrii conclavia sua sacerdotes et Levitas habuisse.

Vers. 30. — Filii sacerdotum unguenta ex aromatibus conficiebant. Aromata servabant Levitæ, sed nonnisi sacerdotes in unguentum miscebant; atque in lege pœnâ mortis cautum erat ne quis in usum mortalium illis uteretur (1).

Vers. 31. — Præfectus eorum, quæ in sartagine frigebantur. Hebræus: על מעשה החבתים: *Super omne opus sartaginum.* Septuaginta: *Præfectus operum sacrificii sartaginis summi sacerdotis.* Erant in templo culinæ privatæ in usum privatum sacerdotum, teste Ezech. 46, 20, ubi frigebantur frumentum et placentæ, certis temporibus super altare holocaustorum offerendæ (1). Hæc omnia curabat Mathathias filius natu major Sellum. Sunt qui reddant Hebræum *craticulas*, vel *ollas;* quidquid assandum vel elixandum erat in templo. Porrò curæ erat Mathathiæ, ut hæc omnia aptè, decenter et fideliter præstarentur.

Vers. 32. — Super panes propositionis, ut semper novos per singula sabbata præpararent. Panes qui singulis sabbatis super altare aureum in Sancto coram Domino ponebantur, appellari solent à Moyse *Panes facierum,* Exod. 35, 13; hìc autem *panes ordinationis,* vel dispositi et ordinati in mensâ aureâ, ibi totâ hebdomadâ mansuri. Panes hosce conficere et coquere munus erat Levitarum; sed illos in mensâ sanctâ collocare, sacerdotibus reservabatur. Discrimen est aliquod sententiarum eâ in re; quod vide inferiùs, 23, 29.

Vers. 33. — Hi sunt principes cantorum per familias Levitarum, qui in exedris morabantur, ut die ac nocte jugiter suo ministerio deservirent. Quinam hi cantorum principes, vel præfecti musices? Credibile est agi hìc de illis de quibus supra sermo erat, præfectis scilicet ostiariorum, qui et thesauros et cellas templi curabant. Constat utique, cantores, quemadmodùm et ostiarios, è Levitis fuisse; sed non satis exploratum est, an utrique iisdem præfectis parerent (2). Ita sonat Hebræus hujus textûs: *Et isti cantores, capita familiarum Levitarum in cubiculis, liberi,* et soluti, *quia die et nocte super eos vertitur ministerium*, seu quia diu noctuque ministerio suo onerantur. Sed cur liberi sunt, et soluti in cubiculis? ut scilicet, inquiunt nonnulli, secreti ab hominum et uxorum suarum commercio, puros sese contineant, sacro ministerio diu noctuque paratos. Malunt alii, liberos fuisse illos, expeditosque ab aliis muneribus communibus per se præstandis in templo, ut attentiùs vigilarent cantoribus et ostiariis sibi creditis. Septuaginta: *Et hi cantores principes patriarum* (*ordinum*) *Levitarum, ordinatæ vices, quoniam dies ac nox super eos in operibus;* quod magis perspicuam sententiam reddit.

Vers. 34. — Capita Levitarum... manserunt in Jerusalem. Continuum ministerium præstabant, absque semestri vacatione, uti supra, v. 19, animadversum est. Sed vulgares Levitæ nonnisi per vices ministrabant; quare nihil

(1) Exod. 30, 38: *Homo quicumque fecerit simile, ut odore illius perfruatur, peribit de populis suis.*

(1) Levit. 2, 4: *Lagana azyma oleo lita.* Item Levit. 7, 12, et 8, 28, etc.

(2) Vide cap. 15 et 16, ubi res maximè dubia videtur.

erat, cur prohiberentur ne in urbibus et pagis rusticis habitarent.

VERS. 35. — IN GABAON COMMORATI SUNT (1), PATER GABAON JEHIEL. Repetitio sunt hæc eorum, quæ capite 8, 29, etc., exposita sunt.

NOMEN UXORIS EJUS MAACHA. Ita textum hunc

(1) Transit à Levitis ad Benjaminitas, ut ad Saülem primum regem Israelis, deinde eo amoto ad Davidem descendat; Davidis enim causâ hæc omnia scribuntur, quia ejus familia regia perduravit usque ad captivitatem Babylonicam, imò usque ad Machabæos; sed tum non regiâ, sed ducali auctoritate præfuit populo.

(Corn. à Lap.)

legerunt Septuaginta, Chaldæus, Syriacus, Arabs, et ita pariter legitur capite 8, 29, ex quo non temerè inferas, corruptum esse textum Hebræi ferentis hìc אחתו, *sororis ejus*, pro, אשתו, *uxoris ejus*. Porrò repetitio hæc genealogiæ Saülis deducit nos ad Davidem, qui potissimus est libri hujus scopus.

VERS. 39. — NER GENUIT CIS. Eadem genealogia jam supra in capite præcedenti, v. 33, data est.

VERS. 42. — JARA, aliàs Joada, 1 Par. 8, 36. Septuaginta legunt hìc *Jada*.

VERS. 43. — RAPHAIA, idem ac *Rapha*, 1 Par. 8, 37.

CAPUT X.

1. Philisthiim autem pugnabant contra Israel, fugeruntque viri Israel Palæstinos, et ceciderunt vulnerati in monte Gelboe.

2. Cùmque appropinquâssent Philisthæi persequentes Saül, et filios ejus, percusserunt Jonathan, et Abinadab, et Melchisua, filios Saül.

3. Et aggravatum est prælium contra Saül, inveneruntque eum sagittarii, et vulneraverunt jaculis.

4. Et dixit Saül ad armigerum suum: Evagina gladium tuum, et interfice me, ne fortè veniant incircumcisi isti, et illudant mihi. Noluit autem armiger ejus hoc facere, timore perterritus: arripuit ergo Saül ensem, et irruit in eum.

5. Quod cùm vidisset armiger ejus, videlicet mortuum esse Saül, irruit etiam ipse in gladium suum, et mortuus est.

6. Interiit ergo Saül, et tres filii ejus, et omnis domus illius pariter concidit.

7. Quod cùm vidissent viri Israel, qui habitabant in campestribus, fugerunt: et Saül ac filiis ejus mortuis, dereliquerunt urbes suas, et hùc illùcque dispersi sunt: veneruntque Philisthiim, et habitaverunt in eis.

8. Die igitur altero detrahentes Philisthiim spolia cæsorum, invenerunt Saül, et filios ejus jacentes in monte Gelboe.

9. Cùmque spoliâssent eum, et amputâssent caput, armisque nudâssent, miserunt in terram suam, ut circumferretur, et ostenderetur idolorum templis et populis.

CHAPITRE X.

1. Or les Philistins ayant donné bataille contre Israël, les Israélites furent mis en fuite par les Philistins, et un grand nombre d'Israélites furent tués sur la montagne de Gelboé.

2. Les Philistins étant venus fondre sur Saül et sur ses enfants, tuèrent Jonathas, Abinadab et Melchisua, enfants de Saül.

3. Enfin le fort du combat tomba sur Saül *même*. Les archers le reconnurent, et le blessèrent de leurs flèches.

4. Saül dit alors à son écuyer: Tire ton épée, et tue-moi, de peur que ces incirconcis ne viennent, et ne m'insultent. Son écuyer, saisi d'épouvante, ne voulut point le faire; ainsi Saül prit donc son épée, et se jeta dessus.

5. Ce que son écuyer ayant vu, savoir que Saül était mort, il se jeta de même sur sa propre épée, et mourut.

6. Saül mourut donc, et ses trois fils et toute sa maison périt avec lui.

7. Les Israélites qui habitaient la campagne, ayant vu cela, s'enfuirent; et comme Saül était mort aussi bien que ses enfants, ils abandonnèrent leurs villes, se dispersant de tous côtés; ainsi les Philistins y vinrent et s'y établirent.

8. Le lendemain *de la défaite*, les Philistins dépouillant les morts, trouvèrent Saül et ses fils étendus sur la montagne de Gelboé;

9. Et l'ayant dépouillé, ils lui coupèrent la tête, prirent ses armes, et les envoyèrent dans leur pays, pour les porter de tous côtés, et les exposer dans les temples de leurs idoles, à la vue du peuple.

10. Arma autem ejus consecraverant in fano dei sui, et caput affixerunt in templo Dagon.

11. Hoc cùm audîssent viri Jabes Galaad, omnia scilicet quæ Philisthiim fecerant super Saül,

12. Consurrexerunt singuli virorum fortium, et tulerunt cadavera Saül et filiorum ejus : attuleruntque ea in Jabes, et sepelierunt ossa eorum subter quercum, quæ erat in Jabes, et jejunaverunt septem diebus.

13. Mortuus est ergo Saül propter iniquitates suas, eò quòd prævaricatus sit mandatum Domini quod præceperat, et non custodierit illud, sed insuper etiam pythonissam consuluerit,

14. Nec speraverit in Domino : propter quod interfecit eum, et transtulit regnum ejus ad David filium Isai.

10. Ils consacrèrent ses armes dans le temple de leur dieu *Astaroth. Ils pendirent le corps de Saül sur la muraille de Bethsan*, et attachèrent sa tête dans le temple de Dagon.

11. Quand les habitants de Jabès de Galaad eurent appris le traitement que les Philistins avaient fait à Saül,

12. Les plus courageux d'entre eux s'étant assemblés, s'en allèrent et enlevèrent les corps de Saül et de ses enfants, et les apportèrent à Jabès, *où ils les brûlèrent*. Ils enterrèrent *ensuite* leurs os sous le chêne qui était à Jabès, et ils jeûnèrent pendant sept jours.

13. Ainsi mourut Saül à cause de ses iniquités, parce qu'au lieu de garder le commandement que le Seigneur lui avait fait, il l'avait violé ; et de plus, il avait consulté une pythonisse,

14. Et n'avait point espéré dans le Seigneur ; c'est pour cela que Dieu le fit mourir, et qu'il transféra son royaume à David, fils d'Isaï.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Philisthiim autem pugnabant contra Israel. Vide eamdem historiam iisdem penè verbis relatam in primo Regum 31 ; hæc autem nihil habent cum præcedentibus connexionis.

Vers. 3. — Inveneruntque eum sagittarii, et vulneraverunt jaculis. Reddi Hebræus potest : *Et sagittarii invenerunt illum* (aggressi sunt), *et metuit sagittarios*. Aggredientes sagittarios metuit. Profectò tum vulneratus non erat, saltem graviter, cùm ense transfodere se constituit. Necem hanc peperit mens ingenti terrore turbata.

Vers. 4. — Noluit armiger ejus hoc facere, timore perterritus. Quid metuebat armiger ? regiam majestatem : mixta timori reverentia prohibebat ne manus in dominum suum inferret : præsens et commune illi cum Saüle discrimen mentem turbavit, ne animadverteret. Metuere usurpatur sæpè pro revereri. In primo Regum 31, 10, didicimus quàm multis commentis Amalecita inferserit narrationem suam de obitu Saülis, quam Davidi exponebat. (1)

Vers. 6. — Omnis domus illius pariter concidit. Quicumque ex ejus familiâ secuti fuerant

(1) Vers. 5. — *Ce que son écuyer ayant vu, et regardant Saül comme mort, il se jeta aussi lui-même sur son épée, et il mourut.* On a remarqué dans les explications du second livre des Rois, que Théodoret, avec plusieurs interprètes, a cru que tout le récit que l'Amalécite fit à David de la mort du roi Saül, était une chose inventée, et qu'il espéra se faire un mérite auprès de ce prince, en lui déclarant que c'était lui-même qui avait contribué à ôter la vie à son ennemi, quoiqu'il ne l'eût pas fait. Il semble effectivement qu'une circonstance si considérable n'aurait pas été omise ni dans le premier livre des Rois, ni dans cet endroit des Paralipomènes, où la mort tragique de Saül est racontée dans le détail, et d'une manière toute semblable.

Quoi qu'il en soit, il paraît quelque chose de si effrayant dans cette mort, qu'on ne saurait s'empêcher de remonter jusqu'à la cause d'un si terrible événement. Il ne faut point la chercher ailleurs que dans les versets suivants, où le Saint-Esprit l'a marquée exprès pour nous donner de la crainte de ce qui a fait tomber ce prince dans un malheur si déplorable. Saül mourut de la sorte, dit l'Ecriture, *à cause de ses iniquités*. Il était donc coupable de plusieurs. Mais on peut dire qu'elles naissaient toutes comme d'une même racine, c'est-à-dire, de l'orgueil secret qui l'avait porté d'abord à *violer le commandement que le Seigneur lui avait fait, et à ne se mettre point en peine*, selon qu'il est dit ici, *de le garder*. Car le prophète Samuël lui avait donné cet ordre de la part de Dieu, de tuer tous les Amalécites, leurs bœufs, leurs brebis, et tous leurs autres bestiaux, sans en épargner aucun. Et pour lui faire connaître plus vivement avec quelle fidélité il se devait acquitter de ce précepte, il l'avait fait souvenir en même temps que celui qui le lui donnait, était le même qui l'avait fait roi. Car c'est ce qui semble être renfermé dans la force de ces paroles : *Samuël vint dire à Saül : Le Seigneur m'a envoyé pour vous sacrer roi sur son peuple d'Israël : Ecoutez donc ce qu'il vous commande ;* ce qui est de même que s'il lui eût dit : Souvenez-vous, ô prince, que si Dieu vous a

regem ad bellum, cum illo pariter in certamine perierunt. Quosdam solummodò è domo ejus infantes tenella ætas retinuerat Gabaæ, uti Miphibosethum filium Jonathæ, et Isbosethum filium Saülis. Hebræus ad litteram : *Omnes domûs ejus pariter mortui sunt*, præfecti omnes, domestici, filii.

Vers. 9. — Ostenderetur idolorum templis et populis. Hebræus : *Ad annuntiandum idolis suis* (doloribus suis) *atque populis*. Idola hìc usurpantur vel de sacerdotibus, vel de cultoribus idolorum, vel de templis. Victoriam suam inclamârunt in templis; numinibus suis egerunt grates, lætumque nuntium per totam latè regionem dissipârunt.

Vers. 10. — Caput affixerunt in templo Dagon. Legitur in primo Regum 31, 10, suspendisse illos miseri cadaver mœnibus Bethsan; sed nihil repugnat quin suspensum fuerit caput, vel calvaria, ut est in Hebræo, caput nudum et carne exutum in templo Dagonis, truncum verò cadaver mœnibus Bethsan.

Vers. 12. — Subter quercum, quæ erat in Jabes. Reddi potest Hebræus : *Sub querceto Jabes* : vel, *sub nemore Jabes*, uti reddidit S. Hieronymus, 1 Reg. 31, 13; vel denique, *sub quercu*, sub quercu illâ celebri et insigni *Jabes*.

Vers. 13. — Mortuus est propter iniquitates suas. Quòd scilicet pepercerit regi Amalecitarum; quòd captos ex illo greges servaverit, 1 Reg. 15, 23, ac denique quòd artibus pythonissæ totum se crediderit.

établi pour commander *sur son peuple d'Israël*, vous en êtes d'autant plus obligé vous même *d'écouter ce qu'il vous commande* et d'y obéir.

C'est donc de ce commandement du Seigneur qu'il est parlé ici, lorsqu'il est dit que *Saül mourut de la sorte pour avoir violé le commandement que le Seigneur lui avait donné, et ne s'être point mis en peine de le garder*. Or il ne l'avait violé que d'une manière qui pouvait paraître légère, en épargnant seulement Agag, le roi d'Amalec, et en souffrant que le peuple prît des brebis et des bœufs pour les immoler au Seigneur. Mais parce que *l'obéissance est meilleure que les victimes*, comme Samuël le lui déclara, et que *c'est se rendre coupable d'une espèce d'idolâtrie de ne se soumettre pas à la volonté de Dieu*, il fut *rejeté* de lui dès ce moment, et l'on connut dans la suite, par les excès effroyables où Saül se précipita, de quoi est capable un homme que Dieu a abandonné à lui-même.

Qu'on ne s'étonne donc plus de ce que ce prince persécuta avec une si grande fureur le jeune David; de ce qu'il commit un si horrible carnage en la personne de tant de prêtres consacrés au Dieu d'Israël; de ce qu'étant effrayé par la multitude des Philistins qui le venaient attaquer, il consulta une magicienne, lui qui avait publié auparavant des ordres très-rigoureux contre tous les magiciens et tous les devins qui étaient dans ses états; et de ce qu'enfin il mourut en désespéré, *n'ayant plus aucune espérance au Seigneur*, selon qu'il est dit ici. Toutes ces choses étaient seulement des rejetons malheureux de cette première tige de l'orgueil d'un prince qui, *n'ayant pas voulu obéir à* celui qui l'avait fait roi, éprouva par une funeste expérience ce qu'il était capable de faire, étant séparé et rejeté de son Dieu. (Sacy.)

CAPUT XI.

1. Congregatus est igitur omnis Israel ad David in Hebron, dicens : Os tuum sumus, et caro tua.

2. Heri quoque, et nudiustertiùs, cùm adhuc regnaret Saül, tu eras qui educebas et introducebas Israel; tibi enim dixit Dominus Deus tuus : Tu pasces populum meum Israel, et tu eris princeps super eum.

3. Venerunt ergo omnes majores natu Israel, ad regem in Hebron, et iniit David cum eis fœdus coram Domino : unxeruntque eum regem super Israel, juxta sermonem Domini, quem locutus est in manu Samuel.

4. Abiit quoque David, et omnis Israel in Jerusalem : hæc est Jebus, ubi erant Jebusæi habitatores terræ.

5. Dixeruntque qui habitabant in Jebus

CHAPITRE XI.

1. Tout Israël s'assembla donc vers David à Hébron, et lui dit : Nous sommes vos os et votre chair.

2. Et ci-devant même, lorsque Saül régnait encore, c'était vous qui meniez Israël au combat et le rameniez; car c'est à vous que le Seigneur votre Dieu a dit : Vous serez le pasteur de mon peuple d'Israël, et vous en serez le prince.

3. Tous les anciens d'Israël vinrent donc vers le roi à Hébron, et David fit alliance avec eux devant le Seigneur; et ils le sacrèrent roi sur Israël, suivant la parole que le Seigneur avait dite par la bouche de Samuël.

4. David, accompagné de tout Israël, marcha ensuite vers Jérusalem, nommée autrement Jébus, dont étaient maîtres les Jébuséens, habitants du pays.

5. Ceux qui demeuraient dans Jébus, di-

ad David : Non ingredieris hùc. Porrò David cepit arcem Sion, quæ est civitas David,

6. Dixitque : Omnis qui percusserit Jebusæum in primis, erit princeps et dux. Ascendit igitur primus Joab filius Sarviæ, et factus est princeps.

7. Habitavit autem David in arce, et idcircò appellata est Civitas David.

8. Ædificavitque urbem in circuitu à Mello usque ad gyrum : Joab autem reliqua urbis exstruxit.

9. Proficiebatque David vadens et crescens, et Dominus exercituum erat cum eo.

10. Hi principes virorum fortium David, qui adjuverunt eum ut rex fieret super omnem Israel juxta verbum Domini, quod locutus est ad Israel.

11. Et iste numerus robustorum David : Jesbaam filius Hachamoni princeps inter triginta : iste levavit hastam suam super trecentos vulneratos unâ vice.

12. Et post eum Eleazar filius patrui ejus Ahohites, qui erat inter tres potentes.

13. Iste fuit cum David in Phesdomim, quando Philisthiim congregati sunt ad locum illum in prælium : et erat ager regionis illius plenus hordeo, fugeratque populus à facie Philisthinorum.

14. Hi steterunt in medio agri, et defenderunt eum : cùmque percussissent Philisthæos, dedit Dominus salutem magnam populo suo.

15. Descenderunt autem tres de triginta principibus ad petram in quâ erat David, ad speluncam Odollam, quando Philisthiim fuerant castrametati in valle Raphaim.

16. Porrò David erat in præsidio, et statio Philisthinorum in Bethlehem.

17. Desideravit igitur David, et dixit : O si quis daret mihi aquam de cisternâ Bethlehem quæ est in portâ!

18. Tres ergo isti per media castra Philisthinorum perrexerunt, et hauserunt aquam de cisternâ Bethlehem, quæ erat in portâ, et attulerunt ad David ut biberet; qui noluit, sed magis libavit illam Domino,

rent alors à David : Vous n'entrerez point ici. Néanmoins David prit la forteresse de Sion, qui est la cité de David ;

6. Et il fit publier que quiconque battrait le premier des Jébuséens, serait fait chef et général. Ainsi Joab, fils de Sarvia, monta le premier, et fut fait général.

7. David prit son logement dans la citadelle; et c'est ce qui la fit appeler la Ville-de-David.

8. Et il bâtit une ville tout autour, depuis Mello, et d'un bout jusqu'à l'autre; et Joab répara le reste de la ville.

9. David faisait tous les jours de nouveaux progrès, s'avançant et s'affermissant de plus en plus; et le Seigneur des armées était avec lui.

10. Voici les premiers d'entre les braves de David, qui l'ont aidé à se faire reconnaître roi sur tout Israël, suivant la parole que le Seigneur avait dite à Israël.

11. Et voici le dénombrement des plus vaillants hommes de David : Jesbaam, fils d'Hachamoni, chef de trente. C'est lui qui ayant pris sa lance, en blessa trois cents ennemis en un seul combat.

12. Après lui Eléazar Ahohites, fils de son oncle, était entre les trois plus vaillants.

13. C'est lui qui se trouva avec David à Phesdomim, quand les Philistins s'y rassemblèrent pour donner bataille. La campagne était en ce lieu toute semée d'orge, et le peuple s'était enfui de devant les Philistins.

14. Mais ceux-ci firent ferme au milieu du champ, et le défendirent; et après qu'ils eurent battu les Philistins, Dieu donna une grande délivrance à son peuple.

15. Trois d'entre les trente princes descendirent vers David sur cette roche où il était, près de la caverne d'Odollam, quand les Philistins avaient mis leur camp dans la vallée de Raphaïm.

16. David étant donc ainsi dans son fort, et une garnison des Philistins dans Bethléhem,

17. Il se trouva pressé de la soif, et il dit : Oh ! si quelqu'un pouvait me donner de l'eau de la citerne de Bethléhem, qui est près de la porte !

18. Ces trois hommes traversèrent donc le camp des Philistins, puisèrent de l'eau dans la citerne qui était à la porte de Bethléhem, et l'apportèrent à David, afin qu'il en bût; mais il s'y refusa, et il aima mieux la répandre en l'honneur du Seigneur,

19. Dicens : Absit ut in conspectu Dei mei hoc faciam, et sanguinem istorum virorum bibam ! quia in periculo animarum suarum attulerunt mihi aquam. Et ob hanc causam noluit bibere : hæc fecerunt tres robustissimi.

20. Abisai quoque frater Joab, ipse erat princeps trium, et ipse levavit hastam suam contra trecentos vulneratos, et ipse erat inter tres nominatissimus,

21. Et inter tres secundos inclytus, et princeps eorum : verumtamen usque ad tres primos non pervenerat.

22. Banaias filius Joiadæ viri robustissimi qui multa opera perpetrârat, de Cabseel : ipse percussit duos Ariel Moab : et ipse descendit, et interfecit leonem in mediâ cisternâ tempore nivis.

23. Et ipse percussit virum Ægyptium, cujus statura erat quinque cubitorum, et habebat lanceam ut liciatorium texentium : descendit igitur ad eum cum virgâ, et rapuit hastam quam tenebat manu, et interfecit eum hastâ suâ.

24. Hæc fecit Banaias filius Joiadæ, qui erat inter tres robustos nominatissimus,

25. Inter triginta primus : verùmtamen ad tres usque non pervenerat : posuit autem eum David ad auriculam suam.

26. Porrò fortissimi viri in exercitu, Azael frater Joab, et Elchanan filius patrui ejus de Bethlehem,

27. Sammoth Arorites, Helles Phalonites,

28. Ira filius Acces Thecuites, Abiezer Anathothites,

29. Sobbochai Husathites, Ilai Ahohites,

30. Maharai Netophathites, Heled filius Baana Nethophathites,

31. Ethai filius Ribai de Gabaath filiorum Benjamin, Banaia Pharathonites,

32. Hurai de torrente Gaas, Abiel Arbathites, Azmoth Bauramites, Eliaba Salabonites :

33. Filii Assem Gezonites, Jonathan filius Sage Ararites,

34. Ahiam filius Sachar Ararites,

35. Eliphal filius Ur,

19. Disant : A Dieu ne plaise que je fasse cette faute en sa présence, et que je boive le sang de ces hommes qui m'ont apporté cette eau au péril de leur vie ! Ainsi pour cette raison il ne voulut point boire. Voilà ce que firent ces trois vaillants hommes.

20. Abisaï, frère de Joab, était le premier des trois; ce fut lui qui combattit avec une lance contre trois cents hommes qu'il frappa, et il était fort renommé entre les trois.

21. On le regardait comme le plus illustre d'entre les trois seconds, et comme leur chef; néanmoins il n'égalait pas encore les trois premiers.

22. Banaïas de Cabséel, fils de Joïada, homme très-vaillant qui se signala par plusieurs grandes actions. Il tua les deux Ariel de Moab, et étant descendu dans une citerne en un temps de neige, il y tua un lion.

23. Ce fut lui aussi qui tua un Egyptien haut de cinq coudées, qui portait une lance comme ces grands bois de tisserands. Il l'attaqua avec une baguette, et lui ayant arraché la lance qu'il avait en sa main, il le tua avec sa propre lance.

24. Voilà ce que fit Banaïas, fils de Joïada ; il était aussi très-illustre entre les trois seconds,

25. *Et* le premier entre les trente; néanmoins il n'égalait pas encore les trois *premiers*. David l'admit dans son conseil secret.

26. Mais les plus braves de ceux qui étaient dans l'armée, *étaient* Azaël, frère de Joab, et Elchanan, fils de son oncle, de Bethléhem;

27. Sammoth d'Arori, et Hellès de Pholoni;

28. Ira de Thécua, fils d'Accès, Abiézer d'Anathoth,

29. Sobbochaï d'Usathi, Ilaï d'Ahoh.

30. Maharaï de Nétophath, Héled, fils de Baana, *aussi* de Nétophath,

31. Ethaï, fils de Ribaï de Gabaath, de la tribu de Benjamin, Banaïa de Pharathon,

32. Huraï du torrent de Gaas, Abiel d'Arbath, Azmoth de Baurami, Eliaba de Salaboni;

33. De la maison d'Assem Gézonite, Jonathan, fils de Sagé d'Arari,

34. Ahiam, fils de Sachar, *aussi* d'Arari,

35. Eliphal, fils d'Ur,

36. Hepher Mecherathites, Ahia Phelonites,
37. Hesro Carmelites, Naarai filius Asbai,
38. Joel frater Nathan, Mibahar filius Agarai,
39. Selec Ammonites, Naharai Berothites armiger Joab filii Sarviæ :
40. Ira Jethræus, Gareb Jethræus,
41. Urias Hethæus, Zabad filius Oholi,
42. Adina filius Siza Rubenites princeps Rubenitarum, et cum eo triginta :
43. Hanan filius Maacha, et Josaphat Mathanites,
44. Ozia Astarothites, Samma et Jehiel filii Hotham Arorites,
45. Jedihel filius Samri, et Joha frater ejus Thosaites,
46. Eliel Mahumites, et Jeribaï, et Josaia filii Elnaem, et Jethma Moabites, Eliel, et Obed, et Josiel de Masobiâ.

36. Hépher de Méchérath, Ahia de Phéloni,
37. Hesro du Carmel, Naaraï, fils d'Asbaï,
38. Joël, frère de Nathan, Mibahar, fils d'Agaraï,
39. Sélec d'Ammoni, Naharaï de Béroth, écuyer de Joab, fils de Sarvia ;
40. Ira de Jethri, Gareb *aussi* de Jethri;
41. Urie Héthéen, Zabad, fils d'Oholi,
42 Adina, fils de Siza, de la tribu de Ruben, chef des Rubénites, lequel en avait encore trente avec lui ;
43. Hanan, fils de Maacha, et Josaphat de Mathani,
44. Ozia d'Astaroth, Samma et Jéhiel, fils d'Hotham d'Arori.
45. Jedihel, fils de Samri, et Joba son frère, qui étaient de Thosa,
46. Eliel de Mahumi, avec Jéribaï et Josaïa, enfants d'Elnaëm, et Jethma de Moab, Eliel, et Obed, et Jasiel de Masobia.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — CONGREGATUS EST OMNIS ISRAEL AD DAVID IN HEBRON (1). Post obitum Isbosethi, Davidem, jam ante aliquot annos regem agni-

(1) *Tout le peuple d'Israël vint donc trouver David à Hébron, et lui dit : Nous sommes vos os et votre chair. Et ci devant même, lorsque Saül régnait encore, c'était vous qui meniez Israël au combat et le rameniez,* etc. Ce concours de tout Israël, qui vient rendre ses hommages à David comme à son roi légitime, ne se fit pas aussitôt après la mort de Saül. Car Dieu permit que David, à qui il avait promis le royaume d'Israël, en fût encore privé quelque temps, voulant lui faire connaître de plus en plus que ce serait lui qui l'établirait, quand il lui plairait, chef de tout son peuple. Nous voyons donc dans le second livre des Rois que Saül ayant fini une vie très-criminelle par une mort très-funeste, David fut reconnu roi par la seule tribu de Juda, et qu'Abner ayant fait conduire Isboseth, fils de Saül, dans tout le camp, l'établit roi sur toutes les autres tribus. On y voit encore la trahison dont usa Joab pour tuer Abner ; et ensuite la cruauté avec laquelle deux officiers d'Isboseth l'assassinèrent lâchement lorsqu'il dormait sur son lit.

Ce fut donc alors qu'on vit arriver ce qui est marqué ici, *que tout Israël s'assembla à Hébron,* où était David, et lui parla de cette sorte : *Nous sommes vos os et votre chair,* etc. ; c'est-à-dire : Nous sommes unis à vous par les liens les plus étroits de la nature, ne composant avec vous que comme un seul corps, puisque nous sommes du même sang, et tous enfants de Jacob, qui se nommait *Israël.* Comment donc refuserions-nous de vous reconnaître pour notre roi, maintenant que Saül est mort, et que son fils Isboseth a été tué, puisque sous le règne même de ce prince, *vous nous meniez au combat, et vous nous en rameniez,* c'est-à-dire, qu'étant établi dès lors notre chef par Saül même, qui vous donnait le commandement sur ses troupes, vous faisiez paraître un si grand courage et une telle sagesse, que vous nous rameniez toujours victorieux de nos ennemis? *C'est à vous,* ajoutent-ils, *que le Seigneur votre Dieu a dit : Vous serez le pasteur et le prince de mon peuple d'Israël.* Ainsi il est juste que nous nous soumettions à la volonté de celui qui s'est montré par tant de marques singulières *votre Dieu,* votre protecteur et *votre Seigneur;* et il est en même temps très-avantageux pour nous de reconnaître pour *notre prince* celui à qui il a déclaré qu'il serait *notre pasteur.*

Dieu faisait voir à son peuple d'Israël par ces paroles, qu'il leur donnait pour *pasteur* celui qu'il établissait leur *prince.* Et ces deux titres étant joints ensemble, exprimaient admirablement la bonté, la vigilance et la sagesse toute pleine de douceur avec laquelle ce roi, qui était véritablement selon le cœur de Dieu, conduirait son peuple, et avec laquelle tous les autres rois du monde devaient aussi conduire les peuples qu'il soumettait à leur puissance, en se souvenant toujours, selon qu'il est dit ici, qu'ils *sont leurs os et leur chair,* et, par conséquent, qu'ils sont obligés de les traiter en quelque sorte comme leurs membres.

Mais d'où vient que ces tribus ayant su dès auparavant que Dieu avait déclaré à David qu'il serait le prince et le pasteur de son peuple, avaient néanmoins refusé de le reconnaître pour leur roi après la mort de Saül ? On en peut rendre plusieurs raisons, et entre autres

tum, universus Israel Hebrone convenit. Vide 2 Reg. 5, ubi omnia leguntur, quæ narrantur hic à v. 1 usque ad v. 10. (1)

VERS. 8. — ÆDIFICAVIT URBEM IN CIRCUITU A MELLO USQUE AD GYRUM; JOAB AUTEM RELIQUA URBIS EXTRUXIT. Postremum hoc de extructâ ab Joabo urbe in libris Regum non legitur. Hebræus ad litteram : *Et David ædificavit urbem à circuitu à Mello et usque ad gyrum; et Joab vivificavit residuum urbis.* Phrasis hæc *vivificare,* cùm agitur de ædificiis, sonat restituere. David novam urbem condidit ad septentrionem veteris in monte Sion; et Joabo imperata fuit restitutio veteris Jebus, ut sarciret collapsa et dejecta in obsidione, restitueret domos eversas, vel crematas in expugnatione urbis, atque intacta servaret ea quæ militarem furorem evaserant. Apud Septuaginta, Arabem et Syrum ne verbum quidem hic legitur de Joabo; hi duo ferunt tantummodò, Davidem urbem conditione cepisse, libertate incolis permissâ.

VERS. 10. — HI PRINCIPES VIRORUM FORTIUM DAVID. (Vide 2 Reg. 23, 8, etc.)

VERS. 11. — PRINCEPS INTER TRIGINTA. Reddi posset Hebræus : *Princeps schalischim,* vel præfectorum hujus nominis. (Vide 2 Regum 23, 8.)

SUPER TRECENTOS VULNERATOS UNA VICE. Octingentos interfecisse, legimus in 2 Reg. 23, 8.

VERS. 13. — ISTE FUIT CUM DAVID IN PHESDOMIM. Non unus Eleazar facinore suo tum claruit : socium habuit Semmam filium Age Araritæ; ambo enim illi virtutis suæ specimen exhibuerunt, de quo in v. sequenti. Nomen *Semma* omissum fuisse necesse est in Hebræo ab amanuensi; de hâc enim re in plurali agitur v. 14 : *Steterunt in medio agri,* Eleazar scilicet, et Semma.

VERS. 15. — DESCENDERUNT AUTEM TRES, de quibus mox actum est, Jesbaam, Eleazar, et

celle-ci, que Saül ayant un fils, il semblait qu'il fût dans l'ordre que les peuples le reconnussent pour le légitime successeur de sa couronne, jusqu'à ce que Dieu se fût déclaré d'une manière plus éclatante pour David, qui attendait paisiblement les ordres de sa providence, et qui ne faisait aucune démarche en cette occasion si importante, sans l'avoir auparavant consulté, comme il est marqué expressément au second livre des Rois.

De plus, on peut ajouter que ce n'était pas assez à ce peuple d'Israël de connaître la volonté de son Dieu, pour l'accomplir. C'était même le défaut de l'ancienne loi, comme on l'ose dire après saint Paul, de faire connaître au peuple de Dieu ce que le Seigneur désirait de lui, sans lui donner néanmoins la force de l'accomplir. Ils pouvaient donc bien connaître dès auparavant quelle était la volonté du Seigneur sur le sujet de David; mais ils ne furent en état de s'y soumettre que lorsqu'il leur arriva la même chose à l'égard de ce nouveau prince, que l'Ecriture nous marque ailleurs être arrivée à ceux qui reconnurent Saül pour leur roi, et dont elle dit expressément que Dieu leur avait touché le cœur : *Quorum tetigerat Deus corda.*

C'est ce qu'on doit dire avec beaucoup plus de raison de tous ceux qui ont le bonheur de se soumettre à celui dont David était la figure, à Jésus-Christ, né de David selon la chair, pour devenir d'une manière toute particulière *le prince et le pasteur de son peuple d'Israël,* ou de *l'Israël de Dieu,* comme l'appelle saint Paul; c'est-à-dire, des enfants de Dieu et des vrais Israélites. Tant de témoignages éclatants qu'il nous a donnés de l'excès de son amour, depuis qu'il s'est incarné pour nous sauver, nous donnent droit de lui dire, mais d'une manière plus excellente, ce que ces peuples disaient à David : *Vous êtes nos os et notre chair,* ayant bien voulu vous rabaisser jusqu'à vous faire homme comme nous. Et il est visible que *c'est à vous que le Seigneur notre Dieu* a déclaré que *vous seriez le pasteur et le prince de son peuple.* Mais pour nous soumettre à vous comme à notre vrai pasteur, il est nécessaire que nous soyons du nombre de ceux *de qui vous avez touché le cœur,* puisque vous avez déclaré si hautement dans l'Evangile que *nul ne peut venir à vous, si votre Père, qui vous a envoyé, ne l'attire* à lui par un attrait intérieur de son amour, lui faisant vouloir ce qu'il ne voulait pas auparavant, comme l'explique saint Augustin : *Nolite cogitare invitum trahi : trahitur animus et amore.*

C'est dans ce divin David que les qualités de *prince* et de *pasteur* se remarquent d'une manière éminente. Il est notre prince, puisque c'est lui-même qui parle par la bouche de son prophète, lorsqu'il dit : *J'ai été établi roi par le Seigneur sur Sion sa sainte montagne,* et que l'humiliation infinie de sa mort l'a élevé en effet, comme dit saint Paul, à une souveraine grandeur, en sorte que *tout genou doit fléchir dans le ciel, dans la terre et dans les enfers sous son saint nom.* Mais il se plaît beaucoup plus à se nommer notre *pasteur,* et à nous considérer comme ses brebis. Car c'est le nom qu'il se donne plusieurs fois dans l'Evangile, voulant sans doute que la frayeur que nous peut causer la vue d'une puissance si redoutable, qui menace de *gouverner les nations avec une verge de fer, et de les briser comme le vaisseau du potier,* soit tempérée par la vue de cette autre qualité si aimable d'un pasteur rempli de bonté, qui *connaît,* comme il le dit, *ses brebis* et qui *est aussi connu d'elles;* qui *marche devant,* et *en est suivi, parce qu'elles connaissent sa voix;* qui les conduit dans d'excellents *pâturages,* et qui *donne* enfin *sa vie pour elles, afin qu'elles aient la vie, et qu'elles l'aient abondamment.* (Sacy.)

(1) VERS. 2. — TU PASCES, id est, tu reges. Rex enim est pastor populorum, uti de Agamemnone ait Homerus. (Corn. à Lap.)

Semma, qui Davidem convenerunt. Vide secundum Regum 23, 13, ubi legimus, *ivisse illos tempore messis,* אל קציר; hìc autem est על הצור, *in petrâ,* vel in arce. Postrema hæc lectio præferenda videtur.

Vers. 20. — Abisai ipse erat princeps trium. Virorum fortium in exercitu Davidis plures erant ordines. Abisai præerat tribus qui alterum illorum ordinem faciebant.

Vers. 21. — Ad tres primos non pervenerat. Nec in Hebræo, nec in Græco est illud, *primos;* legunt enim tantummodò : *Non pervenit usque ad tertios.* Ad gloriam virorum primi ordinis, appellatorum *schalischim,* vel *tertiorum,* pervenire non valuerunt.

Vers. 22. — Ipse percussit duos ariel Moab. Ariel in Hebræo est *leo magnus.* Vide quæ disseruimus in 2 Regum 23, 20, ubi S. Hieronymus easdem originalis voces reddidit : *Percussit duos leones Moab.*

Vers. 25. — Posuit autem eum David ad auriculam suam, familiarem habuit. Vir erat igitur strenuus æquè et prudens, fidei et sapientiæ probatæ, quibus tertia accedebat strenuitas singularis. Viri quidam docti (1) mutandas volunt voces originalis, vel saltem aliter accipiendas ac lectæ sunt : *Posuit præfectum custodum suorum.* Septuaginta : *Posuit super familiam suam.* Syriacus : *Constituit, ut esset custos lanceæ suæ, et heroum fortissimorum.* Arabs : *Præposuit cunctis opibus suis.* Textus secundi Regum 23, 23, omninò congruit cum præsenti, vertiturque à S. Hieronymo : *Fecit eum auricularium à secreto.*

Vers. 26. — Elchanan filius patrui ejus. In 2 Regum 21, 19, est *Elchanan filius Jahir,* qui cum nostro hoc miscendus omninò videtur. Nominis etymon secutus S. Hieronymus reddidit : *A Deo datus, filius Saltûs.*

Vers. 27. — Sammoth Arorites, aliter *Semma de Harodi,* 2 Reg. 23, 25. (1)

Vers. 32. — Hurai de torrente Gaas. Hebræus : *Hurai de torrentibus,* vel de vallibus *Gaas.* 2 Reg. 23, 30, appellatur *Heddai.*

Vers. 33. — Filii Assem Gezonites, Jonathan filius Sage Ararites. 2 Reg. c. 23, v. 32, 33, legitur : *Filii Jassen, Jonathan et Semma de Orori.* Quid sit *Gezonites,* nomen additum τῷ *Assem,* ignoratur. Nullus hujus nominis locus sese offert.

Vers. 38. — Joel frater Nathan. Appellatur 2 Reg. 23, 36, et fortè meliùs : *Igaal filius Nathan.* Filii non raró de nomine parentum appellari solent.

Vers. 41. — Zabad. Nomen hoc, et quæ sequuntur, non leguntur in Regibus; vicissim autem hìc deest *Elica de Harodi,* quod ibi occurrit. Census secundi Regum desinit in Uriâ Hethæo, viro Bethsabee.

Vers. 42. — Adina filius Siza Rubenites. Supplementum est hoc eorum quæ desunt in libro Regum. Sedes hi habebant trans Jordanem, cùm nomina patriæ eorum in eâdem regione occurrant.

Vers. 43. — Josaphat Mathanites; facil ex urbe *Matthana,* notâ in Moyse, Num. 20, 18.

(1) Capell., Grot., Jun., Kimchi, Piscat., Anglica Versio, etc.

(1) Vers. 28. — Posuit autem eum David ad auriculam suam, id est, fecit eum sibi secretarium, intimumque consiliarium et monitorem, qui eum de agendis commoneret, omniaque quæ ei facienda erant, suggereret, uti faciunt Romæ cardinalibus *auditores,* quos vocant. (Corn. à Lap.)

CAPUT XII.

1. Hi quoque venerunt ad David in Siceleg, cùm adhuc fugeret Saül filium Cis, qui erant fortissimi et egregii pugnatores,

2. Tendentes arcum, et utrâque manu fundis saxa jacientes, et dirigentes sagittas : de fratribus Saül ex Benjamin.

3. Princeps Ahiezer, et Joas, filii Samaa, et Gabaathites, et Jaziel, et Phallet filii Asmoth, et Baracha, et Jehu Anathothites.

4. Samaias quoque Gabaonites fortissimus inter triginta et super triginta : Jeremias, et Jeheziel, et Johanan, et Jezabad Gaderothites,

CHAPITRE XII.

1. Ceux-ci vinrent aussi vers David à Sicéleg, lorsqu'il était encore obligé de fuir Saül, fils de Cis; c'étaient des hommes très-forts et très-vaillants guerriers,

2. Qui tiraient de l'arc, et qui se servaient également des deux mains pour lancer des pierres avec la fronde, ou pour tirer des flèches. Ils étaient parents de Saül, et de la tribu de Benjamin.

3. Le premier *était* Ahiézer, et *ensuite* Joas, *tous deux* fils de Samaa de Gabaath, Jaziel et Phallet, fils d'Asmoth, Baracha et Jéhu d'Anathoth,

4. Samaïas de Gabaon, le plus brave d'entre les trente, et qui les commandait; Jérémie,

5. Et Eluzai, et Jerimuth, et Baalia, et Samaria, et Saphatia Haruphites,

6. Elcana, et Jesia, et Azareel, et Joezer, et Jesbaam de Carehim,

7. Joela quoque, et Zabadia, filii Jeroham de Gedor.

8. Sed et de Gaddi transfugerunt ad David cùm lateret in deserto, viri robustissimi, et pugnatores optimi, tenentes clypeum et hastam; facies eorum quasi facies leonis, et veloces quasi capreæ in montibus :

9. Ezer princeps, Obdias secundus, Eliab tertius,

10. Masmana quartus, Jeremias quintus,

11. Ethi sextus, Eliel septimus,

12. Johanan octavus, Elzebad nonus,

13. Jeremias decimus, Machbanai undecimus.

14. Hi de filiis Gad principes exercitûs: novissimus centum militibus præerat, et maximus mille.

15. Isti sunt qui transierunt Jordanem mense primo, quando inundare consuevit super ripas suas : et omnes fugaverunt, qui morabantur in vallibus ad orientalem plagam et occidentalem.

16. Venerunt autem et de Benjamin, et de Judâ, ad præsidium in quo morabatur David.

17. Egressusque est David obviàm eis, et ait: Si pacificè venistis ad me, ut auxiliemini mihi, cor meum jungatur vobis; si autem insidiamini mihi pro adversariis meis, cùm ego iniquitatem in manibus non habeam, videat Deus patrum nostrorum, et judicet.

18. Spiritus verò induit Amasai principem inter triginta, et ait: Tui sumus, ô David, et tecum, fili Isai, pax, pax tibi, et pax adjutoribus tuis: te enim adjuvat Deus tuus. Suscepit ergo eos David, et constituit principes turmæ.

19. Porrò de Manasse transfugerunt ad David, quando veniebat cum Philisthiim adversùs Saül, ut pugnaret: et non dimicavit cum eis, quia inito consilio remiserunt eum principes Philisthinorum, dicentes: Periculo capitis nostri

Jébéziel, Johanan et Jézabad de Gaderoth,

5. Elusaï, Jérimuth, Baalia, Samaria, et Saphatia d'Haruphi,

6. Elcana, Jésia, Azaréel, Joézer, et Jesbaam de Caréhim,

7. Joéla, et Zabadia, fils de Jéroham, qui était de Gédor,

8. Il y eut aussi des hommes très-forts et très-braves de la ville de Gaddi, qui vinrent se retirer près de David, lorsqu'il était caché dans le désert. Ils étaient très-vaillants dans le combat, se servant du bouclier et de la lance; leur face était comme la face du lion, et ils égalaient à la course les chevreuils des montagnes.

9. Le premier *d'entre eux était* Ezer; le second, Obdias; le troisième, Eliab;

10. Le quatrième, Masmana; le cinquième, Jéremie;

11. Le sixième, Ethi; le septième, Eliel;

12. Le huitième, Johanan; le neuvième, Elzébad;

13. Le dixième, Jérémie; le onzième, Machbanaï.

14. Tous ceux-ci *étaient* de la tribu de Gad; ils étaient chefs dans l'armée. Le moindre commandait cent soldats, et le plus grand, mille.

15. Ce furent eux qui passèrent le Jourdain au premier mois, lorsqu'il a coutume de se déborder, et qui mirent en fuite tous ceux qui demeuraient dans les vallées, tant à l'orient qu'à l'occident.

16. Plusieurs aussi de la tribu de Benjamin et de la tribu de Juda, vinrent dans la forteresse où David s'était retiré.

17. Et lui étant sorti au-devant d'eux, leur dit : Si vous venez avec un esprit de paix pour me secourir, je ne veux avoir qu'un même cœur avec vous; mais si vous venez de la part de mes ennemis pour me surprendre, quoique je n'aie aucune iniquité dans mes mains, que le Dieu de nos pères voie et juge.

18. Alors Amasaï, qui était le premier entre les trente, tout transporté en lui-même, lui répondit : Nous sommes à vous, ô David, et nous ne nous séparerons jamais de vous, ô fils d'Isaï; que la paix soit avec vous, et qu'elle soit aussi avec ceux qui prennent votre défense; car votre Dieu vous protége. David les reçut donc, et les établit officiers dans ses troupes.

19. Il y en eut de même de Manassé, qui se retirèrent vers David, lorsqu'il marchait avec

revertetur ad dominum suum Saül.

20. Quando igitur reversus est in Siceleg, transfugerunt ad eum de Manasse, Ednas, et Jozabad, et Jedihel, et Michael, et Ednas, et Jozabad, et Eliu, et Salathi, principes millium in Manasse.

21. Hi præbuerunt auxilium David adversùs latrunculos; omnes enim erant viri fortissimi, et facti sunt principes in exercitu.

22. Sed et per singulos dies veniebant ad David ad auxiliandum ei, usquedùm fieret grandis numerus, quasi exercitus Dei.

23. Iste quoque est numerus principum exercitûs, qui venerunt ad David, cùm esset in Hebron, ut transferrent regnum Saül ad eum, juxta verbum Domini.

24. Filii Juda portantes clypeum et hastam, sex millia octingenti expediti ad prælium.

25. De filiis Simeon, virorum fortissimorum ad pugnandum, septem millia centum.

26. De filiis Levi, quatuor millia sexcenti.

27. Joiada quoque princeps de stirpe Aaron, et cum eo tria millia septingenti.

28. Sadoc etiam puer egregiæ indolis, et domus patris ejus, principes viginti duo.

29. De filiis autem Benjamin fratribus Saül, tria millia : magna enim pars eorum adhuc sequebatur domum Saül.

30. Porrò de filiis Ephraim viginti millia octingenti, fortissimi robore, viri nominati in cognationibus suis.

31. Et ex dimidiâ tribu Manasse, decem et octo millia, singuli per nomina sua venerunt ut constituerent regem David.

32. De filiis quoque Issachar viri eruditi, qui noverant singula tempora ad præcipiendum quid facere deberet Israel, principes ducenti : omnis autem reliqua tribus eorum consilium sequebatur.

33. Porrò de Zabulon, qui egrediebantur ad prælium, et stabant in acie instructi armis bellicis, quinquaginta millia venerunt in auxilium, non in corde duplici.

les Philisthins contre Saül; mais il ne combattit pas avec eux, parce que les princes des Philistins ayant tenu conseil le renvoyèrent, en disant : Il s'en retournera à nos dépens, vers Saül, son maître.

20. Lors donc qu'il revint à Sicéleg, quelques-uns de Manassé se retirèrent vers lui, savoir : Ednas, Jozabad, Jédihel, Michaël, Ednas, Jozabad; Eliu et Salathi, chefs de mille hommes dans Manassé.

21. Et ils donnèrent du secours à David contre les voleurs, car ils étaient tous des hommes très-braves; et ils devinrent officiers dans son armée.

22. Enfin il venait tous les jours un si grand nombre de personnes se joindre à ses troupes, que son armée devint très-puissante.

23. Voici le nombre des chefs de l'armée qui vinrent à David, lorsqu'il était à Hébron, pour lui transférer la couronne de Saül, suivant la parole du Seigneur.

24. Ceux de la tribu de Juda portant le bouclier et la lance, au nombre de six mille huit cents, tous gens prêts à combattre.

25. Ceux de la tribu de Siméon, sept mille cent hommes, très-braves dans le combat.

26. De la tribu de Lévi il y en avait quatre mille six cents.

27. Joïada, chef de la race d'Aaron, et avec lui trois mille sept cents hommes.

28. Ainsi que Sadoc, jeune homme d'un naturel excellent, avec la maison de son père, où il y avait vingt-deux chefs de famille.

29. Il y vint aussi trois mille hommes de la tribu de Benjamin, parents de Saül; car la plupart des autres suivirent encore la maison de Saül.

30. De la tribu d'Ephraïm, *il y en eut* vingt mille huit cents, tous gens très-robustes, renommés dans leur tribu.

31. *Il y en eut* dix-huit mille de la demi-tribu de Manassé qui vinrent en se joignant chacun avec ceux de leur maison, afin d'établir David sur le trône.

32. *Il en vint* aussi de la tribu d'Issachar, qui étaient des hommes instruits qui savaient remarquer tous les temps, afin d'ordonner à Israël ce qu'il devait faire. Les principaux de ceux-ci étaient au nombre de deux cents, et tout le reste de cette tribu suivait leur conseil.

33. Ceux de Zabulon, qui étaient gens aguerris, et toujours bien armés et prêts à combattre, vinrent au nombre de cinquante

34. Et de Nephthali, principes mille: et cum eis instructi clypeo et hastâ septem triginta millia.

35. De Dan etiam præparati ad prælium, viginti octo millia sexcenti.

36. Et de Aser egredientes ad pugnam, et in acie provocantes, quadraginta millia.

37. Trans Jordanem autem de filiis Ruben, et de Gad: et dimidiâ parte tribûs Manasse, instructi armis bellicis, centum viginti millia.

38. Omnes isti viri bellatores expediti ad pugnandum, corde perfecto venerunt in Hebron, ut constituerent regem David super universum Israel: sed et omnes reliqui ex Israel uno corde erant ut rex fieret David.

39. Fueruntque ibi apud David tribus diebus, comedentes et bibentes: præparaverant enim eis fratres sui.

40. Sed et qui juxta eos erant, usque ad Issachar, et Zabulon, et Nephthali, afferebant panes in asinis, et camelis, et mulis, et bobus, ad vescendum: farinam, palathas, uvam passam, vinum, oleum, boves, arietes ad omnem copiam: gaudium quippe erat in Israel.

mille offrir leur service à David, sans aucune duplicité de cœur.

34. Mille officiers de la tribu de Nephthali, suivis de trente-sept mille hommes armés de lances et de boucliers,

35. Comme aussi vingt-huit mille six cents de la tribu de Dan, tous gens guerriers,

36. Et quarante mille de celle d'Aser, marchant en bataille et provoquant l'ennemi dans les combats.

37. Il en vint encore cent vingt mille d'au-delà du Jourdain, tant des deux tribus de Ruben et de Gad, que de la demi-tribu de Manassé, tous bien armés.

38. Tous ces guerriers, qui ne demandaient qu'à combattre, vinrent avec un cœur parfait trouver David à Hébron, pour l'établir roi sur tout Israël; enfin tout le reste d'Israël conspirait d'un même cœur à faire déclarer David pour roi.

39. Ils demeurèrent là pendant trois jours près de David, mangeant et buvant ce que leurs frères leur avaient préparé.

40. Mais de plus, tous les peuples des environs jusqu'aux tribus *les plus éloignées, comme celles* d'Issachar, de Zabulon et de Nephthali, apportaient sur des ânes et des chameaux, sur des mulets et des bœufs, des vivres pour les nourrir; ils apportaient de la farine, des figues, des raisins secs, du vin et de l'huile; et ils amenaient des bœufs et des moutons, afin qu'ils eussent toutes choses en abondance; car c'était une réjouissance en Israël.

COMMENTARIUM.

VERS. 1.—HI QUOQUE VENERUNT AD DAVIDEM IN SICELEG, CUM ADHUC FUGERET SAUL (1). Hebræus: *Adhuc clausum à faciebus Saül*, metu Saülis. Scitum est, regem Geth tradidisse Davidi urbem Siceleg, loco perfugii adversùs Saülis insaniam. Eò venerunt plerique ex viris fortibus, qui deinde momentum ingens viro fuerunt ad gloriam. Porrò priores hi Benjamitæ, qui vivo adhuc Saüle socios se præbuerunt Davidi, longè alii sunt ab illis qui post obitum ejusdem principis illum adivêre, infra, v. 29.

VERS. 2. — DE FRATRIBUS SAUL, necessariis, et ejusdem cum illo tribûs. Exploratum utique Davidis meritum, assertamque et publicam viri innocentiam fuisse oportuit, cùm neque Saülis metus, nec infelix ille Davidis fugitivi status prohibere potuerint quidquid erat virorum fortium in regione, quin illum adirent, ut cum illo utriusque fortunæ casum subirent.

(1) *Ceux-ci vinrent aussi trouver David à Sicéleg, lorsqu'il était encore obligé de fuir Saül... Ils étaient parents de Saül, et de la tribu de Benjamin.* C'était un miracle de la divine providence, de voir les proches du roi Saül se déclarer pour celui qu'il persécutait si cruellement. Et il fallait que Dieu leur touchât le cœur d'une manière bien puissante, pour les faire ainsi renoncer au sang et à leur fortune, et fouler aux pieds la crainte de choquer un roi qui n'épargnait pas ceux qu'il haïssait. Mais qui pourra s'étonner de ce prodige, s'il considère que le fils même de Saül, Jonathas, cet ami incomparable, abandonnait les intérêts de son propre père et les siens propres, pour défendre ceux de David? Ils en usaient tous ainsi, et par l'admiration où ils étaient de son grand cœur et de sa profonde sagesse, et par l'assurance qu'ils avaient que Dieu, qui avait abandonné Saül, était avec lui. C'était la plus grande consolation de ce prince persécuté, et la preuve la plus sensible qu'il pût recevoir de la protection toute puissante de Dieu dans sa fuite. (Sacy).

In adversis hisce casibus emicat virtus et amicitia.

Vers. 4. — Samaias fortissimus inter triginta, et super triginta. Vertendum ego Hebræum malo : *Fortissimus inter schalischim* (vel præfectos), *et supra schalischim,* seu virtute, seu ordine et auctoritate. *Schalischim* hic non significat certum triginta hominum numerum, sed dignitatem quamdam præfectorum militarium, apud reges Hebræorum non ignotam.

Vers. 6. — Jesbaam de Carehim. Vertendum malo : *Jesbaam è familiâ Core.* Levitas igitur agebant.

Vers. 8. — Sed et de Gaddi transfugerunt ad David; viri scilicet strenui è tribu Gad; ita enim accipiendum esse illud *Gaddi,* demonstrat versus 14.

Facies eorum quasi facies leonis, et veloces quasi capreæ in montibus. Laudabant veteres trucem in milite indolem et vultum, illud habentes tanquàm dogmate sanctum : « Primi « omnium in præliis oculi vincuntur, » ait Tacitus de Moribus Germanorum. Plurimi etiam faciebant pernicitatem cursûs. Vegetius l. 1, c. 9 : « Ad cursum præcipuè assuefaciendi sunt « milites, ut majore impetu in hostes procur- « rant, ut loca opportuna celeriter occupent, « ut ad explorandum alacriter pergant, ut fu- « gientium terga faciliùs comprehendant. »

Vers. 14. — Novissimus centum militibus præerat, et maximus mille. Hæc utique accipi non possunt de tempore quo David versabatur in Siceleg; neque enim satis habebat copiarum, ut tot ducibus regendas traderet. Fortes hi viri præfuerunt alii quidem centenis, alii verò millenis, cùm David regnum capessivit. Quidam sic textum reddunt : *Novissimus par erat, ut centenis præesset, et maximus mille,* vel potiùs : *Novissimus valebat pro centenis, et maximus pro mille;* hyperbolicè de strenuitate illorum.

Vers. 15. — Isti sunt qui transierunt Jordanem. Hoc de transitu Jordanis primo mense ideò expenditur, quòd amnis ille eâ anni tempestate liquatis nivibus et imbribus tumescat. (Vid. Jos. 3, 15.) Fortes hi viri, qui incommodo eo tempore amnem vado trajecère, ad tribum Gaditicam pertinebant, ac de illis actum est supra, v. 8, etc. Venerunt illi trans Jordanem in Siceleg, ubi David cum suis continebatur. Recentior quidam Itinerarii scriptor, nempe Maundrel (*Voyage d'Alep à Jérusalem,* p. 156), cui à diligentiâ laus est, cùm ad Jordanem pervenisset, vicinaque omnia ejus amnis loca inspexisset eo anni tempore, quo maximè paratus est ad exundationem, id est, die 15 martii, anno 1697, nihil tale vel in amne, vel in ripis animadvertit. Tam longè ille aberat ab exundatione, ut ad ripas ne novem quidem pedibus accederet; fluento tamen adeò rapido ferebatur, ut natatum contrario amne nullum admitteret : consueta ejus latitudo porrigitur ad pedes sexaginta, et inter ripas, de quibus actum est, aliæ erant à primis spatio viginti quinque passuum circiter distantes; quod facilè spatium totum occupat, cùm exundat. Credibile est, pernicitate suâ fodisse sibi alveum multò profundiorem, quàm olim, ex quo factum est, ut vadum omne abstulerit, nec latè, uti priùs, agros inundet.

Omnes fugaverunt qui morabantur in vallibus. Hebræus ad litteram : *Fugaverunt omnes valles.* Syriacus et Arabs : *Fugaverunt totum exercitum qui castrametabatur in deserto.* Hi fortè viri Davidis dissipârunt facilè hostes Israelis, qui valles orientales et occidentales Jordanis occupabant; sed tempus et occasio rei gestæ ignoratur.

Vers. 16. — Venerunt et de Benjamin, et de Juda, ad præsidium. Ad Davidem in arce suâ, sive in regionem Moab, seu potiùs in Siceleg, quò perfugerat, 1 Reg. 22, 4. Adjunxerunt se Benjamitæ filii Juda, ut malas de fide suâ suspiciones ex animo Davidis expellerent, quippe qui ejusdem essent tribûs ac Saül, infestissimus ejusdem Davidis adversarius. (1)

(1) Vers. 17. — *Si vous venez avec un esprit de paix pour me secourir, je ne veux avoir qu'un même cœur avec vous. Mais si vous venez de la part de mes ennemis,* etc. David avait lieu d'appréhender quelque trahison de la part de ceux qui venaient ainsi le chercher où il s'était retiré : car il savait que Saül n'oubliait rien pour le perdre. Et quoiqu'il fût assuré que le Seigneur l'avait choisi pour être le prince de son peuple, il ne croyait pas être dispensé d'user de sagesse, afin de se mettre à couvert des surprises de ses ennemis. C'était Dieu même qui inspirait à David d'en user ainsi, pour l'empêcher de se confier légèrement à toutes sortes de personnes. Ou au moins il le permettait pour affermir encore plus la fidélité de ceux qui venaient s'offrir à lui. Car, en effet, l'Écriture nous donne lieu de juger que ces braves hommes, qui étaient venus trouver David, n'en devinrent que plus ardents pour le servir, et pour lui faire connaître la sincérité de leur cœur. *Nous sommes à vous,* lui dirent-ils avec force, *et nous ne nous séparerons jamais d'avec vous,* etc., C'est la disposition que celui dont David était l'image demande à tous ceux qui se viennent enrôler à son service. Quoique Jésus-Christ soit main-

VERS. 18. — SPIRITUS INDUIT AMASAI. Spiritus sanctus intùs in animo monuit Amasai, quid responderet Davidi; vel œstro quodam veluti superno afflatus est, ut nomine totius cohortis suæ responderet Davidi. *Amasai* princeps erat *schalischim*, vel præfectorum; *princeps* enim *triginta* hìc non significat virum qui tricenis præest, sed principem *schalischim*, de quibus non semel actum est.

CONSTITUIT EOS PRINCIPES TURMÆ, pro numero eorum quos tunc habebat sub signis, et deinceps illos ad majora provexit pro merito et rebus gestis singulorum, ac pro copiarum magnitudine.

VERS. 19. — DE MANASSE TRANSFUGERUNT AD DAVID, QUANDO VENIEBAT CUM PHILISTIIM ADVERSUS SAUL. Rogatus est ab Achis Gethæorum rege David, ut veniret cum Philisthæis in supremâ illorum expeditione adversùs Saülem, 2 Reg. 28, 1, 2; hi tamen fortes viri Davidem assecuti non sunt nisi ab eâ expeditione reducem, cùm regressus est in Siceleg, infra, v. 20, è re suâ minimè reputantibus Philisthæis, ut illum in eo bello socium haberent. In Hebræo hujus versiculi innui videtur, viros Manasse, qui tunc Davidem convenerunt, milites fuisse exercitûs Saülis, qui ab eo acie victo discedentes, accesserunt ad Davidem. Textus ad litteram : *Et* plures *de Manasse delapsi sunt* (venerunt ceu transfugæ) *ad Davidem, in veniendo eum cum Philistiim contra Saül.*

VERS. 21. — PRÆBUERUNT AUXILIUM DAVID ADVERSUS LATRUNCULOS, ad insequendos, corripiendosque Amalecitas, qui Siceleg, absente Davide, diripuerunt, 1 Reg. 30, 1, 2.

tenant dans le ciel, il est néanmoins encore comme exilé, à l'exemple de David, et persécuté sur la terre dans son Eglise, qui est toujours exposée aux insultes de ses ennemis. Il demande donc à ceux qui le suivent un *esprit de paix*, un cœur sincère et éloigné de toute intelligence avec ceux qui le haïssent. *Quel accord*, leur dit-il par la bouche de saint Paul, *peut-il y avoir entre Jésus-Christ et Bélial? Quelle société entre le fidèle et l'infidèle? Quel rapport entre le temple de Dieu et les idoles? Quelle liaison entre les ténèbres et la lumière?* Comme le péché a rompu la paix entre Dieu et l'homme, *l'esprit de paix* qu'il demande à ceux qui veulent le suivre, est un esprit de piété qui s'éloigne de tout ce que Dieu hait, et qui embrasse tout ce qu'il aime. Car c'est par ce seul moyen qu'il *aura*, comme dit David, *un même cœur avec eux*. Que s'ils prétendent tromper Dieu en quelque sorte, en venant à lui avec un cœur double et un esprit dissimulé, ce sont eux-mêmes qui se trompent, et *Dieu est leur juge*. (Sacy.)

VERS. 22. — QUASI EXERCITUS DEI, tanquàm instructissimus et validissimus exercitus.

VERS. 23. — QUI VENERUNT AD DAVID, CUM ESSET IN HEBRON, post mortem Isbosethi, ad deferendum illi totius gentis imperium, 2 Reg. 5, 1.

VERS. 27. — JOIADA PRINCEPS DE STIRPE AARON. Summum sacerdotem non agebat; hanc enim sacram dignitatem apud Davidem tunc gerebat Abiathar; sed *Joiada* præerat militibus è stirpe Aaronis, et fortè etiam tribui Levi universæ; quî enim unica sacerdotum familia, quam miserè corrasit Saül, 1 Reg. 22, 17, 18, et cujus jam pars secesserat ad Davidem, præbere potuisset tria millia et septingentos, præter eos quos Sadoc duxit pariter ad Davidem, septem et viginti principes familiarum? Igitur Joiada eum principatum obtinebat in Levi, quem olim Eleazar sub Moyse, Num. 3, 32 : *Princeps principum Levitarum.*

VERS. 28. — SADOC PUER EGREGIÆ INDOLIS, Hebræus : *Sadoc adolescens et robustissimus*, vel fortissimus. Summum sacerdotium contulerat Saül Sadoco, sublato è vivis Achimelecho. Porrò Sadocum humanissimè David excepit, cui et dignitatem servavit suam, ut simul et semel duo essent summi totius gentis sacerdotes.

VERS. 29. — MAGNA PARS EORUM ADHUC SEQUEBATUR DOMUM SAUL. Etiam sublatis Abnero et Isbosetho, tribûs Benjamiticæ plerique inhæserunt obsequio familiæ Saülis; sed quem haberent ducem et regem, ignoramus : quin et difficultatis eâ in re inest aliquid; fert enim Hebræus : *Et usque adhuc multitudo eorum custodientes custodiam domûs Saül.* Syrus et Arabs putant, ad obitum usque Saülis manum illam, quæ Davidem convenit, custodias egisse domûs Saülis, ut milites essent illius corporis custodes. Reddi etiam potest textus propiùs Vulgatam : *Et usque adhuc* (usque ad mortem Isbosethi) *multitudo* Benjamitarum *obediebat domui Saülis.* Sed nihil est in Scripturâ quo persuadeamur post collatum Davidi regnum Hebrone, Benjamitas perseveràsse adhuc in obsequio domûs Saülis : illam penitùs abdicârunt, sublato Isbosetho.

VERS. 31. — EX DIMIDIA TRIBU MANASSE. Accipienda sunt hæc de dimidiâ tribu cisjordaninâ; de transjordaninâ enim reliquâ sermo est inferiùs, v. 37.

VERS. 32. — DE FILIIS ISSACHAR VIRI ERUDITI, QUI NOVERANT SINGULA TEMPORA AD PRÆCIPIENDUM

QUID FACERE DEBERET ISRAEL........ OMNIS AUTEM RELIQUA TRIBUS EORUM CONSILIUM SEQUEBATUR. Hebræus ad litteram : *Et de filiis Issachar scientes intelligentiam in temporibus* (vel doctissimi ætatis suæ) *ad sciendum quid faceret Israel..... et omnes fratres eorum super os eorum*, ut sententiam illorum acciperent ac sequerentur. Quânam potissimùm excellerent scientiâ filii Issachar, dissidium est sententiarum. Novisse illos discrimen temporum et tempestatum anni, ut aeris vices prædicerent, affirmant quidam; quam illi peritiam comparare potuerant ex agrestis vitæ professione (1) et perpetuâ observationum serie, cui diuturna experientia accedebat. Docemur id veterum testimonio (2) et docemur quotidianâ experientiâ, viros agrestes aeris vices meliùs nôsse quàm peritos astronomos (3). Malunt alii, inter quos Vatablus, gnaviter exercuisse sese filios Issachari politicâ, historiâ, jure gentium, et arte populos moderandi, ut in rebus majoris momenti perinde ac oracula consulerentur. In Esther 1, 13, viri à consiliis Assueri eodem nomine quo hic filii Issachari laudantur : *Scientes scientiam temporum*. Hebræi denique, apud Chald., et auctor Tradit. Hebr., in lib. Paralipomenon, dictum ita explicant : Viri erant periti in calculo temporum, ut assignarent certas dies festorum, quorum celebratio ex accurato calculo cursûs lunæ petebatur. Ambigo tamen plurimùm, utrùm veteres Hebræi tantâ sollicitudine eâ in re tenerentur, quantam persuadere conantur Rabbini, et utrùm annum ad lunæ cursum metirentur.

VERS. 33. — VENERUNT IN AUXILIUM, NON IN CORDE DUPLICI. Hebræus ad litteram : *Venerunt ad instruendam aciem non in corde et corde.* Perinde hæc valent ac illa quæ inferiùs, v. 38. In corde perfecto, vel integro. Venerunt simplici et sincero animo. (4)

VERS. 40. — ET QUI JUXTA EOS ERANT USQUE AD ISSACHAR. Non solæ tribus Juda, Benjamini et Simeonis, quæ viciniores erant Hebroni, sed et reliquæ omnes, etiam remotissimæ, ut

(1) Genes. 49, 14, 15: *Vidit requiem quòd esset bona, et supposuit humerum suum ad portandum.*

(2) Vide, si lubet, Virgil. Georgic. lib. 1.

(3) Tost., Sanct., Menoch., Tir., Cornel.

(4) VERS. 38. — *Enfin tout le reste du peuple conspirait aussi dans ce dessein, et ils voulaient tous l'avoir pour roi.* Il est étonnant par combien de divers degrés il a fallu, selon l'ordre de la divine providence, que David ait passé, avant qu'il fût reconnu roi par tout Israël. Après l'avoir fait sacrer du vivant même de Saül, il lui fait mener long-temps une vie errante et exposée tous les jours à mille dangers. Il le soutient cependant d'une manière toute divine au milieu de ses plus grandes persécutions, et lui inspire une douceur presque incroyable envers celui qui ne cherchait que sa mort. Le changement qui arrive ensuite dans l'état par la mort du roi Saül, ne change rien de la disposition de son cœur. Dieu le fait d'abord reconnaître roi à Hebron par la tribu de Juda. Il n'est point ému de ce qu'il est rejeté par la plus grande partie d'Israël, et de ce que les promesses du Seigneur tardaient tant à s'accomplir à son égard. Il attend avec une patience étonnante les moments de Dieu. Et c'est enfin pour récompenser cette humble attente d'un homme soumis si parfaitement à sa volonté, qu'il inspire à tous les peuples ce *cœur parfait*, avec lequel l'Écriture nous déclare qu'ils viennent tous le trouver et le reconnaître pour leur roi.

Telle a été la figure qui a précédé longtemps la vérité. Il a fallu, selon l'Écriture, que Jésus, fils de David, ait passé aussi par bien des degrés d'humiliations et de souffrances, avant que d'entrer dans sa gloire : *Oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam.* Combien d'oppositions eut-il à souffrir de la part des princes des Juifs, des Pharisiens, et des docteurs de la loi pendant le cours de la vie humble, pauvre et pénitente qu'il menait au milieu d'eux! Que si quelques-uns, figurés par ceux de la tribu de Juda, reconnurent ce divin David pour leur roi, après qu'il se fut assis sur son trône dans le ciel, combien d'autres demeurèrent encore opiniâtres à refuser de lui rendre leurs hommages comme à leur Dieu ? Et par combien de miracles a-t-il fallu que le Seigneur ait ébranlé les infidèles, figurés par toutes ces autres tribus obstinées, pour les amener enfin à leur Sauveur, et les faire entrer dans cette *unité de cœur* dont il est parlé ici, et qui est très-expressément marquée dans les Actes des Apôtres! Car c'est ce que l'Esprit-Saint a bien pu nous figurer dans ce grand dénombrement qu'il fait faire à l'écrivain canonique de toutes les troupes qui vinrent de chaque tribu avec *un seul cœur* et *un cœur parfait*, pour reconnaître et établir David roi sur tout Israël, puisque cette union et cette perfection des cœurs conviennent d'une manière toute singulière à la grâce de la loi nouvelle, qui exclut des vrais Chrétiens la *duplicité de cœur*, que l'Écriture nous déclare ne s'être point trouvée dans ceux qui vinrent alors offrir leurs services à David : *Venerunt in auxilium, non in corde duplici.*

Il est aussi remarquable que le soin qu'a eu l'écrivain sacré de dire, en parlant de tous ces détachements des différentes tribus, que c'étaient des *hommes très-forts et très-courageux, bien armés* et toujours *prêts à combattre*, pouvait tendre à nous faire concevoir aussi que ceux qui voudraient s'enrôler dans la milice toute sainte de Jésus-Christ, fils de David, *seraient de même* remplis de courage, et tout couverts *des armes de Dieu*, selon que parle saint Paul, pour combattre et pour repousser les puissances ennemies : *Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversùs insidias diaboli. Accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo.*

Issachari, Zabulonis, Aser, et Nephthali, contulerunt certatim sumptus necessarios, ut munera tribuerentur legatis qui à singulis tribubus missi convenerant Hebronem, ut Davidem universæ gentis regem agnoscerent.

Tels ont été les premiers Chrétiens et les saints martyrs, qui ont paru véritablement, selon l'expression littérale de l'Ecriture, comme l'armée de Dieu : *Quasi exercitus Dei.* Dieu ne reçoit point dans son armée ou au moins il ne reconnaît point pour ses vrais soldats ceux qui sont lâches et timides dans son service; ceux dont *le cœur étant double*, n'est point *parfait*, ni établi dans *l'unité* de son Esprit et de son amour, pour le reconnaître uniquement en qualité de *leur roi* et de leur Dieu. C'est ainsi qu'il nous est permis, selon l'excellente réflexion de saint Augustin, de chercher dans ces anciennes figures des livres sacrés les saintes délices des verités salutaires qu'elles renferment, puisque les joies toutes spirituelles que l'on goûte dans la recherche et l'intelligence de ces vérités figurées dans les histoires de l'ancienne loi sont plus solides sans comparaison que celles que cherchent les gens du siècle dans l'or et l'argent, dans la bonne chère et dans tous les vains divertissements du monde : *Et hæc gaudia spiritalia unde erant adhuc ambulantibus super terram, nisi ex divinis eloquiis, ex verbo Dei, ex parabolâ aliquâ Scripturarum scrutatâ et investigatâ, ex dulcedine inventionis, quam præcessit labor inquisitionis?* (Sacy.)

CAPUT XIII.

1. Iniit autem consilium David cum tribunis, et centurionibus, et universis principibus,

2. Et ait ad omnem cœtum Israel : Si placet vobis, et à Domino Deo nostro egreditur sermo, quem loquor : mittamus ad fratres nostros reliquos in universas regiones Israel, et ad sacerdotes, et Levitas, qui habitant in suburbanis urbium, ut congregentur ad nos,

3. Et reducamus arcam Dei nostri ad nos : non enim requisivimus eam in diebus Saül.

4. Et respondit universa multitudo ut ita fieret : placuerat enim sermo omni populo.

5. Congregavit ergo David cunctum Israel, à Sihor Ægypti, usquedùm ingrediaris Emath, ut adduceret arcam Dei de Cariathiarim.

6. Et ascendit David, et omnis vir Israel ad collem Cariathiarim, qui est in Juda, ut afferret inde arcam Domini Dei sedentis super Cherubim, ubi invocatum est nomen ejus.

7. Imposueruntque arcam Dei super plaustrum novum, de domo Abinadab : Oza autem, et frater ejus, minabant plaustrum.

8. Porrò David, et universus Israel, ludebant coram Deo omni virtute in canticis, et in citharis, et psalteriis, et tympanis, et cymbalis, et tubis.

9. Cùm autem pervenissent ad aream Chidom, tetendit Oza manum suam ut sustentaret arcam; bos quippe lasciviens paululùm inclinaverat eam.

CHAPITRE XIII.

1. Cependant David tint conseil avec les tribuns, les centeniers et tous les chefs

2. Et il dit à toute l'assemblée d'Israël : Si vous êtes de l'avis que je vais vous proposer, et qu'il vienne du Seigneur notre Dieu, envoyons à nos autres frères dans tout le pays d'Israël, aux prêtres et aux lévites qui demeurent dans les faubourgs des villes, afin qu'ils s'assemblent près de nous,

3. Et que nous ramenions l'arche de notre Dieu chez nous, parce que nous ne l'avons point recherchée pendant le règne de Saül.

4. Toute l'assemblée répondit qu'il fût fait ainsi; car cette proposition avait fort plu à tout le peuple.

5. David fit donc assembler tout Israël, depuis *le fleuve* Sihor d'Egypte jusqu'à l'entrée d'Emath, afin qu'il ramenât l'arche de Cariathiarim *à Jérusalem.*

6. Et David, suivi de tout Israël, monta la colline de Cariathiarim, qui est dans *la tribu de* Juda, pour en apporter l'arche du Seigneur Dieu assis sur les Chérubins, où l'on invoque son nom.

7. On mit donc l'arche de Dieu sur un chariot neuf, pour l'amener de la maison d'Abinadab. Oza et son frère, *fils d'Abinadab,* conduisaient ce chariot.

8. Or David et tout Israël témoignaient leur joie devant l'arche, en chantant de toute leur force des cantiques, et jouant de la harpe, de la lyre, du tambour, *du fifre,* des cymbales et des trompettes.

9. Mais lorsqu'on fut arrivé près de l'aire de Chidon, Oza, qui vit qu'un des bœufs avait fait

10. Iratus est itaque Dominus contra Ozam, et percussit eum, eò quòd tetigisset arcam : et mortuus est ibi coram Domino.

11. Contristatusque est David, eò quòd divisisset Dominus Ozam : vocavitque locum illum : Divisio Ozæ, usque in præsentem diem.

12. Et timuit Deum tunc temporis, dicens : Quomodò possum ad me introducere arcam Dei?

13. Et ob hanc causam non adduxit eam ad se, hoc est, in Civitatem David, sed avertit in domum Obededom Gethæi.

14. Mansit ergo arca Dei in domo Obededom tribus mensibus : et benedixit Dominus domui ejus, et omnibus quæ habebat.

un peu pencher l'arche en regimbant, étendit la main pour la soutenir.

10. Alors le Seigneur, irrité contre Oza, le frappa, pour avoir touché l'arche, et il tomba mort devant le Seigneur, *à côté de l'arche.*

11. David fut affligé de ce que le Seigneur avait frappé Oza, et il appela ce lieu la Mort-d'Oza, *comme on le nomme* encore aujourd'hui.

12. Il eut donc alors une grande crainte du Seigneur, et il dit : Comment pourrai-je faire venir l'arche de Dieu chez moi?

13. C'est la raison pour laquelle il ne voulut point la faire venir chez lui, c'est-à-dire dans la Ville-de-David ; mais il la fit détourner en la maison d'Obédédom de Geth.

14. L'arche de Dieu demeura donc dans la maison d'Obédédom pendant trois mois, et le Seigneur bénit *Obédédom* et sa maison, et tout ce qui lui appartenait.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Iniit autem consilium David cum tribunis..., et ait ad omnem coetum Israel. Commendavit David regni sui exordia, captâ Hierosolymâ, aliisque victoriis adversùs Philisthæos relatis. Tum legationem regis Tyri excepit, et cùm regnum habere se jam quietum et firmum intelligeret, inter præcipuas curas hanc habuit potissimam, ut religionis res per totum imperium promoveret. Id autem aggressus est eâ prudentiâ quæ omnium fermè à se gestarum rerum ornamentum fuit et monumentum. Re deliberatâ cum amplissimis imperii sui præfectis, in cœtu solemni totius populi susceptum à se consilium pro concione exposuit. Cùm de religione agitur, nihil innovandum, nihil mutandum est, nisi ex consensu et comprobatione totius Ecclesiæ (1). Ipse pariter Deus nonnisi consentientibus Israelitis legem imperavit. Nulla religio, ubi nulla libertas est. Religio libertatem exigit non in se modò, sed in rebus pariter, quibus illa exercetur. Si fas est aliquando uti vi, in eos tantùm licet, qui spontè inductam obligationem aliquam non implent.

Vers. 2. — Si placet vobis, et a Domino egreditur sermo (2). Hebræus : *Si bonum est vobiscum, et à Domino Deo nostro.* Si quod expono, probatis, et consilium mihi à Domino

(1) Vide ne hoc sit quod damnavit Alexander Octavus ; non enim solummodò quæ consensus Ecclesiæ, sed etiam quæ pontifex maximus ex cathedrâ docet, induci in Ecclesiam et possunt et debent. Cautè etiam intellige, quod hìc subditur de rebus quibus religio exercetur.

(2) *Si vous êtes de cet avis, et si ce que j'ai à vous proposer vient du Seigneur notre Dieu, envoyons à nos autres frères dans tout le pays d'Israël,* etc. La piété et l'humilité de David éclatent également dans la proposition qu'il fait ici aux principaux d'Israël. Dieu venait de l'établir roi sur tout son peuple, et il en veut aussitôt témoigner à Dieu sa reconnaissance. Depuis que l'arche du Seigneur avait été prise par les Philistins, et qu'ils l'eurent renvoyée aux Israélites, elle était demeurée dans la maison d'Abinadab à Gabaa, que l'on croit avoir été une colline de la ville de Cariathiarim. Saül, qui avait été élevé à la royauté, et que son orgueil rendit digne d'être abandonné de Dieu, ne s'était guère mis en peine de lui rendre ce qu'il lui devait, et de songer à placer son arche en un lieu qui lui fût plus convenable. C'est ce qu'il semble que David veut marquer ici, lorsqu'il dit à cette assemblée des grands d'Israël : *Nous ne nous sommes point mis en peine de rechercher,* ou d'honorer *l'arche du Seigneur pendant le règne de Saül.* Il s'en accuse lui-même, comme s'il en avait été coupable, quoique la haine que Saül avait conçue contre lui, l'eût mis tout-à-fait dans l'impuissance d'y songer. Mais c'est la coutume des âmes saintes de se confondre avec les pécheurs et de s'attribuer la faute des autres, pour fléchir plus facilement la divine justice par l'humilité de leur cœur. Il songe donc de bonne heure à réparer par sa piété la négligence du roi Saül, et à reconnaître en même temps toutes les faveurs de Dieu à son égard.

Mais il craint de se conduire dans cette affaire importante par sa lumière. C'est pourquoi, sans considérer qu'il était roi, il consulte tous les grands de son état; il leur propose sa pensée avec une humilité aussi capable de les édifier que sa piété, et il veut absolument ne rien faire qu'avec le consentement de tout Israël, qu'il semble ici regarder comme une marque de la volonté de Dieu qu'il devait suivre : *Si vous l'agréez,* leur dit-

inspiratum est, id capiam argumenti de dictato mihi cœlitùs hoc consilio, si à vobis probetur.

MITTAMUS AD FRATRES NOSTROS RELIQUOS, ET AD SACERDOTES ET LEVITAS, QUI HABITANT IN SUBURBANIS URBIUM. Primus ille cœtus, cui David exposuit consilium suum reducendæ Hierosolymam arcæ, ex universo populo collectus non erat, nec frequens pro voto, ut majori pompâ et solemnitate translationem hanc celebraret; insuper tempore opus erat, ut omnia ad rem necessaria præpararentur. Proposuit igitur, ut mitterentur undique per regionem, qui populum de rebus in eo consessu decretis monerent, vocarentque omnes qui domi remanserant, præsertim sacerdotes, qui in destinatis sibi urbibus commorabantur. In Hebræo legitur mansisse illos *in urbibus suburbanorum suorum*, in urbibus et in suburbiis sibi traditis cum agro mille cubitorum circùm, quem illis assignavit Josue, ad normam jussionis Mosaicæ, Num. 35, 3 et seq.

VERS. 3. — NON ENIM REQUISIVIMUS EAM IN DIEBUS SAUL, id est, pro dignitate illam non coluimus. Nec tempus, nec facultas, neque etiam fortè cogitatio fuit illam collocandi in loco tutiori et commodiori quàm Cariathiarim, toto eo tempore quo Saül regnavit. Hucusque id neglectum est; quam tamen segnitiem ne imitemur, sedulò nobis cavendum est.

VERS. 5. — A SIHOR ÆGYPTI USQUE DUM INGREDIARIS EMATH (1). A Nilo usque ad fauces è Palæstinâ Emesam Syriæ deducentes. *Sihor*, vel *Sichor*, id est, *fluvius turbidus*, est Nilus, ut alibi à nobis demonstratum est. (Vid. Jos. 13, 3.)

VERS. 6. — ASCENDIT AD COLLEM CARIATHIARIM, QUI EST IN JUDA, UT AFFERRET INDE ARCAM DOMINI. In Hebræo est: *Ascendit Bahalath*, Josue 15, 9, 60, quod idem est ac *Baalim*, 2 Reg. 6, 2, nomen huic urbi non semel traditum. (Vide dicta in libros Regum.)

VERS. 7. — OZA AUTEM ET FRATER EJUS (1) MINABANT PLAUSTRUM. Vertunt Pagninus, Jun., Tremell. et Tigur.: עזא ואחיו, *Oza et Ahio minabant plaustrum*. Septuaginta, Syrus et Arabs: *Oza, et fratres ejus*, etc.

VERS. 8. — LUDEBANT CORAM DEO OMNI VIRTUTE. Maximas gaudii significationes pro viribus dabant, choreas ducentes, voce et instrumentis canentes coram arcâ.

VERS. 9. — AD AREAM CHIDON. In secundo Regum 9, 6: *Ad aream Nachon*. In Septuaginta neque Chidon, neque Nachon hìc legitur. Syriacus et Arabs: *Ad aream Ramim*, vel *Remim*.

BOS QUIPPE LASCIVIENS PAULULUM INCLINAVERAT EAM. Vertunt quidam Hebræum: *Boves jamjam casuri erant*; vel, *luto inhæserant*. Septuaginta: Ὅτι ἐξέκλινεν αὐτὴν ὁ μόσχος. (Vide dicta in libris Regum.)

VERS. 11. — EO QUOD DIVISISSET DOMINUS OZAM. Hebræus: *Quoniam divisit Dominus divisionem in Ozâ*. Eò quòd Dominus evulsisset animam Ozæ à corpore ejus; vel potiùs, eò quòd Dominus divisionis aliquid et terroris intulisset in domum Ozæ. Hebræum *dividere* usurpatur sæpè pro interficere, neci tradere, phrasi ex eo petitâ, quod in violentis mortibus accidit, cùm scilicet membra corporis alterum ab altero evelluntur; seu ex amne, qui aggeres suos frangit, seu ab exercitu, qui irrumpit in hostilem. Ita Agag rex Amalecitarum sese propè moriturum intelligens, clamabat: *Siccine separat amara mors?* 1 Reg. 15, 32. Quid peccaverit Oza, varia est variorum sententia. (Vide 2 Reg. 6, 7.)

il, *et si la proposition que je vais vous faire vient du Seigneur notre Dieu*. Exemple admirable de modestie et de sagesse dans un souverain qui n'a en vue que de s'unir à ses peuples dans le service qu'il désire rendre à Dieu, et qui ne veut exécuter un dessein, quoiqu'il tende uniquement à la piété, s'il n'est assuré par une approbation générale que Dieu le demande! (Sacy.)

(1) *David fit donc assembler tout Israël*. Quoique le conseil que David tint sur ce sujet, et l'exécution de ce qui fut résolu par toute cette assemblée, se suivent immédiatement en ce lieu, il se passa néanmoins du temps entre-deux, et il arriva même dans cet entre-temps diverses choses assez remarquables, qui sont rapportées en leur rang dans le second livre des Rois. Ainsi il faut supposer que ces personnes que David avait consultées, s'en retournèrent chez elles, et qu'il fut besoin de prendre du temps pour *envoyer*, selon qu'il est dit ici, dans les provinces, avertir *tous les autres Israélites* de *s'assembler*, et pour prendre toutes les mesures nécessaires pour l'exécution du dessein du roi, qui était d'aller solennellement avec tout le peuple transporter l'arche du Seigneur de Cariathiarim à Jérusalem. Ce fut donc pendant ce temps que ce qui est dit d'Hiram dans la suite arriva; que David fit toutes les nouvelles alliances dont parlera l'Ecriture, et qu'il combattit et vainquit les Philistins, qui, sur le bruit qu'ils apprirent qu'il avait été sacré roi de tout Israël, vinrent l'attaquer avec toutes leurs troupes. Et c'est aussi pour cette raison, comme on l'a dit, que tous ces événements sont rapportés avant le retour de l'arche dans le second livre des Rois. (Sacy.)

(1) 2 Reg. 6, 3, habetur: *Oza et Ahio*, sed *Ahio* Hebr. idem est quod *frater ejus*, verèque hìc *Ahio* erat frater Ozæ; uterque enim erat filius Abinadab, ut ibi dicitur. (Corn. à Lap.)

CAPUT XIV.

1. Misit quoque Hiram rex Tyri nuntios ad David, et ligna cedrina, et artifices parietum, lignorumque, ut ædificarent ei domum.

2. Cognovitque David quòd confirmâsset eum Dominus in regem super Israel, et sublevatum esset regnum suum super populum ejus Israel.

3. Accepit quoque David alias uxores in Jerusalem, genuitque filios et filias.

4. Et hæc nomina eorum qui nati sunt ei in Jerusalem : Samua, et Sobad, Nathan, et Salomon,

5. Jebahar, et Elisua, et Eliphalet,

6. Noga quoque, et Napheg, et Japhia,

7. Elisama, et Baaliada, et Eliphalet.

8. Audientes autem Philisthiim eò quòd unctus esset David in regem super universum Israel, ascenderunt omnes ut quærerent eum : quod cùm audîsset David, egressus est obviàm eis.

9. Porrò Philisthiim venientes, diffusi sunt in valle Raphaim.

10. Consuluitque David Dominum, dicens : Si ascendam ad Philisthæos, et si trades eos in manu meâ? Et dixit ei Dominus : Ascende, et tradam eos in manu tuâ.

11. Cùmque illi ascendissent in Baalpharasim, percussit eos ibi David, et dixit : Divisit Deus inimicos meos per manum meam, sicut dividuntur aquæ : et idcircò vocatum est nomen illius loci Baalpharasim.

12. Dereliqueruntque ibi deos suos, quos David jussit exuri.

13. Aliâ etiam vice Philisthiim irruerunt, et diffusi sunt in valle.

14. Consuluitque rursùm David Deum, et dixit ei Deus : Non ascendas post eos, recede ab eis, et venies contra illos ex adverso pyrorum.

15. Cùmque audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc egredieris ad bellum. Egressus est enim Deus ante te, ut percutiat castra Philisthiim.

16. Fecit ergo David sicut præceperat ei Deus, et percussit castra Philisthinorum, de Gabaon usque Gazera.

CHAPITRE XIV.

1. Hiram, roi de Tyr, envoya aussi des ambassadeurs à David, et du bois de cèdre, des maçons et des charpentiers, pour lui bâtir une maison.

2. Et David reconnut que Dieu l'avait confirmé roi sur Israël, et qu'il l'avait élevé en autorité sur son peuple d'Israël;

3. Et il épousa encore à Jérusalem d'autres femmes, dont il eut des fils et des filles.

4. Voici les noms des enfants qu'il eut à Jérusalem : Samua, Sobad, Nathan et Salomon,

5. Jébahar, Elisua et Eliphalet,

6. Noga, Napheg et Japhia,

7. Elisama, Baaliada et Eliphalet.

8. Or, *quelque temps auparavant*, les Philistins ayant appris que David avait été sacré roi sur tout Israël, se rassemblèrent tous pour venir l'attaquer; ce que David ayant su, il marcha au-devant d'eux *jusqu'à la caverne d'Odollam, où il se renferma.*

9. Cependant les Philistins s'avançant, se répandirent dans la vallée de Raphaïm.

10. David consulta alors le Seigneur, en lui disant : Irai-je contre les Philistins, et me les livrerez-vous entre les mains? Et le Seigneur lui dit : Allez, et je les livrerai entre vos mains.

11. Les ennemis étant donc venus à Baalpharasim, David les défit, et il dit : Le Seigneur a dissipé mes ennemis par ma main, comme se dissipent les eaux. Et c'est pour cette raison que ce lieu fut appelé Baalpharasim.

12. Et les Philistins ayant laissé là leurs dieux, David ordonna de les brûler.

13. Mais les Philisthins revinrent encore une autre fois pour l'attaquer, et se répandirent dans la *même* vallée.

14. David consulta donc Dieu de nouveau, et Dieu lui dit : N'allez pas directement les attaquer; éloignez-vous d'eux plutôt, et vous vous tournerez contre eux quand vous serez vis-à-vis des poiriers.

15. Et dès que vous entendrez au haut de ces poiriers comme le bruit de quelqu'un qui marche, vous avancerez pour combattre; car *alors* le Seigneur aura commencé de marcher devant vous pour défaire l'armée des Philistins.

16. David fit donc ce que Dieu lui avait commandé, et il battit les Philistins depuis Gabaon jusqu'à Gazéra.

17. Divulgatumque est nomen David in universis regionibus, et Dominus dedit pavorem ejus super omnes gentes.

17. Ainsi la réputation de David se répandit parmi tous les peuples, et le Seigneur rendit son nom redoutable à toutes les nations.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Misit Hiram rex Tyri nuntios ad David. Acta sunt hæc, uti et bella Philisthæorum de quibus inferiùs, ante translationem arcæ è Cariathiarim Hierosolymam.

Artifices parietum, *cæmentarios.* In textu parallelo Regum legitur : *Artifices lapidum parietis,* sectores lapidum, et artifices, qui opere cæmentarii sectos lapides adhibent.

Vers. 2. — Et sublevatum esset regnum suum super populum ejus (1). Hebræus et Septuaginta : *Quòd elevatum esset desuper regnum ejus propter populum suum.* Docere vult Deus, reges à se elevari commodo populorum ; et si quid valent viribus, id illis collatum esse in usum populi : intelligant denique, minùs sibi quàm subjectis sibi gentibus regnare. Aptissimum est autem hoc ut deprimatur fastus potentium, qui omnia in suum commodum esse volunt, et unicum habent propositum commodum suum et superbiam.

Vers. 5. — Eliphalet et Noga desunt in secundo Regum 5, 15.

Vers. 7. — Baaliada idem facilè ac Elioda, 2 Regum v. 16. (1)

(1) Cognovitque David quod confirmasset eum Dominus in regem Israel, ex eo quòd videret omnes Israelitas ultrò et communi consensu eum in regem acceptâsse, seque illi subjecisse, ac suam opem et operam ei liberaliter obtulisse ; Hiram quoque et vicinos reges, se ut regem Israel honorare, amare et timere.
(Corn. à Lap.)

Et David reconnut que le Seigneur l'avait confirmé roi sur Israël, et qu'il l'avait élevé en autorité sur son peuple. Hiram, roi de Tyr, envoie des embassadeurs à David, pour faire alliance avec lui, et des bois de cèdre avec toutes sortes d'ouvriers pour lui bâtir un palais. Et l'Ecriture ajoute aussitôt que *David reconnut que le Seigneur l'avait confirmé roi sur Israël,* etc. Les interprètes disent qu'il le reconnut par l'honneur même que les rois voisins lui rendaient, et par le consentement unanime de tout le peuple à le reconnaître pour son roi. Mais disons de plus que tous ces honneurs qu'il recevait ne purent point élever son cœur, et qu'alors même *il reconnut,* par le sentiment d'une gratitude proportionnée aux grâces qu'il avait reçues, que ce n'était ni son esprit, ni sa force, ni sa sagesse, qui l'avait placé en ce haut rang où il se voyait, mais que c'était Dieu véritablement qui l'avait fait roi d'Israël, et affermi sur le trône. Il y avait très-long-temps qu'il lui avait fait recevoir par Samuël l'onction royale, sous le règne de Saül, et depuis la mort de Saül, il l'avait fait reconnaître roi par la tribu de Juda. Mais lorsque tout Israël se fut déclaré en sa faveur, et que les princes voisins lui envoyaient leurs ambassadeurs, il sentit véritablement que la main de Dieu avait agi pour *l'élever en autorité sur son peuple,* et il *reconnut que le Seigneur l'avait affermi* sur le trône d'Israël, non comme Saül, qu'il en avait rejeté dès le commencement, mais comme celui à qui il avait promis qu'il serait le pasteur et le prince de son peuple : *Tibi dixit Dominus Deus tuus: Tu pasces populum meum Israel, et tu eris princeps super eum.* (Sacy.)

(1) Vers. 8. — *Or, les Philistins ayant appris que David avait été sacré roi sur tout Israël, s'assemblèrent pour le venir attaquer,* etc. Nous avons vu dans le premier livre des Rois que David était devenu la terreur des Philistins, depuis qu'il eut terrassé ce géant fameux, nommé Goliath, dont la vue et les menaces avaient effrayé tout Israël, et qu'en effet, lorsqu'il se fut retiré chez Achis, roi de Geth, pour éviter la fureur du roi Saül, les princes des Philistins ne voulurent point souffrir qu'il se trouvât avec eux dans la dernière bataille où Saül périt, disant à Achis : *N'est-ce pas là ce David, à qui ceux qui dansaient disaient dans leurs chants de réjouissance : Saül en a tué mille, et David dix mille?* Il ne faut donc pas s'étonner si *lorsqu'ils apprirent qu'il avait été sacré roi sur tout Israël,* ils se hâtèrent de lui déclarer la guerre. La haine qu'ils lui portaient comme à l'un de leurs plus grands ennemis, et les grandes espérances qu'ils avaient conçues par la défaite et la consternation des Israélites, et par la mort de Saül et de ses enfants, les firent marcher avec ardeur, pour combattre ce nouveau roi et son peuple, qu'ils avaient déjà vaincu. Mais ces infidèles raisonnaient bien vainement, et s'égaraient tout-à-fait dans les pensées qu'ils avaient sur ce sujet. David était à la vérité le successeur de Saül, qui avait péri dans le combat, et Israël était ce peuple qu'ils avaient défait, et dont ils avaient taillé en pièces un fort grand nombre. Mais ce David même était celui qui *ayant marché au nom du Seigneur des armées,* avait coupé autrefois la tête, étant encore fort jeune, au plus fort d'entre eux, et mis en fuite toutes leurs troupes; et Israël était le peuple de Dieu, qu'il avait toujours protégé, tant qu'il l'avait invoqué et regardé comme son seigneur. Ainsi David ayant mis sa confiance en Dieu, qui venait de le placer sur le trône malgré tous ses ennemis, et prenant de lui ses ordres comme de son souverain de qui il voulait dépendre absolument, tailla en pièces par deux fois les Philistins avec une facilité étonnante, ce qui répandit sa terreur partout, *le Seigneur ayant rendu,* comme le dit l'Ecriture, son nom *redoutable à toutes les nations.*

Rien ne nous rend donc plus formidables à nos ennemis, que la dépendance dans laquelle nous vivons à l'égard de Dieu. Quelque affermi que l'on soit à l'exemple de David, il ne faut pas s'assurer, comme si l'on n'avait plus d'ennemis à craindre. Il reste toujours des Philistins et des ennemis de notre salut, préparés pour nous attaquer. Mais ces ennemis ne sont redoutables qu'à ceux qui ne suivent pas la

VERS. 11. — BAALPHARASIM sonat *Deum*, vel Dominum *divisionum*. Porrò appellationis hujus causam affert David : *Divisit Deus inimicos meos per manum meam, sicut dividuntur aquæ* in agro effusæ, quæ æstu solis dissipantur.

VERS. 12. — DERELIQUERUNT IBI DEOS SUOS, QUOS DAVID JUSSIT EXURI. Ex lege Deuteronomii 7, 25 : *Sculptilia eorum igne combures: non concupisces argentum et aurum, de quibus facta sunt, neque assumes ex eis tibi quidquam*, etc. Idola hæc lignea erant, plerùmque argenteis vel aureis laminis induta. Exhibentur hìc Philisthæi, deos suos secum deferentes in bellum, uti Hebræi sæpè arcam Domini habebant in castris. Veteres Græci in obsidione Trojæ deos suos secum ferebant in navibus; custodes etiam reipublicæ dii in signis Romanorum picti, in conspicuo castrorum loco, velut in destinato sibi templo, constituebantur.

VERS. 14. — RECEDE AB EIS, ET VENIES CONTRA ILLOS EX ADVERSO PYRORUM (1). Hebræus : *Non ascendes post eos: circumda desuper eos, et venies ad eos ex adverso pyrorum*, vel *mororum*. Vide quæ à nobis animadversa sunt in 2 Reg. 5, 23.

VERS. 15.—CUM AUDIERIS SONITUM GRADIENTIS IN CACUMINE PYRORUM; cùm audieris in cacumine pyrorum sonitum tanquàm gradientis, seu potiùs : Cùm audieris è cacumine, ubi hæ pyri surgunt, ceu sonitum turbæ procedentis, et te pariter procedere jubeo. Agmen erat invisibile, quod Deus mittebat in Davidis præsidium. (Vid. Joseph., Theodoret., Est., Vat.)

VERS. 16. — DE GABAON USQUE GAZERA. Legitur in secundo Regum 5, 25 : *De Gabaâ usquedùm venias Gezer*. Gabaon et Gabaa satis proximæ urbes erant in tribu Benjamini. Gezer jacebat propè Azotum, in regione Philisthæorum. Itaque David omnem regionem Juda et Benjamini hostibus hisce purgavit.

conduite de ce saint roi, et qui prétendent pouvoir les vaincre sans consulter la volonté de celui qu'il regardait comme l'auteur principal de ses victoires. Ainsi qu'on ne s'imagine pas, comme le croient les gens du monde, que la vraie dévotion rende les hommes timides, puisqu'elle en fait, au contraire, comme des lions, en les soumettant à Dieu, et les élevant en même temps au-dessus des autres hommes.

Ce roi, si soumis à Dieu, qu'il consultait en toutes rencontres, et en même temps si formidable à ses ennemis, en est un exemple que les grands du siècle sont forcés de respecter, et que les petits doivent regarder comme un vrai sujet de consolation pour eux. (Sacy.)

(1) VENIESQUE CONTRA EOS (non directè, sed castra eorum circumeundo, à tergo scilicet) EX ADVERSO PYRORUM. Cur hoc? Respondent Hebræi apud S. Hieronymum, Angelomus et Historia Scholastica, eò quòd ibi Philisthæi collocâssent sua idola, ideòque putarent eum locum esse tutissimum et munitissimum; Deus ergo, ut ostenderet idola nihil esse, et nihil posse, jubet Davidem ex eâ parte quasi infirmissimâ et expugnatu facillimâ, castra hostium invadere, promittens ei certam tam de idolis quàm de idololatris victoriam.

(Corn. à Lap.)

CAPUT XV.

1. Fecit quoque sibi domos in Civitate David : et ædificavit locum arcæ Dei, tetenditque ei tabernaculum.

2. Tunc dixit David : Illicitum est ut à quocumque portetur arca Dei, nisi à Levitis quos elegit Dominus ad portandum eam, et ad ministrandum sibi usque in æternum.

3. Congregavitque universum Israel in Jerusalem, ut afferretur arca Dei in locum suum, quem præparaverat ei :

4. Necnon et filios Aaron, et Levitas.

5. De filiis Caath, Uriel princeps fuit, et fratres ejus centum viginti.

6. De filiis Merari, Asaia princeps, et fratres ejus ducenti viginti.

7. De filiis Gersom, Joel princeps, et fratres ejus centum triginta.

8. De filiis Elisaphan, Semeias princeps, et fratres ejus ducenti.

CHAPITRE XV.

1. Il se bâtit aussi des maisons dans la Ville-de-David, et prépara un lieu pour y placer l'arche du Seigneur, et lui dressa un tabernacle.

2. Alors David dit : Il n'est permis à personne de porter l'arche de Dieu, sinon aux Lévites que le Seigneur a choisis pour la porter, et pour les rendre ses ministres à jamais.

3. Et il assembla tout Israël à Jérusalem, afin de faire apporter l'arche de Dieu au lieu qu'il lui avait préparé.

4. Comme aussi les enfants d'Aaron et les lévites, *savoir:*

5. Uriel, *qui* était chef des descendants de Caath, et cent vingt de ses frères;

6. Asaïa, *qui* était chef des descendants de Mérari, et deux cent vingt de ses frères;

7. Joël, *qui* était chef des descendants de Gersom, et cent trente de ses frères;

8. Séméias, *qui* était chef des descendants d'Elisaphan, et deux cents de ses frères;

9. De filiis Hebron, Eliel princeps, et fratres ejus octoginta.

10. De filiis Oziel, Aminadab princeps, et fratres ejus centum duodecim.

11. Vocavitque David Sadoc et Abiathar sacerdotes et levitas, Uriel, Asaiam, Joel, Semeiam, Eliel et Aminadab :

12. Et dixit ad eos : Vos qui estis principes familiarum leviticarum, sanctificamini cum fratribus vestris, et afferte arcam Domini Dei Israel, ad locum qui ei præparatus est :

13. Ne ut à principio, quia non eratis præsentes, percussit nos Dominus, sic et nunc fiat, illicitum quid nobis agentibus.

14. Sanctificati sunt ergo sacerdotes et Levitæ, ut portarent arcam Domini Dei Israel.

15. Et tulerunt filii Levi arcam Dei, sicut præceperat Moyses juxta verbum Domini, humeris suis, in vectibus.

16. Dixitque David principibus Levitarum ut constituerent de fratribus suis cantores in organis musicorum, nablis videlicet, et lyris, et cymbalis, ut resonaret in excelsis sonitus lætitiæ.

17. Constitueruntque Levitas : Heman filium Joel, et de fratribus ejus, Asaph filium Barachiæ : de filiis verò Merari, fratribus eorum, Ethan filium Casaiæ,

18. Et cum eis fratres eorum ; in secundo ordine Zachariam, et Ben, et Jaziel, et Semiramoth, et Jahiel, et Ani, Eliab, et Banaiam, et Maasiam, et Mathathiam, et Eliphalu, et Maceniam, et Obededom, et Jehiel, janitores.

19. Porrò cantores, Heman, Asaph, et Ethan, in cymbalis æneis concrepantes.

20. Zacharias autem, et Oziel, et Semiramoth, et Jahiel, et Ani, et Eliab, et Maasias, et Banaias, in nablis arcana cantabant.

21. Porrò Mathathias, et Eliphalu, et Macenias, et Obededom, et Jehiel, et Ozaziu, in citharis pro octavâ canebant epinicion.

22. Chonenias autem princeps Levitarum, prophetiæ præerat, ad præcinendam melodiam : erat quippe valdè sapiens.

9. Eliel, *qui* était chef des descendants d'Hébron, et quatre vingts de ses frères ;

10. Aminadab, *qui* était chef des descendants d'Oziel, et cent douze de ses frères.

11. David appela donc Sadoc et Abiathar, prêtres, avec les lévites Uriel, Asaïa, Joël, Séméia, Eliel et Aminadab ;

12. Et il leur dit : Vous qui êtes les chefs des familles de Lévi, purifiez-vous avec vos frères, et portez l'arche du Seigneur Dieu d'Israël au lieu qui lui a été préparé,

13. De peur que comme le Seigneur nous frappa d'abord, parce que vous n'étiez pas présents, il ne nous arrive le même malheur si nous faisons quelque chose de contraire à ses lois.

14. Les prêtres se purifièrent donc avec les Lévites, pour porter l'arche du Seigneur Dieu d'Israël.

15. Et les enfants de Lévi portèrent l'arche de Dieu sur leurs épaules avec des bâtons, selon l'ordre que Moïse en avait donné d'après la parole du Seigneur.

16. David dit aussi aux chefs des Lévites d'établir quelques-uns de leurs frères pour chantres et pour jouer de toutes sortes d'instruments de musique, comme de la lyre, de la guitare, des cymbales, afin de faire retentir bien haut le bruit de leur joie.

17. Ils choisirent donc plusieurs Lévites, *savoir :* Héman, fils de Joël, et entre ses frères, Asaph, fils de Barachias ; et entre les fils de Mérari leurs frères, Ethan, fils de Casaïa,

18. Et leurs frères avec eux ; et au second rang, Zacharie, Ben, Jaziel, Sémiramoth, Jahiel, Ani, Eliab, Banaïas, Maasia, Mathathias, Eliphalu, Macénias, Obédédom et Jéhiel, qui étaient portiers.

19. Or, les chantres Héman, Asaph et Ethan, jouaient des cymbales d'airain.

20. Mais Zacharie, Oziel, Sémiramoth, Jahiel, Ani, Eliab, Maasias et Banaïas, chantaient sur le nable des airs mystérieux.

21. Mathathias, Eliphalu, Macénias, Obédédom, Jéhiel et Ozaziu, chantaient des chants de triomphe sur des guitares à huit cordes.

22. Chonénias, chef des Lévites, présidait à la musique, pour commencer le premier cette symphonie, parce qu'il était très-habile.

23. Et Barachias, et Elcana janitores arcæ.

24. Porrò Sebenias, et Josaphat, et Nathanael, et Amasai, et Zacharias, et Banaias, et Eliezer, sacerdotes, clangebant tubis coram arcâ Dei : et Obededom, et Jehias, erant janitores arcæ.

25. Igitur David, et omnes majores natu Israel et tribuni, ierunt ad deportandam arcam fœderis Domini de domo Obededom, cum lætitiâ.

26. Cùmque adjuvisset Deus Levitas, qui portabant arcam fœderis Domini, immolabantur septem tauri, et septem arietes.

27. Porrò David erat indutus stolâ byssinâ, et universi Levitæ qui portabant arcam, cantoresque et Chonenias princeps prophetiæ inter cantores : David autem etiam indutus erat ephod lineo.

28. Universusque Israel deducebant arcam fœderis Domini in jubilo, et sonitu buccinæ, et tubis, et cymbalis, et nablis, et citharis concrepantes.

29. Cùmque pervenisset arca fœderis Domini usque ad civitatem David, Michol filia Saül prospiciens per fenestram, vidit regem David saltantem atque ludentem, et despexit eum in corde suo.

23. Barachias et Elcana faisaient la fonction d'huissiers à l'égard de l'arche.

24. Sébénias, Josaphat, Nathanaël, Amasaï, Zacharie, Banaïas et Eliézer, qui étaient prêtres, sonnaient de la trompette devant l'arche de Dieu. Obédédom et Jéhias faisaient encore la fonction d'huissiers à l'égard de l'arche.

25. Ainsi David, et tous les anciens d'Israël, et les officiers de l'armée, s'en allèrent pour transporter l'arche de l'alliance du Seigneur de la maison d'Obédédom *à Jérusalem*, dans des transports de joie.

26. Et comme Dieu avait assisté les enfants de Lévi qui portaient l'arche de l'alliance du Seigneur, on immola sept taureaux et sept béliers.

27. Or David était revêtu d'une robe de fin lin, aussi bien que tous les enfants de Lévi qui portaient l'arche, et les chantres, et Chonénias, qui était le maître de la musique et du chœur des chantres; mais David avait de plus un éphod de lin.

28. Tout Israël conduisait donc l'arche de l'alliance du Seigneur avec de grandes acclamations, au son des trompettes, des hautbois, des cymbales, des guitares, et des autres instruments de musique.

29. Et l'arche de l'alliance du Seigneur étant arrivée jusqu'à la ville de David, Michol, fille de Saül, regardant par la fenêtre, vit le roi David qui sautait et dansait *devant l'arche*, et elle le méprisa dans son cœur.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — FECIT SIBI DOMOS IN CIVITATE DAVID. David statutâ jam Hierosolymis sede, auctâque plurimùm eâdem urbe, munitâque, commodè usus est officio regis Tyri, ut ædificium pararet magnificum regiarum ædium sibi et familiæ. Successu verò temporis, sollicitâ quâdam religione tactus est, nec nisi rubore quodam suffusus pati poterat arcam Domini incommodè adeò habitantem. *Videsne* aiebat ille ad Nathanum, *quòd ego habitem in domo cedrinâ, et arca Dei posita sit in medio pellium?* 2 Reg. 7, 2.

TETENDIT TABERNACULUM, vel tentorium planè recens. Relictum fuit Gabaone vetus illud tabernaculum à Moyse constructum in deserto, cum altari holocaustorum, quo jam inde ab exitu ex Ægypto usi fuerant. Facilè Gabaonitæ pati noluerunt, ut pretiosis hisce et religiosis monumentis privarentur, retinueruntque toto Davidis regno, et aliquandiù etiam post templum à Salomone constructum. Translatam in Cariathiarim arcam cinxerunt undique mœnibus, quibus sacrum depositum custodiretur, unde illam eduxit David, ut constitueret in tentorio à se erecto Hierosolymis, ad normam Mosaici.

VERS. 2. — ILLICITUM EST, UT A QUOCUMQUE PORTETUR ARCA DEI, NISI A LEVITIS. Monitus David casu Ozæ, censuit lætitiam primæ illius pompæ turbatam fuisse crimine neglectæ legis, caventis ne quis, nisi Levita è familiâ Caath, arcam tangeret, Num. 4, 5, 15. Jussit igitur Levitas parari, ut peculiare illud sibi ministerium præstarent.

VERS. 8. — DE FILIIS ELISAPHAN, SEMEIAS PRINCEPS. Semeias vir erat è familiâ Caath, et ex posteris Elisaphan, filii Ozielis, filii Caath, qui per egressum ab Ægypto vivebat, Exod. 6, 18, 22.

VERS. 9. — DE FILIIS HEBRON, ELIEL. Hebron unus erat è filiis Caath, uti docet Exodus 6, 18.

VERS. 10. — DE FILIIS OZIEL, AMINADAB PRINCEPS. Oziel idem est, de quo supra, v. 8, patremque habuit Caath, et filios plures, plurium familiarum auctores. Uni è familiis hisce præerat Aminadab.

VERS. 12. — SANCTIFICAMINI CUM FRATRIBUS VESTRIS (1). Comparate vos ad ferendam cras arcam, et ad obeunda ministerii vestri munera. Eluite sordes, si quas contraxistis, vosque ab iis servate, quæ fortè obrepere possent; continete vos, et puros sanctosque exhibete; lavate vestes et corpora. His enim lustrationibus in his rebus sese expiabant. (2)

VERS. 17. — CONSTITUERUNTQUE LEVITAS : HEMAN, ASAPH... ET ETHAN. Tres hi erant supremi musices præfecti, Davidis ætate, uti supra, v. 6, 31, animadversum est. Primus erant musicorum chorus, pulsabantque æenea cymbala, uti narratur v. 19.

VERS. 18. — IN SECUNDO ORDINE ZACHARIAM, ET BEN, ET JAZIEL. In v. 20 eadem nomina repetuntur, omisso *Ben*, quem nec legunt hic Septuaginta. Syrus, Arabs, et ex interpretibus plures reddunt *filium*, junguntque vocem hanc cum sequenti in hanc sententiam : *Et filium Jaziel*, vel *Ben-Jaziel*. Nihil tamen mutandum aio in Hebræo, nihil in Vulgatâ; est enim Psalmus nonus inscriptus : *Ben principi chori puellarum*, vel musices peritarum. Qui in hoc versiculo recensentur, præerant secundo ordini, id est, choro puellarum, in solemni hâc pompâ canentium, uti ex v. 20 discimus, ludebantque nablis, vel tibiis utriculi ope inflatis. Tertium chorum ducebant Mathathias, Eliphalu, aliique descripti v. 21, canebantque octo fidium lyris. Denique sacerdotes descripti v. 24, canebant tubâ ante arcam Domini. Chonenias princeps Levitarum toti huic musicæ præerat, v. 22. Hoc ordine pompa hæc religiosa procedebat.

OBEDEDOM ET JEHIEL, JANITORES. In hâc pompâ quatuor erant janitores, Obededom Jehiel, Barachias et Elcana, descripti v. 23. Arbitror autem, fuisse illos principes ostiariorum, seu Levitarum in armis, qui pompam augebant pariter, et tuebantur. Profectò quatuor duces custodum, vel ostiariorum semper in templo, vel tabernaculo erant, uti supra, 9, 17, legimus. In hâc pompâ musicâ Obededom et Jehiel partes suas habuerunt, quippe qui lyras octo fidium pulsarent, v. 21.

VERS. 20. — IN NABLIS ARCANA CANTABANT (1).

(1) *Vous qui êtes les chefs des familles de Lévi, purifiez-vous avec vos frères, et portez l'arche du Seigneur .... de peur qu'il ne nous arrive ce qui est arrivé d'abord, parce que vous n'étiez pas présents, et que Dieu ne nous frappe comme il fit alors*, etc. David déclare au second verset de ce chapitre qu'il n'était permis qu'aux seuls Lévites de porter l'arche, et que le Seigneur les avait choisis en partie pour ce ministère. Et nous voyons en effet, au livre des Nombres, que Dieu s'était déclaré sur ce sujet en parlant à Moïse et à Aaron. Aussi il semble, selon la remarque de Théodoret, que David attribue ici, au moins en partie, la punition d'Oza, dont il a été parlé dans le treizième chapitre, à la faute qu'il avait faite de mettre l'arche sur un chariot, au lieu qu'elle devait être portée sur les épaules des Lévites. Et peut-être aussi qu'il avait manqué encore à se *purifier* pour se rendre digne d'approcher de la chose la plus sainte qui fût alors dans le monde, et qui n'était néanmoins qu'une faible image de la sainteté de l'auguste Sacrement de nos autels. Cette purification consistait, quant aux cérémonies légales, à laver ses vêtements, et à s'abstenir de l'usage du mariage, selon qu'il paraît par un autre endroit de l'Ecriture. Mais, selon l'esprit de la loi nouvelle, elle est beaucoup plus dans la pureté d'un cœur dégagé de tous les désirs charnels, et des œuvres du péché, qui sont proprement les seules choses, selon Jésus-Christ, qui peuvent rendre l'homme impur. (Sacy.)

(2) VERS. 13. — NE UT A PRINCIPIO. Cùm nempe ex Cariathiarim nuper arcam deduximus, c. 13, quia vos Levitæ *non eratis præsentes*, nempe bajulando arcam humeris vestris, ut oportebat; *percussit nos Dominus* occidendo *Ozam, sic et nunc fiat*. Hinc et v. seq. patet causam percussi Ozæ fuisse neglectum legis divinæ, quæ jubebat arcam, cùm transferenda esset, non aliis quàm Levitarum humeris transferri. (Tirinus.)

(1) *Mais Zacharie, Oziel, Sémiramoth*, etc., *chantaient sur la lyre des chants mystérieux*. Il y a dans la lettre de la Vulgate, *arcana*, et dans l'Hébreu, *pro occultis*. Quelques-uns prennent ceci pour les premiers mots par où commençaient les airs spirituels qui furent chantés par l'ordre du roi David. D'autres entendent par ces paroles, les jeunes filles qu'on tenait toujours cachées, comme nos religieuses, et qui sont nommées *tympanistriæ* dans le psaume 67. Ainsi dans ce sens ce serait de même que si l'Ecriture voulait dire que les cantiques de ces chantres étaient semblables à ceux de ces jeunes filles, ou qu'ils étaient faits pour être chantés par elles.

On peut néanmoins dire aussi, en s'attachant à l'expression littérale de notre Vulgate, que rien n'empêche de prendre le mot d'*arcana*, pour les secrets et les merveilles de Dieu qui sont élevés au-dessus des pensées des hommes. David, qui était un grand prophète, et tout rempli d'admiration pour la majesté et la puissance du Seigneur, selon qu'il le fait paraître dans tous les psaumes, fit donc sans doute chanter dans cette fête si célèbre de la translation de l'arche, des louanges qui étaient dues à sa divine bonté, pour tant de merveilles qu'il avait faites en sa faveur, et pour tant de secrets ressorts par lesquels sa providence l'avait conduit jusque sur le trône, après l'a-

Hebræus : *Habebant nablos, et præsidebant virginibus.* Vox *Nebel,* vel nablum sonat in Hebræo vas fictile, vel utrem, vel saccum scorteum, unde orta multorum opinio, eâ voce innui tibiam utriculi ope inflatam. Hoc instrumentum constat ex pelle hœdinâ, in modum follis inflatâ, introducto aere per tubum : accedunt tres fistulæ, variæ magnitudinis : canitur autem eo instrumento, cùm pellis tumens sub brachio premitur. Sed in dissertatione de musicis instrumentis in Psalmos demonstravimus, nablum lyram fuisse ligneam, fidibus instructam : demonstratum est pariter, in ejusmodi pompis et cæremoniis chorospuellarum canentium non defuisse.

Vers. 21. — In citharis pro octava canebant epinicion. Reddi etiam potest Hebræus : *Habebant citharas, et præsidebant octavo choro ad præcinendum,* sive ut acutissimo omnium tono canerent ; ad litteram, *ad vincendum, ad superandum.* In his musicorum choris solebat cantor eligi, qui cæteros moderaretur, præcineret, regeret; is autem eligebatur, cujus esset vox gratior, firmior, quique foret canendi peritissimus. Ex dicendis inferiùs, c. 25, patebit, musicorum choros quatuor et viginti in templo fuisse, inter quos famâ nominis clarerebat octavus, cui psalmi 6 et 11 inscribuntur. Perspicuè autem in hâc pompâ translationis arcæ dignoscuntur plures musicorum classes, in quatuor choros junctæ. Uriel, Asaia, Joel, Semeias, Eliel, Aminadab, unusquisque classem suam regebant ; puellæ cum iis, qui canebant nablis, septimus chorus erant ; Mathathias, Eliphalu, et socii cum citharis suis classi octavæ præsidebant. Denique sacerdotes Sebenias, Josaphat, aliique cum tubis aliam classem moderabantur ; variæ tamen hæ classes coibant in quatuor choros, ita cogentibus instrumentis, quibus ludebant ; cymbalo scilicet, nablo, cinnor, vel citharâ, et tubis.

Vers. 22. — Chonenias princeps Levitarum prophetiæ præerat ad præcinendam melodiam : erat quippe valde sapiens. Reddi potest Hebræus : *Et Chonenias princeps Levitarum præerat elevationi, et corrigebat elevationem* vocum, *quia intelligens ipse.* Præesse elevationi vocum est dirigere modos musicos, et dissonas voces reducere in ordinem. Septuaginta legunt tantùm : *Chonenias princeps Levitarum, princeps cantorum, quia intelligens erat.* Et infra, v. 27, Chonenias dicitur in Hebræo *princeps elevationis cantorum.* Auctor Vulgatæ appellat simpliciter caput, vel *principem prophetiæ*, quòd in Scripturâ Hebræum *masa* sæpè de prophetiâ usurpetur. Ita, ubi legimus in Vulgatâ : *Onus Moab, onus Babylonis, onus Duma*, vaticinium grave Moabitis, Babyloniis, Dumensibus, in Hebræo est : *Masa, Moab*, etc. Postremam hanc vocem accepit Syriacus pro onere, vel re, quæ fertur ægrè, redditque : *Benaia* (ita virum appellat) *princeps Levitarum onus quotidiè portabat, quia locus erat ei paratus.* Prior interpretatio retinenda ; verbum *nasa,* quod primitivum est *masa,* usurpatur sæpè pro efferre vocem, prosequi sermonem, lamentationem, orationem, precari, parabolam recitare, pronuntiare fœderis verba, etc. (1) ; valet etiam præcinere, canere, musicum chorum moderari, Psalm. 80, v. 3.

Vers. 24. — Obededom et Jehias erant janitores arcæ. Jehias idem est *Jehiel,* de quo hoc caput, v. 18 et 21, unàque cum Obededom munus præstabat ostiarii arcæ, quam comitabatur pariter et tuebatur, quemadmodùm corporis custodes principem comitantur, et apparitores, judices ac magistratus. Præterea musicis sese adjungebant, v. 21. (Vide supra, v. 18.)

Vers. 26. — Cumque adjuvisset Deus Levitas (2).... immolabantur septem tauri. Noscen-

(1) Vide, si lubet, Isai. 3, 7 ; Jerem. 9, 10 ; Psalm. 49, 16 ; Job 36, 3 ; Psalm. 93, 2, et Isai. 52, 8 ; Jerem. 7, 18.

(2) Ut nullum in portandâ arcâ sentirent onus, aiunt Rabbini. Verùm hoc est fabula. Audi Lyran. ex Hebræis, aptè ad rem præsentem : « Dicunt, inquit, Hebræi, quòd istud « adjutorium intelligitur per hoc, quòd arca « portabat seipsam, hoc est, quòd divinâ virtute « sic portabatur, quòd Levitæ portatores ejus « nullum pondus sentiebant, et pro illo mira- « culo facta fuit immolatio. » Verùm dico : Deus adjuvit eos animando, vires et præsertim amorem suggerendo, ut libenter bajularent arcam, ideòque onus vix sentirent. Quare illud miraculum non tam fuit potestatis quàm charitatis. Hæc enim efficiebat ut illud onus, alioqui gravissimum, amantibus levissimum videretur. Addit Josephus illos, qui cantando et saltando et pulsando musica instrumenta præibant arcam, quamvis totam diem in eo labore extraherent, nullam tamen ex suo labore defatigationem sensisse. Amor enim, quo illi divino oraculo famulabantur, non sinebat, ut minue-

voir fait passer par un si grand nombre d'épreuves et d'afflictions différentes. Car c'est le propre des vrais serviteurs de Dieu, de considérer souvent et d'adorer avec un humble respect ces mystères, pour parler ainsi, de sa conduite toute miséricordieuse sur ses élus; qui sont en effet des mystères et des *secrets* pour les gens charnels, quoiqu'ils soient l'objet de la dévotion continuelle des justes.

(Sacy.)

tes Levitæ, Numinis clementiâ se subductos esse à discrimine, ne illud sibi acciderel quod Ozæ, solemnes gratiarum actiones immolatione septem taurorum, totidemque arietum egerunt. Accedebant victimæ à rege datæ, quæ sexto quolibet viæ passu immolabantur. (1)

VERS. 27. — PORRÒ DAVID ERAT INDUTUS STOLA BYSSINA. Hebræus: *David erat amictus in pallio de Buz.* Septuag. : Καὶ ἐπὶ Δαυὶδ στολὴ βυσσίνη. Non semel offendimus vocem *byssus* in textu Latino Scripturæ; sed hìc primùm occurrit in Hebræo *Buz.* Quid sit *Buz*, inquirere hìc operæ pretium arbitramur. Designari autem eâ voce credimus genus quoddam lanæ pretiosæ, vel serici quod instar flocci ornat piscem purpureâ testâ inclusum, quam Rondeletus appellat *pinnam magnam* (2). Aiunt, hunc piscem (3) veluti radice quâdam profundò innecti filis hisce sericis, de quibus modò, quæ si quis evellat, statim mors piscis consequitur. Comes illi semper accedit piscis alius *squilla*, qui velut educator ejus et custos monet, si quid præsens adest cibo aptum. Credimus autem, *peninim*, quorum nitorem et purpureum colorem celebrat Jeremias (4), nihil esse aliud quàm *pinnas*, de quibus modò, quâ ex voce ortum est nomen unionum. Tournefortius, qui aliqua nos docuit de serico *pinnæ*, exhibuitque ejusdem piscis floccum, asseruit, piscatu capi ubique in Græciâ, omnibusque oris à Byzantio usque ad Ægyptum. Cibo aptus est piscis, et conchâ clauditur, cujus testæ figura est parvarum ostrearum testæ persimilis, sed pedem et semis in longum æquat. Quanquàm hodiè sericum hujus ostreæ negligitur, quòd sericum Persicum colores omnes induat, hoc autem omnes fermè respuat, præter nigrum, quædam tamen textilia ex eo conficiuntur in Oriente, præsertim sudariola, quibus nescio quid nitoris supra vulgare sericum inest, affirmat Casaubonus, Not. in Athen. lib. 9, c. 11, se vidisse Bellaquifonti ornamenta veteris marsupii, quæ hujus materiæ esse ferebantur.

Serici hujus planè mirifici, quod appellat vellus aureum, meminit S. Basilius his verbis,

rentur vires, sed potiùs ut in singulas horas vegetiores redderentur. (Corn. à Lap.)

Et comme on vit que *Dieu avait assisté les Lévites, qui portaient l'arche de l'alliance du Seigneur, on immola sept taureaux et sept béliers.* On peut dire véritablement de cette arche du Seigneur, ce qui a été dit depuis de Jésus-Christ, qu'elle figurait : *Portabat à quo portabatur.* Elle était portée par les Lévites sur leurs épaules, mais les Lévites étaient eux-mêmes comme portés et soutenus par le Seigneur de cette arche qu'ils portaient. Ils furent donc *assistés de Dieu* visiblement, selon que l'expliquent les interprètes, soit parce qu'il les soutint d'une manière toute divine, sous ce fardeau d'ailleurs très-pesant, en le leur faisant porter sans fatigue et avec joie ; soit parce qu'il témoigna agréer cette translation, en ne frappant aucun d'eux, comme l'exemple d'Oza semblait donner à David quelque sujet de l'appréhender. C'est pourquoi, dans les saints transports de leur humble reconnaissance, ils immolèrent à Dieu sept taureaux et sept béliers, soit que ce fussent les Lévites mêmes qui les immolassent, outre les victimes qu'offrait le roi, comme un interprète l'a cru ; soit que ce soient les mêmes victimes dont il est parlé dans le second livre des Rois, lorsqu'il est dit que *lorsque ceux qui portaient l'arche avaient fait six pas, David immolait un bœuf et un bélier,* ce qui put bien arriver sept fois depuis la maison d'Obédédom, jusqu'au lieu où on la plaça.

On peut voir dans l'explication de cet endroit ce qu'on y a dit de la disposition de Michol, qui se moqua de David, comme il est marqué dans la suite, lorsqu'elle le vit danser devant l'arche. Nous ajouterons seulement ici que ce que l'on vit alors s'est vu depuis, et se verra dans toute la suite des siècles. Tandis qu'un grand roi, devenu victorieux de ses ennemis, s'applique tout entier avec son peuple à en rendre à Dieu de publiques actions de grâces, et à relever sa grandeur en s'humiliant de toutes ses forces en sa présence, une femme vaine met sa gloire à mépriser comme une bassesse cette action de ce prince ; elle ne songe point que celui devant qui David s'humilie, est le Seigneur d'Israël qui a rejeté son propre père Saül à cause de son orgueil, et élevé sur le trône David, son mari, à cause de l'humble abaissement de son cœur. C'est ainsi que la vraie piété sera exposée dans tous les siècles à la raillerie des esprits vains et superbes, qui ne peuvent point comprendre que c'est être grand de s'abaisser devant Dieu, et qu'il n'y a même aucune grandeur solide qui n'ait cette noble humiliation pour fondement. Tant qu'il y aura des Davids qui *se mépriseront eux-mêmes, et qui feront gloire de paraître vils* et petits aux yeux de Dieu, il y aura des Michol, vraies filles et héritières de l'orgueil de Saül, qui n'auront que du mépris de cet humble abaissement. Mais qu'elles soient assurées que cet orgueil même qui les porte à mépriser la piété de David, les rendra *stériles* aussi bien que cette princesse, mais d'une stérilité malheureuse et éternelle. (Sacy.)

(1) 2 Reg. 6, 13 : *Cùmque transcendissent qui portabant arcam Domini sex passus, immolabat bovem et arietem.*

(2) De hàc opinione dubitavit auctor in supplemento ad Dictionarium biblicum, voce *Byssus.*

(3) Athen. lib. 3, cap. 11 : Αἱ δὲ πίνναι ὀρθαὶ φύονται ἐκ τοῦ βυθοῦ, ἔχουσί τε ἐν αὐταῖς πιννοφύλακα, etc.

(4) Jerem. Lament. 4, 7: אדמו עצם מפנינים. Vulg.: *Rubicundiores ebore antiquo.* Hebræus ad litteram : *Quorum corpus rubicundius peninim.*

Hexaem. orat. 7: « Unde vellus aureum pinnæ « nutriant, quod nondùm exactè quisquam « eorum, qui coloribus inficiunt vellera, potuit « imitari? unde cochleæ vestes regibus purpu- « reas offerunt? quas quidem et pratorum flo- « res vivacitate coloris longo intervallo supe- « rare non est obscurum. » Meminit etiam serici ejusdem, Orat. ad divites, cùm exprobrat feminis inanem cultùs feminei superbiam: « Majori curâ maris conchylia et pinnas affe- « ctant, quàm lanas ovium. » Licet autem Persicum sericum familiarissimum esset in Oriente Justiniani ætate, usum tamen eum imperatorem serico pinnæ, quòd pulcherrimum esset, nitidissimum et rarum, affirmat Procopius, de Fabricis lib. 3, cap. 1: « Chla- « mys, ait, erat ex lanâ non ovinâ, sed ex « mari collectâ. Pinnos appellant vulgò anima- « lia in quibus id lanæ genus nascitur. »

Pallium Davidis ex eo faciè serico textum erat. Ante illius regnum ignota erat in Scripturâ *byssus*, exinde verò notissima. Discimus ex 1 Paralip. textrinam *buz*, vel *byssi*, floruisse in *Beth-Asbeah*, quam miscendam cum Bethsabee credimus. Neque rex modò amiciebatur bysso in pompâ translationis arcæ è domo Obededomi ad tabernaculum Sion, sed Levitæ pariter arcam ferentes, et cantores. Nec minor erat magnificentiæ apparatus sub Salomone. Celebris ille Hiram Tyro accitus, ut operam suam in usum templi impenderet, adhibuit quidquid erat ditissimum in usum velaminum sanctuarii; quare nec purpura, nec byssus defuit, 2 Par. 2, 14, et in solemni ritu dedicationis templi, Levitæ et cantores omnes vestibus byssinis nitebant, ibid. 5, 12. Agens Ezechiel, 27, 16, de mercibus pretiosis è Syriâ ad nundinas Tyri vectis, nec byssum, nec purpuram cum gemmis silet. In pompâ thesaurorum regis Assueri, tentoria pretiosa funibus byssinis regebantur, Esther 1, 6; et Mardochæus veste purpurâ byssoque distinctâ indutus fuit, ibid. 8, 15, cùm à rege primos regni honores obtinuit.

Byssi color fulvus erat, satur, ad aurum accedens; feruntque puellas capillis suis annectere consuevisse sericum pinnæ, quod S. Basilius aureum vellus appellat. Byssum Judææ magis fulvam quàm Elidis, non verò tenuiorem fuisse, docet Pausanias in Eliac.; albam sufficiebat Ægyptus, quanquàm Ægyptia ipsum erat gossipium, uti nos ad Exodum 16, 4, demonstravimus, appellaturque in Hebræo *schesch*.

David autem etiam indutus erat ephod lineo. Non ita utebantur ephod sacerdotes, ut cæteris interdiceretur. Samuel Levita non erat, et puer adhuc induebatur ephod, 1 Reg. 2, 18. Erat autem ephod cingulum simplex, quo tunica adstringebatur, Exod. 25, 7.

Vers. 29. — Michol... despexit eum in corde suo, et reducem excepit inofficiosè, quòd exutus vestibus veluti scurra saltâsset, 2 Reg. 6, 20. Ex hoc textu discimus, Davidem indutum fuisse non ephod modò, sed et pallio byssino, ac facilè etiam tunicâ; quare nonnisi per summam injuriam hæc illi Michol exprobravit.

CAPUT XVI.

1. Attulerunt igitur arcam Dei, et constituerunt eam in medio tabernaculi, quod tetenderat ei David, et obtulerunt holocausta et pacifica coram Deo.

2. Cùmque complêsset David offerens holocausta et pacifica, benedixit populo in nomine Domini.

3. Et divisit universis per singulos à viro usque ad mulierem, tortam panis, et partem assæ carnis bubalæ, et frixam oleo similam.

4. Constituitque coram arcâ Domini de Levitis, qui ministrarent, et recordarentur operum ejus, et glorificarent atque laudarent Dominum Deum Israel:

5. Asaph principem, et secundum ejus Zachariam: porrò Jahiel, et Semiramoth,

CHAPITRE XVI.

1. L'arche de Dieu fut donc apportée et placée au milieu du tabernacle que David lui avait fait dresser; on offrit des holocaustes et des sacrifices d'actions de grâces en la présence de Dieu.

2. Quand David eut achevé d'offrir les holocaustes et les sacrifices d'actions de grâces, il bénit le peuple au nom du Seigneur.

3. Il distribua à chacun en particulier, tant aux hommes qu'aux femmes, un pain en façon de gâteau, et un morceau de bœuf rôti, avec de la farine frite à l'huile.

4. Il établit des Lévites pour servir devant l'arche du Seigneur, pour le glorifier et lui rendre de continuelles actions de grâces de toutes ses merveilles, et pour chanter les louanges du Seigneur Dieu d'Israël.

5. Asaph fut le premier de tous; Zacharie le second; et ensuite Jahiel, Séminamoth,

et Jehiel, et Mathathiam, et Eliab, et Banaiam, et Obededom : Jehiel super organa psalterii et lyras : Asaph autem ut cymbalis personaret :

6. Banaiam verò et Jaziel sacerdotes, canere tubâ jugiter coram arcâ fœderis Domini.

7. In illo die fecit David principem ad confitendum Domino Asaph, et fratres ejus.

8. Confitemini Domino, et invocate nomen ejus : notas facite in populis adinventiones ejus.

9. Cantate ei, et psallite ei : et narrate omnia mirabilia ejus.

10. Laudate nomen sanctum ejus : lætetur cor quærentium Dominum.

11. Quærite Dominum, et virtutem ejus ; quærite faciem ejus semper.

12. Recordamini mirabilium ejus quæ fecit, signorum illius et judiciorum oris ejus.

13. Semen Israel servi ejus : filii Jacob electi ejus.

14. Ipse Dominus Deus noster : in universâ terrâ judicia ejus.

15. Recordamini in sempiternum pacti ejus, sermonis quem præcepit in mille generationes,

16. Quem pepigit cum Abraham, et juramenti illius cum Isaac.

17. Et constituit illud Jacob in præceptum : et Israel in pactum sempiternum,

18. Dicens : Tibi dabo terram Chanaan, funiculum hæreditatis vestræ,

19. Cùm essent pauci numero, parvi et coloni ejus.

20. Et transierunt de gente in gentem, et de regno ad populum alterum.

21. Non dimisit quemquam calumniari eos, sed increpavit pro eis reges.

22. Nolite tangere christos meos : et in prophetis meis nolite malignari.

23. Cantate Domino, omnis terra : annuntiate ex die in diem salutare ejus.

24. Narrate in gentibus gloriam ejus : in cunctis populis mirabilia ejus.

Jéhiel, Mathathias, Eliab, Banaïna et Obédédom ; Jéhiel fut chargé de jouer du psaltérion et de la lyre, et Asaph de jouer des cymbales.

6. Mais Banaïas et Jaziel, qui étaient prêtres, devaient sonner de la trompette devant l'arche de l'alliance du Seigneur.

7. En ce jour-là David établit Asaph premier chantre, et tous ceux de sa maison *sous lui,* pour chanter les louanges du Seigneur, *en disant:*

8. Louez le Seigneur, et invoquez son nom ; publiez ses œuvres parmi tous les peuples ;

9. Chantez ses louanges ; chantez-les sur les instruments; annoncez toutes ses merveilles,

10. Glorifiez son saint nom ; que le cœur de ceux qui cherchent le Seigneur soit dans la joie.

11. Cherchez le Seigneur, et la force qui vient de lui ; cherchez sans cesse sa face.

12. Souvenez-vous des merveilles qu'il a faites, de ses prodiges et des jugements de sa bouche,

13. O descendants d'Israël son serviteur, enfants de Jacob son élu.

14. Il est le Seigneur notre Dieu ; il exerce ses jugements dans toute la terre.

15. Souvenez-vous à jamais de son alliance, et de la loi qu'il a prescrite pour tous les âges à venir,

16. De l'accord qu'il a fait avec Abraham, et du serment par lequel il s'est obligé envers Isaac.

17. Serment qu'il a confirmé à Jacob comme une loi inviolable, et à Israël comme une alliance éternelle,

18. Disant : Je vous donnerai la terre de Chanaan pour votre héritage,

19. Lorsqu'ils étaient en petit nombre, peu considérables, et étrangers dans cette terre *qu'il leur promettait.*

20. Et *même* ils passèrent d'une nation à une autre, et d'un royaume à un autre peuple.

21. Il ne permit pas que qui que ce fût leur fît du mal, et il reprit des rois à cause d'eux,

22. *En leur disant :* Gardez-vous bien de toucher à mes oints, et ne faites point de ma à mes prophètes.

23. Chantez les louanges du Seigneur, vous tous qui habitez la terre ; annoncez tous les jours le salut qu'il vous a donné.

24. Publiez sa gloire parmi les nations,

25. Quia magnus Dominus, et laudabilis nimis : et horribilis super omnes deos.

26. Omnes enim dii populorum idola : Dominus autem cœlos fecit.

27. Confessio et magnificentia coram eo : fortitudo et gaudium in loco ejus.

28. Afferte Domino, familiæ populorum : afferte Domino gloriam et imperium.

29. Date Domino gloriam nomini ejus : levate sacrificium, et venite in conspectu ejus : et adorate Dominum in decore sancto.

30. Commoveatur à facie ejus omnis terra : ipse enim fundavit orbem immobilem.

31. Lætentur cœli, et exultet terra : et dicant in nationibus : Dominus regnavit.

32. Tonet mare, et plenitudo ejus : exsultent agri, et omnia quæ in eis sunt.

33. Tunc laudabunt ligna saltûs coram Domino : quia venit judicare terram.

34. Confitemini Domino, quoniam bonus; quoniam in æternum misericordia ejus.

35. Et dicite : Salva nos, Deus salvator noster, et congrega nos, et erue de gentibus, ut confiteamur nomini sancto tuo, et exsultemus in carminibus tuis.

36. Benedictus Dominus Deus Israel ab æterno usque in æternum; et dicat omnis populus : Amen, et hymnum Domino.

37. Reliquit itaque ibi coram arcâ fœderis Domini Asaph et fratres ejus, ut ministrarent in conspectu arcæ jugiter per singulos dies, et vices suas.

38. Porrò Obededom, et fratres ejus sexaginta octo, et Obededom filium Idithun, et Hosa constituit janitores :

39. Sadoc autem sacerdotem, et fratres ejus sacerdotes, coram tabernaculo Domini, in excelso quod erat in Gabaon,

et ses merveilles parmi tous les peuples;

25. Car le Seigneur est grand et mérite des louanges infinies; il est plus redoutable que tous les dieux.

26. Car tous les dieux des peuples *ne* sont *que* des idoles, mais le Seigneur a fait les cieux.

27. Il est tout environné de gloire et de majesté; la force et la joie se trouvent dans le lieu où il se rend présent.

28. Apportez au Seigneur, ô vous, familles des nations, apportez au Seigneur la gloire et l'empire.

29. Offrez au Seigneur la gloire *due* à son nom; apportez des hosties, et présentez-vous devant lui; adorez le Seigneur dans un saint respect.

30. Que toute la terre tremble devant sa face; car c'est lui qui l'a établie immobile sur ses fondements.

31. Que les cieux se réjouissent, que la terre tressaille de joie, et que l'on publie dans les nations : Le Seigneur est entré dans son règne.

32. Que la mer et tout ce qu'elle renferme, fasse retentir son allégresse; que les campagnes et tout ce qu'elles contiennent, soient dans la joie.

33. Les arbres des forêts chanteront alors les louanges du Seigneur en sa présence, parce qu'il est venu pour juger la terre.

34. Rendez gloire au Seigneur, parce qu'il est bon, parce que sa miséricorde est éternelle.

35. Et dites-lui : Sauvez nous, ô Dieu, qui qui êtes notre Sauveur; rassemblez nous, et retirez-nous du milieu des nations, afin que nous rendions gloire à votre saint nom, et que nous témoignions notre joie par de saints cantiques.

36. Que le Seigneur, Dieu d'Israël, soit béni dans tous les siècles, et que tout le peuple dise : Amen, et chante les louanges du Seigneur.

37. David laissa donc en ce lieu devant l'arche de l'alliance du Seigneur, Asaph et ses frères, afin qu'ils servissent continuellement en présence de l'arche, tous les jours chacun à leur tour.

38. Il établit Obédédom et ses frères, au nombre de soixante-huit, et Obédédom, fils d'Idithun, avec Hosa pour portiers.

39. Et ceux de sa maison *pour* prêtres devant le tabernacle du Seigneur, sur le lieu élevé de Gabaon,

40. Ut offerrent holocausta Domino super altare holocautomatis jugiter, manè et vespere, juxta omnia quæ scripta sunt in lege Domini, quam præcepit Israeli.

41. Et post eum Heman, et Idithun, et reliquos electos unumquemque vocabulo suo, ad confitendum Domino: Quoniam in æternum misericordia ejus.

42. Heman quoque et Idithun canentes tubâ, et quatientes cymbala, et omnia musicorum organa, ad canendum Deo ; filios autem Idithun fecit esse portarios.

43. Reversusque est omnis populus in domum suam, et David, ut benediceret etiam domui suæ.

40. Afin d'y offrir continuellement des holocaustes au Seigneur sur l'autel des holocaustes, matin et soir, suivant tout ce qui est ordonné dans la loi que le Seigneur a prescrite à Israël.

41. Après Sadoc étaient Héman et Idithun, avec les autres choisis chacun selon qu'ils étaient marqués pour chanter les louanges du Seigneur, *en disant :* Que sa miséricorde est éternelle.

42. Héman et Idithun sonnaient aussi de la trompette, jouaient des cymbales et de tous les autres instruments de musique pour chanter les louanges de Dieu. Mais, pour les fils d'Idithun, le roi les établit portiers.

43. Ensuite chacun s'en retourna en sa maison, et David *se retira aussi* pour faire part à sa famille de la bénédiction *de ce jour.*

COMMENTARIUM.

VERS. 2.—BENEDIXIT POPULO IN NOMINE DOMINI (1). Imprecatus est illi Dei nomine prospera, pium eorum studium laudavit, epulasque palam omnibus distribuit, ut inferiùs narrabitur. Ita se cum populo gerere debet rex, ceu paterfamiliâs cum domesticis. Vide dicta ad 2 Reg. 6, 18.

VERS. 3. — TORTAM PANIS, ET PARTEM ASSÆ CARNIS BUBALÆ, ET FRIXAM OLEO SIMILAM. Reddi potest Hebræus : *Frustum panis* (vel panem integrum), *frustum carnis, et phialam vini.* Duæ postremæ voces originalis incertam habent significationem. Syriacus : *Placentam panis unam, partem unam, et laganum unum.* Septuaginta (1) : *Panem unum pistum, et in formam placentæ*, vel ex farinâ melle subactâ confectum. Arabs : *Panem unum, et frustum carnis.* Vide 1 Regum 6, 18.

VERS. 5. — ASAPH PRINCIPEM, SECUNDUM EJUS ZACHARIAM ; PORRO JAHIEL, ET SEMIRAMOTH... ET OBEDEDOM : JEHIEL SUPER ORGANA PSALTERII, ET LYRAS. Uti capite præcedenti narratum est, *Asaph* cum *Heman* et *Ethan* primum tenebant cantorum chorum, pulsabantque cymbala ænea; Zacharias verò cum suis, inter quos Obededom, et Jehiel, pulsantes nablum, præerant choris canentium puellarum. Idem hìc ordo, hoc tantùm discrimine; ut enim in

(1) *Quand David eut achevé d'offrir les holocaustes et les sacrifices d'actions de grâces, il bénit le peuple au nom du Seigneur.* Quoiqu'il n'appartienne proprement qu'aux prêtres et aux pontifes du Seigneur de bénir les peuples, les rois néanmoins le faisaient aussi, en vertu de l'onction royale qu'ils avaient reçue, et qui les rendait comme les pères de ces peuples. Aussi nous voyons que ce que David fait ici, lorsqu'après avoir achevé d'offrir les holocaustes et les sacrifices d'actions de grâces, que sa parfaite gratitude envers Dieu le pressait particulièrement de lui offrir, *il bénit le peuple au nom du Seigneur;* Salomon, son fils, le fit après lui dans une semblable occasion, et à la solennité de la dédicace du temple de Jérusalem. Car il est marqué dans l'Ecriture *qu'étant debout, il bénit toute l'assemblée d.Israël à haute voix, en disant : Que le Seigneur soit béni, lui qui a donné la paix à son peuple et qui, sans manquer à accomplir aucune des paroles qu'il avait dites, l'a comblé de tous les biens qu'il avait promis par la bouche de Moïse, son serviteur. Que le Seigneur notre Dieu soit avec nous, comme il a été avec nos pères. Qu'il ne nous abandonne point et ne nous rejette pas. Mais qu'il fasse pencher nos cœurs vers lui, afin que nous marchions dans toutes ses voies, et que nous gardions ses commandements.* Telle était la bénédiction que ces grands princes inspirés de Dieu donnaient, ou pour mieux dire, souhaitaient à Israël : une bénédiction non terrestre, mais spirituelle, qui tendait à les rendre dignes d'avoir le Seigneur présent avec eux, *ainsi qu'il l'avait été avec leurs pères,* c'est-à-dire avec Abraham, Isaac et Jacob, et à leur faire accomplir avec son secours ses divins préceptes, dont le plus grand, sans comparaison, était de l'aimer de tout leur cœur, comme Jésus-Christ l'a lui-même déclaré dans l'Evangile.

Ce que David fit ensuite, lorsqu'il distribua à tout le peuple une portion du sacrifice, marquait en figure la part que les fidèles devaient avoir au grand et auguste sacrifice de la loi nouvelle, dont ces anciens n'étaient que des ombres, étant d'autant plus multipliés et diversifiés, qu'ils étaient plus incapables de représenter par eux-mêmes l'adorable majesté de ce sacrifice unique et divin de la chair de Jésus-Christ. (Sacy.)

(1) Ἄρτον ἕνα ἀρτοκοπικὸν καὶ ἀμορίτην. Ultima hæc vox ducitur ex ἀμόρα, quod est farina melle subacta. Ἀμόρα σεμίδαλις ἑφθὴ σὺν μέλιτι. Hesych.

tabernaculo neque puellæ, neque cantatrices erant, ita pariter Zacharias cum suis canebat tantùm traditis sibi instrumentis, *nablo* et *kinnor*. Igitur reddi Hebræus potest in hanc sententiam : *Asaph primus*, vel princeps primæ classis : *Zacharias princeps secundi chori; et socios habebat Jehiel Semiramoth... Obededom, et Jehiel, qui canebant nablo et kinnor;* instrumenta hæc alibi explicabimus. Legitur hìc in Hebræo et in Vulgatâ ter nomen *Jehiel;* constat tamen ex collatione hujus cum aliis locis, eadem nomina referentibus, legendum esse *Zachariam, Oziel, Semiramoth*, pro Zachariâ, Jehiel, Semiramoth. Cæteri duo Jehieles in naturali suo loco sunt. Vide c. præced. v. 18, 20, 21.

VERS. 6. — CANERE TUBA JUGITER CORAM ARCA. In præcedenti capite Banaiæ et Jazieli junguntur *Sebenias, Josaphat, Nathanael, Amazai, et Zacharias;* ac pro *Jaziele* legitur *Eliezer*. Imperatum his erat, ut tubâ statutis temporibus coram arcâ et in tabernaculo canerent.

VERS. 7.—IN ILLO DIE FECIT DAVID PRINCIPEM AD CONFITENDUM DOMINO ASAPH. Hebræus : *In die ipsâ tunc dedit David in caput* (quo initium fieret) *ad confitendum Domino per manus Asaph, et fratrum ejus;* scilicet Psalmum : *Confitemini Domino*, etc. Scripsit igitur David pro solemni eâ pompâ translatæ arcæ psalmum quem hìc legimus, tradiditque canendum, Asaph et choro, cui ille præerat : postquàm autem Asaph carmen præcinuerat, alii facilè chori eadem ingeminabant.

VERS. 8. — CONFITEMINI DOMINO (1). Idem est ac psalmus 104, quem accuratè in commentario in psalmos explicavimus.

VERS. 9.—CANTATE EI, ET PSALLITE EI, ET NARRATE OMNIA MIRABILIA EJUS. Cantamus voce, psallimus adhibito ad vocem instrumento musico. Utrumque noster psaltes ad prædicanda divina beneficia requirit. Neque tantùm id cantando, vel psallendo celebrari vult, sed etiam privatis publicisque sermonibus, ita ut nihil audiatur non in templo solùm atque urbe, sed etiam in totâ regione Israelitide, atque adeò in orbe toto, nisi quæ à Deo prodigia et admiranda facinora gesta sunt.

VERS. 10. — LAUDATE NOMEN SANCTUM EJUS; LÆTETUR COR QUÆRENTIUM DOMINUM. Hebr. *hitlallelu*, Septuaginta ut in vulgato Psalterio legimus, transtulère, *laudamini;* Hieronymus tam hìc quàm in Psalterio in activâ voce. Orta est hæc in eâ translatione diversitas, ex conjugatione hithpael, quæ actionem significat reciprocam, et propriè valet : *Laudate vos*, quod idem ferme est quod, *laudamini*. Ex duabus hisce translationibus hunc ego sensum compositum elicio, et puto illum in Hebraicâ dicendi formâ contineri. *Laudate nomen sanctum ejus* (id est, Deum, juxta Hebræorum idioma, qui nomen alicujus sumunt pro eo cujus est nomen), *et vos fortunatos existimate, et vestrum omninò probate, laudateque consilium, quòd ex omnibus diis, hunc qui solus est Deus, elegistis.* Hùc facit quod statim subjicitur : *Lætetur cor quærentium Dominum*, quia nimirùm illis nunquàm deerit satis ampla laudandi atque exultandi materia. (Sanctius.)

VERS. 11. — QUÆRITE DOMINUM, ET VIRTUTEM EJUS (1), id est, arcam, quæ pignus est, et typus divinæ virtutis (2), quâ non semel virtu-

VERS. 12.—RECORDAMINI MIRABILIUM EJUS QUÆ FECIT, SIGNORUM ILLIUS ET JUDICIORUM ORIS EJUS. Adducit exempla quibus probat quid populus à Dei benignitate atque virtute sperare debeat. Quid præterea promiserit, et quid præstiterit patribus, à quibus ingens illa Israelitarum familia propagata est. Illorum igitur jubet revocari memoriam ut illorum excitati commemoratione, qui tunc aderant, sese in divinas laudes totos effundant. In *signis* prodigia intelligo, quibus Deus et potentiam suam, et suam in ornando atque tuendo populo benignitatem ostendit. *Oris judicia* legem interpretor, quam Deus dedit populo, quod sanè magnum à Deo beneficium fuit, et promissionem de terrâ Chanaanitide ab Israelis posteris possidendâ, aut etiam de Christo, quem Abrahamo priùs, deinde Isaaco promisit Deus de ipsorum nasciturum semine. (Sanctius.)

(1) VERS. 8.—CONFITEMINI DOMINO, ET INVOCATE NOMEN EJUS; NOTAS FACITE IN POPULIS ADINVENTIONES EJUS. Hunc psalmum in summâ lætitiâ atque gratulatione, seu actione gratiarum solere sæpè et quasi legitimè cantari, docet illud Isai. cap. 12, vers. 4, ubi idem esse docet dicere exultandum esse, et Deo agendas esse gratias, atque cantandum psalmum, quem nunc præ manibus habemus. *Et dicetis in die illâ*, inquit, id est, cùm beneficia illa ingentia, de quibus ibi propheta loquitur, acceperitis : *Confitemini Domino, et invocate nomen ejus, notas facite in populis adinventiones ejus.* Quemadmodùm cùm nos lætum aliquod accipimus nuntium, cantandum esse dicimus : *Te Deum laudamus*, etc. Invocare nomen alicujus, est illum, cujus invocatur aut imploratur nomen, superiorem et dominum agnoscere. Hoc planè ostenditur Isai. cap. 63 : *Facti sumus, sicut in principio, cùm non dominareris nostrî, neque invocatum esset nomen tuum super nos.*

(1) In vulgato Psalterio : *Quærite Dominum et confirmamini;* vox Hebr. עזו *usu*, ad utramque significationem patet variis notata punctis. Potest enim verbum esse in passivâ voce, et nomen; duæ tamen istæ translationes veram nobis, et plenam ostendunt. Ita enim quærimus, laudamusque Domini virtutem et robur, ut ab illo nobis virtutem et robur speremus; illud enim valet, *et confirmamini*, ubi vulgato Scripturæ more imperativus pro futuro ponitur. Ideò porrò proximè jussi fuerant lætari, qui Dominum quærunt, et Dominum quærere jubentur, quia illis inde adveniet ad quidlibet audiendum perficiendumque robur et virtus. Porrò *faciem alicujus* sumi pro eo cujus est facies, satis est in Scripturâ frequens; quare eadem per epexegesim sententia repetitur, cùm dicitur : *Quærite Dominum, et quærite faciem Domini.*

(2) 2 Paral. 6, 41 : *Consurge, Domine, in re-*

tem suam et prodigia exeruit. Denique arca momentum est spei nostræ, et auxilii quod à Deo exspectamus. In psalmo 104, 4, legitur : *Quærite Dominum et confirmamini;* sed Hebræus cum hâc lectione congruit.

Quærite faciem ejus semper, quærite indesinenter faciem, vel præsentiam arcæ ejus, ubi apertiùs faciem suam revelat, ac Numen meliùs quàm alibi sentitur. Denique, frequentate ejus tabernaculum, vosque coram illo velut ad tributum statuite.

Vers. 13. — Semen Israel. In psalmis : *Semen Abraham servi ejus.* (1)

Vers. 23. — Nolite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari (1). Pa-

quiem tuam, tu, et arca fortitudinis tuæ. Et Psal. 77, 61 : *Et tradidit in captivitatem virtutem eorum.*

(1) Vers. 14. — Ipse Dominus Deus noster; in universa terra judicia ejus. Ille qui dùm nostram salutem et possessionem tuetur, miracula edidit illustria, quique vivendi religiosè ac sanctè modum præscripsit, ille est, ô Israël, Deus noster, cujus in vindicandâ causâ nostrâ, et ab inimicorum calumniis asserendâ in universâ terrâ, in quâ aut habitavimus diù, aut certè posuimus aliquando vestigium, judicia fecit, dùm hostium nostrorum aut fregit spiritus, aut debilitavit vires, et si quod nobis impedimentum opposuerunt, pœnas ab illis exegit acerbissimas.

Vers. 15. — Recordamini in sempiternum pacti ejus sermonis, quem præcepit in mille generationes. Sententia eadem per epexegesim iterata. Quodnam sit hoc pactum sempiternum, aut sermo in mille generationes, statim ostendit v. 18, dicens : *Tibi dabo terram Chanaan funiculum hæreditatis vestræ.* Hoc verò pactum, seu præceptum, ut major in geminatione significetur promissi firmitas, sæpiùs iteratur, v. 15, 16 et 17. Hoc pactum, aut promissa possessio futura dicitur æterna. Quod tamen intelligendum est, dummodò populus fidem servet quam tueri debuit integram et sanctam. Quòd verò Deus æternam regionis Chanaanitidis possessionem promiserit, constat Genes. cap. 13, v. 15 : *Omnem terram quam conspicis tibi dabo et semini tuo usque in sempiternum.* Idem promisit Isaaco Gen. 26, v. 4. Item Jacobo Deut. cap. 34, 4, ubi v. 13, habemus : *Semen Israel servi ejus.* In Psalterio vulgato est, *semen Abraham.* In textu etiam Hebraico correxit, nimirùm idem auctor David, quando cantoribus Psalmum tradidit cantandum in posterum, quem ante ad traducendam arcam raptim ediderat.

Vers. 19. — Cum essent pauci numero, parvi et coloni ejus. Eo tempore Dominus Abraham, Isaac et Jacob latissimam regionem, quam nationes septem incoluerant, promisit, quando illorum soboles sic erat exigua, ut viculus, quantùmlibet exiguus, pro illorum habitatione sufficeret. Sic autem Deus familiam illam à parvis ortam principiis amplificavit, ut extenderit propagines suas usque ad mare, et regionem quam septem nationes occupârant, impleverit. Quare hìc duo beneficia agnoscere potuit Israel, et quòd tam amplificârit gentem illam exilem antea, et numero exiguam, et quòd commodos et laxos ad habitandum terminos tribuerit.

Vers. 20. — Et transierunt de gente in gentem, et de regno ad populum alterum. Sententia est eadem per epexegesim iterata, quod apud Hebræos poeticis numeris familiare est. Apparent autem hìc alia atque alia paternæ sedulitatis argumenta, quia cùm tot obierunt regna tam varia ingeniis, studiis, diversa, tam parentes quibus facta est promissio, quàm illorum posteri, sic tamen illos Deus paternâ texit providentiâ, ut ab hostilibus sive armis, sive insidiis servârit incolumes, et tandem ad promissam paratamque regionem induxerit. Hæc puto ad totum Israeliticum genus pertinere ad tempus usque Davidis. Sed puto posteriora hæc ad illos tantùm spectare, quibus de Chanaanitide terrâ facta est promissio, et à quibus tanta filiorum sylva propagata est. Hi enim in variis regnis peregrinati sunt, et de uno ad alterum populum profecti, qui à paternâ Dei sedulitate talia acceperunt beneficia, qualia sequenti versu describuntur.

Vers. 21. — Non dimisit quemquam calumniari eos, sed increpavit pro eis reges. In Psalterio vulgato : *Non reliquit hominem nocere eis.* In textu etiam Hebraico aliquid in illo Psalterio diversum invenio. Hìc enim, ubi Vulgatus, *quemquam,* Hebr. est, לאיש, *Lehis.* in Psalterio autem, אדם, *Adam;* hæc autem optimè in tres patriarchas convenire nemo nescit. Abraham variis temporibus varia lustravit regna, et à variis periculis ereptus, et ejus causâ aut puniti, aut increpati reges. Descendit Abraham in Ægyptum, Genes. 12, à cujus sinu cùm Pharao Saram uxorem abstulisset, percussit illum et domum illius universam Deus, donec uxorem Abrahæ redderet intactam. Quod fecit secundò, cùm hoc idem tentâsset rex Abimelech, Gen. 20. Quemadmodùm Isaac, quem duriùs acceperunt Palæstini, terrori fuerit alteri Abimelech regi, habes Gen. 26. De Jacob constat multò magis, quem defendit à Laban, quem Dominus increpuit, edixitque ne quicquam adversùs generum gravius loqueretur; deinde defendit ab Esaü fratre, qui illi magnâ stipante suorum multitudine obvius occurrit, et iterùm à Sichimitis, quos filiorum exulcerârat graviter inopinata crudelitas; ac tandem, ne quid peregrinus homo à regibus virisque potentibus, per quorum transibat fines, aliquid pateretur acerbius, Deus omnium animos pavore concussit. Gen. 35, v. 5 : *Cùmque profecti essent* (nempe Jacob, et filii, atque domestici), *terror Dei invasit omnes per circuitum civitates, et non sunt ausi persequi recedentes.* Hæc itaque cùm aliquo modo in totam Israelis domum convenire potuerint, multò tamen magis in tres patriarchas, de quibus proximè. Et quod statim subditur, aptè in tres hosce cadit, in alios non nisi admodùm distortè. (Sanctius.)

(1) Tres ibi patriarchæ appellantur christi, quia licet reges non fuerint, regum tamen videri poterant habuisse potentiam. Sanè Abraham eam habuit familiam, ut nullo ascito externorum auxilio contra quinque reges pugna-

triarchis Abrahamo, Isaaco, et Jacobo titulos uncti et prophetæ tribuit, indicia regiæ, quam illis contulerat, auctoritatis et prophetiæ. Hi nihilò inferiores erant regibus earum regionum in quibus sedes habebant, affluebantque merito, sanctitate, legis studio et afflatu prophetarum. Id agebant inter domesticos, quod reges et prophetæ inter Israelitas: civilem familiæ œconomiam regebant instruebantque absolutâ potestate; sacra verò et ea quæ ad religionem spectant, Spiritu sancto afflante, moderabantur.

VERS. 23.—CANTATE DOMINO, OMNIS TERRA (1).

Leguntur hæc in exordio psalmi 95, ubi eadem explicamus.

VERS. 27. — FORTITUDO ET GAUDIUM IN LOCO

verit, adeò feliciter, ut superârit illos, et abactam prædam ex illorum manibus extorserit. Tunc autem supplenda est, Hebræorum more, nota similitudinis, quasi dicas : Nolite tangere illos qui mihi sunt tanquàm reges, aut quia ab illorum stirpe reges nascituri sunt, seu quia qui magno apud principes loco sunt, et in amore et observantiâ primi, proverbiali specie sacerdotes dicuntur, ut ostendimus lib. 2 Reg., c. 9, v. 18; tunc autem hic erit sensus : Nolite tangere eos qui apud me eo loco sunt, ac si sacerdotes essent. Hos porrò prophetas esse satis constat. De Abraham dixit Deus ipse, cùm regem corripuit Abimelech, Gen. 20, v. 7 : *Nunc ergo redde viro suo uxorem, quia propheta est; et orabit pro te, et vives. Si autem nolueris reddere, scito quòd morte morieris tu et omnia quæ tua sunt.* Fuisse Isaac prophetam, item et Jacob, satis indicant benedictiones quibus quæ essent eventura filiis prædixerunt. Malignari autem in prophetis prohibentur reges, id est, ne quid prophetis mali faciant, ut liquet ex his quæ modò diximus.

Hucusque prior psalmus, quem David edidit pro arcâ ad arcem Sionis, seu civitatem regiam traducendâ; neque existimo plus ex isto psalmo aut fuisse, aut cecinisse cantores et psaltas, aut composuisse Davidem. Multò plura sunt in vulgato Psalterio, in quibus plurima Dei sive beneficia, sive miracula, commemorantur, quæ post hunc articulum, addita, opinor, à Davide, quæ aliis temporibus et rerum eventibus ex usu ac votis populi canerentur in templo. Quo tempore David quædam abstulit, dùm editum psalmum magis elimat, et illorum loco alia reposuit, quæ vel ad numeros musicos, aut sententiarum pondus magis attemperata videbantur, ut constabit magis sequenti psalmo, ubi mutata sunt, addita aut sublata plura, quæ manifestè docent psalmum, qui in Paralipomenis est, et qui in Psalterio nonagesimo loco numeratur, diversis temporibus fuisse compositos. (Sanctius.)

(1) Hic psalmus, qui etiam in religiosâ pompâ cantatus est, in Psalterio, ut diximus, reperitur, limatus tamen magis à regio Psalte, ex quo sublata non pauca, addita nonnulla, quæ suis locis observabimus. Dicunt autem Hebræi, ut refert Agellius ad psalmum 104, priorem psalmum matutino tempore in templo, posteriorem vespertino à sacerdotibus solitum esse cantari. Unde hoc sumpserit Agellius, non invenio; neque quid Hebræi dicant, admodùm curandum, quorum mira est in fingendo licentia.

Psalmi titulus est in Psalterio : *Quando domus ædificabatur post captivitatem*, qui titulus in Hebræo non est præfixus; existimatur ab Esdrâ, ut eo titulo cantatoribus ediceret quid in templo sive ædificando, sive dedicando canere debuerint. Quod ita factum ipse docet Esdras, lib. 1, cap. 3, vers. 10 : *Fundato à cæmentariis templo Domini, steterunt sacerdotes in ornatu suo cum tubis, et Levitæ filii Asaph in cymbalis, ut laudarent Deum per manus David regis Israel, et concinebant in hymnis et confessione Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia ejus;* quæ verba sunt in fine Psalmi in lib. Paral. Idem Psalmus iteratus est rursùs à cantoribus, cùm arca è civitate David ad templum est transmissa, lib. 2 Paralip. cap. 5, v. 73, et iterùm cap. 20, vers. 21. Hunc porrò versum primùm existimo à Davide compositum, et deinde ad Psalmum 117 translatum, qui celebre ab hoc versu ducit exordium.

In toto hoc psalmo id agit propheta, ut omnes gentes ad divinas laudes celebrandas invitet, quas laudes cum rebus omnibus etiam inanimatis cupit esse communes. Atque ideò cœlum et terram, maria, sylvas et agros, et quicquid est in naturâ rerum, ad laudandum ipsorum conditorem Deum hortatur et provocat. In toto psalmo nihil fermè est, quod interpretis operam requirat. Illud tamen si quid fuerit, illustrare tentabimus,

VERS. 25. — HORRIBILIS SUPER OMNES DEOS. *Horribile* duò significat, quod nempe horrorem hominibus et pavorem incutit, et quod stuporem affert, admirationem et observantiam. Unde Deus formidabilis dicitur, admirabilis et venerandus, quæ duo sæpè Psalmista conjungit. Id nos multis ostendimus in nostris Commentariis super Acta, ad illud c. 8 : *Et dabo prodigia in cœlo sursùm.* Horrorem pro religione ac veneratione etiam sumunt profani. Ita Servius ad illud Virg. lib. 1 Æneid. :

Horrentique atrum nemus imminet umbrâ.

Lucæ c. 1, nato Joanne, factus est timor super omnes vicinos, id est, admiratio. Clariùs Matth. c. 9, ubi sanato paralytico videntes *turbæ timuerunt*, Græcè est : ἐθαύμασαν, id est, *admiratæ sunt.*

VERS. 26. — OMNES ENIM DII POPULORUM IDOLA. Rationem reddit cur Deus super omnes illos qui à delusâ gentilitate existimantur dii, horribilis sit atque laudabilis, quia ille cœlos fecit, et quæ cœlorum complexu continentur, et quia talia secum habet, de quibus statim, quæ illum excelsum, laudabilem et admirabilem prædicant. At gentium dii nihil sunt aliud quàm umbræ quædam futiles, ænea, sive marmorea, certè muta, et quæ nullam habent sentiendi facultatem; simulacra, quæ non sunt timenda aut veneranda magis quàm ligna aut saxa, unde illa scalpro aut runcinâ efformârunt artifices. Pro *idolis*, Hebr. est אלילים, *elilim*, quæ aliquid valet vanum et omninò nihili. Quod indicavit Paulus, cùm

EJUS (1). In Psalmis : *Fortitudo et decor in sanctuario ejus.* Vulgata : *Sanctimonia et magnificentia in sanctificatione ejus.* Ministratur Deo in tabernaculo, ritu planè augusto et religioso; altè ibi sonant laudes sanctitatis ejus et majestatis.

VERS. 29. — LEVATE SACRIFICIUM ; afferte hostias, seu potiùs שאו מנחה, *munera* panis, vini, similæ.

ADORATE DOMINUM IN DECORE SANCTO, religioso obsequio seu ritu Numinis sanctitate digno ; vel juxta Hebræum : *In pulchritudine Sanctuarii sui.* In psalmo 95, 8 : *In atriis suis*, in tabernaculo suo ; qui genuinus est textûs hujus sensus.

VERS. 30. — COMMOVEATUR A FACIE EJUS OMNIS TERRA. In psalmo 95, statim subditur : *Dicite in gentibus quia Dominus regnavit,* quæ verba hìc rejiciuntur ad finem v. 30.

VERS 32. — TONET MARE, ET PLENITUDO EJUS ; insonet mare ; et quidquid in eo continetur, vocibus gaudii (1). Syrus et Arabs : *Laudem dicat mare* ; describit Psalmista poetico stylo fragorem agitatorum fluctuum et furentis pelagi boatum. Mare ita commoveatur, ut cùm maximè, ingentis lætitiæ gaudia significaturum.

VERS 33. — QUIA VENIT JUDICARE TERRAM. Psalmus 95 addit : *Judicabit orbem terræ in æquitate, et populos in veritate suâ;* atque ita Psalmus clauditur. (2)

VERS. 35. — DICITE : SALVA NOS...., ET CON-

dixit, ad hunc respectans locum, 1 Cor. c. 8, *idolum nihil* esse. Septuaginta *dæmonium* converterunt, alii aliter, sed omnes aliquid indicant vacuum à mente et sensu. (Sanctius.)

(1) Multi multa hìc cogitant; ego breviter existimo hìc agi de ornatu et gloriâ quæ Deo aut exhibetur, aut exhiberi debet in tabernaculo, ad quod modò traducitur arca, et in templo postea, quando à Salomone traducetur. Et hoc indicat illud : *Coram eo, et in loco ejus, et in sanctificatione ejus.* In templo autem laudes resonant Dei, in quibus est *magnificentia,* id est, magnorum operum prædicatio, aut oratio, quæ Deum magnificat, id est, esse magnum ostendit. *Fortitudo et gaudium,* id est, canticum in quo divinæ virtutis prædicantur opera, et gaudendi atque triumphandi hominibus materiam dedit, aut quia de hostibus, auspice Deo, obtinuêre victoriam, quæ gaudium parit, aut quia de victoriis auctori Deo aut nobis ipsis gratulamur. De quo argumento varii scribuntur psalmi. Hæc omnia sæpiùs iterata sunt à regio Psalte, ut constabit lectori mediocriter attento quæ omnia complexi sunt cantores illi cœlites, qui in conspectu throni cecinerunt, Apoc. c. 7, v 12 : *Benedictio, et claritas, et sapientia, et gratiarum actio, honor, et virtus, et fortitudo Deo nostro in secula seculorum.*

VERS. 28. — AFFERTE DOMINO, FAMILIÆ POPULORUM ; AFFERTE DOMINO GLORIAM ET IMPERIUM. Offeruntur Deo non solùm veræ et propriæ, sed etiam metaphoricæ victimæ, quales sunt animi affectus et desideria quæ in Scripturâ sæpè cordis significantur vocabulo, et laudes, quæ Oseæ c. 14, v. 3, dicuntur *labiorum vituli. Reddamus vitulos labiorum nostrorum,* et Ps. 49 : *Immola Deo sacrificium laudis.* Ad Deum igitur monet hic locus omnes familias populorum, seu, ut in Psalterio legimus, patrias gentium, ut afferant non ingrata aut indecora sacrificia, hymnos videlicet, qui illum gloriosum prædicant et imperatorem, quem omnes timere atque observare debeant. Hoc porrò latiùs amplificat, et eleganti quâdam prosopopœiâ persequitur, dùm ad hanc laudem omnes invitat creaturas, non solùm quæ rationis sunt, sed etiam quæ sensûs et vitalium facultatum expertes, ad v. 33; in quibus nihil est quod interpretis operam desideret, cùm tantùm admoneantur quæ ad divinas laudes excitantur, ut quâ ratione juxta naturæ suæ vim et modum possunt, ad hoc opus religiosum, et pium, et multis nominibus debitum incumbant. Moveatur terra coram Domino, sicut olim ad ingressum in terram promissionis, Num. c. 21, de quo motu Psal. 113. Neque illi deest causa cur exultare et commoveri debeat, et cùm à Deo quod aliis elementis negatum est, firmitatem acceperit, et cœli ipsi dùm scintillantibus distincti sideribus suos orbes ratâ conversione conficiunt, exultent, et Deum universorum esse regem, quo possunt sermone fateantur. Idipsum faciat mare, tumenti atque sonanti fluctu, et agri, quæque in ipsis aut nascuntur, aut vagantur ; et quæ in sylvis ligna fruticesque proveniunt, et lætitiæ, et laudis eam sibi materiam assumant, *quia Dominus venit judicare terram.* Judicare autem non solùm est jus dicere, aut disceptare causam, sed etiam pauperes, pupillosque defendere, causam suscipere communem, et regio more rempublicam constituere, atque ita moderari, ut neque violentus aut tyrannus res rapiat, aut conturbet alienas, aut pauper potentiorum prædæ atque calumniæ pateat. Hoc autem eorum opus est, qui ante regum tempora judices vocabantur, quorum jus erat si non omninò regium, at certè regio proximum. Judicare igitur idem est quod regere ; sicut judex olim idem erat penè quod Davidis tempore *rex.* Quia ergo Dominus judicavit terram, et illam, quasi victor, triumphatorque constituit, monet propheta creaturas omnes, ut triumphanti occurrant, epinicium cantent, et ad tantam principis gloriam, quicquid habent speciosum, ostentent. Ager proferat herbarum florumque varietatem ; colorum signa majori quodam splendore colluceant; exultent in mari pisces; in aere volucres ludant, cum triumphante Deo ipsa quoque rerum natura exultet et triumphet. Hic sensus constabit magis ex v. 35, de quo mox. (Sanctius.)

(1) Septuag. : Βομβήσει ἡ θάλασσα σὺν τῷ πληρώματι.

(2) VERS. 34. — CONFITEMINI DOMINO, QUONIAM IN ÆTERNUM MISERICORDIA EJUS. Hic versus invenitur etiam in ps. 117. Sed puto primùm à Davide ad hunc rerum articulum fuisse

GREGA NOS, ET ERUE DE GENTIBUS (1). Hic versiculus, unàque præcedentes et sequentes desunt in libro Psalmorum. Certè hæc oratio congruere minimè videtur ætati Davidis; tunc enim Judæi neque inter gentes dispergebantur, nec opprimebantur ab alienis: nulla adhuc transmigratio, nulla captivitas, quin et à longissimâ ætate nullum fuerat reipublicæ tempus felicius atque tranquillius. Hinc suspicio interpretum quorumdam, inter quos Lyra et Estius hìc, Esdram, qui horum librorum auctor creditur, adjecisse aliquid in fine cantici hujus Davidici aptum populo ætatis suæ, ut congruam præsenti rerum statui haberent orationem Levitæ, in secundo templo canentes; quo quidem in statu Israelitarum pars maxima dispersa inter gentes vagabatur, pressaque alienorum principum jugo gemebat. Persimilis orationis exemplum habes in psalmo 105, v. 47: *Salvos nos fac, Domine Deus*

compositum, et deinde ad alia loca fuisse translatum. Quem sæpè in templo personuisse probant illa loca supra citata, et hoc ipso capite v. 41, hic versus certis quibusdam locis putatur esse legitimus, ubi dicuntur electi Heman et Idithun, et alii, *ad confitendum Domino, quoniam in æternum misericordia ejus.* Porrò tam hic versus quàm alii qui sequuntur, omissi sunt in Psalterio, ideò fortassè quia non tam alibi commodè quam in præsenti rerum articulo cantari poterant.

(1) Ex hoc versu colligere mihi videor non difficilè invitari supra creaturas omnes, ut triumphanti Christo gratulantes et lætæ obviàm occurrant, cantantes illum Hebræorum pæana, seu epinicium, quo à gratulanti turbâ excipi solent triumphantes. Est autem vox hæc familiaris in triumpho: *Salva nos.* Hoc sanè modo exceperunt Judæi triumphantem Christum in Palmarum festo, iterantes usitatum illud: *Hosanna*, quæ vox aut triumphantes prosequitur cum festivo plausu, aut his quibus benè cupimus, aliquid precatur, cùm aliquid aut ordiuntur, aut aggrediuntur eximium: ut cùm quis dignitatem obtinet similem, seu proximam regiæ. Hanc vocem de se audiisse reges puto, cùm primùm inaugurantur, qui ipsis salutem et vitam optant, quales audierunt à plaudente turbâ Adonias, lib. 3 Reg. c. 1, v. 25, et Salomon ibidem v. 34, et Joram lib. 4 Reg. c. 11, v. 13, quibus cùm fausta precaretur populus, clamavit: *Vivat rex!* nisi mavis optare populum, et precari ab illo, quem regem agnoscit, ut saluti publicæ ac subditorum vitæ provideat, quod regum proprium est; quâ voce illum esse regem legitimâ salutatione profitetur. In hunc sensum accipio hoc loco, illud: *Salva nos*, quæ vox est psalmistæ et populi qui ab effectu Dominum regem appellat. Quod probat, quod antecessit proximè v. 31: *Dicite in nationibus: Dominus regnavit*, id quod populus cecinit, cùm Absalomem acclamavit regem, juxta ipsius Absalomis imperium lib. 2 Reg. c. 15, v. 10: *Statim ut audieritis clangorem buccinæ, dicite: Regnavit Absalom.*

ET CONGREGA NOS, ET ERUE DE GENTIBUS, UT CONFITEAMUR NOMINI SANCTO TUO. Prævidebat spiritu instinctus prophetico David, futurum aliquando ut multi de Israelitico semine à patriis finibus abducti inter gentes agerent captivi, ubi interesse non possent Hebræorum sacris, et divinum nomen canticis celebrare solemnibus, quale hoc est, in quo nostra laborat commentatio. Orat igitur Deum, quem suum sibi fatetur Salvatorem et Regem, ut dispersos congreget, et exolutos à servili jugo patriæ, tabernaculoque restituat; ut et divino nomini debitos impendant honores, et ipsi ex canticorum suavitate, et religioso cultu aliquid capiant honestæ voluptatis. (Sanctius.)

Sauvez-nous, ô Dieu, qui êtes notre Sauveur; rassemblez nous, et nous retirez du milieu des nations, afin que nous rendions gloire à votre saint nom, etc. Ces paroles, selon le premier sens littéral qui se présente à l'esprit, nous marquent sans doute le désir qu'avait David, et la prière qu'il faisait à Dieu, et qu'il voulait que tout le peuple fît avec lui, qu'il plût à sa divine bonté de les rassembler tous en un seul corps, et de réunir avec eux ceux de leurs frères qui pouvaient être dispersés parmi les nations infidèles, afin qu'ils se joignissent tous ensemble dans un même esprit pour rendre gloire à son saint nom. Mais ce prince, qui était un grand prophète, et qui a particulièrement envisagé le Messie dans ses Psaumes, comme Jésus-Christ le dit lui-même, pouvait bien aussi, en parlant à Dieu de cette sorte, avoir en vue l'avénement de celui qui devait être le véritable *Sauveur* de son peuple, et qui devait *rassembler* en un seul corps tous les vrais enfants d'Israël dispersés parmi *les nations.*

Or cette prière que David mettait dans la bouche de tout ce peuple, doit être encore aujourd'hui dans le cœur de tous les Chrétiens, qui sentent par l'expérience continuelle de leur faiblesse et de la force de leurs ennemis, le besoin qu'ils ont de dire sans cesse à l'auteur de leur salut: *Sauvez-nous, ô Dieu, qui êtes notre Sauveur*, parce que si vous ne nous sauvez à tous moments par un effet tout-puissant de votre grâce, nous péririons. *Rassemblez-nous*, en nous unissant étroitement par les liens de votre Esprit et de votre amour, et *nous retirez* continuellement *du milieu des nations*, en nous éloignant de la vanité de leurs désirs et de la corruption de leurs mœurs. Vous nous avez commandé de nous en séparer, et de prendre garde de ne pas toucher à ce qui est impur. *Exite de medio eorum, et separamini, dicit Dominus, et immundum ne tetigeritis.* Mais le sentiment de notre faiblesse nous fait recourir à vous, Seigneur, et vous dire avec le saint roi David: Sauvez-nous, vous qui êtes notre Sauveur, et nous retirez du milieu des nations: *Salva nos, Deus, Salvator noster,... et erue de gentibus;* afin que nous rendions gloire à la sainteté de votre nom, et à la puissance de votre grâce: *Ut confiteamur nomini sancto tuo.* (Sacy.)

noster, et congrega nos de nationibus, ut confiteamur nomini sancto tuo, etc. Vide nostram præfat. in psal. 50. Aiunt alii, Davidem hæc scripsisse prophetico spiritu, cùm futuram populi sui captivitatem prævideret; vel denique voto exoptantis, ut Israel universus, qui ad imperium suum sese collegerat, vitam in pace et religione tranquillam ageret.

Vers. 36. — Dicat omnis populus : Amen et hymnum Domino (1). Ita commodè redditur Hebræus : *Et omnis populus dicet : Amen et Alleluia;* vel denique : *Et dicit omnis populus : Amen : Benedictus Deus;* vel : *Omnis populus dicat : Sit Domino veritas et laus.*

Vers. 39. — Sadoc autem sacerdotem et fratres ejus sacerdotes coram tabernaculo Domini in excelso, quod erat in Gabaon. Jam alibi animadvertimus, tabernaculum à Moyse erectum, et altare holocaustorum relicta fuisse Gabaone, duosque tunc summam sacerdotii dignitatem simul egisse, Abiatharum et Sadocum. Porrò David occupaturus dissidia, quæ fortè dignitatis æmulatio inter utramque familiam sacerdotalem induxisset, si sacra munera uterque sacerdos eodem in loco ageret, Sadocum constituit Gabaone, Abiatharum Hierosolymis. Quamdiù hic ordo perseveraverit, ignoratur; sed post aliquot annos, cùm David subducere se Absalomo coactus discessit Hierosolymis, 2 Reg. 15, 24, cùmque Salomon in regem salutatus fuit, ibid. 1, 7, 8, Sadoc et Abiathar simul tabernaculo Hierosolymitano deservisse videntur.

Vers. 41. — Et post eum Heman et Idithun. Secuti sunt facilè Sadocum Gabaonem, ibique cantores agebant, uti Asaph, ejusque chorus Hierosolymis, supra, v. 37.

Vers. 42. — Filios autem Idithun fecit esse portarios; custodes scilicet tabernaculi Gabaonitici, quemadmodùm Obededom et Hosa idem munus præstabant Hierosolymis, supra, v. 38. Porrò hæc omnia perseverâsse arbitror ad exitum usque regni Davidici. Novus tunc ordo inductus, qui legitur capitibus 23, 24, 25, 26, quanquàm facilè suprema illi manus imposita non fuit, nisi templo constructo; novimus enim vel sub Salomone altare Gabaoniticum penitùs neglectum non fuisse, nec populi sacrificia in eo penitùs cessâsse, 3 Reg. 3, 3, 4.

(1) Cantabunt sive Levitæ et sacerdotes in tabernaculo, et templo, sive in aliis locis alii, neque enim ullus est locus in quo non possint, aut debeant divinæ laudes resonare, aut ullus homo qui à divinæ bonitatis præconiis excludatur. Cùm ergo alii, quicumque illi fuerint, Deo benedixerint, usurpârintque commune illud et suavissimum canticum : *Benedictus Dominus Deus Israel ab æterno usque ad æternum*, respondebit populus : *Amen*, quasi petitionem illam et votum approbans, et orans ut ratæ sint preces. Et insuper ipse quoque suum hymnum addet, et laudabit Dominum, quo tempore ac loco fas illi sit : erit autem quodcumque tempus idoneum, et quicumque locus, dummodò extra templum, ubi tantùm ab ore Levitico divinæ resonant laudes. (Sanctius.)

CAPUT XVII.

1. Cùm autem habitaret David in domo suâ, dixit ad Nathan prophetam : Ecce ego habito in domo cedrinâ : arca autem fœderis Domini sub pellibus est.

2. Et ait Nathan ad David : Omnia quæ in corde tuo sunt, fac : Deus enim tecum est.

3. Igitur nocte illâ factus est sermo Dei ad Nathan, dicens :

4. Vade, et loquere David servo meo; Hæc dicit Dominus : Non ædificabis tu mihi domum ad habitandum.

5. Neque enim mansi in domo, ex eo tempore quo eduxi Israel, usque ad diem hanc : sed fui semper mutans loca tabernaculi, et in tentorio,

6. Manens cum omni Israel. Numquid locutus sum saltem uni judicum Israel, quibus præceperam ut pascerent populum

CHAPITRE XVII.

1. David étant établi dans son palais, dit au prophète Nathan : Me voici logé dans une maison de cèdre, et l'arche de l'alliance du Seigneur est sous une tente de peaux.

2. Nathan répondit à David : Faites tout ce que vous avez dans le cœur, car Dieu est avec vous.

3. Mais la nuit suivante Dieu parla à Nathan, et lui dit :

4. Allez dire à mon serviteur David : Voici ce que dit le Seigneur : Vous ne me bâtirez point de maison pour y faire ma demeure.

5. Car je n'ai point eu de maison ni de demeure, depuis le temps où j'ai tiré Israël *de l'Egypte* jusqu'à présent; mais j'ai été sous des tentes, changeant toujours de lieux où l'on dressait mon pavillon,

6. Quand je demeurais avec tout Israël. Ai-je jamais parlé à aucun des juges d'Israël, à qui j'avais commandé d'avoir soin de mon peuple,

meum, et dixi : Quare non ædificâstis mihi domum cedrinam?

7. Nunc itaque sic loqueris ad servum meum David : Hæc dicit Dominus exercituum : Ego tuli te, cùm in pascuis sequereris gregem, ut esses dux populi mei Israel :

8. Et fui tecum quòcumque perrexisti; et interfeci omnes inimicos tuos coram te, fecique tibi nomen quasi unius magnorum, qui celebrantur in terrâ.

9. Et dedi locum populo meo Israel : plantabitur, et habitabit in eo, et ultra non commovebitur, nec filii iniquitatis atterent eos sicut à principio,

10. Ex diebus quibus dedi judices populo meo Israel, et humiliavi universos inimicos tuos. Annuntio ergo tibi, quòd ædificaturus sit tibi Dominus domum.

11. Cùmque impleveris dies tuos, ut vadas ad patres tuos, suscitabo semen tuum post te, quod erit de filiis tuis, et stabiliam regnum ejus.

12. Ipse ædificabit mihi domum, et firmabo solium ejus usque in æternum.

13. Ego ero ei in patrem, et ipse erit mihi in filium : et misericordiam meam non auferam ab eo, sicut abstuli ab eo qui ante te fuit.

14. Et statuam eum in domo meâ, et in regno meo, usque in sempiternum : et thronus ejus erit firmissimus in perpetuum.

15. Juxta omnia verba hæc, et juxta universam visionem istam, sic locutus est Nathan ad David.

16. Cùmque venisset rex David, et sedisset coram Domino, dixit : Quis ego sum, Domine Deus, et quæ domus mea, ut præstares mihi talia?

17. Sed et hoc parùm visum est in conspectu tuo : ideòque locutus es super domum servi tui etiam in futurum : et fecisti me spectabilem super omnes homines, Domine Deus.

18. Quid ultra addere potest David, cùm ita glorificaveris servum tuum, et cognoveris eum?

19. Domine, propter famulum tuum, juxta cor tuum fecisti omnem magnifi-

et lui ai-je dit : Pourquoi ne m'avez-vous point bâti une maison de cèdre?

7. Vous direz donc maintenant à mon serviteur David : Voici ce que dit le Seigneur des armées : Je vous ai choisi lorsque vous meniez paître des troupeaux, pour vous établir chef de mon peuple d'Israël;

8. Et j'ai été avec vous partout où vous marchiez; j'ai exterminé tous vos ennemis devant vous, et j'ai rendu votre nom aussi illustre que celui des grands hommes qui sont célèbres dans le monde.

9. J'ai donné un lieu *fixe* à mon peuple d'Israël : il y sera affermi, et il y demeurera sans être ébranlé à l'avenir ; et les enfants d'iniquité ne l'humilieront plus, comme ils ont fait auparavant,

10. Depuis le temps que j'ai donné des juges à mon peuple d'Israël, et que j'ai humilié tous vos ennemis. Je vous déclare donc que le Seigneur doit établir votre maison.

11. Et lorsque vos jours seront accomplis pour aller avec vos pères, je susciterai après vous un de votre race, qui sera de vos enfants, et j'affermirai son règne.

12. Ce sera lui qui me bâtira une maison ; et j'établirai son trône pour jamais.

13. Je serai son père, et il sera mon fils; et je ne retirerai point ma miséricorde de dessus lui, comme je l'ai retirée de dessus celui qui a été avant vous.

14. Et je l'établirai dans ma maison et dans mon royaume pour jamais, et son trône sera très-ferme pour toujours.

15. Nathan parla dans ces mêmes termes à David, et lui rapporta tout ce que Dieu lui avait fait entendre dans cette vision.

16. Ensuite le roi David étant venu devant le Seigneur, et s'y étant arrêté, il dit : Qui suis-je, Seigneur Dieu, et quelle est ma maison, pour mériter que vous me fassiez de si grandes grâces ?

17. Mais cela vous a encore paru peu de chose ; c'est pourquoi vous avez fait des promesses à la maison de votre serviteur, même pour les siècles à venir ; et vous m'avez rendu plus considérable que tous les autres hommes, Seigneur Dieu.

18. Que peut ajouter David, lorsque vous avez ainsi élevé votre serviteur, et que vous vous êtes ainsi souvenu de lui ?

19. Seigneur, c'est pour l'amour de votre serviteur que, selon vos desseins, vous en avez usé envers lui d'une manière si magnifi-

centiam hanc, et nota esse voluisti universa magnalia.

20. Domine, non est similis tuî, et non est alius Deus absque te, ex omnibus quos audivimus auribus nostris.

21. Quis enim est alius, ut populus tuus Israel, gens una in terrâ, ad quam perrexit Deus, ut liberaret, et faceret populum sibi, et magnitudine suâ atque terroribus ejiceret nationes à facie ejus, quem de Ægypto liberaret?

22. Et posuisti populum tuum Israel tibi in populum usque in æternum, et tu, Domine, factus es Deus ejus.

23. Nunc igitur, Domine, sermo quem locutus es famulo tuo, et super domum ejus, confirmetur in perpetuum, et fac sicut locutus es.

24. Permaneatque et magnificetur nomen tuum usque in sempiternum, et dicatur : Dominus exercituum Deus Israel; et domus David servi ejus permanens coram eo.

25. Tu enim, Domine Deus meus, revelâsti auriculam servi tui, ut ædificares ei domum : et idcircò invenit servus tuus fiduciam, ut oret coram te.

26. Nunc ergo, Domine, tu es Deus, et locutus es ad servum tuum tanta beneficia.

27. Et cœpisti benedicere domui servi tui, ut sit semper coram te : te enim, Domine, benedicente, benedicta erit in perpetuum.

que, et que vous avez voulu faire connaître tant de grandes choses.

20. Seigneur, nul n'est semblable à vous, et il n'y a point d'autre Dieu que vous entre tous ceux dont nous avons entendu parler.

21. En effet, y a-t-il un peuple semblable à votre peuple d'Israël, cette nation unique sur la terre, dont Dieu a daigné s'approcher pour la délivrer de la servitude et en faire un peuple qui lui fût consacré, et pour chasser par sa puissance et par des choses terribles, toutes les nations de devant ce peuple qu'il avait tiré de l'Egypte?

22. Et vous avez établi votre peuple d'Israël pour être à jamais votre peuple; et vous, Seigneur, êtes devenu son Dieu.

23. Confirmez donc maintenant pour jamais, Seigneur, la promesse que vous avez faite à votre serviteur pour lui et pour sa maison, et accomplissez-la selon votre parole.

24. Que votre nom demeure et soit glorifié éternellement; qu'on dise : Le Seigneur des armées est le Dieu d'Israël; et la maison de David son serviteur subsiste toujours devant lui;

25. Car c'est vous, Seigneur mon Dieu, qui avez révélé à votre serviteur que vous vouliez lui établir une maison; et c'est pour cela que votre serviteur est rempli de confiance pour vous offrir sa prière.

26. Maintenant donc, Seigneur, vous êtes le *seul vrai* Dieu, et vous avez fait ces grandes promesses à votre serviteur;

27. Et vous avez daigné bénir la maison de votre serviteur, afin qu'elle subsiste éternellement devant vous. Car puisque vous la bénissez, Seigneur, elle sera bénie pour jamais.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Ecce ego habito in domo cedrina; arca autem fœderis Domini sub pellibus est. Vide ad 2 Reg. 7, ubi hæc historia narratur. Ædes cedrinæ in eâ regione instructissimæ et magnificentissimæ habebantur. *Numquid locutus sum*, ait Deus ad Nathanum inferiùs, vers. 6, *saltem uni judicum Israel : Quare non ædificâstis mihi domum cedrinam* (1)?

(1) *Ai-je jamais parlé à aucun des juges de mon peuple, à qui j'avais commandé d'avoir soin de lui, et lui ai-je dit : D'où vient que vous ne m'avez point bâti de maison de cèdre?* Si Dieu refusa d'écouter David dans le désir qu'il avait de lui bâtir une maison, c'est-à-dire, un temple, ce n'était pas proprement qu'il n'eût agréé cet ouvrage de sa main, pour le moins autant que de celle de Salomon, puisqu'il regarda toujours David comme *son* vrai *serviteur.* Mais il semble qu'il avait dessein principalement de faire entendre par là que la maison où il voulait habiter ne serait point une maison ordinaire, une maison bâtie par la main des hommes *(car Dieu n'habite point*, comme dit saint Paul, *dans des temples bâtis par les hommes)*, mais une maison vraiment digne du Seigneur, qui serait bâtie par celui qui, étant né de la race de David selon la chair, serait néanmoins Dieu comme lui. Car il est très-remarquable qu'il ne nomme point ici Salomon, en parlant de celui qui lui bâtirait ce temple, et que la manière même dont il en parle ne saurait s'entendre bien exactement de ce prince, que par rapport au Sauveur dont il était la figure: *J'en susciterai*, dit-il à David, *un après vous, qui sera de votre race et de vos enfants, et j'établi-*

Vers. 7. — Ego tuli te, cum in pasguis sequereris gregem. Hebræus ad litteram : *Ego tuli*

te de caulâ de post pecore. Regnum assecutus es munere meo, nullo prævio merito tuo.

Vers. 9. — Dedi locum populo meo Israel. Id studui, ut certum illi locum et stabilem assignarem, cùm interim ego certâ et fixâ domo destitutus, modò hùc, modò illùc vagabar. *Neque mansi in domo ex eo tempore quo eduxi Israel, usque in diem hanc,* v. 5.

Nec filii iniquitatis atterent eos, sicut a principio. Ægyptii jam non Israelitàs, ut olim, opprimeni servitute. Populus meus felicem assecutus est regionem, quâ tamdiu fruetur, quamdiu in debitâ mihi fide et obsequio perseverabit; non patiar, ut hostibus suis, quemadmodùm antea, subdatur. Promissiones sunt hæ certis conditionibus adstrictæ, quibus cùm defuerint Hebræi, datâ fide solutum esse se Deus et censuit, et voluit, illosque modò Assyriis, modò Chaldæis, Græcis, Romanis diripiendos subjiciendosque tradidit.

Vers. 12. — Firmabo solium ejus usque in æternum. Hæc ad litteram nonnisi Jesu Christo è Davide sato secundùm carnem congruunt. Davidis posteri regno potiti sunt, diuturno quidem, non perpetuo. Illud, *in æternum,* significat sæpè in Scripturâ temporis spatium diuturnum.

Vers. 13. — Misericordiam meam non auferam ab eo, sicut abstuli ab eo qui ante te fuit; mitiùs cum illo agam, quàm cum Saüle: si eum abjecero, filios curabo. Si deseruero ad tempus, manum extendam antequàm obeat, ut è lapsu surgat. Creditur, quanquàm non certâ fide, Salomon resipuisse.

Vers. 17. — Fecisti me spectabilem super omnes homines. Liberaliùs erga me egisti, quàm erga quoslibet ætatis meæ, quin et seculorum præteritorum ac futurorum homines. Quis unquàm, secula percurrens universa, virum inveniat, quem Deus majoribus quàm Davidem beneficiis cumulaverit? Hebræus: *Vidisti me secundùm ordinem hominis eximii.* Me selegisti, quem inter homines maximè conspicuos numerares. Majestatem tuam demisisti, ut me hominem humillimum intuerere, quasi magni aliquid essem. Septuaginta: *Vidisti me secundùm dispositionem hominis, et elevâsti me, Domine Deus.* Intuitu humano me aspexisti, oculo miti ac benigno. In 2 libro Regum, 7, 19, ubi eadem oratio describitur, est tantùm: *Ista est lex Adam, Domine Deus.* Vide animadversa in eumdem locum.

Vers. 18. — Quid ultra addere potest David, cum cognoveris eum? Quibus verborum officiis rependere potest ingens hoc beneficium, quod cum illo perinde agere volueris, atque cum amico? *Cognoscere aliquem* est reminisci alicujus, et in Deo perinde est, ac tenero amore aliquem prosequi. Agnoscit ille amicos suos, distinguit, et cumulat beneficiis, obliviscitur adversariorum, illosque non agnoscens rejicit. *Quid est homo*, ait David psalmo 143, 3, *quia innotuisti ei? aut filius hominis, quia reputas eum?*

Vers. 19. — Propter famulum tuum juxta cor tuum fecisti omnem magnificentiam hanc. In 2 Reg. 7, 21, legitur: *Propter verbum tuum, et secundùm cor tuum fecisti omnia magnalia hæc, ita ut notum faceres servo tuo;* nota illa faceres servo tuo, ut argumentum amoris tui illi præberes.

Vers. 21. — Ut faceret populum sibi. Addit Hebræus: *ut faceret tibi nomen;* quod etiam optimè ita explicatur: *Quis est populus, quem Dominus liberavit, ut faceret populum sibi,* quemadmodùm tu Israëlem liberâsti, ut magnitudo nominis tui clarescerct? vel potiùs, ut faceret tibi, ô Israel, nomen, ut illustre tibi nomen apud gentes reliquas compararet. Sed postrema hæc interpretatio nimis coacta est: prior illa facilior, et magis cohærens orationi: apostrophen enim suam ad Dominum David prosequitur.

rai son règne. Celui-là me bâtira une maison; et j'affermirai son trône pour l'éternité.... Et je ne retirerai point ma miséricorde de dessus lui, comme je l'ai retirée de dessus celui qui a régné avant vous. Lors donc que Dieu fait dire à David par son prophète Nathan qu'il *ne lui bâtirait point une maison où il pût faire sa demeure,* et qu'il lui fait demander ensuite *si jamais il s'était plaint à quelqu'un des juges qui avaient gouverné son peuple, de ce qu'ils ne lui avaient point bâti de maison de cèdre,* il veut sans doute lui faire comprendre que ce n'était point une maison de cette nature qu'il demandait, et que l'unique maison qu'il envisageait principalement ne lui serait point bâtie par des hommes, mais par celui dont le trône serait éternel, et en qui il trouverait éternellement, comme dans son Fils unique, ses divines complaisances. Or, cette maison n'était autre que la sainte Eglise, qui a été véritablement l'ouvrage de ce divin Salomon, et de ce vrai Fils de David, cette Eglise bâtie de pierres vivantes, qui sont les fidèles, dont les cœurs purifiés par son Saint-Esprit, sont ses dignes temples.

On peut voir sur ce sujet, et sur la réponse que Nathan fit à David, et sur tout le reste de ce chapitre, les explications du chapitre septième du second livre des Rois, où les mêmes choses sont rapportées à peu près comme en celui-ci, avec des éclaircissements considérables. (Sacy.)

VERS. 25. — INVENIT SERVUS TUUS FIDUCIAM; famulus tuus plenus est fiduciâ. Hebræus legit tantummodò : *Servus tuus invenit ad orandum coram te.* Sed in textu 2 Regum, 7, 27, legitur : *Invenit servus tuus cor suum, ut oraret.*

CAPUT XVIII.

1. Factum est autem post hæc, ut percuteret David Philisthiim, et humiliaret eos, et tolleret Geth, et filias ejus, de manu Philisthiim,

2. Percuteretque Moab, et fierent Moabitæ servi David, offerentes ei munera.

3. Eo tempore, percussit David etiam Adarezer regem Soba regionis Hemath, quando perrexit ut dilataret imperium suum usque ad flumen Euphraten.

4. Cepit ergo David mille quadrigas ejus, et septem millia equitum, ac viginti millia virorum peditum, subnervavitque omnes equos curruum, exceptis centum quadrigis, quas reservavit sibi.

5. Supervenit autem et Syrus Damascenus, ut auxilium præberet Adarezer regi Soba : sed et hujus percussit David viginti duo millia virorum.

6. Et posuit milites in Damasco, ut Syria quoque serviret sibi et offerret munera. Adjuvitque eum Dominus in cunctis ad quæ perrexerat.

7. Tulit quoque David pharetras aureas quas habuerant servi Adarezer, et attulit eas in Jerusalem.

8. Necnon de Tebath et Chun, urbibus Adarezer, æris plurimùm, de quo fecit Salomon mare æneum, et columnas et vasa ænea.

9. Quod cùm audîsset Thou rex Hemath, percussisse videlicet David omnem exercitum Adarezer regis Soba,

10. Misit Adoram filium suum ad regem David, ut postularet ab eo pacem, et congratularetur ei, quòd percussisset et expugnâsset Adarezer : adversarius quippe erat Thou Adarezer.

11. Sed et omnia vasa aurea, et argentea, et ænea consecravit David rex Domino, cum argento et auro, quod tulerat ex universis gentibus, tam de Idumeâ, et Moab, et filiis Ammon, quàm de Philisthiim et Amalec.

VERS. 27. — CŒPISTI BENEDICERE DOMUI SERVI TUI. Reddunt plures Hebræum : *Complacuit tibi benedicere domum servi tui*, donis et beneficiis cumulare. Septuaginta : *Nunc incipe benedicere domum pueri tui.* Syriacus et Arabs : *Rogo ut benedicas domum servi tui.*

CHAPITRE XVIII.

1. Or il arriva après cela que David battit les Philistins ; il les humilia, et retira Geth avec ses dépendances d'entre leurs mains.

2. Il défit aussi les Moabites, et se les assujettit, et les obligea de lui payer tribut.

3. En ce même temps David battit encore Adarézer, roi de Soba, dans le pays d'Hémath, lorsqu'il marcha pour étendre son empire jusqu'au fleuve de l'Euphrate.

4. David lui prit donc mille chariots et sept mille hommes de cheval, avec vingt mille hommes d'infanterie ; il coupa les nerfs des jambes à tous les chevaux des chariots, hormis cent attelages qu'il réserva pour son service.

5. Alors les Syriens de Damas survinrent pour porter secours à Adarézer, roi de Soba ; mais David en défit vingt-deux mille.

6. Il mit garnison dans Damas pour tenir la Syrie soumise et se la rendre tributaire. Et le Seigneur l'assista dans toutes les guerres qu'il entreprenait.

7. David prit aussi les carquois d'or qu'avaient les soldats d'Adarézer, et les porta à Jérusalem.

8. Il enleva encore de Tébath et de Chun, villes du roi Adarézer, une grande quantité d'airain dont Salomon fit la mer d'airain, avec les colonnes et les vases d'airain.

9. Thoü, roi d'Hémath, ayant appris que David avait défait toute l'armée d'Adarézer, roi de Soba,

10. Envoya Adoram, son fils, au roi David, pour lui demander son alliance et lui témoigner sa joie de ce qu'il avait défait et vaincu entièrement Adarézer ; car Thoü était ennemi d'Adarézer.

11. Le roi David consacra au Seigneur tous les vases d'or, d'argent et d'airain, avec ce qu'il avait pris d'or et d'argent sur tous les peuples, tant sur les Iduméens, les Moabites et les Ammonites, que sur les Philistins et les Amalécites.

12. Abisai verò filius Sarviæ percussit Edom in valle Salinarum, decem et octo millia.

13. Et constituit in Edom præsidium, ut serviret Idumæa David; salvavitque Dominus David in cunctis ad quæ perrexerat.

14. Regnavit ergo David super universum Israel, et faciebat judicium atque justitiam cuncto populo suo.

15. Porrò Joab filius Sarviæ erat super exercitum, et Josaphat filius Ahilud à commentariis.

16. Sadoc autem filius Achitob, et Ahimelech filius Abiathar, sacerdotes : et Susa scriba.

17. Banaias quoque filius Joiadæ super legiones Cerethi et Phelethi : porrò filii David, primi ad manum regis.

12. Abisaï, fils de Sarvia, défit aussi dix-huit mille Iduméens dans la vallée des Salines.

13. Il mit garnison dans l'Idumée, pour tenir cette province dans l'obéissance de David; et le Seigneur conserva toujours David dans toutes les expéditions qu'il entreprit.

14. David régna donc sur tout Israël; et il rendait la justice et les jugements à tout son peuple.

15. Joab, fils de Sarvia, était général de ses armées, et Josaphat, fils d'Ahilud, avait la charge des registres.

16. Sadoc, fils d'Achitob, et Ahimélech, fils d'Abiathar, étaient prêtres ; Susa était secrétaire.

17. Banaïas, fils de Joïada, commandait les Céréthiens et les Phélétiens ; mais les fils de David étaient grands officiers de la couronne.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Factum est, ut David.... tolleret Geth, et filias ejus, de manu Philisthiim. Vide dicta ad 2 Regum 8, 1, ubi legitur in Vulgatâ : *Tulit David frenum tributi de manu Philisthiim.*

Vers. 2. — Offerentes ei munera. Ita Hebræus Septuaginta et Vulgata ; atque ita appellari solebant tributa, munera. Eadem autem legitur hìc in originali vox, quæ adhibetur pro oblationibus panis, fructuum et liquorum, templo exhibendis. Vide Levit. 11.

Vers. 3. — Adarezer, aliter *Adadezer.* Vide 2 Reg. 8, 3.

Quando perrexit, ut dilataret imperium suum usque ad flumen Euphraten. Hebræus : *In eundo ipsum ad statuendum manum suam in flumine Euphrate;* vel, ut subigeret sibi regionem ad Euphratem ; vel ut ibi præsidium è suis constitueret ; vel denique, ut ad Euphratem usque sceptrum suum et imperii limites prorogaret ; manûs enim nomen usurpatur pro latitudine, potestate, possessione, etc. Commodè hæc verba referri possunt ad Adarezerum, quem David aggressus est, et coercuit proficiscentem ad Euphratem, ut victorias suas eò proveheret.

Vers. 4. — Cepit mille quadrigas, et septem millia equitum. Hebrææ voces usurpari possunt de mille equis quadrigas trahentibus, et septem millibus ascendentibus quadrigas et equos. In libro 2 Regum 8, 4, cepisse legitur tantummodò *mille septingentos equites*, omisso quadrigarum nomine ; sed statim subditur, Davidem omnibus equis nervum femoris succidisse. Vide quæ ibi disseruimus, ut hæc loca conciliaremus.

Vers. 5. — Supervenit Syrus Damascenus. Hebræus : *Aramæus Darmesek. Aram* in Hebræo est Syria, cujus erant portio Soba et Damascus. Appellat hìc *Darmasek* et *Adarezer* eos quos alibi *Damesek* et *Adadezer.*

Vers. 6. — Posuit milites in Damasco. Hebræus : *Posuit in Damasco.* Excidit amanuensi *milites*, vel *præsidium.*

Vers. 7. — Tulit pharetras aureas. Vertunt quidam Hebræum : *Clypeos.* Septuaginta : *Torques.* Arabs : *Laminas aureas, quæ appensæ erant equis.* Syrus : *Umbulos aureos, qui appensi erant equis.* Iidem verò interpretes variè admodùm reddunt easdem originalis voces in 2 Regum 8, 7.

Vers. 8. — Thebath et Chun. Nota est urbs Thebarum in Syriâ. *Chun* est *Conna* in Itinerario Antonini, eadem fortè ac *Ganna* Ptolemæi. Porrò Thebath et Chun appellatæ videntur *Betach* et *Berothai* in libris Regum.

Vers. 10. — Adoram. *Joram* est in 2 Reg. 8, 10.

Ut postularet ab eo pacem, et congratularetur ei. Hebræus : *Ad postulandum ab illo, an omnia benè procederent, et ad benedicendum ei;* denique officii gratiâ, et de victoriâ gratulaturus.

Vers. 11. — Omnia vasa aurea et argentea

CONSECRAVIT DAVID REX. Cùm fieri non posset, ut David votum suum religiosum, construendi scilicet templum Domino, impleret, tanto operi necessaria paravit. Eorum quæ oblata fuerant, partem ædificio templi, et partem vasis in usum necessariis impendit Salomon; sed major etiam portio depositi loco in ærario templi servata fuit, 2 Par. 26, 26, 27.

DE IDUMÆA et MOAB. In libris Regum : *De Syriâ et Moab*. Amanuensis incuriâ ארם, *Aram*, cum אדם, *Edom*, confusum est, quorum sunt nomina in originali planè simillima; ex illis autem alterum est *Syria*, alterum *Idumæa*.

VERS. 12. — ABISAI PERCUSSIT EDOM (1). Alibi in Scripturâ victoria hæc Davidi tribuitur (2). Equidem ex libris Regum intelligere videmur, principem hunc per se bello adfuisse ; quare honor victoriæ illi tanquàm regi et duci expeditionis tribuitur. Legitur alibi (3), Joabum duodecim millia Idumæorum fregisse ; id quod nos contigisse credimus post victoriam Abisai. Vide 3 Reg. 11.

VERS. 16. — SADOC, ET AHIMELECH FILIUS ABIATHAR SACERDOTES. Vertendum esse aiunt : *Sadoc, et Abiathar filii Ahimelech;* erat enim Ahimelech pater Abiathari. Facilè autem obrepere potuit amanuensibus, ut turbatâ nominum sede, *Ahimelechum* loco *Abiathari* ponerent. Hebræus legit hìc *Ahimelech*, quemadmodùm et editiones nonnullæ Vulgatæ (1), mendo tamen manifesto, et interpretibus omnibus cognito. Arbitrantur nonnulli, Tirin., Corn. à Lap., *Ahimelechum* hunc filium Abiathari eumdem esse fortè cum Ahimelecho filio Abiathari summi sacerdotis, de quo inferiùs, 24, 6, et cui Abiathar honores et munera summi sacerdotii contulerit. Sed quis credat, verba fieri potuisse de filio summi sacerdotis in paterni muneris socium electo, omisso patre, qui utique sacram illam dignitatem sub Davide gerebat? Meliùs igitur reputamus, utrumque Abiatharum, tum patrem tum filium, indiscriminatim gessisse nomina Abiathari et Ahimelechi, ut modò uno, modò altero appellarentur. Vide 1 Paralip. 24, 3, 6, 21.

SUSA SCRIBA. Saraias appellatur in secundo Regum 8, 17.

VERS. 17. — FILII DAVID PRIMI AD MANUM REGIS, primi post regem, primi apud illum ad explenda ejus imperia, et levanda onera principatûs. Septuaginta : *Primi vicarii regis*. Syrus, et Arabs : *Filii Davidis erant principes*; primi inter præfectos. In 2 Regum 8, 18 : *Filii David sacerdotes erant*.

(1) IN VALLE SALINARUM, ubi erant salinæ in quibus conficiebatur sal. Audi Adrichomium in descript. tribûs Judæ num. 211 : « Vallis « *Salinarum* seu *salis*, Hebraicè *Gemela*, aliàs « *Mela* dicta, in quâ David percussit octode« cim millia Idumæorum, et rediens erexit « sibi fornicem triumphalem. Ibidem et Joab « duodecim millia delevit. Et Amasias decem « vel viginti Idumæorum millia, atque alia de« cem millia præcipitavit de rupe et petrâ Jec« teel. » Fuit ergo hæc vallis Idumæis exitialis, et ut ita dicam fatalis. (Corn. à Lap.)

(2) 2 Reg. 8, 13 : *Fecit sibi David nomen, cùm reverteretur, captâ Syriâ, in valle Salinarum, cæsis decem et octo millibus.*

(3) 3 Reg. 11, 15, 16 : *Cùm esset David in Idumæâ, et ascendisset Joab princeps militiæ ad sepeliendum eos qui fuerant interfecti, et occidisset omne masculinum in Idumæâ*, etc. Vide et titul. Ps. 59 : *Et convertit Joab, et percussit Idumæam in valle Salinarum duodecim millia.*

(1) אבימלך. Ita edit. Polyglottæ Antuerp. et Parisina Mich. le Jay, Nivell. Paris. 1573, et Joan. Benedicti, etc.

CAPUT XIX.

1. Accidit autem ut moreretur Naas rex filiorum Ammon, et regnaret filius ejus pro eo.

2. Dixitque David : Faciam misericordiam cum Hanon filio Naas; præstitit enim mihi pater ejus gratiam. Misitque David nuntios ad consolandum eum super morte patris sui. Qui cùm pervenissent in terram filiorum Ammon, ut consolarentur Hanon,

3. Dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanon : Tu forsitan putas, quòd David honoris causâ in patrem tuum miserit qui consolentur te : nec animadvertis

CHAPITRE XIX.

1. Or il arriva que Naas, roi des Ammonites, mourut, et que son fils régna en sa place.

2. Alors David dit : Je veux témoigner de l'affection à Hanon, fils de Naas, parce que son père m'a obligé. Il envoya donc des ambassadeurs pour le consoler de la mort de son père. Mais quand ils furent arrivés sur les terres des Ammonites pour consoler Hanon,

3. Les princes des enfants d'Ammon dirent à Hanon : Vous croyez peut-être que c'est pour rendre quelque honneur à la mémoire de votre père que David a envoyé ici des ambassadeurs pour vous consoler; et vous ne voyez pas qu'ils n'y sont venus que pour reconnaître

quòd ut explorent, et investigent, et scrutentur terram tuam, venerint ad te servi ejus.

4. Igitur Hanon pueros David decalvavit, et rasit, et præcidit tunicas eorum à natibus usque ad pedes, et dimisit eos.

5. Qui cùm abiissent, et hoc mandâssent David, misit in occursum eorum (grandem enim contumeliam sustinuerant), et præcepit ut manerent in Jericho, donec cresceret barba eorum, et tunc reverterentur.

6. Videntes autem filii Ammon, quòd injuriam fecissent David, tam Hanon, quàm reliquus populus, miserunt mille talenta argenti; ut conducerent sibi de Mesopotamiâ et de Syriâ Maacha, et de Sobâ currus et equites.

7. Conduxeruntque triginta duo millia curruum, et regem Maacha cum populo ejus. Qui cùm venissent, castrametati sunt è regione Medaba. Filii quoque Ammon congregati de urbibus suis, venerunt ad bellum.

8. Quod cùm audîsset David, misit Joab, et omnem exercitum virorum fortium :

9. Egressique filii Ammon, direxerunt aciem juxta portam civitatis : reges autem, qui ad auxilium ejus venerant, separatim in agro steterunt.

10. Igitur Joab intelligens bellum ex adverso et post tergum contra se fieri, elegit viros fortissimos de universo Israel, et perrexit contra Syrum.

11. Reliquam autem partem populi dedit sub manu Abisai fratris sui, et perrexerunt contra filios Ammon.

12. Dixitque: Si vicerit me Syrus, auxilio eris mihi ; si autem superaverint te filii Ammon, ero tibi in præsidium.

13. Confortare, et agamus viriliter pro populo nostro, et pro urbibus Dei nostri: Dominus autem, quod in conspectu suo bonum est, faciet.

14. Perrexit ergo Joab, et populus qui cum eo erat, contra Syrum ad prælium, et fugavit eos.

15. Porrò filii Ammon videntes quòd

votre pays, pour y découvrir tout, et pour remarquer jusqu'aux moindres choses.

4. Hanon fit donc raser la tête et la barbe aux serviteurs de David, leur fit couper leurs robes depuis le haut des cuisses jusqu'aux pieds, et les renvoya.

5. Lorsqu'ils s'en furent allés, et qu'ils eurent fait savoir à David ce qui était arrivé, il envoya au-devant d'eux à cause de ce grand outrage qu'ils avaient reçu, et leur ordonna de demeurer à Jéricho jusqu'à ce que leur barbe eût repoussé, et de revenir ensuite.

6. Mais les Ammonites voyant bien qu'ils avaient offensé David, envoyèrent tant de la part d'Hanon que de celle de tout le peuple, mille talents d'argent pour acheter des chariots de guerre et lever de la cavalerie dans la Mésopotamie, dans la Syrie de Maacha, et dans Soba.

7. Ils rassemblèrent donc trente-deux mille chariots, et le roi de Maacha avec son peuple. Tous ces gens s'étant mis en marche, vinrent camper vis-à-vis de Médaba. Et les Ammonites s'étant aussi rassemblés de toutes leurs villes, se préparèrent à la guerre.

8. Lorsque David eut été informé de tous ces préparatifs, il envoya Joab avec toutes ses meilleures troupes.

9. Les Ammonites étant sortis, rangèrent leur armée en bataille près de la porte de la ville. Et les rois qui étaient venus à leur secours, campèrent séparément dans la plaine.

10. Ainsi Joab ayant remarqué qu'on se préparait à le combattre, et de front et par derrière, prit l'élite de toutes les troupes d'Israël, et s'avança contre les Syriens.

11. Il donna le reste de l'armée à Abisaï, son frère, pour marcher contre les Ammonites;

12. Et il dit : Si les Syriens ont de l'avantage sur moi, vous viendrez à mon secours, et si les Ammonites en ont sur vous, j'irai pour vous secourir.

13. Prenez courage et agissons en hommes, et combattons vaillamment pour notre peuple et pour les villes de notre Dieu, et le Seigneur ordonnera de tout comme il lui plaira.

14. Joab marcha donc contre les Syriens avec les troupes qu'il commandait, et les mit en fuite.

15. Les Ammonites voyant la fuite des Sy-

fugisset Syrus, ipsi quoque fugerunt Abisai fratrem ejus, et ingressi sunt civitatem : reversusque est etiam Joab in Jerusalem.

16. Videns autem Syrus quòd cecidisset coram Israel, misit nuntios, et adduxit Syrum, qui erat trans fluvium : Sophach autem princeps militiæ Adarezer, erat dux eorum.

17. Quod cùm nuntiatum esset David, congregavit universum Israel, et transivit Jordanem, irruitque in eos, et direxit ex adverso aciem, illis contra pugnantibus.

18. Fugit autem Syrus Israel; et interfecit David de Syris septem millia curruum, et quadraginta millia peditum, et Sophach exercitûs principem.

19. Videntes autem servi Adarezer se ab Israel esse superatos, transfugerunt ad David, et servierunt ei : noluitque ultra Syria auxilium præbere filiis Ammon.

riens, s'enfuirent aussi eux-mêmes devant son frère Abisaï, et se retirèrent dans la ville; et Joab s'en retourna à Jérusalem.

16. Lorsque les Syriens eurent vu que leur armée était tombée devant Israël, ils envoyèrent engager les autres Syriens qui étaient au-delà du fleuve: or Sophach, général de l'armée d'Adarezer, les commandait.

17. David en ayant reçu nouvelle, rassembla toutes les troupes d'Israël, passa le Jourdain, et vint fondre sur eux, en les attaquant de front avec son armée rangée en bataille, et eux de leur côté soutenant le choc.

18. Mais les Syriens prirent la fuite devant Israël; et David leur tailla en pièces sept mille chariots, et quarante mille hommes de pied, avec Sophach, général de cette armée.

19. Alors tous les serviteurs d'Adarézer se voyant vaincus par les Israélites, passèrent à David et lui furent assujettis. Et les Syriens ne voulurent plus donner de secours aux Ammonites.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Accidit ut moreretur Naas. Vide in hanc historiam dicta ad 2 Reg. 10.

Vers. 3. — Ut scrutentur terram tuam, vel urbem tuam, uti legitur in secundo Regum libro.

Vers. 4. — Decalvavit, et rasit, et præcidit tunicas eorum a natibus usque ad pedes. Legitur alibi rasisse dimidium barbæ eorum, et præcidisse vestes usque ad nates (1). Hebræus ad litteram : *Totondit illos, et præcidit tunicas eorum per medium usque super femora.* Vestibus eorum à medio corporis inferiùs cæsis, eà detexit, quæ pudor celari jubet, vestibus dimidio decurtatis.

Vers. 6. — Videntes filii Ammon quod injuriam fecissent David. Hebræus. *Videntes quòd fœtuissent cum David.* Septuaginta : *Videntes quòd confusus esset populus David*; quòd scilicet in illos probrum caderet.

Ut conducerent sibi de Mesopotamia, et de Syria Maacha, et de Soba. Syria Maacha regio erat propè montem Hermon, et in Trachonitide. Legimus in 2 Reg. 10, 6, Ammonitas misisse ad conscribendas pretio copias in Syriâ Rohob, Syriâ Sobâ, Syriâ Maachâ, et Istob. Mesopotamia siletur, quòd fortè copiæ Mesopotamiorum non satis opportunè venerint, ut primo certamini adessent. Vide v. 16.

Vers. 7. — Triginta duo millia curruum. Hic quadrigarum numerus non legitur in libris Regum, exhibenturque ibi tantummodò viginti millia peditum è Syriâ Rohob et Syriâ Sobâ; mille ex Maachâ, et duodecim millia ex Istob : quæ juncta exercitum triginta trium millium conficiunt. Prætereuntur hìc auxiliares è Mesopotamiâ copiæ, uti et quadrigæ et equites. Hæc, quæ in libris Regum desunt, in præsenti supplentur : vel fortè, duo hæc et triginta millia quadrigarum nonnisi post prælium venêre, ut secundo certamini adessent, de quo inferiùs, v. 17, 18. Excessus aliquis videtur in hoc duorum et triginta millium quadrigarum numero, et facilè mendum aliquod irrepsit, et duo ac triginta millia curruum posita sunt pro totidem peditibus.

Castrametati sunt e regione Medaba; ante portas ejus urbis (1), sitæ ad Arnon, in regione Ammoniticâ.

Vers. 16. — Adduxit Syrum, qui erat trans fluvium, id est, in Mesopotamiâ. Ad conscribendas ibi copias jam antea miserant Ammonitæ, uti constat ex v. 6, sed facilè Joab maturiùs instit, quàm ut tempus veniendi ad primum certamen daret. At Syri cùm se pares

(1) 2 Regum 10, 4 : *Rasitque dimidiam partem barbæ eorum, et præcidit vestes eorum medias usque ad nates.*

(1) 2 Reg. 10, 8 : *Direxerunt aciem ante ipsum introitum portæ.* Vide et infra, vers. 9.

non esse Israelitis cernerent, miserunt qui reliquorum adventum urgerent.

SOPHACH AUTEM, PRINCEPS MILITIÆ ADAREZER, ERAT DUX EORUM. *Sobach* in Regibus appellatur. Apertè favere Ammonitis non audens Adarezer, quòd tributo obnoxius Davidi esset, imperatorem copiarum suarum illis permisit, qui emptis in Mesopotamiâ copiis imperaret. Quin ex libris Regum (1) intelligimus, Adarezerum suos misisse, ut eas copias ad ferenda Ammonitis auxilia induceret.

VERS. 17. — TRANSIVIT JORDANEM, IRRUITQUE IN EOS. In 2 Regum 10, 17, legitur : *Transivit Jordanem*, ויבאהל אמח, *venitque in Helam;* sed *Helam* hìc positum credimus pro *Alehem*, ויבא אלהם, transivit ad ipsos, uti hìc legitur, vel impetum fecit in illos.

(1) 2 Reg. 10, 15, 16 : *Misitque Adarezer, et eduxit Syros, qui erant trans fluvium, et adduxit eorum exercitum : Sobach autem, magister militiæ Adarezer, erat princeps eorum.*

VERS. 18. — INTERFECIT DE SYRIS SEPTEM MILLIA CURRUUM, ET QUADRAGINTA MILLIA PEDITUM : interfecit septem millia virorum currilium : sed in libris Regum legitur : *Occidit de Syris septingentos currus.* Et pro quadraginta millibus peditum, legitur ibi : *Quadraginta millia equitum.* Vide nostrum commentarium in 2 Regum 10, ubi pugnantia hæc conciliare studuimus.

VERS. 19. — SERVI ADAREZER TRANSFUGERUNT AD DAVID, ET SERVIERUNT EI. In Hebræo est : *Fecerunt pacem*, vel vixerunt in pace *cum David, et servierunt ei.* Septuaginta : *Conciliârunt fœdus cum illo*, etc. Victus licet à Davide Adarezer, coactusque ad tributum, minores alios principes habebat sub se tributarios, et ad nutum subditos. Sed post hanc Davidis victoriam de Syris et populis Mesopotamiæ, minores hi principes, eò usque subjecti Adarezero, Davidis jugum subeuntes, res suas cum illo composuerunt.

CAPUT XX.

1. Factum est autem post anni circulum, eo tempore quo solent reges ad bella procedere, congregavit Joab exercitum, et robur militiæ, et vastavit terram filiorum Ammon, perrexitque, et obsedit Rabba : porrò David manebat in Jerusalem, quando Joab percussit Rabba, et destruxit eam.

2. Tulit autem David coronam Melchom de capite ejus, et invenit in eâ auri pondo talentum, et pretiosissimas gemmas, fecitque sibi inde diadema : manubias quoque urbis plurimas tulit :

3. Populum autem, qui erat in eâ, eduxit : et fecit super eos tribulas, et trahas, et ferrata carpenta transire, ita ut dissecarentur et contererentur; sic fecit David cunctis urbibus filiorum Ammon, et reversus est cum omni populo suo in Jerusalem.

4. Post hæc initum est bellum in Gazer adversùm Philisthæos, in quo percussit Sobochai Husathites, Saphai de genere Raphaïm, et humiliavit eos.

5. Aliud quoque bellum gestum est adversùs Philisthæos, in quo percussit Adeodatus filius Saltûs Bethlehemites fratrem Goliath Gethæi, cujus hastæ lignum erat quasi liciatorium texentium.

CHAPITRE XX.

1. Or il arriva un an après, au temps où les rois ont coutume d'aller à la guerre, que Joab rassembla une armée composée de l'élite de toutes les troupes, et ravagea le pays des Ammonites; puis s'avançant, il mit le siége devant Rabba. Pour David, il demeura à Jérusalem pendant que Joab fit battre Rabba; et *lorsqu'il y eut fait brèche, il en fit avertir David, qui, y étant allé, la prit*, et la fit détruire.

2. Alors David prit la couronne de dessus la tête de Melchom, et il y trouva un talent d'or pesant, des pierreries très-précieuses, dont il se fit un diadème, et il remporta plusieurs autres dépouilles de cette ville.

3. Il en fit sortir aussi tout le peuple qui y était, et fit passer sur eux des traîneaux et des chariots armés de fer et de tranchants, pour les briser et les mettre en pièces. Il en usa de la même sorte dans toutes les villes des Ammonites; et il s'en revint ensuite à Jérusalem avec tout son peuple.

4. Après cela, on fit la guerre à Gazer contre les Philistins, où Sobochaï de Husathi tua Saphaï, qui était de la race des géants, et les humilia.

5. On fit encore une autre guerre contre les Philistins, ou Elchanan, fils de Jaïr, qui était de Bethléhem, tua un frère de Goliath de Geth, dont la hampe de la lance était comme le grand bois des tisserands.

6. Sed et aliud bellum accidit in Geth, in quo fuit homo longissimus, senos habens digitos, id est, simul viginti quatuor: qui et ipse de Raphâ fuerat stirpe generatus.

7. Hic blasphemavit Israel : et percussit eum Jonathan filius Samaa fratris David. Hi sunt filii Rapha in Geth, qui ceciderunt in manu David et servorum ejus.

6. Il y eut encore une autre guerre à Geth où il se trouva un homme extrêmement grand, qui avait six doigts, c'est-à-dire, vingt-quatre en tout, et qui était aussi lui-même de la race des géants.

7. Celui-ci outrageait insolemment les Israélites, et Jonathan, fils de Samaa, frère de David, le tua. Ce sont là les enfants des géants qui se trouvèrent à Geth, et qui furent tués par David et par ses gens.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — FACTUM EST POST ANNI CIRCULUM (1). Hebræus : *In tempore reversionis anni.* Eâdem anni tempestate, quâ superiore anno, verno scilicet tempore, David bellum ex integro in Ammonitas instituit. Vide 3 Regum 11, 1, et 12, 26, etc. Nihil legitur in Paralipomenis de adulterio Davidis cum Bethsabee, Uriæ uxore, quod patratum est eo temporis intervallo, quo Joab hoc bello Ammonitico occupabatur : nihil pariter de funestis criminis hujus appendicibus.

VERS. 2. — TULIT DAVID CORONAM MELCHOM (1), numinis Ammonitarum (2); sed plerique (3) reddunt hìc, uti in libris Regum : *Tulit diadema regis eorum,* Ammonitarum scilicet. *Melchom* in Hebræo est, *rex eorum.* Septuaginta legunt : *Cepit coronam Melchom, regis eorum.*

VERS. 3. — FECIT SUPER EOS TRIBULAS, ET TRAHAS, ET FERRATA CARPENTA TRANSIRE. Hebræus (4) : *Serravit in serrâ, et in tribulis ferreis, et in serris.* Bis hìc serrarum nomen repetitur; sed facilè alia vox Hebræa substituenda est, sonans machinas in usum trituræ. De hoc supplicii genere actum est in dissertatione de Suppliciis.

VERS. 4. — POST HÆC INITUM EST BELLUM IN GAZER. Bella hæc diu postea secuta sunt novissimum hoc cum Ammonitis commissum. Statuendus autem est ante illa incestus Amnonis cum Thamare sorore, et quæ crimen illud mala consecuta sunt ; defectio Absalomi, et reditus Davidis, de quibus in hoc libro ne verbum quidem auctor, quemadmodùm et alia sexcenta penitùs omittit. In libris Regum, ubi bellum hoc Philisthæum narratur, commissum scribitur in Gob (5). Sed lectio hæc præsens præferenda videtur; nota est autem *Gazer* in finibus Philisthæorum, inter *Geth* et *Accaronem* : sed *Gob* inter ignotas est ignotissima.

(1) *Au temps où les rois ont accoutumé d'aller à la guerre, Joab assembla une armée, et l'élite des troupes, ravagea le pays des Ammonites, et alla ensuite assiéger Rabba. Mais David demeura à Jerusalem,* etc. Les Ammonites avaient déjà été défaits et mis en fuite par les troupes de David. Mais tout le poids de cette première guerre était tombé principalement sur les Syriens, qui étaient venus à leur secours, dont il y eut, selon les Paralipomènes, quarante mille hommes de pied, et encore, selon l'histoire des Rois, quarante mille chevaux taillés en pièces. Il n'eût donc pas été juste que ceux qui étaient les plus coupables, et qui avaient fait un si grand outrage au roi David en la personne de ses ambassadeurs, demeurassent en quelque sorte impunis, lorsque ceux qu'ils avaient engagés dans leur parti en avaient été si sévèrement châtiés. C'est ce qui porta David à envoyer de nouveau Joab contre ces peuples pour ravager leur pays.

Ce n'est pas sans une grande raison que l'Ecriture marque en ce lieu que *c'était au temps où les rois avaient accoutumé d'aller à la guerre;* car l'une des causes du crime dans lequel David tomba durant cette guerre, et qui est décrit fort au long dans le second livre des Rois, quoiqu'il n'en soit point parlé ici, fut que ce prince, au lieu de marcher avec ses troupes, ainsi qu'il avait accoutumé, s'arrêta dans la ville de Jérusalem. Ce fut dans cet entre-temps que se donnant du repos, et menant une vie molle et oisive, il aperçut, lorsqu'il se promenait sur la terrasse de son palais, une femme qui était fort belle, nommée Bethsabée, dont le mari s'appelait Urie ; que l'ayant vue, il conçut un mauvais désir pour elle, et qu'ayant commis le crime, il passa d'un adultère à un homicide. Comme on a parlé dans l'explication des Rois de cette chute, qui fait trembler les plus justes, nous nous contentons de marquer ici qu'elle arriva dans le temps de cette guerre contre les Ammonites, et avant la prise et la destruction de la ville de Rabba, au siége de laquelle Urie fut tué. (Sacy.)

(1) Hebr. *Mulcam,* id est, *regis eorum,* scilicet Ammonitarum ; ita et Septuag. : nam *corona* idolorum qualis erat Melchom, comburenda erat cum ipsis idolis, uti jubetur Deut. 7; quare ex eâ coronam regalem sibi fabricare nequibat David. (Corn. à Lap.)

(2) Ita Arab., auctor Tradit. Hebr. Alii apud Estium.

(3) Grot., Est., Tir., Syr. et alii. Vide 2 Reg. 12, 30.

(4) וישר במגרה ובחר צי הברזל ובמגרות. Pro ultimâ hâc voce, bis in hoc vers. repetitâ, legendum puto מגזרות, uti in 2 Reg. 12, 31. Ibidem legitur ישם pro ישר, *serravit.*

(5) 2 Reg. 21, 18 : *Secundum quoque bellum fuit in Gob contra Philisthæos.*

Designari eo nomine *Nob* vel *Bethanobam* aliqui, sed gratis omninò, arbitrantur.

Vers. 5. — Percussit Adeodatus filius Saltus Bethlehemites fratrem Goliath Gethæi. Servatis originalis vocibus reddi potest : *Elchanam filius Jair percussit Lachemi fratrem Goliath Gethæi* (1). Vel : *Elchanam filius Jair de Lechem,* vel de Bethlehem, *percussit fratrem Goliath.* His vocibus, *Fratrem Goliath,* innui potest vel genuinus gigantis illius frater, vel gigas omninò illi similis robore ac proceritate.

Vers. 7. — Hic blasphemavit Israel ; probris proscindebat Israelitas. Hebræus : *Insultabat.* Septuag.: ὠνείδισε τὸν Ἰσραὴλ.

Hi sunt filii Rapha in Geth. *Filii Rapha* accipiuntur hìc pro gigantibus quibuscumque Palæstinæ, quo sensu id nomen hìc explicandum est. Vulgò appellantur *Raphaim,* vel filii Rapha.

(1) Ita Septuag. : Καὶ ἐπέταξεν Ἐλεανὰν υἱὸς Ἰαῒρ τὸν Λαχμὶ ἀδελφὸν Γολιὰθ τοῦ Γετθαίου. Ita et Syr., et Mont. et alii.

CAPUT XXI.

1. Consurrexit autem Satan contra Israel, et concitavit David ut numeraret Israel.

2. Dixitque David ad Joab, et ad principes populi : Ite, et numerate Israel à Bersabee usque Dan, et afferte mihi numerum, ut sciam.

3. Responditque Joab : Augeat Dominus populum suum centuplum, quàm sunt : nonne, domine mi rex, omnes servi tui sunt? quare hoc quærit dominus meus, quod in peccatum reputetur Israeli?

4. Sed sermo regis magis prævaluit : egressusque est Joab, et circuivit universum Israel, et reversus est Jerusalem.

5. Deditque Davidi numerum eorum quos circuierat : et inventus est omnis numerus Israel, mille millia et centum millia virorum educentium gladium : de Juda autem quadringenta septuaginta millia bellatorum.

6. Nam Levi et Benjamin non numeravit : eò quòd Joab invitus exsequeretur regis imperium.

7. Displicuit autem Deo quod jussum erat, et percussit Israel.

8. Dixitque David ad Deum : Peccavi nimis, ut hoc facerem : obsecro, aufer iniquitatem servi tui, quia insipienter egi.

9. Et locutus est Dominus ad Gad videntem Davidis, dicens :

10. Vade, et loquere ad David, et dic ei : Hæc dicit Dominus : Trium tibi optionem do : unum quod volueris, elige, et faciam tibi.

11. Cùmque venisset Gad ad David, dixit ei : Hæc dicit Dominus : Elige quod volueris.

CHAPITRE XXI.

1. Cependant Satan s'éleva contre Israël, et excita David à faire le dénombrement d'Israël.

2. David dit donc à Joab et aux premiers d'entre le peuple : Allez, faites le dénombrement de tout Israël, depuis Bersabée jusqu'à Dan ; et afin que j'en sache le nombre, apportez-m'en le rôle.

3. Joab lui répondit : Que le Seigneur multiplie son peuple au centuple de ce qu'il est maintenant. Mon seigneur et mon roi, tous ne sont-ils pas vos serviteurs? Pourquoi recherchez-vous une chose qui sera imputée à péché à Israël?

4. Néanmoins l'avis du roi l'emporta ; Joab partit donc, et fit tout le tour des terres d'Israël ; et il s'en revint à Jérusalem.

5. Il donna à David le dénombrement de tous ceux qu'il avait passés en revue ; et il se trouva onze cent mille hommes d'Israël, pouvant tirer l'épée, et quatre cent soixante-dix mille hommes de guerre de Juda.

6. Joab ne fit point le dénombrement de la tribu de Lévi, ni de celle de Benjamin, parce qu'il n'exécutait qu'à regret l'ordre du roi.

7. En effet, ce commandement déplut à Dieu, et il frappa Israël.

8. Et David dit à Dieu : J'ai commis une grande faute d'avoir fait cela ; je vous prie, Seigneur, de pardonner cette iniquité à votre serviteur, parce que j'ai agi comme un insensé.

9. Alors le Seigneur parla à Gad, prophète de David, et lui dit :

10. Allez parler à David, et dites-lui : Voici ce que dit le Seigneur : Je vous donne le choix de trois choses ; choisissez celle que vous voudrez, et je vous la ferai.

11. Lors donc que Gad fut venu vers David, il lui dit : Voici ce que dit le Seigneur : Choisissez ce que vous voudrez :

12. Aut tribus annis famem, aut tribus mensibus te fugere hostes tuos, et gladium eorum non posse evadere : aut tribus diebus gladium Domini, et pestilentiam versari in terrâ, et angelum Domini interficere in universis finibus Israel : nunc igitur vide quid respondeam ei qui misit me.

13. Et dixit David ad Gad : Ex omni parte me angustiæ premunt; sed melius mihi est, ut incidam in manus Domini, quia multæ sunt miserationes ejus, quàm in manus hominum.

14. Misit ergo Dominus pestilentiam in Israel : et ceciderunt de Israel septuaginta millia virorum.

15. Misit quoque angelum in Jerusalem, ut percuteret eam : cùmque percuteretur, vidit Dominus, et misertus est super magnitudine mali : et imperavit angelo qui percutiebat : Sufficit, jam cesset manus tua. Porrò angelus Domini stabat juxta aream Ornan Jebusæi.

16. Levansque David oculos suos, vidit angelum Domini stantem inter cœlum et terram, et evaginatum gladium in manu ejus, et versum contra Jerusalem : et ceciderunt tam ipse, quàm majores natu, vestiti ciliciis, proni in terram.

17. Dixitque David ad Deum : Nonne ego sum, qui jussi ut numeraretur populus? Ego, qui peccavi, ego, qui malum feci : iste grex quid commeruit? Domine Deus meus, vertatur, obsecro, manus tua in me, et in domum patris mei : populus autem tuus non percutiatur.

18. Angelus autem Domini præcepit Gad, ut diceret Davidi ut ascenderet, exstrueretque altare Domino Deo in areâ Ornan Jebusæi.

19. Ascendit ergo David juxta sermonem Gad, quem locutus ei fuerat ex nomine Domini.

20. Porrò Ornan cùm suspexisset, et vidisset angelum, quatuorque filii ejus cum eo, absconderunt se : nam eo tempore terebat in areâ triticum.

21. Igitur cùm veniret David ad Ornan, conspexit eum Ornan, et processit ei ob-

12. Ou de souffrir la famine durant trois ans, ou de fuir devant vos ennemis durant trois mois, sans pouvoir éviter leur épée; ou d'être sous le glaive du Seigneur durant trois jours, la peste étant dans vos états, et l'ange du Seigneur tuant les peuples dans toutes les terres d'Israël. Voyez donc ce qu'il faut que je réponde à celui qui m'a envoyé.

13. David répondit à Gad : De toutes parts les angoisses me pressent. Cependant il m'est plus avantageux de tomber entre les mains du Seigneur, parce qu'il est plein de miséricorde, que de tomber entre les mains des hommes.

14. Le Seigneur envoya donc la peste en Israël; et il mourut soixante-dix mille Israélites.

15. Il envoya aussi l'ange à Jérusalem pour la frapper; et comme la ville était toute ravagée, le Seigneur la regarda, et fut touché de compassion à cause de la grandeur du mal; il dit donc à l'ange exterminateur : C'est assez; que votre main en demeure là. Or l'ange du Seigneur était *alors* près de l'aire d'Ornan, Jébuséen.

16. Et David levant les yeux, vit l'ange du Seigneur, qui était entre le ciel et la terre, et qui avait à la main une épee nue et tournée contre Jérusalem, *comme pour la frapper de nouveau.* Alors le roi et les anciens, couverts de cilices, se prosternèrent à terre.

17. Et David dit à Dieu : N'est-ce pas moi qui ai commandé de faire ce dénombrement du peuple? C'est moi qui ai péché, c'est moi qui ai commis le mal; mais ce troupeau, qu'a-t-il mérité? Tournez donc, je vous supplie, Seigneur mon Dieu, votre main contre moi et contre la maison de mon père; mais épargnez votre peuple.

18. Or, l'ange du Seigneur commanda à Gad de dire à David de venir, et de dresser un autel au Seigneur Dieu, dans l'aire d'Ornan le Jébuséen.

19. David s'y transporta donc, suivant l'ordre que Gad lui en avait signifié de la part de Dieu.

20. Cependant Ornan ayant levé les yeux et vu l'ange, qui fut aussi vu de ses quatre fils (car c'était le temps où il battait son grain dans son aire), ils se cachèrent.

21. Lors donc que David approchait, Ornan l'aperçut; et sortant de son aire pour aller au-devant de lui, il l'adora prosterné en terre;

viàm de areâ, et adoravit eum pronus in terram.

22. Dixitque ei David : Da mihi locum areæ tuæ, ut ædificem in eâ altare Domino : ita ut quantùm valet argenti accipias, et cesset plaga à populo.

23. Dixit autem Ornan ad David : Tolle, et faciat dominus meus rex quodcumque ei placet : sed et boves do in holocaustum, et tribulas in ligna, et triticum in sacrificium : omnia libens præbebo.

24. Dixitque ei rex David : Nequaquàm ita fiet, sed argentum dabo quantùm valet : neque enim tibi auferre debeo, et sic offerre Domino holocausta gratuita.

25. Dedit ergo David Ornan pro loco siclos auri justissimi ponderis sexcentos.

26. Et ædificavit ibi altare Domino : obtulitque holocausta et pacifica, et invocavit Dominum, et exaudivit eum in igne de cœlo super altare holocausti.

27. Præcepitque Dominus angelo, et convertit gladium suum in vaginam.

28. Protinùs ergo David videns quòd exaudîsset eum Dominus in areâ Ornan Jebusæi, immolavit ibi victimas.

29. Tabernaculum autem Domini, quod fecerat Moyses in deserto, et altare holocaustorum eâ tempestate erat in excelso Gabaon.

30. Et non prævaluit David ire ad altare, ut ibi obsecraret Deum : nimio enim fuerat timore perterritus, videns gladium angeli Domini.

22. David lui dit : Donnez-moi la place qu'occupe votre aire, afin que j'y dresse un autel au Seigneur, et que je fasse cesser cette plaie de dessus le peuple ; et je vous paierai le prix qu'elle vaut.

23. Ornan répondit à David : Le roi mon seigneur n'a qu'à la prendre, et en faire ce qu'il lui plaira ; je lui donnerai aussi les bœufs pour l'holocauste, des traîneaux au lieu de bois, et le blé qui est nécessaire pour le sacrifice ; je lui donnerai toutes ces choses avec joie.

24. Le roi David lui répondit : Je ne puis pas en user ainsi ; mais je vous en paierai le prix ; car je ne dois pas vous l'ôter, pour offrir au Seigneur des holocaustes qui ne me coûtent rien.

25. David donna donc à Ornan pour la place six cents sicles d'or à bon poids.

26. Et il dressa là un autel au Seigneur, et y offrit des holocaustes et des pacifiques. Il invoqua le Seigneur ; et le Seigneur l'exauça, en faisant descendre le feu du ciel sur l'autel de l'holocauste.

27. Alors le Seigneur commanda à l'ange, et il remit son épée dans le fourreau.

28. Et, à l'heure même, David, voyant que le Seigneur l'avait exaucé dans l'aire d'Ornan le Jébuséen, lui immola des victimes.

29. Le tabernacle du Seigneur que Moïse avait fait dans le désert, et l'autel des holocaustes, étaient alors au haut lieu de Gabaon.

30. Et David n'eut pas la force d'aller jusque-là pour y offrir sa prière à Dieu, parce qu'il avait été frappé d'une trop grande frayeur en voyant l'épée de l'ange du Seigneur.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — CONSURREXIT AUTEM SATAN CONTRA ISRAEL (1). Historiam hanc jam exposuimus in 2 Reg. 24, 9; quare hìc nonnisi discrimina

(1) *Or, Satan s'éleva contre Israël, et il excita David à faire le dénombrement d'Israël.* Il est bon de remarquer qu'au lieu qu'il est dit ici que *Satan s'éleva contre Israël,* il est dit au second livre des Rois, où la même histoire est rapportée, que *la colère du Seigneur s'alluma contre Israël.* Et ce qui est attribué encore ici au démon, lorsque l'Ecriture ajoute qu'il *excita David à faire le dénombrement* du peuple, la même Ecriture l'attribue en cet autre endroit à Dieu même, lorsqu'elle dit que *le Seigneur, irrité contre Israël, poussa David à donner ordre que l'on comptât tout le peuple d'Israël et de Juda.* Ces sortes d'expressions, qui peuvent d'abord surprendre, et donner lieu même aux libertins de se justifier en quelque façon dans leurs crimes, comme si Dieu les poussait à faire le mal, lorsque c'est leur propre corruption qui les emporte, ont besoin d'être expliquées pour n'être point un sujet de scandale aux simples et aux ignorants. Or, l'on peut dire que celle dont l'Ecriture se sert ici, non seulement n'est point contraire à celle du livre des Rois, mais qu'elle est même très-propre pour en donner la véritable intelligence. Il faut donc premièrement être très-persuadé de cette importante vérité dont on a parlé ailleurs, et que l'Apôtre saint Jacques a enseignée à toute l'Eglise par ces paroles : *Que nul ne dise, lorsqu'il est tenté, que c'est Dieu qui le tente. Car Dieu est incapable de tenter pour pousser au mal, et il ne tente jamais personne* de cette sorte. *Mais chacun est tenté par sa propre concupiscence, qui l'emporte et qui l'attire dans le mal.* Cette vérité etant établie comme incontestable, on peut expliquer l'expression dont l'Ecriture se sert dans le

quædam inter utrumque textum Paralipomenon et Regum annotabimus.

VERS. 3. — QUOD IN PECCATUM REPUTETUR ISRAELI? vel, crimini detur Israeli; vel, cujus pœna recidat in caput Israelis : peccatum enim non semel pro peccati pœnâ usurpatur. (Vatabl.) Secùs enim iniquum fuisset Israeli crimen adscribere, cujus conscius non erat.

VERS. 5. — OMNIS NUMERUS ISRAEL, MILLE MILLIA ET CENTUM MILLIA VIRORUM : DE JUDA AUTEM QUADRINGENTA SEPTUAGINTA MILLIA. Legitur in 2 Regum 24,9 : *De Israel octingenta millia, et de Juda quingenta millia.* Ut discrimina hæc concilientur, vide quæ ibidem disseruimus.

VERS. 6. — LEVI ET BENJAMIN NON NUMERAVIT, EO QUOD JOAB INVITUS EXEQUERETUR REGIS IMPERIUM. Hebræus (1) : *Eò quòd abominabile fuit verbum regis ipsi Joab.* Jussiones hasce detestabatur, et invito ac maximè reluctante animo parebat. Syriacus et Arabs : *Quia Joab neglexit jussum regis, nec voluit recensere eos.* Legitur supra, 1 Paralip. 7, 5, 6, 7, 9, 11, census Benjamitarum sub Davide sexaginta millium et quadringentorum triginta quatuor. Sed ibi pariter animadvertimus, credibile non esse, censum hunc eâdem occasione institutum fuisse, de quâ hìc agitur. Id si esse admitteremus, reputandum esset, Benjamitas per alterum à Joabo fuisse censos, nec eam tribum in tabulis Joabi Davidi oblatam fuisse. Servatus

second livre des Rois, lorsqu'elle dit que *le Seigneur, irrité contre Israël, poussa David à donner ordre qu'on fît le dénombrement*, par cette autre qu'elle emploie ici, que *le démon excita David à faire ce denombrement.* Car ces deux expressions de l'Écriture, s'éclaircissant en quelque façon l'une par l'autre, nous font concevoir que Dieu étant irrité contre un peuple, ou contre un particulier, par un effet de ses justes jugements, retire de lui sa protection et le secours de cette main favorable qui le soutenait auparavant, et l'abandonne, par conséquent, à la malice du démon, qui n'étant plus arrêté alors comme par le frein de la puissance du Seigneur, se joue aisément de l'homme, comme il se joua alors de David, et *le poussa* dans le mal. L'Ecriture ayant donc dit dans les Rois que *le Seigneur excita David* à donner ordre qu'on fît le dénombrement : *Et addidit furor Domini irasci contra Israel, commovitque David*, s'explique ici en disant que *Satan s'éleva contre Israël, et qu'il excita David à faire compter le peuple.* Car c'est de même que si elle eût dit que Satan n'eut le pouvoir de faire tomber David dans ce crime, que parce que Dieu s'était eloigné de lui. Le Seigneur ne le poussa pas dans le mal, parce qu'*il est incapable*, comme dit saint Jacques, *de tenter quelqu'un* de cette sorte, mais n'opposant point sa puissance à la malice de Satan, il lui laissa faire ce qu'il voulait, et permit ainsi qu'il poussât ce prince à s'abandonner à son orgueil. Car nous savons, et Jésus-Christ nous l'a déclaré très-expressément en parlant à ses Apôtres, que nous ne pouvons rien faire de bien sans lui : *Sine me nihil potestis facere.*

Mais d'où vient donc que l'Ecriture ayant dit *que Satan s'éleva contre Israël*, ajoute *qu'il excita David à faire le dénombrement ?* Si le démon s'élève contre le peuple de Dieu par un effet de *la colère du Seigneur*, pourquoi s'attaque-t-il à David ? C'est sans doute qu'il savait que s'il pouvait le faire tomber dans le péché qu'il lui inspirait, la punition en retomberait sur tout le peuple, étant assez ordinaire que les peuples soient punis à cause de leurs princes, quoiqu'ils aient d'ailleurs mérité souvent cette même punition pour leurs propres crimes.

Enfin on peut demander en quoi consistait principalement la faute que commit David, puisque nous ne voyons point que le Seigneur eût défendu formellement de faire compter les peuples, et qu'il paraît même qu'il en a fait faire plusieurs fois le dénombrement. Son crime fut de ce que, se voyant victorieux de ses ennemis, il commença insensiblement à s'élever en lui-même, à se regarder comme le maître d'un grand royaume, et à vouloir se donner la satisfaction de connaître à quoi se pouvait monter la multitude de tous ces peuples sur lesquels il avait l'autorité. Son crime fut un oubli de la grandeur et de la bonté de celui qui lui avait mis la couronne sur la tête; une vaine complaisance en sa propre force et grandeur; un mépris des conseils que lui donnèrent les ministres de sa cour pour le détourner de cette entreprise, et un scandale qu'il ne craignit pas de causer par cette vaine ostentation de sa puissance.

Ce qui peut nous étonner davantage en cette rencontre, c'est de voir qu'un homme tel que Joab, tout couvert de crimes, et le plus superbe officier qui fût alors, ait aperçu cette illusion de David, lorsque ce prince, si éclairé et si pieux, n'y voulait pas faire attention, et qu'il ait eu même la force de lui en parler dans ces termes si touchants : *Pourquoi mon seigneur cherche-t-il à faire une chose qui sera imputée à péché à tout Israël?* lorsque ce prince lui-même n'en put point être touché. Est-ce que Joab était meilleur que David? Non sans doute, mais c'est que les plus grands saints sont capables de tomber, par le mouvement d'un orgueil secret, dans des fautes qui peuvent être visibles même aux gens possédés par l'esprit du monde ; c'est que l'on ne peut trop craindre l'état d'élévation où était David, qui est par lui-même si éblouissant, qu'il est capable de faire déchoir du plus haut degré de vertu.

On peut voir tout ce qui regarde cette chute de David, dans les explications du vingt-quatrième chapitre du second livre des Rois, où l'on a eu soin de suppléer même à ce qui y manquait, en le prenant de cet endroit des Paralipomènes. (Sacy.)

(1) כי נתעב דבר המלך את יואב. Septuag.: Ὅτι κατοίχυσε λόγος τοῦ βασιλέως τὸν Ἰωάβ. Alius : Προσώχθισεν ὁ λόγος: Verbum regis displicebat Joabo.

est facilè is census in tabulariis ejusdem tribûs, vel totius gentis, unde illum Esdras accepit. Libri hujus auctor animadvertit inferiùs, in annalibus Regum numerum omnium tribuum descriptum non fuisse : ex quo tamen minimè colligas, census è singulis tribubus non fuisse institutos. Vide 1 Paralip. 27, 24.

Vers. 9. — Locutus est ad Gad Videntem Davidis, prophetam qui sub David florebat, Davidis familiarem, deque rebus agendis consultorem. Quanquàm enim David prophetico afflabatur spiritu, et nomen prophetæ illi κατ' ἐξοχὴν tribuitur, non negligebat Dominum per sacerdotes, vel per prophetas ejus consulere, ut ex historiâ rerum ab ipso gestarum perspicuum est.

Vers. 10. — Trium tibi optionem do. Hebræus : *Tria ego extendo super te.* Septuaginta : *Tria ego feram super te;* flagella ego in te excutiam tria : quod malis ex hisce tribus, elige.

Vers. 12. — Tribus annis famem. 2 Reg. 24, 13, legitur : *Septem annis famem* (1). Vide quæ de hâc difficultate disseruimus in libris Regum.

Vers. 13. — Melius est, ut incidam in manus Domini, quam in manus hominum. Alia sedisse Davidi sententia ac reliquis sanctis videtur : *Melius est mihi absque opere* (absque peccato) *incidere in manus vestras, quàm peccare in conspectu Domini*, aiebat Susanna, Dan. 13, 23, ad seniores, à quibus sollicitabatur ad crimen. *Qui timent Dominum*, ait Ecclesiasticus 2, 21, *custodiunt mandata illius, et dicunt : Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, et non in manus hominum.* Denique nemini justorum non persuasum est verum esse, quod docet Apostolus, Hebr. 10, 31 : *Horrendum est incidere in manus Dei viventis;* et malum quodcumque inferat homo, nunquàm nisi ex Dei voluntate incidere. Vide Matth. 10, 30; ac denique nihil profuturos adversùm nos omnium conatus et nequitiam, si Deus nobis opituletur (2). Quâ igitur ratione David in Dei potiùs, quàm in hominum manus incidere vult? Profectò pius ille rex à dogmate sanctorum, quos exhibuimus, non abhorrebat : non prætulit ille æterna, quibus Deus impios punit apud inferos supplicia, temporalibus pœnis, quibus justos in hâc vitâ cædit, sed illud optabat, ut experiretur immissa ex ipsâ Dei manu in caput suum mala fugacia, quàm quæ nequitia hominum in se concitâsset : quam ejus sententiam nemo justus in eâ re non sequeretur. Non comparat ille æternas pœnas brevibus, sed pœnas ad tempus à Deo missas confert cum pœnis, quas ad tempus manus hominum infligit. Vide, si lubet, Est. et Tirin. hìc.

Vers. 15. — Misertus est super magnitudine mali. Hebræus : *Pœnitudine ductus est;* Sept. : Μετεμελήθη ἐπὶ τῇ κακίᾳ, tactus miseratione, pacatus animo, motus aspectu malorum.

Juxta aream Ornan; aliter : *Juxta aream Areuna.* (Vid. dicta 2 Reg. 24, 18 et 23.)

Vers. 20. — Ornan cum suspexisset, et vidisset angelum, quatuorque filii ejus cum eo. Septuaginta editionis Romanæ (1) : *Convertit se Ornan, et vidit regem, et quatuor filios ejus cum eo, cum Hachabin.* Arabs : *Vidit David angelum illum, qui populum perdebat, jam cohibuisse manum suam, et nihil amplius perdidisse; et cùm pervenisset David ad Ornan*, vel, ut habet interpres, ad Aran, *conversus Aran, vidit regem Davidem, et quatuor è filiis ejus cum ipso*, etc. Syriaca fermè congruit cum Arabicâ; sed nihil habet de quatuor filiis, et Davide, et Ornan. Vide 2 Regum 24, 19, 20, ubi Ornan angelum vidisse non legitur; quod ibi omissum hìc suppletur. Eupolemus apud Euseb. Præp. l. 9, c. 30, angelum hunc appellat *Dianathanum*, traditque indicâsse Davidi locum ubi Deus construi sibi templum volebat. Id nominis finxit ex nomine prophetæ Nathani malè lecto.

Vers. 22. — Quantum valet argenti accipias. Hebræus : *In pleno argento mihi eum da.* Septuaginta (2) : *In argento digno;* dabo tibi argentum probatum, æqui ponderis, optimum, et quantum poposceris. Non agitur hìc de cuso argento, solvebatur enim ad pondus, uti ex verbis sequentibus constat.

Vers. 25. — Dedit pro loco siclos auri justissimi ponderis sexcentos (3). Hebræus ad

(1) Nimirùm prima oblatio Dei facta Davidi fuit fames septem annorum ; sed Davide tantam moram deprecante, Deus pœnam moderatus est, et ad tres annos redegit. Sic Genes. 18, Deus à quinquaginta justis descendit ad decem, quos si invenisset in Sodomâ, ei pepercisset, ac Ezechieli, cap. 4, deprecanti pro fimo humano, concedit bovinum in cibum. (Corn. à Lap.)

(2) Rom. 8, 31 : *Si Deus pro nobis, quis contra nos?*

(1) Καὶ ἀπέστρεψεν Ὀρνᾶ, καὶ εἶδε τὸν βασιλέα, καὶ τέσσαρας υἱοὺς αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ μεθ' Ἀχαβὶν. Cæteri codices : Καὶ τέσσαρες υἱοὶ αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ κρυβόμενοι. Certè legunt מלך, *rex* pro מלאך, *angelus.*

(2) Ἐν ἀργυρίῳ ἀξίῳ δός μοι αὐτον.

(3) *David donna donc à Ornan pour cette place six cents sicles d'or, d'un poids très juste.* Il parait en cet endroit une grande difference entre le livre des Rois et celui des Paralipomènes que nous expliquons, puisqu'il est dit là que *David donna pour l'aire et pour les bœufs cinquante sicles d'argent*, qui ne font pas quatre-

litteram : *Dedit siclos aureos pondere sexcentorum.* In 2 Regum 24, 24, dedisse non legitur, nisi *argenti siclos quinquaginta.* Quâ ratione hoc discrimen conciliare conati simus, ibi vide. Primò quidem rex nonnisi aream emit pretio quinquaginta ; deinde totam voluit hæreditatem Ornan, deditque sexcentos auri siclos.

Vers. 26. — Et exaudivit eum in igne. Desideratur hoc in libris Regum. Alia autem suppetunt ante et post Davidem exempla persimilis indicii ad prophetas, vel patriarchas, in iis quæ immolabant sacrificiis. (1)

Vers. 30. — Non prævaluit David ire ad altare (2), ut offerret ibi sacrificia eucharistica, omnibus expletis, quæ Gad propheta Dei nomine imperaverat, v. 18, 19. Sedulò hìc distinguenda sunt sacrificia ab eo prophetâ imperata, ab aliis, quæ pius rex sponte obtulit. Optâsset ille quidem religionem suam in altari holocaustorum Gabaone erecto explere; sed affectæ valetudinis imbecillitas prohibuit.

vingts livres, et qu'au contraire il est dit ici qu'il *donna pour cette place six cents sicles d'or,* qui font près de treize mille francs. Mais peut-être qu'en examinant de près le texte de l'Ecriture, on accordera aisément ces deux contrariétés apparentes. Car s'il est dit dans les Rois que ce prince ne donna que cinquante sicles d'argent, ce fut seulement pour l'aire et les bœufs dont il est parlé en cet endroit : *Emit ergo David aream et boves argenti siclis quinquaginta ;* mais les six cents sicles d'or qui sont marqués dans les Paralipomènes, furent donnés pour tout le lieu, *pro loco,* qui comprenait la montagne de Moria, sur laquelle Abraham avait voulu immoler son fils Isaac. Car comme Dieu fit connaître à David qu'il choisissait cet endroit pour le temple qui devait lui être bâti, selon qu'il est dit expressément ailleurs, il résolut d'acquérir toute cette montagne où était l'aire d'Ornan. Le livre des Rois ne parle donc que de la première acquisition, et les Paralipomènes joignent ensemble les deux.

L'autel que David bâtit sur cette montagne, par un ordre exprès de Dieu, et les victimes pacifiques qu'il offrit dessus, et qui engagèrent le Seigneur à *faire remettre l'épée de l'ange dans son fourreau,* après qu'elle eut fait un effroyable carnage dans Israël, figuraient admirablement l'autel de la croix, où l'hostie de paix et la victime de la réconciliation générale de l'univers devait s'immoler, pour arrêter par sa mort l'épée vengeresse de la justice divine, qui, depuis le crime des premiers hommes, faisait un ravage universel parmi toutes les nations abandonnées à l'idolâtrie et à tous les déréglements de leur cœur. C'était dans la vue de ce sacrifice de son propre Fils que Dieu agréait tous ces autres sacrifices, incapables par eux-mêmes d'apaiser sa juste colère contre les hommes. C'est pourquoi nous ne devons point non plus les envisager d'une autre sorte, puisqu'il est indigne du culte tout spirituel que nous rendons à notre Dieu, d'arrêter notre regard sur ces bœufs et sur cette aire d'Ornan, qui n'étaient qu'une figure des plus grands mystères. (Sacy.)

(1) Genes. 4, 4, et 15, 17 ; et Levit. 9, 24, et 3 Reg. 18, 24 et 38, et 2 Par. 7, 1.

(2) *Mais David n'eut pas la force d'aller jusque là pour y offrir sa prière à Dieu, parce qu'il avait été frappé d'une extrême crainte,* etc. L'Ecriture semble ici répondre à une question qu'on aurait pu faire, en demandant pourquoi David offrit au Seigneur des sacrifices en cet endroit, et n'alla pas lui sacrifier au lieu où était le tabernacle de Moïse. Elle en rend donc la raison, en faisant entendre que ce tabernacle était en un lieu éloigné, c'est-à-dire à Gabaon, et qu'ainsi David, effrayé par la vue de l'épée de la justice de Dieu, n'eut point la force de se transporter jusqu'au tabernacle. Mais de plus elle a dit expressément que ce fut par l'ordre de Dieu que ce prince lui fit dresser un autel dans l'aire d'Ornan, et qu'après qu'il y eut offert des holocaustes, Dieu fit connaître qu'il l'exauçait, en faisant descendre sur cet autel même le feu du ciel, qui en était la marque ordinaire. Il est bon de dire ici en passant avec un savant homme, qu'il paraît par cet endroit de l'Ecriture que Gabaon n'était pas, comme il semble que saint Augustin l'a cru, un de ces hauts lieux où Dieu avait défendu qu'on lui offrît des sacrifices, puisque l'ancien tabernacle de Moïse y était, et que l'écrivain sacré ayant eu soin de rendre raison pourquoi David n'alla point alors y offrir à Dieu sa prière, fait assez connaître qu'il aurait dû y aller sans cette raison. (Sacy.)

CAPUT XXII.

1. Dixitque David : Hæc est domus Dei, et hoc altare in holocaustum Israel.

2. Et præcepit ut congregarentur omnes proselyti de terrâ Israel, et constituit ex eis latomos ad cædendos lapides et poliendos, ut ædificaretur domus Dei.

3. Ferrum quoque plurimum ad clavos januarum, et ad commissuras atque juncturas præparavit David, et æris pondus innumerabile.

4. Ligna quoque cedrina non poterant

CHAPITRE XXII.

1. Cependant David dit : C'est ici la maison de Dieu ; et c'est là l'autel où Israël offrira ses holocaustes.

2. Et il ordonna d'assembler tous les prosélytes qui se trouveraient dans la terre d'Israël, et il en prit pour tirer les pierres et les marbres des carrières, pour les tailler et les polir, pour la construction du temple.

3. David fit aussi provision de fer pour les clous des portes, et pour les gonds et les jointures, et une quantité innombrable d'airain.

4. Ceux de Tyr et de Sidon lui apportaient

æstimari, quæ Sidonii et Tyrii deportaverant ad David.

5. Et dixit David : Salomon filius meus puer parvulus est et delicatus : domus autem, quam ædificari volo Domino, talis esse debet ut in cunctis regionibus nominetur : præparabo ergo ei necessaria. Et ob hanc causam ante mortem suam omnes præparavit impensas.

6. Vocavitque Salomon filium suum, et præcepit ei ut ædificaret domum Domino Deo Israel.

7. Dixitque David ad Salomonem : Fili mi, voluntatis meæ fuit ut ædificarem domum nomini Domini Dei mei :

8. Sed factus est sermo Domini ad me, dicens : Multum sanguinem effudisti, et plurima bella bellâsti : non poteris ædificare domum nomini meo, tanto effuso sanguine coram me.

9. Filius qui nascetur tibi, erit vir quietissimus : faciam enim eum requiescere ab omnibus inimicis suis per circuitum : et ob hanc causam Pacificus vocabitur : et pacem et otium dabo in Israel cunctis diebus ejus.

10. Ipse ædificabit domum nomini meo : et ipse erit mihi in filium, et ego ero illi in patrem, firmaboque solium regni ejus super Israel in æternum.

11. Nunc ergo, fili mi, sit Dominus tecum, et prosperare, et ædifica domum Domino Deo tuo, sicut locutus est de te.

12. Det quoque tibi Dominus prudentiam et sensum, ut regere possis Israel, et custodire legem Domini Dei tui.

13. Tunc enim proficere poteris, si custodieris mandata et judicia, quæ præcepit Dominus Moysi ut doceret Israel : confortare, et viriliter age : ne timeas, neque paveas.

14. Ecce ego in paupertate meâ præparavi impensas domûs Domini, auri talenta centum millia, et argenti mille millia talentorum : æris verò et ferri non est pondus : vincitur enim numerus magnitudine : ligna et lapides præparavi ad universa impendia.

15. Habes quoque plurimos artifices,

aussi des bois de cèdre dont on ne pouvait estimer la quantité.

5. Et David dit : Mon fils Salomon est encore jeune et faible ; cependant la maison que je désire qu'on bâtisse au Seigneur doit être telle qu'on en parle dans tous les pays. Je veux donc lui préparer toutes les choses nécessaires. Et c'est pour cette raison qu'avant sa mort, il prépara tout en abondance.

6. Et il appela Salomon, son fils, et lui ordonna de bâtir un temple au Seigneur Dieu d'Israël.

7. Et David dit à Salomon : Mon fils, j'avais le dessein de bâtir un temple au nom du Seigneur mon Dieu :

8. Mais Dieu me parla et me dit : Vous avez répandu beaucoup de sang, et vous avez livré une quantité de batailles ; ainsi vous ne pourrez point bâtir un temple à mon nom, après tant de sang répandu en ma présence.

9. Vous aurez un fils qui sera tout-à-fait tranquille, car je le maintiendrai en paix, sans qu'il soit inquiété par aucun des ennemis qui vous environnent ; c'est pour cette raison qu'il sera appelé *Salomon, c'est-à-dire* Pacifique ; et je donnerai la paix et le repos en Israël durant tous ses jours.

10. Ce sera lui qui bâtira un temple à mon nom ; il sera mon fils, et moi je serai son père ; et j'affermirai pour jamais le trône de son règne sur Israël.

11. Que le Seigneur soit donc maintenant avec vous, mon fils, qu'il vous rende heureux, et bâtissez une maison au Seigneur votre Dieu, comme il a prédit que vous deviez faire.

12. Qu'il vous donne aussi la sagesse et l'intelligence, afin que vous puissiez conduire Israël, et garder la loi du Seigneur votre Dieu ;

13. Car vous ne pourrez prospérer qu'en suivant ses ordres, et en observant les lois qu'il a commandé à Moïse d'enseigner à Israël ; armez-vous de force ; agissez en homme de cœur : ne craignez rien, ne vous effrayez de rien.

14. Voici que, dans ma pauvreté, j'ai préparé de quoi fournir à la dépense du bâtiment de la maison du Seigneur, savoir, cent mille talents d'or et un million de talents d'argent, avec une quantité d'airain et de fer dont on ne peut dire le poids ni le nombre, sans compter le bois et les pierres que j'ai préparés pour les employer à tout ce qui sera nécessaire.

latomos et cæmentarios, artificesque lignorum, et omnium artium ad faciendum opus prudentissimos,

16. In auro et argento et ære et ferro, cujus non est numerus. Surge igitur, et fac, et erit Dominus tecum.

17. Præcepit quoque David cunctis principibus Israel, ut adjuvarent Salomonem filium suum.

18. Cernitis, inquiens, quòd Dominus Deus vester vobiscum sit, et dederit vobis requiem per circuitum, et tradiderit omnes inimicos vestros in manus vestras, et subjecta sit terra coram Domino, et coram populo ejus.

19. Præbete igitur corda vestra et animas vestras, ut quæratis Dominum Deum vestrum: et consurgite, et ædificate sanctuarium Domino Deo, ut introducatur arca fœderis Domini, et vasa Domino consecrata, in domum quæ ædificatur nomini Domini.

15. Vous avez aussi quantité d'ouvriers, des tailleurs de pierres, des maçons, des ouvriers en bois, et des gens qui excellent dans toutes sortes d'ouvrages,

16. Soit en or ou en argent, en cuivre ou en fer, dont on ne peut dire le nombre. Levez-vous donc et vous mettez à l'ouvrage; et le Seigneur sera avec vous,

17. David ordonna en même temps à tous les chefs d'Israël d'assister son fils Salomon dans cette entreprise.

18. Vous voyez, leur dit-il, que le Seigneur votre Dieu est avec vous, et qu'il vous a établis dans une profonde paix de tous côtés, en livrant tous vos ennemis entre vos mains; et que la terre est soumise devant le Seigneur et devant son peuple.

19. Disposez donc vos cœurs et vos âmes pour chercher le Seigneur votre Dieu. Levez-vous, et bâtissez un sanctuaire au Seigneur Dieu, afin que l'arche de l'alliance du Seigneur et les vases qui sont consacrés au Seigneur, soient transportés dans cette maison qu'on va bâtir en son nom.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — DIXITQUE DAVID : HÆC EST DOMUS DEI. Intelligens David, probari sacrificium suum à Domino, qui demisso cœlitùs igne holocaustum absumpserat, certò inde collegit, eumdem hunc locum seligi, ubi templum erigeretur (1). Porrò Deus hoc prodigio demonstravit, se delegisse hunc locum, ubi domus sua (2) et altare holocaustorum constitueretur. Nec aliâ fortè de causâ David emere statuit totum omninò montem, vel saltem quidquid in illo ad Ornan pertinebat, cùm antea nonnisi aream erigendo altari comparâsset, supra, 21, 25.

VERS. 2. — PRÆCEPIT, UT CONGREGARENTUR OMNES PROSELYTI DE TERRA ISRAEL. Proselytorum nomen in Vulgatâ nunc primò occurrit; de his autem nos disseruimus Exod. 12, 45, et in Comment. Proselytus Græcè est *advena;* neque ferebantur in regione, nisi datâ fide servandi legem naturalem, abjecto numinum cultu. Hæc Rabbini et Commentariorum scriptores. Mihi tamen sedet opinio, proselytorum vel advenarum nomine hìc reliquias Chananæorum innui. Legimus in 3 Regum 9, 20, 21, illos à Salomone superatos, et ad onera gravissima coactos. Porrò iniquum fuisset et planè inhumanum meros et simplices advenas cogere, qui ut in ditione Israeliticâ commorari possent, superstitionem numinum abdicaverant. Nihil magis abhorruisset a lege Mosaicâ, quæ humanitatem erga advenas enixè commendat; nihil minùs opportunum: quis enim alienus migrare voluisset in regionem ubi servire totâ vitâ cogeretur? Omnem et politices et veteris Hebræorum jurisprudentiæ regulam Rabbini nequissimis suis et ineptissimis interpretationibus subverterunt. Discimus autem ex hoc textu reliquias Chananæorum perinde habitas fuisse ac servos et capta bello mancipia: cogebantur ad labores et ad opera publica, regis, vel gentis, vel Domini servitio. Advenæ ad juvandum templi ædificium destinati, figura sunt paganorum ad christiana sacra traductorum, qui novum Ecclesiæ christianæ surgentis ædificium promoverunt.

VERS. 3. — FERRUM AD CLAVOS JANUARUM, ET AD COMMISSURAS ATQUE JUNCTURAS PRÆPARAVIT. Syrus et Arabs: *Alios ex proselytis constituerat fabros ferrarios ad conficiendum bipennes, ad cædendos lapides, et scalpra, vectesque.* Sed plerique Vulgatam sequuntur. Clavorum nomine non veniunt hìc solùm ea quibus ligna conjunguntur, sed omnia quibus colligantur lapides, trabes innectuntur, etc.

VERS. 4.— LIGNA QUOQUE CEDRINA, QUÆ SIDO-

(1) Vide infra, 2 Par. 3, 1: *Cœpit Salomon ædificare.... in monte Moriâ, qui demonstratus fuerat David in area Ornan.*

(2) Grotius, Lyra, Menochius, Vatablus, Tirinus, Malvenda, Junius et alii.

NII ET TYRII DEPORTAVERANT AD DAVID. Ex dicendis inferiùs patebit, post tantam lignorum struem, nova tamen alia sibi comparâsse Salomonem, quasi nihil ejus rei à Davide paratum fuisset. Hinc collige templum quod Salomon aggressus est, multò augustius fuisse quàm quod animo pater destinaverat. Tyrii appellantur hìc in Hebræo *Surim*, ex quo nomen Syriæ, in libris Scripturæ Hebraicè scriptis nullibi occurrens.

VERS. 5. — SALOMON PUER PARVULUS ET DELICATUS (1). Hebræus ad litteram : *Salomon filius meus puer et tenellus ;* puer est, experientiâ et scientiâ regnandi carens, adeòque impar suscipere ac prosequi tantæ molis, quantam animo meditor, ædificium.

DOMUS AUTEM..... TALIS ESSE DEBET, UT IN CUNCTIS REGIONIBUS NOMINETUR. Hebræus : *Domus ad ædificandum Domino ad magnificandum, ad excellentiam, ad nomen, ad gloriam in omnibus terris.* Paranda est non domus, sed prodigium, ædificium augustum, ingens, instructissimum. Ichnographiam ejus describendam curavit David, deditque Salomoni, uti et normam vasorum omnium ex auro, argentoque, pro quibus metalla paraverat, 1 Paral. 28, 11 et seq.

OMNES PRÆPARAVIT IMPENSAS. Hebræus : *Paravit in multitudine*, vel paravit abundè, antequàm occumberet.

VERS. 8. — MULTUM SANGUINEM EFFUDISTI, ET PLURIMA BELLA BELLASTI (1) : NON POTERIS ÆDIFI-

(1) *Et David dit : Mon fils Salomon est encore jeune, et d'une complexion faible et délicate ; et la maison que je désire que l'on bâtisse au Seigneur, doit être telle qu'on en parle* avec admiration *dans tous les pays. Je veux donc lui préparer toutes les choses nécessaires* pour cet ouvrage, etc. Quoique Dieu eût déclaré à David que ce ne serait point lui qui lui bâtirait un temple, mais son fils, il ne laisse pas, en se soumettant à l'ordre de Dieu, de contribuer autant qu'il était en son pouvoir, au dessein de ce grand ouvrage, ne prenant pour lui que la peine de préparer tous les matériaux qui y serviraient, et en laissant toute la gloire à Salomon. Il envisagea ce temple comme un ouvrage d'une très-grande entreprise, non tant par rapport à l'ouvrage même, qu'à la majesté de celui pour lequel il le destinait. C'est pourquoi, considérant que Salomon était jeune, c'est-à-dire, âgé seulement de dix-sept ans ou environ, et qu'il était même d'une complexion délicate, il voulut lui épargner une partie de la peine, et se hâta pour cela de lui amasser toutes les choses nécessaires avant sa mort.

C'est ainsi que Dieu se plaît à partager le mérite de l'exécution de ses ouvrages entre plusieurs de ses serviteurs, tant pour empêcher que chacun d'eux en particulier ne s'attribue une gloire qui ne lui est point due, que pour leur donner moyen de faire tous éclater leur zèle pour son honneur. Car qui doute que David n'ait eu devant Dieu autant de part à la construction de son saint temple, que Salomon même ? Il avait eu la volonté de bâtir ce temple, et l'ordre seul de celui en l'honneur duquel il avait dessein de le bâtir, l'en ayant empêché, il contribua au moins en tout ce qu'il put à l'exécution d'un si saint ouvrage. Ainsi il arrive très-souvent que dans la structure du saint temple du vrai Salomon, qui est l'Eglise, ceux mêmes qui ne font, pour ainsi dire, qu'amasser les matériaux, y ont une part très-considérable. Dieu regarde principalement le cœur et l'ardeur de la volonté dans les hommes, et c'est à lui de les appliquer, comme il lui plaît, aux différentes fonctions qui tendent toutes au même dessein de former le corps, et de bâtir le temple tout divin de son Eglise. (Sacy.)

(1) *Vous avez répandu beaucoup de sang, et vous vous êtes trouvé en quantité de batailles. Ainsi vous ne pourrez point bâtir un temple à* la gloire de *mon nom, après tant de sang répandu en ma présence.* Quelques-uns ont cru que cette double répétition du sang répandu par le roi David, ne marquait pas seulement celui des ennemis du peuple de Dieu, mais encore celui d'Urie, qu'il répandit d'une manière si criminelle. Cependant le texte de l'Ecriture ne souffre guère qu'on l'explique de la sorte, et d'ailleurs même on ne voit pas, selon la réflexion d'un savant auteur (Estius), que l'on puisse rapporter ce que Dieu dit à David en cet endroit à un autre temps qu'à celui où nous avons vu auparavant que Nathan lui déclara la volonté du Seigneur sur le sujet de ce temple qu'il avait dessein de lui bâtir. Or il paraît que David n'avait point encore alors répandu le sang innocent d'Urie. C'est pourquoi il est assez naturel d'entendre ceci seulement du sang répandu dans tant de guerres différentes où s'était trouvé David. Mais on ne peut s'empêcher d'admirer la profonde humilité de ce prince, qui, dans l'ardeur de ce zèle dont il brûlait pour la gloire de son Dieu, s'étant vu tout d'un coup arrêté par cette défense qu'il lui fait de bâtir lui-même le temple qu'il avait dessein d'élever à son honneur, obéit aveuglément sans écouter ce que la raison humaine aurait pu lui inspirer en cette rencontre. Il ne lui répondit point que tant de sang répandu dans les guerres différentes où sa providence l'avait engagé, pouvait être regardé plutôt comme une marque singulière de son zèle pour sa gloire et pour le bien de son peuple, que comme une tache qui eût souillé en quelque façon sa pureté, puisqu'il n'avait combattu que contre ses ennemis, et par ses ordres. Il ne lui dit point que le zèle de Phinées, qui éclata par la mort de deux personnes très-criminelles qu'il avait tuées d'un seul coup, bien loin de le rendre impur, lui fit mériter de détourner la colère du Seigneur de dessus son peuple, et le rendit digne lui-même d'obtenir le sacerdoce pour toute sa postérité, selon cette déclaration solennelle que Dieu lui fit faire par Moïse : *Erit tam ipsi, quàm semini ejus pactum sacerdotii sempiternum, quia zelatus est pro Deo suo.* Il lui suffit donc de connaître la volonté de son Dieu en cette ren-

CARE DOMUM NOMINI MEO. Ratio eadem iterùm legitur inferiùs, 28, 3. Sed cùm Nathan ad Davidem Dei nomine verba fecit, id non expressit. S. Hieronymus l. 1 cont. Jovin., cum Hebræis apud Lyram, censuit sanguinem hunc, quo David impar reddebatur ad erigendum Domino templum, sanguinem fuisse innocentis Uriæ: « Quia erat vir sanguinarius, « non, ut plerique existimant, propter bella, « sed propter homicidium. » At singularis est S. Hieronymo et Rabbinis opinio. Veteres (1) recentioresque unicam hanc agnoscunt causam, quâ Dominus Davidi Salomonem prætulit ad templi ædificationem, bella nempe, quibus implicatus fuit. Id non semel repetit Scriptura, conceptisque verbis hìc exprimit : *Plurima bella bellâsti.* Sed quod validius censemus, ordo temporis persuadet, Davidem consilium cepisse ædificandi templi ante necem Uriæ, 2 Reg. 7, 1 et seq. (vid. Estium hìc); quare innocui hominis sanguis effusus ejus rei honore privare Davidem non poterat. Sanguis effusus, bello licet justissimo, maculam tamen quamdam inducit, quæ cum puritate sacrarum rerum planè non congruit. E prælio reduces non admittebantur in castra Hebræorum, nisi lustratione expiati, Num. 31, 19. In Ecclesiâ christianâ irregularitate notantur, atque muneribus ecclesiasticis præstandis impares sunt non ii modò qui manus suas effuso humano sanguine polluerint, sed et accusatores, judices ac testes, si quid contulerint ultimo hominis supplicio, quanquàm justo et necessario. Rerum sacrarum à sanguine horrorem nôrant etiam profani. Æneas madens sanguine pro patriâ effuso, deos patrios, quanquàm ultimâ coactus necessitate, tangere veretur ; sed illos è discrimine eripiendos tradit manibus patris sui Anchisæ, et piâ sarcinâ humeros onerat. Virgil. Æneid. 2 :

Tu, genitor, cape sacra manu, patriosque Penates.
Me bello è tanto digressum, et cæde recenti,
Attrectare nefas.

TANTO EFFUSO SANGUINE CORAM ME. Ea verba, *coram me*, effusam sanguinis copiam docent. Exaggeratione quâdam dictum est, utì et illa : *Magnus coram Domino,* Luc. 1, 15, *impius coram Domino,* Gen. 38, 7, *potens coram Domino,* ibid. 10, 19, quæ magnitudinem, nequitiam, potentiam consuetò majorem exprimunt.

VERS 9. — OB HANC CAUSAM PACIFICUS VOCABITUR. Hebræus : *Quia Salomon erit nomen ejus.* Salomonem Hebraicè *pacificum*, seu hominem pacis designare, quis nescit?

VERS. 10. — IPSE ERIT MIHI IN FILIUM (1). Idcircò Deus passus est Salomonem gravibus lapsibus ruere, ut verba hæc, ait S. Augustinus (2), ad litteram de illo accipienda non esse discamus. Altiorem continent, certioremque sententiam, si exponantur de Jesu Christo, in quo veritatem suam omnem assequuntur. Hinc Apostolus Hebr. 1, 5, verba hæc illi accommodat : *Cui dixit aliquando angelorum : Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filium?*

VERS. 12. — DET TIBI SENSUM, UT REGERE POSSIS ISRAEL. Hebræus : *Det tibi Dominus intellectum et intelligentiam, et præcipiat tibi super Israel.* Constituat te, et tradat tibi gubernandum populum suum.

VERS. 14. — ECCE EGO IN PAUPERTATE MEA PRÆPARAVI IMPENSAS (3). David vir mitissimo

contre. Et sachant qu'elle ne pouvait être que très-juste, il l'adora dans l'instant et s'y soumit sans murmure. Nous avons touché ailleurs la raison de cette conduite de Dieu à son égard; c'est pourquoi nous nous dispensons d'en parler ici de nouveau. (Sacy.)

(1) Vide Joseph. Antiq. lib. 7, cap. 11, et Eupolem. apud Euseb. Præpar. l. 9, cap. 30, et alios plerosque.

(1) *Il sera mon fils, et moi je serai son père ; et j'affermirai le trône de son règne sur tout Israël pour l'éternité.* Il paraît très-clairement que ceci n'est dit du roi Salomon qu'en figure, mais que la vérité s'est seulement accomplie dans la personne de Jésus-Christ. Aussi l'Apôtre rapporte directement ces mêmes paroles au Fils de Dieu, devenu homme, comme si elles n'avaient été dites que pour lui seul. C'est ce qui fait assurer à saint Augustin que ceux-là se trompent grossièrement, qui s'imaginent qu'une promesse si magnifique a eu son accomplissement en la personne de Salomon. Et le même Père nous fait remarquer que la chute si honteuse de Salomon, séduit par les femmes, et tombé dans l'idolâtrie, est une preuve manifeste que c'était principalement un autre, et non lui, que cette prédiction si avantageuse regardait, puisqu'elle n'aurait point été véritable à son égard, et qu'il ne nous est pas permis de penser que le Dieu de vérité ait pu prédire et promettre ce qui ne devait point s'accomplir : « Attendat ergo et « aspiciat Salomonis domum plenam mulieribus alienigenis colentibus deos falsos, et « ipsum ab eis regem, aliquando sapientem, « in eamdem idololatriam seductum atque dejectum ; et non audeat existimare Deum, vel « hoc promisisse mendaciter, vel talem Salo« monem, domumque ejus futuram, non po« tuisse præscire. » (Sacy.)

(2) August. lib. 17 de Civit. cap. 8, et 9 : « Hanc tam grandem promissionem qui putat « in Salomone fuisse completam, multùm er« rat, » etc.

(3) AURI TALENTA CENTUM MILLIA, hoc est,

animo et modestus pauperem se coram Deo fatetur. In paupertate suâ collegisse se dicit res necessarias ad construendum Domino templum, probè noscens amplas hasce divitias, quas coegerat, si cum majestate et immensitate Numinis comparentur, tenue esse prorsùs et exiguum munusculum, ac nimis distare ab augustâ illâ, quam animo conceperat, imagine majestatis, cui ædem construere moliebatur. Non uno in loco repetit Scriptura, Davidem necessaria omnia ad ædificium templi comparâsse, vide supra, v. 5, et 28, 2, et 29, 2, 19, et 2 Paral. 8, 16; et mox patebit, multò illum plus quàm opus esset, comparâsse. In relictis à Davide thesauris habuit Salomon quo mercedem solveret opificibus Tyriis, quos conduxerat, et expleret ea quæ pater suus imperaverat, majori etiam quàm jussus fuerat, magnificentiâ.

Auri talenta centum millia, et argenti mille millia talentorum. Talentum aureum æstimatur sexaginta novem millibus, quingentis, et unâ ac triginta libris, ac solidis quinque monetæ nostratis; pondere erat mille quingentarum unciarum, vel centum viginti quinque librarum Romanarum, ac octoginta sex librarum, unciarum quatuordecim, grossorum quinque nostri ponderis marchi.

Talentum argenteum reddebat tria millia siclorum, vel quater mille octingentas sexaduodecim cum dimidio milliones librarum auri, quæ faciunt mille et ducentos milliones aureorum Francicorum; tantùmdem reliquit ei in argento, scilicet, mille millia talenta argenti, quæ faciunt totidem, scilicet mille et ducentos milliones aureorum Francicorum; olim enim una libra auri valebat decem libras argenti; universim ergo reliquit ei bis mille et quadringentos milliones aureorum. Immensa et penè incredibilis videtur hæc auri et argenti summa, sed Deo nihil est impossibile, nihil difficile; quare ei facile fuit omnem hanc copiam Davidi suggerere ad fabricam tam magnifici templi : unde ipse volens templum hoc à Chaldæis exustum restaurari per Zorobabel et Judæos, pauperes eos ad fabricam animat dicens : *Meum est argentum, et meum est aurum*, Aggæi 2, 9. Sic S. Franciscus Assisias, et alter de Paulâ, ille Minorum, hic Minimorum fundator, uterque pauper, jussi à Deo templum ædificare, illud ædificârunt Deo ad illud sumptus per eleemosynas piorum spondente et præstante. Multò magis si à Deo vocemur, ut templum mysticum perfectionis in animâ nostrâ vel proximorum fabricemus, alacriter de ejus ope confisi idipsum præstemus. Deus enim aderit, viresque et animos dabit. *Domini* enim *est terra et plenitudo ejus*, atque, ut ait S. Leo, « justè instat præcepto, « qui prævenit auxilio. »

Porrò noster Villalpandus, sub finem tomi 2 in Ezechielem, per plura capita censet Davidem tantas opes collegisse partim ex vectigalibus, partim ex Ophir, partim ex hostium spoliis et tributo, partim ex annuo Israelis censu, quo quisque pendebat quotannis templo dimidium siclum, juxta legem Exodi 30, 13. Quocirca Israelitæ etiam extra Judæam degentes, per totum orbem dispersi, hanc capitationem quotannis mittebant Jerosolymam, cùmque eorum ingens esset numerus, ingentem conflabant auri summam.

Addit Villalpandus, Davidem et Salomonem annuo reditu et opibus superâsse tributa et opes Romanorum, Chaldæorum, Persarum, omniumque regum et monarcharum.

Dices : Quomodò ergo David hoc versu ait hæc se collegisse *in paupertate ?* Resp. primò : Quia hæc omnia præ Dei dignitate et majestate erant parva et pauca; secundò *in paupertate*, id est, in multo labore et afflictione; tertiò, et maximè, quia, ut sequitur, hæc omnia erant Dei : quare Davidis non erant, quia ipse ex se pauper erat, et nihil habebat nisi quod à Deo acceperat.

Ad universa impendia. Hebr. et Chald. habent : *Et super hæc adde*. Septuag. : *Et appone in his*. Vatabl. : *Quibus tu adjicere poteris*. Unde Salomon et populus his quæ reliquit David, multa donaria addidêre ad fabricam templi tam magnificam magnificentiùs instruendam et adornandam. (Corn. à Lap.)

Vous voyez que dans ma pauvreté, j'ai préparé de quoi fournir à la dépense du bâtiment de la maison du Seigneur, savoir cent mille talents d'or, et un million de talents d'argent, etc. Les auteurs disent que David parlait de *sa pauvreté*, ou par modestie, ou comme pour s'excuser en quelque sorte, de ce que, donnant tout à Dieu, il ne laissait presque rien à ses héritiers; ou parce qu'il se regardait véritablement comme pauvre par lui-même, ayant tout reçu de Dieu; ou parce qu'envisageant la grandeur de Dieu, il ne pouvait se considérer que comme un pauvre, en comparaison de cet Etre tout-puissant et infini, qui daignait bien agréer ce don qu'il osait lui offrir de sa pauvreté. Qui pourra donc se flatter de présenter quelque chose de considérable à Dieu, s'il fait un peu de réflexion sur ces paroles d'un grand roi, qui, en offrant au Seigneur, pour la dépense du bâtiment de son temple, une somme presque incroyable, savoir cent mille talents d'or, c'est-à-dire, près de six mille cinq cents millions, et un million de talents d'argent, c'est-à-dire, plus de quatre mille six cents millions, sans l'airain, le fer, les bois et les pierres les plus rares, voulait bien encore se considérer comme un pauvre en sa présence? Mais ce qui doit consoler également et les pauvres et les riches, c'est que Dieu regarde le cœur de l'homme et juge du prix de son offrande par la disposition de ce cœur : ce qui a fait dire à Jésus-Christ, lorsqu'il voyait les offrandes que l'on faisait dans le temple, cette parole si célèbre, que la veuve qui n'avait donné que deux petites pièces de la valeur d'un liard, avait plus donné que tous les autres, parce qu'elle avait donné de sa pauvreté tout ce qu'elle avait, au lieu que les autres avaient donné de leur abondance. (Sacy.)

ginta septem libras, solidos tres, denarios novem monetæ nostratis, ejusdem ponderis ac talentum aureum.

Igitur David in sumptus ædificandi templi reliquit sexies millena millia millium, nongenta quinquaginta tria millia millium, centum viginti quinque millia librarum ex auro, quarum pondus erant duodecim millia millium, ac quingenta millia librarum Romanarum, duodecim unciarum in singulas; vel novies millia millium, tercentum et septuaginta quinque libræ nostrates sexdecim unciarum.

Ex argento reliquit quater mille millia millium, octingenta sexaginta septem millia millium, centum octoginta septem millia, et quingentas libras monetæ nostratis; pondus autem, centum millia millium librarum Romanarum, vel nongenta tria millia millium, septingenta quinquaginta millia librarum nostri ponderis.

Vers. 18. — Tradiderit omnes inimicos vestros in manus vestras. Hebræus : *Dedit in manu meâ habitatores terræ.* Imperium suum prorogaverat David non in Judæam modò, sed in finitimas fermè omnes provincias. (1)

(1) Vers. 19. — *Disposez donc vos cœurs et vos âmes, pour chercher le Seigneur votre Dieu,* etc. Le Saint-Esprit nous dit encore en un autre endroit, par la bouche de Salomon, que *c'est à l'homme de préparer son âme.* Mais ni l'un ni l'autre de ces deux passages ne détruit le besoin que nous avons de sa grâce, pour *préparer notre cœur à chercher sincèrement le Seigneur notre Dieu*, puisque saint Paul nous déclare que de nous-mêmes nous ne sommes capables de former aucune bonne pensée, comme de nous-mêmes, et que c'est Dieu qui nous en rend capables. Ces paroles de notre texte nous apprennent donc seulement que nous devons faire de notre part tout ce qui dépend de nous, pour chercher Dieu de tout notre cœur, en travaillant à le purifier de tout ce qui peut s'opposer à un si grand bien. Quand un avare, un ambitieux ou un voluptueux veulent satisfaire leur volupté, leur ambition, leur avarice, ils n'ont pas besoin qu'on les excite à rechercher tous les moyens de contenter leur passion. La pente seule de leur cœur les y porte assez, sans qu'on les y pousse. Il semble donc qu'il devrait aussi suffire au Chrétien qui désire de *chercher Dieu*, et qui en connaît l'importance, de savoir que, pour le faire comme il le faut, il a besoin que Dieu prépare lui même son cœur et le rende digne de cette heureuse recherche. Car ce désir même le porterait à lui demander ce qui lui est nécessaire, pour se donner tout entier à cette occupation si importante, et à travailler en même temps, de son côté, à lever tous les obstacles qui pourraient l'en empêcher.

On peut dire cependant qu'il y en a peu qui *donnent* ainsi *leurs cœurs et leurs âmes* à un emploi si divin. La plupart *cherchent* tout autre chose que *le Seigneur notre Dieu.* Tous cherchent, disait autrefois saint Paul, leurs intérêts propres, et non ceux de Jésus Christ. *Levez vous* donc, nous crie le saint roi en cet endroit, *et bâtissez un sanctuaire au Seigneur votre Dieu.* Ne rampez plus sur la terre, ou ne vous tenez plus dans ce repos léthargique, qui vous rend comme engourdis à l'égard de toutes les choses de votre salut. Levez-vous enfin, pour travailler à un aussi saint ouvrage, qu'est celui de bâtir au Seigneur votre Dieu un sanctuaire, non tel que celui dont il s'agissait alors, qui devait être détruit par le feu des Babyloniens, mais un sanctuaire vraiment spirituel au fond de vos cœurs, où *l'arche de l'alliance du Seigneur*, non l'ancienne de Moïse, qui n'était que l'ombre et la figure de la véritable, mais Jésus Christ même, cette arche vraiment divine de la nouvelle alliance, soit établie pour toujours. (Sacy.)

CAPUT XXIII.

1. Igitur David senex et plenus dierum, regem constituit Salomonem filium suum super Israel.

2. Et congregavit omnes principes Israel, et sacerdotes atque Levitas.

3. Numeratique sunt Levitæ à triginta annis, et supra, et inventa sunt triginta octo millia virorum.

4. Ex his electi sunt et distributi in ministerium domûs Domini, viginti quatuor millia : præpositorum autem et judicum, sex millia.

5. Porrò quatuor millia janitores : et totidem psalta canentes Domino in organis, quæ fecerat ad canendum.

6. Et distribuit eos David per vices filio-

CHAPITRE XXIII.

1. David étant donc vieux et plein de jours, établit son fils Salomon roi sur Israël.

2. Et il assembla tous les princes d'Israël, avec les prêtres et les Lévites.

3. Et les Lévites furent comptés depuis trente ans et au-dessus, et l'on en trouva trente-huit mille hommes.

4. On choisit entre eux vingt-quatre mille hommes, qui furent distribués dans les divers offices de la maison du Seigneur; ceux qui faisaient la fonction de chefs et de juges, montaient au nombre de six mille.

5. En outre quatre mille portiers et autant de chantres qui célébraient les louanges du Seigneur sur les instruments que David avait faits pour chanter.

6. David les distribua tous, pour servir cha-

rum Levi, Gerson videlicet, et Caath, et Merari.

7. Filii Gerson : Leedan et Semei.

8. Filii Leedan : princeps Jahiel, et Zethan, et Joel, tres.

9. Filii Semei : Salomith, et Hosiel, et Aran, tres, isti principes familiarum Leedan.

10. Porrò filii Semei : Leheth, et Ziza, et Jaus, et Baria : isti filii Semei, quatuor.

11. Erat autem Leheth prior, Ziza secundus : porrò Jaus et Baria non habuerunt plurimos filios, et idcircò in unâ familiâ unâque domo, computati sunt.

12. Filii Caath : Amram, et Isaar, Hebron, et Oziel, quatuor.

13. Filii Amram : Aaron et Moyses. Separatusque est Aaron ut ministraret in Sancto sanctorum, ipse et filii ejus in sempiternum, et adoleret incensum Domino, secundùm ritum suum, ac benediceret nomini ejus in perpetuum.

14. Moysi quoque hominis Dei filii annumerati sunt in tribu Levi.

15. Filii Moysi : Gersom et Eliezer.

16. Filii Gersom : Subuel primus.

17. Fuerunt autem filii Eliezer, Rohobia primus : et non erant Eliezer filii alii. Porrò filii Rohobia multiplicati sunt nimis.

18. Filii Isaar : Salomith primus.

19. Filii Hebron : Jeriau, primus : Amarias, secundus : Jahaziel, tertius : Jecmaam, quartus.

20. Filii Oziel : Micha, primus, Jesia, secundus.

21. Filii Merari : Moholi et Musi. Filii Moholi : Eleazar et Cis.

22. Mortuus est autem Eleazar, et non habuit filios, sed filias : acceperuntque eas filii Cis fratres earum.

23. Filii Musi : Moholi, et Eder, et Jerimoth, tres.

24. Hi filii Levi in cognationibus et familiis suis, principes per vices, et numerum capitum singulorum, qui faciebant opera ministerii domûs Domini, à viginti annis et supra.

cun à son tour, selon les diverses maisons de la tribu de Lévi, savoir celle de Gerson, de Caath et de Mérari.

7. Les enfants de Gerson étaient Léédan et Séméï.

8. Léédan eut pour fils Jahiel, qui était le chef, Zéthan et Joël, au nombre de trois.

9. Séméï eut trois enfants : Salomith Hosiel et Aran. Ce sont là les chefs des familles qui descendent de Léédan.

10. Les enfants de Séméï sont Léheth, Ziza, Jaüs et Baria. Ce sont là les quatre enfants de Séméï.

11. Léheth était donc l'aîné, Ziza le second. Or, Jaüs et Baria n'eurent pas beaucoup d'enfants ; c'est pourquoi on les comprit sous une seule famille et une seule maison.

12. Les fils de Caath au nombre de quatre, *savoir*, Amram, Isaar, Hébron et Oziel.

13. Ceux d'Amram *furent* Aaron et Moïse. Aaron fut séparé pour servir à jamais, lui et ses enfants, dans le sanctuaire, pour offrir l'encens au Seigneur, selon les cérémonies qu'il avait ordonnées, et pour bénir éternellement son nom.

14. Les enfants de Moïse, l'homme de Dieu, furent aussi compris dans la tribu de Lévi ;

15. Les enfants de Moïse furent Gersom et Eliézer.

16. Gersom eut pour fils Subuel, son aîné.

17. Eliézer eut pour fils Rohobia, qui fut un chef de famille ; et Eliezer n'eut point d'autres fils ; Mais Rohobia eut un fort grand nombre d'enfants.

18. Isaar eut pour fils Salomith, son aîné.

19. Les enfants d'Hébron furent Jeriaü, l'aîné ; Amarias, le second ; Jahaziel, le troisième ; Jecmaam, le quatrième.

20. Les fils d'Oziel *étaient* Micha l'aîné, et Jésia le second.

21. Les fils de Mérari *étaient* Moholi et Musi. Les fils de Moholi étaient Eléazar et Cis.

22. Eléazar mourut sans avoir de fils, et il ne laissa que des filles, qui furent mariées aux fils de Cis leurs cousins-germains.

23. Les filles de Musi furent trois : Moholi, Eder et Jérimoth.

24. Voilà les fils de Lévi, selon leurs branches et leurs familles, *qui*, comme les chefs, *servaient* à leur tour avec un certain nombre de particuliers qui s'acquittaient des différents ministères dans la maison du Seigneur, depuis l'âge de vingt ans et au-dessus.

25. Dixit enim David : Requiem dedit Dominus Deus Israel populo suo, et habitationem Jerusalem usque in æternum.

26. Nec erit officii Levitarum, ut ultra portent tabernaculum, et omnia vasa ejus ad ministrandum.

27. Juxta præcepta quoque David novissima, supputabitur numerus filiorum Levi à viginti annis et supra.

28. Et erunt sub manu filiorum Aaron in cultum domûs Domini, in vestibulis, et in exedris, et in loco purificationis, et in sanctuario, et in universis operibus ministerii templi Domini.

29. Sacerdotes autem super panes propositionis, et ad similæ sacrificium, et ad lagana azyma, et sartaginem, et ad torrendum, et super omne pondus atque mensuram.

30. Levitæ verò, ut stent manè ad confitendum et canendum Domino : similiterque ad vesperam,

31. Tam in oblatione holocaustorum Domini, quàm in sabbatis et calendis et solemnitatibus reliquis, juxta numerum et cæremonias uniuscujusque rei, jugiter coram Domino.

32. Et custodiant observationes tabernaculi fœderis, et ritum sanctuarii, et observationem filiorum Aaron fratrum suorum, ut ministrent in domo Domini.

25. Car David dit : Le Seigneur Dieu d'Israël a donné la paix à son peuple, et l'a établi dans Jérusalem pour jamais.

26. Et *ainsi* les Lévites ne seront plus obligés de porter le tabernacle avec tous les vases destinés pour son ministère ;

27. On comptera aussi à l'avenir le nombre des enfants de Lévi, en les prenant depuis l'âge de vingt ans et au-dessus, suivant les dernières ordonnances de David.

28. Et ils seront soumis aux fils d'Aaron, pour tout ce qui regarde le service de la maison du Seigneur, soit dans les vestibules ou dans les chambres *du temple*, soit dans le lieu de la purification ou dans le sanctuaire, soit enfin dans toutes les différentes fonctions concernant le ministère du temple du Seigneur.

29. Mais les prêtres auront l'intendance sur les pains de proposition, sur le sacrifice qui se fait de fleur de farine, sur les beignets de pâte sans levain, sur les poêles, sur les épis que l'on rôtit sur le feu, et sur tous les poids et toutes les mesures.

30. Les Lévites seront aussi obligés de se trouver dès le matin pour chanter les louanges du Seigneur, et ils le feront aussi le soir,

31. Tant au sacrifice des holocaustes qu'on offre au Seigneur, qu'aux jours de sabbat, aux premiers jours des mois et aux autres solennités, en observant toujours le nombre qui leur est prescrit, et les cérémonies que l'on doit garder en chaque chose, *se tenant* continuellement en la présence du Seigneur.

32. Et ils observeront avec soin les ordonnances qui sont prescrites touchant le tabernacle de l'alliance et le culte du sanctuaire, et rendront une respectueuse obéissance aux enfants d'Aaron, qui sont leurs frères, pour s'acquitter de leur ministère dans la maison du Seigneur.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — DAVID SENEX ET PLENUS DIERUM, vitæ satur ; Lucret. l. 3 :

Cur non ut plenus vitæ conviva recedis?

REGEM CONSTITUIT SALOMONEM. Vide 3 Reg. 1. Exemplum hoc eligendi in regem futurum regni hæredem ante obitum patris, atque in illum transferendi regiam auctoritatem, apud Hebræos deinceps plurimos habuit imitatores. (1)

(1) VERS. 2. — ET CONGREGAVIT.... SACERDOTES ATQUE LEVITAS. Nota : David Levitas ita distribuit : Erat numerus Levitarum 38 millium. Ex

VERS. 3. — NUMERATIQUE SUNT LEVITÆ A TRI-eis David 24 millia deputavit ministerio templi ; sex alia millia fecit præpositos et judices, vers. 4 ; unde patet Levitas hosce fuisse judices, et quasi senatores ac patres conscriptos ; quatuor millia janitores ; deinde alia quatuor millia constituit cantores et musicos : conﬂa hos omnes numeros in unum, et invenies 38 millia jam dicta.

Nota secundò : David insuper constituit 24 ordines sacerdotum, qui sibi per vices succederent ad ministrandum in templo ; quisque enim ordo per septimanam ministrabat. Unde Lucæ 1, 9, dicitur de Zachariâ : *Exiit de sorte ut poneret incensum* ; erat enim Zacharias *de*

GINTA ANNIS ET SUPRA. Quando David censum hunc Levitarum instituit? Postremo utique vitæ suæ anno (1), eodemque tempore, quo Salomoni voluntatem suam, templi Domino ædificandi, explicavit. Primò quidem censum hunc instituit ad normam Mosaici in deserto (2), id est, à trigesimo anno ulteriùs usque ad quinquagesimum. Deinde recedendum à decretis censuit, jussitque describi Levitas ab anno ætatis quinto et vigesimo; cùm enim tunc arca et tabernaculum certo in loco Hierosolymis consisterent, minuebantur Levitarum onera, neque illi partes tabernaculi ex uno in alterum locum transferre cogebantur, infra, v. 24. Porrò consuetis tabernaculi servitiis major, nedùm par erat numerus octo et triginta millium Levitarum, exceptis sacerdotibus. Sed piissimus rex eò magis decere majestatem Numinis arbitratus est, quò plures ministri obsequiis ejus addicebantur. Quod autem munus augustius, aut gloriosius filiis Levi, quàm satis maturè cultu Domini occupari? Magnoperè etiam pietas crescebat, et explebatur religio Israelitarum, si ingentem ministrorum turbam cernerent eum Domino cultum impendere studentem, quem populus eàdem diligentiâ et sollicitudine per se reddere non poterat. Animadvertere hìc juvat, ordinem hunc sacerdotum et Levitarum alium esse ab eo quem olim David, constitutâ in tabernaculo Sion arcâ, decreverat. Prior hic ordo nonnisi usque ad exordia regni Salomonici perseveravit; tunc enim David novum sancivit, quem nos hìc et in sequenti capite legimus.

vice Abiâ, quæ ordine est octava. Hæ vices et ordines sacerdotum recensentur c. sequenti. Porrò David cuique ordini sacerdotum attribuit ordinem unum Levitarum qui eis ministrarent, et per omnia subservirent, unde tot erant ordines Levitarum, quot sacerdotum ministrantium templo, scilicet 24. Totidem (scilicet 24) ordines constituit Levitarum psallentium tam voce quàm instrumentis musicis, quorum quisque suà vice et sub suo sacerdotum ordine psallebat, ut patet c. 25; psallebant autem non tantùm in sabbatis, calendis, omnique alià festivitate, sed et quotidiè in omni sacrificio holocaustorum, ut patet v. 31. Hinc sequitur quemlibet sacerdotem æquè ac Levitam, bis tantùm in anno ministrâsse in templo: nam erant eorum 34 classes, quarum quælibet per hebdomadam in templo serviebat. Quare in 24 hebdomadis quisque unâ tantùm hebdomadâ ministrabat; iis verò duplicatis bis: ergo in 48 hebdomadibus (quot complectitur annus additis quatuor) bis, hoc est, duabus hebdomadis duntaxat quisque ministrabat.

Porrò fecit hæc David non tam ut rex (hic enim non habet jus in sacerdotes et sacra) quàm ut propheta. Rursùm, non fecit hæc per se, sed per pontifices Sadoc et Ahimelech, ut audiemus cap. sequenti, vers. 3, idque jactâ sorte, ut ibidem dicitur v. 5 et 32.

(Corn. à Lap.)

(1) Infra, vers. 27: *Juxta præcepta David novissima, supputabitur numerus filiorum Levi à viginti annis et supra.* Et 26, 31: *Quadragesimo anno David recensiti sunt*, etc.

(2) Num. 4, 3: *A trigesimo anno et supra, usque ad quinquagesimum annum.*

TRIGINTA OCTO MILLIA. Levitæ omnes, exceptis sacerdotibus: ex his autem sexies mille agebant judices, quater mille ostiarios; cantores totidem; et quatuor ac viginti millia Levitarum varia in tabernaculo munera obibant. Omnia hæc erant Levitarum, minimè sacerdotum.

VERS. 4. — DISTRIBUTI IN MINISTERIUM DOMUS DOMINI. Hebræus: *Viginti quatuor millia ex ipsis ad urgendum super opus domûs Domini.* Levitæ parebant sacerdotibus; sed ipsi vicissim præerant quodammodò *Nathinæis*, aliisque, qui ad genus leviticum non pertinebant: præerant etiam in rebus ad munus suum pertinentibus, habebantque de gente suâ principes. Hæc facilè est genuina textûs significatio; neque enim singuli è viginti quatuor millibus, templi operibus præesse potuissent.

PRÆPOSITORUM ET JUDICUM SEX MILLIA. Hebræus: *Apparitores et judices.* Septuaginta: *Scribæ et judices.* Vox *scophetim* significat utique judices; sed munera *soterim* minùs noscuntur. Sunt quidam, inter quos Vatablus, Menochius, qui duo hæc munera misceant; sed plerique *soterim* reddunt apparitores, satellites, et sententiæ judicum executores. Vide nostram dissertationem de politiâ Hebræorum, et Grotium, et Malvendam in hunc locum.

VERS. 8. — FILII LEEDAN: PRINCEPS JAHIEL. Jahiel, qui primus erat natu, vel caput et princeps familiæ Leedan. Ex versiculo sequenti doceri videmur, filios Semei principes fuisse familiæ Leedan. Censet Junius tres filios Leedan tres fuisse principes hujus familiæ. Pro *Jahiel, Zethan* et *Joel*, legitur inferiùs, 26, 21: *Ledan, Gersonni et Jehieli*, et v. 22, filii Jehielis sunt *Zathan* et *Joel*.

VERS. 9. — FILII SEMEI: SALOMITH. Alius est hic Semei, unus è posteris Leedani, à filio Gersonis, de quo in v. 7, 10. (Vide Menochium hìc.)

VERS. 10. — SEMEI, LEHETH. Hebræus *Semei, Jachath.* Septuaginta: *Semei, Jeth.*

Ziza. Hebræus *Zina*, sed sequenti versiculo appellat *Ziza*.

Vers. 11. — In una familia, unaque domo, computati sunt. In ministerio templi junctæ sunt geminæ familiæ Semei et Leedani, quòd scilicet familia Semei numero minima graviori onere opprimeretur, si paribus muneribus ac familia Leedani addicta fuisset.

Vers. 13. — (1) Ut ministraret in Sancto sanctorum. Hebræus: *Ad sanctificandum Sanctum sanctorum.*

Benediceret nomini ejus in perpetuum. Hebræus: *Ad benedicendum in nomine ejus.* Ad imprecandam populo benedictionem in nomine Domini; quod unum erat ex potissimis sacerdotalibus muneribus (2), planè diversum ab altero, benedicendi nomini Dei, quod ad Levitas potissimùm spectabat.

Vers. 14. — Annumerati sunt in tribu Levi. Filii Moysis in classem sacerdotum relati non sunt, sed intra ordinem Levitarum manserunt.

Vers. 16. — Subuel primus. Hujus unius nomen describitur, licet fratribus fortè non caruerit. Nomen primogeniti datur etiam interdùm iis qui nullos habent post se fratres. Ita Jesus Christus appellatur *primogenitus Mariæ*, Matth. cap. 1, vers. ultimo, licet unicus ejus filius. *Primus* usurpari etiam potest de principe et capite familiæ.

Vers. 22.—Acceperunt eas filii Cis fratres earum. Ex lege imperante ut puellæ hæredes necessariò propinquiori nubant, Num. 27, 3, 6, et 36, 7.

Vers. 24. — A viginti annis et supra (3). Vide supra, v. 2, et Num. 4, 3.

Vers. 28. — In loco purificationis et in sanctuario. In atrio interiori, ubi labium erat, quo lavabantur sacerdotes, antequàm ministrarent. Hebræus: *In munditiâ omnis sanctitatis.* Ad eluenda omnia quæ ad cultum Domini pertinent. Ut munda essent omnia et nitida in tabernaculo, vasa, bestiæ, homines.

Vers. 29. — Sacerdotes autem super panes propositionis (1). Sacerdotum cura erat panes

(1) Separatusque est Aaron, q. d.: A Deo per Moysen electus est Aaron, ut ipse ejusque posteri primogeniti essent summi sacerdotes, sive pontifices; cæteri verò non primogeniti essent minores sacerdotes. Unde pontifices soli ingrediebantur Sanctum sanctorum, cæteri verò sacerdotes adolebant thymiama in altari thymiamatis, quod erat in Sancto ante Sanctum sanctorum. (Corn. à Lap.)

(2) Num. 6, 23, 24. *Loquere Aaron et filiis ejus: Sic benedicetis filiis Israel, et dicetis ei: Benedicat tibi Dominus*, etc.

(3) David bis numeravit Levitas, scilicet primò vers. 3, *à triginta annis et supra*; secundò hìc, *à viginti annis et supra.* Ratio fuit, quia primitùs à Deo per Moysen statutum erat, ut Levitæ à trigesimo ætatis anno et deinceps servirent tabernaculo, eo quòd eorum officium esset portare supellectilem tabernaculi per desertum, in quo continuè peregrinabantur, ad quod ætas valida et robusta qualis est triginta annorum, requirebatur. David verò cessante hoc onere, ædificato jam templo, et Israele quiescente in terrâ sanctâ, statuit hoc versu, ut à vigesimo anno numerentur, et servire incipiant; nimirùm ut prioribus senioribus jam recensitis, et in suas ministrantium, janitorum, præpositorum, judicum, cantorum, classes distributis in rebus minoribus subserviant. Hanc rationem dat hìc David, vers. 26. (Corn. à Lap.)

(1) *Les prêtres auront l'intendance.... sur tous les poids et sur toutes les mesures.* Il est remarquable qu'entre les choses qui sont confiées au soin et à la garde des prêtres, se trouvent les poids et les mesures, non pas seulement du temple, mais en général toutes les mesures et tous les poids : *Super omne pondus atque mensuram.* Il n'y a rien en effet qui doive être plus religieusement gardé dans le monde. Et il n'y en avait point de deux sortes ni parmi les Juifs, ni parmi les autres peuples, ce qui n'eût servi qu'à troubler le commerce dans chaque état. Aussi, parce qu'on a toujours regardé ces mesures et ces poids comme quelque chose de sacré et d'inviolable, selon la parole d'un ancien (Cassiodore), on en conservait ordinairement les originaux dans le temple de Jérusalem, de même que les Romains gardaient les leurs dans le Capitole, afin d'y avoir recours dans le besoin. Et c'étaient les prêtres qui étaient chargés d'en répondre.

Lors donc que l'on nous rappelle si souvent au poids du sanctuaire, ce n'est pas pour nous en proposer un plus fort, ni une mesure plus grande, mais seulement une plus juste, afin d'y rendre les autres conformes. Car, en effet, s'il y avait eu de deux sortes de poids et de mesures, de quoi aurait-il servi de donner la garde des uns aux prêtres, tandis que les autres auraient été en usage parmi le peuple?

Que si le poids et la mesure dont on se sert dans le commerce ordinaire des hommes, doivent être si inviolables que l'on en confiait la garde aux prêtres mêmes, combien les balances qui sont destinées pour le commerce tout spirituel de l'Église de Jésus-Christ, combien les poids et les mesures de sa sainte discipline doivent-ils être gardés plus inviolablement par ses saints ministres, s'ils ne veulent entendre prononcer contre eux cet arrêt du Saint-Esprit, que *le double poids et la double mesure sont abominables devant Dieu!* Il y a, selon les Pères, un poids et une mesure qui nous marquent les coutumes ou les opinions des hommes. Et il y a le poids et la mesure de la loi de Dieu et de sa sainte parole. Gardons-nous bien, dit saint Augustin, de nous servir de la mesure trompeuse de notre caprice et de notre volonté. Mais mesurons et pesons les choses dans les balances toutes divines des Écritures, et

exponere coram Domino, et auferre : quin et « panes propositionis, juxta traditiones Hebraicas, ipsi serere, ipsi demetere, ipsi molere, ipsi coquere debebant, » ait Hieronym. in Malach. 1, 6. Menochii verò hìc sententiâ, sacerdotes acceptam à populo, in eum usum similam ipsi subigebant et coquebant, imò et aliis auctoribus, inter quos Tirinus, Levitæ hæc omnia parabant, sacerdotes verò tantummodò coram Domino exponebant, quod non obscurè proditur superiùs (1). Vide etiam dicta ad Leviticum 24, 8. Nomen sacerdotum hìc non legit Hebræus; quodque hìc dicitur, ad Levitas æquè ac ad sacerdotes referri potest, cùm de utrisque antea fuerit sermo.

Super omne pondus atque mensuram. Servabatur in templo norma ponderum, mensurarum, nummorumque, ut præstò esset, si quæ oriretur necessitas reformandi pondera et mensuras mercatorum. Vide quæ de hoc argumento disseruimus in Exodum, 30, 13.

Vers. 30. — Levitæ vero. Levitarum nomen hìc non exprimit Hebræus; munus autem ministrandi coram Domino, ipsumque laudandi, sacerdotibus æquè ac Levitis congruebat.

Vers. 31. — Tam in oblatione holocaustorum Domini. Voce et instrumentis canebantur Domino laudes vespere et manè quotidiè, cùm juge et quotidianum holocaustum offerretur; idemque pariter ritus servatus est in sacrificiis solemnibus pro totâ gente, vel principe, Num. 10, 10.

travaillons à y reconnaître ce qui est vraiment conforme au poids et à la mesure du Seigneur : « Non afferamus stateras dolosas, ubi appendamus quod volumus, et quomodò volumus.... « sed afferamus divinam stateram de Scripturis « sanctis, et.... appensa à Domino recognoscamus. » (Sacy.)

(1) 1 Par. 9, 32 : *Porrò de filiis Caath super panes erant propositionis, ut semper novos per singula sabbata præpararent.*

CAPUT XXIV.

1. Porrò filiis Aaron hæ partitiones erant : Filii Aaron : Nadab, et Abiu, et Eleazar, et Ithamar.

2. Mortui sunt autem Nadab et Abiu ante patrem suum absque liberis : sacerdotioque functus est Eleazar, et Ithamar.

3. Et divisit eos David, id est, Sadoc de filiis Eleazar, et Ahimelech de filiis Ithamar, secundùm vices suas et ministerium.

4. Inventique sunt multò plures filii Eleazar in principibus viris, quàm filii Ithamar. Divisit autem eis, hoc est, filiis Eleazar, principes per familias sedecim, et filiis Ithamar per familias et domos suas octo.

5. Porrò divisit utrasque inter se familias sortibus : erant enim principes sanctuarii, et principes Dei, tam de filiis Eleazar, quàm de filiis Ithamar.

6. Descripsitque eos Semeias, filius Nathanael, scriba Levites, coram rege et principibus, et Sadoc sacerdote, et Ahimelech filio Abiathar, principibus quoque familiarum sacerdotalium et leviticarum : unam domum, quæ cæteris præerat, Eleazar : et alteram domum, quæ sub se habebat cæteros, Ithamar.

7. Exivit autem sors prima Joiarib : secunda Jedei,

CHAPITRE XXIV.

1. Voici en quelles classes fut partagée la postérité d'Aaron. Les fils d'Aaron sont Nadab, Abiu, Eléazar et Ithamar.

2. Mais Nadab et Abiu moururent avant leur père, sans laisser d'enfants. Ainsi Eléazar et Ithamar firent toutes les fonctions sacerdotales.

3. David divisa donc la famille de Sadoc, qui venait d'Eléazar, et celle d'Ahimélech, qui descendait d'Ithamar, afin qu'elles servissent alternativement, et s'acquittassent chacune de leur ministère.

4. Mais il se trouva beaucoup plus de chefs de familles descendus d'Eléazar que d'Ithamar; et ainsi il distribua les descendants d'Eléazar en seize familles, chaque famille ayant son prince; et ceux d'Ithamar en huit seulement.

5. Il distribua encore les fonctions de l'une et de l'autre famille par le sort; car les enfants d'Eléazar et ceux d'Ithamar étaient les princes du sanctuaire et les princes de Dieu.

6. Séméias, fils de Nathanaël, de la tribu de Lévi, en dressa le rôle, comme secrétaire, en présence du roi et des princes, de Sadoc, prêtre, et d'Ahimélech, fils d'Abiathar, et devant tous les chefs de familles sacerdotales et lévitiques; prenant d'une part la maison d'Eléazar, qui était comme la souche de plusieurs branches; et d'autre part celle d'Ithamar, qui en avait plusieurs autres sous elle.

7. Ainsi, le premier sort échut à Joïarib; le second, à Jédéi;

8. Tertia Harim, quarta Seorim,

9. Quinta Melchia, sexta Maiman,

10. Septima Accos, octava Abia.

11. Nona Jesua, decima Sechenia,

12. Undecima Eliasib, duodecima Jacim.

13. Tertia decima Hoppha, decima quarta Isbaab.

14. Decima quinta Belga, decima sexta Emmer,

15. Decima septima Hezir, decima octava Aphses,

16. Decima nona Pheteia, vigesima Hezechiel.

17. Vigesima prima Jachim, vigesima secunda Gamul,

18. Vigesima tertia Dalaiau, vigesima quarta Maaziau.

19. Hæ vices eorum secundùm ministeria sua, ut ingrediantur domum Domini, et juxta ritum suum sub manu Aaron patris eorum : sicut præceperat Dominus Deus Israel.

20. Porrò filiorum Levi, qui reliqui fuerant, de filiis Amram erat Subael, et de filiis Subael, Jehedeia.

21. De filiis quoque Rohobiæ princeps Jesias.

22. Isaari verò filius Salemoth, filiusque Salemoth Jahath :

23. Filiusque ejus Jeriau primus, Amarias secundus, Jahaziel tertius, Jecmaan quartus :

24. Filius Oziel, Micha : filius Micha, Samir.

25. Frater Micha, Jezia : filiusque Jesiæ, Zacharias.

26. Filii Merari : Moholi et Musi. Filius Oziau : Benno.

27. Filius quoque Merari, Oziau, et Soam, et Zachur, et Hebri.

28. Porrò Moholi filius, Eleazar, qui non habebat liberos.

29. Filius verò Cis, Jerameel.

30. Filii Musi : Moholi, Eder, et Jerimoth. Isti filii Levi secundùm domos familiarum suarum.

31. Miseruntque et ipsi sortes contra

8. Le troisième, à Harim ; le quatrième, à Séorim ;

9. Le cinquième, à Melchia ; le sixième, à Maïman ;

10. Le septième, à Accos ; le huitième, à Abia ;

11. Le neuvième, à Jésua ; le dixième, à Séchénia ;

12. Le onzième, à Eliasib ; le douzième, à Jacim ;

13. Le treizième, à Hoppha ; le quatorzième, à Isbaab ;

14. Le quinzième, à Belga ; le seizième, à Emmer ;

15. Le dix-septième, à Hézir ; le dix-huitième, à Aphsès ;

16. Le dix-neuvième, à Phétéia ; le vingtième, à Hézéchiel ;

17. Le vingt-et-unième, à Jachin ; le vingt-deuxième, à Gamul ;

18. Le vingt-troisième, à Dalaïau ; le vingt-quatrième, à Maaziau.

19. Voilà quel fut leur partage, selon les différentes fonctions de leur ministère, afin qu'ils pussent, chacun à leur tour, être employés dans le temple, en gardant les cérémonies accoutumées, sous l'autorité d'Aaron leur père, comme le Seigneur Dieu d'Israël l'avait commandé.

20. Or, les autres enfants de Lévi, dont on n'a point parlé, sont Subaël, descendant d'Amram, et Jéhédéia, descendant de Subaël.

21. Entre les enfants de Rohobia, le chef était Jésias.

22. Salémoth était fils d'Isaar ; et Jahath était fils de Salémoth.

23. Le fils aîné de Jahath fut Jériaü ; le second, Amarias ; le troisième, Jahaziel ; le quatrième, Jecmaan.

24. Le fils d'Oziel fut Micha ; et le fils de Micha fut Samir.

25. Jésia était frère de Micha ; et Zacharie était fils de Jesia.

26. Les enfants de Mérari sont Moholi et Musi. Oziau eut un fils nommé Benno.

27. Mais Mérari eut encore Oziau, Soam, Zachur et Hébri.

28. Moholi eut un fils nommé Eléazar, qui n'eut point de fils.

29. Cis eut un fils nommé Jéraméel.

30. Les fils de Musi sont Moholi, Eder et Jérimoth. Ce sont là les enfants de Lévi, selon leurs diverses familles.

31. Et ceux-ci tirèrent aussi au sort avec

fratres suos filios Aaron, coram David rege, et Sadoc, et Ahimelech, et principibus familiarum sacerdotalium et leviticarum, tam majores quàm minores : omnes sors æqualiter dividebat.

leurs frères, enfants d'Aaron, en la présence du roi David, de Sadoc, d'Ahimélech et des chefs des familles sacerdotales et lévitiques. Ainsi tout se jetait au sort, pour diviser également les offices, soit entre les anciens, soit entre les plus jeunes.

COMMENTARIUM.

Vers. 2. — Mortui sunt Nadab et Abiu (1) ante patrem suum. Vide Leviticum 10, 2. Hebræus : *Mortui sunt coram patre suo,* eo superstite.

Sacerdotioque functus est Eleazar, et Ithamar ; seu potiùs familiæ Eleazari et Ithamari solæ remanserunt è stirpe sacerdotali Aaronis. Eleazar et Ithamar munera sacerdotalia obibant sub nutu Aaronis patris sui, eo superstite : defuncto successit Eleazar ; et sacerdotium ad familiam Ithamari primùm sub Heli devenit.

Vers. 3. — Ahimelech de filiis Ithamar. Ahimelech positus est hìc pro Abiatharo, qui pontificem agebat sub Davide. Id etiam servatur inferiùs v. 6 et 21. Animadversum est superiùs, 18, 16, Abiatharum, quemadmodùm et patrem ipsius, alterum gessisse nomen Ahimelechi.

Vers. 4.— Plures filii Eleazar in principibus viris ; principes è familiâ Eleazari superârunt numero principes familiæ Ithamari. Reddi etiam potest Hebræus : *Plura hominum capita numerat familia Eleazari, quàm Ithamari.* Ita Vatabl., Castal., Tigur., Syriac. Cùm census familiarum et hominum posteritatis Eleazari et Ithamari habitus est, multò florentior erat illius quàm hujus familia. Septuaginta cum interpretibus plurimis Vulgatam sequuntur : Εὑρέθησαν οἱ υἱοὶ Ἐλέαζαρ πλείους καὶ ἄρχοντας τῶν δυνατῶν : *Principibus et amplissimis viris familia Eleazari alteram superavit.*

Vers. 5. — Divisit..... familias sortibus, ut dissidia et æmulationes in ordine ministrandi et muneribus auferrentur. Familiarum omnium æqualis erat nobilitas, demandanda illis munera amplissima erant in religione et in republicâ : ægrè igitur satis omnibus factum fuisset aliter quàm per sortes. (Vide dicta de sortibus ad Josue 7, 14.

Erant enim principes Sanctuarii, et principes Dei. Munera gerebant amplissima et nobilissima sacerdotii in templo, ut essent veluti *principes Dei*, principes scilicet magni (1) ; vel principes rerum ad Dei cultum et ministerium

(1) Quoique ces chapitres, qui ne contiennent presque que des noms propres, puissent paraître ennuyeux, Dieu ne laisse pas d'en faire tirer un avantage considérable à l'Eglise, en lui faisant regarder toutes ces généalogies si nettement distinguées en divers endroits des livres saints, comme un témoignage très-puissant de la vérité des histoires qu'ils contiennent. Car il n'y a rien dont les nobles soient plus jaloux que de faire voir d'où ils descendent ; et les Juifs y paraissaient d'autant plus intéressés, que d'une part la naissance leur donnait entrée à plusieurs charges et au sacerdoce même, et que, de l'autre, il était très-important, comme on l'a dit plusieurs fois, de s'assurer par la vérité des généalogies, de la vérité de la naissance du Messie, que l'on attendait avec tant d'ardeur. Ainsi un peuple aussi attaché que celui-là à sa propre gloire, à ses propres intérêts, et à tout ce qui concernait sa religion, n'aurait jamais pu souffrir la moindre faute qu'un écrivain aurait commise en ces sortes de relations qui leur étaient si importantes. Et de là on tire des inductions qui sont de la dernière conséquence. Car si ces généalogies sont véritables, celle de Jésus-Christ, rapportée dans l'Evangile, l'est aussi, puisqu'elle est prise des mêmes sources, quoique rapportée en deux manières différentes par les deux Evangélistes qui en parlent, ce qui ne sert qu'à donner une plus grande conviction de la vérité, en faisant voir qu'ils n'ont rien pris l'un de l'autre, et qu'ainsi leurs témoignages se fortifient l'un par l'autre. Que si la généalogie de Jésus-Christ est certaine, elle lui donne les vrais caractères et les marques visibles du Messie, en le faisant naître de la tribu de Juda et de la postérité de David ; et ce nombre prodigieux de miracles qui sont arrivés à sa naissance, et qu'il a depuis opérés dans le cours de ses prédications, augmentent si fort l'évidence de cette preuve, qu'ils ne laissent aux esprits un peu raisonnables aucun sujet d'en douter.

Si donc il paraît constant par cette généalogie de Jésus-Christ, confirmée par tant de prodiges, qu'il était vraiment le Messie, non seulement les Juifs, au milieu desquels il a fait tous ces miracles, et qui conservent encore avec tant de soin toutes ces anciennes généalogies, sont inexcusables d'en attendre tous les jours un autre que celui que les Ecritures leur ont marqué si visiblement ; mais les païens et les libertins ont dû reconnaître sa divinité, et embrasser les maximes qu'il nous a apprises, et personne ne peut plus douter raisonnablement de la vérité de la Religion qu'il a établie, puisqu'elle porte tous les caractères marqués par les saints prophètes, et que lui-même se trouve si clairement désigné par leurs prophéties. (Sacy.)

(1) Vide Genes. 23, 6 : *Princeps Dei es apud nos.*

pertinentium. Aliter : Primis dignitatibus sacerdotii et juris dicundi potiebantur *principes Sanctuarii, et principes judicum.* In hunc sensum Grotius reddit Hebræum. Vox *Elohim* Deum, vel judices designat.

VERS. 6. — UNAM DOMUM, QUÆ CÆTERIS PRÆERAT, ELEAZAR ; ET ALTERAM DOMUM, QUÆ SUB SE HABEBAT CÆTEROS, ITHAMAR. Familia Eleazari inter sacerdotales clarissima erat, 1° quòd patrem habuisset filium Aaronis natu majorem; 2° quòd Deus illi perpetuum sacerdotium promisisset (1); 3° quòd florentissima esset, uti supra, v. 4, narratum est. Post Eleazarum, primas tenebat familia Ithamari, quæ tunc sacerdotio potiebatur in Abiatharo, et in plures familias distinguebatur. Hebræum hujus loci obscurissimum, corruptum putant criticorum doctissimi, Capell., Castal., Grot. Ita enim sonat ad litteram : *Domus una juncta Eleazaro, et juncta juncta Ithamaro.* Apertiùs Septuaginta : *Descriptæ sunt singulæ familiæ seorsùm, una et una Eleazari, una et una Ithamari.* Altera post alteram familiæ Eleazari et Ithamari venerunt in censum, descriptis singulis qui easdem familias componebant. Perspicua magis est hæc sententia ; atque hæc descriptio et distributio familiarum sacerdotalium solemni maximè ritu facta est coram principibus, utroque summo sacerdote, et proceribus familiarum sacerdotalium ac leviticarum. Discimus ex Josepho, lib. 1 et 2 contr. Appion. et lib. 7 Antiq. cap. 2, quantâ tenerentur sollicitudine sacerdotes et Levitæ ejus ætatis, ut conservarent tabulas et series genealogiarum suarum ; tum et sacerdotalem ordinem ita perseverâsse in eâ gente, quemadmodùm olim fuerat à Moyse constitutus. Id etiam confirmant Evangelistæ, sermonem de familiâ Abiæ habentes, quam hìc octavam legimus. Luc. 1, 5 : *Zacharias de vice Abia.* (2)

VERS. 19. — SUB MANU AARON PATRIS EORUM. Pluribus ante hanc distributionem familiarum sacerdotalium seculis Aaron decesserat. At qui tunc temporis locum ejus occupabat, exercebatque ministerium summus sacerdos, perinde ac Aaron ipse habebatur. Textum reddunt Grotius, Cornelius à Lap., Lyranus, Menochius : *In locum Aaronis.* Maluerim ego : *Sub Aaronis nutu,* juxta ea quæ vivens sanciverat, ejusque ad normam de tabernaculi cæremoniis. Traditio et mos in populo vigebant, quorum auctor Aaron esse ferebatur.

VERS. 20. — DE FILIIS AMRAM ERAT SUBAEL. Revocatur hìc Subael, cujus nomen non exprimitur in versiculis præcedentibus, quòd thesauris templi præesset (1). Vir erat è familiâ Gersom filii Moysis, et nepotis Amrami.

VERS. 21. — DE FILIIS ROHOBIÆ. Rohobias vir erat ex posteris Eliezeri, filii Moysis, 1 Paral. 23, 17.

VERS. 22.—JAHATH,—VERS. 23. FILIUSQUE EJUS JERIAU PRIMUS. Hebræus : *Filii Jeriau Amaria secundus.* Vulgatæ sensus melior est, et magis probatus. Corruptus videtur hìc Hebræus, uti et Septuaginta, qui legunt : *Filii Ecdii, Amadia secundus.* Ex præcedenti capite, v. 19, et 26, v. 31, notum est, Jeriau filium fuisse Hebronis; Amariam verò et Jahazielem fratres fuisse : hæc autem ægrè admodùm conciliantur cum iis quæ hìc legimus, nisi, quod est planè verisimile, *Jahath* cum *Hebrone* misceatur.

VERS. 26. — FILIUS OZIAU ; BENNO. Reddi potest Hebræus : *Filius Jehaziau,* vel *Oziau.....* sed non legitur nomen hujus filii, quod fortè ex originali excidit. Animadversione dignum est, præteriri hìc familiam Gersom, quanquàm Mераritæ non negliguntur.

VERS 27. — FILIUS QUOQUE MERARI, OZIAU (2), ET SOAM, ET ZACHUR, ET HEBRI. Septuaginta legunt : *Filii Ozia filii Merari, Isoam, Zacchur, et Abai.* In aliis codicibus : *Filii Ozia, filii Bonni, filii Merari ; filii Ozia sunt Isoam, Zac-*

(1) Num. 25, 12 : *Do ei* (Phinees filio Eleazari) *pacem fœderis mei, et erit tam ipsis quàm semini ejus, pactum sacerdotii sempiternum.*

(2) VERS. 10. — OCTAVA ABIA. Ex hâc fuit Zacharias pater Joannis Baptistæ ; quare certum est eum non fuisse summum pontificem. Pontifex enim non habebat vicem, sed omnibus præerat. An Zacharias fuerit pontifex, id est, princeps et primogenitus suæ familiæ Abia, ut vult S. Dionysius cœlest. Hierar. cap. 4 ; item an fuerit ex posteris Eleazar, an verò ex posteris Ithamar, incertum est. (Corn. à Lap.)

(1) Vide infra, 26, 24 : *Subael filius Gersom, filii Moysis, præpositus thesauri.*

(2) Hæc verba parenthesi intercipienda videntur, nam sequentes, scilicet *Soam et Zachur, et Hebri,* sunt filii *Oziahu.* Id patet ex Hebr. et Chald., qui sic habent : *Filii Merari de Oziahu, vel per Oziahu, Benno, et Soam, et Zachur, et Hebri.* Quia enim dixerat : *Filius Oziahu Benno,* et non dixerat cujus filius esset *Oziahu,* hinc idipsum explicat subdens : *Filius Merari Oziahu ;* deinde reliquos præter Bennonem jam nominatum, Oziahu filios prosequitur dicens :

ET SOAM, ET ZACHUR, ET HEBRI. Nam Merari filios, scilicet *Moholi et Musi,* jam recensuit, vers. 26. Ita Vatabl., Pagnin. et alii. (Corn. à Lap.)

chur, et Obdi. Sed arduum est divinare, unde hi filii Merari, vel Oziæ venerint. Ex filiis Merari soli noscuntur v. 26, *Moholi et Musi,* nec alii apparent in capite 23, 21, 22, 23. Suspicantur Capell. Critic., etc., Grot. hìc, amanuensium errore hæc nomina in textum irrepsisse.

Vers. 31. — Miseruntque et ipsi sortes contra fratres suos filios Aaron; jecerunt sortes cum fratribus suis, etc., vel potiùs, *coram sacerdotibus,* id est, eorum imitatione; vel denique, Levitæ munera sua sortiti sunt eodem planè ordine, quo antea sacerdotes: distribuerunt sese in classes quatuor et viginti, addixeruntque singulas classes singulis ordinibus sacerdotum, quibuscum inibant desinebantque ministerium. Vide initium capitis sequentis.

Tam majores quam minores: omnes sors æqualiter dividebat. Hebræus confusissimus est et obscurissimus: *Capita familiæ contra fratrem suum minorem;* ex æquo cum omnibus actum est, sive cum majori familiæ, sive cum minimo. Septuaginta: *Patriarchæ Levitarum sicut fratres eorum minores,* ex æquo omnes sortibus suo ordine subditi fuêre. En textus ipsorum genuinus: Καὶ τῶν Λευίτων πατρίαρχαι Ἀραάβ, καθὼς οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ οἱ νεώτεροι. Unde vox barbara et inutilis Ἀραάβ, nescio: nihil huic simile in Hebræo.

CAPUT XXV.

1. Igitur David et magistratus exercitûs segregaverunt in ministerium filios Asaph, et Heman, et Idithun: qui prophetarent in citharis, et psalteriis, et cymbalis, secundùm numerum suum dedicato sibi officio servientes.

2. De filiis Asaph: Zacchur, et Joseph, et Nathania, et Asarela, filii Asaph, sub manu Asaph prophetantis juxta regem.

3. Porrò Idithun: filii Idithun, Godolias, Sori, Jeseias, et Hasabias, et Mathathias, sex sub manu patris sui Idithun, qui in citharâ prophetabat super confitentes et laudantes Dominum.

4. Heman quoque: filii Heman, Bocciau, Mathaniau, Oziel, Subuel, et Jerimoth, Hananias, Hanani, Eliatha, Geddelthi et Romemthiezer, et Jesbacassa, Mellothi, Othir, Mahazioth:

5. Omnes isti filii Heman videntis regis in sermonibus Dei, ut exaltaret cornu: deditque Deus Heman filios quatuordecim, et filias tres.

6. Universi sub manu patris sui ad cantandum in templo Domini distributi erant, in cymbalis, et psalteriis, et citharis, in ministeria domûs Domini juxta regem: Asaph videlicet, et Idithun, et Heman.

7. Fuit autem numerus eorum cum fratribus suis, qui erudiebant canticum Domini cuncti doctores, ducenti octoginta octo.

8. Miseruntque sortes per vices suas,

CHAPITRE XXV.

1. David, avec les principaux officiers de l'armée, choisit donc, pour remplir les fonctions de chantres, les enfants d'Asaph, d'Héman et d'Idithun, afin qu'ils touchassent les guitares, les harpes et les cymbales, s'employant chacun *à leur tour* à remplir les offices qui leur étaient destinés à proportion de leur nombre.

2. Des enfants d'Asaph, il y avait Zacchur, Joseph, Nathania et Asaréla, tous fils d'Asaph, qui les conduisait et les faisait chanter, suivant ce que le roi ordonnait.

3. Pour ce qui est d'Idithun, ses enfants étaient Godolias, Sori, Jéséias, *Séméias,* Hasabias, Mathathias, qui sont six. Le père conduisait ses enfants, et chantait sur la harpe, ayant la direction des chantres, lorsqu'ils faisaient retentir les louanges du Seigneur.

4. Quant à Héman, ses fils étaient Bocciau, Mathaniau, Oziel, Subuel, Jérimoth, Hananias, Hanani, Eliatha, Geddelthi, Romemthiézer, Jesbacassa, Mellothi, Othir, Mahazioth.

5. Tous ceux-là étaient fils d'Héman, voyant du roi, pour chanter les louanges de Dieu et relever sa puissance, Dieu ayant donné quatorze fils à Héman, avec trois filles.

6. Ces enfants d'Asaph, d'Idithun, et d'Héman, avaient donc été tous distribués *en classes,* sous la conduite de leurs pères, pour chanter dans le temple du Seigneur, en jouant des cymbales, des harpes et des guitares, et pour remplir les ministères de la maison du Seigneur, selon l'ordre prescrit par le roi.

7. Or, le nombre de ceux-ci avec leurs frères qui étaient habiles dans l'art, et qui montraient aux autres à chanter les louanges du Seigneur, allait à deux cent quatre-vingt-huit.

ex æquo tam major quàm minor, doctus pariter et indoctus.

9. Egressaque est sors prima Joseph, qui erat de Asaph. Secunda Godoliæ, ipsi et filiis ejus, et fratribus ejus duodecim.

10. Tertia, Zachur, filiis et fratribus ejus duodecim.

11. Quarta, Isari, filiis et fratribus ejus duodecim.

12. Quinta, Nathaniæ, filiis et fratribus ejus duodecim.

13. Sexta, Bocciau, filiis et fratribus ejus duodecim.

14. Septima, Isreela, filiis et fratribus ejus duodecim.

15. Octava, Jesaiæ, filiis et fratribus ejus duodecim.

16. Nona, Mathaniæ, filiis et fratribus ejus duodecim.

17. Decima, Semeiæ, filiis et fratribus ejus duodecim.

18. Undecima, Azareel, filiis et fratribus ejus duodecim.

19. Duodecima, Hasabiæ, filiis et fratribus ejus duodecim.

20. Tertia decima, Subael, filiis et fratribus ejus duodecim.

21. Quarta decima, Mathathiæ, filiis et fratribus ejus duodecim.

22. Quinta decima, Jerimoth, filiis et fratribus ejus duodecim.

23. Sexta decima, Hananiæ, filiis et fratribus ejus duodecim.

24. Septima decima, Jesbacassæ, filiis et fratribus ejus duodecim.

25. Octava decima, Hanani, filiis et fratribus ejus duodecim.

26. Nona decima, Mellothi, filiis et fratribus ejus duodecim.

27. Vigesima, Eliatha, filiis et fratribus ejus duodecim.

28. Vigesima prima, Othir, filiis et fratribus ejus duodecim.

29. Vigesima secunda, Geddelthi, filiis et fratribus ejus duodecim.

30. Vigesima tertia, Mahazioth, filiis et fratribus ejus duodecim.

31. Vigesima quarta, Romemthiezer, filiis et fratribus ejus duodecim.

8. Et ils tirèrent au sort dans chaque classe, sans faire acception des personnes, soit jeunes ou vieux, soit habiles ou moins habiles.

9. Le premier sort échut à Joseph, qui était de la maison d'Asaph. Le second, à Godolias, tant pour lui que pour ses fils et ses frères, au nombre de douze.

10. Le troisième, à Zachur, à ses fils et à ses frères, au nombre de douze.

11. Le quatrième, à Isari, à ses fils et à ses frères, au nombre de douze.

12. Le cinquième, à Nathanias, à ses fils et à ses frères, au nombre de douze.

13. Le sixième, à Bocciau, à ses fils et à ses frères, au nombre de douze.

14. Le septième, à Isrééla, à ses fils et à ses frères, au nombre de douze.

15. Le huitième, à Jésaïa, à ses fils et à ses frères, au nombre de douze.

16. Le neuvième, à Mathanias, à ses fils et à ses frères, au nombre de douze.

17. Le dixième, à Séméias, à ses fils et à ses frères, au nombre de douze.

18. Le onzième, à Azaréel, à ses fils et à ses frères, au nombre de douze.

19. Le douzième, à Hasabias, à ses fils et à ses frères, au nombre de douze.

20. Le treizième, à Subaël, à ses fils et à ses frères, au nombre de douze.

21. Le quatorzième, à Mathathias, à ses fils et à ses frères, au nombre de douze.

22. Le quinzième, à Jérimoth, à ses fils et à ses frères, au nombre de douze.

23. Le seizième, à Hananias, à ses fils et à ses frères, au nombre de douze.

24. Le dix-septième, à Jesbacassa, à ses fils et à ses frères, au nombre de douze.

25. Le dix-huitième, à Hanani, à ses fils et à ses frères, au nombre de douze.

26. Le dix-neuvième, à Mellothi, à ses fils et à ses frères, au nombre de douze.

27. Le vingtième, à Eliatha, à ses fils et à ses frères, au nombre de douze.

28. Le vingt-et-unième, à Othir, à ses fils et à ses frères, au nombre de douze.

29. Le vingt-deuxième, à Geddelthi, à ses fils et à ses frères, au nombre de douze.

30. Le vingt-troisième, à Mahazioth, à ses fils et à ses frères, au nombre de douze.

31. Le vingt-quatrième, à Romemthiézer, à ses fils et à ses frères, au nombre de douze.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — DAVID ET MAGISTRATUS EXERCITUS SEGREGAVERUNT FILIOS ASAPH, ET HEMAN, ET IDITHUN (1). Hi magistratus exercitûs iidem sunt facilè *principes*, de quibus in v. 6 capitis præcedentis, ubi narratur Davidem, adhibitis principibus, utroque summo sacerdote, et capitibus familiarum sacerdotalium ac leviticarum, ordinem sacerdotum distribuisse; quemadmodùm hìc iisdem comitibus cantorum ordinem digerit.

Porrò optima erat proportio inter ordinem sacerdotum, et quem tenebant Levitæ, cantores, atque ostiarii. Distribuebantur ex æquo omnes in classes quatuor et viginti, duodenorum in singulas, ut simul omnes viginti quatuor complecterentur viros templo ministrantes pro hebdomadâ suâ ducentos octoginta et octo; singulis hebdomadis inserviebant duodecim sacerdotes, totidem cantores, ostiarii totidem. Cùm verò minimus sit hic numerus sacerdotum, cantorum et ostiariorum, si classes singulæ constabant duodenis, reputandum est duodecim hosce viros præfuisse aliis, qui longè majori numero ministrabant. Legimus certè superiùs, 23, 4, ministeriis tabernaculi præstò fuisse quatuor millia cantorum, totidem ostiariorum, et quatuor ac vicena millia Levitarum; quin et numerum eorum longè crevisse necesse est sub exitum regni Davidici, cùm eligi cœperint in ministerium anno ætatis vigesimo. Quid agerent cæteri Levitæ, si hebdomadæ munia obirent singuli ordines ex octo et tricenis, vel quadragenis et octo? Sententiæ huic favet versiculus septimus, ferens, doctorum et magistrorum numerum fuisse ducentorum octoginta et octo; erant igitur duodecim cantorum magistri per singulas hebdomadas, quos audiebat justus numerus cantorum minùs artis peritorum, quos sortitò eligi consuevisse docet versiculus octavus. (Vide Tirinum in v. 7.)

Asaph, Heman et Idithun, alio nomine *Ethan*, musici erant ætate Davidis et Salomonis (1) peritissimi, quorum filii principes dati sunt quatuor ac vicenis classibus cantorum. Asaph quatuor habebat liberos, Idithun sex, Heman quatuordecim; his quatuor ac viginti totidem commissæ sunt classes cantorum, singulæ singulis ex delectu sortium, non ex ætatis, vel peculiarium uniuscujusque dotum ordine. (Vide v. 9.)

QUI PROPHETARENT IN CITHARIS, qui pulsarent citharas et alia instrumenta. Ad litteram: *Ut prophetarent in kinnor. Prophetare* usurpatur hìc pro instrumentis canere. Affirmant Hebræi apud Lyram et Estium hìc, cantores in templo afflari consuevisse, et moveri animo ad laudes Domino canendas voce et instrumentis, ut olim Eliseus divino Spiritu afflatus fuit, cùm canendi peritus lyram coram illo pulsavit, 4 Reg. 3, 15.

SECUNDUM NUMERUM SUUM DEDICATOS IBI OFFICIO SERVIENTES. Hebræus: *Et recensiti sunt qui erant periti*, et experti. Ad litteram: *Viri operum ad servitium suum.* Non temerè, uti quisque sese offerebat, eligebatur præfectus alicujus è viginti quatuor classibus: peritissimi quique in rebus musicis delecti sunt.

VERS. 2. — SUB MANU ASAPH PROPHETANTIS JUXTA REGEM. Hos moderabatur Asaph, ut canerent ad præceptum regis; vel potiùs: Erant sub manu, et regimine Asaph, regiæ musicæ præfecti. Præter munus cantoris in tabernaculo Domini, illud fortè accedebat Asapho, ut regiæ musicæ præesset. Fortè etiam appellatur *propheta*, vel cantor *sub manu regis*, ut

(1) *David choisit donc avec les principaux officiers de l'armée, pour remplir les fonctions* de chantres, *les enfants d'Asaph et d'Héman*, etc. Quelqu'un peut-être demandera par quelle puissance le roi David entreprit de faire tous les règlements dont il est parlé dans ce chapitre et dans les deux précédents, soit touchant les prêtres et les Lévites, soit touchant les chantres de la maison du Seigneur. Mais on peut répondre avec un célèbre théologien, que de même que le Seigneur l'avait averti que ce serait Salomon, son fils, qui lui bâtirait un temple, et que même il lui avait marqué et le lieu où il le devait bâtir, et le modèle qu'on suivrait en le bâtissant, il est à croire qu'il se conduisit aussi par l'ordre du même Dieu dans ce qu'il régla par avance, touchant le rang et les fonctions différentes de ses saints ministres. Car on a dit plusieurs fois ce que l'on est obligé de dire encore en ce lieu, que David ne doit pas être seulement considéré comme un roi, mais comme un prophète, et comme un homme tout rempli de l'esprit de Dieu. Et néanmoins, dans ces mêmes règlements qu'il fit à l'égard des ministres de son saint temple, il eut soin, comme il est marqué au chapitre précédent, d'agir de concert avec le grand-prêtre et avec les chefs des familles sacerdotales et des Lévites, afin, sans doute, que ce que Dieu lui avait fait connaître sur ce sujet fût confirmé par l'autorité à laquelle il semblait que ces règlements appartenaient légitimement. Aussi il est remarquable que de tout ce que David établit alors, nul n'osa jamais depuis en rien changer, mais que les choses qu'il régla demeurèrent fixes pour toujours. (Sacy.)

(1) 3 Reg. 4, 31: *Salomon erat sapientior Ethan, et Heman*, etc.

innuatur, illum in tabernaculo per Davidem in Sion erecto servire, ut à cæteris musicæ præfectis, munus suum Gabaone gerentibus, distingueretur. Denique Asapho Psalmos suos David inscribebat, ut modis musicis traditos, canendos in tabernaculo daret. Exemplum esto carmen à Davide exaratum pro solemni arcæ translatione, 1 Paral. 16, 17.

Vers. 3. — Porro Idithun : filii Idithun, Godolias... sex. Quoad Idithun, filii ejus erant Idithun, Godolias, etc.; vel potiùs : Quoad Idithun, filii Idithun sunt Godolias, etc. Quæ posterior interpretatio si admittatur, Idithun accensendus est filiis suis, ut constet numerus sex. Hæc autem difficultas planè aufertur, si ipsi Idithun filium ejusdem nominis tribuamus. Vel fatendum est, nomen hìc aliquod deesse.

Qui in cithara prophetabant super confitentes Dominum. Musicorum templi ordines ex variis, quibus canebant, instrumentis inter se distinguebantur. Filii Idithun pulsabant citharam vel kinnor. (Vid. 1 Paral. 15, 21.)

Vers. 5. — Omnes isti filii Heman videntis regis in sermonibus Dei, ut exaltaret cornu. Heman *videntem* vel prophetam regis agebat : comes aderat lateri regis. Gad alter erat *videns* regis, 2 Reg. 24, 2; sed Heman videntem agebat *in sermonibus Dei*, facilè ad canendas Domini laudes in tabernaculo, *ut exaltaret cornu*, inflaret cornu. Quâ re ille à cæteris musicorum ordinibus distinguebatur. Primò quidem Heman addictus fuisse videtur tabernaculo Gabaonis, 1 Paral. 16, 41; deinde verò mutatæ sedes.

Dedit Deus Heman filios quatuordecim, et filias tres. Tres tantummodò filiæ recensentur, quòd inter puellas cantatrices tabernaculi, uti et fratres earum, numerarentur; quæ est Tostati, hìc q. 14, et Menochii sententia, docens, puellas cantatrices certis per annum solemnitatibus templo adfuisse. Choros illarum animadvertere licet in pompâ arcæ in Sion translatæ; et illarum meminit non obscurè propheta in psalmo 67, 26. *Prævenerunt principes conjuncti psallentibus, in medio juvencularum tympanistriarum.*

Vers. 6. — Universi sub manu patris sui... juxta regem. Hebræus ad litteram : *Omnes isti ad manus patris sui, ad manus regis.* Canebant dirigente patre et rege. Equidem non ambigimus, Davidem rebus se musicis admiscuisse, ac præfuisse choris musicorum cum Asaph, Heman et Idithun. Legimus superiùs, vers. 2, *Asaph* fuisse ad manum regis; hìc autem reddi posset : *Erant sub manu regis Asaph, Heman et Idithun;* vel fortè : *Asaph, Heman et Idithun erant sub manu regis;* vel denique : *Filii Asaph, Heman et Idithun sub patris disciplinâ erant, ac regi ad nutum parebant.*

Vers. 7. — Fuit numerus eorum, qui erudiebant canticum Domini, cuncti doctores, ducenti octoginta octo. Reddi Hebræus potest : *Qui docebant alios cantica Domini, erant numero homines ducenti octoginta octo.* Duodecim cantores singularum classium magistri erant omnes in rebus musicis, alios docere apti; quorum erat numerus, si duodeni per singulas classes suppetuntur, ducentorum octoginta octo; aderant majori numero cantores, qui tirones adhuc ab illis erudiebantur ac regebantur. Vide supra, v. 1.

Vers. 8. — Miserunt sortes per vices suas, ex æquo tam major quam minor, doctus pariter et indoctus (1). Viginti quatuor filii Asaph, Heman et Idithun præficiendi erant totidem classibus musicorum : ordinem classium inter se non ætas, non peritia eorum qui præerant, sed sortes jactæ distribuerunt; meritò enim censuêre, neminem è viginti quatuor arte suâ non excellere : cæterorum verò undecim magistrorum electio, præfectis illorum verisimilimè relicta est : delecto autem hoc numero cantorum, sortium discretioni committebatur, quam singuli classem, quem inter se ordinem tenerent. Verba illa : *Tam major quàm minor,* dicta videntur potissimùm de magistris musices : quæ autem adduntur, *doctus pariter et indoctus,* vel, uti Hebræus : *Magister et discipulus,* significant, accessisse magistris hisce

(1) *Et ils jetèrent au sort dans chaque classe, sans faire acception des personnes, soit jeunes ou vieux, soit habiles ou moins habiles.* Quoique David eût choisi les trois chefs des chantres, *Asaph, Héman* et *Idithun,* il voulut, pour éloigner tout sujet de jalousie, et toute sorte d'acception de personnes, soit pour l'âge ou pour la science, que tous les autres tirassent au sort. C'est ce qui s'étant souvent pratiqué parmi les Juifs, le fut encore par les Apôtres, dans cette célèbre élection de celui qui devait succéder à l'apostolat de Judas. Car après avoir nommé et présenté deux personnes, il est marqué qu'ils les tirèrent ensuite au sort, en priant et en demandant à Dieu qu'il lui plût de leur montrer celui qu'il avait choisi, et qu'ainsi le sort tomba sur Matthias, qui fut associé aux onze Apôtres. Le Sage nous apprend aussi que lorsque l'on tire au sort, ce qui semblerait être l'effet du hasard, l'est, au contraire, du choix du Seigneur qui y préside : *Sortes mittuntur in sinum : sed à Domino temperantur.* Prov. 16, 33. (Sacy.)

musices numerum quemdam tironum, qui sub illis mererent et docerentur. Denique distribuendis cantorum classibus idem ordo servatus est, qui antea in classibus sacerdotum.

VERS. 9. — IPSI ET FILIIS EJUS, ET FRATRIBUS EJUS DUODECIM. Godolias secundo ordini præfuit, vel contigit illi sortitò secundæ classis principatus; habebatque sub se *filios suos* et *fratres*, id est, filios et necessarios suós, duodecim omninò, non excepto Godoliâ. Socios hosce suos facilè delegerat, antequàm per sortes eligeretur, quæ illis classis contingeret.

VERS. 11. — ISARI, idem est *Sori* v. 3.

VERS. 14. — ISREELA, idem est facilè Oziel, filius Heman, v. 4.

VERS. 17. — SEMEIÆ. Nomen hujus non legitur inter filios Asaph, Heman et Idithun; idemque est facilè qui inter filios Idithun deest (vide v. 3); et idem est *Idithun*, si duo hujus nominis viri statuantur, genitor et filius.

CAPUT XXV.

1. Divisiones autem janitorum: de Coritis, Meselemia, filius Core, de filiis Asaph.

2. Filii Meselemiæ: Zacharias primogenitus, Jadihel secundus, Zabadias tertius, Jathanael quartus,

3. Ælam quintus, Johanam sextus, Elioenai septimus.

4. Filii autem Obededom: Semeias primogenitus, Jozabad secundus, Joaha tertius, Sachar quartus, Nathanael quintus,

5. Ammiel sextus, Issachar septimus, Phollathi octavus, quia benedixit illi Dominus.

6. Semei autem filio ejus nati sunt filii, præfecti familiarum suarum: erant enim viri fortissimi.

7. Filii ergo Semei: Othni, et Raphael, et Obed, Elzabad, fratres ejus viri fortissimi: Eliu quoque, et Samachias.

8. Omnes hi de filiis Obededom: ipsi, et filii, et fratres eorum, fortissimi ad ministrandum, sexaginta duo de Obededom.

9. Porrò Meselemiæ filii, et fratres eorum robustissimi, decem et octo.

10. De Hosa autem, id est, de filiis Merari: Semri princeps (non enim habuerat primogenitum, et idcircò posuerat eum pater ejus in principem);

11. Helcias secundus, Tabelias tertius, Zacharias quartus: omnes hi filii et fratres Hosa tredecim.

12. Hi divisi sunt in janitores, ut semper principes custodiarum, sicut et fratres eorum, ministrarent in domo Domini.

CHAPITRE XXVI.

1. Ceux qui gardaient les portes, furent ainsi distribués. De la maison de Coré, Mésélémia, fils de Coré des enfants d'Asaph.

2. Les enfants de Mésélémia, *furent* Zacharie, le premier; Jadihel, le second; Zabadias, le troisième; Jathanaël, le quatrième;

3. Elam, le cinquième; Johanan, le sixième; Elioénaï, le septième.

4. Les enfants d'Obédédom *furent* Séméias l'aîné; Jozabad, le second; Joaha, le troisième; Sachar, le quatrième; Nathanaël, le cinquième;

5. Ammiel, le sixième; Issachar, le septième, et Phollathi, le huitième, parce que le Seigneur le bénit.

6. Séméï, son fils, eut *aussi* plusieurs enfants, qui furent tous chefs d'autant de familles, parce qu'ils étaient des hommes très-robustes.

7. Les fils de Séméï *furent* donc Othni, Raphaël, Obed, Elzabad, *et* ses frères, qui étaient des hommes très-forts, comme encore Eliu et Samachias.

8. Ils étaient tous de la maison d'Obédédom, eux, leurs fils et leurs frères, ayant tous beaucoup de force pour s'acquitter de leur emploi. Soixante-deux de la maison d'Obédédom.

9. Les enfants de Mésélémia et leurs frères qui étaient très-robustes, faisaient le nombre de dix-huit.

10. Mais d'Hosa, qui descendait de Mérari, sont venus Semri, qui était le chef, car il n'avait point eu d'aîné, et son père lui avait donné le premier lieu:

11. Helcias était le second; Tabélias, le troisième; Zacharie, le quatrième. Ces enfants d'Hosa, joints avec ses frères, faisaient le nombre de treize.

12. Voilà quelle était la distribution des portiers, en sorte que les capitaines des gardes servaient toujours dans la maison du Seigneur, de même que leurs frères

13. Missæ sunt ergo sortes ex æquo, et parvis, et magnis, per familias suas in unamquamque portarum.

14. Cecidit ergo sors orientalis Selemiæ. Porrò Zachariæ filio ejus, viro prudentissimo et erudito, sortitò obtigit plaga septentrionalis.

15. Obededom verò et filiis ejus ad austrum : in quâ parte domûs erat seniorum concilium.

16. Sephim et Hosa ad occidentem, juxta portam quæ ducit ad viam ascensionis : custodia contra custodiam.

17. Ad orientem verò Levitæ sex: et ad aquilonem quatuor per diem : atque ad meridiem similiter in die quatuor; et ubi erat concilium, bini et bini.

18. In cellulis quoque janitorum ad occidentem quatuor in viâ, binique per cellulas.

19. Hæ sunt divisiones janitorum, filiorum Core et Merari.

20. Porrò Achias erat super thesauros domûs Dei, et vasa sanctorum.

21. Filii Ledan, filii Gersonni : de Ledan principes familiarum, Ledan, et Gersonni, Jehieli.

22. Filii Jehieli: Zathan, et Joel fratres ejus, super thesauros domûs Domini,

23. Amramitis, et Isaaritis, et Hebronitis, et Ozihelitis.

24. Subael autem filius Gersom, filii Moysi, præpositus thesauris.

25. Frater quoque ejus Eliezer, cujus filius Rahabia, et hujus filius Isaias, et hujus filius Joram, hujus quoque filius Zechri, et hujus filius Selemith.

26. Ipse Selemith, et fratres ejus, super thesauros sanctorum, quæ sanctificavit David rex, et principes familiarum, et tribuni, et centuriones, et duces exercitûs.

27. De bellis et manubiis præliorum, quæ consecraverant ad instaurationem, et supellectilem templi Domini.

28. Hæc autem universa sanctificavit amuel videns, et Saül filius Cis, et Abner filius Ner, et Joab filius Sarviæ; omnes

13. On tira donc au sort avec une égalité entière chaque famille, soit grands ou petits, pour chaque porte.

14. Celle d'orient échut à Sélémias. Zacharie son fils, qui était un homme très-sage et fort habile, eut celle du septentrion.

15. Obédédom avec ses fils, fut chargé de celle du midi, où était aussi l'assemblée des anciens.

16. Sephim et Hosa furent placés à l'occident, près de la porte qui conduit au chemin de la montée. Et ces corps de garde se répondaient l'un à l'autre.

17. La porte d'orient était gardée par six Lévites, et celle du septentrion par quatre, que l'on changeait tous les jours. Il y en avait aussi quatre par jour pour celle du midi; et là où se tenait l'assemblée, ils servaient deux à deux.

18. Il y en avait aussi quatre au logis des portiers à l'occident, sur le chemin, deux à chaque chambre.

19. Voilà de quelle manière on partagea les portiers qui étaient tous descendus de Coré et de Mérari.

20. Achias avait la garde des trésors de la maison de Dieu et des vases sacrés.

21. *Voici* les fils de Lédan, fils de Gersonni. De Lédan vinrent ces chefs de famille, Lédan, Gersonni et Jéhieli.

22. Des fils de Jéhieli, Zathan et Joël, ses frères, gardaient les trésors de la maison du Seigneur.

23. Avec ceux de la famille d'Amram, d'Isaar, d'Hébron et d'Ozihel.

24. Subaël, qui descendait de Gersom, fils de Moïse, était un des trésoriers.

25. Eliézer son frère eut pour fils Rahabia, qui fut père d'Isaïe, et Isaïe le fut de Joram, Joram de Zechri, et Zechri de Sélémith.

26. Sélémith et ses frères étaient encore officiers du trésor des choses saintes, que le roi David, les princes des familles, les tribuns, les centeniers et les chefs de l'armée avaient consacrées.

27. *C'est-à-dire*, des dépouilles remportées dans les guerres et dans les combats, qu'ils avaient consacrées pour la construction du temple du Seigneur, et pour faire tous ses vaisseaux.

28. Toutes ces choses avaient été consacrées par le prophète Samuël, par Saül, fils de Cis, par Abner, fils de Ner, et par Joab, fils de Sarvia. Tous ceux qui offraient quelques pré-

qui sanctificaverant ea per manum Selemith et fratrum ejus.

29. Isaaritis verò præerat Chonenias, et filii ejus, ad opera forinsecùs super Israel, ad docendum et judicandum eos.

30. Porrò de Hebronitis Hasabias, et fratres ejus viri fortissimi, mille septingenti, præerant Israel trans Jordanem contra occidentem, in cunctis operibus Domini, et in ministerium regis.

31. Hebronitarum autem princeps fuit Jeria, secundùm familias et cognationes eorum. Quadragesimo anno regni David recensiti sunt, et inventi sunt viri fortissimi in Jazar Galaad,

32. Fratresque ejus robustioris ætatis, duo millia septingenti principes familiarum. Præposuit autem eos David rex Rubenitis, et Gaditis, et dimidiæ tribui Manasse, in omne ministerium Dei et regis.

sents les mettaient entre les mains de Sélémith et de ses frères.

29. Ceux de la famille d'Isaar avaient à leur tête Chonénias et ses enfants. Ils avaient soin des choses du dehors qui regardaient Israël, c'est-à-dire, de les instruire et de juger leurs différends.

30. Hasabias de la famille d'Hébron, et ses frères, hommes très-forts, au nombre de mille sept cents, gouvernaient les Israélites d'au-delà du Jourdain vers l'occident, soit dans les choses concernant le service du Seigneur, soit dans celles concernant le service du roi.

31. Jéria fut le chef de la postérité d'Hébron, divisée selon ses différentes familles en diverses branches. La quarantième année du règne de David, on en fit le dénombrement à Jazer de Galaad, et l'on trouva

32. Qu'eux et leurs frères, tous gens de cœur et dans la force de leur âge, faisaient le nombre de deux mille sept cents chefs de familles. Or David les établit sur la tribu de Ruben, sur celle de Gad, et sur la demi-tribu de Manassé, pour présider dans toutes les choses qui regardaient le culte de Dieu et le service du roi.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — DIVISIONES AUTEM JANITORUM. Postquàm actum est de ordine sacerdotum, cantorumque, quoad templi ministerium, succedunt ostiarii, vel custodes forium, cellarum, eorumque omnium quæ in templo erant maximè pretiosa. Hi porrò delecti sunt è familiis Core et Merari, ut infra, v. 19, atque in classes quatuor distributi, pro numero forium templi, singulas orbis plagas spectantium. Porta orientalis obtigit Selemiæ; septentrionalis Zachariæ; meridionalis Obededom, quæ verò patebat in ascensu ædium regalium, exponebatque in templo, Sephim et Hosæ.

Hi ostiariis, vel custodibus præerant, habebantque sub se numerum satis amplum ostiariorum, qui servitium per vices singulis hebdomadis præstabant, 4 Reg. 11, 9. Horum verò ducum perpetuum erat servitium, vacatione carens, quæ solùm privatis ostiariis dabatur. Non legitur hic qui hominum numerus singulis ducibus parerent; sed non exiguam fuisse manum necesse est, cùm huic ostiariorum muneri quatuor hominum millia destinarentur, 1 Paral. 23, 5. Præter ostiarios quatuor forium templi, quidam accedebant per intervalla dispositi; ex. gr., ad fores aulæ concilii, ad custodiam ærarii, et alibi, quos accuratiùs describemus in commentario hujus capitis. Solutâ captivitate Babylonicâ, idem ordo, qui olim à Davide constitutus fuerat, quoad munera ostiariorum, templo redditus est, quâ de re consulendum est caput 9 hujus libri.

FILIIS CORE, DE FILIIS ASAPH. Core è stirpe Levi et familiâ Caath satus fuit. Meselemia, de quo hìc, vir erat è genere Core, et familiâ Asaph, aliter appellato Abiasaph, 1 Paral. 6, 37, penitùs alio ab Asaph, cujus erat nomen inter musicos celebre. E liberis Meselemiæ septem tantummodò hìc, v. 2 et 3, exhibentur, ac decem et octo in v. 9. Sed in versiculo 9 filii et necessarii Meselemiæ simul numerantur: *Filii Meselemiæ, et fratres eorum robustissimi, decem et octo.*

VERS. 5. — QUIA BENEDIXIT ILLI DOMINUS. Sermo est hìc de Obededom, cui Dominus largum benedictionis imbrem infudit; quippe cujus in domo arca Domini aliquandiù mansisset, 2 Reg. 6, 11, 12. Ejusmodi autem benedictionum virtus et fœcunditatem et florentem familiam illi contulerat; ut cæteras

familias hìc recensitas superaret. Ex ejus genere numerantur v. 8 capita duo et sexaginta.

Vers. 6. — Viri fortissimi (1). Hoc elogio donantur in hoc capite ostiariorum plerique. Munere quidem fungebantur militari; instruebantur armis, agebantque custodes domûs Domini. Seligendi igitur fuerunt viri strenui et robusti; viribus enim opus erat ad immanes templi fores claudendas recludendasque. Ex iis quædam tanti erant ponderis, teste Josepho, ut viginti hominum nisu ægrè clauderentur.

Vers. 10. — De Hosa... Semri princeps, non enim habebat primogenitum. Ex Hosâ natus est Semri, qui principem agebat : carebat enim primogenito. Sed potiùs, ejus primogenitus ineptus erat muneri gerendo (vid. Estium, Lyram, Junium); minimè enim fieri potest, ut viro, qui liberis non carebat, deesset primogenitus, saltem quoad privilegia, cùm secundus primo succederet, et sic de cæteris. Hebræus : *Quoniam non fuerat* (illi) *primogenitus*; vel : *Quanquàm non erat primogenitus*.

Vers. 12. — Ut semper principes custodiarum, sicut et fratres eorum, ministrarent in domo Domini (1). Ostiarii eodem ferè ordine distributi fuerant, ac eorum fratres, videlicet sacerdotes et cantores. Quotidiè aderant domui Domini, sed aliis alii succedentes, ut suo munere singulis sabbatis levarentur. Hebræus : *Istæ sunt partitiones janitorum secundùm capita servorum, quemadmodùm fratres eorum, ut servirent in domo Domini.*

Vers. 14. — Selemiæ. Aliter *Meselemiæ*, v. 2.

Zachariæ filio ejus, viro prudentissimo et erudito. Hebræus : *Consiliarius in intellectu*, Zacharias patrem habuit Meselemiam, v. 2.

Vers. 15. — In qua parte domus erat seniorum concilium. Aula concilii et consessus seniorum populi, proxima erat portæ meridianæ. Aulam hanc appellat Hebræus בית האספים :

(1) *Seméï, son fils, eut aussi plusieurs enfants, qui furent tous chefs d'autant de familles,* dans cette fonction de portiers, *parce qu'ils étaient des hommes forts et robustes.* L'Ecriture parle plusieurs fois de la force de ceux que l'on destinait à la garde des portes du temple. Car il était nécessaire qu'ils fussent très-forts, à cause que ces portes étaient très-grandes et très-pesantes. Aussi Josèphe l'historien témoigne en parlant de celles du dernier temple de Jérusalem, qu'il fallait vingt hommes pour les ouvrir, ou pour les fermer. C'est pourquoi, lorsque l'Ecriture dit ensuite qu'*Hosa n'avait point d'aîné, et qu'il donna le premier rang à Semri,* elle n'entend pas, selon Estius, qu'Hosa n'avait point effectivement d'aîné, puisque l'aîné étant mort, le second lui succédait naturellement, mais elle veut dire que l'aîné s'étant trouvé trop faible pour la fonction de portier, un autre plus fort que lui fut mis en sa place.

Cette fonction ne demandait pas seulement une grande force de corps, mais elle était d'ailleurs fort considérable, parce que les portiers de la maison du Seigneur gardaient les trésors du temple et ceux du roi, et avaient soin de toutes les réparations, comme aujourd'hui les intendants des bâtiments ; ce qui leur donnait l'autorité sur tous les ouvriers qui y travaillaient. Et de plus même ils exerçaient les fonctions de juges et de docteurs de la loi.

C'était une ombre et une image d'une autre fonction infiniment plus relevée et plus sainte que Jésus-Christ confia depuis à S. Pierre et aux Apôtres, à qui les clés de l'Eglise de la terre et de celle même du ciel ont été données, pour les ouvrir ou pour les fermer selon les règles toutes divines qu'il leur a prescrites. Cette fonction apostolique demande vraiment des *hommes très-forts,* non de la force du corps, mais de celle de la vertu. Et il est besoin souvent que leurs forces s'unissent ensemble, soit pour fermer, ou pour ouvrir ces portes divines aux pécheurs et aux pénitents. C'est ce qu'on a vu autrefois dans la convocation des conciles, où toutes les forces, pour le dire ainsi, de ces portiers apostoliques se rassemblaient, selon les nécessités différentes de l'Eglise, ou pour résister à la violence des pécheurs qui prétendaient les forcer de les admettre avant le temps à sa communion, dont leurs crimes les avaient exclus, comme on le voit si souvent dans saint Cyprien ; ou, au contraire, pour y admettre les vrais pénitents à qui la dureté des Novatiens en voulait absolument fermer la porte, comme on le peut voir aussi dans les ouvrages du même saint.

Ce sont eux encore qui sont chargés de la garde de ses trésors, comme étant les ministres de Jésus-Christ et les dispensateurs des divins mystères, selon que le dit saint Paul. Ce sont eux enfin qui font véritablement la fonction de juges et de docteurs, étant établis pour juger ceux qui appartiennent à l'Eglise, et pour enseigner les peuples avec une pleine autorité, ce que ces anciens ministres du temple ne pouvaient faire que d'une manière fort imparfaite. (Sacy).

(1) Hi divisi sunt in janitores, ut semper principes custodiarum, etc., ministrarent in domo Domini. Erat ergo magna janitorum horum dignitas, primò quia ipsi erant *principes custodiarum*, q. d. : Sicut prætoriani milites præsunt custodiæ regis et domûs regiæ, sic hi janitores præerant custodiæ et custodibus omnibus domûs Dei, scilicet templi. Secundò, quia iidem præerant custodiæ thesauri tam templi, quàm regis, ut patet vers. 20, 26 et 30. Item sertis tectis templi, vers. 27. Tertiò, quia ex iis creabantur populi doctores, præfecti, et judices in causis tam sacris quàm profanis, ut patet vers. 29, 30 et 32. (Corn. à Lap.)

Domum congregationum, quod nonnulli exponunt de Sanhedrio, alii de ærario, ubi condebatur pecunia ex oblationibus collecta. Vox eadem, quæ hìc, recurrit in Nehemiâ, 2 Esdr. 12, 25, quâ significantur oblationes ad fores templi exceptæ ; vel tantùm pro forium custodibus. Nec abs re suspicamur, nomen *janitorum portæ* (1) vel *liminis,* frequenter occurrens in libris Regum et Paralipomenon, innuere custodes rerum, quæ oblatæ ibi colligebantur. Sunt enim utriusque rei voces persimiles. Denique reddi potest Hebræus : *Domus redituum,* in quâ cumulabantur oblationes, frumentum, vinum, cæteræque res sacerdotibus et Levitis alendis necessariæ (2).

Vers. 16. — Ad occidentem juxta portam quæ ducit ad viam ascensionis, ex ædibus regiis ad templum, de quâ nos 4 Reg. 10, v. 12, etc. 12, v. 20, insuper 2 Par. 9, 11. Hebræus ad litteram (3) : *Ad occidentem porta quæ mittit,* vel *deducit ad stratam ascensionis,* vel *elevationis.* Sunt qui exponant de portâ unde sordes è templo efferebantur. De hâc portâ sermonem esse censent in Isaiâ (4) : *Erit in ostensionem sicut terebinthus, et sicut quercus, quæ expandit ramos suos.* Hebræus : *Erunt in ignem sicut quercus, quæ est ad portam Scheleketh.* Sed hæc incertissima sunt ; excrementa enim et sordes victimarum excipiebantur cloacis vastissimis, sub templi monte effossis. Retinendus est igitur pronus ille sensus, quem primò offerunt Hebræus et Vulgata. Porta è regiis ædibus ad templum ducens, patebat ad occidentem, post templum. (Vide Josephum Antiq. l. 15, c. 14.)

Custodia contra custodiam. Dispositi erant alii è regione aliorum, vel æquis intervallis ; vel potiùs ita distributi erant, ut eumdem omnes ordinem tenerent ineundi ac relinquendi custodiam. Iniebant simul omnes munus, et simul omnes absolvebant.

Vers. 17. — Ad orientem Levitæ sex, quòd porta esset omnium frequentissima.

Et ubi erat concilium, bini et bini. In Hebræo eadem vox recurrit, quam expendimus supra, v. 15. Reddi potest : *Et pro oblationibus,* quæ colligebantur in portâ, *bini et bini.* Ad singulas portas bini accedebant custodes rerum oblatarum, et ad ea, quæ fortè offerebantur, excipienda. Hi porrò custodes alii erant planè ab iis qui meros janitores agebant.

Vers. 18. — In cellulis quoque janitorum ad occidentem quatuor in via, binique per cellulas. Locus hic est obscurissimus ; nec perspicua magis est Hebræi sententia : *Domui,* vel *cellulæ ad occidentem, ascensui, bini ad cellulam.* Legitur hìc vox *parbar,* quæ aliena est ab Hebræo ; eaque casu redditur cellula, quamvis hujus significationis nullum sit documentum. Legitur in 4 Reg. 23, 11 : *Parvar,* vel *parur,* quod affinitatis habet plurimùm cum *parbar ;* significare autem fertur Chaldaicè suburbium; cujus tamen argumenta idonea desiderantur, præsertim pro eo quem versamus loco, qui significationem suburbii planè respuit. Suspicor, *parbar,* vel *parvar,* vel *parur,* voces esse Græcas à Chaldæis adoptatas, ut alias plures accepêre : efferri autem illam oportere *phrurim,* quod idem est, ac Græcum *phroura,* vel *phrourion* (1), id est, custodia, specula. Ita ergo reddi potest textus : *Ad occidentem erant quatuor custodes pro ascensu, bini ad singula loca.* Ex ædibus regiis iter clivo ducebat in templum, desinebatque ad portam occidentalem, supra, v. 16 ; hujus ad ingressum ostiarii constituti erant quatuor, bini scilicet ad singulas speculas, vel ad singula custodiarum loca. Ut certiùs hoc determinaremus, accuratior loci notitia habenda esset. Sed facilè intelligimus constitutos fuisse duos vigiles ad duo loca ; bini, e. g., ad portam templi, et bini ad clivum eò ducentem. Revocandum est in mentem, in 4 Regum 11, 6, portam hanc appellari *portam posteriorem custodum.*

Vers. 21. — De Ledan principes familiarum, Ledan et gersonni, Jehieli. Ledan è familiâ Gerson erat, liberosque genuit plures, quorum nomina superiùs, 1 Par. 23, 8, recoluntur. Jehiel maximus natu inter filios erat.

Vers. 22. — Filii Jehieli : Zathan et Joel fratres ejus. Exhibentur equidem capite 23, Zethan et Joel inter fratres Jahielis, et filios Leedani : quo igitur modo simul inter filios Jahielis constituendi sunt? Ut hæc concilientur, reddendi sunt versus 21, 22 : *Hi filii Ledan Gersonitæ. Et Ledan Gersonitâ orti sunt principes familiarum Jehiel, et filii Jehielis; Zathan, et Joel*

(1) 4 Reg. 12, 10 et 25, 18, et 1 Par. 9, 20, et 2 Par. 24, 9. שערי הסף, vel שערי הספים, 1 Par. 9, 25, et 2 Par. 23, 4.

(2) אסף significat census è terræ fructu collectos in Isaiâ 23, 10, et Mich. 7, 1, et Exod. 34, 22, et 23, 16.

(3) למערב עם שער שלכת במסלה העולה. Derivatur שלכת ex שלך *mittere, rejicere,* vel ex ש *qui,* et ילך *ire.*

(4) Isai. 6, 13: היתה לבער וכאלין אשר כאלה בשלכת.

(1) Φρουρά, φυλακή, στρώτος, φρούριον, προφύλαγμα, προφυλακτήριον.

fratres ejus (Jehielis) *erant super thesauros.* Ipsum pariter Jehielem custodem fuisse thesauri, legimus inferiùs, c. 29, v. 8.

VERS. 23. — AMRAMITIS, ET ISAARITIS, etc. His pariter ærarii custodia credita erat. Caath filius Levi, liberos genuit Amramum, Isaarum, Hebronem et Ozielem, principes familiarum, de quibus hìc.

VERS. 24. — SUBAEL FILIUS GERSOM, FILII MOYSI. Subael è Gersone genitore nasci non potuit; nimis enim longo intervallo Moyses à Davide distat. Erat igitur Subael unus è posteris Gersonis.

VERS. 25. — FRATER QUOQUE EJUS ELIEZER, CUJUS FILIUS RAHABIA. Eliezero, fratri Gersonis, filii Moysis, filius erat Rahabia, ex quo originem referebat Selemith, præpositus thesauris, quos è spoliis victorum hostium David, regesque cæteri templo consecraverunt, v. 26.

VERS. 27. — DE BELLIS ET MANUBIIS PRÆLIORUM, QUÆ CONSECRAVERANT AD INSTAURATIONEM, ET SUPELLECTILEM TEMPLI. Concisiùs Hebræus: *De bellis, et de spolio, quod consecraverant, ad roborandum domum Domini.* Septuaginta: Τοῦ μὴ καθυστερῆσαι τὴν οἰκοδομὴν τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ. *Quæ consecraverant, ut non deficeret ædificatio domûs Dei.* Hæ manubiæ in templi ædificium insumptæ fuisse non videntur, cùm diù post Salomonem monumenta hæc pietatis principum et supremorum ducum adhuc superessent. Joiada Levitas instruxit armis, quæ David consecraverat 4 Reg. 11, 10. Religionem Davidis reges Juda ejus successores imitati sunt. Salomon clypeos aureos consecravit in templo, quorum loco Roboamus ejus filius æneos auratos substituit, 3 Reg. 14, 26, 27. Joramus et Ochozias reges Juda, eorumque majores paria munera in templo dedicaverant quæ Joas coactus subduxit, ut Hazaeli Syriæ regi traderet, 4 Reg. 12, 18. Athalia muneribus hisce omnibus templo expoliato, fanum Baalis ornavit, 1 Paral. 24, 7. Tradidimus aliàs veterem militum morem, consecrandi scilicet Deo ex hostilibus spoliis optima. Colebant Romani Jovem prædatorem, quòd, ait Servius (1), pars prædæ illi consecraretur :

Irruimus ferro, et divos, ipsumque vocamus
In prædam partemque Jovem.

Marti largiebantur sæpè Galli partem manubiarum; sæpè etiam prælio decertaturi certatim vovebant amplissima, ut deorum opem sibi promererent, auctore Jul. Cæsare, Comment. lib. 6. Voverant Crotoniatæ Apollini decimas manubiarum, si prælio vicissent; Locrenses vicissim eorum hostes victoriam deprecati sunt, partem nonam spondentes. (Vid. Just. lib. 20.) Galli aureo torque se donaturos Martem promiserant; sed Romanorum imperator Flaminius, tradente Plutarcho, hostium religionem superaturus, tropæum è torquibus Gallorum statuit. (1)

VERS. 29. — AD OPERA FORINSECUS SUPER ISRAEL, AD DOCENDUM ET JUDICANDUM EOS. Genus est hìc aliud præfectorum leviticorum; judices enim erant constituti, qui lites definirent, doctores qui docerent, curatores qui præessent iis omnibus quæ ad Deum et regem pertinebant. Ex dissertatione de politiâ Hebræorum manifestum est, sacerdotes et Levitas præcipuos fuisse juris dicundi ministros apud He-

(1) Serv. in Æneid. 3 : « Romani bella « gesturi, de parte prædæ aliquid numinibus « pollicebantur, unde Romæ templum fuit Jovis « Prædatoris, non quòd præsit prædæ, sed quia « ex prædâ aliquid ei dabatur. »

(1) VERS. 28. — *Le prophète Samuël consacra toutes ces choses, aussi bien que Saül, fils de Cis, Abner, fils de Ner, et Joab, fils de Sarvia; tous ceux qui offraient quelques présents les mettaient entre les mains de Sélémith et de ses frères,* etc. Ces paroles ne marquent pas que Samuël ait consacré tout ce que David avait offert de ses différentes victoires, puisque Samuël était mort alors. Mais le sens de ce passage est que chacun de ceux qui sont nommés en ce lieu, réserva quelque partie des dépouilles des ennemis qu'il avait vaincus, pour la destiner à l'usage du tabernacle ou du temple qu'on devait bâtir ensuite, savoir Samuël en son temps, Saül au sien, et ainsi des autres. Car Samuël fut un des juges d'Israël, l'ayant gouverné sous la conduite de Dieu jusqu'à ce que ce peuple lui demanda à avoir un roi comme les autres nations

Or, cette conduite des juges et des princes d'Israël, qui offraient ainsi une partie des dépouilles de leurs ennemis à la gloire du Seigneur, et qui attestaient par là hautement qu'ils se sentaient redevables de leurs victoires à sa bonté, est représentée dans les livres saints, pour servir, comme dit saint Paul, à l'instruction de tous les fidèles. Elle pouvait bien avoir pour fondement l'exemple du saint patriarche Abraham, qui, après avoir défait plusieurs rois, offrit, selon la remarque du même Apôtre, à Melchisédech, roi de Salem et prêtre du Dieu très-haut, la dîme de tout ce qu'il avait pris. Mais elle apprend à tous ceux que Dieu rend victorieux des ennemis de leur salut, ou en général des ennemis de l'Eglise, à reconnaître, par un hommage semblable, que c'est au Seigneur suprême qu'appartient la gloire de leurs victoires; qu'ils n'en ont été que les faibles instruments, et que s'il veut bien qu'ils ne lui offrent qu'une partie des biens de ce monde, pour marque qu'ils les tiennent de lui seul, il les oblige de se donner eux-mêmes tout entiers à lui, sans aucun partage. (Sacy.)

bræos; cujus rei alia dedimus argumenta supra, 23, 4. Exhibentur ibi sex millia tum judicum, tum ministrorum sub judicibus; hìc verò recensentur mille septingenti è familiâ Hasabiæ, et bis mille septingenti è familiâ Jeriæ. Geminæ huic familiæ sua erat hæreditas trans Jordanem, docendis judicandisque tribubus Ruben, Gad et dimidiæ Manasse destinatæ. Alii in eam rem electi erant proportione cis Jordanem. Credibile est autem, id muneris demandatum fuisse familiis Isaari et Ozielis, filiorum Amrami, quorum erat sors cis amnem; neque enim versibus 30, 31, census nisi filiorum Hebronis describitur. Ita verò reddi potest versus 29, ad litteram : *Præerant operis forinsecùs soterim et judicibus.* Nomen *soterim* reddi solet præcones, apparitores, lictores; sed latiori sensu, et multò etiam digniori, accipiendum arbitror. Solent illi, antequàm ipsi judices, numerari; atque inferiùs, c. 27, v. 1, inter præfectos custodum Davidis exhibentur.

Vers. 30. — De Hebronitis Hasabias.... præerant Israeli trans Jordanem contra occidentem. Hebron ex Amramo natus, posteros habebat in parte occidentali regionis transjordaninæ diffusos. Scitum est, tractum illum regionis, quem occupabant tribus Ruben, Gad et Manasse, appellari consuevisse regionem transjordaninam ad orientem, cùm illi comparatur regio ad occidentem amnis, tribuum cæterarum sedes. Sed regio trans amnem, utrâque parte suâ consideratâ, distingui potest in occidentalem et orientalem. Occidentalis, quæ secundùm Jordanem porrigebatur, parebat familiæ Hasabiæ; orientalis verò subjecta montibus Galaad, et propè Arnon, parebat familiæ Jeriæ. Vertunt quidam Hebræum : *Hasabias et fratres ejus imperabant regioni ad occidentem, et cis amnem.* Præpositio *heber* pro *cis* et *trans* indiscriminatim usurpatur.

In cunctis operibus Domini, et in ministerium regis. Cùm Levitæ constituti essent judices et juris administri, munus illorum ita definiendum est, ut jus dicerent inter discrepantes, tum in iis quæ ad religionem, tum etiam in iis quæ ad politiam pertinent. Censet Grotius, præfuisse illos opificibus, ligna lapidesque in usum templi parantibus, ac vectigalia regis nomine exegisse.

CAPUT XXVII.

1. Filii autem Israel secundùm numerum suum, principes familiarum, tribuni, et centuriones, et præfecti qui ministrabant regi juxta turmas suas, ingredientes et egredientes per singulos menses in anno, viginti quatuor millibus singuli præerant.

2. Primæ turmæ in primo mense Jesboam præerat filius Zabdiel, et sub eo viginti quatuor millia.

3. De filiis Phares, princeps cunctorum principum in exercitu mense primo.

4. Secundi mensis habebat turmam Dudia Ahohites, et post se alter nomine Macelloth, qui regebat partem exercitûs viginti quatuor millium.

5. Dux quoque turmæ tertiæ in mense tertio, erat Banaias filius Joiadæ sacerdos: et in divisione suâ viginti quatuor millia.

6. Ipse est Banaias fortissimus inter triginta, et super triginta : præerat autem turmæ ipsius Amizabad filius ejus.

7. Quartus, mense quarto, Asahel fra-

CHAPITRE XXVII.

1. Et le nombre des enfants d'Israël qui entraient en service par troupes pour la garde du roi, et qu'on relevait tous les mois de l'année, suivant le partage qu'on en avait fait, était de vingt-quatre mille hommes à chaque fois ; chaque troupe ayant ses chefs de familles, ses tribuns, ses centeniers et ses préfets.

2. La première troupe qui entrait en service au premier mois, était commandée par Jesboam, fils de Zabdiel, qui avait vingt-quatre mille hommes sous lui.

3. Il était de la maison de Pharès, et le premier entre tous les princes commandant au premier mois.

4. Dudia; qui était d'Ahohi, commandait les troupes du second mois; et il avait sous lui Macelloth, qui commandait une partie de cette armée, laquelle était de vingt-quatre mille hommes.

5. Le chef de la troisième troupe était Banaïas, prêtre, fils de Joïada; et il avait sous lui vingt-quatre mille hommes.

6. C'est ce même Banaïas qui était le plus courageux d'entre les trente, et les surpassait tous. Son fils Amizabad commandait la troupe sous lui.

7. Le quatrième général pour les troupes

ter Joab, et Zabadias filius ejus post eum: et in turmâ ejus viginti quatuor millia.

8. Quintus, mense quinto, princeps Samaoth Jezerites : et in turmâ ejus viginti quatuor millia.

9. Sextus, mense sexto, Hira filius Acces Thecuites: et in turmâ ejus viginti quatuor millia.

10. Septimus, mense septimo, Helles Phallonites de filiis Ephraim : et in turmâ ejus viginti quatuor millia.

11. Octavus, mense octavo, Sobochai Husathites de stirpe Zarahi; et in turmâ ejus viginti quatuor millia.

12. Nonus, mense nono, Abiezer Anathothites de filiis Jemini: et in turmâ ejus viginti quatuor millia.

13. Decimus, mense decimo, Marai, et ipse Netophathites de stirpe Zarai; et in turmâ ejus viginti quatuor millia.

14. Undecimus, mense undecimo, Banaias Pharathonites de filiis Ephraim; et in turmâ ejus viginti quatuor millia.

15. Duodecimus, mense duodecimo, Holdai Netophathites, de stirpe Gothoniel; et in turmâ ejus viginti quatuor millia.

16. Porrò tribubus præerant Israel, Rubenitis, dux Eliezer filius Zechri : Simeonitis, dux Saphatias filius Maacha :

17. Levitis, Hasabias filius Camuel : Aaronitis, Sadoc :

18. Juda, Eliu frater David, Issachar, Amri filius Michael :

19. Zabulonitis, Jesmaias filius Abdiæ; Nephthalitibus, Jerimoth filius Ozriel :

20. Filiis Ephraim, Osee filius Ozaziu; dimidiæ tribui Manasse, Joel filius Phadaiæ.

21. Et dimidiæ tribui Manasse in Galaad, Jaddo filius Zachariæ; Benjamin autem, Jasiel filius Abner;

22. Dan verò, Ezrihel filius Jeroham : hi principes filiorum Israel.

23. Noluit autem David numerare eos à viginti annis inferiùs; quia dixerat Do-

du quatrième mois était Asahel, frère de Joab; et Zabadias, son fils, commandait après lui. Le nombre de ses troupes était de vingt-quatre mille hommes.

8. Le cinquième chef pour le cinquième mois était Samaoth de Jézer; et son armée était de vingt-quatre mille hommes.

9. Le sixième pour le sixième mois était Hira, fils d'Accès, de la ville de Thécua; et il avait vingt-quatre mille hommes dans ses troupes.

10. Le septième pour le septième mois était Hellès de Phalloni, de la tribu d'Ephraïm; son armée était de vingt-quatre mille hommes.

11. Le huitième pour le huitième mois était Sobochaï de Husathi, de la race de Zarahi, qui avait vingt-quatre mille hommes sous lui.

12. Le neuvième pour le neuvième mois était Abiézer d'Anathoth, des enfants de Jémini, qui commandait vingt-quatre mille hommes.

13. Le dixième pour le dixième mois était Maraï, de Nétophath, qui descendait de Zaraï; il avait vingt-quatre mille hommes sous lui.

14. Le onzième pour le onzième mois était Banaïas de Pharaton, de la tribu d'Ephraïm, dont les troupes faisaient vingt-quatre mille hommes.

15. Le douzième pour le douzième mois était Holdaï de Nétophath, lequel descendait de Gothoniel, et ses troupes étaient de vingt-quatre mille hommes.

16. Or les premiers de chaque tribu d'Israël étaient ceux-ci : Dans celle de Ruben, Eliéser, fils de Zechri; dans celle de Siméon, Saphatias, fils de Maacha;

17. Dans celle de Lévi, Hasabias, fils de Camuel; dans la branche d'Aaron, Sadoc.

18. Dans la tribu de Juda, Eliu, frère de David; dans celle d'Issachar, Amri, fils de Michaël;

19. Dans celle de Zabulon, Jesmaïas, fils d'Abdias; dans celle de Nephthali, Jérimoth, fils d'Ozriel.

20. Dans celle d'Ephraïm, Osée, fils d'Ozaziu; dans la demi-tribu de Manassé, Joël, fils de Phadaïa;

21. Et dans la moitié de la tribu de Manassé en Galaad, Jaddo, fils de Zacharie. Dans la tribu de Benjamin, Jasiel, fils d'Abner;

22. Dans celle de Dan, Ezrihel, fils de Jéroham. Voilà ceux qui étaient les premiers parmi les enfants d'Israël.

23. Or David ne voulut point compter ceux

minus ut multiplicaret Israel quasi stellas cœli.

24. Joab filius Sarviæ cœperat numerare, nec complevit, quia super hoc ira irruerat in Israel; et idcircò numerus eorum qui fuerant recensiti, non est relatus in fastos regis David.

25. Super thesauros autem regis fuit Azmoth filius Adiel; his autem thesauris qui erant in urbibus, et in vicis et in turribus, præsidebat Jonathan filius Oziæ.

26. Operi autem rustico, et agricolis qui exercebant terram, præerat Ezri filius Chelub;

27. Vinearumque cultoribus, Semeias Romathites: cellis autem vinariis, Zabdias Aphonites.

28. Nam super oliveta et ficeta, quæ erant in campestribus, Balanan Gederites; super apothecas autem olei, Joas.

29. Porrò armentis, quæ pascebantur in Saron, præpositus fuit Setrai Saronites; et super boves in vallibus, Saphat filius Adli;

30. Super camelos verò Ubil Ismahelites: et super asinos, Jadias Meronathites;

31. Super oves quoque, Jaziz Agareus: omnes hi, principes substantiæ regis David.

32. Jonathan autem patruus David consiliarius, vir prudens et litteratus; ipse et Jahiel filius Hachamoni erant cum filiis regis.

33. Achitophel etiam consiliarius regis, et Chusai Arachites amicus regis.

34. Post Achitophel fuit Joiada filius Banaiæ, et Abiathar; princeps autem exercitûs regis erat Joab.

qui étaient au dessous de vingt ans, parce que le Seigneur avait dit qu'il multiplierait Israël comme les étoiles du ciel.

24. Joab, fils de Sarvia, avait commencé de faire le dénombrement; mais il ne l'acheva pas, parce que cette entreprise avait attiré la colère de Dieu sur Israël, et c'est pour cela que le nombre de ceux qu'on avait déjà comptés n'est pas écrit dans les fastes du roi David.

25. Le surintendant des finances du roi était Azmoth, fils d'Adiel; mais l'intendant des revenus particuliers des villes, des villages et des châteaux, était Jonathan, fils d'Ozias.

26. Ezri, fils de Chélub, avait la conduite du travail de la campagne, et des laboureurs qui cultivaient la terre.

27. Séméias de Romathi avait l'autorité sur ceux qui travaillaient aux vignes; Zabdias d'Aphoni, sur les caves et sur les celliers;

28. Balanan de Géder, sur les oliviers et les figuiers de la campagne; et Joas sur les magasins d'huile.

29. Sétraï le Saronite était préposé sur les troupeaux que l'on faisait paître sur la montagne de Saron; et Saphat, fils d'Adli, l'était sur les bœufs qu'on nourrissait dans les vallées.

30. Mais Ubil, Ismaélite, avait la charge des chameaux; Jadias de Méronath, celle des ânes;

31. Et Jaziz, Agaréen, celle des brebis. Tous ceux-là avaient l'intendance sur les biens du roi David.

32. Mais Jonathan, oncle de David, qui était un homme sage et savant, était un de ses conseillers; lui et Jahiel, fils d'Achamoni, étaient près des enfans du roi.

33. Achitophel était aussi du conseil du roi; et Chusaï, Arachite, était son favori.

34. Joïada, fils de Banaïa, et Abiathar, étaient après Achitophel. Mais Joab était le généralissime de l'armée du roi.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Principes familiarum, tribuni, et centuriones, et præfecti, qui ministrabant regi juxta turmas suas... per singulos menses in anno, viginti quatuor millibus singuli præerant (1). Census hic est alius planè à præcedentibus. Expensus est hucusque ordo sacerdotum et Levitarum, tum in templi ministerio,

(1) *Or, le nombre des enfants d'Israël qui entraient successivement par troupes au service du roi, et qu'on relevait tous les mois, suivant le partage qu'on en avait fait, était de vingt-quatre mille hommes à chaque fois,* etc. Après que David s'est appliqué à régler ce qui regardait le service de la maison du Seigneur, il songe à régler ce qui regarde la sienne. Et l'Écriture nous fait voir ici en peu de mots une image raccourcie de la grandeur et de la puissance dont il avait plu à Dieu de combler ce prince, comme pour récompenser dès cette vie l'ardeur qu'il faisait paraître pour relever sa divine gloire aux yeux de tous ses sujets. Car

tum in exteriori regimine. Politicam prorsùs hìc legimus distributionem in commodum et obsequium unius regis. Levitarum distributio facta est tantummodò anno vitæ Davidis postremo. Delectus verò quatuor et vicenorum millium in obsequium et custodiam Davidis, cœpit regno Davidis ineunte (vid. v. 7). Electi sunt autem quatuor et viginti viri fortissimi, inter copias Davidis inclyti, quibus singulis alter accedebat, ut eorum loco imperaret; electi sunt, inquam, in præfectos quatuor et vicenorum millium, ex Israele universo delectorum. Jesboam primæ cohortis præfectus, cæteris etiam reliquarum cohortium ducibus imperabat. Cohortes singulæ unico anni mense serviebant; quare ministerium illud unici mensis, minimi erat incommodi, nec prohibebat quin privatis rebus studerent, agros colerent, et alia reipublicæ onera subirent. Stabant autem perpetuò regi sub signis saltem quatuor et vicena millia, ad nutum parata, et brevissimi temporis spatio cogebat rex exercitum tricenorum millium delectissimorum atque instructissimorum (1), quibus strenui et expertissimi duces imperarent. Hæc autem citra incommodum reipublicæ, regis, et eorum, qui merebant. Ministerium illud honori erat ipsis et gloriæ : merebant illi quidem proprio sumptu, vel tribuum ; sed militia hæc, et vacatio à rebus suis unius tantummodò mensis, quanti esse oneris poterat integræ tribui, vel singulis etiam militibus? Nec ea viginti quatuor millia singulis mensibus unica tribus sufficiebat; vel saltem nusquàm id exhibetur in hoc capite. Id enim grave esse po-

on peut juger par ce seul endroit combien David surpassait tous les autres rois du monde en grandeur et en puissance, puisque le nombre des soldats destinés à le garder se montait à près de trois cent mille hommes. Mais sa sagesse toute pleine de bonté éclatait autant que sa puissance dans ce règlement qu'il fit au sujet de ceux qu'il choisit pour être employés à la garde de sa personne sacrée. Un roi aussi respecté et aimé de ses sujets qu'était David, et redouté également de ses ennemis, n'avait pas besoin sans doute de ce nombre si prodigieux de gardes, afin d'être en sûreté. L'affection de son peuple et la protection toute-puissante du Dieu d'Israël lui tenaient lieu d'un bouclier invincible contre tous ses ennemis, et laissant aux infidèles, comme il dit lui-même, la vaine confiance qu'ils avaient dans leurs chariots et dans leurs chevaux, il mettait pour lui principalement sa force dans le nom de Dieu, qu'il invoquait. Mais il était de la sagesse consommée de ce grand roi, et de la bonté paternelle de ce vrai père de la patrie, de connaître ses sujets, et d'être aussi connu d'eux; de les empêcher de tomber dans une molle oisiveté, qui est la mère de tous les vices, et de les tenir toujours pour cela dans l'exercice et la discipline militaire ; d'inspirer à ses ennemis la frayeur d'un peuple consacré à Dieu, en leur faisant voir qu'il était toujours préparé au combat; et d'user enfin des moyens les plus propres à ce dessein, et qui fussent en même temps le moins à charge à ceux qu'il aimait comme ses enfants.

Quoiqu'il eût donc toujours vingt-quatre mille hommes dans ses gardes, il y établit cet ordre admirable, qu'ils se relevaient de mois en mois, en sorte que chaque tribu servait à son tour. Ainsi un homme pouvant aisément s'absenter de sa maison pendant un mois, nul n'était incommodé d'un tel service; tous, au contraire, s'y portaient avec ardeur par la joie qu'ils ressentaient de garder leur prince et d'être connus de lui : et ainsi le peuple et les grands devenant très-aguerris, formaient en tout temps une armée très-redoutable de près de trois cent mille hommes, accoutumés à porter les armes pour la garde de leur prince et de leur patrie, et attachés particulièrement à son service.

Qui ne considèrera qu'humainement cette conduite du roi David, y trouvera tous les caractères d'un prince éclairé, grand politique, et vrai père de ses sujets. Mais si l'on veut regarder ce prince comme l'image de notre divin David, né, selon la chair, de son sang royal, on y trouvera encore quelque chose de plus relevé et de plus digne de la majesté de celui qu'il figurait. Car ces vingt-quatre mille hommes de chaque tribu, tous aguerris et attachés à la garde de leur prince, nous figurent admirablement les vrais Chrétiens appliqués à une milice toute sainte, et à garder, pour le dire ainsi, Jésus-Christ, soit dans eux-mêmes, s'ils sont seulement du nombre des simples fidèles, soit dans les autres, s'ils sont élevés au rang des pasteurs et des autres saints ministres de l'Eglise. C'est un Dieu qui n'a pas besoin pour être gardé, du secours des hommes, lui qui est le Tout-Puissant. Mais en qualité d'Homme-Dieu, et de chef de son Eglise, il veut que ses membres faibles soient gardés par les plus forts : *Mandavit illis unicuique de proximo suo.* (Il a ordonné à chacun d'eux d'avoir soin de son prochain.) Ce ministère, auquel particulièrement les plus robustes sont appelés, demande une grande vigilance, pour empêcher que les lions rugissants qui tournent sans cesse, comme dit saint Pierre, autour des âmes encore faibles et des membres de Jésus-Christ, ne viennent à en dévorer quelqu'une. Ce que ces gardes du roi David faisaient seulement par intervalle, en se relevant les uns les autres, ceux du divin Fils de David le doivent faire sans relâche, étant toujours appliqués à un ministère d'où dépend leur propre salut et celui des autres. Mais néanmoins il est vrai de dire aussi qu'ils s'entre-soulagent et s'entr'aident mutuellement à porter ce fardeau que la charité de Jésus-Christ leur a imposé. (Sacy.)

(1) Duodecim classes 24,000 hominum in singulas, conficiunt 288,000 hominum ; additis 12,000 præfectis, tercenties mille conflantur.

fuisset unicæ tribui, iis præsertim quibus neque vires neque numerus cæteris pares erant. Seligebantur ex universo Israele; singulæ autem manus cum duce suo nôrant qui sibi mensis assignaretur.

Duces appellantur hìc *principes familiarum.* Hebræus ad litteram : *Capita patrum,* vel patriarcharum. Præfecti secundarii sunt *principes mille,* qui numero quatuor et viginti fuisse videntur ; *principes centum* numerum implebant ducentorum et quadraginta. Denique *præfecti* erant vel *soterim*, quorum munera satis explorata non sunt. Septuaginta vertunt : Γραμματεῖς οἱ λειτουργοῦντες τῷ βασιλεῖ, *scribæ ministrantes regi.* Præfecti erant facilè, qui scriptos copiarum census tenebant, et lustrabant exercitum.

Vers. 2. — Jesboam; idem facilè ac Jesbaam, inter fortissimos in exercitu Davidis milites. Sed difficultatis in eâ re inest aliquid, quòd scilicet Jesbaam appellatur filius *Hachamoni* in libris Regum et Paralipomenon, cùm Jesboam patrem habeat Zabdielem. Sed familiarissimum est, ut unius ejusdemque hominis plura sint nomina, et fortè etiam Zabdiel unus erat ex avis Jesbaami, cujus pater genuinus et naturalis Hachamoni reputandus sit. Primus locus, quem hìc habet in censu virorum fortissimorum Davidis, nominum similitudo, et sociorum ejus plerique, qui non secùs ac ille præerant cohorti quatuor et vicenorum millium, simul omnia eò nos ducunt, ut Jesboamum et Jesbaamum misceamus.

Vers. 4. — Dudia Ahohites, idem est utique ac Dodi, pater Eleazari Ahohitæ, inter viros strenuos Davidis secundus, de quo in libris Regum (1) et in Paralipomenis.

Et post se alter, nomine Macelloth, qui regebat partem exercitus. Hebræus : *Et Macelloth dux, et super divisione ejus*, super cohortem suam. Præerat Macelloth Dudiæ loco, cùm ille abesset.

Vers. 5. — Banaias filius Joiadæ sacerdos. Discimus ex libris Regum, Banaiam virum fuisse è Cabseel, rerum gestarum gloriâ insignem. Nullibi legimus sacerdotem fuisse, vel originem retulisse sacerdotalem ; unde suspicio nonnullis suborta est, Hebræum *Cohen* usurpandum esse pro viro à consiliis regi, vel præfecto è potissimis.

(1) 2 Reg. 23, 9 : *Post hunc Eleazar filius patrui ejus Ahohites.* Hebr. : *Filius Dodi Ahohites.* Vide et 1 Paral. 11, 12.

Vers. 7. — Quartus Asahel, frater Joab, et Zabadias filius ejus post eum. Hinc discimus, electionem hanc præcessisse regnum Davidis in universum Israelem, cùm Asahel interfectus fuerit ab Abnero, quo tempore Isboseth adhuc in Mahanaim regnabat, 2 Reg. 11, 23. Credibile est tamen, cohortes hasce, vel manus custodum, ad certum viginti quatuor millium numerum definitas non fuisse, nisi cùm David regno gentis universæ potitus est. Asahel successorem habuit Zabadiam filium suum : unus autem erat è viris fortissimis in exercitu Davidis, 2 Reg. 23, 24.

Vers. 8. — Samaoth Jezerites. An idem est *Semma de Harodi,* ibid. v. 25, vel *Sammoth de Arori,* 1 Par. 11, 27 ? Ignotus est locus *Harodi*, vel Arori; sed notissimus est locus Jezer, vel Jazer, trans Jordanem. Fortè *Harod* nomen est sive patris, sive alicujus ex avis.

Vers. 9. — Hira filius Acces Thecuites. Hujus nomen inter viros fortes exercitûs Davidici numeratur, 2 Reg. 23, 26, 1 Par. 11, 28.

Vers. 10. — Helles Phallonites de filiis Ephraim. 2 Reg. 23, 26, appellatur *Heles de Phalti.*

Vers 11. — Sobochai Husathites de stirpe Zarahi, vel *Zaræ,* filii Thamaris et Juda. Nomen Sobochai legitur supra, 11, 29, inter viros strenuos Davidis, sed desideratur in Regibus ; nisi fortè idem sit ac *Mobonnai de Husati*, 2 Reg. 23, 27, viro fortissimo, qui gigantem *Saph* interfecit, ibid. 21, 18.

Vers. 12. — Abiezer Anathothites de filiis Jemini, vel Benjamita, 2 Reg. 23, 27.

Vers. 13. — Marai Netophathites de stirpe Zarai ; aliter *Maharai.* Genus referebat è Zarâ, filio Juda; vir autem erat fortissimus in exercitu Davidis, in quem censum referendus est etiam Banaias Pharathonites, v. 14.

Vers. 15. — Holdai Netophathites de stirpe Gothoniel, *Othoniel,* cujus est nomen in historiâ judicum celebre. Holdai 2 Reg. 23, 29, 1 Par. 11, 30, appellatur *Heled filius Baanæ.*

Vers. 16. — Porro tribubus præerant Israel. Hi omnes, quorum exhibitus est census, viri erant principes singularum tribuum Israelis, quo tempore David censum universi populi sui meditabatur, infra, v. 22. Horum dignitas erat prærogativa quædam honoris et excellentiæ, quæ tribui solebat ætati. Vicissim autem qui in versiculo præcedenti descripti sunt, deligebantur merito experientiæ et virtutis, quippe quorum munus virum

strenuum et expertissimum exigeret. Desiderantur in hoc censu principes tribuum Aser et Gad, vel deerant in tabulis, quas auctor hujus libri consuluit, vel denique amanuensibus exciderunt.

VERS. 18. — ELIU FRATER DAVID, idem facilè est Eliab, frater Davidis natu major, 1 Reg. 16, 7.

VERS. 23. — NOLUIT AUTEM DAVID NUMERARE EOS A VIGINTI ANNIS INFERIUS, QUIA DIXERAT DOMINUS UT MULTIPLICARET ISRAEL QUASI STELLAS COELI. Si Israelem universum censendum David suscepisset, visus utique fuisset Deum tentare, quasi experimento discere voluisset, utrùm Deus liberâsset fidem suam, Israele ad numerum stellarum cœli multiplicato. Censum ex universo populo suscipiendum non censuit, se id quod fieri non posset tentaturum noscens, ut populum innumerabilem ad numerum redigeret.

VERS. 24. — JOAB COEPERAT NUMERARE, NEC COMPLEVIT. Vide quæ dicta sunt in 2 Reg. 24, 9, et 1 Paral. 21, 6.

NUMERUS EORUM QUI FUERANT RECENSITI, NON EST RELATUS IN FASTOS DAVID. Innuit hic locus, Davidis jussu universum quidem Israelem recensitum fuisse; sed cùm Joabus invitus imperio pareret, non integrum hunc censum regi exhibuit: quidquid autem retulit, servatum est in tabulariis, atque in fastis hujus principis descriptum. Quæ verò negata fuerunt regi, hæc retenta sunt ab iis qui eum censum curaverant. Ex abditis privatisque hisce tabulis dedit Esdras censum tribûs Benjamiticæ, qui ad Davidem relatus non fuerat.

VERS. 25. — SUPER THESAUROS REGIS. Thesauri nomen Hebraicè usurpatur pro gazâ ex auro, argento, gemmis, aliisque pretiosis collectâ: valet etiam pro frumento, vino, oleo, aliisque ejus generis affatim comparatis. Posteriori hoc sensu accipitur nomen *thesauri* in sequentibus versibus 27, 28. Hic tamen nos retinendam censemus familiarem nominis hujus significationem, ut sit collectio auri, argenti, metallorum, pretiosorumque lignorum, vestium, et aliorum ejus generis, quæ David Hierosolymis servabat.

HIS AUTEM THESAURIS, QUI ERANT IN URBIBUS, ET IN VICIS, ET IN TURRIBUS. Hebræus: *Et super thesauros in agro, in urbibus, et in villis, et in turribus.* Innuitur hisce, sermonem hìc esse de frumento quod ex agrestibus fundis facilè regi proveniebat: de frumento, inquam; inferiùs enim exhibentur præfecti pro vino et oleo dati. Aptissimè autem hinc docemur quàm altè saperet David, quantàque œconomiæ prudentiâ polleret, quàm denique felix eo principe esset imperium.

VERS. 26. — OPERI RUSTICO, ET AGRICOLIS, QUI EXERCEBANT TERRAM. Ezri curabat agricolas, seu potiùs eos qui operas vectigales reddebant colendis agris, metendisque segetibus regiis, 2 Reg. 8, 11. Paria reputanda sunt de vineis, de quibus v. 27. Persimiles præfectos habebant reges Orientis super regiorum agrorum colonos (1). Socios Danielis præfecit Nabuchodonosor operibus agrestibus provinciæ Babylonis, Dan. 2, 49.

VERS. 27. — IN CELLIS VINARIIS. Hebræus: *Super ea quæ in vineis, in thesauros vini.* Servabatur olim vinum in cisternis quibusdam subterraneis, cæmento probè oblitis; dein fundebatur in lagenas sedulò oblitas pice. De utroque more servandi vini facilè hìc agitur ab auctore libri. *Ea quæ in vineis,* indicant vinum in cisternâ; et quæ *in thesauris vini*, designare possunt vinum in cellariis conditum, in lagenis fictilibus probè clausis, et oblitis pice. Monstrantur hodiè quoque in Palæstinâ magnifici operis cisternæ, quæ Salomonis fuisse feruntur. (Morizon, *Voyage de Jérusalem.*)

VERS. 29. — ARMENTIS QUÆ PASCEBANTUR IN SARON. Saron vastissimi tractûs regio erat trans Jordanem, cui montes Galaaditici imminebant, et laus est maxima ex fertilitate et pascuis eximiis. Nota est etiam vallis Saron ad Mediterraneum. Vide meum Dictionarium Biblicum, verbo *Saron.*

ET SUPER BOVES IN VALLIBUS, SAPHAT FILIUS ADLI. Situs harum vallium nullibi traditur; innuitur tamen, Davidem greges habuisse boum, seu vaccarum in omnibus vallibus pascuosis. Legi potest: *Filius Adli erat super boves, qui pascebantur in vallibus Saphat*, vel *Sephat* (2). Sed ratio scribendi utrumque nomen in Hebræo plurimùm discrepat (3).

VERS. 30. — SUPER CAMELOS, UBIL ISMAHELITES. Camelos tradidit rex curandos Arabi cuidam, vel Ismaelitæ, quòd id generis jumenta, utpote in Arabiâ frequentissima, meliùs curarentur ab Ismaelitis. *Ubal* vel *Ubil* Arabicè est *camelorum curator* (4). Idem David oves suas

(1) Vide Xenoph. lib. 8 Cyroped.: Ἀγρῶν ἐπίστάτας.

(2) Vide 2 Paralip. 14, 10: *In valle Saphata, quæ est juxta Mareza.*

(3) שפט hìc, et 2 Par. 14, 10, צפתה

(4) אוביל *camelus*, אבל *camelorum pastor.* Bochart. de Anim. sacr. parte 1, lib. 2, cap. 2.

et capellas commisit *Agareno* cuidam, utpote quæ gens est pastorum arte excellens, nullâque aliâ occupata. Porrò tanta in rebus minimis sedulitas demonstrat quanti olim æstimaretur rectè instituta œconomia et gregum cura.

VERS. 32. — VIR PRUDENS ET LITTERATUS. Hebræus ad litteram : *Vir intelligens et scriba*, seu in rebus politicis doctus, et legum consultissimus, juxta Junium, Tremellium et Grotium.

IPSE ET JAHIEL CUM... FILIIS REGIS. Præceptores erant principum, filiorum Davidis.

VERS. 33. — ACHITOPHEL CONSILIARIUS REGIS. Ipse est Achitophel, vir nequissimus, qui turpiter deserto Davide, ad Absalomi partes transivit. *Chusai*, appellatus hìc *amicus*, vel familiaris regis, gratissimam, quantam alius nunquàm amico, regi operam præstitit, subvertens perniciosum illud consilium quod Achitophel Absalomo adversùs patrem suggerebat, 2 Reg. 16, 23, 17, 1 et seq.

VERS. 34. — POST ACHITOPHEL JOIADA... ABIATHAR. Secundus erat ab Achitophele, cujus erat summa laus in consiliis, ut sententiæ ejus perinde ac prolata à Numine oracula exciperentur (1) ; vel potiùs : *Joiada et Abiathar post illum*, nempe illi successerunt. (Vide Lyram et Marianam.)

(1) 2 Reg. 16, 23 : *Consilium autem Achitophel, quod dabat in diebus illis, quasi si quis consuleret Deum.*

CAPUT XXVIII.

1. Convocavit igitur David omnes principes Israel, duces tribuum, et præpositos turmarum, qui ministrabant regi; tribunos quoque et centuriones, et qui præerant substantiæ et possessionibus regis, filiosque suos cum eunuchis, et potentes, et robustissimos quosque in exercitu Jerusalem.

2. Cùmque surrexisset rex, et stetisset, ait : Audite me, fratres mei, et populus meus : Cogitavi ut ædificarem domum in quâ requiesceret arca fœderis Domini, et scabellum pedum Dei nostri, et ad ædificandum omnia præparavi.

3. Deus autem dixit mihi : Non ædificabis domum nomini meo, eò quòd sis vir bellator, et sanguinem fuderis.

4. Sed elegit Dominus Deus Israel me de universâ domo patris mei, ut essem rex super Israel in sempiternum : de Juda enim elegit principes : porrò de domo Juda domum patris mei, et de filiis patris mei, placuit ei ut me eligeret regem super cunctum Israel.

5. Sed et de filiis meis (filios enim mihi multos dedit Dominus) elegit Salomonem filium meum, ut sederet in throno regni Domini super Israel.

6. Dixitque mihi : Salomon filius tuus ædificabit domum meam et atria mea : ipsum enim elegi mihi in filium, et ego ero ei in patrem.

7. Et firmabo regnum ejus usque in

CHAPITRE XXVIII.

1. David assembla donc à Jérusalem tous les princes d'Israël, les chefs des tribus, et les généraux des troupes qui étaient à son service, les tribuns et les centeniers, et tous les officiers du domaine du roi; il fit venir aussi ses enfants, ses principaux officiers, avec les plus puissants et les plus braves de l'armée.

2. Et s'étant levé, il leur dit, demeurant debout : Ecoutez-moi, vous qui êtes mes frères et mon peuple : J'avais eu la pensée de bâtir un temple pour y faire reposer l'arche de l'alliance du Seigneur, le marchepied de notre Dieu; et j'ai tout préparé pour la construction.

3. Mais Dieu m'a dit : Vous ne bâtirez point une maison à mon nom, parce que vous êtes un homme de guerre, et que vous avez répandu le sang.

4. Cependant le Seigneur Dieu d'Israël m'a choisi dans toute la maison de mon père, pour me faire roi à jamais sur Israël; car c'est de la tribu de Juda qu'il a déterminé de tirer des princes; il a choisi la maison de mon père dans cette tribu; et entre tous les enfants de mon père, il lui a plu de me choisir pour être roi de tout Israël.

5. De plus, comme le Seigneur m'a donné beaucoup d'enfants, il a aussi choisi entre mes enfants Salomon mon fils pour le faire asseoir sur le trône du royaume du Seigneur sur Israël;

6. Et il m'a dit : Ce sera Salomon votre fils qui me bâtira ma maison et mes parvis; car je l'ai choisi pour mon fils, et je lui tiendrai lieu de père.

7. Et j'affermirai son règne à jamais, s'il persévère dans l'observance de mes préceptes

æternum, si perseveraverit facere præcepta mea, et judicia, sicut et hodie.

8. Nunc ergo coram universo cœtu Israel, audiente Deo nostro, custodite, et perquirite cuncta mandata Domini Dei nostri, ut possideatis terram bonam, et relinquatis eam filiis vestris post vos usque in sempiternum.

9. Tu autem, Salomon fili mi, scito Deum patris tui, et servito ei corde perfecto, et animo voluntario : omnia enim corda scrutatur Dominus, et universas mentium cogitationes intelligit. Si quæsieris eum, invenies : si autem dereliqueris eum, projiciet te in æternum.

10. Nunc ergo quia elegit te Dominus, ut ædificares domum sanctuarii, confortare et perfice.

11. Dedit autem David Salomoni filio suo descriptionem porticûs, et templi, et cellariorum, et cœnaculi, et cubiculorum in adytis, et domûs propitiationis,

12. Necnon et omnium quæ cogitaverat atriorum, et exedrarum per circuitum in thesauros domûs Domini, et in thesauros sanctorum,

13. Divisionumque sacerdotalium et leviticarum, in omnia opera domûs Domini, et in universa vasa ministerii templi Domini :

14. Aurum in pondere per singula vasa ministerii, argenti quoque pondus pro vasorum et operum diversitate :

15. Sed et in candelabra aurea, et ad lucernas eorum, aurum pro mensurâ uniuscujusque candelabri et lucernarum, similiter et in candelabra argentea, et in lucernas eorum, pro diversitate mensuræ, pondus argenti tradidit.

16. Aurum quoque dedit in mensas propositionis pro diversitate mensarum ; similiter et argentum in alias mensas argenteas.

17. Ad fuscinulas quoque, et phialas, et thuribula ex auro purissimo, et leuncu-

et de mes jugements, comme il fait présentement.

8. Je vous conjure donc maintenant en présence de toute l'assemblée du peuple d'Israël, et devant notre Dieu, qui nous entend, de garder avec exactitude tous les commandements du Seigneur notre Dieu, et de rechercher à les connaître, afin que vous possédiez cette terre qui est remplie de biens, et que vous la laissiez pour jamais à vos enfants après vous.

9. Et vous, mon fils Salomon, appliquez-vous à reconnaître le Dieu de votre père, et le servez avec un cœur parfait et une pleine volonté; car le Seigneur sonde les cœurs, et pénètre toutes les pensées des esprits. Si vous le cherchez, vous le trouverez; mais si vous l'abandonnez, il vous rejettera pour jamais.

10. Puis donc que le Seigneur vous a choisi pour bâtir la maison de son sanctuaire, armez-vous de force et accomplissez son œuvre.

11. Or David donna à son fils Salomon le dessin du vestibule, celui du temple, des garde-meubles, des chambres hautes destinées pour y manger, des chambres secrètes, et du sanctuaire où s'expient les péchés des enfants d'Israël,

12. Et de tous les parvis qu'il voulait faire, et des logements qui devaient être tout autour pour garder les trésors de la maison du Seigneur, et toutes les choses consacrées au temple.

13. Il lui donna aussi l'ordre et la distribution des prêtres et des lévites, pour remplir toutes les fonctions de la maison du Seigneur; et il lui marqua tous les vaisseaux qui devaient être employés dans le temple du Seigneur.

14. Il lui donna de l'or suivant le poids que devaient avoir tous les vases d'or, et l'argent selon le poids que devaient avoir ceux d'argent, selon les divers emplois auxquels ils étaient destinés.

15. Il donna encore l'or qu'il fallait pour les chandeliers d'or, avec leurs lampes, et l'argent qu'il fallait pour les chandeliers d'argent, avec leurs lampes, selon leurs différentes grandeurs.

16. Il donna de même de l'or pour faire les tables de proposition, selon les mesures qu'elles devaient avoir; et il donna aussi de l'argent pour en faire d'autres tables d'argent.

17. Il en donna encore pour faire les fourchettes, les coupes et les encensoirs d'un or très-pur, et pour les petits lions d'or proportionnant le poids de l'or à la grandeur que

los aureos, pro qualitate mensuræ pondus distribuit in leunculum et leunculum : similiter et in leones argenteos diversum argenti pondus separavit.

18. Altari autem in quo adoletur incensum, aurum purissimum, dedit; ut ex ipso fieret similitudo quadrigæ cherubim, extendentium alas et velantium arcam fœderis Domini.

19. Omnia, inquit, venerunt scripta manu Domini ad me, ut intelligerem universa opera exemplaris.

20. Dixit quoque David Salomoni filio suo : Viriliter age, et confortare, et fac; ne timeas, et ne paveas : Dominus enim Deus meus tecum erit, et non dimittet te, nec derelinquet donec perficias omne opus ministerii domûs Domini.

21. Ecce divisiones sacerdotum et levitarum, in omne ministerium domûs Domini assistunt tibi, et parati sunt, et noverunt tam principes quàm populus facere omnia præcepta tua.

chacun de ces petits lions devait avoir; et donnant aussi de l'argent pour les lions qui devaient être d'argent, selon la mesure de chacun d'eux.

18. Il donna du plus pur or pour faire l'autel des parfums, et ces chérubins qui formaient la ressemblance d'un char, et qui, étendant leurs ailes, couvraient l'arche de l'alliance du Seigneur.

19. Toutes ces choses, dit-il, m'ont été données écrites de la main de Dieu, afin que j'eusse l'intelligence de tous les ouvrages suivant ce modèle.

20. David dit encore à son fils Salomon : Comportez-vous en homme, fortifiez-vous, et agissez. Ne craignez rien, et ne vous effrayez de rien; car le Seigneur mon Dieu sera avec vous; il ne vous abandonnera point que vous n'ayez achevé toute l'œuvre nécessaire pour le service de la maison du Seigneur.

21. Voilà que les divisions des prêtres et des lévites seront toujours avec vous dans tout ce qui regarde le service de la maison du Seigneur; les voilà tout prêts; et les princes, aussi bien que le peuple, sont disposés à exécuter tous vos ordres.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — CONVOCAVIT DAVID OMNES PRINCIPES ISRAEL. Optimates omnes totius gentis, principes sacerdotum, primos aulæ, exercitûs et populi, uti et duces tribuum, quorum exhibetur catalogus in capite præcedenti, v. 16 et seq. *Præpositos turmarum, qui ministrabant regi;* duodecim illos principes, qui imperabant singulis cohortibus viginti quatuor millium, regi ministrantium alterno ordine per mensem, eodem capite exhibitos v. 1, etc. Adde hisce tribunos qui millenis præerant; præpositos thesaurorum et proventuum regis, quorum dantur nomina in capite præcedenti v. 25.... 32. *Filios regis cum eunuchis,* vel primos aulæ præfectos, eos præsertim, qui addicti erant servitiis filiorum regis, ut illis perpetuò adessent; denique viros amplissimos et fortissimos exercitûs, uti Joabum, supremum imperatorem, cæterosque alios duces secundarios, non omissis viris illis strenuis, quorum nullum erat peculiare in copias imperium, describunturque nomina in 2 Regum 23, et 1 Paralipom. 11. Vertendum ego Hebræum malim : *Convocavit eos, qui præerant rebus et possessionibus regis, et filiorum suorum, cum eunuchis et præfectis aulæ.*

VERS. 2. — CUMQUE SURREXISSET REX ET STETISSET (1). Surrexit è lecto, in quo illum infirmitas corporis, et senectus detinebant, unde

(1) *Et s'étant levé, il se tint debout, et leur dit : Ecoutez-moi, mes frères et mon peuple,* etc. C'est un roi qui parle à ses officiers et à ses sujets. Mais c'est de la part de Dieu qu'il leur parle, et il respecte la majesté de celui de la part duquel il leur porte la parole. Etant donc auparavant sur un lit de repos à cause de son grand âge, il se lève et leur donne à tous comme un père ses dernières instructions. Il les appelle et ses *frères* et son *peuple,* se regardant tellement comme leur roi, qu'il se souvenait en même temps qu'ils avaient tous un père commun, qui était Dieu, et qu'ils étaient tous enfants de Jacob. Mais de quoi leur parle-t-il? Est-ce des victoires qu'il a remportées sur ses ennemis, ou de la grandeur de ses états, ou de ses richesses, ou de sa gloire et de l'affermissement de son règne? Il avait l'esprit trop rempli de Dieu pour se repaître de ces vains objets qui n'avaient jamais occupé son cœur. Il ne parle donc que de la gloire du Seigneur de tous les princes, et du dessein qu'il avait eu d'y contribuer plus que jamais, en lui bâtissant un temple proportionné à la majesté de son nom. Il ne craint pas de s'humilier devant tous les grands de son royaume, en leur déclarant que Dieu ne l'a pas jugé digne de bâtir lui-même ce temple, à cause du sang que ses mains avaient répandu dans tant de guerres. Mais il reconnaît en même temps la bonté qu'il avait eue de choisir dans la tribu de Juda la maison seule de son père,

allocutus fuerat Salomonem. Sed coeuntibus regni magnatibus, surrexit, et stans pro concione locutus est.

Cogitavi ut ædificarem domum, in qua requiesceret arca fœderis Domini, et scabellum pedum Dei nostri. Textus Hebræus ad litteram: *Ego cum corde meo*, mecum reputavi, *ædificare domum quietis arcæ*, etc. Arca fœderis non semel in Scripturâ (1) appellatur *scabellum pedum Domini*, quòd animo fingeretur Dominus veluti insidens Cherubim, ad utramque arcæ oram positis, quorum alæ porrectæ erant anteriùs, ut imaginem quamdam throni referrent, cujus throni scabellum operculo arcæ quodammodò exhibebatur.

Ad ædificandum omnia præparavi. Amplissimæ illæ, quas David collegerat, divitiæ, et quæ paraverat necessaria, satis utique fuissent, ut templum, cujus imaginem Salomini exhibuit, absolveretur. Sed facilè arbitratus est Salomon, liberum sibi esse ut aliquid meliùs mutaret, ad magnificentiam operis et elegantiam.

Vers. 4. — Ut essem rex super Israel in sempiternum; ut diuturno et florenti regno fruerer, ut illud ad posteros *sempiternâ*, id est, diuturnâ hæreditate transmitterem; denique, ut darem illud Messiæ *in sempiternum*, nullo fine aut exitu. Porrò illud, *in sempiternum*, non semper strictè ad litteram accipiendum est.

De Juda enim elegit principes. Hebræus ad litteram: *Elegit principem de Judâ;* vel, ex Judâ principem populi sui assumpsit. Jam inde à longissimâ ætate hæc tribus fruebatur jure principatûs in reliquas tribus (2). Sceptrum, et imperium illi perpetuum certâ sponsione datum fuerat. (3)

et dans toute cette maison le dernier de tous, pour le faire roi d'Israël. C'était s'humilier profondément dans sa personne, et se relever néanmoins dans la vue de ce choix de la bonté du Seigneur, qui avait daigné le préférer à tant d'autres pour le placer en un rang si élevé parmi les hommes. Car la vraie humilité doit être reconnaissante; et elle prend même un nouvel accroissement par cette reconnaissance des dons de Dieu, dont la vue lui est un sujet de s'anéantir de plus en plus. (Sacy.)

(1) Psal. 98, 1: *Dominus regnavit... qui sedet super Cherubim.* Vers. 5: *Adorate scabellum pedum ejus, quoniam sanctum est.* Vide et Psal. 79, 1, et 131, 7.

(2) Vide Judic. 1, 2, et 1 Reg. 16, 1, et 2 Reg. 3, 18, et 5, 2, et 7, 13.

(3) Genes. 49, 10: *Non auferetur sceptrum de Judâ, et dux de femore ejus.*

Vers. 5. — De filiis meis elegit Salomonem. Salomon typum exhibet Jesu Christi, ejusque electio non semel (1) significatur et prædicitur in Scripturâ (2).

Vers. 11. — Dedit Salomoni descriptionem porticus et templi. Tradidit illi schema et formam operis; quæ omnia duxerat ille ad normam sibi à Deo revelatam, uti inferiùs traditur, v. 19: *Omnia venerunt scripta manu Domini ad me, ut intelligerem universa opera exemplaris.* Docent Hebræi apud Estium hìc, Moysem typum hunc templi accepisse in monte Sinai cum tabernaculi schemate; cùmque tabernaculum ipse erexisset, schema templi tradidit Josue, quod deinde transiit ad successores, donec per manus Samuelis et Davidis pervenit ad Salomonem, qui opus aggressus est. Sed quorsùm hæc, nullo Scripturæ fundamento subnixa? Quidni Davidem ipsum per se, Deo tradente, specimen illud accepisse admittamus?

Cellariorum. Hebræus: *Ganskim;* est autem hæc vox originis ab Hebræo alienæ. Occurrit nomen *Gans,* vel *Ganas* in Esther (3), ubi thesauros designat. Itaque *Ganskim* vi nominis exprimit æraria, vel loca ubi templi opes condebantur. Plures Vulgatam secuti, eo nomine *Cellariorum* innui aiunt loca quædam subterranea, ubi vinum et oleum servabantur: aliis est secunda cellarum templi contignatio.

(1) 2 Reg. 7, 12, 13, 14, et 12, 24, 25, et 3 Reg. 1, 13, et 1 Par. 17, 11, 12, 13, et 22, 9, etc.

(2) *Et j'affermirai son règne à jamais, pourvu qu'il persévère dans l'observance de mes préceptes et de mes jugements, comme il fait présentement.* Dieu fait de grandes promesses à Salomon. Mais il faut bien remarquer qu'il y met toujours des conditions; de même qu'en promettant autrefois aux Israélites de grands biens par la bouche de Moïse, il ne manquait point d'y ajouter cette condition si nécessaire, qu'ils persévéreraient dans son service et dans la fidélité à observer ses préceptes. Dieu voyait dès lors la chute effroyable de Salomon, comme il avait vu aussi le dérèglement de son peuple très-long-temps avant qu'il y fût tombé. Nous ne voyons point que dans les promesses qu'il fait souvent à David, il en ait usé de même, et qu'il y ait ajouté ces conditions dont il parle ici à son fils. Car quoique David soit tombé, il s'est relevé de sa chute d'une manière qui l'a rendu digne que Dieu l'ait toujours nommé son fidèle serviteur David. Ainsi les promesses du Seigneur à son égard ont eu leur entier effet. (Sacy.)

(3) Esther 3, 9: *Appendam arcariis gazæ tuæ.* Et 4, 7: *Ut in thesauros regis inferret argentum.* Vox *Ganas* est pro *Gaza*, voce à Persis ad Græcos et ad Hebræos translatâ.

Cœnaculi. Vox Hebræa עליתיו accipitur de parte illâ ædium quæ proximè subest tecto conclavis, ubi quis seu moratur, seu cibos capit.

Cubiculorum in adytis. Hebræus ad litteram : *Cubiculorum intrinsecorum,* vel penetralium, loci abditissimi ejus partis ædium, ubi quis versatur, Judic. 15, 1, 16, 9, Cant. 3, 4. Septuag.: τῶν ζαχχῶν. Appellari interdùm puto (1) *cubiculum intra cubiculum,* cubiculum intimum, et penitissimum.

Domus propitiationis; locus, ubi peccata Israelis expiantur, quò pedem inferre summo tantùm sacerdoti licet; Sanctuarium. (2)

(1) 3 Reg. 20, 30, et 22, 25. Vide et 4 Reg. 9, 2.

(2) Vers. 9. — Tu autem, Salomon, fili mi, scito Deum. *Scito,* id est, cognosce Deum, ut scilicet firmiter credas, sæpèque cogites et æstimes immensam Dei majestatem, potentiam, justitiam, bonitatem; ut hæc cognitio crebraque cogitatio et meditatio te impellat ad jugiter eum colendum, timendum et amandum. (Corn. à Lap.)

Gardez et recherchez à connaître tous les commandements du Seigneur notre Dieu..... Et vous, Salomon, mon fils, appliquez-vous à connaître le Dieu de votre père, et le servez avec un cœur parfait, etc. Que tous les petits, que tous les grands et que tous les princes apprennent de la bouche d'un grand roi ce qui doit faire leur principale occupation. Il n'est pas besoin de dire à un gouverneur de province que sa fortune dépend du soin qu'il aura d'exécuter les ordres du roi son maître, et que pour cela il doit *s'appliquer à connaître* tous les devoirs de sa charge. Le désir qu'il a de se maintenir dans un poste si avantageux et si honorable lui fait rechercher avec ardeur tous les moyens de plaire à son prince. Il n'y a que pour Dieu seul qu'on témoigne une indifférence qui tient en quelque chose de la folie. Il semble qu'on le regarde comme s'il ne pouvait rien pour nous rendre heureux. On le néglige presque entièrement, et l'on ne s'attache qu'à plaire à ceux qui paraissent avoir du crédit pour procurer une fortune temporelle parmi les hommes; c'est-à-dire, que l'on considère de très-faibles créatures préférablement au créateur tout-puissant. C'est pour prévenir ou pour arrêter un si grand désordre que David donne cet avis si important à tous les grands du royaume, aussi bien qu'à tous les peuples, de *garder* et *de rechercher à connaître* de plus en plus *les préceptes du Seigneur*, s'ils désiraient être heureux, *et posséder pour toujours cette terre remplie de biens*, où ils étaient établis, et qui n'était néanmoins qu'une ombre de cette autre *terre* vraiment *bonne*, de cette terre des vivants destinée pour les élus, qui doivent l'avoir éternellement pour leur partage.

L'avis qu'il donna en particulier à Salomon est aussi de très-grande conséquence. Car en lui disant qu'il *s'appliquât à connaître le Dieu de son père,* il lui donnait lieu de comprendre que tout ce qu'un roi avait à craindre était de se laisser éblouir insensiblement par l'éclat de cette pompe extérieure qui l'environnait, et de perdre enfin la connaissance de son néant et de la grandeur infinie de Dieu. Ce fut aussi ce qui arriva à Salomon même, qui après avoir donné des marques d'une si grande sagesse, tomba peu à peu par un effet de son orgueil dans le dernier abandonnement. Il oublia de *connaître,* comme il devait, *le Dieu de son père,* c'est-à dire ce Dieu tout-puissant qui avait daigné élever son père sur le trône, et que son père avait toujours regardé et honoré comme son Dieu.

Ce n'est donc pas sans grande raison que David, recommandant à son fils de *servir Dieu avec un cœur parfait,* ajoute aussitôt que ce Dieu *sonde tous les cœurs, et pénètre toutes les pensées,* et qu'il le menace enfin, que *s'il abandonne le Seigneur, le Seigneur le rejettera pour toujours.* Car l'esprit de Dieu faisant parler ce saint roi, prédisait visiblement par sa bouche ce qui devait arriver un jour, lorsque Salomon ayant en effet abandonné le Dieu de David son père, pour courir après les dieux des nations, mérita d'être *rejeté de lui*. Le Seigneur *sondait* dès lors *le cœur* de ce prince, qui n'était peut-être pas *parfait*, c'est-à-dire humble devant lui; et pénétrant les plus secrètes *pensées de son esprit*, il y découvrit les semences de cet orgueil qui le précipita enfin dans l'idolâtrie. (Sacy.)

Vers. 12. — Thesauros sanctorum, intelligit gazophylacia, sive æraria in quibus pecunia Deo oblata et sanctificata, id est, consecrata asservabatur. (Corn. à Lap.)

Vers. 13. — Divisionumque sacerdotalium et leviticarum. Ita vocat 24 classes in quas divisi erant sacerdotes et Levitæ, de quibus dixit cap. 23 et 24. (Corn. à Lap.)

Vers. 14. — Aurum in pondere per singula vasa ministerii. Creditur definiisse tantummodò pondus singulorum vasorum; idemque pariter reputandum de iis omnibus quæ deinceps narrantur. Dedit aurum et argentum, vel definiit pondus utriusque in singula templi vasa. Porrò aurum impendendum erat pro vasis Sancti et Sanctuarii, quorum erat usus proximè coram Domino; argentum verò conflandum erat in mensas, vel repositoria, in quibus parabantur, vel reponebantur vasa sacra, si tamen argentum adhibitum fuisse in templo Salomonis admittamus : aurea enim omnia exhibere videtur historia. Jussionibus patris sui derogandum censuit Salomon, quanquàm voluntati jubentis paruit, quippe qui in melius excessit.

Vers. 15. — In candelabra aurea, et in candelabra argentea. Ex libris Regum discimus (1), decem fuisse in templo candelabra, cùm unicum in tabernaculo Mosaico esset, Exod. 29, 31. Decreverat facilè David partim aurea, partim argentea parare; at Salomon pro voto ejus facturum se credidit, si aurea omnia daret.

(1) 3 Reg. 7, 49 : *Candelabra aurea, quinque ad dexteram, et quinque ad sinistram.*

VERS. 16. — IN ALIAS MENSAS ARGENTEAS. Creditur Salomon decem mensas in Sancto constituisse, et quidem aureas, 2 Paral. 4, 21 : *Omnia de auro mundissimo facta sunt,* loco duarum, quas Moyses in tabernaculo posuit; aureas, inquam; nulla enim argentea occurrit in descriptione vasorum quæ Salomon paravit, ejusque regis ætate argentum minimi æstimabatur, 2 Reg. 10, 27, 2 Par. 11, 20. Itaque mensis argenteis rejectis, aureæ omnes substitutæ sunt.

VERS. 17. — AD FUSCINULAS, ET PHIALAS, ET THURIBULA. Reddi possunt voces Hebrææ : *Fuscinulas* ad extrahendas è lebete carnes, *vasa* ad effundendum liquores, *pateras* ad fundendum cruorem ad basim altaris, seu vinum in ignem; denique *tubos cavos*, vel imagines arundinum aurearum in medio sectarum, ut inter medios panes propositionis ponerentur; vel, juxta alios, inter lances.

LEUNCULOS AUREOS. S. Hieronymus legit in textu, *kephir*, leonem, pro *kephor*, quod hodiè ibi legimus. Postremum hoc derivatur ex radice quæ sonat tegere, celare, expiare; quare vertunt quidam craterem, quo funditur sanguis ad pedem altaris, in peccati expiationem. Nullibi occurrit vox hæc in libris præcedentibus, nec in Moyse, ubi tabernaculi instrumenta describuntur; sed cùm legatur in 1 Esdræ 1, 80, et 8, 27, id argumento est, vocem esse potiùs Chaldæam quàm Hebraicam. Accipitur vulgò pro cratere, vel paterâ, quemadmodùm etiam ab auctore Vulgatæ in Esdrâ reddita est.

VERS. 18. — AURUM PURISSIMUM DEDIT. Hebræus : *Dedit aurum purificatum*, igne probatum.

UT EX IPSO FIERET SIMILITUDO QUADRIGÆ CHERUBIM. Ita mente concipiebatur Dominus Deus Israelis, ceu Numen vectum curru, quem traherent alata quædam animalia, Cherubim appellata : *Ascendit super Cherubim, et volavit*, psalm. 17, 11; quam pariter imaginem subdit Ezechiel, 10, 8, 9. Aurum à Davide Salomoni datum, efformandis Cherubim, impendendum utique non erat pro altari thymiamatis, vel pro Cherubim arcæ inhærentibus. Altari huic nullum Cherub additum est, nihilque innovare visum est de Cherubim, à Moyse super propitiatorium, vel operculum arcæ constitutis. At Salomon alia adjecit Cherubim, quibus totus Sanctuarii ambitus ornabatur; ac præsertim duo constituit in medio loci illius sancti, quæ alis suis arcam tegerent, 3 Reg. 7, 23, et 8, 7. De his modò.

VERS. 19. — OMNIA VENERUNT SCRIPTA MANU DOMINI AD ME. Hebræus ad litteram : *Omnia in scripturâ de manu Domini super me, intelligere fecit omnia opera exemplaris;* ac si diceret : Cùm ipse extra se fieret in extasim, et in supernâ quâdam revelatione, cùm *manus Domini super illum* esset, spectâsse veluti delineatum ante oculos opus, illudque didicisse, cùm cœlitùs edoceretur, ac deinde ipsum per se specimen illud direxissse, quod Salomoni tradebat. Ita Estius, Cajetanus, Salianus, Vatablus, Grotius. Malunt alii typum illum templi è manu Samuelis vel Nathani prophetarum accepisse. (1)

(1) VERS. 20. — *Et il dit encore à son fils Salomon : Agissez en homme de cœur. Prenez une forte résolution, et accomplissez* l'ouvrage de Dieu. *Ne craignez rien*, etc. Il est étonnant combien David recommande à Salomon le courage et la fermeté pour accomplir le dessein de Dieu dans l'ouvrage de son temple. Mais ce bâtiment était-il donc quelque chose qui demandât un si grand cœur et une si grande force? Et David n'avait-il pas préparé lui-même l'or et l'argent, les marbres et les bois les plus précieux qui devaient servir à son fils pour bâtir cette maison du Seigneur? Il est vrai que Salomon étant encore fort jeune, et n'ayant aucune expérience par lui-même, pouvait bien être étonné de se voir ainsi tout d'un coup, à son avénement à la couronne, chargé de l'exécution d'une entreprise qui paraissait grande. On peut dire même que c'était quelque chose d'extraordinaire pour un jeune prince, de renoncer aux plaisirs et aux divertissements qu'une pleine autorité lui présentait, pour ne s'appliquer qu'à un ouvrage aussi pénible qu'était celui de ce temple, dans la structure duquel il devait suivre très-exactement toutes les mesures et toutes les règles que David son père lui prescrivait, après les avoir reçues lui même de la propre main de Dieu.

Mais disons plutôt que ce grand courage et cette fermeté extraordinaire que David demandait à Salomon, regardait sans comparaison davantage un autre édifice, dont le temple de Jérusalem n'était qu'une faible image. Il a fallu, en effet, une résolution toute divine dans celui que Salomon figurait, dans Jésus-Christ, Fils de David, pour entreprendre de bâtir un temple à la gloire du Seigneur, mais un temple qui fût digne véritablement de lui. Combien lui a-t-il fallu souffrir, et en sa personne, et en celle de ses Apôtres? et combien faut-il qu'il souffre encore tous les jours dans la personne de tous ses membres, pour accomplir ce grand et pénible ouvrage de l'édifice si admirable de son Eglise? Depuis que le chef a souffert la mort pour son établissement, tous les membres qui ont dessein de prendre part à cet édifice sont de même destinés à plusieurs souffrances. On n'entend point dans ce temple les coups de marteau qui servent à tailler ces pierres, parce qu'une souveraine paix règne dans la céleste Jérusalem, qui est

Vers. 21.— Assistunt tibi, et parati sunt, et noverunt tam principes, quam populus. Hebræus ad litteram : *Et tecum in omni opere spontaneo*, erga illos, qui se spontaneè offerunt ad opus, *in sapientiâ et omni servitio*, erga eos qui serviunt, *et principes, et omnis populus, omnibus verbis tuis*. Distingui hìc à rege arbitror opificum duo genera ; alios, qui spontè se offerunt pactâ mercede, viros liberos et peritos ; alios qui jubentur servire operibus templi, homines vectigales, qui nôrant parere et exsequi, non moliri ac dirigere opus.

le lieu propre de ce temple tout divin. Mais c'est ici-bas que l'on travaille ces pierres vivantes à coups de marteau, et que l'on taille tous ces bois précieux qui doivent entrer dans sa structure.

Il est donc très-véritable qu'on a besoin d'un grand cœur et d'une ferme résolution pour s'appliquer comme il faut à l'ouvrage de ce saint édifice de l'Eglise de Jésus-Christ. Chacun y travaille en sa manière et selon son don. Les Apôtres et les martyrs ont commencé les premiers à y travailler, et de la manière la plus excellente. Mais on doit se souvenir que nul ne peut s'exempter de souffrance en y travaillant, et, par conséquent, qu'il faut de la fermeté et du cœur, puisqu'il a fallu que Jésus-Christ ait souffert, selon qu'il le dit lui-même, afin d'entrer dans sa gloire, et que l'on ne participera à cette gloire, selon saint Paul, qu'autant qu'on aura participé à ses souffrances.

On a vu auparavant que David faisait remarquer à Salomon qu'il avait, dans sa pauvreté, amassé de grands trésors pour pouvoir fournir à la dépense de ce temple qui devait être si magnifique. Ce qu'il disait se peut appliquer avec beaucoup plus de vérité à Jésus-Christ même, figuré aussi bien par David que par Salomon, puisqu'il est vrai que le Fils de Dieu s'étant fait homme et rendu pauvre pour l'amour de son Eglise qu'il voulait former, ç'a été dans cet état de pauvreté qu'il a amassé des trésors immenses, non d'or et d'argent, comme David, mais de grâces, de mérites et de dons célestes, qui ont servi et qui serviront jusqu'à la fin des siècles à sa divine sagesse pour se bâtir cette maison toute sainte dans le cœur des hommes. Et nous pouvons dire aussi que chacun de ceux qui travaillent à bâtir et à enrichir cet édifice spirituel, ne le font qu'à proportion qu'ils sont pauvres comme Jésus-Christ, et qu'ils ont le cœur détaché des richesses de la terre. (Sacy.)

CAPUT XXIX.

1. Locutusque est David rex ad omnem ecclesiam : Salomonem filium meum unum elegit Deus, adhuc puerum et tenellum : opus namque grande est, neque enim homini præparatur habitatio, sed Deo.

2. Ego autem totis viribus meis præparavi impensas domûs Dei mei : aurum ad vasa aurea, et argentum in argentea, æs in æneа, ferrum in ferrea, ligna ad lignea, et lapides onychinos, et quasi stibinos, et diversorum colorum, omnemque pretiosum lapidem, et marmor Parium abundantissimè :

3. Et super hæc quæ obtuli in domum Dei mei, de peculio meo aurum et argentum do in templum Dei mei, exceptis his quæ præparavi in ædem sanctam.

4. Tria millia talenta auri de auro Ophir, et septem millia talentorum argenti probatissimi, ad deaurandos parietes templi.

5. Et ubicumque opus est aurum de auro, et ubicumque opus est argentum de argento, opera fiant per manus artificum ; et si quis spontè offert, impleat ma-

CHAPITRE XXIX.

1. Ensuite le roi parla à toute l'assemblée : Dieu a choisi mon fils Salomon entre tous les autres, quoiqu'il soit encore jeune et délicat, et que l'œuvre soit grande, puisque ce n'est pas pour un homme, mais pour Dieu même, que nous voulons préparer une maison.

2. Pour moi, je me suis employé de toutes mes forces à amasser ce qui était nécessaire pour la maison de mon Dieu ; de l'or pour les vases d'or, et de l'argent pour ceux d'argent, du cuivre pour les ouvrages de cuivre, du fer pour ceux de fer, et du bois pour ceux de bois. J'ai aussi préparé des pierres d'onyx, des pierres blanches comme l'albâtre, du jaspe de diverses couleurs, toutes sortes de pierres précieuses, et du marbre de Paros en quantité.

3. Outre toutes ces choses que j'ai offertes pour la maison de mon Dieu, j'ai encore ménagé de mon propre bien de l'or et de l'argent que je donne pour le temple de mon Dieu, sans compter ce que j'ai préparé pour bâtir son sanctuaire.

4. Trois mille talents d'or d'Ophir, et sept mille talents d'argent très-pur pour dorer les murailles du temple ;

5. En sorte que partout où il en sera besoin, les ouvriers puissent faire d'or tous les ouvrages d'or, et d'argent ceux qui doivent être d'argent. Mais si quelqu'un veut encore offrir quelque chose de lui-même au Seigneur,

num suam hodie, et offerat quod voluerit Domino.

6. Polliciti sunt itaque principes familiarum, et proceres tribuum Israel, tribuni quoque, et centuriones, et principes possessionum regis.

7. Dederuntque in opera domûs Dei, auri talenta quinque millia et solidos decem millia; argenti talenta decem millia, et æris talenta decem et octo millia: ferri quoque centum millia talentorum.

8. Et apud quemcumque inventi sunt lapides, dederunt in thesauros domûs Domini, per manum Jahiel Gersonitis.

9. Lætatusque est populus, cùm vota spontè promitterent, quia corde toto offerebant ea Domino: sed et David rex lætatus est gaudio magno.

10. Et benedixit Domino coram universâ multitudine, et ait: Benedictus es, Domine Deus Israel patris nostri, ab æterno in æternum.

11. Tua est, Domine, magnificentia, et potentia, et gloria, atque victoria, et tibi laus: cuncta enim quæ in cœlo sunt, et in terrâ, tua sunt; tuum, Domine, regnum, et tu es super omnes principes.

12. Tuæ divitiæ, et tua est gloria: tu dominaris omnium: in manu tuâ virtus et potentia, in manu tuâ magnitudo et imperium omnium.

13. Nunc igitur, Deus noster, confitemur tibi, et laudamus nomen tuum inclytum.

14. Quis ego, et quis populus meus, ut possimus hæc tibi universa promittere? Tua sunt omnia; et quæ de manu tuâ accepimus, dedimus tibi.

15. Peregrini enim sumus coram te, et advenæ, sicut omnes patres nostri. Dies nostri quasi umbra super terram, et nulla est mora.

16. Domine Deus noster, omnis hæc copia, quam paravimus, ut ædificaretur domus nomini sancto tuo, de manu tuâ est, et tua sunt omnia.

17. Scio, Deus meus, quòd probes corda,

qu'il remplisse aujourd'hui ses mains, et qu'il offre au Seigneur ce qu'il lui plaira.

6. Les chefs des maisons et les plus considérables de chaque tribu promirent donc d'offrir leurs présents, aussi bien que les tribuns, les centeniers et les intendants du domaine du roi.

7. Et ils donnèrent pour les ouvrages de la maison de Dieu cinq mille talents d'or et dix mille solides; dix mille talents d'argent, dix-huit mille talents de cuivre, et cent mille talents de fer.

8. Tous ceux qui avaient quelques pierres précieuses les donnèrent aussi pour être mises au trésor de la maison du Seigneur, sous la garde de Jahiel de la famille de Gerson.

9. Et tout le monde témoigna une grande joie, en faisant ces offrandes volontaires, parce qu'ils les offraient de tout leur cœur au Seigneur; et le roi David était aussi tout transporté de joie.

10. Et il bénit Dieu devant toute cette multitude, et il dit: Seigneur qui êtes le Dieu d'Israël notre père, vous êtes béni dans tous les siècles.

11. C'est à vous, Seigneur, qu'appartiennent la grandeur, la puissance, la gloire et la victoire; et c'est à vous que sont dues les louanges; car tout ce qui est dans le ciel et sur la terre est à vous; c'est à vous qu'il appartient de régner; et vous êtes élevé au-dessus de tous les princes.

12. Les richesses et la gloire sont à vous; c'est vous qui avez la souveraine puissance sur toutes les créatures; la force et l'autorité sont entre vos mains; vous possédez la grandeur et l'empire de tous.

13. Maintenant donc, ô notre Dieu, nous vous rendons nos hommages, et nous louons votre saint nom.

14. Mais qui suis-je, moi? et qui est mon peuple, pour pouvoir vous offrir toutes ces choses? Tout est à vous; et nous ne vous avons présenté que ce que nous avons reçu de votre main;

15. Car nous sommes des étrangers et des voyageurs devant vous, ainsi que l'ont été tous nos pères. Nos jours sur la terre passent comme l'ombre; et nous n'y demeurons qu'un moment.

16. Seigneur notre Dieu, toutes les grandes richesses que nous avons amassées pour bâtir une maison à votre saint nom, sont venues de votre main; et toutes choses sont à vous.

17. Je sais, mon Dieu, que vous sondez les

et simplicitatem diligas, unde et ego in simplicitate cordis mei lætus obtuli universa hæc: et populum tuum qui hìc repertus est, vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria.

18. Domine Deus Abraham, et Isaac et Israel, patrum nostrorum, custodi in æternum hanc voluntatem cordis eorum, et semper in venerationem tuî mens ista permaneat.

19. Salomoni quoque filio meo da cor perfectum, ut custodiat mandata tua, testimonia tua, et cæremonias tuas, et faciat universa: et ædificet ædem, cujus impensas paravi.

20. Præcepit autem David universæ ecclesiæ: Benedicite Domino Deo nostro. Et benedixit omnis ecclesia Domino Deo patrum suorum; et inclinaverunt se, et adoraverunt Deum, et deinde regem.

21. Immolaveruntque victimas Domino, et obtulerunt holocausta die sequenti, tauros mille, arietes mille, agnos mille cum libaminibus suis, et universo ritu abundantissimè in omnem Israel.

22. Et comederunt et biberunt coram Domino in die illo cum grandi lætitiâ; et unxerunt secundò Salomonem filium David. Unxerunt autem eum Domino in principem, Sadoc in pontificem.

23. Seditque Salomon super solium Domini in regem pro David patre suo, et cunctis placuit; et paruit illi omnis Israel.

24. Sed et universi principes et potentes, et cuncti filii regis David dederunt manum, et subjecti fuerunt Salomoni regi.

25. Magnificavit ergo Dominus Salomonem super omnem Israel; et dedit illi gloriam regni, qualem nullus habuit ante eum rex Israel.

26. Igitur David filius Isai regnavit super universum Israel.

27. Et dies, quibus regnavit super Israel, fuerunt quadraginta anni: in Hebron regnavit septem annis, et in Jerusalem annis triginta tribus.

28. Et mortuus est in senectute bonâ, plenus dierum, et divitiis, et gloriâ; et regnavit Salomon filius ejus pro eo.

cœurs, et que vous aimez la simplicité; c'est pourquoi je vous ai aussi offert toutes ces choses dans la simplicité de mon cœur et avec joie, et j'ai vu aussi votre peuple rassemblé en ce lieu vous offrir des présents avec une grande joie.

18. Seigneur, Dieu de nos pères Abraham, Isaac et Israël, conservez éternellement cette volonté dans leur cœur, et faites qu'ils demeurent toujours fermes dans cette résolution de vous rendre honneur.

19. Donnez aussi à mon fils Salomon un cœur parfait, afin qu'il garde vos commandements et vos paroles, et qu'il observe vos cérémonies, et qu'il accomplisse tous vos ordres; qu'il bâtisse votre maison pour laquelle j'ai préparé toutes les choses nécessaires.

20. David dit ensuite à toute l'assemblée: Bénissez le Seigneur notre Dieu. Et toute l'assemblée bénit le Seigneur, le Dieu de ses pères, et se prosternant, ils adorèrent Dieu, et ensuite le roi.

21. Et ils immolèrent des victimes au Seigneur, et le lendemain ils lui offrirent en holocauste mille taureaux, mille béliers et mille agneaux, avec leurs offrandes de liqueurs, et tout ce qui était prescrit; ce qui fut très-suffisant pour nourrir tout Israël.

22. Et ils mangèrent et burent ce jour-là en la présence du Seigneur avec de grandes réjouissances. Et ils sacrèrent une seconde fois Salomon, fils de David. Ils le sacrèrent par l'ordre du Seigneur pour être roi, et Sadoc pour être pontife.

23. Ainsi Salomon fut mis sur le trône du Seigneur pour régner au lieu de David son père. Il fut agréable à tous; et tout Israël lui rendit obéissance.

24. Tous les princes même, les grands du royaume, et tous les fils du roi David se soumirent à être sujets du roi Salomon.

25. Dieu éleva donc Salomon sur tout Israël, et combla son règne d'une telle gloire, que nul roi d'Israël n'en avait eu avant lui de semblable.

26. David, fils d'Isaï, régna donc sur tout le peuple d'Israël.

27. Et la durée de son règne sur Israël fut de quarante ans; il régna sept ans à Hébron, et trente-trois ans à Jérusalem.

28. Il mourut dans une heureuse vieillesse, comblé d'années, de biens et de gloire. Et Salomon son fils régna en sa place.

29. Gesta autem David regis priora, et novissima, scripta sunt in libro Samuelis videntis, et in libro Nathan prophetæ, atque in volumine Gad videntis :

30. Universique regni ejus, et fortitudinis, et temporum, quæ transierunt sub eo, sive in Israel, sive in cunctis regnis terrarum.

29. Or toutes les actions du roi David, tant les premières que les dernières, sont écrites dans le livre du prophète Samuel, et dans le livre du prophète Nathan, et dans le volume de Gad le voyant,

30. Avec tout ce qui s'est passé sous son règne, et les grands événements que l'on vit alors, soit dans le royaume d'Israël, soit dans tous les autres royaumes de la terre.

COMMENTARIUM.

Vers. 2.—Lapides onychinos. Hebræus : אבני שהם, *Lapides Sohem*. Smaragdum hìc innui, credidimus jam in Commentario ad Gen. 2, 12. Noti sunt quidam Orientis principes, Soemi appellati, quorum nomen facilè ex hâc gemmâ derivatur (vide Josephum, Antiq. l. 15, c. 11, et de Bello, l. 7, c. 27). Mater Elagabali appellabatur pariter Julia Sohemia, quasi diceretur : Julia Smaragdia.

Et quasi stibinos. Hebræus : אבני פוך, *Lapides phuk*, vel lapides stibii, fuci. Chaldæus : *Smaragdos*. Septuaginta in Isaiâ 54, 11 : *Carbunculos*. Lapides *phuk* ejusdem fuisse coloris videntur, ac fucus, vel pigmentum illud, quo oculi inficiebantur, cùm utriusque idem sit nomen. Cùm autem eo pigmento nigri fierent oculi, atro colore hìc lapis imbuendus est; sed *stibio*, vel *stimmi* colorem alterum tribuit Plinius l. 33, c. 6 : « In iisdem argenti metallis « invenitur, ut propriè dicamus, spumæ lapis « candidæ, nitentisque, non tamen translu« centis; stimmi appellant, alii stibium, alii « alabastrum, alii larbason. » Credibile est, lapidem, de quo modò, alabastri genus fuisse, cùm in pavimenti usum, Isaiâ teste (1), adhiberetur. Porrò alabastri varia sunt genera, atque pulcherrima exhibentur in locis Damasco vicinis, et Arabiâ; variusque fuit alabastri usus in ornamentis ædificiorum.

Et diversorum colorum. Hebræa vox רקמה, *rikemah*, vi nominis indicat plumas avium, quarum olim fuit usus in operibus plumariis. Credibile est igitur, sermonem hìc esse non de lapidibus, sed de operibus plumariis, ad templi velamina; quæ significatio est communis et litteralis vocis originalis (2). Designari arbitrantur hìc quidam parvos illos lapillos, quibus musiva opera formantur.

Omnem pretiosum lapidem, tam ex gemmis quàm ex marmore, aliisque lapidibus pulcherrimis, ædificio aptis; neque enim Hebrææ voces כל אבן יקרה solas gemmas significant.

Marmor Parium. Scitum est, inter marmora primum locum olim tenuisse marmor ex insulâ Paro, unâ è Cycladibus, candore planè admirabili. Celeberrima quælibet sculpturæ opera olim apud veteres è Pario lapide formabantur (vid. Plin. l. 36, c. 5). Tradit Josephus l. 6 de Bello, c. 6, templum Hierosolymitanum ingentibus candidi marmoris lapidibus constructum fuisse, ut longè prospicientibus tota illa moles ceu mons nive albicans videretur. Hebræus : אבני שיש, *lapides Sais;* id verò nomen cùm hìc tantummodò occurrat in Hebræo, pauca de se dicenda sufficit. Marmor Chium totâ antiquitate celebratur; est autem insulæ illius nomen non multùm abhorrens à *Sis*, vel *Schisch*, vel *Schais*. Urbs etiam est *Sais* in Ægypto inferiori, ex quâ regioni *Saiticæ* nomen derivatum est : Ægyptium autem marmor, porphyreticum præsertim, maximè celebratur. Denique insula est *Chitis* in Erythræo, topazii ferax, quâ de re legendus Plinius, loc. cit., et passim.

Vers. 3. — De peculio meo..... do in templum Dei mei..... Vers. 4. — Tria millia talenta auri de auro Ophir. Præter ditissimos illos auri argentique thesauros, quos David in usum templi reliquerat, supra, 22, 14, adjecit auri talenta tria millia, è peculio suo, ærario privato, auro purissimo; denique de auro Ophir, quod tunc purissimum et probatissimum habebatur, quod et destinavit ad Sanctuarii parietes induendos. Tria millia talentorum auri reddunt ducenta octoginta millia millium, quingenta nonaginta tria millia, septingentas quinquaginta libras, sexaginta novem millibus et quingentis triginta et unâ libris, ac solidis quinque in singula talenta computatis : argenteorum verò talentorum septem millia sunt librarum quatuor et triginta millia millium, septuaginta millia, trecentæ duodecim, ac solidi decem. Jam supra animadvertimus, Salomonem facilè nihil argenti

(1) Isai. 54, 11 : *Ego sternam per ordinem lapides tuos*. Hebr. : אבני מרביץ בפוך אבניך.
(2) Vide Ez. ch. 16, 17; 26, 16; 27, 24. Psalm. 44, 15. Judic. 5, 30.

adhibuisse in interioribus Sancti et Sanctuarii, in quibus merum fuerit aurum; quâ in re Davidis imperium excessit.

Vers. 5. — Si quis sponte offert, impleat manum suam hodie (1). Implere manum suam usurpari solet pro consecrare se Domini ministerio, oblatis illi sacrificiis. *Consecrâstis manus vestras hodiè Domino,* aiebat Moyses ad Levitas, *unusquisque in filio, et in fratre suo,* Exod. 32, 29. Auctore 3 Reg. lib. 13, 33, sub Jeroboamo *quicumque volebat, implebat manum suam, et fiebat sacerdos excelsorum.* Innuit hìc rex, omnes, qui spontè aliquid obtulerint Domino, ceu sacrificio quodam oblato exhibituros se tanquàm sacerdotes, Domino consecratos. Sacrificium est hoc omnibus permissum, ut cuilibet datum sit agere sacerdotem.

Vers. 6. — Polliciti sunt.... principes possessionum regis. Hebræus (1): *Principes operis regis obtulerunt spontè.* Præpositi erant omnibus operibus quæ rex imperabat in agro, in cultum agrorum, vinearum, etc., ut proventibus suis et redditibus consuleret. Vide censum eorum supra, 27, 25 et seq.

Vers. 7. — Auri talenta quinque millia, pecuniæ nostratis tercentum quadraginta septem millia millium, sexcenta quinquaginta sex millia, ducentas et quinquaginta libras.

Solidos decem millia. Hebræus (2) : *Decem millia adarconim.* Nomen hoc nec Hebræum credunt plerique, neque Chaldæum, sed è Græcis acceptum, ut idem sic ac *draqma,* vel *drachma* (3); idem alii volunt cum Daricis (4), quod celebre est Persicæ monetæ nomen. Daricorum nomen tempore Davidis nondùm innotuerat; sed Esdras veteres monetas redegit ad Persicas, quibus ille assueverat. Decem millia Daricorum æstimantur centum quindecim millibus, octingentis octoginta quinque

(1) *Mais si quelqu'un veut encore offrir quelque chose de lui-même au Seigneur, qu'il emplisse aujourd'hui ses mains, et qu'il offre au Seigneur ce qu'il lui plaira..... Et ce qu'ils offrirent...... montait à cinq mille talents d'or.* Il était de la piété d'un prince rempli de zèle pour la gloire du Seigneur, tel qu'était David, d'inspirer à ses sujets quelque chose de ce zèle tout divin dont il était embrasé lui-même. C'est pourquoi, après leur avoir montré l'exemple en s'appauvrissant, pour le dire ainsi, afin d'enrichir le temple de Dieu, il leur témoigne que si quelqu'un d'eux désirait offrir aussi quelque chose pour contribuer à ce saint ouvrage, il fallait que l'offrande dont ils *empliraient leurs mains,* vînt de la plénitude de leur cœur et de leur bonne volonté, parce que Dieu ne veut point d'offrandes qui soient forcées. Que chacun donne, disait autrefois saint Paul, *ce qu'il aura résolu en lui-même de donner, non avec tristesse, ni comme par force; car Dieu aime celui qui donne avec joie.* Ainsi David, en disant à toutes les personnes qui l'écoutaient, *d'offrir au Seigneur ce qu'il leur plairait,* regardait plus l'avantage qui leur reviendrait à eux-mêmes de ces offrandes que celui du temple, pour lequel il semble qu'il aurait pu se contenter des trésors immenses qu'il avait eu soin d'amasser de son *propre bien,* comme il le dit, s'il n'eût souhaité leur faire aussi prendre part à un ouvrage si saint. Car on peut dire certainement qu'il était à leur égard dans la même disposition où S. Paul temoignait depuis qu'il était à l'égard des Chrétiens de la ville de Philippes, lorsqu'il leur disait : Ce n'est pas que je désire le don que vous me faites; mais je désire le fruit que vous en tirez, qui augmentera le compte que Dieu tient de vos bonnes œuvres: *Non quia quæro datum, sed requiro fructum abundantem in ratione vestrâ.*

Les offrandes volontaires que David reçut alors, étant jointes à celles qu'il fit lui-même, composèrent une somme si prodigieuse, que quelques auteurs ont douté si l'on doit entendre dans l'Ecriture par le talent d'or ou d'argent ce qu'il signifie ordinairement dans l'antiquité. Car si l'on veut faire un calcul exact de toutes ces sommes marquées ici et au vingt-deuxième chapitre, on trouvera que ce que David laissa à son fils pour l'édifice du temple, montait à onze mille six cent soixante-neuf millions, six cent soixante et huit mille, trois cent cinquante-neuf livres, sept sols six deniers. C'est-à-dire que ce qui fut destiné dès lors pour le temple du Seigneur en or et en argent, sans compter un nombre infini de pierres précieuses, de marbres, de porphyres et de bois rares, et tout ce que Salomon y joignit depuis, surpassait tous les trésors des rois de la terre. Ceci toutefois n'est point incroyable, si l'on considère que le pays où Dieu avait établi son peuple était le plus riche de tout l'univers; que David avait beaucoup étendu ses états, et subjugué plusieurs nations dont il avait remporté de grandes dépouilles; et que Dieu, voulant comme tracer aux yeux des hommes charnels et grossiers une image de sa haute majesté et de sa divine magnificence dans la structure de ce temple si magnifique, y fit exprès amasser et prodiguer des trésors immenses. Il est vrai qu'il n'en avait aucun besoin pour lui-même, puisque, comme dit S. Paul, *celui qui a fait le monde, et tout ce qui est dans le monde, étant le Seigneur du ciel et de la terre, n'habite point dans les temples bâtis par les hommes,* c'est-à-dire, qu'il n'en a pas de besoin, comme il dit ensuite; mais il voulait s'en servir pour attacher plus fortement à son culte un peuple porté naturellement à l'idolâtrie. (Sacy.)

(1) ויתנרבו .... שרי מלאכת המלך. Septuag.: Οἱ οἰκοδόμοι, *ædificantes*; vel : Οἱ οἰκονόμοι, *œconomi.*

(2) אדרכנים רבו. Septuag. : Χρυσοῦς μυρίους.

(3) Ita Syr., Jun. et Tremell., Pagn. Malv.

(4) Breerevod de Ponderib. veter. num. et Le Pelletier, asserens, idem esse his pretium, ac aureo siclo. Profectò Septuaginta vertunt aureos, eosdemque fuisse nummos aureos, constat ex 2 Esdr. 7, 70.

libris, solidis octo, denariis quatuor, Darico in siclum aureum computato, cùm argentei sicli dimidium esset pondere, valoris autem haberet undecim libras, totidemque solidos cum denario, et quadrante; quem valorem duplicabit, qui siclum aureum ejusdem ponderis cum argenteo statuat. Gronovius de Pecun. vet. l. 1, c. 3, arbitratur, Daricos æquâsse minas viginti; cùm igitur minæ æstimatio esset solidorum octo, et denarii unius, Daricus novem libras cum solido et denariis octo reddebat. Quare et Daricorum decem millia confecissent centies mille et nongentas libras monetæ nostratis.

Æris talenta decem et octo millia, nempe millies mille, sexcenties et octuagies ac septies mille, et quingentas libras ponderis nostri, sexdecim unciarum pro librâ. Ex hoc loco discimus, talentum merum fuisse pondus, in omnibus valens, plumbo, ferro, ære, auro, argento.

Ferri centum millia talentorum, id est, novem millia millium, tercentum septuaginta quinque millia librarum nostri ponderis, sexdecim unciarum.

Vers. 8. — Per manum Jahiel Gersonitis. Jahiel ejusque fratres Zathan et Joel, præfecti erant thesaurorum domûs Dei, uti animadversum est supra, 26, 22.

Vers. 9. — Lætatus est populus, cum vota spontè promitterent. Optima est hæc conditio illius, qui vota coram Domino promit: *Hilarem datorem diligit Deus,* 12 Cor. 9, 7. (1)

Vers. 14. — Quis ego, et quis populus meus, ut possimus hæc tibi universa promittere? Hebræus: *Quis ego, et quis populus meus, quòd obtineamus potentiam ad offerendum hoc?* Ad-

(1) Vers. 11. 12. — *C'est à vous, Seigneur, qu'appartiennent la grandeur, la puissance. C'est à vous qu'il appartient de régner.... et vous êtes élevé au-dessus de tous les princes,* etc. Un roi n'est jamais plus grand devant Dieu que lorsqu'il s'abaisse sous sa grandeur infinie. Car il n'est pas moins vrai de dire des princes que de tous les peuples, cette parole de Jésus-Christ, *que celui qui s'humilie sera élevé.* David était très-savant dans ce mystère de l'humilité chrétienne, que l'Esprit de Dieu lui fit comprendre avant le temps du christianisme. Ainsi il était uniquement appliqué à envisager *la grandeur* suprême, *la souveraine puissance* et *la gloire* incomparable de celui de qui il avait reçu la sienne. Ayant sans cesse gravé dans le cœur cette vérité si importante, qu'il n'avait rien que Dieu ne lui eût donné, il était très-éloigné de s'en glorifier. Que tous les hommes rougissent donc de s'élever de quelques marques de grandeur, lorsqu'ils entendent ce roi si puissant, si riche et si magnifique, parler de soi-même et se regarder comme un néant en la présence de Dieu; qu'ils soient couverts de confusion toutes les fois qu'ils osent vanter quelques offrandes qu'ils lui font, ou dans ses églises, ou dans la personne des pauvres, lorsqu'ils entendent David lui protester que *tout est à lui,* et qu'il *ne lui a rien offert que ce qu'il a reçu de sa main,* après qu'il lui a consacré plusieurs mille de millions d'or et d'argent. Il déclare, tout roi qu'il est, qu'il ne se regarde que comme étranger à l'égard du royaume et de tous les biens qu'il possède: Nous ne sommes, dit-il à Dieu, *que des étrangers devant vous,* c'est-à-dire, selon l'explication des interprètes: Nous ne sommes point propriétaires des biens que vous nous avez donnés, mais nous en sommes seulement comme les fermiers et les économes. *Nous sommes des voyageurs, et nos jours passent comme l'ombre;* c'est-à-dire, que nous n'avons qu'un très-court usage de toutes ces choses dans le peu de temps que nous vivons comme étrangers sur la terre.

Que doivent donc dire les petits, si les rois qui sont vraiment éclairés des lumières de la foi parlent de la sorte? Mais qu'il est à souhaiter que les grands même du siècle considèrent avec un peu d'attention cette grandeur étonnante d'un roi d'Israël, et le mépris qu'il en a fait! Car comme Dieu nous ordonne en général de considérer le ciel, afin d'apprendre par là à mépriser toute la terre, aussi la considération particulière de cette gloire de David servirait à leur faire voir que tout ce qu'il y a de plus éclatant dans le monde, n'approche point de la gloire dont Dieu comble quand il lui plaît ceux qui sont fidèles à son service. Et la vue de ce mépris très-sincère qu'il a fait d'une gloire si éclatante les porterait à concevoir comme lui une plus sainte ambition pour des biens plus élevés et pour une gloire plus solide.

Il suffit de lire toute cette prière de David pour en être pénétré. Et les explications qu'on en donnerait ne serviraient en quelque façon qu'à l'affaiblir. Tout y est grand, parce que tout est humble dans le cœur et dans les paroles de ce saint roi. Tout ce qu'il dit ne respire que la grâce de la nouvelle alliance, qui est cette gratitude envers Dieu, comme envers l'auteur de tout le bien dont il lui est redevable. C'est en cela qu'on peut assurer que consistait principalement la sagesse de David; de même que saint Augustin témoigne aussi que c'était là ce qui discernait les vierges sages des vierges folles, qu'elles portaient au fond de leurs cœurs l'intelligence de la grâce de leur Dieu, comme l'huile toute céleste qui faisait brûler leurs lampes: *Oleum in vasis, hoc est, intelligentiam gratiæ Dei portant in cordibus suis.* Aussi ce prince, selon la remarque qu'en fait un auteur, atteste très-hautement dans cette même prière que la bonne volonté même vient de Dieu, et ne se peut conserver sans l'assistance de Dieu, lorsqu'il dit: *Seigneur, qui êtes le Dieu de nos pères, Abraham, Isaac et Israël, conservez éternellement cette volonté dans leur cœur, et faites qu'ils demeurent toujours fermes dans cette résolution de vous rendre toute la vénération et le culte qu'ils vous doivent.* (Sacy.)

mirans David munerum à principibus oblatorum immensitatem, stupet, sibi et populo tam multa suppetere, ut Deo tam ampla munera offerre valeant. Unde tanta divitiarum copia, nisi ex liberalitate tuâ, Deus? *Quæ de manu tuâ accepimus, dedimus tibi.* Hæc eadem sunt quæ nos in oblatione sacrificii nostri ad aras profitemur: *Tibi offerimus de tuis donis ac datis;* et Græci Τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶν: *Offerimus tua ex tuis.*

Vers. 15. — Peregrini sumus coram te. Nihil non ex te habemus; rerum nostrarum dominium apud te est, non apud nos, ut nobis tantummodò usus illarum sit, uti est usus duntaxat, et brevis quidem, rerum penes peregrinos, *Dies nostri quasi umbra super terram, et nulla est mora.* Hebræus: *Dies nostri*, dies vitæ nostræ, *sicut umbra super terram, et non est spes* melioris conditionis, vitandi mortem, diesque prorogandi.

Vers. 17. — Scio quod simplicitatem diligas. Hebræus: *Quòd ames rectitudinem.* Septuaginta: *Quòd ames justitiam.*

Vers. 18. — Domine Deus...., custodi in æternum hanc voluntatem cordis eorum. Hæ omnes animi rectæ habitudines ex te, Deus; tu recta nobis suggessisti: serva igitur, quâ illas formâsti gratiâ, bonas hasce voluntates. Hebræus totius versiculi ita sonat: *Domine Deus, custodi hoc in seculum, ad formationem cogitationum cordis populi tui, et para cor eorum ad te.*

Vers. 20. — Adoraverunt Deum, et deinde regem. Textus originalis, Septuaginta, et Vulgata eâdem voce exprimunt exteriorem cultûs significationem impensam Deo, et obsequium regi exhibitum. Sed *in pari gestu*, ait Grotius, *animo* erant *diverso.* Deum colebant supremo illo cultu, quem *latriæ* appellant; sternebantque se coram rege, obsequio merè civili.

Vers. 21. — Cum libaminibus, et universo ritu. Hebræus et Septuaginta: *Cum libaminibus suis, et sacrificiis suis, et victimis suis.* Obtulerunt hæc omnia, additis holocaustis, et consuetis vini libationibus. Accesserunt *victimæ pacificæ* ingenti numero, ut distribuerentur in populum, qui illas coram Domino comedit, ut in versiculo sequenti narratur,

Vers. 22. — Unxerunt secundò Salomonem. Prima consecratio vel unctio celebri minùs ritu peracta fuerat, quippe festinato opere, ut Adoniæ, alibi cum suâ manu regnum invadere tentantis (1), conatus occuparentur. Sive, secunda hæc unctio post Davidis obitum habita est, ut plena, integra, et absoluta regni possessio Salomoni conferretur. (Vide Grotium hìc.)

Unxerunt eum Domino in principem, et Sadoc in pontificem. Confirmantur hinc ea quæ superiùs diximus, alteram scilicet unctionem Salomonis Davidis morte posteriorem fuisse; tunc enim primùm Sadoc solus in summum sacerdotem agnitus fuit, cùm Abiathar partes Adoniæ secutus, è favore excidit (1). Hinc pariter discendum videtur, consecrationem sacerdotum æquè ac regum veteris Testamenti nihil characteris impressisse, quòd utraque, Sadoci scilicet et Salomonis, iterata fuerit; si tamen admittamus, Sadocum semel jam unctione initiatum fuisse, quod utique incertum est: neque enim exigebatur unctio pro sacerdotibus, è stirpe Aaronis. *Unxerunt eum Domino*, jussu et voluntate Domini, coram illo, ut ministraret Domino, exercerentque, ille quidem regiam, hic sacerdotalem dignitatem. Hinc versiculo sequenti de Salomone scriptum legimus: *Sedit super solium Domini*, id est, super solium Israelis, ex quo Dei nomine jura dabat. Sunt reges vicarii Numinis, nec nisi divinam potestatem in subditos exercent, ut qui illis, Numini ipsi resistat: *Non est potestas nisi à Deo; quæ autem sunt, à Deo ordinatæ sunt: itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit*, Rom. 13, 1, 2.

Vers. 24. — Dederunt manum: et subjecti fuerunt Salomoni. Hebræus legit tantummodò: *Dederunt manum sub Salomone rege.* Septuaginta: Ὑπετάγησαν αὐτῷ, *Subjecti fuerunt ei.* Innuere videtur Scriptura ritum quemdam illi persimilem, quem Abraham et Jacob imperârunt, ille quidem œconomo suo Eliezero, Gen. 24, 2, hic verò filio suo Josepho, ibid. 47, 29; uterque enim posuit manum sub utriusque femore, ut eo ritu se jurejurando obstringeret ad omnia quæ petebantur. Filii Davidis, et regni proceres manum suam miserunt sub Salomone, facilè indicium obsequii, et fidei servandæ sacramentum. Nostris pariter moribus obtinebat, ut subditus, qui feudali lege alicui obstringebatur, fidei sacramentum domino suo præstaret genu flexus, detecto capite, junctasque manus ponens inter manus illius. Notat Grotius, esse argumentum subjectionis, manus ponere in-

(1) 3 Reg. 1, 39. (Vide Jun., Piscat., Tirin., Malv., Belgic.)

(1) Vide 3 Reg. 2, 35: *Sadoc sacerdotem posuit pro Abiathar.*

ter genua alicujus apud eos qui è Germanis originem referunt.

VERS. 29. — GESTA AUTEM DAVID PRIORA, ET NOVISSIMA, SCRIPTA SUNT IN LIBRO SAMUELIS, ET NATHAN.... ATQUE GAD. Tres hi sub Davide vixerunt, scriptisque mandârunt res gestas ab eo, tum privatam adhuc conditionem agente, uti certamen cum Goliath, et alia quæ sub Saüle præstitit; tum ea quæ regno potitus egit. Horum prophetarum libri quidem interierunt, sed ex iis fontibus hausta sunt omnia quæ legimus in geminis prioribus libris Regum, in Hebræo inscriptis nomine Samuelis, quamvis aliquibus ante initum à Davide regnum annis Samuel obierit. È scriptis igitur Samuelis didicerunt posteri res gestas Davidis, usque ad novissimum bellum Philisthæorum adversùs Saülem. Inde ad usque obitum Davidis prosecuti sunt facilè Nathan et Gad, qui ambo apud Davidem degentes, quæ scripserunt, omnia plenè nôrant. Gad, 2 Reg. 24, 11, appellatur *videns David;* Nathan familiaris erat ejusdem principis, atque in partem curarum ejus ætatis venerat.

VERS. 30. — TEMPORUM, QUÆ TRANSIERUNT SUB EO, SIVE IN ISRAEL, SIVE IN CUNCTIS REGNIS TERRARUM. Hi prophetæ non ita res Israelis narrare aggressi sunt, ut nunquàm ad negotia finitimorum regnorum excurrerent, cùm præsertim rebus Israeliticis affine aliquid haberent. Syrus et Arabs reddunt: *Quæ contigerunt tum Israeli, tum omnibus regnis terræ suæ,* vel *inter reges stirpis suæ.* Quæ adduntur hìc: *Quæ transierunt sub eo,* ab interpretibus plurimis exponuntur de adversæ fortunæ casibus, quos regnum ejus pertulit, uti malis domesticis familiæ, defectione Absalomi, bellis quæ sustinuit, et lue miserè Israelem sub ejus regni exitum populatâ.

IN LIBRUM II. PARALIPOMENON COMMENTARIUM.

CAPUT PRIMUM.

1. Confortatus est ergo Salomon filius David in regno suo, et Dominus Deus ejus erat cum eo, et magnificavit eum in excelsum.

2. Præcepitque Salomon universo Israeli, tribunis, et centurionibus, et ducibus, et judicibus omnis Israel, et principibus familiarum:

3. Et abiit cum universâ multitudine in excelsum Gabaon, ubi erat tabernaculum fœderis Dei, quod fecit Moyses famulus Dei in solitudine.

4. Arcam autem Dei adduxerat David de Cariathiarim, in locum quem præparaverat ei, et ubi fixerat illi tabernaculum, hoc est, in Jerusalem.

5. Altare quoque æneum, quod fabricatus fuerat Beseleel filius Uri filii Hur, ibi erat coram tabernaculo Domini; quod et requisivit Salomon, et omnis ecclesia.

CHAPITRE PREMIER.

1. Salomon, fils de David, fut donc affermi en son règne. Et le Seigneur son Dieu était avec lui, et il l'éleva à un très-haut degré de puissance.

2. Et Salomon donna ses ordres à tout Israël, aux tribuns, aux capitaines, et aux officiers, aux magistrats de tout Israël et aux chefs des familles.

3. Et il s'en alla avec toute la multitude au haut lieu de Gabaon, où était le tabernacle de l'alliance de Dieu, que Moïse, serviteur de Dieu, avait dressé dans le désert.

4. Or, David avait déjà amené l'arche de Dieu, de Cariathiarim, au lieu qu'il lui avait préparé, et où il lui avait dressé un tabernacle, c'est-à-dire à Jérusalem.

5. L'autel d'airain qu'avait fait Béséléel, fils d'Uri, fils de Hur, était là devant le tabernacle du Seigneur; et Salomon, accompagné de toute l'assemblée, alla le visiter.

6. Ascenditque Salomon ad altare æneum, coram tabernaculo fœderis Domini, et obtulit in eo mille hostias.

7. Ecce autem in ipsâ nocte apparuit ei Deus, dicens: Postula quod vis ut dem tibi.

8. Dixitque Salomon Deo: Tu fecisti cum David patre meo misericordiam magnam, et constituisti me regem pro eo.

9. Nunc ergo, Domine Deus, impleatur sermo tuus, quem pollicitus es David patri meo: tu enim me fecisti regem super populum tuum multum, qui tam innumerabilis est, quàm pulvis terræ.

10. Da mihi sapientiam et intelligentiam, ut ingrediar et egrediar coram populo tuo: quis enim potest hunc populum tuum dignè, qui tam grandis est, judicare?

11. Dixit autem Deus ad Salomonem: Quia hoc magis placuit cordi tuo, et non postulâsti divitias, et substantiam, et gloriam, neque animas eorum qui te oderunt, sed nec dies vitæ plurimos: petîsti autem sapientiam et scientiam, ut judicare possis populum meum, super quem constitui te regem,

12. Sapientia et scientia data sunt tibi: divitias autem et substantiam et gloriam dabo tibi, ita ut nullus in regibus, nec ante te, nec post te, fuerit similis tuî.

13. Venit ergo Salomon ab excelso Gabaon in Jerusalem coram tabernaculo fœderis; et regnavit super Israel.

14. Congregavitque sibi currus et equites, et facti sunt ei mille quadringenti currus, et duodecim millia equitum, et fecit eos esse in urbibus quadrigarum, et cum rege in Jerusalem.

15. Præbuitque rex argentum et aurum in Jerusalem quasi lapides, et cedros quasi sycomoros, quæ nascuntur in campestribus multitudine magnâ.

16. Adducebantur autem ei equi de Ægypto, et de Coa, à negotiatoribus regis, qui ibant, et emebant pretio,

17. Quadrigam equorum sexcentis argenteis, et equum centum quinquaginta: similiter de universis regnis Hethæorum, et à regibus Syriæ emptio celebrabatur.

6. Et Salomon monta à cet autel d'airain, qui était devant le tabernacle de l'alliance, et il immola dessus mille victimes.

7. Et voici qu'en cette nuit-là Dieu lui apparut, et lui dit : Demandez-moi ce que vous voulez que je vous donne.

8. Alors Salomon dit à Dieu : Vous avez fait éclater la grandeur de votre miséricorde envers David, mon père, et vous m'avez établi roi en sa place.

9. Maintenant donc, Seigneur Dieu, que la promesse que vous avez faite à David, mon père, s'accomplisse, puisque vous m'avez établi roi sur votre grand peuple, qui est aussi innombrable que la poussière de la terre.

10. Donnez-moi la sagesse et l'intelligence, afin que je sache comment je dois me conduire à l'égard de votre peuple; car qui pourrait, *sans ce secours*, gouverner dignement un si grand peuple ?

11. Alors Dieu dit à Salomon : Puisque ceci est ce qui plaît le plus à votre cœur, et que vous ne m'avez point demandé de richesses ni de grands biens, ni de la gloire, ni la mort de ceux qui vous haïssent, ni même une vie longue, et que vous m'avez demandé plutôt la sagesse et la science, afin que vous puissiez gouverner mon peuple, sur lequel je vous ai établi roi;

12. La sagesse et la science vous sont accordées; et je vous donnerai tant de biens, tant de richesses et tant de gloire, que nul roi, ni avant vous, ni après vous, ne vous aura été égal.

13. Salomon descendit donc de ce lieu haut de Gabaon, et s'en revint devant le tabernacle de l'alliance à Jérusalem; et il régna sur Israël.

14. Il amassa un grand nombre de chariots de guerre et de cavalerie; il eut mille quatre cents chariots, et douze mille hommes de cavalerie; il en fit mettre une partie dans les villes destinées à loger les équipages, et le reste à Jérusalem, près de sa personne.

15. Il rendit l'or et l'argent aussi communs dans Jérusalem que les pierres, et les cèdres aussi communs que ce grand nombre de sycomores qui naissent dans la campagne.

16. Les marchands qui trafiquaient pour le roi, faisaient des voyages en Egypte, à Coa, et lui amenaient des chevaux qu'ils y achetaient,

17. L'attelage de quatre chevaux à raison de six cents sicles d'argent, et un cheval de cent cinquante; et l'on en achetait ainsi de tous les rois des Héthéens et de ceux de Syrie.

Vers. 2. — Præcepit Salomon universo Israeli... Vers. 3. — Et abiit cum universa multitudine in excelsum Gabaon. Acta sunt hæc altero anno regni Salomonis, cùm regnum illius in universum Israelem firmatum est. Contulit se Gabaonem, comitantibus universo populo et principibus exercitûs, solemnes Domino hostias oblaturus in altari æneo, jussu Moysis et operâ Beseleelis per desertum erecto, Exod. 27, 1 et seq., et 31, 2.

Vers. 4. — Arcam Dei adduxerat de Cariathiarim, è domo Abinadabi, in edito loco Cariathiarim, vel in *Gabaa*, quæ vox sonat editum locum. Vide 2 Reg. 6, 3.

Vers. 5. — Quod requisivit Salomon. Venit ut hoc altare inviseret, vel quæsiturus ibi Dominum: venit oblaturus sacrificia Gabaone.

Vers. 6. — Ascendit Salomon ad altare æneum..... et obtulit in eo mille hostias. Reddi potest Hebræus; *Sacrificavit Salomon in holocaustum super altare æneum, ibique immolavit mille hostias*. Immolavit manibus sacerdotum, vel suis. Ita Septuag.: Καὶ ἤνεγκε Σαλωμὼν ἐκεῖ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον..., καὶ ἤνεγκεν ἐπ' αὐτῷ ὁλοκαύτωσιν χιλίαν. Ita et Syriacus, Pagninus, Junius, Vatablus, etc. Vide dicta in 1 Reg. 13, 12.

Vers. 7. — Ipsa nocte apparuit ei Deus. Nocte quæ proximè post sacrificium successit. In toto illo extatico somnio Salomon eas preces fudit, quas hìc legimus, orantemque Deus exaudiit, uti narratur inferiùs. Quâ de re nos mentem nostram aperuimus in 3 Reg. 3, 5. (1)

Vers. 13. — Venit Salomon in Jerusalem coram tabernaculo fœderis, et regnavit super Israel. Præstito obsequii tributo coram Domino in tabernaculo, quod Hierosolymis in ædibus Davidis erat. Reddi potest Hebræus:

(1) Vers. 9, 10. — *Vous m'avez établi roi sur votre peuple, dont la multitude est innombrable comme la poussière de la terre. Donnez-moi donc la sagesse et l'intelligence*, etc. Nous avons déjà remarqué, en expliquant le troisième chapitre du troisième livre des Rois, ce que les saints Pères et les interprètes ont dit sur la demande que Salomon fit à Dieu, de cette *sagesse* qui lui était nécessaire pour gouverner un si grand peuple, et sur la réponse que Dieu lui fit; c'est pourquoi nous ne le répétons point ici. Nous ajouterons seulement que Salomon commença bientôt à s'écarter de cette même sagesse qu'il avait reçue de Dieu, lorsqu'il *assembla*, comme il est marqué dans ce chapitre que nous expliquons, *un grand nombre de chariots de guerre, et beaucoup de cavalerie*. Car Dieu avait déclaré expressément, en parlant à Israël par la bouche de Moïse, que *lorsqu'il aurait choisi un de leurs frères pour l'établir roi sur son peuple, il n'amasserait point un grand nombre de chevaux*, de peur sans doute qu'il n'y mît trop sa confiance, et que son cœur ne s'en elevât au lieu de s'appuyer sur le bras du Dieu d'Israël. Ainsi Salomon viola manifestement ce précepte du Seigneur, qui semblait le regarder plus que tous les autres rois ses successeurs, puisque nul prince du peuple de Dieu ne songea jamais à amasser un plus grand nombre de chevaux que lui, comme on le verra dans les chapitres suivants. Ce péché, qui ne frappait pas les sens, comme celui du dérèglement où il s'abandonna ensuite, en fut néanmoins peut-être la première cause, puisque l'orgueil qui en était le principe, devait être considéré comme la tige malheureuse qui produisit à la fin de si grands désordres.

Nous ne devons pas cependant passer sous silence une vérité importante qui se trouve dans sa prière, et dont on n'a point parlé dans l'explication du livre des Rois. Il est bon de remarquer que Salomon ne demanda au Seigneur qu'il lui donnât la sagesse pour gouverner un si grand peuple, qu'après avoir reconnu en sa présence que c'était lui-même qui l'avait choisi et *établi roi sur ce peuple*, c'est-à-dire que la confiance avec laquelle il osa demander à Dieu qu'il lui accordât cette grâce, était fondée sur l'assurance qu'il avait que c'était Dieu même qui avait voulu qu'il fût chargé du gouvernement d'Israël. Qu'on ne s'y trompe donc point, et qu'on ne s'imagine pas qu'après qu'on s'est ingéré soi-même dans la conduite du peuple de Dieu, on a droit de lui demander, comme Salomon, les grâces dont on a besoin pour cette conduite des âmes. Or, qui sont ceux qui oseront dire, comme ce prince: C'est vous, Seigneur, qui avez voulu que je m'engageasse dans ce ministère si important? Donnez-moi donc ce que vous savez qui m'est nécessaire pour m'en acquitter d'une manière digne de vous. Je ne vous demande ni des *richesses*, ni de la *gloire*, ni *la vengeance de mes ennemis*, ni une *vie longue;* mais je vous demande la *sagesse*, non celle du siècle, mais celle qui est selon vous; une sagesse qui m'apprenne à me mépriser moi-même, à regarder comme une folie tout ce qui ne se rapporte point à la divine doctrine de votre Evangile, à votre gloire, à mon salut et à celui de toutes les âmes qui me sont confiées. Mais comment ceux de qui Dieu a dit par la bouche de son prophète, qu'ils courent d'eux-mêmes, sans qu'ils les ait envoyés: *Non mittebam prophetas, et ipsi currebant*, comment, dis-je, ces personnes pourraient-elles faire une semblable prière à Dieu, elles qui souvent n'ont envisagé que les *richesses* et que *la gloire* temporelle dans les emplois où leur propre choix plutôt que celui de Dieu les a placées? Prions donc, comme Jésus-Christ nous l'a ordonné, et ne nous lassons point de prier *le Seigneur et le maître de la moisson*, qu'il *envoie* lui même *des ouvriers* pour travailler *à la* divine *moisson* de son Eglise; ou, selon la force du mot grec, qu'il *les y pousse* et les y fasse aller, ce qui exprime encore mieux la sainte violence qu'on leur doit faire pour les engager dans un ministère si redoutable. (Sacy.)

Venit Salomon ex excelso, quod erat in Gabaon, rediit ex eo loco, ubi erat *tabernaculum fœderis, Hierosolymam.*

Vers. 14. — Facti sunt ei mille quadringenti currus, et duodecim millia equitum. Legimus 3 Reg. 4, 26, fuisse illi *quadraginta millia præsepia equorum currilium, et duodecim millia equestrium,* quâ de re lege ibi nostrum commentarium. Equos illos distribuit per urbes in eam rem destinatas : *In urbibus quadrigarum,* posuit in locis pascuosis, et facilè in finibus regni. In tribu Simeonis, Ægypto finitimâ, est urbs *Bethmarchaboth,* id est, domus curruum, Josue 19 5, et *Hasersusa,* commoratio equorum, quibus locis ab equis et curribus Salomonis nomen inditum videtur; etenim nemo regum Juda ante illum tanto equorum studio tenebatur.

Vers. 16. — Adducebantur ei equi de Ægypto, et de Coa. Vide dicta in 3 Reg. 10, 28.

CAPUT II.

1. Decrevit autem Salomon ædificare domum nomini Domini, et palatium sibi.

2. Et numeravit septuaginta millia virorum portantium humeris, et octoginta millia qui cæderent lapides in montibus, præpositosque eorum tria millia sexcentos.

3. Misit quoque ad Hiram regem Tyri, dicens : Sicut egisti cum David patre meo, et misisti ei ligna cedrina, ut ædificaret sibi domum, in quâ et habitavit :

4. Sic fac mecum, ut ædificem domum nomini Domini Dei mei, ut consecrem eam ad adolendum incensum coram illo, et fumiganda aromata, et ad propositionem panum sempiternam, et ad holocaustomata mane et vespere, sabbatis quoque et neomeniis, et solemnitatibus Domini Dei nostri in sempiternum, quæ mandata sunt Israeli.

5. Domus enim quam ædificare cupio, magna est : magnus est enim Deus noster super omnes deos.

6. Quis ergo poterit prævalere, ut ædificet ei dignam domum? si cœlum, et cœli cœlorum capere eum nequeunt, quantus ego sum, ut possim ædificare ei domum? sed ad hoc tantùm, ut adoleatur incensum coram illo.

7. Mitte ergo mihi virum eruditum, qui noverit operari in auro et argento, ære et ferro, purpurâ, coccino et hyacintho, et qui sciat sculpere cælaturas, cum his artificibus, quos mecum habeo in Judæâ et Jerusalem, quos præparavit David pater meus.

8. Sed et ligna cedrina mitte mihi, et arceuthina, et pinea de Libano : scio enim quòd servi tui noverint cædere ligna de Libano, et erunt servi mei cum servis tuis,

CHAPITRE II.

1. Or, Salomon resolut de bâtir un temple au nom du Seigneur, et un palais pour lui-même.

2. Il désigna soixante-dix mille hommes pour porter des fardeaux, et quatre-vingt mille pour tailler les pierres dans les montagnes, et trois mille six cents pour les commander.

3. Il envoya aussi vers Hiram, roi de Tyr, disant: Comme vous avez fait pour David mon père, en lui envoyant des bois de cèdre pour bâtir le palais où il a demeuré,

4. Faites de même avec moi, afin que je puisse bâtir un temple au nom du Seigneur mon Dieu, et le lui consacrer pour y brûler de l'encens en sa présence, y consumer des parfums, et y exposer toujours des pains devant lui, comme aussi pour offrir des holocaustes le matin et le soir, ainsi que les jours de sabbat, les premiers jours des mois et dans les autres solemnités du Seigneur notre Dieu à toujours, selon qu'il a été ordonné à Israël.

5. Car le temple que j'ai dessein de bâtir doit être grand, parce que notre Dieu est grand, au-dessus de tous les dieux.

6. Qui pourra donc se croire capable de lui bâtir une maison digne de lui? Si le ciel et les cieux des cieux ne peuvent le contenir, qui suis-je, moi, pour entreprendre de lui bâtir une maison? Mais aussi c'est seulement pour faire brûler de l'encens en sa présence.

7. Envoyez-moi donc un homme habile, qui sache travailler en or, en argent, en cuivre, en fer, en ouvrages de pourpre, d'écarlate et d'hyacinthe, et qui sache faire toutes sortes de ciselures, pour l'employer avec les ouvriers que j'ai auprès de moi, dans la Judée et à Jérusalem, et que David, mon père, avait choisis.

8. Envoyez-moi aussi des bois de cèdre, de sapin, et des pins du Liban; car je sais que vos sujets sont adroits à couper les arbres du Liban; et les miens travailleront avec les vôtres,

9. Ut parentur mihi ligna plurima : domus enim quam cupio ædificare, magna est nimis et inclyta.

10. Præterea operariis, qui cæsuri sunt ligna, servis tuis, dabo in cibaria tritici coros viginti millia, et hordei coros totidem, et vini viginti millia metretas, olei quoque sata viginti millia.

11. Dixit autem Hiram rex Tyri per litteras quas miserat Salomon : Quia dilexit Dominus populum suum, idcircò te regnare fecit super eum.

12. Et addidit, dicens : Benedictus Dominus Deus Israel, qui fecit cœlum et terram, qui dedit David regi filium sapientem, et eruditum, et sensatum, atque prudentem, ut ædificaret domum Domino et palatium sibi.

13. Misi ergo tibi virum prudentem et scientissimum Hiram patrem meum,

14. Filium mulieris de filiabus Dan, cujus pater fuit Tyrius, qui novit operari in auro et argento, ære, et ferro, et marmore, et lignis, in purpurâ quoque, et hyacintho, et bysso, et coccino; et qui scit cælare omnem sculpturam, et adinvenire prudenter quodcumque in opere necessarium est, cum artificibus tuis, et cum artificibus domini mei David patris tui.

15. Triticum ergo, et hordeum, et oleum, et vinum quæ pollicitus es, domine mi, mitte servis tuis.

16. Nos autem cædemus ligna de Libano, quot necessaria habueris, et applicabimus ea ratibus per mare in Joppe : tuum autem erit transferre ea in Jerusalem.

17. Numeravit igitur Salomon omnes viros proselytos, qui erant in terrâ Israel, post dinumerationem quam dinumeravit David pater ejus, et inventi sunt centum quinquaginta millia, et tria millia sexcenti.

18. Fecitque ex eis septuaginta millia qui humeris onera portarent, et octoginta millia qui lapides in montibus cæderent; tria autem millia et sexcentos præpositos operum populi.

9. Afin que l'on me prépare quantité de bois, parce que la maison que je désire bâtir doit être très-grande et magnifique.

10. Je donnerai pour la nourriture de vos gens qui couperont ces bois, vingt mille sacs de froment et autant d'orge, avec vingt mille barils de vin et vingt mille barriques d'huile.

11. Et Hiram, roi de Tyr, dit à Salomon dans une lettre qu'il lui envoya : Parce que le Seigneur a aimé son peuple, il vous a établi roi sur lui.

12. Et il ajouta : Que le Seigneur Dieu d'Israël, qui a fait le ciel et la terre, soit béni d'avoir donné au roi David un fils si sage, si habile, si plein d'esprit et de prudence, pour bâtir un temple au Seigneur et un palais pour lui.

13. Je vous envoie donc Hiram, mon père, homme habile et intelligent.

14. Sa mère était des filles de Dan, et son père fut Tyrien. Il sait travailler en or, en argent, en cuivre, en fer, en marbre, en bois, et même en pourpre, en hyacinthe, en fin lin et en écarlate ; il sait encore graver toutes sortes de figures, et ingénieusement inventer tout ce qui est nécessaire pour toutes sortes d'ouvrages. Il travaillera avec vos ouvriers et avec ceux de David mon seigneur, votre père.

15. Envoyez donc, mon seigneur, à vos serviteurs le blé, l'orge, l'huile et le vin que vous leur avez promis.

16. Nous couperons, dans le Liban, tout le bois dont vous aurez besoin, et nous le disposerons en radeaux pour le conduire par mer à Joppé; mais ce sera à vous de le transporter à Jérusalem.

17. Salomon fit le dénombrement de tous les prosélytes qui étaient dans la terre d'Israël, depuis le dénombrement qu'en avait fait David son père, et il s'en trouva cent cinquante-trois mille six cents.

18. Il en destina soixante-dix mille pour porter les fardeaux sur leurs épaules, et quatre-vingt mille pour tailler les pierres dans les montagnes, et trois mille six cents pour conduire les ouvrages.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Decrevit ædificare palatium sibi. Hebræus : *Dixit ad ædificandum domum regno suo.* Septuag. : Οἶκον τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ. Decrevit condere magnificas ædes pro tanto rege. Neque enim satis pro dignitate censuit esse ædes patris sui ; ædes, inquam, illas, quas incolere Davidem pudebat, adeò majores merito suo censuit, quamdiù arca Domini sub pellibus detinebatur, 2 Reg. 8, 2.

Vers. 2. — Qui cæderent lapides in montibus. Qui sectos è lapicidinis lapides pararent in usum ædificii. Scripturâ teste 3 Reg. 6, 7, *malleus et securis non sunt audita in domo, cùm ædificaretur :* quare dolari oportuit ligna et lapides in iisdem locis, unde eruebantur, antequàm in opus templi transferrentur.

Præpositos eorum tria millia sexcentos. Tria millia et trecenti leguntur in 3 Reg. 5, 16; reliqui illìc omissi hìc supplentur ; vel fortè hæc additio trecentorum, quæ hìc legitur, est præpositorum, qui tribus millibus trecentis præerant.

Vers. 6. — Sed ad hoc tantum, ut adoleatur incensum coram illo (1). Ne cogitare quidem audeo, ut dignum Domino templum erigam ; novi enim immensum esse et incomprehensibile Numen, ut nullâ re contineatur : illud meditor, ut erigam Numini ædem, ubi suffitus dari coram illo possint. Quàm demissa profectò, quàm modesta, quàm æqua sentiebat princeps religiosissimus! Templa quælibet, vel augustissima, Deo tamen sunt minora ; minùsque pro illo quàm pro nobis eriguntur.

Vers. 7. — Mitte mihi virum eruditum, qui noverit operari... in purpura, coccino et hyacintho (1). Voces originalis nonnihil discre-

(1) *Qui pourra donc présumer être capable de lui bâtir une maison digne de lui ? Si le ciel et les cieux des cieux ne peuvent le contenir, qui suis-je, moi, pour entreprendre de lui bâtir une maison? Mais c'est aussi seulement pour faire brûler de l'encens en sa présence.* On a dejà expliqué, dans le troisième livre des Rois, tout ce qui regarde cette union des ouvriers du roi Hiram avec ceux de Salomon, et ce nombre presque incroyable de personnes destinées pour travailler aux ouvrages différents du temple. Mais on ne peut se lasser de considérer et d'admirer en même temps cette humble disposition où Salomon se trouvait alors en entreprenant un si saint ouvrage, et où doivent être ceux dont il était la figure, c'est-à-dire tous les ouvriers apostoliques qui travaillent à bâtir le temple de Dieu dans les âmes des fidèles. *Templum Dei sanctum est, quod estis vos: Dei ædificatio estis.* Qui *pourra donc présumer,* dit ce grand prince, *être capable de bâtir une maison digne de Dieu?* C'est lui cependant de qui Dieu même avait dit, en parlant au roi son père : *Votre fils que je ferai seoir en votre place sur votre trône, sera celui qui bâtira une maison à* la gloire de *mon nom.* Mais dans la profonde admiration ou il était de la majesté infinie de Dieu, il ne laisse pas de s'écrier : *Qui peut entreprendre de lui bâtir une maison digne de lui?* C'est donc la première disposition nécessaire pour travailler à l'édifice du temple de Dieu, de s'en croire très-incapable et très-indigne, lors même qu'on a tout sujet de croire qu'il nous a choisis pour cela.

C'en est une encore de considérer avec une humble frayeur que celui qui *ne peut être contenu dans* toute la vaste étendue du *ciel et* des *cieux des cieux,* veut bien néanmoins habiter d'une manière toute singulière dans l'Eglise, comme dans son temple, et même dans le fond du cœur de chaque fidèle, comme dans une maison qui lui est propre. Car s'il y a en effet dans le monde un lieu qui soit digne de sa souveraine majesté, c'est ce cœur d'un vrai fidèle, purifié par le Saint-Esprit, et rendu par la charité capable de devenir la demeure de la sainte Trinité : *Si quis diligit me, sermonem meum servabit ; et pater meus diliget eum ; et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus.*

Enfin la troisième disposition nécessaire aux saints ouvriers évangéliques, est d'être très-convaincus, comme Salomon, que quelque bien appelés qu'ils soient à cet auguste ministere, ils ne peuvent faire autre chose par tous leurs travaux, que préparer au Seigneur une maison où l'on puisse continuellement *faire brûler de l'encens en sa présence,* c'est-à-dire, que tous leurs travaux doivent tendre non pas à leur propre gloire, mais uniquement à celle de Dieu. C'est donc pour rendre soi-même et pour faire rendre par tous les autres à la majesté du Dieu très-haut les hommages qui lui sont dus, qu'on doit s'appliquer à l'ouvrage figuré par l'édifice du temple de Salomon. Toute autre fin est indigne du Seigneur, et c'est travailler en vain que de travailler dans une autre vue à cet ouvrage. (Sacy.)

(1) *Envoyez-moi donc un homme habile, qui puisse travailler en or et en argent, en cuivre, en fer, en pourpre, en écarlate,* etc. Il faut que ceux qui sont destinés à travailler à l'édifice spirituel des temples vivants qui composent l'Église de Jésus-Christ, aient l'habileté de cet ouvrier dont parle ici Salomon. Il faut qu'ils puissent aussi bien que lui, quoique d'une manière sans comparaison plus excellente, *travailler sur l'or, sur l'argent, sur le fer, sur le cuivre,* etc., c'est-à-dire, se proportionner et se faire tout à tous, afin de les rendre, chacun selon leur portée, une partie du temple de Dieu ; car tous ne sont pas appelés à un état aussi relevé les uns que les autres. Chacun a son don, et chacun même est sujet à ses faiblesses. Mais il est besoin que l'ouvrier qui travaille au temple de Dieu, sache ménager les divers talents des fidèles, et porter les faibles comme les forts, pour les rendre dignes d'entrer chacun en son rang dans la structure admirable de ce temple auguste, et d'y occuper la place que Dieu lui a destinée, selon l'exemplaire tout divin qu'il en a donné lui-même à son Fils, lorsqu'il l'a rendu dans sa sainte humanité comme la

pant (1) ab iis quæ nos explicavimus in Exodo. *Argevan*, purpura, idem est ac *argeman*, quod legitur in Moyse ; sed hoc Hebræum est, illud Syriacum, Chaldæum, Arabicum, Persicum. Significat autem purpuram pretiosissimam et nitidissimam, sanguine conchylii imbutam. *Carmil*, quod Septuaginta et Vulgata reddunt *coccum*, vel *coccinum*, est, auctore Bocharto de Animal. sacr. part. 2, l. 5, c. 9, purpuræ genus, circa montem Carmelum nascens. Porrò eâ voce innui purpuram constat, cùm in Canticis (2) jungatur cum *argeman*, instar synonymi. Denique *techeleth* reddi solet hyacinthus, vel cæruleus color, qui pariter inter purpureos accensetur; nam, teste Vitruvio l. 7, c. 13, in variis locis, ex cœli varietate nascens purpura, varia est. Pulcherrimam exhibet marinum quoddam conchylium, quod piscatu capitur, præsertim ad oras Phœniciæ, à Tyro ad usque Carmelum. *Ea conchylia cùm sunt lecta, ferramentis circa scinduntur, è quibus plagis purpurea sanies, uti lacryma profluens, excussa in mortariis. Quod legitur Ponto et Galliâ, est atrum; progredientibus inter septentrionem et occidentem invenitur lividum; quod autem legitur ad æquinoxialem orientem et occidentem, invenitur violaceo colore; quod verò meridianis regionibus excipitur, rubrâ procreatur potestate, et ideò hoc rubrum creatur in regionibus quæ proximæ sunt solis cursui.* Aliud erat purpuræ genus, ex herbarum succo, quod tamen minoris æstimabatur (3). Animadversum est à nobis 1 Paral. 15, 27, et versu 14 hujus capitis, genuinam byssum à Salomone in velamina templi impensam fuisse, minimè tamen à Moyse in tabernaculo; neque enim ejus ætate adhuc obtinebat.

Vers. 8. — Ligna cedrina, et arceuthina, et pinea. Hebræus : *Ligna cedrina, abiegna, et algumim è Libano.* Quid sint ligna *algumim*, jam expensum est, 3 Reg. 10, 11. De junipero, sive *arceutho*, constat utique ex testimonio veterum (vide Nebriss. hìc) ejus usum fuisse in templis; quod tamen dictum accipe non de junipero arbusculâ, vel sylvestri, qualis in nostris provinciis nascitur, sed de domesticâ, cujus est arbor procera, cedro persimilis. Utuntur Hebræi peculiari voce רתם *rotem*, quâ exprimant juniperum, planè diversâ ab eâ quæ hìc legitur in Scripturâ; quare hìc reddendum credimus *abiegna*, uti est pariter in 3 Reg. 5, 11.

Vers. 10. — Tritici coros viginti millia. Hebræus : *Triticorum percussorum coros viginti millia :* tritici excussi, moliti, fracti. Capiebat corus ducentas et octo ac nonaginta pintas, cum hemipintâ, semisextario, et ampliùs aliquantò.

Hordei coros totidem. De hordeo nihil in 3 Reg. 5, 11.

Vini viginti millia metretas. Hebræus : *Viginti millia bathos vini.* Bathus aut epha continebat viginti novem pintas, cum hemipintâ, semisextario, octavâ pintæ parte, et ampliùs aliquantò. Nihil de vino in Regibus.

Olei sata viginti millia. Hebræus : *Viginti millia bathos olei.* Quid sit bathus, jam diximus : satum tertia pars erat bathi. In 3 Reg. 5, 11, non leguntur nisi *viginti cori olei;* quâ de re vide nostrum Commentarium.

Vers. 13. — Misi tibi Hiram patrem meum, חורם אבי, peritissimum opificem meum, opificum meorum principem, quem plurimi facio. Porrò nomen *patris* illi conciliat sive ætas, sive scientia, sive peritia, sive æstimatio Hirami, uti apud nos magistri titulo insigniuntur opifices periti, qui artis suæ specimen exhibuerunt. *Patrem suum* appellat hunc Salomon inferiùs 4, 16 : *Omnia vasa fecit Salomoni Hiram pater ejus.* Septuaginta editionis Romanæ vertunt hìc cum Hebræo et Vulgatâ : Χιρὰμ τὸν πατέρα μου, *Hiram patrem meum*. Sed in aliis editionibus legitur : Χειρὰμ τὸν παῖδα μου, *Hiram servum meum.* Recentiores quidam interpretes vertunt Hebræum : *Mitto tibi Hiram* servum *patris mei;* vel : *Mitto tibi Hiram Abi,* quasi *Abi* (vel *Abiu*) illius esset cognomen. Ita Pagninus, Junius, Tremellius, Mariana, Vatablus, Piscator.

Vers. 14. — Filium mulieris de filiabus Dan, cujus pater fuit Tyrius. Matrem ejus viduam fuisse, et ex tribu Nephthali, discimus ex 3 Reg. 7, 4, quâ de re vide ibi nostrum Commentarium. Reddi potest Hebræus : *Misi tibi Hiram Abi, filium mulieris ex filiabus Dan, et hic Abi (vel Abiu) est Tyrius.*

pierre angulaire de cette sainte maison, ou comme le chef adorable du corps mystique de son Eglise. Car cet exemplaire fut sans doute figuré par celui du temple de Salomon, que Dieu même, selon l'Ecriture, donna à David. Mais qui est capable, s'écrie saint Paul, d'un ministère si difficile ? *Et ad hæc quis tam idoneus?* Ce qu'il disait pour marquer que le nombre de ces dignes ouvriers est beaucoup plus rare qu'on ne peut croire. (Sacy.)

(1) באדגין וכרמיל ותכלה. Septuag.: Καὶ ἐν τῇ πορφύρᾳ, καὶ ἐν τῷ κοκκίνῳ, καὶ ἐν τῇ ὑακίνθῳ.

(2) Cantic. 7, 5: *Caput tuum ut Carmelus, et comæ capitis tui, sicut purpura regis.*

(3) Plin. lib. 22, cap 2 : « Transalpina Gallia « herbis Tyrium atque conchylium tingit. »

Bysso. Sermo hìc non est de carbaso Ægyptiâ, quæ interdùm *byssus* appellatur, sed de serico quodam piscis testacei, de quo egimus libro superiore 15, 27.

Domini mei David patris tui. Dicta sunt hæc solius officii causâ, quemadmodùm et ea quæ legimus versiculo sequenti : *Quæ pollicitus es, domine mi, mitte servis tuis*, subditis meis. Alibi verò Hiram Salomonem fratrem suum appellat : *Hæccine sunt civitates quas dedisti mihi, frater?* 3 Reg. 9, 13.

Vers. 16. — Applicabimus ea ratibus per mare in Joppe. Hebræus : *Afferemus ea tibi Rapsodoth super mare Joppe*. Hæc vox *Rapsodoth* derivatur facilè ex Græco *rhapsodia* (1), quod est carminum, vel poeticarum lucubrationum collectio ; cujusmodi nomen retulit poema Homericum, quod primò coaluit ex variis poematibus, quæ seorsùm canebantur, quæque deinde collecta sunt in unum corpus Iliadis et Odysseæ. Septuaginta optimè verterunt *rates* (2), quæ contignatio sunt quædam lignorum simul junctorum, ut commodiùs agantur aquâ. Si vox hæc *Rapsodoth* legebatur in epistolis originalibus Hirami ad Salomonem, colligendum est utique, satis citò vocabula Græca in Hebraicum sermonem migrare cœpisse. Multò tamen credibilius est, Esdram voce ætatis suæ notissimâ expressisse rem quæ aliter ferebatur in originali. Homeri Rhapsodiæ nondùm erant Salomonis ætate, et aliàs vox in libris Regum legitur (3). Portus Joppes per ea tempora celebris, nomen suum longâ etiam ætate obtinuit, uti constat ex historiâ Jonæ, et recentiorum Itinerariorum testimonio. Sed periculosus est et incommodus; affirmatque Josephus, optimum portum ad Joppen constitui non posse, quòd scopulosæ ejus oræ planè arduum reddant accessum. Joseph. l. 3 de Bello, c. 15.

(1) Ῥαπσῳδία. Vide Plut. in Lycurgo, et Diog. Laert. in Solone, et Ælian. Var. Hist. lib. 13, c. 14, et Marsham. ad secul. XV Canon Ægypt.

(2) Ἄξομεν αὐτὰ σχεδίαις ἐπὶ θάλασσαν Ἰόππης.

(3) 3 Reg. 5, 9 : ואני אשומם דברות בים : *Ego ponam ea trabes in mari.*

Vers. 17. — Numeravit omnes proselytos, qui erant in terra Israel, post dinumerationem, quam dinumeravit David. Prior census proselytorum, vel advenarum, quos ad opera templi destinaverat David, facilè institutus est sub initium regni Salomonis (1), cùm David Salomoni credidit quidquid in usum sacri ædificii ipse collegerat. Census verò alter, de quo hìc, aliquot annis posterior est, cùm Salomon manum operi admovit. Ingens proselytorum numerus, in Israele tunc inventorum, è *proselytis domicilii* erat, ex interpretum sententiâ, qui proselyti nondùm planè Mosaicam legem profitebantur, sed numinum superstitionem abdicaverant. Aiunt Rabbini, sub Davide et Salomone neminem advenarum ad Judaica sacra admissum fuisse, ne ambitione potiùs, timore, vel cupiditate, quàm amore religionis impellerentur (2). Deliria. Persuasissimum tenemus, proselytos hosce reliquias fuisse Chananæorum, qui fortè in regione superfuerunt. Vide 1 Par. 22, 2.

Vers. 18. — Tria millia et sexcentos præpositos operum populi. Vulgatæ cohæret Hebræus : *Præpositos operum populi*, id est, Chananæorum, vel advenarum; ejusmodi enim operibus Israelitæ non addicebantur (3). In 3 Reg. 5, 16, non leguntur nisi tria millia trecenti.

(1) Vide 1 Par. 22, 2 : *Præcepit ut congregarentur omnes proselyti de terrâ Israel*, etc.

(2) Vide, si lubet, Selden. de Synedr. l. 3, c. 2, a. 5.

(3) 2 Par. 8, 9 : *Porrò de filiis Israel non posuit ut servirent operibus regis.* Ita et 3 Reg. 9, 22.

CAPUT III.

1. Et cœpit Salomon ædificare domum Domini in Jerusalem in monte Moria, qui demonstratus fuerat David patri ejus, in loco quem paraverat David in areâ Ornan Jebusæi.

2. Cœpit autem ædificare mense secundo, anno quarto regni sui.

3. Et hæc sunt fundamenta, quæ jecit Salomon, ut ædificaret domum Dei; longitudinis cubitos in mensurâ primâ sexaginta, latitudinis cubitos viginti.

4. Porticum verò ante frontem, quæ tendebatur in longum juxta mensuram

CHAPITRE III.

1. Salomon commença donc à bâtir le temple du Seigneur, à Jérusalem, sur la montagne de Moria, qui avait été montrée à David, son père, et au lieu même que David avait disposé dans l'aire d'Ornan le Jébuséen.

2. Or, il commença à bâtir le second mois de la quatrième année de son règne.

3. Et voici le plan que suivit Salomon pour construire la maison du Seigneur : La longueur était de soixante coudées, suivant la première mesure, la largeur de vingt coudées.

4. Le vestibule qui était devant, dont la longueur répondait à la largeur du temple,

latitudinis domûs, cubitorum viginti; porrò altitudo centum viginti cubitorum erat: et deauravit eam intrinsecùs auro mundissimo.

5. Domum quoque majorem texit tabulis ligneis abiegnis, et laminas auri obrizi affixit per totum: sculpsitque in eâ palmas, et quasi catenulas se invicem complectentes.

6. Stravit quoque pavimentum templi pretiosissimo marmore, decore multo.

7. Porrò aurum erat probatissimum, de cujus laminis texit domum, et trabes ejus, et postes, et parietes, et ostia: et cælavit cherubim in parietibus.

8. Fecit quoque domum Sancti sanctorum: longitudinem juxta latitudinem domûs, cubitorum viginti, et latitudinem similiter viginti cubitorum; et laminis aureis texit eam, quasi talentis sexcentis.

9. Sed et clavos fecit aureos, ita ut singuli clavi siclos quinquagenos appenderent: cœnacula quoque texit auro.

10. Fecit etiam in domo Sancti sanctorum cherubim duos, opere statuario, et texit eos auro.

11. Alæ cherubim viginti cubitis extendebantur, ita ut una ala haberet cubitos quinque, et tangeret parietem domûs: et altera quinque cubitos habens, alam tangeret alterius cherub.

12. Similiter cherub alterius ala quinque habebat cubitos, et tangebat parietem: et ala ejus altera quinque cubitorum, alam cherub alterius contingebat.

13. Igitur alæ utriusque cherubim expansæ erant, et extendebantur per cubitos viginti: ipsi autem stabant erectis pedibus, et facies eorum erant versæ ad exteriorem domum.

14. Fecit quoque velum ex hyacintho, purpurâ, cocco et bysso: et intexuit ei cherubim.

15. Ante fores etiam templi duas columnas, quæ triginta et quinque cubitos habebant altitudinis; porrò capita earum, quinque cubitorum.

16. Necnon et quasi catenulas in oraculo, et superposuit eas capitibus colum-

était aussi de vingt coudées: mais sa hauteur était de cent vingt, et Salomon le fit tout dorer par dedans d'un or très-pur.

5. Il fit aussi planchéier la partie la plus grande du temple, de bois de sapin, et fit appliquer sur tout ce plancher des lames d'or le plus pur; et il y fit graver des palmes, et comme de petites chaînes qui étaient enlacées les unes dans les autres.

6. Et il fit le pavé du temple d'un marbre très-précieux, d'une grande beauté.

7. L'or des lames dont il fit couvrir le lambris de cet édifice, les poutres, les pilastres, les murailles et les portes, était très-fin; et il fit aussi ciseler des chérubins sur les murailles.

8. Il fit encore la maison du Saint des saints; sa longueur, qui répondait à la largeur du temple, était de vingt coudées; sa largeur avait pareillement vingt coudées: il le couvrit tout de lames d'or, qui pouvaient monter à six cents talents.

9. Il fit aussi d'or les clous, dont chacun pesait cinquante sicles. Les chambres des étages d'en haut étaient aussi revêtues d'or.

10. Il fit encore faire, dans la maison du Saint des saints, deux statues de chérubins *de bois d'olivier,* qu'il couvrit d'or.

11. Les ailes des chérubins avaient vingt coudées d'étendue; de sorte qu'une des ailes avait cinq coudées, et touchait la muraille du temple, et que l'autre, qui avait encore cinq coudées, touchait l'aile du second chérubin.

12. De même une des ailes de ce second chérubin, de cinq coudées d'étendue, touchait la muraille; et son autre aile, qui était aussi de cinq coudées, touchait l'aile du premier.

13. Les ailes de ces deux chérubins étaient donc déployées, et avaient vingt coudées d'étendue; et ces chérubins étaient représentés droits sur leurs pieds, et leurs faces tournées vers le temple extérieur.

14. Il fit aussi un voile d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate et de fin lin, sur lequel il fit représenter des chérubins.

15. Il fit de plus, devant la porte du temple deux colonnes de trente-cinq coudées de haut; et leur chapiteau était de cinq coudées.

16. Il fit aussi des chaînes comme il y en avait dans le sanctuaire; et il les mit sur les

narum ; malogranata etiam centum, quæ catenulis interposuit.

17. Ipsas quoque columnas posuit in vestibulo templi, unam à dextris, et alteram à sinistris : eam quæ à dextris erat, vocavit Joachin ; et quæ ad lævam, Booz.

chapiteaux des colonnes, et cent grenades qui étaient entrelacées dans ces chaînes.

17. Il fit mettre ces colonnes dans le vestibule du temple, l'une à droite, l'autre à gauche ; il appela celle qui était du côté droit, Joachin, et celle qui était du côté gauche, Booz.

COMMENTARIUM.

Vers. 1 — Coepit Salomon ædificare domum Domini in monte Moria, qui demonstratus fuerat David... in area Ornan. Vetustissimâ traditione (1) acceptum est, montem Moria, cui templum insidebat, ipsum esse *montem visionis,* quò Abraham filium suum Isaacum immolandum Domino duxit (2). *Moria* Hebraicè est *visio*. Designaverat locum hunc David, cùm ibi consistentem angelum Domini vidit, ac sacrificium igne cœli absumptum obtulit, lib. 1 Paral., capitibus 21 et 22.

Vers. 2. — Coepit ædificare mense secundo, anno quarto. Hebræus : *Secundâ die secundi mensis anni quarti.* Ita Pagninus, Jun., Tremell., Mariana, Castal., Piscator.

Vers. 3. — Longitudinis cubitos in mensura prima sexaginta, id est, ad mensuram veteris cubiti, ætate Moysis et Salomonis, ut oppositi novo cubito et Babylonico, uno palmo minori quàm vetus. Porrò revocandum est in mentem, libros hosce scriptos esse ab auctore post captivitatem solutam ; scriptos autem genti mensuris Babylonicis jamdiù assuetæ. Monuit igitur, sermonem habere se de primo seu veteri cubito : quam etiam cautionem adhibuit Ezechiel in descriptione templi ; admonet enim capitibus 40 et 43, uti se cubito palmo majori quàm Babylonicus. Cubito huic damus pollices viginti cum 44/39.

Vers. 4 — Altitudo centum viginti cubitorum erat. In fronte templi procera veluti quædam turris surgebat, cujus erat latitudo viginti cubitorum, longitudo decem, altitudo centum et viginti, 3 Reg. 6, 3. Criticorum quidam malunt pro *centum viginti cubitorum*, legendum esse *decem cubitorum*, ut hic locus cum libris Regum congruat. De hâc turri centum viginti cubitorum hìc unicè legitur. Sedes unius vel duarum litterarum turbata reddere potuit (3) :

(1) Vide Aug. l. 16 de Civit, c. 32 : « Hieronymus presbyter scripsit, se certissimè à senioribus Judæorum cognovisse quòd ibi immolatus sit Isaac. »

(2) Genes. 22, 2 : *Vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum super unum montium, quem monstravero tibi.* Et v. 14 : *Appellavit nomen loci illius, Dominus videt.*

(3) מאה עשרים, centum viginti cubiti ; אמה

Centum viginti cubitos, pro, *decem,* seu *viginti cubitis.* Longitudinem solummodò porticûs viginti cubitorum exprimit hìc Syriacus, altitudinem silet. Arabs nonnisi viginti cubitos altitudinis, totidemque longitudinis exprimit, cui et congruunt Septuaginta in nonnullis codicibus. Sed Josephus Hebræum et Vulgatam sequitur.

Vers. 5. — Domum majorem texit tabulis ligneis abiegnis. Major hæc templi pars duplici modo accipitur ; vel ut opposita porticui, quo sensu Sanctum et Sanctuarium complectitur, omnia denique templi interiora ; vel uti opposita alteri minimæ parti templi, quo sensu nonnisi Sancto congruet, quod Sanctuario amplius erat. Postremæ huic interpretationi favere potest versiculus 8, ubi descriptionem suam exorditur auctor à Sanctuario, quasi nihil de illo hucusque retulerit. Reddi potest Hebræus : *Texit majorem hanc domum,* ingens hoc templum, *lignis abiegnis;* vertendum tamen videtur : *Vestivit totum templum lignis abiegnis,* ut cohæreant hæc cum iis quæ leguntur in libris Regum (1). Verbum originale ad litteram sonat tantùm *celare, tegere,* quod planè congruit cum illo : *Induere tabulis.* Legitur vers. seq., templi pavimentum stratum fuisse *pretiosissimo marmore.* Id tamen non prohibet quin hoc marmor opertum fuisse credatur asseribus ligneis, qui deinde aureis laminis obducti fuerint. Vide 3 Reg. 6, 15.

Laminas auri obrizi affixit per totum. Hæbræus (2) : *Et aurum, aurum Parvaim.* Parvaim idem esse arbitramur ac Sepharvaim, de quo 4 Reg. 17, 24, 31, et 18, 34, et 19, 13. Sepharvaim verò urbs fuisse videtur metropolis regionis ejusdem nominis, cui rex suus imperaverit : *Ubi est rex civitatis Sepharvaim?* Porrò hæc urbs et regio constituendæ sunt propè Armeniam et Mediam, venerantque in partem victoriæ ex Medis à regibus Assyriorum relatæ. Docti quidam interpretes, nempe Grotius hìc et

עשר, decem cubiti, vel אמה עשרים, viginti cubiti.

(1) 3 Reg. 6, 15 : *Texit pavimentum domûs tabulis abiegnis.*

(2) ויהזהב זהב פרוים. Septuaginta : Κατεχρύσωσε χρυσίῳ καθαρῷ.

Junius (vide et Plin. l. 6, c. 28), arbitrati sunt, Sepharvaim miscendam esse cum Sipharasur, Euphrate, vel Pharbatia in Susianâ, quæ facilè ipsa est Barbatia Plinii, in ditione regum Characenorum. Suspicatur Bochartus Phaleg. l. 2, c. 27, et Chanaan. l. 1, c. 46, hìc innui Taprobanam insulam, quam hodiè appellatam credit *Zeilan*. Derivat ille nomen Taprobanæ ex Hebræo *taph* et *Parvan*, quod significare potest oram *Parvan*. Alii, ex quibus Osiander, quæsivêre *Parvaim* in Peruviâ. Sed horum opinio malè adeò est asserta, ut fautoribus careat. Aurum *Parvaim* ipsissimum est aurum *Ophir*, idemque cum auro Phaz et Uphaz; quod fecit, ut affirmaremus in Genesi, regionem Ophir non abesse à Phaside, adeòque neque à Pharvaim, vel Sepharvaim. Apud Trogum lib. 12, est urbs Parimæ ad Caucasum; in Strabone, lib. 11, Sarapana in Colchide; additque idem scriptor, Phasidem navigii patientem esse usque ad Sarapana, quæ arx est, vel urbs, vel tutum quoddam perfugium. Scitum est inter omnes, fluvium Phasidem et Colchidem regionem ditissima olim fuisse auro, quod optimum erat ejus ætatis. Inter Colchidem et Mediam Herodotus, l. 1, c. 103, constituit Saspires, eosdem facilè cum Sarapanis Strabonis. (1)

Vers. 9. — Sed clavos fecit aureos, ita ut singuli clavi siclos quinquagenos appenderent. Pondus est pro vulgaribus clavis planè excedens. Sicli quinquaginta, pondere dimidiæ unciæ in singulos, reddunt uncias quinque et viginti, vel libram unam, additis unciis novem. Hebræus ad litteram: *Pondus clavorum quinquaginta siclorum auri*. Hoc auro clavi aurei confecti sunt. Syriacus et Arabs nihil habent de clavis, seu de pondere. Censet Mariana, pondus sicli erogatum fuisse in singulos clavos: sed quis credat, quinquaginta clavos tantummodò adhibitos fuisse, quibus affigerentur laminæ aureæ, quæ Sanctum et Sanctuarium undique vestiebant?

Cœnacula quoque texit auro. Nonnisi cœnacula templo adhærentia auro induta fuisse videntur; quin nec satis id rei necessitas exposcebat. Si enim templi propinquitas ornamenta hæc exigebat, cur his prima et secunda contignatio ad duo templi latera caruerunt? Imò, si hæc conclavia tantummodò in usum sacerdotum, vel horreorum et thesaurorum erant, cur hæc potiùs auro obduci debuerunt, quàm cætera conclavia iisdem usibus destinata? Vertendum igitur malo: *Texit auro laquearia*, vel tabulata superiora; superiora perinde ac inferiora, et latera Sancti et Sanctuarii auro nitebant. Ita credidit Josephus, Antiq. lib. 8, cap. 2: Τὴν δ' ἀπὸ τὰς δοκοὺς στέγην τῆς αὐτῆς ὕλης ἐβάλλετο πᾶσαν ἐξεσμένην εἰς φατνώματα καὶ προσκόλλησιν χρυσοῦ. Apud Syrum et Arabem nihil de hisce cœnaculis superioribus, auro indutis.

Vers 10. — Cherubim opere statuario (1). Hebræus: *Cherubim duos, opere puerorum*, sive formâ puerorum. Ita Munst., Mont., Pagn., Osiand., Castal. Septuaginta: *Cherubim duo, opus ex lignis*. Syrus et Arabs: *Duos Cherubim opere firmo et stabili*. Recentiores quidam, Mariana, Buxtorf. in Lexico: Opere ceu gradientium, et paratorum ad gradiendum. Simulacra hæc recta stabant, et gestu jamjam gradientis, expedita erant undique, et stantia in medio Sanctuarii. Denique Chaldæus: *Opere lilii*. Clericus: *Opere sculptili*.

Vers. 11. — Alæ Cherubim viginti cubitis extendebantur. Alarum, unà cum corporis crassitie, mensura erat cubitorum viginti. Singuli occupabant latitudinis cubitos decem, porrectasque habebant alas alter ad alterum; ambo verò totam Sanctuarii latitudinem viginti cubitorum occupabant.

(1) Vers. 7. — Porro aurum erat probatissimum. Hebr., *erat aurum Parvaim*, scilicet effossum ex loco dicto *Ophir*, et per aphæresim *Parvaim*, vel, ut Septuag. vertunt: *Aurum ex Pharvaim*. Sic et Pagnin., Vatabl., Arias, Marinus, et alii, qui putant *Parvaim* esse *Peru*. Videtur enim utrobique esse eadem vox eædemque litteræ. Dici verò *Parvaim* in duali, quia regio *Peru* est duplex, major scilicet et minor. Verùm nomen *Peru* tunc erat incognitum, et etiamnum indigenis *Peru* est ignotum. Inditum est enim isti regioni nuper ab Hispanis, à flumine vicino quodam ita dicto, uti testatur Josephus Acosta, qui in *Peru* vixit quindecim annis, lib. 1 de novo Orbe, cap. 14.

Marinus in Lexico scribit nonnullos *Parvaim* deducere à, *par*, id est, *juvencus*, eò quòd aurum *Parvaim* rubeat ut sanguis juvenci.

Meliùs dicas *Ophir* et *Parvaim* esse in Indiâ Orientali, esseque Sumatram, Taprobanam, Pegu, et alias ibidem auriferas regiones, quæ à Salomone et Hebræis nuncupatæ sint *Ophir* et *Parvaim*, à rad. פרה *Para*, id est, *fructificavit*, eò quòd summè sint frugiferæ et auriferacissimæ. Hæ voces quoque alludunt ad *epher*, id est, *cinis*, eò quòd massæ terreæ, è quibus liquatur aurum, habeant colorem cinereum; sicut rubrica, è quâ liquatur ferrum, habet colorem terræ rubræ. Alludit quoque ad *pear*, id est, *decus*, splendor, q. d., sub *epher*, id est, *cinere*, latet *Pear*, id est, *aurum decorum*, fulgidum et splendidum. (Corn. à Lap.)

(9) In oraculo, id est, sicut in oraculo. Erant enim hæc catenulæ in columnis, similes catenulis oraculi, sive Sancti sanctorum.

VERS. 13. — FACIES EORUM VERSÆ AD EXTERIOREM DOMUM ; id est, ad Sanctum et atrium, ubi erat altare holocaustorum. Hebræus : *Facies eorum ad domum,* vel conversæ *interiùs,* ac se invicem respicientes, uti Cherubim in arcâ positi, Exod. 25, 20.

VERS. 14. — FECIT VELUM EX HYACINTHO, etc. Velum hoc siletur in tertio Regum, ubi templum Salomonis describitur ; certissimè tamen constat, illud non defuisse præ foribus Sanctuarii et Sancti. Secundi velaminis, nempe Sanctuarii, meminit Apostolus, Hebr. 9, 3 : *Post velamentum secundum, tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum.* Alterum igitur erat velamen primum, oppansum ante Sanctum, uti non obscurè Josephus Antiq. lib. 8, c. 2. Idem observatur in templo post captivitatem restituto. In libris Machabæorum (1) sermo est de templi velaminibus plurali numero. Denique multorum tum veterum (2), tum recentiorum sententia docet, duo fuisse templi velamina, quanquàm et fores erant quæ claudebantur, uti pluribus è locis discimus. Velum templi denique *à summo usque deorsùm* scissum est obeunte Christo. Sed ambigitur, utrùm ad velamen Sancti vel Sanctuarii hæc referenda sint, id quod examinabimus Matth. 27, 51.

INTEXUIT EI CHERUBIM ; miras nempe imagines, et ænigmaticas, quibus simile nihil in rerum naturâ.

VERS. 15. — DUAS COLUMNAS, QUÆ TRIGINTA ET QUINQUE CUBITOS HABEBANT ALTITUDINIS. Singulis hisce columnis nonnisi duodeviginti cubitorum altitudo in libris Regum tribuitur : facilè autem cubiti duodeviginti positi sunt pro decem et septem, ac dimidio. Ambæ simul columnæ implebant cubitos quinque et triginta ; quibus si addas cubitum epistylii, habebis mensuram cubitorum sex et triginta. Vide dicta ibi in Commentario.

VERS. 16. — NECNON ET QUASI CATENULAS IN ORACULO. Narratum est supra, v. 5, Salomonis jussu ornatum esse ambitum Sancti et Sanctuarii sculpturis palmarum et catenularum plexu. Tria ornamenta epistyliis columnarum adjecit. Porrò ornamenta hæc fusè explicantur in 3 Reg. 7, 15 ; sed nihil ibi de catenulis Sanctuarii. Illarum usum definit Josephus ad colligandos asseres cedrinos, quibus parietes Sancti et Sanctuarii undique vestiebantur.

(1) 1 Machab. 4, 51 : *Posuerunt super mensam panes, et appenderunt vela.* Vide et Joseph. Antiq. lib 12, c. 10.

(2) Origen. Homil. 35 in Matt. ; D. Th. in Matt. c. 27 ; Carthus., Hugo, alii apud Barrad. tom. 2, l. 3, c. 23.

CAPUT IV.

1. Fecit quoque altare æneum viginti cubitorum longitudinis, et viginti cubitorum latitudinis, et decem cubitorum altitudinis,

2. Mare etiam fusile decem cubitis à labio usque ad labium, rotundum per circuitum ; quinque cubitos habebat altitudinis, et funiculus triginta cubitorum ambiebat gyrum ejus.

3. Similitudo quoque boum erat subter illud, et decem cubitis quædam extrinsecùs cælaturæ, quasi duobus versibus alvum maris circuibant : boves autem erant fusiles.

4. Et ipsum mare super duodecim boves impositum erat, quorum tres respiciebant ad aquilonem, et alii tres ad occidentem ; porrò tres alii meridiem, et tres qui reliqui erant, orientem, habentes mare superpositum : posteriora autem boum erant intrinsecùs sub mari.

5. Porrò vastitas ejus habebat mensuram palmi, et labium illius erat quasi la-

CHAPITRE IV.

1. Salomon fit aussi un autel d'airain de vingt coudées de long, de vingt de large, et de dix de haut ;

2. Et une mer de fonte, qui avait dix coudées d'un bord à l'autre, et qui était toute ronde ; elle avait cinq coudées de haut ; et un cordon de trente coudées entourait sa circonférence.

3. Au-dessous de cette mer, il y avait des figures de bœufs ; et elle était environnée au dehors de deux rangs de sculptures, dix dans l'espace de chaque coudée. Or, ces bœufs avaient été jetés en fonte.

4. Cette mer était posée sur douze bœufs, dont trois regardaient le septentrion, trois l'occident, trois le midi, et les trois autres l'orient, tous portant cette mer ; et le derrière du corps de ces bœufs était caché sous cette mer.

5. L'épaisseur de ce vaisseau était d'une palme, et son bord était comme celui d'une

bium calicis, vel repandi lilii : capiebatque tria millia metretas.

6. Fecit quoque conchas decem; et posuit quinque à dextris, et quinque à sinistris, ut lavarent in eis omnia quæ in holocaustum oblaturi erant; porrò in mari sacerdotes lavabantur.

7. Fecit autem et candelabra aurea decem, secundùm speciem quâ jussa erant fieri; et posuit ea in templo, quinque à dextris, et quinque à sinistris.

8. Necnon et mensas decem; et posuit eas in templo, quinque à dextris, et quinque à sinistris : philas quoque aureas centum.

9. Fecit etiam atrium sacerdotum, et basilicam grandem; et ostia in basilicâ, quæ texit ære.

10. Porrò mare posuit in latere dextro contra orientem ad meridiem.

11. Fecit autem Hiram lebetes, et creagras, et phialas; et complevit omne opus regis in domo Dei :

12. Hoc est, columnas duas, et epistylia, et capita, et quasi quædam retiacula, quæ capita tegerent super epistylia;

13. Malogranata quoque quadringenta, et retiacula duo, ita ut bini ordines malogranatorum singulis retiaculis jungerentur, quæ protegerent epistylia, et capita columnarum.

14. Bases etiam fecit, et conchas, quas superposuit basibus :

15. Mare unum, boves quoque duodecim sub mari,

16. Et lebetes et creagras, et phialas. Omnia vasa fecit Salomoni Hiram pater ejus in domo Domini ex ære mundissimo.

17. In regione Jordanis fudit ea rex in argillosâ terrâ, inter Socoth et Saredatha.

18. Erat autem multitudo vasorum innumerabilis, ita ut ignoraretur pondus æris.

19. Fecitque Salomon omnia vasa domûs Dei, et altare aureum, et mensas, et super eas panes propositionis.

20. Candelabra quoque cum lucernis suis, ut lucerent ante oraculum juxta ritum, ex auro purissimo :

coupe, ou comme la feuille d'un lis ouvert; et il contenait trois mille mesures.

6. Il fit aussi dix bassins ; et il en mit cinq à droite et cinq à gauche, pour y laver tout ce qui devait être offert en holocauste ; mais les prêtres se lavaient dans cette mer.

7. Il fit encore dix chandeliers d'or, selon la forme en laquelle il avait été ordonné qu'on les fît, et il les mit dans le temple, cinq d'un côté et cinq de l'autre.

8. Il fit aussi dix tables, et les mit dans le temple, cinq à droite et cinq à gauche; et cent fioles d'or.

9. Il fit aussi le parvis des prêtres, et une grande basilique, où il y avait des portes qui étaient couvertes d'airain.

10. Il mit la mer au côté droit du temple, vis-à-vis l'orient, vers le midi.

11. Hiram fit aussi des chaudières, des fourchettes et des fioles; et il acheva tout l'ouvrage que le roi avait entrepris de faire dans le temple de Dieu ;

12. C'est-à-dire, les deux colonnes, leurs épistyles, leurs chapiteaux, avec une espèce de rets qui couvraient les chapiteaux par-dessus les épistyles.

13. Il fit encore quatre cents grenades et deux rets ; de sorte qu'il y avait deux rangs de ces grenades jointes à chacun des rets, lesquels couvraient les épistyles et les chapiteaux des colonnes.

14. Il fit aussi des socles, et des bassins qu'il mit dessus,

15. Une mer et douze bœufs qui la soutenaient,

16. Les chaudières, les fourchettes et les fioles. Enfin Hiram fit à Salomon son père toutes sortes de vases pour la maison du Seigneur de l'airain le plus pur.

17. Le roi les fit jeter en fonte dans de la terre d'argile, en une plaine du Jourdain, entre Socoth et Sarédatha.

18. La multitude de ces vases était innombrable, et l'on ne put savoir le poids de l'airain.

19. Ainsi Salomon fit tous les vaisseaux du temple du Seigneur avec l'autel d'or, et les tables sur lesquelles on mettait les pains de proposition.

20. Il fit encore d'un or très-pur les chandeliers avec leurs lampes, pour les faire brûler devant l'oracle, selon la coutume.

21. Et florentia quædam, et lucernas, et forcipes aureos : omnia de auro mundissimo facta sunt.

22 Thymiateria quoque, et thuribula, et phialas, et mortariola ex auro purissimo. Et ostia cælavit templi interioris, id est, in Sancta sanctorum : et ostia templi forinsecùs aurea. Sicque completum est omne opus quod fecit Salomon in domo Domini.

21. Il fit aussi des fleurons, des lampes et des pincettes en or ; toutes les choses furent faites d'or très-pur.

22. Les cassolettes, les encensoirs, les coupes, les mortiers étaient de même d'un or très-pur. Les portes du temple intérieur, c'est-à-dire, du Saint des saints, étaient toutes ciselées : et les portes extérieures du temple étaient d'or. Et ainsi Salomon acheva tous les ouvrages qu'il avait entrepris de faire pour la maison du Seigneur.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Fecit altare æneum viginti cubitorum longitudinis. Altare holocaustorum Mosaicum longè utique hoc Salomonico minus erat; habebat enim latitudinis cubitos quinque, altitudinis verò tres, Exod. 27, 1. Quod autem paravit Salomon, æneum erat et cavum, perinde ac Mosaicum ; impletumque fuisse creditur rudi lapide, juxta Lyram et Menoch, vel aggestâ humo ex lege Exodi 20, 24 : *Altare de terrâ facietis mihi... Quòd si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus.* Hæc tamen testimonia utique non probant, præceptum fuisse aliquod opplendi altare sive humo sive lapidibus ; nullumque satis assertum documentum demonstrat, servatum id fuisse à Salomone. Post captivitatem, altare quidem è rudi lapide conditum fuisse constat (1); sed non æneum, uti de quo modò agimus. Duodetriginta cubitis undique porrigebatur, auctoribus Hebræis tract. Middoth c. 3, sect. 1. Ne quid autem deesset legi, vetanti Exod. 20, 26, ne per gradus ad altare ascenderetur, via instrata erat sensim assurgens, teste Josepho lib. 6 de Bello c. 6, vel ex aliis, scala quædam septa pariete, ad mediam hominis altitudinem. Vide dicta in Exodum. Altare post captivitatem quadrata erat moles, cubitorum quindecim, ejusdem mensuræ in latitudine, longitudine et altitudine ; quâ in re differebat à Salomonico, cujus erat longitudo cubitorum viginti, latitudo totidem, altitudo verò decem non superabat. Mira est utique altaris hujus magnitudo, sed necessariam efficiebat ingens ille victimarum numerus quibusdam anni solemnitatibus offerendus. (2)

Vers. 3. — Similitudo boum erat subter illud (1). In 3 lib. Reg. non boves sunt, sed *poma*, vel colocynthides. Vide dicta in eumdem locum.

Et decem cubitis quædam extrinsecus cælaturæ quasi duobus versibus alvum maris circuibant. Littera totius versiculi ita sonat in originali : *Imago boum subter illud circùm circumdantium illud, decem in cubito ambientes mare circùm.* Positi erant *duplici ordine fusiles boves, ejusdem fusionis* ac mare. Versiculus totus desideratur in Syriaco et Septuaginta. Maris ambitus triginta cubitos dimetiebatur, et spatium singulorum cubitorum occupabant decem boum capita, ut totus ambitus vasis trecenta capita numeraret; et cùm duo essent ordines æqualis magnitudinis, alter supra alterum, capita boum erant sexcenta. Singulos cubitos unicum bovis caput habuisse, aiunt quidam; alii decem unicuique cubito assignant, ita tamen ut quinque essent in cubito superiori, quinque in cubito inferiori, è regione superioris. Vide nostrum Commentarium in tertium Regum 7, 23, 24.

Vers. 5. — Capiebat tria millia metretas. Textum hunc conciliare annisi sumus cum 3 Reg. 7, 23, ubi bis mille metretæ huic vasi assignantur.

(1) 1 Mach. 4, 44, 45, 46, 47 : *Reposuerunt lapides* (altaris contaminati) *in monte domûs, in loco apto, quoadusque veniret propheta, et responderet de eis, et acceperunt lapides integros secundùm legem, et ædificaverunt altare novum.*

(2) Vers. 2. — Funiculus triginta cubitorum. Funiculum vocat circulum, sive peripheriam maris ænei, quæ erat 30 cubitorum, scilicet triplò major diametro ejusdem. (Corn. à Lap.)

(1) Quasi diceret : Præter duodecim boves æneos, quibus mare fusile incumbebat, erant in anteriore maris parte per spatium decem cubitorum (quæ erat tertia peripheriæ pars; tota enim erat triginta cubitorum) alia boum capita eminentia ad elegantiam ; fortè etiam ut per illa quasi epistomia aqua educeretur. Porrò hæc capita erant, *duobus versibus,* Hebr., *duobus ordinibus* distincta; unus enim ordo erat infra labium, alter versùs fundum. Erantque *fusilia*, Hebr., *fusa in fusuras ejus*, scilicet maris, q. d. : Hæc capita non erant forinsecùs adjecta et appacta mari, sed cum ipso mari primitùs fusorio opere fusa. (Corn. à Lap.)

VERS. 6. — UT LAVARENT IN EIS OMNIA QUÆ IN HOLOCAUSTUM OBLATURI ERANT, Hebræus : *Fecit conchas ad lavandum in eis; opus holocausti impellebant in eas; et mare ad lavandum se sacerdotibus in eo.* Igitur labia in usum lavandi victimas, et cætera omnia ad sacrificium necessaria, cultros, pateras, scyphos, destinata erant; præterea partes victimarum pro peccato, et hostias pacificas; denique *totum opus sacrificii*, quidquid sacrificio serviebat. Mare verò æneum servabatur unicè usibus sacerdotum; lavabant totum corpus, lavabant interdùm pedes, manusque, cùm res posceret; non quidem totos se mari immergentes, sed haustam aquam canaliculis excipientes in vasa vel conchas. Maluit Chaldæus, mare illud destinatum fuisse usibus sacerdotum, quod autem Beseleel paravit in deserto, uni summo sacerdoti usui fuisse.

VERS. 8. — PHIALAS CENTUM. Hebræa vox significat pateras, seu vasa ad libationes.

VERS. 9. — ATRIUM SACERDOTUM, ET BASILICAM GRANDEM. Hebræus ad litteram : *Atrium sacerdotum, et magnum Hazerah, et portas Hazerah.* Quæ postrema vox designat magnum templi atrium, quò populi cœtus coibat. *Fecerat Salomon basim æneam, et posuerat in medio basilicæ* (Hazerah), ait Scriptura 2 Paral. 16, 13. Porrò regi locus erat destinatus in magno atrio populi. Duo *Hazerah* distinguit Ezechiel 43, 14, majus scilicet et minus, quorum alterum inferius erat, superius alterum; interius unum, aliud exterius, ibid. 45, 19. Igitur *magnum atrium* ipsum est atrium populi; *minus*, Levitarum : hoc *atrium interius*, illud *exterius* appellatur. Utriusque atrii fores erant æneis laminis indutæ, ut hìc docet Scriptura; et majorem portam in latere orientali constituit Ezechiel 43, 17. Syrus, Arabs, et Septuaginta inferiùs, 6, 13, Hebræum *Hazerah* (1) atrium interpretantur.

VERS. 10. — MARE POSUIT IN LATERE DEXTRO CONTRA ORIENTEM AD MERIDIEM. Mare æneum ad lævam erat ingredientibus in templum, sed ad dexteram ipsi templo, cujus aditus orientem respiciebat. Littera textûs obscurissima est, nec explicari potest, nisi aliquid suppleatur : *Et mare dedit ab humero dextro ad orientem, è regione ad meridiem.*

VERS. 11.—LEBETES, CREAGRAS (fuscinulas), ET PHIALAS. Reddi potest Hebræus : *Lebetes, batillos focarios, pateras.*

VERS. 12. — COLUMNAS DUAS, EPYSTILIA, ET CAPITA, ET QUASI QUÆDAM RETIACULA, QUÆ CAPITA TEGERENT SUPER EPISTYLIA. Versio litteralis Hebræi ita sonat : *Fecit columnas duas, et orbes, et coronas super caput columnarum duarum, et retiacula duo ad operiendum duos orbes coronarum, quæ super caput columnarum.* Qui hìc appellantur *orbes coronarum*, sunt ornamenta quædam columnarum coronas circùm ambientia, nuncupanturque in Regibus (1) *ordines malogranatorum*, dispositi in formam torquis circùm coronas columnarum. Porrò duplici erant ordine singulis capitibus columnarum, et singulis ordinibus centum erant malogranata, juxta vers. 16 cap. præced., ex quibus columna quælibet habebat ducenta ex 3 Reg. 7, 20, atque ambæ simul quadringenta, ut in versiculo sequenti legitur.

VERS. 13. — (2) QUÆ PROTEGERENT EPYSTILIA ET CAPITA COLUMNARUM. Hebræus : *Ad operiendum duos orbes coronarum, qui erant ante columnas*, vel *qui erant super facies columnarum;* quod idem est ac illud superius ; *Super capita columnarum.*

(1) Hebr. dicitur *azara*, id est, *adjutorium*, quia Deum ibi orans populus ejus auxilium sentiebat : in hujus divini adjutorii exemplum, in eo Deus, quin et gentiles asylum constituerunt; et fortè ex *azer azirum*, et inde *asylum* dictum est. Testis est Strabo, lib. 14, et Cicero, 3 in Verrem, Ephesi Dianæ templum id juris habuisse, ut ad illud confugientes mancipia vinculis et servitute solverentur. Quin et Ælian. lib 11 de Animal. 6, et Gyrald. syntag. 15 de Diis gentium, memorant in Parthenio monte delubrum fuisse Panis, ibique locum nomine Aulam omnibus animalibus fuisse velut asylum, quem leones et lupi, dùm feras insectabantur, adire non auderent, sed repentè subsisterent feris relictis. Sicut ferunt in Dianæ Ætoliæ loco canes, dùm feras insequuntur, ubi ad locum confugerint, ab insectatione quiescere. Quæ omnia, ait Villalpandus in Ezech. tom. 2, p. 202, dæmonis figmenta, ad æmulandam Deo opem in templis sibi dicatis demonstratam excogitata sunt. Sic barbari, quasi à Deo territi, templis abstinuerunt, ait S. August. lib. 1 Civit. Dei, cap. 2, 3, 4, 6. (Corn. à Lap.)

(1) 3 Reg. 7, 18 : *Duos ordines per circuitum retiaculorum.... malogranatorum.* Vide et v. 20.

(2) MALOGRANATA QUADRINGENTA. Quomodò ergo cap. 3, v. 16, tantùm dixit *centum malogranata?* Respondeo. Quaterni erant ordines malogranatorum, bini in singulis columnis. In quoque ordine erant *centum malogranata*, vel, si præcisum vis numerum, *nonaginta sex*, ut dicitur Jerem. 52, v. 23. At 3 Reg. 7, v. 20, dicuntur fuisse *malogranatorum ducenti ordines* in unoquoque capitello. Respondeo : Per *ordines* ibi intelliguntur *areolæ* vel *annuli*, reticulato opere confecti, et ordine in orbem dispositi, qui in singulis capitellis erant ferè ducenti, in quibus totidem pendebant malogranata. (Tirinus.)

VERS. 16. — OMNIA VASA FECIT SALOMONI HIRAM PATER EJUS; Hiram opifex peritissimus; vel ex nonnullis interpretibus : *Hiram Abiu fecit Salomoni,* etc. Vide dicta superiùs, 2, 13.

VERS. 17. — IN ARGILLOSA TERRA, INTER SOCHOT ET SAREDATHA; vel, uti legitur in 3 Reg. 7, 46, inter *Sochoth* et *Sarthan;* qui posterior locus erat prope Bethan, 3 Reg. 4, 12. Pro *in terrâ argillosâ,* legit Hebræus, *in densitatibus terræ,* in formis cavis, ex argillâ effictis.

VERS. 21. — FLORENTIA QUÆDAM, ET LUCERNAS. Indicat facilè vasa illa lampadum, quæ oleum continebant, expansa instar floris. Septuaginta vertunt : *Et ansulæ earum, et lucernæ.* Reddendum ego maluerim : Et stilum candelabri instar plantæ quæ florem gerit; stilum, inquam, aureum fuisse perinde ac lampades, et reliqua omnia. Eamdem descriptionem iisdem vocibus lego in 3 Regum 7, 49.

VERS. 22. — THYMIATERIA ET THURIBULA. Vide 3 Reg. 7, 50.

CAPUT V.

1. Intulit igitur Salomon omnia quæ voverat David pater suus : argentum et aurum, et universa vasa posuit in thesauris domûs Dei.

2. Post quæ congregavit majores natu Israel et cunctos principes tribuum, et capita familiarum de filiis Israel in Jerusalem, ut adducerent arcam fœderis Domini de civitate David, quæ est Sion.

3. Venerunt itaque ad regem omnes viri Israel in die solemni mensis septimi.

4. Cùmque venissent cuncti seniorum Israel, portaverunt levitæ arcam,

5. Et intulerunt eam, et omnem paraturam tabernaculi. Porrò vasa sanctuarii. quæ erant in tabernaculo, portaverunt sacerdotes cum levitis.

6. Rex autem Salomon, et universus cœtus Israel, et omnes qui fuerunt congregati ante arcam, immolabant arietes et boves absque ullo numero : tanta enim erat multitudo victimarum.

7. Et intulerunt sacerdotes arcam fœderis Domini in locum suum, id est, ad oraculum templi, in Sancta sanctorum subter alas cherubim :

8. Ita ut cherubim expanderent alas suas super locum in quo posita erat arca, et ipsam arcam tegerent cum vectibus suis.

9. Vectium autem, quibus portabatur arca, quia paululùm longiores erant, capita parebant ante oraculum : si verò quis paululùm fuisset extrinsecùs, eos videre non poterat. Fuit itaque arca ibi usque in præsentem diem.

10. Nihilque erat aliud in arcâ, nisi duæ tabulæ, quas posuerat Moyses in Horeb,

CHAPITRE V.

1. Salomon fit donc apporter dans le temple tout ce que David son père y avait voué, et mit l'or, l'argent et tous les vases dans les trésors de la maison de Dieu.

2. Après cela, il assembla à Jérusalem tous les anciens d'Israël, tous les princes des tribus et les chefs des familles des enfants d'Israël, pour transporter l'arche de l'alliance du Seigneur de la ville de David, c'est-à-dire, de Sion.

3. Ainsi tout Israël se rendit auprès du roi le jour solennel du septième mois.

4. Et tous les anciens d'Israël étant venus, les lévites prirent l'arche,

5. Et la portèrent dans le temple, avec toutes les dépendances du tabernacle. Or, les prêtres et les lévites portèrent tous les vases du sanctuaire qui étaient dans le tabernacle.

6. Le roi Salomon et tout le peuple d'Israël, et généralement tous ceux qui s'étaient assemblés, marchaient devant l'arche; et ils immolèrent des moutons et des bœufs sans nombre, tant était grande la multitude des victimes.

7. Les prêtres portèrent l'arche de l'alliance du Seigneur au lieu qui lui avait été destiné, c'est-à-dire, dans l'oracle du temple, dans le Saint des saints, sous les ailes des chérubins;

8. De sorte que les chérubins étendaient leurs ailes sur le lieu où l'arche avait été mise, et la couvraient tout entière avec ses bâtons.

9. Et parce que ces bâtons avec lesquels on portait l'arche étaient un peu longs, on en voyait l'extrémité devant le sanctuaire; mais si l'on était un peu dehors, on ne pouvait plus les voir. Et l'arche a toujours été là jusqu'à présent.

10. Il n'y avait dans l'arche que les deux tables *de pierre,* qui y furent mises par Moïse, à

quando legem dedit Dominus filiis Israel egredientibus ex Ægypto.

11. Egressis autem sacerdotibus de sanctuario (omnes enim sacerdotes, qui ibi potuerant inveniri, sanctificati sunt; nec adhuc in illo tempore vices, et ministeriorum ordo inter eos divisus erat):

12. Tam levitæ quàm cantores, id est, et qui sub Asaph erant, et qui sub Heman, et qui sub Idithun, filii et fratres eorum, vestiti byssinis, cymbalis, et psalteriis, et cytharis concrepabant, stantes ad orientalem plagam altaris, et cum eis sacerdotes centum viginti canentes tubis.

13. Igitur cunctis pariter, et tubis, et voce, et cymbalis, et organis, et diversi generis musicorum concinentibus, et vocem in sublime tollentibus, longè sonitus audiebatur, ita ut cùm Dominum laudare cœpissent, et dicere : Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia ejus; impleretur domus Dei nube,

14. Nec possent sacerdotes stare et ministrare propter caliginem. Compleverat enim gloria Domini domum Dei.

Horeb, lorsque le Seigneur donna sa loi aux enfants d'Israël à leur sortie d'Egypte.

11. Lors donc que les prêtres furent sortis du sanctuaire (car tous les prêtres qui purent se trouver là furent sanctifiés, les fonctions et l'ordre des ministères n'ayant pas été distribués entre eux jusqu'à ce temps-là),

12. Tant les lévites que les chantres, c'est-à-dire, ceux qui étaient sous Asaph, sous Héman, sous Idithun, avec leurs enfants et leurs parents, revêtus de lin, faisaient retentir leurs cymbales, leurs psaltérions et leur guitares, et étaient à l'orient de l'autel, avec cent vingt prêtres qui sonnaient de la trompette.

13. Tous chantant donc en un même temps avec des trompettes, des voix, des cymbales, des orgues, et divers autres instruments de musique, et faisant retentir leur voix fort haut, ce bruit s'entendait de bien loin. Et quand ils eurent commencé à louer le Seigneur, et à dire : Rendez gloire au Seigneur, parce qu'il est bon, et parce que sa miséricorde est éternelle; la maison de Dieu fut remplie d'une nuée,

14. En sorte que les prêtres ne pouvaient y demeurer, ni faire les fonctions de leur ministère, à cause de la nuée; car la gloire du Seigneur avait rempli la maison de Dieu.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Intulit Salomon omnia quæ voverat David. Munera omnia et spolia quæ David cæterique duces exercitûs adhuc Domino consecraverant. Hæc simul omnia illata sunt in thesauros templi, curæ Selemith et fratrum ejus commissos.

Vers. 3. — In die solemni mensis septimi. Coivit populus ad solemnitatem dedicationis templi, quæ die octavâ mensis septimi incœpit. Vide 3 Reg. 8, 2.

Vers. 4. — Portaverunt Levitæ arcam. Piam sarcinam gessêre tunc sacerdotes; at sacerdotes omnes Levitæ erant, quanquàm non omnes vicissim Levitæ sacerdotes. Fortè Levitæ et sacerdotes per vices arcam in eo itinere detulerunt.

Vers. 5. — Vasa Sanctuarii portaverunt sacerdotes cum Levitis. Hebræus : *Sacerdotes Levitæ portaverunt vasa hæc omnia.* Sacerdotes è tribu Levi. Sed in 3 Regum 8, 4, Hebræus, Vulgata et Septuaginta legunt : *Sacerdotes et Levitæ,* quam lectionem hìc sequuntur interpretes, qui Hebræo hærent. (Vide Junium, Tremellium, Piscatorem.)

Vers. 9. — Vectium autem, quibus portabatur arca, quia paululum longiores erant, capita parebant ante oraculum (1). Vectes, quibus arca ferebatur, qui nunquàm ex annulis suis educebantur, utpote longiores, capita porrigebant extra sanctuarium Moysis; sed in templo Salomonis deinceps non se prodebant, quòd Sanctuarium templi magnitudine plurimùm superaret prius illud veteris tabernaculi. Vide 3 Reg. 8, 8.

(1) Sensus est, q. d.: Vectes quibus portabatur arca, longiores erant, non oraculo, sed ipsâ arcâ; quare apparebant sacerdotibus qui stabant in Sancto, ad fores Oraculi, sive Sancti sanctorum; si quis verò extrinsecus, id est, extra fores Oraculi remotiùs constitisset, eos videre non poterat.

Fuit itaque arca ibi usque in præsentem diem, quo scilicet hæc scripsit ille qui diaria, sive Chronica Regum Juda conscripsit, ex quibus hos libros Paralipomenon conscripsit et concinnavit Esdras. Nam tempore ipsius Esdræ arca non erat in templo, utpote jam à Chaldæis exusto, sed ante urbis templique excidium, arca à Jeremiâ translata fuit in locum incognitum, ut dicitur 2 Machab. 2, vers. 4. (Corn. à Lap.)

VERS. 10. — NIHIL ERAT ALIUD IN ARCA, NISI DUÆ TABULÆ (1). Vide ibid. v. 9.

(1) NIHILQUE ERAT ALIUD IN ARCA, NISI DUÆ TABULÆ lapideæ : nam licet à tempore Moysis hùcusque dùm in tabernaculo nullus alius esset locus in quo tutò ac religiosè possent reponi, *virga Aaron, quæ fronduerat, urna aurea cum mannâ, et Deuteronomium Moysis* reposita fuerunt, vel *intra arcam* (ut insinuat sanctus Paulus ad Hebræos 9, v. 4, et docet S. Augustinus, S. Thomas, Theophylactus, OEcumenius, Arias Montanus, Salmeron et Sanctius); vel saltem *ad latera arcæ* (ut de Deuteronomio disertè jussit Moyses, Deuteron. 31, v. 24, et tenent Liranus, Abulensis, Cajetanus, Burgensis, Ribeira, Azor et alii), tamen, ex quo conditum fuit stabile templum, et in eo varia ad latus utrumque gazophylacia, in quibus res illæ sacræ possent commodè decenterque asservari videntur ab arcâ semotæ, et in vicinum aliquod conclave traductæ. Sanè de libro Deuteronomii constat, paucis post seculis, inter alios templi thesauros fuisse repertum, 2 Paral. 34, v. 14, ubi *Helcias sacerdos, cùm offerretur pecunia, quæ illata est in templum Domini,* dicitur *reperisse librum legis Domini per manum Moysi.* (Tirinus.)

VERS. 11. — NEC ADHUC IN ILLO TEMPORE VICES, ET MINISTERIORUM ORDO INTER EOS DIVISUS ERAT (1). Decreverat quidem rex David ordinem ministrorum templi, sed ejus executio usque post conditum templum dilata fuit. Hebræus : *Sacerdotes omnes inventi sanctificaverunt se,* comparaverunt sese ad res sacras pro solemni templi dedicatione; *et non observatæ sunt partitiones,* destinatorum sibi munerum ordo. Solebant per vices suas totâ hebdomadâ ministrare; sed tunc quicumque aderant, omnes servierunt.

(1) Hebraicè, *non observabatur.* Nempe confluxerant non ii soli quibus ministerium eâ septimanâ incumbebat, neque enim hi suffecissent, sed omnes quotquot ex toto Israele haberi poterant. Quod idem mox de Levitis et cantoribus subjungit. (Tirinus.)

CAPUT VI.

1. Tunc Salomon ait : Dominus pollicitus est ut habitaret in caligine :

2. Ego autem ædificavi domum nomini ejus, ut habitaret ibi in perpetuum.

3. Et convertit rex faciem suam, et benedixit universæ multitudini Israel (nam omnis turba stabat intenta), et ait :

4. Benedictus Dominus Deus Israel, qui, quod locutus est David patri meo, opere complevit, dicens :

5. A die quâ eduxi populum meum de terrâ Ægypti, non elegi civitatem de cunctis tribubus Israel, ut ædificaretur in eâ domus nomini meo; neque elegi quemquam alium virum, ut esset dux in populo meo Israel,

6. Sed elegi Jerusalem, ut sit nomen meum in eâ, et elegi David, ut constituerem eum super populum meum Israel.

7. Cùmque fuisset voluntatis David patris mei, ut ædificaret domum nomini Domini Dei Israel,

8. Dixit Dominus ad eum : Quia hæc fuit voluntas tua, ut ædificares domum nomini meo, benè quidem fecisti hujuscemodi habere voluntatem :

9. Sed non tu ædificabis domum : verùm filius tuus, qui egredietur de lumbis tuis, ipse ædificabit domum nomini meo.

10. Complevit ergo Dominus sermonem suum, quem locutus fuerat : et ego sur-

CHAPITRE VI.

1. Alors Salomon dit : Le Seigneur avait promis qu'il habiterait dans l'obscurité ;

2. Et moi j'ai élevé une maison à son nom, afin qu'il y demeurât à jamais;

3. Ensuite le roi, se tournant vers toute l'assemblée d'Israël, la bénit (car toute cette multitude était debout attentive), et il dit :

4. Béni soit le Seigneur Dieu d'Israël, qui a accompli ce qu'il avait fait entendre à David, mon père, lorsqu'il lui dit :

5. Depuis le jour où j'ai fait sortir mon peuple de la terre d'Egypte, je n'ai point choisi de ville dans toutes les tribus d'Israël pour y élever une maison à mon nom, et je n'ai point non plus choisi d'autre homme pour lui donner la conduite de mon peuple d'Israël;

6. Mais j'ai choisi Jérusalem pour être le lieu où mon nom soit honoré, et j'ai élu David pour l'établir sur mon peuple d'Israël.

7. Et lorsque mon père eut formé le dessein d'élever une maison au nom du Seigneur Dieu d'Israël,

8. Le Seigneur lui dit : Quand vous avez eu la volonté d'élever une maison à mon nom, vous avez bien fait de prendre cette résolution :

9. Mais ce ne sera pas vous néanmoins qui bâtirez cette maison ; votre fils qui sortira de vous, sera celui qui élèvera une maison à mon nom.

10. Ainsi le Seigneur a accompli la parole qu'il avait dite. C'est moi qui ai succédé à Da-

rexi pro David patre meo, et sedi super thronum Israel, sicut locutus est Dominus : et ædificavi domum nomini Domini Dei Israel.

11. Et posui in eâ arcam, in quâ est pactum Domini, quod pepigit cum filiis Israel.

12. Stetit ergo coram altari Domini ex adverso universæ multitudinis Israel, et extendit manus suas.

13. Siquidem fecerat Salomon basim æneam, et posuerat eam in medio basilicæ, habentem quinque cubitos longitudinis, et quinque cubitos latitudinis, et tres cubitos altitudinis : stetitque super eam : et deinceps flexis genibus contra universam multitudinem Israel, et palmis in cœlum levatis,

14. Ait : Domine Deus Israel, non est similis tuî Deus in cœlo et in terrâ : qui custodis pactum et misericordiam cum servis tuis, qui ambulant coram te in toto corde suo :

15. Qui præstitisti servo tuo David patri meo quæcumque locutus fueras ei : et quæ ore promiseras, opere complêsti, sicut et præsens tempus probat.

16. Nunc ergo, Domine Deus Israel, imple servo tuo patri meo David quæcumque locutus es, dicens : Non deficiet ex te vir coram me, qui sedeat super thronum Israel : ita tamen si custodierint filii tui vias suas, et ambulaverint in lege meâ, sicut et tu ambulâsti coram me.

17. Et nunc, Domine Deus Israel, firmetur sermo tuus, quem locutus es servo tuo David.

18. Ergone credibile est ut habitet Deus cum hominibus super terram? Si cœlum et cœli cœlorum non te capiunt, quantò magis domus ista quam ædificavi !

19. Sed ad hoc tantùm facta est, ut respicias orationem servi tui, et obsecrationem ejus, Domine Deus meus : et audias preces quas fundit famulus tuus coram te :

20. Ut aperias oculos tuos super domum istam diebus ac noctibus, super locum in quo pollicitus es ut invocaretur nomen tuum,

vid, mon père; je suis assis sur le trône d'Israël comme le Seigneur l'avait dit ; et j'ai bâti une maison au nom du Seigneur Dieu d'Israël.

11. Et j'y ai placé l'arche où est l'alliance que le Seigneur a faite avec les enfants d'Israël.

12. Salomon se tint donc debout devant l'autel du Seigneur, à la vue de toute l'assemblée d'Israël, et il étendit ses mains ;

13. Car il avait fait faire une estrade d'airain de cinq coudées de long, d'autant de large et de trois de haut, qu'il avait fait mettre au milieu du temple ; il s'y tint debout, puis il se mit à genoux, tourné vers toute la multitude ; et les mains élevées au ciel,

14. Il dit : Seigneur Dieu d'Israël, il n'y a point de Dieu semblable à vous, ni dans le ciel, ni sur la terre, vous qui conservez l'alliance et la miséricorde que vous avez promise à vos serviteurs, qui marchent devant vous de tout leur cœur ;

15. Qui avez accordé à David, mon père, votre serviteur, tout ce que vous lui aviez promis, et qui avez accompli par œuvre ce que vous lui aviez promis, ainsi que nous le voyons aujourd'hui :

16. Exécutez donc maintenant, Seigneur Dieu d'Israël, en faveur de David, mon père, votre serviteur, tout ce que vous lui avez promis, disant : Vous ne manquerez point d'héritiers qui seront assis devant moi sur le trône d'Israël, pourvu toutefois que vos enfants veillent sur leurs voies, en sorte qu'ils marchent dans l'observance de ma loi, comme vous avez marché en ma présence.

17. Et maintenant, ô Seigneur Dieu d'Israël, qu'elle s'accomplisse la promesse que vous avez faite à David, votre serviteur.

18. Est-il donc croyable que Dieu habite avez les hommes sur la terre? Si le ciel et les cieux des cieux ne peuvent vous contenir, combien moins cette maison que j'ai bâtie !

19. Aussi n'a-t-elle été faite que pour vous porter, Seigneur, mon Dieu, à regarder favorablement la prière de votre serviteur et ses humbles demandes, et à exaucer les supplications qu'il fera en votre présence,

20. Afin que jour et nuit vous ayez les yeux ouverts sur cette maison, sur ce lieu où vous avez promis qu'on invoquerait votre nom,

21. Et exaudires orationem quam servus tuus orat in eo; et exaudias preces famuli tui et populi tui Israel. Quicumque oraverit in loco isto, exaudi de habitaculo tuo, id est, de cœlis, et propitiare.

22. Si peccaverit quispiam in proximum suum, et jurare contra eum paratus venerit, seque maledicto constrinxerit coram altari in domo istâ ;

23. Tu audies de cœlo, et facies judicium servorum tuorum, ita ut reddas iniquo viam suam in caput proprium, et ulciscaris justum, retribuens ei secundùm justitiam suam.

24. Si superatus fuerit populus tuus Israel ab inimicis (peccabunt enim tibi), et conversi egerint pœnitentiam, et obsecraverint nomen tuum, et fuerint deprecati in loco isto,

25. Tu exaudies de cœlo, et propitiare peccato populi tui Israel, et reduc eos in terram quam dedisti eis et patribus eorum.

26. Si clauso cœlo pluvia non fluxerit propter peccata populi, et deprecati te fuerint in loco isto, et confessi nomini tuo, et conversi à peccatis suis, cùm eos afflixeris,

27. Exaudi de cœlo, Domine, et dimitte peccata servis tuis et populi tui Israel, et doce eos viam bonam, per quam ingrediantur, et da pluviam terræ, quam dedisti populo tuo ad possidendum.

28. Fames si orta fuerit in terrâ, et pestilentia, et ærugo, et aurugo, et locusta, et bruchus, et hostes, vastatis regionibus, portas obsederint civitatis, omnisque plaga et infirmitas presserit :

29. Si quis de populo tuo Israel fuerit deprecatus, cognoscens plagam et infirmitatem suam, et expanderit manus suas in domo hàc,

30. Tu exaudies de cœlo, de sublimi scilicet habitaculo tuo, et propitiare, et redde unicuique secundùm vias suas, quas nôsti eum habere in corde suo (tu enim solus nôsti corda filiorum hominum) :

31. Ut timeant te, et ambulent in viis tuis cunctis diebus quibus vivunt super

21. Que vous écouteriez la prière qu'y ferait votre serviteur, et que vous exauceriez ses supplications et celles de votre peuple d'Israël. Ecoutez donc, Seigneur, de votre demeure qui est dans le ciel, tous ceux qui feront ici leurs prières, et faites-leur miséricorde.

22. Lorsque quelqu'un aura péché contre son prochain, et qu'il se présentera pour prêter serment contre lui, et qu'il se sera dévoué à la malédiction en jurant dans cette maison, devant votre autel,

23. Vous écouterez du ciel, et vous ferez justice à vos serviteurs ; vous ferez retomber la perfidie du coupable sur sa tête, et vous vengerez le juste, et le traiterez favorablement, selon sa justice.

24. Lorsque le peuple d'Israël (car ils pécheront contre vous) sera vaincu par ses ennemis, et que rentrant en lui-même il fera pénitence, invoquera votre nom, et viendra faire ses prières en ce lieu,

25. Vous l'exaucerez du ciel, vous pardonnerez à votre peuple d'Israël son péché, et le ramènerez dans la terre que vous leur avez donnée, à eux et à leurs pères.

26. Lorsque le ciel sera fermé et qu'il ne tombera point de pluie à cause des péchés de votre peuple, et que, venant faire ses prières dans ce lieu, il rendra gloire à votre nom, se convertissant et faisant pénitence de ses péchés, à cause de l'affliction où vous l'aurez réduit,

27. Exaucez-le du ciel, Seigneur, et pardonnez les péchés de vos serviteurs et de votre peuple d'Israël; enseignez-leur une voie droite par laquelle ils marchent, et répandez la pluie sur la terre que vous avez donnée à votre peuple pour la posséder.

28. Lorsqu'il arrivera sur la terre une famine, une peste, de la nielle, ou quelque corruption de l'air, des sauterelles et des chenilles, ou que l'ennemi, après avoir ravagé tout le pays, viendra assiéger la ville, et que le peuple se trouvera pressé de toutes sortes de maux et de maladies ;

29. Si quelqu'un de votre peuple d'Israël, considérant ses plaies et ses maladies, vient à lever ses mains vers vous en cette maison,

30. Vous l'exaucerez du ciel, ce lieu élevé de votre demeure, et vous lui serez favorable ; et vous rendrez à chacun, selon ses œuvres et selon les dispositions que vous voyez dans son cœur, puisqu'il n'y a que vous qui connaissiez les cœurs des enfants des hommes,

31. Afin qu'ils vous craignent, et qu'ils

faciem terræ quam dedisti patribus nostris.

32. Externum quoque, qui non est de populo tuo Israel, si venerit de terrâ longinquâ, propter nomen tuum magnum, et propter manum tuam robustam, et brachium tuum extentum, et adoraverit in loco isto,

33. Tu exaudies de cœlo, firmissimo habitaculo tuo, et facies cuncta, pro quibus invocaverit te ille peregrinus; ut sciant omnes populi terræ nomen tuum, et timeant te sicut populus tuus Israel, et cognoscant quia nomen tuum invocatum est super domum hanc, quam ædificavi.

34. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra adversarios suos per viam in quâ miseris eos, adorabunt te contra viam in quâ civitas hæc est quam elegisti, et domus quam ædificavi nomini tuo;

35. Tu exaudies de cœlo preces eorum, et obsecrationem, et ulciscaris.

36. Si autem peccaverint tibi (neque enim est homo qui non peccet), et iratus fueris eis, et tradideris hostibus, et captivos duxerint eos in terram longinquam, vel certè, quæ juxta est,

37. Et conversi in corde suo, in terrâ ad quam captivi ducti fuerant, egerint pœnitentiam, et deprecati te fuerint in terrâ captivitatis suæ, dicentes : Peccavimus, iniquè fecimus, injustè egimus :

38. Et reversi fuerint ad te in toto corde suo et in totâ animâ suâ, in terrâ captivitatis suæ, ad quam ducti sunt, adorabunt te contra viam terræ suæ, quam dedisti patribus eorum, et urbis quam elegisti, et domus quam ædificavi nomini tuo :

39. Tu exaudies de cœlo, hoc est, de firmo habitaculo tuo, preces eorum, et facias judicium, et dimittas populo tuo, quamvis peccatori;

40. Tu es enim Deus meus : aperiantur, quæso, oculi tui, et aures tuæ intentæ sint ad orationem quæ fit in loco isto.

41. Nunc igitur consurge, Domine Deus, in requiem tuam, tu et arca fortitudinis tuæ : sacerdotes tui, Domine Deus,

marchent dans vos voies, tant qu'ils vivront sur la terre que vous avez donnée à nos pères.

32. Si même un étranger, qui ne sera point de votre peuple d'Israël, vient d'un pays éloigné, attiré par la grandeur de votre nom, la force de votre main, et la puissance de votre bras, et qu'il vous adore dans ce temple,

33. Vous l'exaucerez du ciel, qui est votre demeure ferme et inébranlable; et vous accorderez à cet étranger tout ce qu'il vous aura demandé, afin que tous les peuples de la terre apprennent à connaître votre nom, et qu'ils vous craignent comme fait votre peuple d'Israël, et qu'ils reconnaissent que votre nom a été invoqué sur cette maison que j'ai bâtie.

34. Si votre peuple se met en campagne contre ses ennemis, et que, marchant par le chemin où vous les aurez envoyés, il vous adore, la face tournée vers la ville que vous avez choisie, et vers la maison que j'ai bâtie à votre nom,

35. Vous exaucerez du ciel leurs prières et leurs supplications, et vous les vengerez.

36. S'ils viennent à pécher contre vous (car il n'y a point d'homme qui ne pèche), et qu'étant en colère contre eux, vous les livriez à leurs ennemis, et que ces ennemis les emmènent captifs, soit dans un pays éloigné, ou dans un autre plus proche,

37. Et qu'étant convertis du fond du cœur, ils fassent pénitence dans le pays où ils auront été emmenés captifs, et que dans cette captivité ils aient recours à vous, et vous disent : Nous avons péché, nous avons commis l'iniquité, et nous avons fait des actions injustes :

38. S'ils reviennent à vous de tout leur cœur et de toute leur âme dans la terre de leur captivité, où ils auront été emmenés, et qu'ils vous adorent, la face tournée vers le chemin de la terre que vous avez donnée à leurs pères, et de la ville que vous avez choisie, et du temple que j'ai bâti à votre nom.

39. Vous exaucerez du ciel, c'est-à-dire de votre demeure stable, leurs prières; vous leur ferez justice, et vous pardonnerez à votre peuple, quoiqu'il ait péché;

40. Car vous êtes mon Dieu. Que vos yeux soient ouverts, je vous en conjure, et que vos oreilles soient attentives aux prières qui se feront en ce lieu.

41. Levez-vous donc maintenant, ô Seigneur Dieu, en votre repos, vous et l'arche de votre puissance. Que vos prêtres, ô Sei-

induantur salutem, et sancti tui lætentur in bonis.

42. Domine Deus, ne averteris faciem christi tui : memento misericordiarum David servi tui.

gneur Dieu, soient revêtus du salut, et que vos saints jouissent de vos biens avec joie.

42. Seigneur Dieu, ne refusez point votre christ; souvenez-vous de vos miséricordes envers David, votre serviteur.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Dominus pollicitus est, ut habitaret in caligine. Jungenda sunt hæc cum fine capitis præcedentis. Intuens Salomon, venerabili quâdam nubis caligine totum occupari templum, intellexit utique, symbolicum id esse quiddam, et pignus præsentiæ Numinis; quare stupens exclamavit : Nubes hæc et caligo præsentis Numinis est argumentum, quippe quod olim Moysi asseruit (1), se illi exhibiturum in nube, id est, cùm nubes obumbraret tabernaculum, tunc se pariter adfuturum. (2)

(1) Vide Exod. 16, 10, 40, 32; Num. 9, 15; Exod. 24, 16.

(2) Vers. 5. — *Depuis le jour que j'ai fait sortir mon peuple de la terre d'Egypte, je n'ai point choisi de ville de toutes les tribus d'Israël afin que l'on y bâtit une maison à mon nom, et je n'ai point non plus choisi un autre homme pour lui donner la conduite de mon peuple.* Tout ce qui n'est point dans l'élection éternelle de Dieu, est regardé devant lui comme n'étant point. Il avait eu de toute éternité la ville de Jérusalem en vue, comme le lieu où il devait établir le centre de la religion Judaïque, et où se devaient jeter ensuite les fondements de l'Eglise de Jésus-Christ, *la* vraie *maison,* et le vrai temple *du Seigneur.* Jusqu'à ce qu'il eût donc fait connaître aux hommes ce choix qu'il faisait de la ville de Jérusalem pour le lieu où l'on devait lui bâtir un temple, le tabernacle et l'arche d'alliance étaient toujours comme en un lieu étranger, n'étant point encore dans celui que son éternelle providence leur avait choisi. Il avait de même eu en vue avant tous les siècles la persónne de David, comme de celui qui devait non seulement le servir avec une grande fidélité, mais encore être le père, selon la chair, de son fils unique, de l'Homme-Dieu, qui est si souvent nommé le Fils de David dans l'Ecriture, et qui devait être, comme dit saint Paul, l'aîné entre plusieurs frères, *primogenitus in multis fratribus;* ou, selon qu'il l'exprime encore ailleurs, *le chef de l'Eglise, qui est son corps.*

Ainsi l'on peut dire qu'il n'a point arrêté ses divins regards sur Saül, quoiqu'il l'ait choisi et donné pour roi à son peuple d'Israël, parce qu'il le rejeta à cause de son orgueil. Les juges mêmes, qui ont gouverné ce peuple avec tant de piété, et à qui saint Paul a donné de si grands éloges, n'étaient point encore ceux qu'il avait choisis en cette manière singulière dont nous parlons, parce qu'ils devaient passer, et que ce n'était point de leur race que devait naître le Messie, de qui il est dit particulièrement, selon que les princes mêmes des prêtres et les docteurs du peuple Juif l'ont reconnu, qu'il serait *le chef qui conduirait le peuple d'Israël.* Disons encore que ce n'était point non

Vers. 13. — Fecerat Salomon basim æneam, et posuerat eam in medio basilicæ, in medio magni atrii, ubi populus sub dio coram Domino stabat. Ita Grot., Menoch., Vat., ad 2 Paralip. 20, 5. Hebræâ voce, quæ hìc redditur basis, vel suggestum, exprimuntur etiam labra quæ Salomon posuit in templo, fortassè quòd ea basis seu suggestum ad imaginem illorum accederet; erat enim rotundum quoddam solium, basi quadratæ incumbens, positumque è regione

plus sur Salomon même, qui priait alors dans le temple, que le Seigneur avait arrêté ses yeux, mais qu'il n'envisagea dans ce choix de son élection éternelle, ainsi qu'il le dit lui-même, que le seul David comme son fidèle serviteur, de qui devait naître, selon sa sainte humanité, le Fils du Très-Haut, *auquel le Seigneur Dieu,* comme l'ange le déclara à la sainte Vierge, *devait donner le trône de David, son père.*

Il serait donc bien important et bien nécessaire à tous ceux qui ont le bonheur d'être appelés les *enfants de Dieu,* d'imiter en quelque sorte cette conduite de Dieu, leur père céleste, et de n'arrêter aussi les yeux de leur cœur que sur ce qu'il a jugé digne de ses divins regards, c'est-à-dire sur ce qui a du rapport au royaume de son Fils. Que de pensées vagues, inutiles et extravagantes seraient étouffées par cette seule considération! Que de vains et ambitieux projets seraient arrêtés par la vue de ce grand et unique objet des Chrétiens! Que de différends seraient terminés, et que de contestations apaisées par cet intéret uniquement important à tous les hommes! Mais l'excès de leurs passions, et *l'ensorcellement des niaiseries* de ce siècle, selon le langage de l'Ecriture, les précipitent dans une conduite tout opposée; et perdant de vue tout ce que Dieu envisage, ils ne voient, ils ne pensent, ils ne désirent que ce qu'il rejette de devant ses yeux, ce qu'il méprise et ce qu'il condamne. Le règne éternel de son Fils, pour le quel il a tout fait dans le monde, leur paraît comme un fantôme. Et ils ne travaillent qu'à régner eux-mêmes autant qu'ils le peuvent sur la terre. Guérissez, Seigneur, par la vertu de votre grâce, cet aveuglement de l'homme, et cette espèce de fureur qui lui fait haïr son plus grand bien, et rechercher avec ardeur sa propre perte. Rappelez toutes les pensées de son esprit, et tous les mouvements de son cœur à l'unité de cet objet qui a mérité d'occuper éternellement votre amour, puisque vous avez mis avant tous les siècles vos divines complaisances dans ce Fils unique, et que depuis le péché d'Adam, vous avez voulu que tous les hommes le regardassent dans son incarnation, dans sa mort, et dans sa résurrection, comme le principe et l'auteur de leur salut. (Sacy.)

portæ atrii sacerdotum, et in parte superiori atrii amplioris.

Stetitque super eam, et deinceps flexis genibus contra universam multitudinem Israel, et palmis in cœlum levatis. Stabat Salomon ad populum versùs, cùm verba faceret pro concione ac benedictione, de quâ in versiculis præcedentibus precaretur. Deinde convertens sese ad altare et Sanctuarium coram universo populo, flexit genua, manus ad cœlum porrexit, atque ea precatus est, quæ in reliquo hoc capite leguntur. Aiunt regem nunquàm sedisse in templo, et hoc suggestum nullam cathedræ formam exhibuisse. Rex ibi constitutus vel stabat, vel flectebat genu, vel prosternebatur. Credibile est, tecti genus aliquod illi fuisse, saltem ex aliquo velo, ad æstivos radios prohibendos. Vide dicta in secundo Regum 7, 18.

Vers. 19. — Ad hoc tantum facta est, ut respicias orationem servi tui. Minùs utique parantur templa in honorem Numinis, quàm ad commoda mortalium, ut faciliùs debita Deo obsequii tributa pendant, beneficia ab illo impetrent et preces porrigant.

Vers. 22. — Seque maledicto constrinxerit coram altari. Mos hic exhibetur nunquàm in lege imperatus, veniendi scilicet ad templum, ut jurejurando coram altari sese obstringerent, devoverentque maledictis, nisi vera affirmarent. Id autem servabatur potissimùm, cùm testes deerant, cùmque verbo et jurejurando unicè rei alicui fides habenda erat. Hebræus ad litteram: *Si quisquam peccaverit in socium suum*, si disceptatio sit inter duos, *et tulerit in eo juramentum ad faciendum jurare eum, et venerit juramentum coram altari tuo in domo istâ.*

Vers. 28. — Pestilentia, ærugo et aurugo. *Ærugo* vi nominis est rubigo quædam segetibus perniciosa. *Aurugo*, vel *Aurigo*, est flavus quidam pallensque color, quo corpora inficiuntur. Easdem originalis voces reddidit S. Hieronymus, *corruptum aerem, aut æruginem;* fortè aurugo hìc exprimit aerem corruptum : sed Hebræa vox significat pallorem, vel morbum quemdam plantarum, quo noxius pallor inducitur.

Vers. 29. — Si quis de populo tuo Israel fuerit deprecatus. Hebræus : *Exaudies omnem deprecationem, et omnem orationem, quæ fuerit omni homini et omni populo tuo Israel;* quicumque te invocaverint, omnes, sive Israelitæ, sive alii, voti sui compotes hìc fiant.

Vers. 31. — Ut timeant te. Tu exaudies illos, ut de præsentiâ tuâ adeò certi, quemadmodùm de æquitate, quæ crimen impunè non patitur, timore quodam et veneratione afficiantur.

Vers. 33. — Et cognoscant quia nomen tuum invocatum est super domum hanc. Noverint tuum esse templum hoc, tuam domum nomini tuo conditam, cui proinde meritò nomen sit datum *domui Domini.*

Vers. 38. — Adorabunt te contra viam terræ suæ. Hinc vetus Hebræorum mos orandi ore ad Hierosolymam verso, quocumque demùm in loco precentur; vertendique se ad templum, cùm in terrâ sanctâ, seu Hierosolymis versantur.

Vers. 41. — Consurge, Domine, in requiem tuam. Gemini posteriores hi versiculi desunt in libris Regum, ubi oratio Salomonis recitatur; sed totidem ferè verbis referuntur in Psalmo 131, 8, 9, 10. Veni hùc, Domine, ut hìc habites. *Requies* usurpatur sæpè pro habitatione. (1)

Arca fortitudinis tuæ. Arca Domini pignus erat et symbolum potentiæ Numinis. Ejus ope Israelitæ frequentissimè victores fuerant; non semel illa terrore hostes illorum concusserat. Agens Psalmista de arcâ à Philisthæis captâ (2), tradidisse Deum dicit *virtutem* Israelitarum in manibus hostium. In Psalmo 131, 8, ubi de eâdem re agitur, appellatur *arca sanctificationis tuæ*, sanctitatis, vel sanctuarii tui.

Sacerdotes tui induantur salutem, opem ex te et patrocinium obtineant. Tuere illos incolumes, cumula beneficiis et benedictionibus. In psalmo mox laudato est : *Induantur justitiam.*

Vers. 42. — Ne averteris faciem christi tui; ne rejicias preces regis tui, uncti tui, meas scilicet, quem ad regimen populi tui assumpsisti.

Memento misericordiarum David servi tui. Vel, reminiscere quàm egregia David egerit; ac merito illius preces meas ne rejicias, obsecro. Ita Syr. et Arab., et ita Psal. 131, 10 : *Propter David servum tuum, non avertas faciem christi tui.*

(1) Vide Genes. 49, 15; Exod. 33, 14; Deut. 3, 20; Josue 1, 13; Ruth 1, 9, et passim.

(2) Psal. 77, 61 : *Tradidit in captivitatem virtutem eorum.* Vide et Psal. 62, 3 : *In terrâ desertâ... sic in sancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam,* etc.

CAPUT VII.

1. Cùmque complèsset Salomon fundens preces, ignis descendit de cœlo, et devoravit holocausta et victimas : et majestas Domini implevit domum.

2. Nec poterant sacerdotes ingredi templum Domini, eò quòd implèsset majestas Domini templum Domini.

3. Sed et omnes filii Israel videbant descendentem ignem, et gloriam Domini super domum ; et corruentes proni in terram super pavimentum stràtum lapide, adoraverunt, et laudaverunt Dominum : Quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia ejus.

4. Rex autem, et omnis populus immolabant victimas coram Domino.

5. Mactavit igitur rex Salomon hostias, boum viginti duo millia, arietum centum viginti millia : et dedicavit domum Dei rex, et universus populus.

6. Sacerdotes autem stabant in officiis suis, et Levitæ in organis carminum Domini, quæ fecit David rex ad laudandum Dominum : Quoniam in æternum misericordia ejus, hymnos David canentes per manus suas : porrò sacerdotes canebant tubis ante eos, cunctusque Israel stabat.

7. Sanctificavit quoque Salomon medium atrii ante templum Domini; obtulerat enim ibi holocausta et adipes pacificorum; quia altare æneum quod fecerat, non poterat sustinere holocausta et sacrificia et adipes.

8. Fecit ergo Salomon solemnitatem in tempore illo septem diebus, et omnis Israel cum eo, ecclesia magna valdè, ab introitu Emath, usque ad torrentem Ægypti.

9. Fecitque die octavo collectam, eò quòd dedicàsset altare septem diebus, et solemnitatem celebràsset diebus septem.

10. Igitur die vigesimo tertio mensis septimi dimisit populos ad tabernacula sua, lætantes atque gaudentes super bono quod fecerat Dominus Davidi, et Salomoni, et Israeli populo suo.

11. Complevitque Salomon domum Domini, et domum regis, et omnia quæ dis-

CHAPITRE VII.

1. Salomon ayant achevé sa prière, le feu descendit du ciel, et consuma les holocaustes et les victimes; et la majesté de Dieu remplit la maison.

2. Et les prêtres ne pouvaient entrer dans le temple du Seigneur, parce que sa majesté avait rempli son temple.

3. Aussi tous les enfants d'Israël virent descendre le feu et la gloire du Seigneur sur ce temple ; ils se prosternèrent la face contre terre sur le pavé qui était de pierre; ils adorèrent le Seigneur, et le louèrent, *disant :* Que le Seigneur est bon, que sa miséricorde est éternelle !

4. Or le roi et tout le peuple immolaient des victimes devant le Seigneur.

5. Le roi Salomon sacrifia vingt-deux mille bœufs et cent vingt mille moutons; et le roi avec tout le peuple fit la dédicace de la maison du Seigneur.

6. Les prêtres étaient appliqués chacun à leurs fonctions; et les Lévites touchaient les instruments des hymnes du Seigneur, que le roi David a composées pour louer le Seigneur, *telles que :* Car sa miséricorde est éternelle. Ils chantaient *ainsi* les hymnes de David sur les instruments. Et les prêtres sonnaient devant eux des trompettes; et tout Israël était debout.

7. Salomon consacra aussi le milieu du parvis qui était devant le temple du Seigneur ; car il y avait offert les holocaustes, et les graisses des victimes pacifiques, parce que l'autel d'airain qu'il avait fait, ne pouvait suffire pour les holocaustes, les sacrifices et les graisses *des hosties pacifiques.*

8. Salomon fit en ce temps-là une fête solennelle pendant sept jours; et tout Israël la fit avec lui ; cette assemblée fut fort grande, *parce qu'on y vint* depuis l'entrée d'Emath jusqu'au torrent de l'Egypte.

9. Le huitième jour, il célébra la fête de l'assemblée solennelle, parce qu'il avait employé sept jours à la dédicace de l'autel, et sept jours à la fête solennelle.

10. Ainsi le vingt-troisième jour du premier mois, il renvoya le peuple à ses tentes ; tous remplis de joie et de reconnaissance des grâces que le Seigneur avait faites à David, à Salomon et à son peuple d'Israël.

11. Salomon acheva donc la maison du Seigneur et le palais du roi; et il réussit dans

posuerat in corde suo, ut faceret in domo Domini, et in domo suâ, et prosperatus est.

12. Apparuit autem ei Dominus nocte, et ait : Audivi orationem tuam, et elegi locum istum mihi in domum sacrificii.

13. Si clausero cœlum, et pluvia non fluxerit, et mandavero et præcepero locustæ, ut devoret terram, et misero pestilentiam in populum meum :

14. Conversus autem populus meus, super quos invocatum est nomen meum, deprecatus me fuerit, et exquisierit faciem meam, et egerit pœnitentiam à viis suis pessimis ; et ego exaudiam de cœlo, et propitius ero peccatis eorum, et sanabo terram eorum.

15. Oculi quoque mei erunt aperti, et aures meæ erectæ ad orationem ejus qui in loco isto oraverit.

16. Elegi enim et sanctificavi locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternum, et permaneant oculi mei, et cor meum ibi cunctis diebus.

17. Tu quoque si ambulaveris coram me, sicut ambulavit David pater tuus, et feceris juxta omnia quæ præcepi tibi, et justitias meas judiciaque servaveris,

18. Suscitabo thronum regni tui, sicut pollicitus sum David patri tuo, dicens : Non auferetur de stirpe tuâ vir qui sit princeps in Israel.

19. Si autem aversi fueritis, et dereliqueritis justitias meas, et præcepta mea, quæ præposui vobis, et abeuntes servieritis diis alienis, et adoraveritis eos,

20. Evellam vos de terrâ meâ, quam dedi vobis ; et domum hanc, quam sanctificavi nomini meo, projiciam à facie meâ, et tradam eam in parabolam, et in exemplum cunctis populis :

21. Et domus ista erit in proverbium universis transeuntibus, et dicent stupentes : Quare fecit Dominus sic terræ huic et domui huic ?

22. Respondebuntque : Quia dereliquerunt Dominum Deum patrum suorum, qui eduxit eos de terrâ Ægypti, et appre-

tout ce qu'il s'était proposé de faire, tant dans la maison du Seigneur, que dans son propre palais.

12. Or, le Seigneur lui apparut la nuit, et lui dit : J'ai exaucé votre prière, et j'ai choisi pour moi ce lieu, pour en faire une maison de sacrifice.

13. Si je ferme le ciel, et qu'il ne tombe point de pluie, ou que j'ordonne et que je commande aux sauterelles de ravager la terre, et que j'envoie la peste parmi mon peuple ;

14. Et que mon peuple, sur qui mon nom a été invoqué, se convertisse, qu'il m'implore, qu'il recherche mon visage, et qu'il fasse pénitence de sa mauvaise voie, je l'exaucerai du ciel, je lui pardonnerai ses péchés, et je purifierai la terre où il fait sa demeure.

15. Mes yeux seront ouverts et mes oreilles attentives à la prière de celui qui m'invoquera en ce lieu ;

16. Parce que j'ai choisi ce lieu, et que je l'ai sanctifié, afin que mon nom y soit à jamais, et que mes yeux et mon cœur y soient toujours attachés.

17. Et vous-même, si vous marchez en ma présence, ainsi que David votre père y a marché ; si vous agissez en tout selon les ordres que je vous ai donnés, et que vous gardiez mes préceptes et mes ordonnances,

18. J'élèverai le trône de votre règne, ainsi que je l'ai promis à David votre père, disant : Votre race ne sera jamais privée de quelqu'un qui sera prince en Israël.

19. Mais si vous et vos enfants vous vous détournez de moi, et que vous abandonniez les lois et les ordonnances que je vous ai proposées ; si vous courez après les dieux étrangers, et que vous les serviez et les adoriez,

20. Je vous exterminerai de la terre qui est à moi, et que je vous ai donnée ; je rejetterai loin de moi ce temple que j'ai consacré à mon nom, et je le rendrai la fable du monde, et je ferai en sorte qu'il serve d'exemple à tous les peuples ;

21. Et cette maison sera tournée en proverbe pour tous ceux qui passeront devant, et qui, frappés d'étonnement, diront : Pourquoi le Seigneur a-t-il traité ainsi cette terre et cette maison ?

22. Et l'on répondra : C'est qu'ils ont abandonné le Seigneur Dieu de leurs pères, qui les avait retirés de la terre d'Egypte, qu'ils ont

henderunt deos alienos, et adoraverunt eos et coluerunt : idcircò venerunt super eos universa hæc mala.

pris des dieux étrangers, et qu'ils les ont adorés et révérés ; voilà ce qui a attiré tous ces maux sur eux.

COMMENTARIUM.

Vers. 1.—Majestas Domini implevit domum (1); id est, nubes, symbolum præsentiæ et majestatis Numinis, interiora templi omnia occupavit.

Vers. 2. —Nec poterant sacerdotes ingredi templum Domini. Pedem intra Sanctum ferre ut suffitum darent, non audebant, imò neque ad altare holocaustorum accedere, quod totum abierat in flammas planè cœlestes, totumque venerabili quâdam caligine protegebatur. Primò quidem pedem et manum à ministerio abstinuêre, 3 Reg .8, 11 ;deinde verò accedentes, victimas ingenti numero immolârunt.

Vers. 4. — Immolabant victimas, manibus sacerdotum, quibus hostias mactandas dabant; vel ipsi per se privati illas mactabant, tradebantque sacerdotibus adipem et sanguinem altari offerendos.

Vers. 5. — Dedicavit domum Dei rex, et universus populus. Eâ potissimùm re dedicatio peracta est, quòd oblata ibi sacrificia, et arca in Sanctuarium illata fuerint. Sacerdotes, rex, et populus universus pro se quisque aliquid ad dedicationem illam contulerunt; sed pars maxima erat sacerdotum, qui ordinario Domini ministerio fungebantur. Holocaustorum numerus modum planè excessit; igne enim sacro arsêre viginti duo millia boum, et centum viginti millia arietum simul et hædorum; quod fidem superaret, si de festo ageretur unius diei, et unici altaris holocaustis : sed plura erecta sunt in atrio altaria, et festum per totam hebdomadam prorogatum est.

Vers. 6. — In organis carminum Domini, quæ fecit David (2). Hinc sacerdotes, tubas inflantes suas, illinc Levitæ musicis instrumentis et voce palam canebant laudes Domini, modulantes psalmum 135, cujus singuli versiculi repetito illo intercalari clauduntur : *Quoniam in æternum misericordia ejus.*

Vers. 8. —Fecit solemnitatem in tempore illo septem diebus. Solemnitati dedicationis

(1) ***Et la majesté de Dieu remplit toute la maison, de sorte que les prêtres mêmes ne pouvaient entrer dans le temple du Seigneur,*** etc. Il est visible que ce que la sainte Ecriture appelle ici *la majesté du Seigneur*, est la même chose que ce qu'elle appelle ailleurs, *la gloire du Seigneur.* Or, cette gloire et cette majesté du Dieu d'Israël était couverte en quelque façon par *la nuée* qui remplit le temple, et qui attestait sa présence dans cette sainte maison. Que si l'on désire de connaître les raisons par lesquelles Dieu voulut ainsi montrer et cacher en même temps sa gloire à son peuple, on le peut voir dans les explications du huitième chapitre du troisième livre des Rois. (Sacy.)

(2) *Les Lévites touchaient les instruments pour chanter les hymnes du Seigneur, que le roi David avait composées pour louer le Seigneur,* etc. On ne songe guère, quand on parle des *Hymnes* ou des Psaumes *de David,* à les regarder d'une autre manière que comme l'ouvrage d'un saint prophète. Et peut-être qu'on fait très-peu de réflexion à cette autre qualité de *roi* qu'il avait en même temps. C'est sans doute qu'on n'est guère accoutumé de joindre ensemble l'idée de la sainteté avec celle de la royauté, et que regardant les princes comme occupés entièrement de la conduite politique de leurs états, ou des guerres qu'ils sont obligés de soutenir contre tous leurs ennemis, on les croit peu en état de songer à ce qui regarde la Religion et la gloire du Seigneur. Mais on se trompe d'en juger toujours ainsi. Et l'on a vu dans tous *les siècles* de saints rois faire en effet leur principale occupation du gouvernement de leurs royaumes, mais songer en même temps à procurer par toutes sortes de voies l'accroissement de la Religion du vrai Dieu. David, en son temps, et saint Louis, dans le sien, ont fait voir par leur exemple que le vrai moyen de bien gouverner les peuples, c'est de rendre au souverain Maître de tous les princes toute la gloire qui lui est due.

Les *Hymnes* ou les Psaumes que *David a composés,* comme il est marqué ici, *pour* faire *louer le Seigneur,* et pour relever *son éternelle miséricorde ,* étaient très-dignes d'un grand prince comme lui, pénétré jusqu'au cœur de l'infinie miséricorde, dont il avait plu à Dieu d'user d'une manière si éclatante à son égard. Bien loin d'oublier ces grâces dont il se sentait si redevable à sa bonté, il voulut comme en dresser un monument éternel dans ces saints cantiques; et il ne crut pas qu'il fût indigne de lui de composer ces cantiques spirituels pour être chantés à la gloire de ce Dieu si bon dans la suite de tous les âges. Qu'on regarde donc dans ces hymnes de David le caractère d'un prince vraiment humble et plein de reconnaissance. Qu'on y lise quel fut l'objet de son cœur dans toute sa vie. Il chantait et faisait chanter à tout son peuple *la miséricorde,* non passagère, mais *éternelle* de son Dieu. Et quoique Dieu ne lui permit point de bâtir lui-même un temple à sa gloire, comme il l'avait souhaité, non seulement il en amassa tous les matériaux avant sa mort, et offrit tous les trésors dont on a parlé, pour fournir à cette grande dépense ; mais il mérita de le dédier en quelque sorte par ses saints cantiques qu'on y chanta avec tant de solennité, après que son fils en eut achevé le bâtiment. Telle est la gloire du saint roi David, le plus humble de tous les princes, et devenu par ses Psaumes le plus célèbre de tous les prophètes. (Sacy.)

templi per septem dies celebratæ annexum est festum Tabernaculorum, tunc fortè incidens; nam festum erat per eam anni tempestatem recurrens, 3 Reg. 8, 1.

Vers. 10. — Die vigesimo tertio mensis septimi dimisit populos. Dimissionem quidem accepit populus die secundâ et vigesimâ, ibid. v. 66, sed nonnisi alterâ die recessit.

Vers. 14. — Exquisierit faciem meam. Regrediatur ad me, pacare Numen studeat, ac propitium meum obtutum promereri. *Quærere faciem Domini* familiaris est Scripturæ phrasis, sonans gratiam ejus inire, rogare, in templo laudare. (1)

(1) Vers. 16. — *J'ai choisi et sanctifié ce lieu, afin que mon nom y soit à jamais*, etc. Comment est-il vrai que le nom du Seigneur devait éclater éternellement dans ce temple, puisque sous le règne de Nabuchodonosor il fut brûlé, et que depuis, ayant été rétabli sous Cyrus, il fut encore tout-à-fait détruit par les empereurs Romains? On peut répondre, premièrement, que, selon le sens littéral, tout ce que Dieu promettait à Salomon était seulement conditionnel, selon qu'il le marque aussitôt après, et qu'ainsi il était vrai qu'il *avait choisi et sanctifié ce lieu, afin que* la majesté de *son nom y éclatât pour toujours;* mais à condition néanmoins que son peuple ne le profanerait pas par ses crimes; de même qu'il déclara à ce prince qu'il *affermirait son trône,* selon la promesse qu'il en avait faite à son père; mais à cette condition, qu'il *marcherait en sa présence, comme David y avait marché.*

Secondement, on peut dire encore qu'en prenant même la promesse du Seigneur, comme absolue à l'égard de ce saint lieu qu'il avait choisi *afin d'y faire éclater éternellement son nom,* elle s'accomplit réellement, non dans la figure, qui était ce temple des Juifs, mais dans la vérité figurée par ce temple, c'est-à-dire dans l'Eglise de Jésus-Christ, dont le temple de Jérusalem n'a été qu'une faible image: car c'est proprement dans cette Eglise que le nom, la majesté et la puissance de notre Dieu s'est fait et se fera admirer dans la suite de tous les siècles, sans que jamais cette maison sainte qu'il *a choisie pour y arrêter,* comme il dit, *ses* divins *regards, et pour y mettre son cœur,* puisse cesser d'être sa maison, parce qu'il *l'a sanctifiée* véritablement *pour toujours.* (Sacy.)

CAPUT VIII.

1. Expletis autem viginti annis, postquàm ædificavit Salomon domum Domini et domum suam:

2. Civitates quas dederat Hiram Salomoni, ædificavit, et habitare ibi fecit filios Israel.

3. Abiit quoque in Emath Suba, et obtinuit eam.

4. Et ædificavit Palmyram in deserto, et alias civitates munitissimas ædificavit in Emath.

5. Exstruxitque Bethhoron superiorem, et Bethhoron inferiorem, civitates muratas, habentes portas et vectes et seras;

6. Balaath etiam et omnes urbes firmissimas, quæ fuerunt Salomonis, cunctasque urbes quadrigarum, et urbes equitum; omnia quæcumque voluit Salomon atque disposuit, ædificavit in Jerusalem et in Libano, et in universâ terrâ potestatis suæ.

7. Omnem populum, qui derelictus fuerat de Hethæis, et Amorrhæis, et Pherezæis, et Hevæis, et Jebusæis, qui non erant de stirpe Israel,

8. De filiis eorum, et de posteris, quos non interfecerant filii Israel, subjugavit Salomon in tributarios usque in diem hanc.

CHAPITRE VIII.

1. Or quand vingt ans furent accomplis après que Salomon eut bâti le temple du Seigneur et son propre palais,

2. Il bâtit les villes que Hiram lui avait données, et il y établit les enfants d'Israël.

3. Il s'en alla aussi à Emath de Suba, et il en prit possession.

4. Et il bâtit Palmyre dans le désert, et encore plusieurs autres villes très-fortes dans le pays d'Emath.

5. Il bâtit aussi la haute Béthoron et la basse Béthoron, villes murées, qui avaient des portes garnies de barres et de serrures.

6. Comme aussi Balaath, et toutes les meilleures places qui étaient à lui; et toutes les villes des chariots et de la cavalerie. Enfin Salomon bâtit tout ce qui lui plut et d'après son plan, tant dans Jérusalem que dans le Liban, et dans toute l'étendue de ses états.

7. Quant aux peuples qui étaient restés des Hethéens, des Amorrhéens, des Phérézéens, des Hevéens et des Jébuséens, qui n'étaient point de la race d'Israël,

8. Mais qui étaient les enfants ou les descendants de ceux *d'entre les Chananéens* que les Israélites n'avaient point fait mourir, Salomon se les rendit tributaires, comme ils le sont encore aujourd'hui.

9. Il ne voulut point que les enfants d'Israël

9. Porrò de filiis Israel non posuit ut servirent operibus regis : ipsi enim erant viri bellatores, et duces primi, et principes quadrigarum et equitum ejus.

10. Omnes autem principes exercitûs regis Salomonis fuerunt ducenti quinquaginta, qui erudiebant populum.

11. Filiam verò Pharaonis transtulit de civitate David in domum quam ædificaverat ei. Dixit enim rex : Non habitabit uxor mea in domo David regis Israel, eò quòd sanctificata sit : quia ingressa est in eam arca Domini.

12. Tunc obtulit Salomon holocausta Domino super altare Domini, quod exstruxerat ante porticum,

13. Ut per singulos dies offerretur in eo juxta præceptum Moysi in sabbatis et in calendis, et in festis diebus, ter per annum, id est, in solemnitate Azymorum, et in solemnitate Hebdomadarum et in solemnitate Tabernaculorum.

14. Et constituit juxta dispositionem David patris sui, officia sacerdotum in ministeriis suis : et Levitas in ordine suo, ut laudarent, et ministrarent coram sacerdotibus, juxta ritum uniuscujusque diei : et janitores in divisionibus suis per portam et portam : sic enim præceperat David homo Dei.

15. Nec prætergressi sunt de mandatis regis, tam sacerdotes, quàm Levitæ, ex omnibus quæ præceperat, et in custodiis thesaurorum.

16. Omnes impensas præparatas habuit Salomon, ex eo die quo fundavit domum Domini, usque in diem quo perfecit eam.

17. Tunc abiit Salomon in Asiongaber, et in Ailath ad oram maris Rubri, quæ est in terrâ Edom.

18. Misit autem ei Hiram per manus servorum suorum naves, et nautas gnaros maris, et abierunt cum servis Salomonis in Ophir, tuleruntque inde quadringenta quinquaginta talenta auri, et attulerunt ad regem Salomonem.

fussent assujétis à travailler à ses ouvrages; mais il s'en servit pour la guerre, et leur donna le commandement de ses armées, de sa cavalerie et de ses chariots.

10. Or tous les principaux officiers de l'armée du roi Salomon montaient au nombre de deux cent cinquante, qui avaient le commandement et le gouvernement du peuple.

11. Ensuite il fit passer la fille de Pharaon, de la ville de David, dans la maison qu'il lui avait bâtie ; car il dit : Il ne faut pas que ma femme demeure dans la maison de David, roi d'Israël, parce qu'elle a été sanctifiée à cause que l'arche du Seigneur y est entrée.

12. Alors Salomon offrit des holocaustes au Seigneur sur l'autel qu'il lui avait élevé devant le vestibule du temple,

13. Pour y offrir chaque jour des sacrifices, selon l'ordonnance de Moïse, les jours du sabbat, les premiers jours du mois, les trois grandes fêtes de l'année : savoir, celle des Azymes, celle des Semaines, et celle des Tabernacles.

14. Il ordonna aussi que les prêtres s'acquittassent de leurs devoirs dans leur ministère, selon l'ordre prescrit par David son père; et que les Lévites gardassent leur rang pour chanter les louanges de Dieu, et pour servir devant les prêtres en observant les cérémonies propres à chaque jour ; et que les portiers fissent aussi leurs devoirs aux portes dont la garde leur avait été donnée, selon la distribution que David, l'homme de Dieu, en avait faite à chacun d'eux.

15. Les prêtres et les Lévites n'omirent rien, et ne firent rien au-delà de tout ce que le roi avait ordonné, et de ce qui concernait la garde du trésor.

16. Salomon avait trouvé toutes choses préparées pour fournir à la dépense, depuis le jour où il commença de jeter les fondements du temple, jusqu'au jour où il l'acheva.

17. Ensuite il alla à Asiongaber et à Ailath, qui sont sur le bord de la Mer-Rouge, qui est dans la terre d'Edom.

18. Hiram lui avait aussi envoyé par ses sujets des vaisseaux, et des mariniers expérimentés, qui s'en allèrent avec les gens de Salomon à Ophir, d'où ils rapportèrent au roi Salomon quatre cent cinquante talents d'or.

VERS. 2. — CIVITATES, QUAS DEDERAT HIRAM SALOMONI, ÆDIFICAVIT (1). Interpretes plerique, apud Lyram et Menochium, censent, Hiramum urbes hasce viginti ditionis suæ dedisse Salomoni, ut datas sibi à Salomone urbes pari munere rependeret. Nobis tamen ea sedet persuasio, urbes hasce dono priùs dedisse regem Judæorum Hiramo, qui accipere munus recusans, *dedit*, seu potiùs reddidit Salomoni; ille verò receptas ornavit, munivit, missisque Israelitarum coloniis frequentavit.

VERS. 3. — ABIIT IN EMATH SUBA. Urbs est *Emesa* ad Orontem, quæ regi Thou parebat, quo tempore David Syriam jure armorum occupavit. Porrò Thou amicitiam Davidis nunquàm non coluit, sed post Davidis obitum ea regio causam fortè aliquam Salomoni præbuit, ut ejus armis invaderetur. Ipsene rex venerit in expeditionem, ignoratur, sed urbem cepit, uti et *Palmyram*, aliam ejus regionis urbem inclytam, 3 Reg. 9, 18, in Hebræo *Thadmor* appellatam.

VERS. 4. — ALIAS CIVITATES MUNITISSIMAS ÆDIFICAVIT. Eædem occurrunt in Hebræo voces, quæ in Exodo, 1, 11, redduntur : *Urbes tabernaculorum*. Interpretum plures vertunt : *Urbes thesaurorum*, ubi scilicet servabantur vel thesauri, vel proventus regis, frumentum, vinum, oleum, etc. Malunt alii urbes fortes et munitissimas.

VERS. 8. — SUBJUGAVIT SALOMON IN TRIBUTARIOS USQUE IN DIEM HANC. Reddi potest Hebræus : *Vocavit illos Salomon ad opera*, ad operas vectigales, *usque in diem hanc*. Coegit ad lapicidinas, et ad cædenda in montibus ligna, uti 1 Paral. 22, 2, animadversum est. In reditu è captivitate aliqui ex posteris illorum adhuc supererant, 1 Paral. 9, 2.

VERS. 10. — OMNES PRINCIPES EXERCITUS SALOMONIS FUERUNT DUCENTI QUINQUAGINTA. Hi principes exercitûs regii, alii planè sunt à quingentis quinquaginta aliis principibus, *qui erant super omnia opera Salomonis*. Vide dicta in tertio Regum 9, 23.

VERS. 11. — NON HABITABIT UXOR MEA IN DOMO DAVID, EO QUOD SANCTIFICATA SIT (1). Duxerat Salomon novus rex filiam regis Ægypti, quam constituit in civitate David, donec novas illi ædes conderet. Sedulò tamen cavit, ne locaret illam in ædibus Davidis, mulierem profanam in ædibus præsentiâ arcæ, quæ ibi pluribus annis sederat, consecratis. Salomon quidem ædes illas incoluit, quamdiù novas sibi et uxori ædificaret; sed uxori in sedem constituit

(1) *Il fit fortifier les villes que Hiram lui avait données, et y établit les enfants d'Israël.* L'histoire des Rois nous apprend que Salomon donna à Hiram, roi de Tyr, vingt villes dans la Galilée. Et nous voyons, au contraire, dans cet endroit, que Hiram en avait donné à Salomon. Mais ces deux choses s'accordent fort bien ensemble, si l'on considère qu'il se fit une espèce de commerce et d'échange mutuel entre ces deux princes, que le bâtiment du temple de Jérusalem avait fort unis. Salomon ayant donc donné vingt villes au roi de Tyr, pour reconnaître sans doute le zèle que ce prince avait fait paraître en contribuant de tout son pouvoir au bâtiment de la maison du Seigneur, et à celui du palais des rois d'Israël; Hiram ne fut pas moins généreux en ce point que Salomon, puisqu'il lui donna aussi des villes de ses états pour y établir des Israélites. On peut voir, dans les explications du troisième livre des Rois, ce qu'on y a dit touchant ces villes que Salomon donna à Hiram, et la faute qu'il a pu faire en cela. (Sacy.)

(1) *Il ne faut pas que ma femme demeure dans la maison de David, roi d'Israël, parce qu'elle a été sanctifiée lorsque l'arche du Seigneur y est entrée.* Ce respect que témoigna Salomon pour un lieu où l'arche avait reposé, doit inspirer à tous les Chrétiens un terrible éloignement de profaner dans eux-mêmes, non pas seulement par des impuretés légales, mais par des crimes réels, un cœur qui est devenu un lieu consacré par la présence, non de l'arche ancienne des Juifs, mais du corps même de Jésus-Christ. Ce prince eût été heureux, s'il avait su conserver jusqu'à la fin ce cœur que l'Esprit de Dieu avait aussi sanctifié par sa présence, lorsqu'il était apparu à lui plusieurs fois, et qu'après l'avoir rempli de sagesse, il lui avait déclaré de nouveau que sa prière était exaucée.

On peut dire cependant que s'il a peu d'imitateurs dans cette première vénération qu'il témoigna pour un lieu que la seule présence de l'ancienne arche avait rendu saint en quelque sorte, il en a, au contraire, un très-grand nombre dans cette profanation qu'il fit à la fin de son propre cœur, qui avait été auparavant consacré à Dieu par la présence et par l'onction du Saint-Esprit. On est saisi de frayeur, lorsqu'on voit ce prince témoigner présentement un si grand respect pour la majesté du Dieu d'Israël, et un si fidèle attachement à faire observer toutes les cérémonies du culte divin, prescrites par la bouche de Moïse, et les réglements qu'avait faits David, son père, qui est appelé ici *l'homme de Dieu*, et lorsqu'on songe que ce même prince embrassera dans la suite le culte impie des idoles des nations, pour plaire à des femmes infidèles, comme s'il n'eût pas connu auparavant le Dieu de ses pères. Ainsi, qui oserait s'appuyer sur sa piété et sur sa sagesse présente, puisqu'un tel exemple peut convaincre tous les hommes de la vérité de cet avis si nécessaire que nous donne le saint Apôtre : *Que celui qui se regarde comme affermi, doit bien prendre garde de ne pas tomber?*

(Sacy.)

domum aliam in civitate Davidis, donec in regias ædes suas illam traduceret.

Vers. 15. — Ex omnibus, quæ præceperat, et in custodiis thesaurorum. Traditam à rege Davide regulam servavit, tum in ordine sacerdotum ac Levitarum, tum in custodiâ, vel usu thesaurorum, ædificio templi destinatorum; ac denique in iis, quæ pius pater constituerat.

Vers. 17. — Abiit Salomon in Asiongaber (1). Vide 3 Reg. 1, 26.

Vers. 18. — Misit ei Hiram per manus servorum suorum naves et nautas (2). Quo itinere Tyro naves mitti poterant in Asiongaber, si urbem hanc omnium geographorum consensu ad sinum Elaniticum maris Rubri constituamus? Sunt qui reputaverint, naves contrario cursu delatas, per canalem ductum ex Erythræo ad Nilum, ut cum Mediterraneo jungeretur. Hic tamen canalis, ut citissimè, nonnisi sub Sesostri cœptum est (ita Aristot. Meteor. l. 1, c. ult., et Strabo l. 7; vide Marsham. Canon. Ægypt. secul. 15); cœptum, inquam, non absolutum; metus enim ne aquæ Erythræi inundarent Ægyptum, cujus est solum, eo mari humilius, ab incœpto deterruit. Alii verò, nempe Herodotus, l. 2, Diodorus l. 1, primum hujus rei consilium tribuunt Necho, sub homine *Nechai* in Scripturâ noto, 4 Reg. 23, 29. Darius rex Persidis opus illud resumpsit, et longiùs etiam perduxerat, cùm ejusdem inundationis metus, ne absolveret, impedivit. Perfecit denique Ptolemæus II, rex Ægypti, atque ita duo dissita maria conjunxit: sed hæc Salomonis ætate sunt posteriora. Sesostris ipse est Sesac, qui arma movit in Roboamum filium Salomonis, ex nonnullorum sententiâ (Marsham. Can. Chronic. l. 3, initio seculi 14). Licet autem hâc ætate multò antiquior constituatur (1), satis erit ad propositum, si eum canalem cœperit quidem, non absolverit; neque enim uti illo potuit Salomon, ut naves suas è Mediterraneo ad Erythræum mitteret.

Censent alii, naves regis resolutas, et plaustris vel camelis impositas, è Mediterraneo ad mare Rubrum, à Pelusio scilicet usque Suez, spatio viginti quinque vel triginta circiter leucarum (2), vehi potuisse.

Neque id exemplo careret; narrat enim Diodorus Siculus, l. 2, Semiramidi naves fuisse quasdam, quæ facilè resolutæ commodè ex uno in alterum locum ferebantur: tùm facilè compactæ iterùm redibant in naves. Id generis machinas secum ad expeditionem Indicam vexit. Sed animadvertere juvat, naves Salomonis plus aliquid fuisse quàm fluviales Semiramidis rates.

Alexander Magnus traduxit ad amnem Hydaspem naves, quibus trajecerat Indum: quam ob rem navigia minora dissecuit, triremes in tres partes divisit, atque ita plaustris imposuit (vide Arrianum). Idem Phœnicias naves variæ magnitudinis plaustrorum ope devexit Thapsacum, ferendas inde Babylonem, unde in Sinum Persicum, eodem auctore, l. 7, unà cum Strabone, l. 16. Alia etiam exempla translatarum navium recentior historia suppeditat. Mahometus II ex uno in alterum mare per isthmum Corinthi naves devexit.

Omissis verò aliis perquisitionibus variarum artium traducendi naves è Mediterraneo ad Erythræum, in eâ sumus persuasione, Hiramum classem habuisse suam in Erythræo, quam Salomoni concesserit; nisi fortè communi sumptu iter et navigationem institutam censeamus. Hiram certè classem suam unà cum Salomonicâ in Ophir mittebat, 3 Reg. 10, 22.

Tulerunt inde quadringenta quinquaginta talenta auri. Quadringenta viginti exhibet tertius Regum, 9, 28. Incrementum hoc triginta talentorum facilè in sumptus classis impendebatur. Quadringenta quinquaginta auri talenta reddunt numismatis nostri triginta et unum millia millium, ducenta octoginta novem millia, duas et sexaginta libras, ac solidos decem.

(1) Abiit Salomon (vel in personâ, vel per suos ministros et officiales) in Asiongaber. Hic portus est maris Rubri, ex quo in Indiam Orientalem facilis et vicinus est trajectus; unde colligas *Ophir*, fuisse in Indiâ Orientali, non Occidentali, scilicet in Pegu, non in Peru. Nec enim in Peru, sed in Pegu inveniuntur simiæ, pavones, ebur, gemmæ, aromata, ligna thyina, quæ classis hæc Ophirina detulit ad Salomonem. Portus hic à Josepho lib. 8 Antiq. cap. 6, appellatur *Berenice*, à S. Hieron. *Essia*, hodie *Suez* vocatur. (Corn. à Lap.)

(2) Gnaros maris, imò primos, ut creditur, inventores rei nauticæ. Nam teste Tibullo,

Prima ratem ventis tradere docta Tyrus.

Et Pomponius Mela dicit Phœnices (qui iidem sunt cum Tyriis et Sidoniis), primos artem navigandi commentos esse. Sed de hoc fusiùs Sapientiæ 14, v. 6. (Tirinus.)

(1) Usserius in annum mundi 2533, putat Sesostrim eumdem esse ac Sethosin filium Pharaonis, in Erythræo mersi.

(2) Plin. l. 2, c. 68: « Centum quadraginta « millia passuum Arabicus sinus distat ab « Ægyptio mari. »

CAPUT IX.

1. Regina quoque Saba, cùm audîsset famam Salomonis, venit ut tentaret eum in ænigmatibus in Jerusalem, cum magnis opibus, et camelis qui portabant aromata, et auri plurimùm, gemmasque pretiosas. Cùmque venisset ad Salomonem, locuta est ei quæcumque erant in corde suo.

2. Et exposuit ei Salomon omnia quæ proposuerat : nec quidquam fuit, quod non perspicuum ei fecerit.

3. Quæ postquàm vidit, sapientiam scilicet Salomonis, et domum quam ædificaverat,

4. Necnon et cibaria mensæ ejus, et habitacula servorum, et officia ministrorum ejus, et vestimenta eorum, pincernas quoque et vestes eorum, et victimas quas immolabat in domo Domini, non erat præ stupore ultra in eà spiritus.

5. Dixitque ad regem : Verus est sermo quem audieram in terrà meà de virtutibus et sapientiâ tuà.

6. Non credebam narrantibus, donec ipsa venissem, et vidissent oculi mei, et probâssem vix medietatem sapientiæ tuæ mihi fuisse narratam : vicisti famam virtutibus tuis.

7. Beati viri tui, et beati servi tui, qui assistunt coram te omni tempore, et audiunt sapientiam tuam.

8. Sit Dominus Deus tuus benedictus, qui voluit te ordinare super thronum suum, regem Domini Dei tui. Quia diligit Deus Israel, et vult servare eum in æternum, idcircò posuit te super eum regem, ut facias judicia atque justitiam.

9. Dedit autem regi centum viginti talenta auri, et aromata multa nimis, et gemmas pretiosissimas ; non fuerunt aromata talia ut hæc quæ dedit regina Saba regi Salomoni.

10. Sed et servi Hiram cum servis Salomonis attulerunt aurum de Ophir, et ligna thyina, et gemmas pretiosissimas :

11. De quibus fecit rex, de lignis scilicet thyinis, gradus in domo Domini, et in domo regià, citharas quoque, et psal-

CHAPITRE IX.

1. La reine de Saba ayant entendu parler de la grande réputation de Salomon, vint à Jérusalem pour l'éprouver par des énigmes. Elle avait avec elle de grandes richesses, et des chameaux qui portaient des aromates, et une grande quantité d'or et des pierres précieuses. Et quand elle fut venue vers Salomon, elle lui exposa tout ce qu'elle avait dans le cœur.

2. Et Salomon lui expliqua tout ce qu'elle lui avait proposé ; et il n'y eut rien qu'il ne lui éclaircît entièrement.

3. Et après qu'elle eut vu la sagesse de Salomon et la maison qu'il avait bâtie,

4. La manière dont sa table était servie, les appartements de ses officiers, les diverses classes de ceux qui le servaient, la magnificence de leurs habits, ses échansons, leurs habits, et les victimes qu'il immolait dans la maison du Seigneur, elle en fut tellement étonnée, qu'elle paraissait tout hors d'elle-même.

5. Elle dit au roi : Ce qu'on m'avait dit dans mon royaume de votre mérite et de votre sagesse est bien véritable.

6. Je ne voulais point croire ce qu'on m'en rapportait, jusqu'à ce que je sois venue moi-même, que j'aie tout vu de mes propres yeux, et que j'aie reconnu qu'on m'avait à peine dit la moitié de ce que je vois de votre sagesse. Votre mérite va au-delà de tout ce qu'en publie la renommée.

7. Heureux ceux qui sont à vous ! Heureux vos serviteurs qui sont sans cesse devant vous, et qui écoutent votre sagesse !

8. Béni soit le Seigneur votre Dieu, qui a voulu vous faire asseoir sur son trône, et vous établir roi pour tenir la place du Seigneur votre Dieu ! Comme Dieu aime Israël, et qu'il veut le conserver à jamais, aussi il vous a établi roi pour le gouverner et pour rendre la justice avec équité.

9. Ensuite elle présenta au roi cent vingt talents d'or, et une quantité prodigieuse de parfums et de pierres très-précieuses. On n'a jamais vu des parfums si excellents que ceux dont la reine de Saba fit présent à Salomon.

10. Les sujets d'Hiram avec les sujets de Salomon apportèrent aussi de l'or d'Ophir et une espèce de bois odorant, et des pierres très-précieuses.

11. Et le roi fit faire de ces bois les degrés de la maison du Seigneur et ceux de la maison

teria, cantoribus; nunquàm visa sunt in terrâ Juda ligna talia.

12. Rex autem Salomon dedit reginæ Saba cuncta quæ voluit, et quæ postulavit, et multò plura quàm attulerat ad eum: quæ reversa, abiit in terram suam cum servis suis.

13. Erat autem pondus auri, quod afferebatur Salomoni per singulos annos, sexcenta sexaginta sex talenta auri,

14. Exceptâ eâ summâ, quam legati diversarum gentium, et negotiatores afferre consueverant, omnesque reges Arabiæ, et satrapæ terrarum, qui comportabant aurum et argentum Salomoni.

15. Fecit igitur rex Salomon ducentas hastas aureas de summâ sexcentorum aureorum, qui in singulis hastis expendebantur:

16. Trecenta quoque scuta aurea trecentorum aureorum, quibus tegebantur singula scuta: posuitque ea rex in armamentario, quod erat consitum nemore.

17. Fecit quoque rex solium eburneum grande, et vestivit illud auro mundissimo:

18. Sex quoque gradus, quibus ascendebatur ad solium, et scabellum aureum, et brachiola duo altrinsecùs, et duos leones stantes juxta brachiola,

19. Sed et alios duodecim leunculos stantes super sex gradus ex utrâque parte: non fuit tale solium in universis regnis.

20. Omnia quoque vasa convivii regis erant aurea, et vasa domûs saltûs Libani ex auro purissimo. Argentum enim in diebus illis pro nihilo reputabatur;

21. Siquidem naves regis ibant in Tharsis cum servis Hiram, semel in annis tribus: et deferebant inde aurum et argentum, et ebur, et simias, et pavos.

22. Magnificatus est igitur Salomon super omnes reges terræ præ divitiis et gloriâ.

23. Omnesque reges terrarum desiderabant videre faciem Salomonis, ut audirent sapientiam quam dederat Deus in corde ejus:

24. Et deferebant ei munera, vaca ar-

du roi, les harpes et les lyres des musiciens. On n'avait jamais vu jusqu'alors de ces sortes de bois dans la terre de Juda.

12. Le roi Salomon de son côté donna à la reine de Saba tout ce qu'elle put désirer, et ce qu'elle demanda, et beaucoup plus qu'elle ne lui avait apporté; et la reine s'en retourna dans son royaume avec toute sa suite.

13. Le poids de l'or qu'on apportait tous les ans à Salomon était de six cent soixante-six talents d'or,

14. Sans compter ce qu'avaient accoutumé de lui apporter les députés de diverses nations, les marchands, tous les rois de l'Arabie, et tous les gouverneurs des provinces, qui apportaient tous de l'or et de l'argent à Salomon.

15. Le roi Salomon fit donc faire deux cents piques d'or du poids de six cents sicles qu'il donnait pour chacune.

16. Il fit faire aussi trois cents boucliers chacun de trois cents sicles d'or que l'on employait à les couvrir; et le roi les mit dans son arsenal qui était planté d'arbres.

17. Le roi fit de plus un grand trône d'ivoire, qu'il revêtit d'or très-pur.

18. Les six degrés par lesquels on montait au trône et le marchepied étaient d'or, avec deux bras qui le tenaient de chaque côté, et deux lions près de ces deux bras,

19. Et douze autres petits lions posés sur les six degrés de côté et d'autre; de sorte que dans tous les royaumes du monde, il n'y a jamais eu de trône semblable.

20. Tous les vases de la table du roi étaient d'or, et toute la vaisselle de la maison du bois du Liban était aussi d'un or très-pur; car l'argent était alors regardé comme rien;

21. Parce que la flotte du roi faisait voile de trois ans en trois ans, et allait avec les gens d'Hiram en Tharsis; et elle apportait de là de l'or, de l'argent, de l'ivoire, des singes et des paons.

22. Ainsi le roi Salomon surpassa tous les rois du monde en richesses et en gloire:

23. Et tous les rois de la terre désiraient voir le visage de Salomon pour entendre la sagesse que Dieu avait répandue dans son cœur.

24. Et chacun lui faisait présent tous les ans

gentea et aurea; et vestes, et arma, et aromata, equos et mulos per singulos annos.

25. Habuit quoque Salomon quadraginta millia equorum in stabulis, et curruum equitumque duodecim millia, constituitque eos in urbibus quadrigarum, et ubi erat rex in Jerusalem.

26. Exercuit etiam potestatem super cunctos reges, à flumine Euphrate usque ad terram Philisthinorum, et usque ad terminos Ægypti.

27. Tantamque copiam præbuit argenti in Jerusalem quasi lapidum, et cedrorum tantam multitudinem velut sycomororum, quæ gignuntur in campestribus.

28. Adducebantur autem ei equi de Ægypto, cunctisque regionibus.

29. Reliqua autem operum Salomonis priorum et novissimorum, scripta sunt in verbis Nathan prophetæ, et in libris Ahiæ Silonitis, in visione quoque Addo videntis, contra Jeroboam filius Nabat.

30. Regnavit autem Salomon in Jerusalem super omnem Israel quadraginta annis.

31. Dormivitque cum patribus suis, et sepelierunt eum in civitate David: regnavitque Roboam filius ejus pro eo.

de vases d'or et d'argent, d'étoffes précieuses, d'armes, de parfums, de chevaux et de mulets.

25. Salomon eut aussi quarante mille chevaux dans ses écuries, douze mille chariots et douze mille hommes de cheval; et il les distribua dans les villes qui étaient destinées à les loger, et dans Jérusalem auprès de sa personne.

26. Sa puissance s'étendit même sur tous les rois qui étaient depuis l'Euphrate jusqu'à la terre des Philistins, et jusqu'aux frontières de l'Egypte.

27. Et il fit que l'argent devint aussi commun à Jérusalem que les pierres, et qu'on y vit autant de cèdres qu'il y a de sycomores qui naissent dans la campagne.

28. On lui amenait aussi des chevaux d'Egypte et de tous les autres pays.

29. Pour le reste des actions de Salomon, tant les premières que les dernières, elles sont écrites dans les livres du prophète Nathan, dans ceux du prophète Ahias qui était de Silo, et dans les prédictions du prophète Addo contre Jéroboam, fils de Nabat.

30. Salomon régna quarante ans à Jérusalem et sur tout Israël.

31. Il s'endormit avec ses pères, et fut enseveli dans la ville de David; et Roboam son fils régna en sa place.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Regina Saba. Vide dicta in 3 Regum 10, 1 et seqq.

Vers. 3. — Domum quam ædificaverat. Ædes magnificas, quas sibi et uxori suæ filiæ Pharaonis extruxerat; seu potiùs *templum Domini*, quod Hebræi frequentissimè nomine *domûs* sine addito designare solent. Ædificium erat magnitudine, structurâ, magnificentiâ longè superans conditas sibi à Salomone ædes, et quidquid erat per eam ætatem in Oriente pulcherrimum.

Vers. 4. — Victimas quas immolabat in domo Domini. Hebræus: *Ascensum quo ascendebat in domum Domini*. Ita Mariana, Junius et Tremellius, Piscator, Hebræi. De hoc clivo ex ædibus regiis ad templum ducente, actum est 3 Reg. 10, 5 et 12. Verùm Septuaginta, Syrus et Arabs hìc et in tertio Regum interpretationem Vulgatæ sequuntur, exponentes de holocaustis à Salomone oblatis in templo, quæ admirationi erant et stupori peregrinæ illi reginæ, nunquàm assuetæ tanto religionis apparatui, disciplinæ ac magnificentiæ, quantus in templo Domini nitebat. Profana utique antiquitas nihil tale, quod scimus, erga numina sua alicubi per orbem exhibuit. Sumptibus suis rex holocausta pro festis omnibus exhibebat, 1 Par. 31, 3, Ezech. 45, 17.

Vers. 5. — De virtutibus et sapientia tua. Hebræus: *Super verbis tuis et super sapientiâ tuâ;* vel super res et sapientiam tuam.

Vers. 8. — Qui voluit te ordinare super thronum suum, regem Domini Dei tui. Regnum Israelis ipsum erat Dei regnum; qui enim illud moderabatur, à Deo constitutus erat, ut ejus nomine et auctoritate jura daret, quemadmodùm non semel in Scripturâ animadversum est. (1)

(1) 1 Paralip. 17, 14: *Statuam eum in domo meâ, et in regno meo usque in sempiternum.* Et 28, 5: *Elegit Salomonem, ut sederet in throno regni Domini super Israel.* Et 29, 11: *Tuum, Domine, regnum, et tu es super omnes*

VERS. 10. — LIGNA THYINA. Ligna grati odoris, vel rarissima. Hebræus : *Ligna algumim.* Vide 3 Reg. 10, 11, et 2 Paralip. 2, 8.

VERS. 11. — GRADUS IN DOMO DOMINI. Creditur iis lignis sepsisse latera clivi ex ædibus regiis ad templum ducentis. Ita Vatablus, Junius, Malvenda, etc. (Vide 3 Reg. 10, 12.)

VERS. 12. — DEDIT CUNCTA QUÆ VOLUIT, ET QUÆ POSTULAVIT, ET MULTO PLURA QUAM ATTULERAT AD EUM. In Hebræo quidem legitur dedisse reginæ quæcumque illa optare se significaverat, quæque postulaverat omnia, præter ea quæ ipsa attulerat. Sed in Regibus legitur, dedisse illi *omnia quæ voluit et petivit ab eo, exceptis his quæ ultrò obtulerat ei munere regio*, præter regium munus, respondens muneribus ab ipsâ delatis.

VERS. 14. — EXCEPTA EA SUMMA, QUAM LEGATI DIVERSARUM GENTIUM ET NEGOTIATORES AFFERRE CONSUEVERANT. Inferebantur in ærarium Salomonis sexcenta sexaginta sex talenta auri è consuetis regni proventibus, non numeratis iis quæ solvebantur è vectigalibus omnium ditionis suæ mercatorum. In textu Regum, ubi eadem fermè verba leguntur in Hebræo, versio paulò aliter sonat : *Excepto eo quod offerebant viri, qui super vectigalia erant, et negotiatores, universique scruta vendentes*, qui minutiores merces vendebant. Reddi potest textus ad litteram : *Excepto eo quod afferebant pervestigantes, circumeuntes, adducentes, et regionem vendendo discurrentes.*

VERS. 15. — FECIT DUCENTAS HASTAS AUREAS DE SUMMA SEXCENTORUM AUREORUM. Hebræa vox eadem in tertio Regum 10, 16, redditur *scuta.*

VERS. 16. — TRECENTORUM AUREORUM, QUIBUS TEGEBANTUR SINGULA SCUTA. Hebræus in textu Regum legit : *Trecentarum minarum auri*, pro *trecentorum* siclorum *aureorum*. Arma hæc constituta fuisse dicit sacer scriptor in *armamentario, quod erat consitum nemore*, id est, in ædibus *Saltûs Libani* appellatis. Vide 3 Reg. 10, 16, 17 (1).

VERS. 18. — SEX QUOQUE GRADUS, QUIBUS ASCENDEBATUR AD SOLIUM, ET SCABELLUM AUREUM. Hæbræus ad litteram : *Et sex gradus solio, et scabellum in auro, quod solium continebat.* Se-

principes. Et 2 Paralip. 2, 11, et 6, 42, et 13, 8.

(1) Le trône magnifique que Salomon, roi d'Israël, fit élever, afin d'y rendre ses jugements, *était grand*, dit le texte sacré, *tout d'ivoire, et revêtu d'un or très-pur. Il y avait six degrés par lesquels on y montait, et un marchepied d'or, avec deux bras qui le tenaient de chaque côté, et deux lions près de ces deux bras; et douze autres petits lions posés sur les six degrés de part et d'autre*, savoir six de chaque côté. L'Ecriture ajoute *qu'il n'y eut jamais de trône semblable dans tous les royaumes du monde*, et l'on peut juger effectivement, par tout ce qu'elle remarque de la magnificence de Salomon, que son trône surpassait ceux de tous les autres princes de l'univers, non seulement par la richesse de la matière, mais encore par la disposition et par le travail si admirable de cet ouvrage. Tous les peuples étaient donc dans l'étonnement en voyant ce trône si magnifique du roi le plus riche et le plus sage qui fût alors. Et cependant Jésus-Christ nous déclare dans l'Evangile que *Salomon dans toute sa magnificence n'a jamais été vêtu comme un lis des champs.*

D'où vient que d'une part le Saint-Esprit relève si fort la magnificence de tous les ouvrages de ce prince, et que de l'autre Jésus-Christ l'a rabaissée d'une manière si surprenante? On en peut dire plusieurs raisons. Premièrement, on doit remarquer avec saint Jean Chrysostome, qu'autant que la vérité surpasse ce qui n'en est que l'image, autant la beauté naturelle des fleurs l'emporte au-dessus de la beauté artificielle des ouvrages de la main des hommes. Secondement, Jésus-Christ voulait par là détacher nos yeux et notre cœur de tout ce qui peut leur paraître le plus charmant, puisque, comparant toute la magnificence du roi le plus riche qui fut jamais, à *une herbe qui est aujourd'hui*, comme il le dit, *et qui demain sera jetée dans le four*, et la mettant même au-dessous de cette herbe, il nous fait voir quel jugement nous devons porter de tout ce qu'il y a de plus magnifique dans le siècle, et quelle est l'extravagance d'un Chrétien de s'y attacher.

Que si nous voulons considérer dans ce trône de Salomon si magnifique, et en même temps si terrible, la vérité qu'il pouvait nous figurer, nous reconnaîtrons sans doute que la figure a été infiniment au-dessous de la vérité. On a déjà remarqué ailleurs que ce prince, dans cet état de sa gloire, a été l'image de Jésus-Christ glorieux et triomphant de ses ennemis. Ce trône de Salomon nous représente donc fort bien celui du Sauveur, devenu le roi d'Israël par le triomphe de sa mort. Son trône est vraiment très-*grand*, soit par rapport à l'étendue infinie de sa puissance, soit par rapport à tous les hommes de tous les siècles, qui doivent y comparaître pour subir son jugement. *L'ivoire* dont il est fait, peut nous marquer la parfaite pureté de la parole de Dieu, comparée aussi ailleurs à un argent très-purifié, sur laquelle tous les arrêts que doit prononcer le divin Salomon de dessus le trône de sa gloire seront formés. *L'or très-pur*, dont il est tout revêtu, et qui est dans l'Ecriture le symbole de la charité, signifie que ce sera effectivement cette vertu souveraine qui décidera du sort éternel de tous les hommes, selon que leur vie y aura été ou conforme, ou opposée, parce que c'est uniquement dans les deux branches de la charité, dont l'une regarde Dieu et l'autre le prochain, que se trouvent les fruits de la vie et du salut : *In his duobus mandatis universa lex pendet et prophetæ.*

Ces *deux lions* principaux qui accompagnaient

ptuaginta : *Et sex gradus throno, illigati auro.* Reformandum hìc credimus Hebræum ad textum tertii Regum 10, 19, qui emendatior videtur et apertior : *Sex gradus solio, et caput rotundum solio post ipsum;* id est, dorsum et corona in rotundum. Syrus et Arabs : *Fastigium solii rotundum,* vel recurvum. (1)

Vers. 25. — Quadraginta millia equorum. In Regibus ibidem v. 26 : *Quadringenti currus.* In Hebræo hìc : *Quatuor millia præsepia equorum et currum.* Septuaginta : *Quatuor millia equarum ob ejus currus.* Vide quæ congessimus in 3 Regum 4, 26.

Vers. 28. — Adducebantur ei equi de Ægypto. Difficultates in hunc textum formatas expendimus 3 Reg. 10, 28 et seq.

les deux bras du trône de Salomon, peuvent nous marquer la force invincible des jugements qui sortiront de ce trône, comme des divins rugissements de ce lion de la tribu de Juda, selon qu'il est appelé dans l'Ecriture. Enfin les *douze petits lions* posés sur les six degrés par lesquels on montait au trône, figuraient peut-être les douze Apôtres de Jésus-Christ, qui jugeront avec lui les douze tribus d'Israël, ainsi qu'il le déclare : *Je vous prépare,* leur disait-il, *le royaume, comme mon Père me l'a préparé, afin que vous..... soyez assis sur des trônes pour juger les douze tribus d'Israël.*

Il est donc très-vrai de dire avec l'Ecriture, *qu'il n'y eut jamais un tel trône dans tous les royaumes* de la terre ; car ce sera la justice qui y régnera souverainement et avec une puissance à laquelle nulle force ne sera capable de résister. Mais cette justice et cette puissance seront revêtues de *l'or très-pur* de la charité, qui sera la divine règle de tous ses arrêts. Hâtons-nous donc, selon l'avis que nous en donne l'Apôtre, de *nous présenter* maintenant *devant le trône de la grâce* de Jésus-Christ, *afin d'y recevoir miséricorde, et d'y trouver grâce pour être secourus dans nos besoins,* parce que nous le pouvons faire présentement *avec confiance.* Mais n'attendons pas à demander miséricorde, que nous paraissions devant cet autre trône de sa justice. Jugeons-nous nous-mêmes, afin de n'être point jugés, et travaillons à nous rendre dignes de ne point craindre la vue de ce trône si redoutable, en nous revêtant de la double charité, qui étant parfaite, selon saint Jean, chasse la crainte : *Perfecta charitas foras mittit timorem.* (Sacy.)

(1) Vers. 21. — In Tharsis. Inter filios Javam, Gen. 10, unus fuit nomine Tharsis, qui in divisione gentium sortitus putatur eas insulas, quæ à Cypro ad orientalem et aquilonarem plagam spectant ; quibus et nomen suum indidit Tharsis. Unde Cilicia tota dicta fuit Tharsis, quasi regnum Tharsis ; et primaria Ciliciæ urbs sita in littore maris, nomen illud retinuit, dicta *Tarsus,* ut ex 2 Judith, et 2 Machab. 4, colligit Sanctius. Porrò ab insulis illis Tharsis etiam mare vicinum eodem nomine vocatum est Tharsis. Quod mare quia Hebræis ob frequentia commercia erat notissimum, aliorum verò remotiorum marium nomina neque nota, neque audita ipsis ; hinc factum, ut quodcumque aliud *mare,* etiam Oceanum, vocârint *Tharsis,* et similiter ignotas sibi insulas mari instar Ciliciæ adjacentes vocârint Tharsis, sicut et Latini nomen Ponti, quod est proprium maris Pontici, commune fecerunt cuivis etiam alteri mari, et Indias vocamus non eas solas regiones quas Indus fluvius perluit, sed et quasvis alias nostro hemisphærio oppositas, et Mauros dicimus non solos ex Africâ Mauritanos, sed et quosvis alios Mahometanos, quorum propria nomina nos latent. Simili modo factum, ut Hebræi regioni Ophir, sibi minùs adhuc notæ, notum sibi Tharsis nomen inderent, ut 2 Paral. 20, vers. 36, et omnes similes insulas sibi ignotas, omnia maria, quorum peculiare nomen ignorabant, Tharsis vocarent. Hinc Psal. 47, Isaiæ 23, Ezech. 1, et alibi, ubi noster, nunc *naves Tharsis,* nunc *naves maris* vertit, in Hebræo ubique est, *naves Tharsis.* (Tirinus.)

CAPUT X.

1. Profectus est autem Roboam in Sichem : illùc enim cunctus Israel convenerat ut constituerent eum regem.

2. Quod cùm audisset Jeroboam filius Nabath, qui erat in Ægypto (fugerat quippe illùc ante Salomonem), statim reversus est.

3. Vocaveruntque eum, et venit cum universo Israel, et locuti sunt ad Roboam, dicentes :

4. Pater tuus durissimo jugo nos pressit; tu leviora impera patre tuo, qui nobis imposuit gravem servitutem, et paululùm de onere subleva, ut serviamus tibi.

5. Qui ait : Post tres dies revertimini ad me. Cùmque abiisset populus,

CHAPITRE X.

1. Or Roboam s'en alla à Sichem, parce que tout Israël s'y était assemblé pour l'établir roi.

2. Quand Jéroboam, fils de Nabath, qui s'était enfui en Egypte par la crainte de Salomon, eut appris cette nouvelle, il revint aussitôt.

3. Le peuple l'ayant mandé, il se rendit avec tout Israël auprès de Roboam, et ils lui dirent :

4. Votre père nous a tenus opprimés sous un joug très-dur. Traitez-nous plus favorablement que votre père, qui nous a tenus dans une si onéreuse servitude; et diminuez quelque chose de ce poids, afin que nous puissions vous servir.

5. Il leur dit : Revenez me trouver dans trois jours. Et après que le peuple se fut retiré,

6. Iniit consilium cum senibus, qui steterant coram patre ejus Salomone, dùm adhùc viveret, dicens : Quid datis consilii ut respondeam populo?

7. Qui dixerunt ei : Si placueris populo huic, et leniveris eos verbis clementibus, servient tibi omni tempore.

8. At ille reliquit consilium senum, et cum juvenibus tractare cœpit, qui cum eo nutriti fuerant, et erant in comitatu illius.

9. Dixitque ad eos : Quid vobis videtur? vel respondere quid debeo populo huic, qui dixit mihi : Subleva jugum quod imposuit nobis pater tuus?

10. At illi responderunt ut juvenes, et nutriti cum eo in deliciis : atque dixerunt : Sic loqueris populo, qui dixit tibi : Pater tuus aggravavit jugum nostrum, tu subleva; et sic respondebis ei : Minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei.

11. Pater meus imposuit vobis grave jugum, et ego majus pondus apponam : pater meus cecidit vos flagellis, ego verò cædam vos scorpionibus.

12. Venit ergo Jeroboam, et universus populus ad Roboam die tertio, sicut præceperat eis.

13. Responditque rex dura, derelicto consilio seniorum :

14. Locutusque est juxta juvenum voluntatem : Pater meus grave vobis imposuit jugum, quod ego gravius faciam : pater meus cecidit vos flagellis, ego verò cædam vos scorpionibus.

15. Et non acquievit populi precibus : erat enim voluntatis Dei, ut compleretur sermo ejus, quem locutus fuerat per manum Ahiæ Silonitis ad Jeroboam filium Nabath.

16. Populus autem universus, rege duriora dicente, sic locutus est ad eum : Non est nobis pars in David, neque hæreditas in filio Isai. Revertere in tabernacula tua, Israel; tu autem pasce domum tuam, David. Et abiit Israel in tabernacula sua.

17. Super filios autem Israel, qui habitabant in civitatibus Juda, regnavit Roboam.

6. Roboam tint conseil avec les vieillards qui avaient été assistant devant Salomon son père pendant sa vie, et leur dit : Quelle réponse me conseillez-vous de faire à ce peuple?

7. Ils lui dirent : Si vous témoignez de la bonté à ce peuple, et que vous l'apaisiez par des paroles douces, ils s'attacheront pour toujours à votre service.

8. Mais Roboam n'approuva point le conseil des vieillards, et consulta les jeunes gens qui avaient été nourris avec lui et qui l'accompagnaient toujours.

9. Et il leur dit : Que vous en semble? Que dois-je répondre à ce peuple qui est venu me dire : Adoucissez le joug dont votre père nous a chargés?

10. Ils lui répondirent comme des jeunes gens qui avaient été nourris avec lui dans les délices, et ils lui dirent : Voici la réponse que vous devez faire à ce peuple qui est venu vous dire : Votre père a rendu notre joug très-pesant; vous, allégez-le; et vous lui parlerez en ces termes : Le plus petit de mes doigts est plus gros que n'étaient les reins de mon père.

11. Mon père vous a imposé un joug pesant, et moi j'y ajouterai un poids encore plus pesant. Mon père vous a frappés avec des verges; et moi je vous frapperai avec des scorpions.

12. Jéroboam et tout le peuple vinrent donc à Roboam le troisième jour, selon l'ordre qu'il leur avait donné.

13. Et le roi ne fit point de cas du conseil des vieillards, et fit une réponse dure.

14. Il leur parla selon le conseil des jeunes gens : Mon père vous a imposé un joug très-pesant; et moi je l'appesantirai encore davantage. Mon père vous a frappés avec des verges; et moi je vous frapperai avec des scorpions.

15. Ainsi il ne se rendit point aux prières du peuple, parce que Dieu avait résolu d'accomplir la parole qu'il avait dite à Jéroboam, fils de Nabath, par le ministère d'Ahias, Silonite.

16. Mais tout le peuple se voyant traité si durement par le roi, lui répondit : Nous n'avons point de part en David, ni d'héritage dans le fils d'Isaï. Israël, retirez-vous dans vos tentes. Et vous, David, pourvoyez à votre maison. Et ainsi Israël se retira dans ses tentes.

17. Mais Roboam régna sur les enfants d'Israël qui demeuraient dans les villes de Juda.

18. Misitque rex Roboam Aduram, qui præerat tributis, et lapidaverunt eum filii Israel, et mortuus est : porrò rex Roboam currum festinavit ascendere, et fugit in Jerusalem.

19. Recessitque Israel à domo David, usque ad diem hanc.

18. Le roi Roboam envoya ensuite Aduram, surintendant de ses tributs; mais les enfants d'Israël le lapidèrent, et il mourut. Roboam monta aussitôt sur son char, et s'enfuit à Jérusalem.

19. Ainsi Israël se sépara de la maison de David, comme il l'est encore aujourd'hui.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Profectus est Roboam in Sichem (1). Vide tertium Regum 12, ubi eadem totidem ferè verbis narrantur. (2)

(1) Electorum atque bellantium, id est, *electorum bellatorum.* Est hendiadys. Hebr. *bachurim,* et electos, et juvenes significat. Juvenum enim sunt bella; senum consilia, ut ait ille. (Corn. à Lap.)

Vers. 2, 3. — *Jéroboam, fils de Nabath, qui s'était enfui en Egypte par la crainte de Salomon, ayant appris cette nouvelle, revint aussitôt. Et le peuple d'Israël ayant député vers lui, il se rendit au lieu où ils étaient tous assemblés.* L'Ecriture nous marque ailleurs la raison qui obligea Jéroboam de s'enfuir en Egypte. Les femmes avaient corrompu le cœur de Salomon, pour lui faire suivre et adorer les dieux étrangers. Et il se porta jusqu'à cet excès de bâtir vis-à-vis de Jérusalem un temple profane à l'idole des Moabites, et à l'idole des enfants d'Ammon, lui qui avait signalé auparavant sa piété en bâtissant d'une manière si magnifique ce temple fameux consacré au Dieu d'Israël. Le Seigneur s'étant donc mis en colère contre ce prince, lui déclara qu'il ferait un schisme et une division dans son royaume après sa mort, et qu'il donnerait une partie de ce royaume à un de ses serviteurs. Ce serviteur fut Jéroboam, à qui Salomon avait donné l'intendance de tous les tributs qui se levaient sur les terres d'Ephraïm et de Manassé. Dieu lui fit connaître par le prophète Ahias, qu'il lui donnerait dix tribus du royaume de Salomon, parce que ce prince l'avait abandonné pour adorer la déesse des Sidoniens et d'autres dieux étrangers. Et Jéroboam fut obligé de s'enfuir en Egypte, pour éviter la colère de Salomon qui voulait le faire mourir.

Ce fut là que la nouvelle de la mort de ce prince lui fut apportée. Ainsi, s'assurant sur la déclaration que le prophète du Seigneur lui avait faite, il se hâta de revenir en Judée. Et Dieu avait disposé déjà sans doute les esprits des peuples à le reconnaître pour leur roi, leur inspirant de lui mander qu'il vînt à Sichem, où tout Israël s'était assemblé après la mort du roi Salomon. On a vu dans le douzième chapitre du troisième livre des Rois la faute que le prince Roboam, son fils, commit, et qui lui fit perdre les dix tribus d'Israël. C'est la même histoire qui est rapportée dans ce chapitre, et dans les propres termes. Ainsi les éclaircissements qu'on a déjà donnés sur les Rois suffiront pour celui-ci. (Sacy.)

(2) Vers. 4.—Pater tuus Salomon durissimo jugo nos pressit. Non fuerant ante conquesti Israelitæ, tum quia minùs grave fuerat vectigal, tum quia ad templi et regiæ domûs fabricam Israelitici imperii præsidium atque ornamentum, denique ad communes et publicos ac necessarios usus impendi videbant. At cùm sub extrema illius tempora suas potiùs spectaret delicias mulierosus senex, et tot feminarum gregibus delicatè ac fastuosè alendis extortam à subditis pecuniam impenderet, id ferre ultra populus nec voluit, nec valuit, et Salomoni quidem non nisi obmurmurare quotidiè ; Roboamo verò palam quoque obsistere, ac nisi immanes illos et impudicos sumptus minuat, obedientiam denegare ausi sunt. (Tirinus.)

Vers. 7. — Si placueris populo huic, et leniveris eos. Hebræus : *Si fueris bonus populo huic, et placueris eis.* In 3 Reg. 12, 7 : *Si hodie obedieris populo huic, et servieris,* ipse vicissim tibi in posterum serviet. Si tu illi hodie aliquid concesseris, fidem tibi præstabit æternam. (1)

Vers. 15. — Erat enim voluntatis Dei. Hebræus : *Nam erat causatum à Deo.* Septuaginta:

(1) Vers. 11. — Posuit in eis principes, id est, belli duces, cum commeatu sufficienti, ut vicini hostis, scilicet Jeroboami antagonistæ sui insultus sustinere possent. Erant enim civitates limitaneæ, in confinio Judæ et Israelis. (Corn. à Lap.)

Vers. 14. — Pater meus cecidit vos flagellis, ego verò cædam vos scorpionibus. Proverbiali sermone significat stultus Roboam, à se populum multò quàm à Salomone duriùs affligendum. Nempe videri voluit ad minas subditorum impavidus, et potiùs minari ipsis et insultare, quàm obsequi et delinire. Unde comprobatur verissimum fuisse illud Eccli. 47, v. 27 : *Dereliquit post se* Salomon *de semine suo, gentis stultitiam, et imminutum à prudentiâ Roboam, qui* stulto *consilio suo gentem* suam *avertit* à se ; et propterea 2 Paral. 13, v. 7, dicitur *rudis* fuisse et *corde pavido :* nam si generoso et forti animo fuisset, puerile coætaneorum suorum consilium sprevisset et repulisset, et sanis seniorum monitis acquievisset. Porrò natus erat *Roboam* matre Ammonitide, quæ Naama dicebatur ; ita habetur 3 Reg. cap. 14, vers. 21.

Nota, *scorpiones* hìc vocari plantas spinosas, vel etiam lora quæ aduncis aculeis seu stimulis armantur sicut scorpius, et ita corpus pulsant, ut etiam lacerent ac discerpant, et in hoc à flagellis distinguuntur, qualia sunt nuda lora, vel taureæ, vel virgæ ex lentis seu arborum seu fruticum ramis, quibus corpus solùm pulsatur seu tunditur, non verò etiam discerpitur. Vide Columellam. (Tirinus.)

ὅτι ἦν μεταστροφὴ παρὰ τοῦ Θεοῦ : *Quia erat eversio à Deo.* Sensum textûs optimè expressit Syrus : *Contigit enim ista rebellio permissione divinâ, ut veritate probaretur verbum Aiæ prophetæ.* Permisit Deus, ut Roboam deteriora consilia, et populus violenta sequerentur.

Vers. 16. — Populus universus, rege duriora dicente, sic locutus est. Hebræus : *Omnis Israel videns, quòd non audîsset rex eos, responderunt.*

Veteres quidam manuscripti codices (MSS. duo nostra S. Michael. ad Mosam), cum pluribus Latinorum Bibliorum editionibus, addunt hìc in fine capitis verba è 3 Reg. 12, 20, deducta : *Factum est, cùm audisset omnis Israel, quòd reversus esset Jeroboam, miserunt, et vocaverunt eum, congregato cœtu, et constituerunt eum regem super omnem Israel, nec secutus est quisquam domum David, prœter tribum Juda solam.* Ita Biblia impressa ann. 1478, 1489, 1521; Renati Bened. Paris. 1565; Joan. Bened. 1558; Nivell. Paris. 1573. Ita legebat Lyra. (1)

(1) Vers. 17. — Ambulaverunt enim in viis David et Salomonis, intellige antequàm Salomon in senio à Deo ad idola apostataret.

Vers. 22. — Constituit Abiam in capite, id est, caput et principem cæterorum fratrum, qui erant 28, eò quòd ipse licet ætate esset junior, prudentiâ tamen, vigore et industriâ omnes superaret.

Vers. 23. — Et potentior super omnes filios ejus, et in cunctis finibus Juda et Benjamin, et in universis civitatibus muratis ; repete : *Potentior* fuit Abia, q. d. : Abia occupavit cunctos limites regni, omnesque civitates muratas et munitas, itàque se omnium dominum effecit ac potentem, utpote cui omnes limites regni omnesque urbes munitæ parerent.

Præbuitque eis (civitatibus muratis et regni finibus) escas plurimas (ne hostes eas obsidere, et fame ad deditionem cogere possent), et multas petivit uxores, scilicet Abia sibi ipsi, ut ex eis multos gigneret filios, quibus suum regnum stabiliret et roboraret, ne à fratribus suis invadi posset. Hunc sensum exigit nostra versio, æquè ac Septuag., qui pro : *Potentior super omnes filios,* vertunt : *Profecit super omnes filios ejus, et in cunctis finibus Juda,* etc.

Porrò, ex Hebræo aliter verti potest cum Pagnino, Vatablo, Marino et aliis, nimirùm sic : *Dispersit* (Roboam) *omnes filios suos super omnes fines Juda et Benjamin, et per omnes civitates munitas;* ut scilicet ipsi separati forent ab invicem, nec capita conferre possent, ut simul contra Abiam juniorem, quem omnibus prætulerat, conspirare possent, juxta illud politicum et tyrannicum Machiavelli præceptum : *Si vis regnare, divide,* atque ut sorte suâ contenti viverent, nec de regno cogitarent, *præbuit eis escas plurimas, et dedit eis multitudinem uxorum,* ut ventri et veneri vacantes, in delicioso otio torperent et consenescerent. Idem facit Turcarum imperator fratribus suis, donec prolem habeat, quâ habitâ, fratres occidit, ne imperium invadant. (Corn. à Lap.)

CAPUT XI.

1. Venit autem Roboam in Jerusalem, et convocavit universam domum Juda et Benjamin, centum octoginta millia electorum atque bellantium, ut dimicaret contra Israel, et converteret ad se regnum suum.

2. Factusque est sermo Domini ad Semeiam hominem Dei, dicens :

3. Loquere ad Roboam filium Salomonis regem Juda, et ad universum Israel qui est in Juda et Benjamin :

4. Hæc dicit Dominus : Non ascendetis, neque pugnabitis contra fratres vestros : revertatur unusquisque in domum suam, quia meâ hoc gestum est voluntate. Qui cùm audîssent sermonem Domini, reversi sunt, nec perrexerunt contra Jeroboam.

5. Habitavit autem Roboam in Jerusalem, et ædificavit civitates muratas in Juda.

6. Exstruxitque Bethlehem, et Etam, et Thecue,

CHAPITRE XI.

1. Or Roboam s'en vint à Jérusalem, et assembla toute la maison de Juda et de Benjamin, et marcha à la tête de cent quatre-vingt mille hommes de guerre choisis, pour combattre contre Israël, et pour le remettre sous son obéissance.

2. Mais le Seigneur adressa la parole à Séméïas, homme de Dieu, et lui dit :

3. Allez dire à Roboam, fils de Salomon, roi de Juda, et à tout le peuple d'Israël qui est dans la tribu de Juda et de Benjamin :

4. Voici ce que dit le Seigneur : Vous ne vous mettrez point en campagne, et vous ne combattrez point contre vos frères ; que chacun s'en retourne en sa maison ; car cela ne s'est fait que par ma volonté. Après qu'ils eurent entendu la parole du Seigneur, ils s'en retournèrent, et n'avancèrent pas davantage contre Jéroboam.

5. Ainsi Roboam établit sa demeure à Jérusalem, et éleva des villes murées dans Juda.

6. Il bâtit aussi Bethléhem, et Etan, et Thécué,

7. Bethsur quoque, et Socho, et Odollam,

8. Necnon et Geth, et Maresa, et Ziph,

9. Sed et Aduram, et Lachis, et Azeca,

10. Saraa quoque, et Aialon, et Hebron, quæ erant in Juda et Benjamin, civitates munitissimas.

11. Cùmque clausisset eas muris, posuit in eis principes, ciborumque horrea, hoc est, olei et vini.

12. Sed et in singulis urbibus fecit armamentarium scutorum et hastarum, firmavitque ea summâ diligentiâ; et imperavit super Judam et Benjamin.

13. Sacerdotes autem et levitæ, qui erant in universo Israel, venerunt ad eum de cunctis sedibus suis,

14. Relinquentes suburbana et possessiones suas, et transeuntes ad Judam et Jerusalem : eò quòd abjecisset eos Jeroboam, et posteri ejus, ne sacerdotio Domini fungerentur,

15. Qui constituit sibi sacerdotes excelsorum, et dæmoniorum, vitulorumque quos fecerat.

16. Sed et de cunctis tribubus Israel, quicumque dederant cor suum, ut quærerent Dominum Deum Israel, venerunt in Jerusalem ad immolandum victimas suas coram Domino Deo patrum suorum.

17. Et roboraverunt regnum Juda, et confirmaverunt Roboam filium Salomonis per tres annos : ambulaverunt enim in viis David et Salomonis, annis tantùm tribus.

18. Duxit autem Roboam uxorem Mahalath; filiam Jerimoth, filii David : Abihail quoque filiam Eliab filii Isai,

19. Quæ peperit ei filios, Jehus, et Somoriam, et Zoom.

20. Post hanc quoque accepit Maacha filiam Absalom, quæ peperit ei Abia, et Ethai, et Ziza, et Salomith.

21. Amavit autem Roboam Maacha filiam Absalom super omnes uxores suas et concubinas : nam uxores decem et octo duxerat, concubinas autem sexaginta; et

7. Comme encore Bethsur, Socho, Odollam,

8. Avec Geth, Marésa, et Ziph,

9. Et même Aduram, Lachis et Azécha,

10. Saraa, Aïalon, Hébron, qui étaient dans Juda et dans Benjamin, places très-fortes.

11. Et quand il les eut fermées de murailles, il y mit des gouverneurs, et y fit des magasins de vivres, c'est-à-dire, d'huile et de vin.

12. Il établit dans chaque ville un arsenal de boucliers et de piques, et il fit fortifier ces places avec grand soin. Ainsi il régna sur la tribu de Juda et de Benjamin.

13. Les prêtres et les lévites qui étaient dans tout Israël, quittèrent leurs demeures, et vinrent se rendre auprès de sa personne,

14. Abandonnant les faubourgs et les biens qui leur avaient été donnés, et se retirant dans Juda et à Jérusalem, parce que Jéroboam et ses enfants les avaient chassés, afin qu'ils n'exerçassent aucune fonction du sacerdoce du Seigneur.

15. Jéroboam se fit lui-même des prêtres pour les hauts lieux, pour les démons et pour les veaux qu'il avait fait faire.

16. Tous ceux aussi qui, dans toutes les tribus d'Israël, s'étaient appliqués de tout leur cœur à chercher le Seigneur Dieu d'Israël, vinrent à Jérusalem, pour immoler leurs victimes en la présence du Seigneur Dieu de leurs pères.

17. Ainsi ils affermirent le royaume de Juda, et ils soutinrent Roboam, fils de Salomon, durant trois ans; car ils ne marchèrent dans les voies de David et de Salomon que durant trois années.

18. Et Roboam épousa Mahalath, fille de Jérimoth, fils de David, et encore Abihaïl, fille d'Eliab, fils d'Isaï,

19. De laquelle il eut Jéhus et Somoria et Zoom.

20. Après celle-ci, il épousa encore Maacha, fille d'Absalom, dont il eut Abia, Ethaï, Ziza et Salomith.

21. Or Roboam aima Maacha, fille d'Absalom, plus que toutes ses autres femmes et que ses concubines; car il eut dix-huit femmes et

genuit viginti octo filios, et sexaginta filias.

22. Constituit verò in capite Abiam filium Maacha, ducem super omnes fratres suos: ipsum enim regem facere cogitabat,

23. Quia sapientior fuit, et potentior super omnes filios ejus, et in cunctis finibus Juda et Benjamin, et in universis civitatibus muratis : præbuitque eis escas plurimas, et multas petivit uxores.

soixante concubines, et il eut vingt-huit fils et soixante filles.

22. Il éleva Abias, fils de Maacha, au-dessus de tous ses frères, dans le dessein de le faire régner après lui,

23. Parce qu'il était plus sage, et plus puissant que tous ses autres enfants, dans toute l'étendue de Juda et de Benjamin, et dans toutes les villes murées; et il leur donna des vivres en abondance, et leur fit épouser plusieurs femmes.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Venit Roboam in Jerusalem. Vide 3 Reg. 12, 21, etc. (1)

Vers. 5. — Ædificavit civitates muratas in Juda. Tribus Juda hucusque in medio regionis posita, fines tenuit post scissionem decem tribuum : quare Roboamus necessitate coactus fuit urbes illius quamplures munire. Nec ab eâ re manus abstinuit in regno suo Jeroboamus 4 Reg. 12, 25 ; munivit enim Sichem et Phanuelem, ut Roboamum ingressu ditionis suæ prohiberet.

Vers. 6. — Etam, urbem Simeoniticam, in finibus Juda et Dan, 1 Paral. 4, 32, Judic. 15, 8. Arcem hanc opposuit Roboamus Simeonitis. Jeroboamo subditis. Locum hunc innui credo ab Josepho narrante l. Antiq. 8, c. 2, Salomonem eò sæpiùs ventitâsse, illectum amœnitate aquarum et hortorum. Hic locus appellabatur *Etam,* jacebatque tribus leucis et dimidiâ ab Hierosolymis, in viâ ad Hebronem. Congruit omninò situs aliorum locorum, qui deinceps describuntur.

Vers. 11. — Ciborumque horrea, hoc est, olei et vini. Hebræus : *Thesauros cibariorum, olei et vini.* Cellaria frumenti, olei, vini, quæ constitui solent in urbibus munitis, ad obsidionum opportunitatem. (1)

(1) Vers. 4, 5. — *Eux ayant entendu la parole du Seigneur, s'en retournèrent..... Ainsi Roboam établit sa demeure à Jérusalem*, etc. On a déjà expliqué le commencement de ce chapitre en éclaircissant le douzième du troisième livre des Rois, qui contient les mêmes choses. On peut ajouter ici seulement une réflexion sur cette facilité étonnante avec laquelle Dieu renverse tout d'un coup les desseins des plus puissants princes, quand il veut les humilier. Salomon avait regardé, pour parler ainsi, comme un jeu, de s'abandonner à tous ses plaisirs, et de quitter le Dieu de ses pères, pour s'attacher aux faux dieux des nations. Il croyait son trône bien affermi, et s'élevait en lui-même de la multitude de ses trésors, et du nombre prodigieux de ses chariots et de ses chevaux. Mais il entend tout d'un coup que Dieu lui prononce cet arrêt, que son royaume sera divisé après sa mort, et la plus grande partie donnée à un de ses officiers. Salomon meurt, et Dieu, ôtant ou ne donnant point à son fils la sagesse qui lui eût pu faire mériter de régner sur tout Israël, il ne craint point de choquer d'abord un peuple dont il aurait dû plutôt se concilier l'affection. Dix tribus se séparent tout d'un coup, parce que c'était la volonté du Seigneur, qu'il avait même déclarée à Salomon, et le reste demeure fidèle à Roboam, parce que le même Dieu avait encore déclaré au roi son père, qu'*en considération de David, son serviteur, et de Jérusalem, qu'il avait choisie,* il ne lui ôterait pas le royaume tout entier.

Roboam juge cependant de tous ces événements par des vues humaines, et se flattant de pouvoir réduire sous son obéissance les dix tribus séparées, il se prépare à les combattre avec une armée de cent quatre-vingt mille hommes de guerre choisis. Mais Dieu ne fait que parler, et la seule déclaration qu'il fait faire à Roboam et aux deux tribus de Juda et de Benjamin, *que c'est par sa volonté que toutes ces choses sont arrivées,* arrête dans un instant toute cette armée si formidable, fixe pour toujours la séparation des deux royaumes de Juda et d'Israël, et rend même ce jeune prince soumis à un ordre si sensible et si contraire à son ambition. Qui osera donc s'assurer sur sa puissance, après cette épreuve que fit un si puissant roi de sa faiblesse contre les desseins de Dieu ? (Sacy.)

(1) Vers. 13, etc. — *Or les prêtres et les Lévites qui étaient dans tout Israël vinrent de tous côtés se donner à lui, abandonnant même les faubourgs qui leur avaient été donnés,* etc. L'histoire des Rois nous apprend encore que Jéroboam, par la plus grande de toutes les extravagances, voulut s'affermir le royaume, dont l'héritier de Salomon avait été dépouillé à cause de son idolâtrie, en portant lui-même Israël à adorer les idoles, et leur défendant d'aller adorer le vrai Dieu dans le temple de Jérusalem. Ce fut donc alors que les Lévites, qui n'avaient point, comme les autres tribus d'Israël, de partage particulier, mais qui étaient répandus dans toutes ces autres tribus, ne pouvant plus s'acquitter de leurs divines fonctions, et ne voulant pas consentir à l'impiété de Jéroboam, aimèrent mieux se voir

VERS. 14. — EO QUOD ABJECISSET EOS JEROBOAM, ET POSTERI EJUS. Expulit illos tunc Jeroboamus, exclusitque à muneribus sacerdotii; cujus pravum exemplum filii ejus et successores deinceps secuti sunt : idque fuit in causâ, ut per varia temporis intervalla tribus Levi fermè universa, priscis sedibus relictis, in ditionem Juda migraret. Exprobrat nihilò seciùs Ezechiel pluribus sacerdotibus crimen deserti Numinis, cap. 44, v. 12 et seq.; unicam familiam Sadoci excipit.

VERS. 15. — SACERDOTES EXCELSORUM, ET DÆMONIORUM, VITULORUMQUE. Hebræus : *Pro excelsis, pro hircis et vitulis.* Credibile est, Hebræos, qui cultum vituli, vel tauri Apidis ex Ægyptiis acceperant, adoptâsse pariter ex illis hirci cultum, cujus erat religiosus cultus in Mandesio. Consecraverant etiam pagani Pana, imagine hirci expressum. Sed credibile est etiam, Hebræos ita deridiculò traduxisse profanorum idola, et dæmones, quos sub imagine hirci per visum apparere vulgò persuadebatur. Septuaginta : *Sacerdotes excelsorum, et idolis, et vanis, et vitulis aureis.*

VERS. 16. — SED ET DE CUNCTIS TRIBUBUS ISRAEL. Vide 2 Par. 15, 9. (1)

VERS. 20. — MAACHA FILIAM ABSALOM, vel neptem, ex Thamare filiâ Absalomi natam.

VERS. 22. — CONSTITUIT IN CAPITE ABIAM DUCEM SUPER OMNES FRATRES SUOS, successorem sibi illum destinans. His verbis tacitè innuitur, Roboamum favere voluisse Abiæ, et regnum illi destinâsse, non utpote inter fratres natu majori, sed quòd sapientiæ in illo plurimùm et disciplinæ nôsset. Certat verò Grotius, Abiam inter filios Roboami natu maximum fuisse, vetante lege ne filius dilectæ filio minùs charæ præferatur, Deut. 21, 16. Id servat Ro-

chasser et dépouiller de leurs demeures et de leurs biens. Mais, comme Dieu ne retire pas entièrement sa miséricorde de dessus son peuple, il se réserva aussi plusieurs personnes de toutes les tribus d'Israël, qui rejetèrent l'adoration des veaux d'or de Jéroboam, et qui malgré les défenses de ce roi impie, *allèrent à Jérusalem pour immoler des victimes en la présence du Seigneur.* C'étaient ceux, dit le texte sacré, *qui avaient donné leur cœur au Dieu de leurs pères, pour le chercher,* le suivre et l'aimer; c'est-à-dire, que le cœur des autres n'était point à Dieu, ni appliqué à la recherche et à l'amour de sa volonté. Car, comme le Fils de Dieu l'a déclaré dans l'Evangile, il n'y a que *ceux qui vont à lui qui écoutent ses paroles et qui les pratiquent,* dont *la maison n'est point renversée,* lorsque *les fleuves se sont débordés, et que les vents* des persécutions *ont soufflé et sont venus fondre sur cette maison.* Il n'est donc pas étonnant que des peuples dont le cœur n'était point à Dieu, quoiqu'ils l'adorassent à l'extérieur, aient été tout d'un coup renversés par cette tempête de la persécution de Jéroboam. Mais ce qui doit étonner et faire trembler ceux mêmes qui sont à Dieu, comme ces personnes dont nous venons de parler y étaient alors, c'est ce que la sainte Ecriture ajoute aussitôt après. (Sacy.)

Ils fortifièrent le royaume de Juda, et ils soutinrent Roboam, fils de Salomon, durant trois ans. Car ils ne marchèrent dans les voies de David et de Salomon, que durant ces trois premières *années.* C'est-à-dire, que ces fidèles serviteurs de Dieu, qui s'étaient réfugiés à Jérusalem pour ne pas abandonner la véritable religion, contribuèrent à affermir le royaume de Roboam, fils de Salomon, durant les trois premières années de son règne; mais que l'exemple de ce prince, qui abandonna Dieu dans la suite, comme on le verra dans le chapitre suivant, les fit eux-mêmes tomber avec lui, et les rendit dignes d'être abandonnés du Seigneur, et assujettis à leurs ennemis. Tant il est vrai que la chute des personnes que leur dignité élève au-dessus des autres, est une terrible tentation pour la piété de ceux qui leur sont soumis.

On est sans doute surpris de ce que la sainte Ecriture dit de ces personnes, *qu'elles ne marchèrent plus dans les voies de David et de Salomon,* comparant en quelque façon ces deux princes pour la piété, comme si le roi Salomon n'était pas tombé lui-même dans l'idolâtrie, et que Dieu n'eût pas dépouillé son fils du royaume des dix tribus d'Israël à cause de son infidélité. Aussi quelques-uns infèrent de ce passage, que Salomon se releva de sa chute avant sa mort par la pénitence, et ils disent que l'auteur de ce livre canonique ne l'aurait pas représenté avec le saint roi David, son père, comme un modèle de piété, lorsqu'il était déjà mort, s'il ne fût mort effectivement dans la pénitence. D'autres croient que lorsqu'il est joint ici avec David, l'Ecriture parle seulement du temps où il témoigna un si grand zèle pour la gloire et le culte du Seigneur. On peut voir dans l'avertissement qui est à la tête des explications de l'Ecclésiaste ce qu'on y a rapporté, et des passages de l'Ecriture, et des sentiments des saints Pères au sujet de Salomon. Il serait à souhaiter que cet endroit que nous expliquons pût détruire les autres preuves qu'il semble qu'on a du contraire. Mais enfin, laissant la décision de ce point au jugement de celui à qui le secret des cœurs est connu, contentons-nous de nous humilier beaucoup à la vue de ces exemples étonnants de la misère et de la fragilité de notre nature, qu'un penchant continuel vers le péché tient à toute heure comme sur le bord du précipice, et que l'assistance si nécessaire du bras de Dieu soutient et empêche de tomber. (Sacy.)

(1) VERS. 17. — ROBORAVERUNT ROBOAM PER TRES ANNOS, q. d.: Hoc undique tam multorum piorum accursu factum est, ut staret in avitâ pietate et robore regnum Roboami, saltem *per tres annos, in viis David et Salomonis,* supple, priusquàm hic in senio peccaret. (Tirinus.)

boamus erga filios suos, quod deinde præstitit Josaphat rex Juda (1); regnum primogenito, munera cæteris confert. Sed commentariorum scriptores reliqui uno assensu docent, Abiam cæteros Roboami filios ætate non superâsse, ut, collato illi regno, legibus derogatum fuerit; quâ in re suppetebat Roboamo exemplum Salomonis patris sui, cæteris Davidis filiis in regno prælati.

VERS. 23. — QUIA SAPIENTIOR FUIT, ET POTENTIOR SUPER OMNES FILIOS EJUS, ET IN CUNCTIS FINIBUS JUDA ET BENJAMIN. Hebræus aliter reddunt plerique : *Roboam faciebat instruere*, vel educare, *et dispergebat de omnibus filiis suis in cunctis terris Juda* et *Benjamin*, etc.; vel : *Roboam sapienter dispergebat*, etc. Subtilioris politices arte usus, removebat ab aulâ et urbe metropoli nimiam hanc filiorum turbam, ex quibus fortè incommodi aliquid regno provenisset. Is fortè tunc in eâ regione mos obtinebat, ut in urbibus imperii filios suos educandos principes mitterent. Achab septuaginta quos genuit liberos educandos dedit apud optimates Samariæ, 4 Reg. 10, 1. Unicum ex filiis suis Abiam retinuit apud se Roboam, quippe quem successorem suum destinâsset; cæteros amovit, metu ne simul coeuntes defectionis aliquid et conspirationis in fratrem molirentur.

(1) 2 Par. 21, 3 : *Dedit eis* (filiis suis Josaphat) *multa munera argenti et auri...., regnum autem tradidit Goram, eò quòd esset primogenitus.*

CAPUT XII.

1. Cùmque roboratum fuisset regnum Roboam et confortatum, dereliquit legem Domini, et omnis Israel cum eo.

2. Anno autem quinto regni Roboam, ascendit Sesac rex Ægypti in Jerusalem (quia peccaverant Domino),

3. Cum mille ducentis curribus, et sexaginta millibus equitum; nec erat numerus vulgi quod venerat cum eo ex Ægypto, Libyes scilicet, et Troglodytæ, et Æthiopes.

4. Cepitque civitates munitissimas in Juda, et venit usque in Jerusalem.

5. Semeias autem propheta ingressus est ad Roboam, et principes Juda, qui congregati fuerant in Jerusalem, fugientes Sesac, dixitque ad eos : Hæc dicit Dominus : Vos reliquistis me, et ego reliqui vos in manu Sesac.

6. Consternatique principes Israel et rex, dixerunt : Justus est Dominus.

7. Cùmque vidisset Dominus, quòd humiliati essent, factus est sermo Domini ad Semeiam, dicens : Quia humiliati sunt, non disperdam eos, daboque eis pauxillùm auxilii, et non stillabit furor meus super Jerusalem per manum Sesac.

8. Verumtamen servient ei, ut sciant distantiam servitutis meæ, et servitutis regni terrarum.

9. Recessit itaque Sesac rex Ægypti ab Jerusalem, sublatis thesauris domûs Domini et domûs regis, omniaque secum tulit, et clypeos aureos quos fecerat Salomon.

CHAPITRE XII.

1. Le royaume de Roboam ayant été fortifié et affermi, il abandonna la loi du Seigneur, et tout Israël suivit son exemple.

2. Mais la cinquième année du règne de Roboam, Sésac, roi d'Egypte, marcha contre Jérusalem (parce que les Israélites avaient péché contre le Seigneur).

3. Il avait avec lui douze cents chariots de guerre, et soixante mille hommes de cavalerie; et le petit peuple qui était venu d'Egypte avec lui, ne pouvait se compter. Il y avait des Libyens, des Troglodytes, et des Ethiopiens.

4. Et il se rendit maître des plus fortes places de Juda, et s'avança jusque devant Jérusalem.

5. Alors le prophète Séméïas entra chez le roi et les princes de Juda qui s'étaient retirés à Jérusalem, pour ne pas tomber entre les mains de Sésac, et il leur dit : Voici ce que dit le Seigneur : Vous m'avez abandonné, et je vous ai aussi abandonnés au pouvoir de Sésac.

6. Alors les princes d'Israël et le roi consternés, dirent : Le Seigneur est juste.

7. Et lorsque le Seigneur les vit humiliés, il fit entendre sa parole à Séméïas, et lui dit : Puisqu'ils se sont humiliés, je ne les exterminerai point ; je leur donnerai quelque secours, et je ne ferai point tomber ma fureur sur Jérusalem par la main de Sésac.

8. Mais ils lui seront assujettis, afin qu'ils apprennent par là quelle différence il y a entre me servir et servir les rois de la terre.

9. Sésac, roi d'Egypte, se retira donc de Jérusalem, après avoir enlevé les trésors de la maison du Seigneur et ceux du palais du roi; et il emporta tout avec lui et même les boucliers d'or que Salomon avait fait faire.

10. Pro quibus fecit rex æneos, et tradidit illos principibus scutariorum, qui custodiebant vestibulum palatii.

11. Cùmque introiret rex domum Domini, veniebant scutarii et tollebant eos, iterùmque referebant eos ad armamentarium suum.

12. Verumtamen quia humiliati sunt, aversa est ab eis ira Domini, nec deleti sunt penitùs; siquidem et in Juda inventa sunt opera bona.

13. Confortatus est ergo rex Roboam in Jerusalem, atque regnavit : quadraginta autem et unius anni erat, cùm regnare cœpisset, et decem et septem annis regnavit in Jerusalem, urbe quam elegit Dominus, ut confirmaret nomen suum ibi, de cunctis tribubus Israel : nomen autem matris ejus Naama Ammonitis.

14. Fecit autem malum, et non præparavit cor suum ut quæreret Dominum.

15. Opera verò Roboam prima et novissima scripta sunt in libris Semeiæ prophetæ, et Addo videntis, et diligenter exposita : pugnaveruntque adversùm se Roboam et Jeroboam cunctis diebus.

16. Et dormivit Roboam cum patribus suis, sepultusque est in civitate David : et regnavit Abia filius ejus pro eo.

10. Au lieu desquels le roi en fit faire d'autres d'airain, et les donna aux officiers de ceux qui les portaient, et qui gardaient la porte du palais.

11. Et lorsque le roi entrait dans la maison du Seigneur, ceux qui portaient les boucliers venaient prendre ceux-ci, et les reportaient ensuite dans le magasin.

12. Et parce qu'ils s'étaient humiliés, Dieu détourna sa colère de dessus eux; et ils ne furent pas entièrement exterminés, parce qu'il se trouva encore de bonnes œuvres dans Juda.

13. Ainsi le roi Roboam se fortifia dans Jérusalem, et y régna. Il avait quarante et un ans quand il commença de régner, et il régna dix-sept ans à Jérusalem, cette ville que le Seigneur avait choisie entre toutes celles des tribus d'Israël, pour y confirmer son nom. Sa mère s'appelait Naama, et elle était Ammonite.

14. Et il fit le mal, et ne disposa point son cœur pour chercher le Seigneur.

15. Quant aux actions de Roboam, les premières et les dernières, elles sont écrites dans les livres du prophète Séméïas et du voyant Addo, où elles sont rapportées avec soin. Roboam et Jéroboam se firent la guerre durant toute leur vie,

16. Et Roboam s'endormit avec ses pères; il fut enseveli dans la ville de David; et son fils Abia régna en sa place.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Cumque roboratum fuisset regnum Roboam..... dereliquit legem Domini (1). Fidem Domino integram triennio servavit Roboam, 2 Paral. 11, 17 : at vix pacifico et securo

(1) *Le royaume de Roboam ayant été fortifié et affermi, abandonna la loi du Seigneur, et tout Israël suivit son exemple.* Etrange et bizarre raisonnement d'un cœur gâté et corrompu par l'orgueil ! Effet terrible, et infiniment disproportionné à sa cause en apparence ! Roboam se voit *affermi dans le royaume* de Juda, après que son imprudence et l'idolâtrie de son père lui ont fait perdre les dix tribus d'Israël; et il y est affermi par la volonté de Dieu, qui a de la considération pour la race de David, son serviteur, et par la fidélité de tous les Lévites et des plus pieux d'entre Israël, qui viennent tous augmenter le nombre de ses sujets, par l'attache qu'ils avaient au service du vrai Dieu. Qui n'eût cru que c'eût été là un puissant motif pour rendre ce prince beaucoup plus fidèle au Dieu d'Israël, qui le protégeait si visiblement ? Mais ce n'est pas de la sorte que raisonne le cœur superbe de l'homme, qui fait gloire d'être indépendant de Dieu.

Roboam est donc *affermi dans son royaume,* et c'en est assez pour le porter à s'élever contre le Dieu de ses pères, en *abandonnant sa loi,* et en la faisant abandonner à tout son peuple. C'est ainsi que Lucifer, le premier de tous les anges, se voyant créé dans l'état d'une gloire très-sublime, en prit sujet de se complaire en lui-même, de s'élever insolemment contre Dieu, son créateur, et d'attirer après lui un nombre infini d'anges apostats. C'est ainsi qu'Adam ayant reçu du même Dieu tout ce qu'il fallait pour être heureux, se porta à violer son précepte, et engagea par sa désobéissance toute sa postérité dans la mort. C'est ainsi que dans tous les siècles on a vu les hommes superbes tomber comme sous le poids des grâces de Dieu, dans la dernière ingratitude, et faire servir à la révolte de leur esprit contre lui, tout ce qui devait les humilier davantage en sa présence. Que les princes et les grands tremblent donc à la vue de cet exemple de Roboam, que la chute de son père et sa propre expérience ne purent point rendre sage. Que les petits et les humbles s'humilient encore davantage, et se glorifient dans l'abaissement où Dieu les a mis, puisque *le royaume* du Seigneur ne *sera* jamais plus *affermi*

regno frui se intellexit, terga Domino vertit, et biennio post incidit in manus regis Sesaci, v. 2. De hoc rege Ægypti actum est 3 Reg. 14, 25.

Vers. 3. — Libyes, et Troglodytæ, et Æthiopes. Hebræus : *Lubim, Succhiim, et Chuschim. Lubim* aliquando junguntur Ægyptiis, 2 Paral. 26, 8, Dan. 11, 43, Nahum 3, 9; sed desunt in censu posterorum Mesraim apud Moysem, Gen. 10, 13: nisi fortè iidem sint ac *Laabim*, vel *Ludim*. Sententiæ huic favere potest, quòd Ezechiel, ubi varias Ægypti gentes describit, 27, 10, 30, 5, 38, 5, non *Lubim*, sed *Ludim*, ut hìc, legat.

Succhiim exponunt plerique de Troglodytis, Ægypti gentibus, ad mare Rubrum. Ita Bochardus, *Phaleg*. l. 4, c. 29, Junius et alii passim. Hebræum *Succhiim* designare potest eos qui in latebris, vel sub tentoriis, vel in specubus morantur : quam significationem pariter exhibet nomen *Troglodytes* vernaculo Græcorum sermone : Τρωγλόδυται, οἱ εἰς τὰς τρώγλας οἰκοῦντες, ait Hesychius, et Plinius, l. 5, c. 8 : *Troglodytæ specus excavant; hæc illis domus.* Meminit idem, l. 6, c. 29, *Sucæ*, ejusdem regionis urbis.

Præferunt alii, inter quos Grotius, Malvenda, Arabes Scenitas. Nomen *Suca* vi nominis sonat *tentorium*, et *Succhiim* eos qui degunt in tentoriis. Arabes cognomento *Scenitæ* iidem sunt ad litteram, ac *Succhiim* in Heb. Ex hisce Arabibus, qui nullas sedes habebant, nisi sub pellibus, quidam erant in Arabiâ Petræâ, Ægypto proximâ, infra, 2 paral. 14, v. 14, 15, et in Arabiâ Desertâ.

Chuschim, communi interpretum omnium consensu, sunt Æthiopes. Scitum est tamen, nomen *Chusch* tribui sæpè Arabibus illis, qui extrema oræ septentrionalis maris Rubri tenent, et Scythis; sed nihil vetat quin hìc de Æthiopibus accipiatur. (1)

Vers. 7. — Dabo eis pauxillum auxilii. Reddi potest Hebræus : *Dabo eis quàmprimum opem;* vel brevi illos liberabo, vel *dabo eis pauxillùm auxilii*. Absolutæ illos libertati non restituam, sed id committam, ne penitùs dispereant.

Non stillabit furor meus super Jerusalem. Procellam omnem non excutiam, sed stillabit tantummodò furor meus certo aliquo temporis spatio. (1)

(1) Vers. 5. — *Voici ce que vous mande le Seigneur : Vous m'avez abandonné, et je vous ai aussi abandonné entre les mains de Sésac*, etc. Ce qui se passa alors visiblement, lorsque Dieu abandonna Roboam avec ses sujets à la fureur de ce roi d'Egypte, se passe à toute heure d'une manière invisible dans les méchants. Ils *abandonnent le Seigneur*, en violant ses préceptes, et *le Seigneur les abandonne aussi* à leur ennemi d'une manière d'autant plus funeste, que souvent même ils ne s'en aperçoivent pas. C'est ce qui met une terrible différence entre l'état de leur âme et celui où se trouvèrent alors les princes de Jérusalem. Car ceux-ci, sentant leur misère par la victoire du roi d'Egypte qui triomphait d'eux, *s'humilièrent* devant Dieu, et reconnurent que *le Seigneur était juste* lorsqu'il les traitait de la sorte à cause de leurs péchés, au lieu que ceux-là se réjouissent souvent d'autant plus qu'ils sont plus absolument assujettis à leur ennemi, qui les trompe par une vaine apparence de bonheur, lorsqu'ils sont les plus misérables de tous les hommes. (Sacy.)

(1) Vers. 8. — *Ils ne laisseront pas de lui être assujettis, afin qu'ils apprennent par là quelle différence il y a entre la servitude où l'on vit sous moi, et celle où l'on vit sous les rois de la terre. L'humiliation* du roi et des princes de Juda, quoiqu'elle ne fût apparemment qu'extérieure, et un effet de leur seule crainte, ne laissa pas de fléchir un peu la colère du Seigneur. Ainsi il ne voulut pas *les exterminer*, ni les livrer entièrement à la fureur de Sésac; mais il *les assujettit* néanmoins à sa domination. Et la raison qu'il en dit lui-même par la bouche de son prophète Séméïas est très-remarquable : *Afin*, leur dit le Seigneur, *qu'ils connaissent la différence de ma servitude d'avec celle des rois de la terre*, ce qui est de même que s'il leur eût dit : Ils sentiront par expérience combien ils se sont trompés, lorsqu'ils ont secoué le joug bienheureux de mon service, en se bâtissant des autels, et se faisant des statues pour les adorer.

C'est ainsi que Dieu a permis souvent que ses serviteurs qui étaient tombés dans le péché, et qui avaient quitté son service, demeurassent long-temps *assujettis* aux suites funestes de leur péché, depuis même qu'ils s'étaient humiliés devant lui, et qu'ils avaient reconnu la vengeance de *sa justice*. Il en usait de la sorte, afin qu'ils *sentissent* plus vivement *la différence de son joug d'avec celui* de leur ennemi, et que plus ils le sentaient, plus ils désirassent de rentrer dans l'heureuse servitude du Seigneur. L'exemple du roi David en est une preuve qui subsistera dans ses psaumes durant tous les siècles; et l'on peut dire que l'Eglise est plus édifiée sans comparaison, et plus affermie dans une solide piété par les sentiments d'une pénitence aussi vive qu'a été celle de ce saint roi, qu'elle n'est scandalisée par sa chute, quoique si énorme. Tous les psaumes qu'il a composés depuis son péché ne respirent autre chose que les regrets d'une âme percée de douleur, par le sentiment qu'elle a de cette infinie différence dont il est parlé ici, qui se trouvera toujours entre la douceur du joug bienheureux de notre Dieu, et la dureté du joug si cruel de nos passions et du démon. (Sacy.)

dans leurs cœurs, que lorsque le régne de l'humilité y sera plus parfaitement établi. (Sacy.)

VERS. 10. — PRINCIPIBUS SCUTARIORUM. Hebr.: *Principibus cursorum*. Custodes corporis ideò *cursores* appellantur, quòd semper pedites sequerentur regem, et jussiones ejus perficerent, ceu cursores et pedissequi.

VERS. 12. — SIQUIDEM ET IN JUDA INVENTA SUNT OPERA BONA. Respexit Deus pœnitudinem et demissionem Roboami, ejusque principum, precesque fidelium quorumdam Judæorum. Alio sensu reddi potest Hebræus : *Siquidem res Juda restituentur,* meliùs procedent; ita Pagninus, Munst., Vatab., Castal.; vel juxta Junium et Tremellium : *Dominus bona verba dedit erga Juda;* solatus est illum, meliora promittens.

VERS. 14.—FECIT MALUM, ET NON PRÆPARAVIT COR SUUM, UT QUÆRERET DOMINUM. Pœnitudine doluit brevi et fugaci, juxta vers. 6, 7; cùm enim correctionis suæ causam haberet studium suî, et metum quem servilem appellant, tamdiù pœnituit, quamdiù discrimen imminebat : eo elapso, statim rediit ad crimen, in quo ad exitum usque perseveravit.

VERS. 15. — SCRIPTA SUNT IN LIBRIS... ADDO VIDENTIS, ET DILIGENTER EXPOSITA. Hebræus : *Verba ejus scripta sunt in verbis Addo videntis, in historiâ genealogiæ ejus.* Addo regum genealogias, additâ simul historiâ rerum à singulis gestarum, scriptis mandâsse creditur. Vide infra, cap. 13, 22, et Junium, Grotium, Marianam, alios.

CAPUT XIII.

1. Anno octavo decimo regis Jeroboam, regnavit Abia super Judam.

2. Tribus annis regnavit in Jerusalem, nomenque matris ejus Michaia, filia Uriel de Gabaâ; et erat bellum inter Abiam et Jeroboam.

3. Cùmque iniisset Abia certamen, et haberet bellicosissimos viros, et electorum quadraginta millia, Jeroboam instruxit è contra aciem octingenta millia virorum, qui et ipsi electi erant, et ad bella fortissimi.

4. Stetit ergo Abia super montem Semeron, qui erat in Ephraim, et ait: Audi, Jeroboam, et omnis Israel.

5. Num ignoratis quòd Dominus Deus Israel dederit regnum David super Israel in sempiternum, ipsi et filiis ejus in pactum salis?

6. Et surrexit Jeroboam filius Nabath, servus Salomonis filii David; et rebellavit contra dominum suum.

7. Congregatique sunt ad eum viri vanissimi, et filii Belial : et prævaluerunt contra Roboam filium Salomonis : porrò Roboam erat rudis, et corde pavido, nec potuit resistere eis.

8. Nunc ergo vos dicitis quòd resistere possitis regno Domini, quod possidet per filios David, habetisque grandem populi multitudinem, atque vitulos aureos quos fecit vobis Jeroboam in deos.

9. Et ejecistis sacerdotes Domini, filios Aaron, atque Levitas; et fecistis vobis sa-

CHAPITRE XIII.

1. La dix-huitième année du règne de Jéroboam, Abia régna sur Juda.

2. Il régna trois ans dans Jérusalem ; et sa mère s'appelait Michaïa; elle était fille d'Uriel de Gabaa. Et il y eut guerre entre Abia et Jéroboam.

3. Abia se mit en état de donner combat; il avait des gens très-braves, et quatre cent mille hommes choisis. Jéroboam mit aussi son armée en bataille; elle était de huit cent mille hommes, tous gens choisis et très-vaillants.

4. Abia s'arrêta sur la montagne de Séméron, qui était en Ephraïm, et il dit : Ecoutez, Jéroboam, et tout Israël.

5. Ignorez-vous que le Seigneur Dieu d'Israël a donné pour toujours à David et à ses descendants la souveraineté sur Israël, par un pacte inviolable?

6. Et Jéroboam, fils de Nabath, sujet de Salomon, fils de David, s'est levé et s'est révolté contre son seigneur;

7. Et une multitude de gens de néant, enfants de Bélial, se sont joints à lui, et ont prévalu contre Roboam, fils de Salomon. Or Roboam était un homme sans expérience et sans cœur, et incapable de leur résister.

8. Et vous osez dire aujourd'hui que vous serez assez forts pour résister au royaume du Seigneur, qu'il possède par les descendants de David ; et que vous avez une grande multitude de peuple, et des veaux d'or que Jéroboam vous a faits pour vos dieux.

9. Et vous avez chassé les prêtres du Seigneur, enfants d'Aaron, et les Lévites, et vous

cerdotes sicut omnes populi terrarum; quicumque venerit, et initiaverit manum suam in tauro de bobus, in arietibus septem, et fit sacerdos eorum qui non sunt dii.

10. Noster autem Dominus Deus est, quem non relinquimus, sacerdotesque ministrant Domino de filiis Aaron, et Levitæ sunt in ordine suo.

11. Holocausta quoque offerunt Domino per singulos dies manè et vespere, et thymiama juxta legis præcepta confectum, et proponuntur panes in mensâ mundissimâ, estque apud nos candelabrum aureum, et lucernæ ejus, ut accendantur semper ad vesperam : nos quippe custodimus præcepta Domini Dei nostri, quem vos reliquistis.

12. Ergo in exercitu nostro dux Deus est, et sacerdotes ejus, qui clangunt tubis, et resonant contra vos : filii Israel, nolite pugnare contra Dominum Deum patrum vestrorum, quia non vobis expedit.

13. Hæc illo loquente, Jeroboam retrò moliebatur insidias. Cùmque ex adverso hostium staret, ignorantem Judam suo ambiebat exercitu.

14. Respiciensque Judas vidit instare bellum ex adverso et post tergum, et clamavit ad Dominum; ac sacerdotes tubis canere cœperunt.

15. Omnesque viri Juda vociferati sunt: et ecce illis clamantibus, perterruit Deus Jeroboam, et omnem Israel qui stabat ex adverso Abia et Juda.

16. Fugeruntque filii Israel Judam, et tradidit eos Deus in manu eorum.

17. Percussit ergo eos Abia, et populus ejus, plagâ magnâ : et corruerunt vulnerati ex Israel quingenta millia virorum fortium.

18. Humiliatique sunt filii Israel in tempore illo, et vehementissimè confortati filii Juda, eò quòd sperâssent in Domino Deo patrum suorum.

19. Persecutus est autem Abia fugientem Jeroboam, et cepit civitates ejus, Bethel et filias ejus, et Jesana cum filiabus suis, Ephron quoque et filias ejus:

vous êtes fait vous-mêmes des prêtres comme tous les peuples de la terre. Quiconque vient, et consacre sa main par l'immolation d'un jeune taureau et de sept beliers, est fait prêtre de ceux qui ne sont point dieux.

10. Mais le Seigneur est notre Dieu, et nous ne l'abandonnons point; les prêtres qui le servent *parmi nous,* sont de la race d'Aaron; et les Lévites servent chacun à leur rang.

11. On offre chaque jour, soir et matin, des holocaustes au Seigneur, et des parfums composés, selon que la loi l'ordonne; on expose aussi les pains sur une table très-nette. Nous avons le chandelier d'or garni de sept lampes qu'on doit toujours allumer au soir; car nous gardons fidèlement les ordonnances du Seigneur notre Dieu, que vous avez abandonné.

12. Ainsi nous avons dans notre armée Dieu même, qui en est le chef, et ses prêtres, qui sonnent de la trompette, dont le son retentit contre vous. Enfants d'Israël, gardez-vous de combattre contre le Seigneur Dieu de vos pères; car cela ne vous portera pas bonheur.

13. Comme il parlait ainsi, Jéroboam tâchait de le surprendre par derrière; et étant campé vis-à-vis des ennemis, il déployait son armée de sorte qu'il enfermait Juda sans qu'il s'en aperçût.

14. Mais Juda, regardant en arrière, reconnut qu'on allait l'attaquer par-devant et par-derrière; et il cria vers le Seigneur; et les prêtres commencèrent à sonner de la trompette.

15. Toute l'armée de Juda fit de grands cris; et comme ils criaient ainsi, Dieu frappa d'épouvante Jéroboam et tout Israël, qui était vis-à-vis d'Abia et de Juda.

16. Ainsi les enfants d'Israël prirent la fuite devant Juda; et Dieu les leur livra entre les mains.

17. Abia et ses gens en défirent donc une grande partie; et cinq cent mille hommes des plus braves tombèrent frappés du côté d'Israël.

18. Et les enfants d'Israël furent humiliés en cette occasion; et les enfants de Juda reprirent de nouvelles forces, parce qu'ils avaient mis leur confiance dans le Seigneur, Dieu de leurs pères.

19. Abia poursuivit Jéroboam dans sa fuite, et prit plusieurs de ses villes, Béthel et ses dépendances, Jésana et ses dépendances, avec Ephron et ses dépendances.

20. Nec valuit ultra resistere Jeroboam in diebus Abia; quem percussit Dominus, et mortuus est.

21. Igitur Abia, confortato imperio suo, accepit uxores quatuordecim; procreavitque viginti duos filios, et sedecim filias.

22. Reliqua autem sermonum Abia, viarumque et operum ejus, scripta sunt diligentissimè in libro Addo prophetæ.

20. Et Jéroboam ne fut plus en état de faire aucune résistance durant tout le règne d'Abia. Enfin le Seigneur le frappa, et il mourut.

21. Abia voyant donc son royaume affermi, épousa quatorze femmes, dont il eut vingt-deux fils et seize filles.

22. Pour le reste des paroles, des mœurs et des actions d'Abia, il a été très-exactement écrit dans le livre du prophète Addo.

COMMENTARIUM.

Vers. 2. — Nomen matris ejus Michaia, filia Uriel de Gabaa. Appellatur hæc femina superiùs, c. 11, v. 20, et 3 Reg. 15, 2, *Maacha filia Absalom.* Solebant Hebræi uni eidemque homini nomina plura tribuere, uti non uno exemplo demonstratur. Quî verò Absalom vir è *Gabaâ* dicitur? Maluerim ego illud *Gabaa* referre ad *Maacham* filiam, vel neptem Absalomi, quæ originem è Gabaâ referre potuit; vel *Gabaam* reddere editum locum. Porrò Maacha, filia vel neptis regis Gessur, appellatur hìc filia editi loci, quia *Gessur* locus erat in montibus. Hoc verò nimis longè deductum est.

Vers. 3. — Electorum quadringenta millia. Veteres duo manuscripti codices apud auctorem novæ edit. Hieronymi, t. 1, et Biblia plura impressa (1) ferunt quadraginta millia Abiæ, et octoginta millia Jeroboami. Sed Hebræus, Septuaginta, Josephus, et optimæ Bibliorum editiones ferunt unanimiter quadringenta millia Abiæ, et octingenta millia Jeroboami; et inferiùs, v. 17, narrantur quingenta millia cæsorum in exercitu Jeroboami. Copiarum quidem numerus ingens; sed meminisse oportet, reges tunc trahere in bellum consuevisse omnes vel ferè omnes subditos armis idoneos: neque ignoramus, sub Moyse Israelitarum milites sexcenta millia superâsse, et sub Davide recensita sunt undecies centena millia in Israele, et quadringenta septuaginta millia in Judâ, exceptis Levi et Benjamino (2), qui non venerunt in censum, vel saltem in annales regum relati non sunt. Fatemur quidem, in 2 Regum 24, 9, non legi nisi octingenta millia ex Israele, et quingenta millia ex Judâ: sed retineatur licet is textus, tamen ea quæ hìc leguntur, rata erunt et firma, et colligere licebit, agmina Jeroboami et Abiæ instructissima esse potuisse, qualia in præsenti textu exhibentur. In sequenti capite, v. 8, occurret Asa rex Juda exercitum trahens trecentorum millium ex Judâ, et ducentorum octoginta millium selectissimorum et probè armatorum ex Benjamino; et capite 17, 14, sub Josaphato leguntur undecies centena et sexaginta millia armatorum è regno Juda, præter milites in urbibus distributos.

Vers. 4. — Super montem (1) Semeron. Id nominis erat monti, ubi sub Amri rege Israelis Samaria urbs condita fuit, 3 Reg. 5, 29. In Hebræo est: *Super montem Zemaraim.* Porrò *Samaraim* urbs erat Benjamitica, longissimè distans à Semerone in tribu Ephraimi.

Vers. 5. — Num ignoratis quòd Dominus dederit regnum David. . . . ipsi et filiis ejus in pactum salis (2)? in pactum inviolabile. Pa-

(1) Editio Veneta 1478, alia an. 1489, altera Nuremberg. 1521, Basil. Froben. 1538. Paris. Rob. Steph. 1546, et aliæ plures. Quam lectionem sequitur Castalio, falsò Josephum et Græcos pro se adducens.

(2) 1 Paralipom. 21, 5: *Inventus est omnis numerus Israel, mille millia et centum millia virorum educentium gladium; de Judâ autem quadringenta septuaginta millia bellatorum. Nam Levi et Benjamin non numeravit.*

(1) Nempe, ut ex edito loco meliùs undique posset exaudiri ejus oratio, quâ conabatur persuadere sequacibus Jeroboami, ut eo relicto ad antiquam religionem et obedientiam legitimi sui regis redirent, subderenturque rursùs imperio posterorum Davidis, cui Deus regnum Israeliticum dedit *in pactum salis*, id est, pacto æternùm duraturo. Quòd verò, factâ divulsione Israelis à Judâ, non fuerit curæ Roboamo parenti suo ut divulsas partes quâcumque demùm viâ iterùm coadunaret; id stupori et ruditati illius, et cordi nimis pavido adscribendum, nec sibi jam fraudi esse debere, cui et sat animi consiliique ad id tentandum, et sat virium esset ad cogendum vel invitos. (Tirinus.)

(2) Tale pactum æternum est, ut communiter et verè sentiunt interpretes, et indicat satis illud Num. c. 18, v. 19: *Pactum salis est sempiternum coram Domino.* Cur autem perpetuitatem pactum à sale capiat, obscurum est. Quidam in pacto quod stabile, et magnis de rebus fit, sacrificium intercedere putant. Unde frequens tam in Scripturâ quàm apud profanos, *ferire fœdus, pactum percutere,* et similia. A sacrificiis autem abesse salem religio cavet, ut liquet ex Lev. c. 2, v. 13: *Quidquid obtuleris sacrificii, sale condies, nec aufe-*

ctiones sunt quædam conditionibus et limitibus adstrictæ; aliæ sunt absolutæ et universales, deque his *pactum salis* dici posse videtur. Est enim illud inviolabile, incorruptum, æternum. Data à Deo fides Davidi et posteris ejus, ut regnum illis assereret, inviolabilis erat et irrevocabilis promissio, quæ, invitis licet criminibus plerorumque ex ejus posteris, eventu

res sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo. In omni oblatione tuâ offeres sal, ubi salem vides cum fœdere conjungi, quæ mihi explicatio non displicet. Tu interim aut ride, aut dole Rab. Salomonis, qui magnam apud suos obtinet doctrinæ gloriam, intolerabile delirium. Cùm enim quæreret cur Deus noluerit separare salem à sacrificio, hanc reperit, imò hanc vigilans somniavit causam: In principio, inquit, mundi, ægrè tulerunt inferiores aquæ tanto intervallo, cùm medium obstaret firmamentum, à superioribus separari. Ut ergo Deus illarum dolorem solaretur, et sedaret iram, promisit curaturum se ut sacer esset in tabernaculo aquarum usus; deinde ut sal, quod ex aquâ plerùmque concrescit, perpetuus esset sacrificiorum comes. Et quia sal ex fœdere cum aquis inito sacrificiis adjungitur, ideò putat salem vocari fœderis. Hæc Rab. Salomon, ut refert noster Cornelius in locum Lev. proximè citatum. Sanè si Rab. Salomon tantùm haberet salis, id est, doctrinæ, quantùm ad fingendum habet audaciæ, non malum Scriptura sacra haberet interpretem.

Communis sententia putat ideò perpetuum fœdus dici, sive pactum salis, quia id est salis proprium, ut quæ fluxa sunt et corruptioni obnoxia, à tabe vendicet, et faciat esse diuturna. Experientiâ enim compertum est, multa corpora, quæ brevi solverentur in saniem, post multos annos adhuc incorrupta servari, neque cibos, qui salsamenta dicuntur, aliter servari quàm à sale duratos. Pactum itaque salis erit pactum æternum, quod ita servatur, ut corrumpatur nunquàm, nunquàm odiosum aliquid, atque molestum oleat. Quomodò verò pactum Domini cum Davide pactum fuerit salis, id est, perpetuum, vidimus sæpè. Unum pro multis locum accipe, lib. 2 Reg. c. 7, v. 13, de Davide et Salomone filio: *Firmabo regnum ejus, et stabiliam thronum regni ejus usque in sempiternum.*

Ego aliquid addam accommodatè ad pactum cum Davide ac Salomone percussum. Constat hoc pactum de regno in Davidis familiâ perpetuo esse conditionatum, nempe si Davidis progenies pactum servat, Ps. 88, v. 30. Dedit itaque Deus regnum Davidis domui cum grano salis, nempe si à fide, quam integram servare debuit, non deficiat, aut si ipsa Davidis progenies salem adhibeat, neque percussum fœdus corrumpi atque tabescere permittat. (Sanctius.)

Vous n'ignorez pas que le Seigneur, le Dieu d'Israël, a donné à David et à ses descendants la souveraineté pour toujours sur Israël, par un pacte inviolable, etc. Les interprètes sont fort en peine de justifier Abia sur cette guerre qu'il fit à Jéroboam, parce que, disent-ils, il n'ignorait pas que c'était Dieu même qui avait ôté les dix tribus d'Israël à Roboam, son propre père, et qui les avait données à Jéroboam pour les raisons que l'on a marquées. Mais il semble qu'on peut dire qu'Abia ayant trouvé la guerre allumée entre le prince son père et Jéroboam, lorsqu'il parvint à la couronne, il ne fit que continuer ce qui était commencé. D'ailleurs, quoique Dieu eût déclaré que c'avait été par sa volonté que les dix tribus s'étaient soumises à Jéroboam, ce prince ingrat avait depuis oublié, comme on l'a vu, le Dieu qui lui avait mis la couronne sur la tête, et, ayant fait élever des veaux d'or aux deux extrémités de son royaume, il s'efforçait de retirer tout Israël de la sainte Religion de leurs pères. Ainsi Abia pouvait bien le regarder comme étant alors déchu en quelque façon de son droit à un royaume dont l'idolâtrie de Salomon avait dépouillé son fils.

Mais enfin il est assez inutile de se mettre beaucoup en peine de justifier Abia touchant cette guerre, puisque l'Ecriture marquant ailleurs que ce prince imita son père dans tous les péchés qu'il avait commis avant lui, il n'est pas fort étonnant qu'il ait encore suivi son exemple dans cette guerre contre Israël. Que si Dieu se déclara en sa faveur contre Jéroboam, ce n'était peut-être pas que la justice fût plutôt de son côté que de l'autre, puisqu'ils étaient l'un et l'autre très-criminels devant lui; mais c'est que, selon les règles secrètes et adorables de sa providence, il résolut de punir l'un par l'autre, et de se servir d'Abia, quoique coupable devant ses yeux, pour faire sentir à Jéroboam combien il s'était rendu criminel en sa présence, par l'horrible ingratitude dont il paya le don qu'il lui avait fait d'un royaume.

C'est ce que Dieu lui fit entendre par la bouche d'Abia même, lorsqu'avant que de lui donner combat, il lui cria *qu'il n'ignorait pas que le Seigneur le Dieu d'Israël avait donné à David et à ses descendants la souveraineté pour toujours sur Israël.* Car en effet le royaume d'Israël n'appartenait pas de droit à Jéroboam; et il eût été assuré à toute la postérité de David, si ses enfants n'avaient point péché. Mais leur péché même n'empêcha pas l'accomplissement de cette divine promesse, puisque Jésus-Christ, Fils de David, a régné et régnera éternellement sur tout Israël, c'est-à-dire, sur les vrais Israélites, qui sont les enfants de la piété et de la foi d'Abraham et de Jacob. Mais c'est ce qu'Abia ne comprenait pas, n'étant pas digne de pénétrer dans ce mystère, qui regardait le règne tout spirituel du Messie.

Plusieurs interprètes ont cru qu'il pouvait bien y avoir quelque faute de copiste en cet endroit, où il est parlé des deux armées de Juda et d'Israël, dont la première se montait à quatre cent mille hommes, et la seconde à huit cent mille; et ils croient qu'au lieu de *quadringenta millia,* et d'*octingenta millia,* que nous lisons dans la Vulgate, il faudrait lire, *quadraginta millia,* et *octoginta millia,* c'est-à-dire, quarante mille et quatre-vingt mille. Mais, outre qu'il paraîtrait d'une dangereuse conséquence d'admettre aisément dans l'Ecriture ces sortes de fautes de copistes, qu'on pourrait étendre sur beaucoup d'autres endroits, on ne doit point regarder comme une

non caruit. Sunt qui credant, nomen pacti seu *fœderis salis* ex eo derivari, quòd olim nullum esset fœdus absque sacrificio, uti nullum absque sale sacrificium; seu potiùs, quòd olim sal velut amicitiæ symbolum acciperetur; ita Malvenda, Menochius, Vatablus: unde illud Pythagoricum: *Ne transgrediaris mensam et sal;* id est, ne jura violes hospitii et amicitiæ. Mos erat olim, ut sale mensis hospitum imposito, rogarentur dii, ut quemadmodùm sal ex duplici naturâ coalescit, ita et conjunctio atque amicitia essent inviolabiles. Hodiè pariter Arabes communionem salis et panis ceu fœderum omnium sanctissimum habent. (1)

Gravi, vehementi, et religiosâ oratione hìc pro concione loquitur Abia, impius licet vir et

chose incroyable qu'Abia ait eu quatre cent mille hommes de guerre choisis dans son armée, puisque, du temps de David, Joab compta dans la seule tribu de Juda cinq cent mille combattants. Ainsi la tribu de Benjamin y étant encore jointe, avec un grand nombre d'Israélites des autres tribus, qui vinrent, selon l'Ecriture, fortifier le royaume de Roboam, pour ne pas prendre de part à l'impiété de Jéroboam, il n'était pas difficile qu'Abia trouvât dans ces deux tribus de Juda et de Benjamin, et dans tous ces autres Israélites réfugiés au milieu de ses états, de quoi composer une armée de quatre cent mille hommes choisis.

D'ailleurs, nous voyons encore dans la suite de ce chapitre que nous expliquons, que, Dieu s'étant déclaré pour Abia, *il y eut jusqu'à cinq cent mille hommes des plus forts, tués du côté d'Israël,* dans cette sanglante bataille. Il faudrait donc dire encore qu'il se trouverait une nouvelle faute de copiste en cet endroit, ce qu'on ne peut croire avec fondement.

Mais enfin on voit dans le chapitre suivant que le roi Asa, fils d'Abia, avait dans son armée trois cent mille hommes de la tribu de Juda portant des lances et des boucliers, et deux cent quatre-vingt mille hommes de la tribu de Benjamin qui portaient des boucliers, ou qui tiraient des flèches. Ainsi ne regardons plus ce que l'Ecriture dit en ce lieu, comme incroyable, mais admirons plutôt ces effets terribles de la justice de Dieu, qui pour punir l'ingratitude et l'idolâtrie de Jéroboam et de ses peuples, livre jusqu'à cinq cent mille de ces impies à l'épée du roi de Juda; faisant voir par cette conduite si effrayante combien une multitude infinie de criminels est peu de chose devant ses yeux, et quel est l'égarement de ces personnes qui témoignent s'appuyer en quelque sorte sur le grand nombre de ceux qu'ils imitent dans leur impiété, s'imaginant que ce nombre même de tant d'impies aura le pouvoir de leur procurer l'impunité dont ils se flattent. (Sacy.)

(1) Vide Arab. Echell. *Arabia.* Vide et historiam S. Ludovici per Joinville, pag. 65, edit. D. du Gange.

nequam, ut Scriptura non obscurè prodit (1). Utitur opportunè religione, ut populo suo alacritatem, hostibus terrorem injiciat; et Deus magis pietate populi victus, quàm malitiâ principis, insignem illi victoriam largitur. Utitur Abiâ viro impio, quò coerceat fastum Jeroboami, qui adversarium nequitiâ superabat. Inficias tamen non iverim, tunc fortè Abiam motu aliquo pietatis brevissimo tangi potuisse, ut brevi aliquo excursu ad Deum utcumque redierit: sed ægrè inducimus in animum, cor habuisse sincerum et rectum coram Domino, si de illo sermo est in versiculo 20: *Quem percussit Dominus, et mortuus est.*

Vers. 7. — Viri vanissimi et filii Belial. Hebræus: *Homines vacui, et filii sine jugo;* homines pervicaces et nihili. Eadem est vox, quæ legitur in Evangelio Matth. 5, 22: *Quicumque dixerit fratri suo: Raca.* Septuaginta: *Viri pestilentes, et filii transgressores.* Syriacus: *Viri impii, et flagitiosi.*

Roboam erat rudis, et corde pavido. Hebræus: *Erat puer, et tener corde,* vel *timidus,* ex Septuaginta; vel tantùm puer ac teneræ ætatis, ex Syriaco et Arabico. Sed Roboamus non teneræ adeò ætatis regnum capessivit; egisse enim illum tunc annos quadraginta, testatur Scriptura, 3 Reg. 14, 21. Quare accipiendum est in sensu Vulgatæ, rudem scilicet illum fuisse, animo vel sapientiâ pusillum. Obsequio patris minùs defert hìc Abia, ignoratque, seu potiùs ignorare se simulat, Roboamum voluisse quidem redigere ad officium rebelles, sed ab incœpto destitisse, jussu Dei per Semeiam prophetam sibi delato, 3 Reg. 12, 21 et seq.

Vers. 8. — Habetis grandem populi multitudinem, atque vitulos aureos, etc. Reddi potest Hebræus: *Habetis grandem populi multitudinem, sed habetis vitulos aureos.* Ita Grotius, Piscator. Tantus copiarum apparatus minimè nos terret; neque enim probare potest Deus idololatriam, et legum suarum contemptum: firmâ persuasione illud tenemus, cùm nobis res gerenda sit cum impiis, victoriam nos relaturos, cùm præsertim æquitatis, justitiæ et religionis partes tueamur.

Vers. 9. — Quicumque initiaverit manum suam in tauro de bobus, et in arietibus septem, fit sacerdos. Arbitrantur quidam, inter quos Lyra, ad sacerdotium eligi consuevisse omnes, qui pretium darent tauri, et septem

(1) 3 Reg. 15, 3: *Ambulavit Abia in omnibus peccatis patris sui, ... nec erat cor ejus perfectum cum Domino,* etc.

arietum; sed plerique censent, immolatione paris numeri animalium initiatos fuisse sacerdotes vitulorum aureorum, ritu planè diverso ab eo quo Aaron ejusque filii consecrati fuerant, Levit. 8, 9. (1)

VERS. 11. — PROPONUNTUR PANES IN MENSA MUNDISSIMA. Colligunt ex hoc loco quidam, nempe Lyra, Torniellus, Tirinus, Sesacum regem Ægypti rapuisse reliquas aureas mensas à Salomone positas, unâ exceptâ, idemque pariter illis affirmandum succurrit de candelabris, cùm hìc unicum tantùm candelabrum exhibeatur : *Estque apud nos candelabrum aureum.* Hoc tamen præter regulam colligitur; neque enim meritò unicam fuisse vel mensam vel candelabrum ex eo infertur, quòd non plures exprimantur. Ita Salianus, Menochius, Tostatus. (1)

VERS. 17. — QUINGENTA MILLIA. Latinæ quædam editiones ferunt quinquaginta millia.

VERS. 19. — JESANA CUM FILIABUS SUIS. Nus-

(1) VERS. 10, 11, 12. — *Nous avons un Seigneur qui est Dieu, et nous ne l'avons point abandonné.... On ne manque point d'offrir tous les jours le matin et le soir des holocaustes au Seigneur.... Enfin nous gardons les ordonnances du Seigneur notre Dieu*, etc. On a de la peine à accorder ces paroles du roi de Juda avec ce que l'Ecriture dit de lui en un autre endroit dont on a déjà parlé, qu'il *imita* Roboam *son père dans tous les péchés qu'il avait commis avant lui;* car puisqu'il est dit, d'une part, que *Roboam abandonna la loi du Seigneur, et que tout son peuple l'abandonna comme lui, s'étant même bâti des autels et fait des statues* pour les adorer, et que, de l'autre, il est marqué que le prince dont nous parlons marcha sur toutes les traces du roi son père, et commit les mêmes péchés que lui, comment ose-t-il dire ici tant de lui-même que de son peuple, qu'ils *n'ont point abandonné le vrai Dieu, et qu'ils gardent fidèlement les ordonnances du Seigneur?* N'est-ce point qu'Abia demeura d'abord fidèle à Dieu, à l'exemple de son père, et qu'il s'écarta ensuite, comme Roboam, de sa sainte loi? Mais c'est ce qu'on ne voit point dans l'Ecriture, qui ne parle de son règne que comme d'un règne assez court, n'ayant duré que trois ans, et qui ne dit autre chose de la conduite de ce prince, sinon qu'il marcha sur les traces de son père, et commit tous les mêmes péchés que lui.

Disons donc que c'est ici peut-être un des plus terribles exemples de l'aveuglement d'un cœur corrompu par le péché, qui croit observer la loi de Dieu lorsqu'il la viole manifestement. Abia se fiait sans doute sur ce qu'il avait le temple du Dieu d'Israël dans ses états; qu'il commandait dans la ville de Jérusalem, où le Seigneur avait bien voulu choisir sa demeure parmi son peuple; qu'il était petit-fils et héritier légitime du roi David; que *les prêtres qui servaient au temple étaient de la race d'Aaron,* et que *les Lévites y servaient* aussi *chacun à leur rang;* que *l'on offrait tous les jours matin et soir des holocaustes au Seigneur.* Et il croyait avoir par là le droit de dire qu'ils *gardaient les ordonnances de leur Dieu,* à cause qu'ils observaient ainsi une partie de l'extérieur de sa Religion, quoiqu'ils violassent sa sainte loi en d'autres choses très-essentielles, lorsqu'ils *dressaient des autels profanes*, et *se faisaient des statues* pour les adorer : mêlant ainsi d'une manière d'autant plus inexcusable le culte de Dieu avec celui des idoles, qu'ils se vantaient de *garder les ordonnances du Seigneur,* dans le temps même qu'ils accusaient les autres tribus de *les avoir abandonnées.*

On n'ose presque faire l'application de cette terrible figure à un grand nombre de Chrétiens, qui, possédant le vrai temple et le légitime sacerdoce dans la vraie Eglise, et gardant scrupuleusement les ordonnances extérieures de la loi nouvelle, se font dans le même temps plusieurs idoles au fond de leurs cœurs par un effet de leur avarice, de leur impudicité et de leur ambition, et dressent, pour le dire ainsi, des autels secrets au démon, à la chair et au monde, lors même qu'ils font une profession extérieure *d'offrir à Dieu*, non des holocaustes de bêtes brutes, comme ces anciens Israélites, mais le corps adorable de Jésus-Christ. Car il y a, dit saint Augustin, plus d'une manière de sacrifier aux anges prévaricateurs, et ce n'est pas seulement en leur offrant de l'encens, ou en leur immolant des victimes, comme les païens, qu'on leur rend hommage : *Non enim uno modo sacrificatur transgressoribus angelis.* (Sacy.)

(1) VERS. 14, 15. — *Il commença à crier au Seigneur. Et en même temps les prêtres sonnèrent de la trompette. Toute l'armée de Juda jeta aussitôt de grands cris. Et comme ils criaient ainsi, Dieu épouvanta Jéroboam,* etc. La victoire n'est pas toujours une marque de la piété des vainqueurs. Ainsi, quoique ce qu'on vient de dire fasse connaître clairement qu'Abia était par lui-même très-indigne de l'assistance de Dieu, néanmoins *à cause de David*, selon l'expression de l'Ecriture, le Seigneur eut de la considération pour lui. Et comme d'ailleurs ce prince témoignait alors *avoir de la confiance en son secours*, et non aux idoles, il l'écouta, lui et son peuple, lorsqu'ils *crièrent vers lui; il jeta dans* le cœur de *Jéroboam et* de *toute son armée l'épouvante,* et livra ainsi ces impies et ces schismatiques à l'épée du roi de Juda, qui fut alors véritablement l'épée de la divine justice destinée pour venger l'ingratitude si criminelle et l'idolâtrie tant du roi que du peuple d'Israël. Qu'on ne se vante donc point des grands avantages qu'on a remportés sur ses ennemis. C'est le Seigneur des batailles qui fait pancher la balance comme il lui plaît, et qui pour humilier les superbes lorsqu'ils osent se glorifier dans leurs forces, *les épouvante,* comme il fit Jéroboam, *et les met en fuite.* Mais ne craignons point non plus la multitude des ennemis qui nous attaquent. Celui qui combat au nom du Seigneur ne doit pas plus appréhender une armée de huit cent mille hommes, que celui qui se confie sur son propre bras, ne doit mépriser le plus petit nombre. (Sacy.)

piam alibi lego nomen urbis *Jesanæ*. Septuaginta *Jesynam* appellant; Syriacus *Selam*. Arabs etiam meminit *Selæ*, et *Zagbar*. Græci quidam codices legunt *Ana*. Sed æquè omnia hæc nomina ignorantur. Suspicor, *Jesanam* misceri oportere cum *Sennâ*, de quâ in Numeris 34, 4, veluti urbe celebri in Chanaanitide, sitâ 7000 passibus ab Jerichunte ad septentrionem, testibus Eusebio et S. Hieronymo.

Ephron. Situs hujus urbis non adeò exploratus est. Meminit Josue 15, 9, montis Ephron, qui inter Judam et Ephraimum jacet. Massorethæ legunt hìc *Ephraim*. Exhibent Machabæi lib. 1, c. 5, v. 46, et lib. 2, c. 12, v. 27, urbem quamdam Ephronem, quam tamen trans Jordanem constituunt.

Vers. 20. — Nec valuit ultra resistere Jeroboam in diebus Abia : quem percussit Dominus, et mortuus est. Quis? Jeroboamne an Abia? Abiam credunt Seder-Olam, Lyra, Mariana, Tirinus, Vatablus; nam Jeroboam biennio supervixit Abiæ, 3 Reg. 14, 20, et 15, 9: nec ignoramus, Abiam impium, et dignum patre filium fuisse. Alii tamen, scilicet Tostatus, Menochius et cæteri, specie quidem meliùs, aiunt, sermonem hìc esse de Jeroboamo, cujus si mortem hìc silet Scriptura, silet ubique, cùm statim agere incipiat de connubiis Abiæ, rebus ab eo gestis, ac demùm morte. Cur bis eadem mors repetatur? Cur, narratâ ejus morte, revocantur in medium connubia ejus et gesta? Ipsi pariter Jeroboamo Abias propheta comminatus fuerat extremum exitium, in ipsum et familiam inferendum; earumque minarum eventum indicat hìc facilè Scriptura, narrans percussum fuisse à Deo, et interiisse. Mortis illius tempus anticipat, ne separet historiam oraculi ab ejus eventu.

Vers. 21. — Confortato imperio, accepit uxores. Diù antea eas uxores duxerat, neque enim huic victoriæ vixit superstes, nisi uno anno, vel, ut summum, biennio: ac testimonio Scripturæ constat, filios genuisse duos et viginti, filias sexdecim; quod utique brevi temporis spatio præstari non poterat. Reddi potest Hebræus: *Et Abia confirmatus est. Hic duxerat uxores quatuordecim*, etc.

Vers. 22. — Scripta sunt diligentissime in libro Addo prophetæ. Hebræus: *In perquisitionibus Addo*. Librum suum inscripserat Addo *Midrasch*, quod vi nominis sonat perquisitiones. Animadversum est supra, 12, 15, illud consilii Addo potissimùm fuisse, ut genealogias daret. Igitur scripsit perquisitiones genealogicas et historicas; neque fortè ex alio fonte hausta sunt ea quæ in hoc capite leguntur.

CAPUT XIV.

1. Dormivit autem Abia cum patribus suis, et sepelierunt eum in civitate David: regnavitque Asa filius ejus pro eo, in cujus diebus quievit terra annis decem.

2. Fecit autem Asa quod bonum et placitum erat in conspectu Dei sui, et subvertit altaria peregrini cultûs, et excelsa,

3. Et confregit statuas, lucosque succidit;

4. Et præcepit Judæ ut quæreret Dominum Deum patrum suorum, et faceret legem, et universa mandata:

5. Et abstulit de cunctis urbibus Juda aras et fana, et regnavit in pace.

6. Ædificavit quoque urbes munitas in Judâ, quia quietus erat, et nulla temporibus ejus bella surrexerant, pacem Domino largiente.

7. Dixit autem Judæ: Ædificemus civitates istas, et vallemus muris, et roboremus turribus, et portis, et seris, donec à bellis quieta sunt omnia, eò quòd quæsierimus Dominum Deum patrum nostro-

CHAPITRE XIV.

1. Or Abia s'endormit avec ses pères; et on l'ensevelit dans la ville de David; son fils Asa régna en sa place; et durant ses jours la terre fut en paix pendant dix années.

2. Asa fit ce qui était juste et agréable aux yeux de son Dieu; il détruisit les autels des cultes étrangers, et les hauts lieux,

3. Et il brisa les statues, et abattit les bois des faux dieux,

4. Et il commanda à Juda de chercher le Seigneur Dieu de leurs pères, et d'observer la loi, et tout ce qui était ordonné.

5. Il ôta aussi les autels et les temples de toutes les villes de Juda; et il régna en paix.

6. Il bâtit aussi des villes fortes dans Juda, parce qu'il était tranquille, et qu'il n'y avait point alors de guerre, le Seigneur lui donnant la paix.

7. C'est pourquoi il dit au peuple de Juda: Bâtissons ces villes; fortifions-les de murailles; et ajoutons-y des tours avec des portes et des serrures, pendant que nous n'avons point de guerre, parce que nous avons cherché le Seigneur Dieu de nos pères, et qu'il nous a donné la paix avec tous nos voisins. Ils bâti-

rum, et dederit nobis pacem per gyrum. Ædificaverunt igitur, et nullum in exstruendo impedimentum fuit.

8. Habuit autem Asa in exercitu suo portantium scuta et hasta de Judâ trecenta millia, de Benjamin verò scutariorum et sagittariorum ducenta octoginta millia, omnes isti viri fortissimi.

9. Egressus est autem contra eos Zara Æthiops cum exercitu suo, decies centena millia, et curribus trecentis; et venit usque Maresa.

10. Porrò Asa, perrexit obviàm ei, et instruxit aciem ad bellum in valle Sephatâ, quæ est juxta Maresa :

11. Et invocavit Dominum Deum, et ait : Domine, non est apud te ulla distantia utrùm in paucis auxilieris, an in pluribus : adjuva nos, Domine Deus noster : in te enim, et in tuo nomine, habentes fiduciam, venimus contra hanc multitudinem. Domine, Deus noster tu es : non prævaleat contra te homo.

12. Exterruit itaque Dominus Æthiopes coram Asâ et Judâ; fugeruntque Æthiopes.

13. Et persecutus est eos Asa et populus qui cum eo erat, usque Gerara; et ruerunt Æthiopes usque ad internecionem, quia Domino cædente contriti sunt, et exercitu illius præliante. Tulerunt ergo spolia multa.

14. Et percusserunt civitates omnes per circuitum Gerare : grandis quippe cunctos terror invaserat; et diripuerunt urbes, et multam prædam asportaverunt.

15. Sed et caulas ovium destruentes, tulerunt pecorum infinitam multitudinem, et camelorum : reversique sunt in Jerusalem.

rent donc, et personne ne les en empêcha.

8. Or Asa eut dans son armée trois cent mille hommes de Juda qui portaient des boucliers et des piques, et de Benjamin deux cent quatre-vingt mille hommes qui portaient aussi des boucliers et qui tiraient des flèches, tous hommes très-vaillants.

9. Et Zara, roi d'Ethiopie, vint les attaquer avec une armée d'un million d'hommes et trois cents chariots de guerre, et s'avança jusqu'à Marésa.

10. Asa marcha au-devant de lui, et rangea son armée en bataille dans la vallée de Séphata, près de Marésa.

11. Et il invoqua le Seigneur Dieu, et dit : Seigneur, il n'y a point de différence pour vous, que vous secouriez par un petit nombre ou par un grand nombre; sécourez-nous donc, Seigneur notre Dieu; car c'est parce que nous nous confions en vous et en votre nom que nous sommes venus contre cette multitude. Seigneur, vous êtes notre Dieu; ne permettez pas que l'homme l'emporte sur vous.

12. Ainsi le Seigneur frappa d'épouvante les Ethiopiens devant Asa et Juda; et les Ethiopiens prirent la fuite.

13. Asa et tout le peuple qui était avec lui les poursuivirent jusqu'à Gérare; et les Ethiopiens furent entièrement défaits, parce que c'était le Seigneur qui les taillait en pièces pendant que son armée combattait. Ainsi les gens d'Asa remportèrent de grandes dépouilles.

14. Ils ravagèrent toutes les villes qui étaient aux environs de Gérare, parce que l'épouvante avait saisi tout le monde, et ils pillèrent les villes, et en emportèrent un grand butin.

15. Ils ravagèrent encore les bergeries et les étables des troupeaux; et ils emmenèrent une grande multitude de moutons et de chameaux, et s'en revinrent ainsi à Jérusalem.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — In cujus diebus quievit terra annis decem. Pax hæc decennalis accipienda est ab anno quinto Asæ usque ad decimum quintum illius, quo Zara adversùs illum movit, uti statim narrabitur. Postremum hoc bellum gestum constat anno quinto decimo Asæ, cùm sequenti Pentecostes festo immolatæ fuerint ingenti numero victimæ è pecore ex hostibus capto, idemque festum annotatum sit anno quinto decimo Asæ, 2 Paral. 15, 10.

Vers. 2. — Fecit Asa quod bonum et placitum erat in conspectu Dei. Cave credas, vitam egisse illum planè sanctam et immaculatam. Vide Paral. 16, 7, et 3 Reg. 15, 14.

Subvertit altaria peregrini cultus, et excelsa (1), idolis dicata, sed intacta reliquit

(1) *Or Asa fit ce qui était juste et agréable aux yeux du Seigneur. Il détruisit les autels d'un culte étranger, et les hauts lieux.* Il semble que ce passage soit entièrement contraire à cet autre du troisième livre des Rois, où il est dit

edita loca Domino sacra, quæ populus frequentabat ad sacrificia. (1)

VERS. 5. — ABSTULIT DE CUNCTIS URBIBUS JUDA ARAS ET FANA. Amovit primò publica superstitionis offendicula, tum Hierosolymis, tum in aliis imperii sui urbibus ; sed cœptum opus non absolvit, nec removit loca occulta et privata, ubi flagitia superstitiosa exercebantur, nisi post aliquot annos, sermonibus Azariæ prophetæ confirmatus (2). In Hebræo est: *Abstulit excelsa et Chamanim*, quæ esse creduntur loca vel templa Soli dicata in montibus, vel super tecta domorum. Vide Leviticum 26, 30.

VERS. 6. — NULLA TEMPORIBUS EJUS BELLA SURREXERUNT ; nulla scilicet eò usquè, sed deinceps non defuerunt. (1)

VERS. 9. — EGRESSUS EST ZARA ÆTHIOPS CUM EXERCITU SUO. Causas grandis hujus expeditionis Zaræ in regnum Juda nullas hìc affert Scriptura. Dissident autem inter se interpretes de ditione hujus regis, quem Scriptura regem Æthiopiæ, vel *Chusch* appellat. Sæpè alibi animadvertimus nihil esse magis ambiguum in Scripturâ quàm nomen *Æthiopiæ*. Porrò Zaram regnâsse in Æthiopiâ, ad meridiem et ultra Ægyptum, aiunt quidam (2). Imperium erat potens, ac refertissimum numero copiarum, quæ sæpè arma Ægypto, et in Syriam usque intulerunt. Inferiùs, 16, 8, cùm de expeditione hâc agitur, Hanani propheta *Libyes* jungit *Chuschim;* quod demonstrare videtur, vocem hanc significare regionem quæ peculiari nomine Æthiopia appellatur, Libyæ vicinam. Id pariter minùs incredibilem reddit prodigiosam illam militum copiam, quæ ægrè admodùm concedatur uni Arabum regi, quamvis subditos omnes armaverit.

Contendunt tamen alii (3), Zaram regnâsse in Arabiâ, ac Libyes habuisse fœderatos, vel pretio conductos. Porrò *Chusch* usurpatur sæpè pro Arabibus, sedes habentibus propè extremam oram septentrionalem Erythræi. Zara per Arabiam venit adversùs Asam, ac victum fugatumque Israelitæ longiùs intra eam regionem insecuti sunt, vastantes diripientesque castra illorum et tentoria. Hæc inferiùs narrantur. Vix autem fieri potuisset, ut rex Æthiopiæ totâ, quam longè excurrit, mediâ Ægypto præteriret, exercitum trahens decies centenorum millium, Ægyptiis neque repugnantibus, neque acie invadentibus. Quin et si Æthiopiæ rex per Ægyptum venisset, ingressus fuisset Palæstinam Gaza, non Maresa : quod intelligentes quidam (4), Zaram in Ægypto regnâsse

du même prince *qu'il ne détruisit* point les hauts lieux. Mais pour concilier le sens de ces deux passages, il suffit de remarquer qu'il y avait deux sortes de *hauts lieux:* les uns consacrés au Dieu d'Israël, et les autres destinés pour sacrifier aux idoles. Ces premiers furent permis pendant quelque temps, c'est-à-dire, avant que l'Arche eût été placée en un lieu stable. Mais lorsque le temple de Jérusalem eut été bâti, la loi de Dieu ne permettait plus que l'on y offrît des sacrifices. C'est de ces hauts lieux qu'il est dit au troisième livre des Rois qu'Asa ne les détruisit point. Et ils furent en effet tolérés par quelques princes, quoique pieux, dans le dessein d'éviter un plus grand mal, c'est-à-dire, d'empêcher que le peuple ne se portât plus facilement à l'idolâtrie, n'ayant plus ces lieux où il pût offrir des sacrifices au vrai Dieu. Quant à ces autres *hauts lieux*, que le roi Asa *détruisit*, comme il est marqué ici, c'étaient ceux où l'on avait élevé *des autels d'un culte étranger,* comme les appelle l'Ecriture; c'est-à-dire, des autels profanes et *étrangers* à l'égard d'un peuple consacré au service du vrai Dieu. Or nul prince vraiment pieux ne pouvait ni ne devait laisser subsister ces lieux que l'impiété des rois et des peuples avait destinés à l'idolâtrie, puisqu'ils étaient un sujet perpétuel de scandale à Israël, et directement contraires à la gloire de son Dieu.

Or quoique le roi Asa n'eût point détruit les premiers dont on a parlé, l'Ecriture ne laisse pas de lui rendre ce témoignage, qu'*il fit ce qui était bon et agréable aux yeux du Seigneur,* et que *son cœur était parfait devant lui*, parce que ce fut sans doute le désir de ménager la faiblesse de son peuple, qui empecha qu'il ne fît ce qu'il aurait souhaité, et qu'ainsi cette disposition où il était fut acceptée devant Dieu. C'est encore la manière dont les saints ministres de Jésus-Christ sont obligés d'en user souvent dans l'Eglise même, où s'étant glissés divers abus contraires à la discipline, ils se voient contraints de les tolérer sans les approuver, afin de *ne pas briser,* comme parle l'Ecriture, *le roseau qui est cassé*, et de *ne pas achever d'éteindre la mèche qui fume encore*. On peut voir dans les explications du quinzième chapitre du troisième livre des Rois, l'éclaircissement qu'on y a donné sur la conduite d'Aza. (Sacy.)

(1) Vide 3 Regum 15, 14 : *Excelsa autem non abstulit*. Et 2 Paralip. 15, 17 : *Excelsa autem derelicta sunt in Israel.*

(2) Vide 2 Par. 15, 8 : *Cùm audîsset Asa verba et prophetiam Azariæ.... confortatus est, et abstulit idola de omni terrâ Judâ, et de Benjamin, et ex urbibus quas ceperat montis Ephraim.*

(1) Infra, v. 9. 10, et cap. 16, 1 et 9 : *Ex præsenti tempore adversùm te bella consurgent.*

(2) Tostat., Salian., Menoch., Tirin., Mariana, Grotius.

(3) Marsham. seculo XV; Boch. *Phaleg* lib. 4, cap. 2; Est., Torniel., etc.

(4) Vatab. Vide, si placet, Tirin. hìc et Sanct.

constituerunt; docentque Hebræi, Zaram restituisse Asæ thesauros, quos olim Sesac diripuerat.

Et curribus trecentis. Certant quidam, nempe Junius, Malvenda, mille trecentis curribus agmen instructum fuisse: et Hanani propheta inferiùs, 16, 8, exaggerat grandem hunc quadrigarum numerum; quod utique ineptum esset, si trecentas non superâssent.

Vers. 10. — Instruxit aciem in valle Sephata, quæ est juxta Maresa. *Sephata* ipsa est *Horma Arado* vicina, Num. 21, 1, Judic. 1, 17. Maresam collocat Eusebius, cum S. Hieronymo, bis mille passibus ab Eleutheropoli; Sephata verò aliquantò longiùs, Arabiam versùs, constituenda est. Quare pro Sephatâ legendum malo *Sephala*, quæ ingens est vallis ad occidentem Maresæ.

Vers. 11. — Non est apud te ulla distantia, utrum in paucis auxilieris, an in pluribus (1).

In eamdem sententiam loquebatur Jonathas ad armigerum suum 1 Reg. 14, 6: *Non est difficile Domino salvare, vel in multis, vel in paucis.* Hebræus ad litteram: *Non est tecum* discrimen *ad auxiliandum inter multum, et non fortem.* Certa est victoria illi qui de ope tuâ non dubitat, sive auxilium tuum in multis sit, sive in paucis. Vel potiùs: Æquè facile est tibi suppetias ferre sive multis, sive paucis; sed quicumque Deum habet sub signis, victoriam sibi certò spondet.

Vers. 12. — Exterruit Dominus Æthiopes. Hebr.: *Et Dominus percussit Æthiopes.*

Vers. 13. — Usque Gerara. Urbem hanc sub patriarchis tenebant Philisthæi. Ulterior est in Arabiâ, quà vergit ad mare Rubrum, atque in Scripturâ inter *Cades* et *Sur* constituitur, Genes. 20, 1. Eusebio et S. Hieronymo est ultra *Daromam*, id est, ultra plagam maximè meridionalem terræ sanctæ 25,000 passibus ab Eleutheropoli, ad meridiem. Si igitur ponas, prælium hoc commissum fuisse ad Maresam, 2000 passibus ab Eleutheropoli, fugientes Arabes insecutum fuisse Asam oportet per 23,000 passus, nempe leucas undecim circiter.

Ruerunt Æthiopes usque ad internecionem. Hebræus: *Cecidit de Æthiopibus, cùm vita illis non daretur.* Nemini, qui in manus victorum inciderit, ignovêre. Vel fortè: *Cecidit* ingens numerus *Æthiopum, ita ut nemo viveret* eorum quos capere hostes potuerunt. Vel denique: Ita ut non possent restituere sese, coire iterùm, ac damnum reparare.

Vers. 14. — Percusserunt civitates omnes per circuitum Geraræ. Regio erat hæc olim culta, et incolis frequens; hodiè verò fermè deserta squalet, nec excurritur nisi ab Arabibus errantibus et vagantibus, qui nihil minùs quàm colere agros et construere domos curant.

Grandis terror. Hebræus: *Quia fuit pavor Domini super eos.* Incussus à Deo terror v. 12, vel pavor nimius, insuetus et extremus.

Vers. 15. — Caulas ovium destruentes, tu-

(1) *Secourez-nous donc, Seigneur, vous qui êtes notre Dieu: car c'est parce que nous nous confions en vous et en votre nom, que nous sommes venus contre toute cette multitude.* Nous n'en usons pas, Seigneur, comme Roboam, qui, ayant abandonné votre loi, et l'ayant fait abandonner à votre peuple, n'eut pas le courage d'aller au-devant du roi d'Egypte lorsqu'il le vint attaquer, parce qu'il sentit que vous-même l'aviez aussi abandonné et livré à son ennemi. Pour nous, Seigneur, vous reconnaissant véritablement pour notre Dieu, nous ne craignons point de *venir contre cette* effroyable *multitude* d'ennemis, parce que ce n'est nullement en nous, mais *en vous et en votre nom, que nous avons mis notre confiance,* et que nous sommes très-convaincus que *le grand ou le petit nombre vous est égal,* pour faire pencher la victoire de quel côté il vous plaît. Il s'agit donc maintenant de votre cause, *Seigneur,* puisque *vous êtes notre Dieu.* Ainsi ne permettez pas que *l'homme* se glorifie *d'avoir eu sur vous l'avantage* en le remportant sur ceux qui sont tout à vous.

Il n'y a point d'ennemis ni visibles ni invisibles qui soient capables de résister à une si excellente prière, lorsqu'elle part d'un *cœur parfait* et parfaitement soumis à Dieu, tel qu'était alors celui d'Asa. Car il faut bien remarquer que la confiance qu'il avait en Dieu n'avait pas pour fondement une frayeur passagère, mais qu'elle était appuyée sur son humble piété et sur le zèle qu'il avait fait jusqu'alors paraître pour le culte du vrai Dieu, non seulement en montrant l'exemple d'un grand attachement à sa sainte loi, mais même en usant de toute son autorité pour obliger ses sujets à l'observation exacte des divins préceptes. C'est ce que la sainte Ecriture a eu soin de représenter au commencement de ce chapitre, où elle dit de ce prince qu'*il commanda à Juda de chercher* sincèrement *le Seigneur, le Dieu de leurs pères, d'observer sa loi et tous ses préceptes.* Car il est besoin souvent que les princes n'exhortent pas seulement les peuples à la piété, mais même qu'ils *la leur commandent,* pour le dire ainsi, par la sévérité de leurs ordonnances, puisqu'il est encore plus vrai de dire des princes chrétiens ce que saint Paul disait dès son temps des princes païens, que *les princes sont à craindre, non lorsqu'on ne fait que de bonnes actions, mais lorsqu'on en fait de mauvaises..., parce qu'ils sont les ministres du Seigneur.... et que ce n'est pas en vain qu'ils portent l'épée.... étant établis pour punir celui qui fait mal.* (Sacy.)

LERUNT PECORUM INFINITAM MULTITUDINEM. Hebræus : *Percusserunt tentoria pecorum, et duxerunt pecus in multitudine.* Tentoria aggressi, greges plurimos trucidârunt, plurimos etiam rapuerunt. Septuaginta : (1) : *Exciderunt Alimazones, et ceperunt oves multas.*

(1) Septuag. : Καὶ τοὺς Ἀλιμαζονεῖς ἐξέκοψαν, καὶ ἔλαβον πρόβατα πολλά. Legunt אהלי מעינים, *tentoria Minæorum;* id quod optimam sententiam reddit ; frequenter enim occurrunt Minæi, Arabiæ populi, in his libris. Vide 1 Par. 4, 41 ; Judic. 10, 11 ; 2 Par. 20, 1, et 26, 7.

CAPUT XV.

1. Azarias autem filius Oded, facto in se Spiritu Dei,

2. Egressus est in occursum Asa, et dixit ei : Audite me, Asa, et omnis Juda et Benjamin : Dominus vobiscum, quia fuistis cum eo. Si quæsieritis eum, invenietis : si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos.

3. Transibunt autem multi dies in Israel absque Deo vero, et absque sacerdote doctore, et absque lege.

4. Cùmque reversi fuerint in angustiâ suâ ad Dominum Deum Israel, et quæsierint eum, reperient eum.

5. In tempore illo non erit pax egredienti et ingredienti, sed terrores undique in cunctis habitatoribus terrarum :

6. Pugnabit enim gens contra gentem, et civitas contra civitatem, quia Dominus conturbabit eos in omni angustiâ.

7. Vos ergo confortamini, et non dissolvantur manus vestræ : erit enim merces operi vestro.

8. Quod cùm audîsset Asa, verba scilicet et prophetiam Azariæ filii Oded prophetæ, confortatus est ; et abstulit idola de omni terrâ Judâ, et de Benjamin, et ex urbibus, quas ceperat, montis Ephraim, et dedicavit altare Domini quod erat ante porticum Domini.

9. Congregavitque universum Judam et Benjamin, et advenas cum eis de Ephraim, et de Manasse, et de Simeon : plures enim ad eum confugerant ex Israel, videntes quòd Dominus Deus illius esset cum eo.

10. Cùmque venissent in Jerusalem mense tertio, anno decimo quinto regni Asa,

11. Immolaverunt Domino in die illâ, de manubiis et prædâ quam adduxerant, boves septingentos, et arietes septem millia.

12. Et intravit ex more ad corroboran-

CHAPITRE XV.

1. Or Azarias, fils d'Oded, rempli de l'Esprit de Dieu,

2. Sortit au-devant d'Asa, et lui dit : Ecoutez-moi, Asa, et vous tous, peuple de Juda et de Benjamin : Le Seigneur vous a assistés, parce que vous vous êtes tenus attachés à lui. Si vous le cherchez, vous le trouverez ; mais si vous le quittez, il vous abandonnera.

3. Il se passera beaucoup de temps pendant lequel Israël sera sans vrai Dieu, sans prêtre qui enseigne, et sans loi.

4. Si dans leur affliction ils reviennent au Seigneur Dieu d'Israël, et qu'ils le cherchent, ils le trouveront.

5. Dans ce temps-là ils ne pourront aller et venir sûrement ; la terreur sera de toutes parts parmi les habitants de la terre.

6. Une nation se soulèvera contre une nation, et une ville contre une ville, parce que le Seigneur les troublera, et les réduira à la dernière extrémité. *Mais ce ne sera pas de votre temps qu'arriveront ces grands maux.*

7. Vous donc, soyez forts, et que vos mains ne s'affaiblissent point ; car votre persévérance sera récompensée.

8. Asa, ayant entendu cela, c'est-à-dire les paroles et la prédiction du prophète Azarias, fils d'Oded, sentit en lui de nouvelles forces, et il extermina les idoles de toute la terre de Juda et de Benjamin, et des villes du mont Ephraïm qu'il avait prises. Et il dédia l'autel du Seigneur qui était devant le portique du Seigneur.

9. Et il assembla tout Juda et Benjamin, et avec eux plusieurs étrangers des tribus d'Ephraïm, de Manassé et de Siméon ; car beaucoup d'Israélites étaient venus se rendre à lui, voyant que le Seigneur son Dieu était avec lui.

10. Et lorsqu'ils se furent rendus à Jérusalem le troisième mois et l'an quinzième du règne d'Asa,

11. Ils immolèrent au Seigneur en ce jour-là sept cents bœufs et sept mille moutons des dépouilles et du butin qu'ils avaient enlevés.

12. Et le roi entra, selon sa coutume, pour confirmer l'alliance, afin de chercher le

dum fœdus, ut quæreret Dominum Deum patrum suorum in toto corde et in totâ animâ suâ.

13. Si quis autem, inquit, non quæsierit Dominum Deum Israel, moriatur, à minimo usque ad maximum, à viro usque ad mulierem.

14. Juraveruntque Domino voce magnâ in jubilo, et in clangore tubæ, et in sonitu buccinarum,

15. Omnes qui erant in Judâ cum exsecratione : in omni enim corde suo juraverunt, et in totâ voluntate quæsierunt eum, et invenerunt; præstititque eis Dominus requiem per circuitum.

16. Sed et Maacham matrem Asa regis ex augusto deposuit imperio, eò quòd fecisset in luco simulacrum Priapi : quod omne contrivit, et in frusta comminuens combussit in torrente Cedron.

17. Excelsa autem derelicta sunt in Israel : attamen cor Asa erat perfectum cunctis diebus ejus.

18. Eaque quæ voverat pater suus et ipse, intulit in domum Domini, argentum, et aurum, vasorumque diversam supellectilem.

19. Bellum verò non fuit usque ad trigesimum quintum annum regni Asa.

Dieu de leurs pères de tout leur cœur et de toute leur âme.

13. Et si quelqu'un, ajouta-t-il, ne cherche pas le Seigneur Dieu d'Israël, qu'il soit puni de mort, depuis le petit jusqu'au grand, depuis l'homme jusqu'à la femme.

14. Ils firent donc serment au Seigneur avec de grandes exclamations et des cris de joie, au son des trompettes et des hautbois.

15. Tous ceux qui étaient dans Juda accompagnèrent d'exécration ce serment; car ils jurèrent de tout leur cœur, et cherchèrent Dieu de toute la plénitude de leur volonté. Aussi ils le trouvèrent, et le Seigneur leur donna le repos et la paix avec tous leurs voisins.

16. Asa ôta aussi l'autorité souveraine à Maacha sa mère, parce qu'elle avait élevé dans un bois une idole à Priape; il la détruisit entièrement, la mit en pièces, et la brûla dans le torrent de Cédron.

17. Cependant les hauts lieux restaient encore dans Israël. Le cœur d'Asa fut néanmoins parfait tous les jours de sa vie,

18. Et il porta dans la maison du Seigneur ce que son père et lui avaient fait vœu d'y donner, l'argent, l'or et les vases de différentes sortes.

19. Et il n'y eut point de guerre jusqu'à la trente-cinquième année du règne d'Asa.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Azarias.... facto in se spiritu Dei, egressus in occursum Asa. Unâ hâc re gestâ Azarias propheta noscitur : cujus erat pater Oded, idemque nomen filius ipse præfert in Hebræo versiculi 8. Azarias igitur Asæ et victori de Zarâ rege Æthiopiæ reduci exercitui occurrit.

Vers. 2. — Dominus vobiscum, quia fuistis cum eo. Fidei vestræ præmio, victoriâ fruimini. Vel : Dominus nunquàm vos deseruit, quamdiù vos illi adhæsistis; cujus rei argumentum in hâc re prosperè gestâ tenetis. Vel : Semper vobis præstò aderit, quamdiù vos cum illo. Locum hunc olim urgebant Pelagiani pro sententiâ suâ, hominis scilicet solius esse, ut cor suum paret ad gratiam accipiendam, nec illam à Deo conferri nisi paratis. Sed apertâ abusione textum pervertunt; neque enim sermo est ibi, nisi de exteriori Dei ope pio regi in adversarios collatâ. Esto autem de interiori gratiâ agatur, nonne verissimè dicitur : *Dominus nobiscum, quia nos fuimus cum eo?* cùm scilicet fideli cooperatione meremur novarum gratiarum incrementum ultra priores, quas Deus præveniendo nobis concessit. Vide Estium hìc.

Vers. 3. — Transibunt multi dies in Israel absque Deo vero (1). Discrimen est sententia-

(1) *Or il arrivera qu'Israël durant une longue suite de temps sera sans connaissance du vrai Dieu, sans prêtre qui les instruise, et sans loi*, etc. Le secours si miraculeux que Dieu venait de donner au roi Asa contre le roi d'Ethiopie, devait l'affermir sans doute avec son peuple dans la véritable Religion. Mais il voulut se servir encore d'un autre moyen, qui fut de lui envoyer un prophète nommé Azarias, pour lui déclarer les grands malheurs qui arriveraient à Israël, lorsqu'*abandonnant le Seigneur*, ils mériteraient *d'être abandonnés de lui*. Car la crainte de ces maux funestes dont ils étaient menacés, était capable d'inspirer au roi et à ses sujets un plus ferme attachement au service du vrai Dieu. Il est difficile d'assurer de quel temps précis ce prophète parlait alors : si c'était du temps présent, où les dix tribus

rum ingens: id enim definiunt Munsterus, Junius, Tirinus, Sanctius, de regno Israelis, vel Samariæ, tunc fermè penitùs in idololatriâ merso, veroque Dei cultu abolito, superstitiosum et profanum sequente: *Transierant*, et diù adhuc perseveraturi erant Israelitæ, *absque sacerdote, doctore, et absque lege*, quòd scilicet *sacerdotes* haberent à familiâ Aaronis alienos; carebant *doctoribus* fidelibus, qui pura doctrinæ fluenta darent; carebant *lege* sincerâ; neque enim præcipua legis præcepta servabant, nec commercium detinebant cum templo Domini, quod centrum erat ac sedes religionis. *Si reversi fuissent ad Dominum, reperissent eum*, v. 4. Cùm verò perseverârint aberrantes à recto, *fuerunt terrores undique, et pugnavit gens contra gentem*, v. 5 et 6. Is imperii decem tribuum status usque ad supremum ejus exitium producendus erat. Deinde Israelem manebat plurium annorum captivitas, exercitio religionis extincto, donec tandem à Cyro, vel alio è regibus ejus successoribus, pristina illis libertas restituenda esset.

Alii apud Menoch. et Tirin., explicant de præsenti Judæorum statu, quo, eversis Romanorum armis templo et urbe, redacti sunt. *Absque Deo, absque sacerdote, doctore, et absque lege;* derelicti à Deo pervicaciæ suæ et corruptioni, carent Deo, sacerdote, templo, usu religionis, doctoribus legum scientiâ præstantibus: cæci cæcos duces sequuntur; lege privati, cùm legem Mosaicam abrogaverit Evangelium, nec synagoga unum hodiè corpus reipublicæ constituat, adeòque legum rituumque illius plerorumque usus necessariò cessaverit. Referri hùc potest vaticinium Oseæ 3, 4, 5, iisdem ferè verbis ac præsens: *Dies multos sedebunt filii Israel sine rege, et sine principe, et sine sacrificio, et sine altari, et sine ephod, et sine theraphim; et post hæc, revertentur filii Israel*, etc.

In explicationem hanc nos ducere Jesus Christus videtur, cùm in Evangelio Matth. 25, 6, 7, 9, 13, extremum adventum suum describens, qui exitus est hujus rerum Judaicarum statûs, iisdem quæ hìc leguntur in versiculis 5, 6, 7, verbis utatur: *Audituri estis prælia, et opiniones præliorum. Videte ne turbemini; oportet enim hæc fieri, sed nondùm est finis. Consurget enim gens in gentem, et regnum in regnum.... Tunc tradent vos in tribulationem, et eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Solâ collatione horum verborum cum iis quæ nunc versamus, affinitatem utrinque summam animadvertimus.

Malunt communiter interpretes apud Lyram accipere de captivitate tribuum Juda, Levi et Benjamin, quas Nabuchodonosor in Babyloniam duxit. Diuturnâ hâc captivitate sæviente, Juda quodammodò squaluit *sine Deo;* rejectus enim à Deo videbatur, suoque mœrori relictus, *absque sacerdote*, qui sacrum ministerium exerceret; *absque doctore*, qui legem suo tempore et in cœtibus liberis et consuetis exponeret; *absque lege*, cùm sacra volumina rapuisse Chaldæos doceant plures (1), et ab Esdrâ primùm post captivitatem restituta fuerint. Sed postremum hoc alibi exami-

(1) Auctor quarti lib. Esdr. c. 14, 43, 44 et seq.; Clem. Alex. lib. 1 Stromat.; Theodoret. in Psal. et in Cantic. cant.; Basil. Epist. ad Chilon. Ita et Lyra hìc, etc.

du royaume d'Israël vivaient déjà, comme elles vécurent depuis, dans l'éloignement du vrai Dieu, et privées de *l'instruction des prêtres* et des Lévites, qui s'étaient refugiés dans le royaume de Juda; ou bien si c'était du temps de la captivité de Babylone, qui n'arriva que long-temps depuis; ou enfin du temps de la désolation entière des Juifs, qui arriva sous les Romains, et qui durera jusqu'à la fin des siècles. Peut-être même que tous ces événements différents sont compris dans les paroles du prophète, Dieu réunissant tous les temps comme en un seul point par son éternelle prescience, à laquelle toutes choses sont toujours présentes.

Mais ce doit être un sujet d'une très-grande consolation pour les pécheurs, de ce que Dieu a toujours soin de faire dire à son peuple que lorsqu'ils l'auraient quitté, et que *dans leur affliction ils reviendraient au Seigneur et le chercheraient, ils le trouveraient*. Ce n'est pas que cette promesse si avantageuse leur doive inspirer une vaine présomption, et les rendre plus hardis à l'offenser, par cette assurance qu'il leur donne de sa bonté; mais c'est qu'il prévient le désespoir où pourraient tomber ceux à qui leur conscience reprocherait une ingratitude et une infidélité semblable à celle des Juifs, qui le quittèrent après qu'il les eut comblés de toutes sortes de biens. Il ne veut donc pas qu'on désespère jamais de sa miséricorde; mais il promet qu'il se laissera *trouver à ceux qui le chercheront*, non pas superficiellement ni des lèvres, mais de la manière dont le roi lui-même s'engagea avec tout son peuple par une promesse solennelle à *chercher le Dieu de leurs pères*, c'est-à-dire, *de toute leur âme et de tout leur cœur.* Car il est certain que si Dieu déclare que ceux qui le chercheront de cette sorte le trouveront, il fait connaître, au contraire, par plusieurs passages de l'Ecriture, que beaucoup de gens le chercheront à la fin, comme Antiochus l'a cherché en apparence, et ne le trouveront pas, parce qu'ils ne le chercheront point avec cette plénitude de cœur qui en suppose le changement. (Sacy.)

nabitur; atque interim affirmari meritò potest, Chaldæos quidem nec igne cremâsse, nec aboluisse sacros libros, qui in captivitate sanctè conservati fuerunt; sed Esdram à longo illo exilio reducem exscripsisse, recensuisse, ac frequentiores reddidisse.

Denique Hebræi, quos interpretes nonnulli, Grotius, Menochius, Vatablus, sequuntur, vaticinium hoc Azariæ ita exponunt: *Judæi diù se continuerunt, quin ad Dominum confugerent* sub Roboamo et Abiâ, regibus pestilentibus juxta et flagitiosis. Fuerunt *absque sacerdotibus et lege*, aures præbere sacerdotibus, et parere Dei legibus recusantes. *Sed redierunt ad illum in angustiâ suâ*, sub Asâ, cùm formidabili Zaræ exercitu ille invasus fuit. Ante illud tempus *non erat pax egredienti et ingredienti, sed terrores undique in cunctis habitatoribus terrarum: pugnabat gens contra gentem;* Jeroboam adversùs Abiam, Sesac adversùs Roboamum, etc. Nobis tamen probatur, verba hæc Azariæ accipienda esse, ceu futurorum oracula; in quam persuasionem inducunt nos illa, quibus vaticinium suum claudit propheta: *Vos ergo* (ô Asa) *confortamini, et non dissolvantur manus vestræ, erit enim merces operi vestro.* Te mala ista non tangent, nec nisi eos afficient, qui se reos abjectæ religionis constituerint: persevera in bono, et mercede tuâ non carebis.

VERS. 8. — PROPHETIAM AZARIÆ FILII ODED. In Hebræo est tantummodò: *Prophetia Oded;* quam pariter lectionem retinent Septuaginta editionis Romanæ; sed codices alii cum Syriaco, Vulgatæ suffragantes, *Azariam* supplent.

EX URBIBUS QUAS CEPERAT MONTIS EPHRAIM. Innuuntur hìc facilè urbes Bethel, Ephron et Jesana, cum earum agro, quas Abia pater Asæ Jeroboamo eripuerat, 2 Paral. 13, 19, nullas enim cepisse Asam alicubi legimus. Nihilò tamen seciùs inferiùs, 17, 2, redit mentio de urbibus ab Asâ captis; quare meritò colligimus, subegisse illum sibi aliquid è ditione Ephraimi, quod posteritatis memoriæ mandatum non fuit.

DEDICAVIT ALTARE QUOD ERAT ANTE PORTICUM DOMINI. Fierine potuisse credamus, ut Asa neglexerit absque sacrificiorum oblatione altare holocaustorum usque ad annum regni sui quintum decimum, in quem hoc bellum incidit? An cultus Domini magis jacuit sub Asâ, quàm sub Abiâ, ejus patre, qui ad Jeroboamum regem Israelis aiebat supra, c. 13, v. 19: *Sacerdotes ministrant Domino, holocausta offerunt Domino, per singulos dies mane et vespere?* Reputandum est igitur, parari cœpisse altare holocaustorum solemniori ritu, ut offerrentur in illo victimæ majori copiâ quàm hùcusque: renovatam quodammodò ejus dedicationem, celebratamque tanto apparatu solemnitatem, quanto si primùm dedicaretur. Immolatas fuisse tunc hostias non in altari holocaustorum modò, sed et in altero, quod Salomon in atrio erexerat, docent quidam cum Marianâ; neque enim altare æneum tot victimis sustinendis par erat. Igitur altare hoc iterùm consecratum est immolatione victimarum, ut olim Salomon præstiterat, supra, c. 7 et 8, et 3 Reg. 8. Equidem fieri non posse videtur, ut in unico altari immolarentur unâ die septingenti boves, et septem millia arietum; quod ab Asâ factum scimus ex v. 11. Altare hoc erat *ante porticum Domini*, id est, in parte anteriori atrii sacerdotum, ad orientem altaris holocaustorum.

VERS. 9. — ADVENAS DE EPHRAIM, ET DE MANASSE, ET DE SIMEON. Incrementum ingens accesserat regno Judæ eò confluentibus aliarum tribuum hominibus, quas eò traxit seu rerum suarum studium, seu religio, 3 Reg. 11, 13. Id semel cœptum perseveravit deinceps, cùm res Israelis prostratæ jacerent, infra, 34, 6. Pars tribûs Simeoniticæ conclusa undique intrà ditionem Juda, atque in plures ejus urbes dispersa, jugum ejus penitùs excutere non valuit: portio tamen major desciscens, partes decem tribuum sequebatur; alii verò spontè ad obedientiam redierant.

VERS. 10. — MENSE TERTIO, ob solemnitatem Pentecostes, huic mensi addictam.

VERS. 12. — INTRAVIT EX MORE AD CORROBORANDUM FŒDUS, UT QUÆRERENT DOMINUM. Hebræus: *Venerunt in pactum ad quærendum Dominum.* Convenerunt ad templum fœdus cum Domino renovaturi. Processerunt usque ad altare, ubi super hostias immolatas, et coram Domino jurarent, vel fortè transierunt per medias victimas immolatas et sectas, ritu in iis rebus aliàs pariter servato. Vide Genes. 15, 9, 10, 17.

VERS. 16. — SED ET MAACHAM MATREM REGIS EX AUGUSTO DEPOSUIT IMPERIO, EO QUOD FECISSET IN LUCO SIMULACRUM PRIAPI. Reddi potest Hebræus: *Asa removit Maacham matrem suam* (vel aviam) *è supremâ auctoritate, eò quòd idolum fecisset Astartæ*, vel Aseræ. Septuaginta: *Matrem suam removit, ut non esset ministrans Astartæ.* Syrus et Arabs: *Matrem suam proprio abdicavit regno, eò quòd festum celebrâsset idolis.*

Quod autem persuadet, Maacham reverà simulacrum dedicâsse deæ nemorum, vel Astartæ, illud est quod statim additur, nimirùm Asam confregisse et combussisse in torrente Cedron quæ illa dedicaverat. Vide, supra, nostram dissertationem de Numinibus Phœnicum.

Vers. 17. — (1) Excelsa derelicta sunt in Israel. Vide dicta supra, 14, 2, 5.

Vers. 18. — Quæ voverat pater suus et ipse, Abia scilicet in bello adversùs Jeroboamum, supra c. 13, v. 13, 14, et Aza adversùs Zaram, ibid. 14, 10, 11. De more offerendi Domino partem manubiarum hostilium actum est 1 Paral. 26, 27.

Vers. 19. — Bellum non fuit usque ad trigesimum quintum annum regni Asa. Annos hosce ducit Usserius à scissione decem tribuum, cujus epochæ annus trigesimus quintus incidebat in decimum quintum Asæ. Porrò hic annus quintus decimus annotatur hìc v. 10, ceu ipse idemque annus belli Azæ in Zaram regem Arabiæ.

(1) Cor Asa erat perfectum cum Domino cunctis diebus ejus. Sed sermo est de solâ perfectione quoad externum cultum unius veri Dei et extirpationem idololatriæ : nam in quibusdam aliis peccâsse certum est ex sequentibus, et ex cap. seq. v. 7, 10 et 12, ubi, cùm gravi podagrâ per triennium laboraret, reprehenditur quòd non tam Deo quàm medicorum industriæ *confisus* sit ; sicut et contra regem *Baasa* potiùs à *Benadad rege Syriæ*, quàm *Deo regi cœli et terræ* auxilium quæsierit ; quòd item *prophetam Hanani*, qui hoc nomine illum arguebat, et quidem jussu Dei stomachabundus non audierit, imò *in nervum* miserit, id est, in carcerem compegerit ; quòd denique *de populo*, dùm suo indulget furori, multos occiderit. Sed hæc peccata, quantùmvis gravia, quia tamen cultui externo Dei, de quo solo hìc jam agitur, non adversantur, non etiam obstiterunt, quominùs *cor* regis *Asæ* in aliis quæ cultum veri Numinis concernebant, integrum perfectumque mansisse censeretur. (Tirinus.)

Cependant il y eut encore quelques hauts lieux dans Israël ; mais le cœur d'Asa était néanmoins parfait dans tout le temps qu'il vécut. On a expliqué auparavant ce qui est marqué ici touchant ces hauts lieux qu'Asa ne détruisit point ; c'est pourquoi nous ne nous y arrêtons point. Mais comment doit-on entendre ce qu'ajoute l'Ecriture, que *le cœur d'Asa était néanmoins parfait dans tout le temps qu'il vécut ?* Ne voyons-nous pas, au contraire, dans le chapitre suivant, qu'il commit de grandes fautes, soit en se confiant plutôt au secours des infidèles qu'au nom du Seigneur, comme Dieu même le lui reprocha par son prophète, soit en prenant les trésors du temple, pour les envoyer à un roi païen, dont il implorait l'assistance ? Et l'Ecriture ne marque-t-elle pas aussi au même endroit que ce prince en étant repris par le prophète du Seigneur, lui fit mettre les fers aux pieds, et fit mourir plusieurs personnes d'entre le peuple ? Enfin n'est-il pas encore dit au même lieu que l'infirmité où il tomba ne le porta point à *chercher,* comme il aurait dû, *le Seigneur*, c'est-à-dire, à lui demander et à attendre de lui son soulagement ; *mais qu'il se confia davantage dans la science des médecins ?* Comment donc expliquera-t-on ce que la même Ecriture déclare ici que *le cœur d'Asa fut parfait dans tout le temps de sa vie ?*

Nous avons déjà donné l'éclaircissement de cette difficulté, en expliquant le quinzième chapitre du troisième livre des Rois ; et l'on y a dit que cette *perfection de cœur*, que les livres saints attribuent à Asa, ne consistait que dans le culte du vrai Dieu, dont ce prince ne s'écarta point, comme ses pères, Abia, Roboam et Salomon avaient fait, n'ayant jamais sacrifié comme eux aux idoles, mais s'étant toujours tenu attaché à la Religion du Dieu d'Israël. Mais cela n'a pas empêché qu'il n'ait commis de très grandes fautes, en manquant de confiance en celui qu'il adorait ; en livrant les trésors sacrés à des profanes, en emprisonnant un prophète qui lui parlait de la part de Dieu, en faisant mourir injustement un grand nombre de ses sujets, et en témoignant à sa mort même qu'il s'appuyait principalement sur le bras de chair, sans se souvenir de l'assistance miraculeuse qu'il avait reçue de Dieu, lorsque le roi d'Ethiopie étant venu le combattre avec un million d'hommes et trois cents chariots de guerre, il les tailla tous en pièces.

Asa était donc parfait, quant au culte extérieur qu'il rendit toujours à Dieu. Mais ces mêmes avantages qu'il remporta sur les Ethiopiens, contribuèrent sans doute à lui élever le cœur. Et sans s'écarter extérieurement de la vraie Religion, il dégénéra tout-à-fait de la piété que l'on avait remarquée au commencement de son règne, peut-être parce que la grande prospérité est plus à craindre que l'affliction, et que la victoire expose ceux qui l'ont remportée à être vaincus eux-mêmes, s'ils n'ont une extrême vigilance pour s'humilier, et pour prier avec d'autant plus d'ardeur qu'ils se voient plus élevés. (Sacy.)

CAPUT XVI.

1. Anno autem trigesimo sexto regni ejus, ascendit Baasa rex Israel in Judam, et muro circumdabat Rama, ut nullus tutè posset egredi et ingredi de regno Asa.

2. Protulit ergo Asa argentum et aurum

CHAPITRE XVI.

1. Mais l'an trente-sixième de son règne, Baasa, roi d'Israël, vint en Juda, et fortifia Rama d'une muraille tout autour, afin que nul du royaume d'Asa ne pût sûrement entrer et sortir.

2. Alors Asa prit l'argent et l'or qui étaient

de thesauris domûs Domini, et de thesauris regis, misitque ad Benadad regem Syriæ, qui habitabat in Damasco, dicens:

3. Fœdus inter me et te est, pater quoque meus et pater tuus habuêre concordiam: quam ob rem misi tibi argentum et aurum, ut rupto fœdere quod habes cum Baasâ rege Israel, facias eum à me recedere.

4. Quo comperto, Benadad misit principes exercituum suorum ad urbes Israel: qui percusserunt Ahion, et Dan, et Abelmaim, et universas urbes Nephthali muratas.

5. Quod cùm audîsset Baasa, desiit ædificare Rama, et intermisit opus suum.

6. Porrò Asa rex assumpsit universum Judam, et tulerunt lapides de Ramâ, et ligna quæ ædificationi præparaverat Baasa, ædificavitque ex eis Gabaa et Maspha.

7. In tempore illo venit Hanani propheta ad Asa regem Juda, et dixit ei: Quia habuisti fiduciam in rege Syriæ, et non in Domino Deo tuo, idcircò evasit Syriæ regis exercitus de manu tuâ.

8. Nonne Æthiopes et Libyes multò plures erant quadrigis et equitibus, et multitudine nimiâ, quos, cùm Domino credidisses, tradidit in manu tuâ?

9. Oculi enim Domini contemplantur universam terram, et præbent fortitudinem his qui corde perfecto credunt in eum. Stultè igitur egisti, et propter hoc ex præsenti tempore adversùm te bella consurgent.

10. Iratusque Asa adversùs Videntem, jussit eum mitti in nervum: valdè quippe super hoc fuerat indignatus: et interfecit de populo in tempore illo plurimos.

11. Opera autem Asa prima et novissima scripta sunt in libro Regum Juda et Israel.

12. Ægrotavit etiam Asa anno trigesimo nono regni sui, dolore pedum vehementissimo, et nec in infirmitate suâ quæsivit Dominum, sed magis in medicorum arte confisus est.

13. Dormivitque cum patribus suis: et

dans les trésors de la maison du Seigneur et dans ceux du roi, et l'envoya à Bénadad, roi de Syrie, qui demeurait à Damas, disant:

3. Il y a une alliance entre vous et moi, et mon père et le vôtre étaient aussi liés; c'est pourquoi je vous ai envoyé de l'argent et de l'or, afin que vous rompiez l'alliance que vous avez faite avec Baasa, roi d'Israël, et que vous l'obligiez à se retirer de mes états.

4. A cette nouvelle, Bénadad envoya ses généraux d'armée contre les villes d'Israël, lesquels prirent Ahion, Dan, Abelmaïm, et toutes les villes murées de Nephthali.

5. Ce que Baasa ayant appris, il cessa de bâtir Rama, et laissa son ouvrage imparfait.

6. Alors le roi Asa prit ce qu'il avait de monde dans Juda, et fit enlever de Rama toutes les pierres et tout le bois que Baasa avait préparés pour la bâtir, et il les employa à bâtir Gabaa et Maspha.

7. En ce temps-là le prophète Hanani vint vers le roi Asa, et lui dit: Parce que vous avez mis votre confiance dans le roi de Syrie, et non dans le Seigneur votre Dieu, l'armée du roi de Syrie s'est échappée de vos mains.

8. Les Ethiopiens et les Libyens n'avaient-ils pas une armée plus nombreuse en chariots, en cavalerie, et en une multitude prodigieuse? Et parce que vous mîtes votre confiance en Dieu, Dieu vous les livra entre les mains;

9. Car les yeux du Seigneur sont ouverts sur toute la terre, et ils inspirent de la force à ceux qui se confient en lui d'un cœur parfait. Vous avez donc agi follement, et pour cela même il va s'allumer des guerres contre vous.

10. Asa en colère contre le Voyant, ordonna qu'on le mît en prison; car sa remontrance l'avait irrité au dernier point; et dans ce même temps il fit mourir plusieurs d'entre le peuple.

11. Quant aux actions d'Asa, depuis les premières jusqu'aux dernières, elles sont écrites dans le livre des Rois de Juda et d'Israël.

12. Asa tomba aussi malade la trente-neuvième année de son règne d'une très-violente douleur aux pieds; et cependant il n'eut point recours au Seigneur dans son mal; mais il mit plutôt sa confiance dans la science des médecins;

13. Et il s'endormit avec ses pères, et

mortuus est anno quadragesimo primo regni sui.

14. Et sepelierunt eum in sepulcro suo quod foderat sibi in civitate David : posueruntque eum super lectum suum plenum aromatibus et unguentis meretriciis quæ erant pigmentariorum arte confecta, et combusserunt super eum ambitione nimià.

mourut dans la quarante et unième année de son règne.

14. Il fut enterré dans le sépulcre qu'il avait fait en la ville de David ; et on le mit sur son lit tout rempli d'odeurs et de parfums les plus excellents, où les parfumeurs avaient employé toute leur science; et ils les brûlèrent sur lui, avec beaucoup d'appareil et de pompe.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Anno trigesimo sexto regni ejus (1), seu potiùs secessionis decem tribuum à Judā. Vide 3 Reg. 15, 16, et cap. præced. ad finem.

Muro circumdabat Rama. Munire aggressus est urbem hanc, in edito loco positam, imminentemque faucibus è ditione Juda in Samariam ducentibus. Interdicere voluit Baasa imperii sui cum regno Asæ communicationem; nôrat enim, post restitutam ab eo rege in regno suo disciplinam, plures à regno Israelis ad Judam migrâsse, ut avitam religionem exercerent. Vide supra, 15, 9.

Vers. 3. — Fœdus inter me et te est. Fœdus hoc altè improbari à Domino, Hanani propheta regi aperuit infra, vers. 7 et 8; cujus tamen improbationis causa erat potissima, quòd minùs Deo fidere se Asa demonstraret. Victoriam mox retulerat sanè prodigiosam de Æthiopibus, vel Arabibus, 2 Paral. 14, 11; Deus illi patrocinium suum certissimâ fide promiserat, siquidem ille fidem sibi debitam sanctè retineret, ibid. 15, 2 : omnium tamen oblitus, sacros templi thesauros expilat, alienum adit principem, quem ad perfidiam provocat, oblatâ pecuniâ illi suadens, ut initum cum rege Israelis fœdus frangat. Hæc sunt quæ fœdus Asæ cum Benadado vitiant : cæterùm fas est, rerum necessitate cogente, ut summum vitetur discrimen, armis infidelium et impiorum uti; vide Grotium de Jure belli et pacis, l. 2, c. 15, art. 9. Remedia sunt hæc, quæ necessitas excusat. Abraham fœdus junxerat cum Sodomitis, quorum captivos solvit; David cum Achis rege Geth, Asmonæi, cum Romanis et Spartiatis. Si verò quis propheta

(1) Ascendit Baasa. Dices : Baasa jam erat mortuus à decennio, scilicet anno 25 regni Asæ, ut patet 3 Reg. 16, vers. 8; nam anno 36 Asæ regnabat in Israel Amri, 3 Reg. 16, 22. — Respondent primò Cajetanus, Joannes Lucidus. Adrichom. in Chronol., Joannes Annius cum suo Pseudo-Philone, et Melchior Canus lib. 11 de Locis, cap. 5, ad 12 arg., hìc mendum irrepsisse, et pro 36 legendum 26, vel potiùs 16. Nec hoc mirum, quia hæc res non spectat ad fidem, nec ad bonos mores. Verùm omnes codices Hebræi, Chaldæi, Latini constanter habent 36, non 26. Atqui in omnibus codicibus dicere esse mendum, est dicere in S. Scripturâ esse mendum, quod absit. Secundò, Lyran., Vatab. et Geneb., respondent, annos Asæ dupliciter numerari, primò, ab inito regno; secundò, ab illo memorabili bello et victorià Æthiopicà. Hinc ergo 36 anni regni Asæ esse 26 ejusdem à bello Æthiopico, quo Baasæ morienti dicitur successisse filius Ela, 3 Reg. 16, vers. 8. Verùm hoc est turbare totam S. Scripturæ chronologiam : sic enim pariter anni sequentium regum, scilicet Zambri, Amri, Achab, qui regnârunt cum Asâ, etc., numerandi forent à bello Æthiopico, quod nemo dixerit. Tertiò, alii dicunt hos annos 36, esse annos vitæ Asæ, non regni. Verùm obstat quòd expressè dicatur : *Anno autem 36 regni*, non vitæ; unde Abulens. respondet aliam hìc quærendam esse solutionem, quam ipse se nescire profitetur. Quartò et veriùs dicas hos 36 annos esse regni Judæ; quare computandos esse à primo anno Roboam qui primus fuit rex Juda, cùm Israel, id est, decem tribus, regem sibi creavère Jeroboam. Tunc enim facta est nova æra, ac multi annos computare cœperunt ab hoc insigni schismate. Tunc enim institutum est regnum Juda, æquè ac regnum Israel; unde hìc passim anni regum Israel numerantur juxta annos regum Juda sibi conregnantium. Igitur Roboam primus rex Juda regnavit 17 annis, mox Abia tribus annis, denique Asa sedecim; adde hos omnes, habebis 36, quos quærimus. Quare hic annus 36 anni regni Juda, præcisè fuit decimus sextus regni Asæ. Instabis : Hi 36 anni hìc vocantur non regni Juda, sed regni Asæ. — Resp. : Idem est regnum Asæ quod regnum Juda; nam Asa aliud non habuit regnum quam Juda. Quare dum computas annos regni Juda, computas annos Asæ, qui illi præerat, et cujus erat hoc regnum. Ita Seder Olam sive Chron. Hebræorum, Torniellus, Salian. et Azor. tom. 1 Institut. mor. lib. 6, cap. 55, q. 3. Sic Absalom dicitur anno 40 petiisse à David veniam eundi in Hebron, 2 Reg. 15, 7, non utique anno 40 Davidis (nam trigesimus ejus tantùm agebatur), sed 40 ab institutione regni in Israel, puta ab anno primo Saülis regis, cùm publicè unctus est à Samuele, qui regnum Davidis decem annis antecesserat. Initium enim alicujus regni nota est insignis, ut inde chronologia ducatur. (Corn. à Lap.)

reprobari à Deo monuit fœdera et societates regum Juda cum regibus Israelis, uti Josaphati cum Achabo et cum Ochoziâ, Amasiæ cum Ephraimitis, impia et illicita interdictum et mandatum Dei potiùs quàm rei natura hæc fœdera efficiebat.

VERS. 4.—UNIVERSAS URBES NEPHTHALI MURATAS. Reddi potest Hebræus : *Omnes thesauros*, vel horrea *urbium Nephthali*. Septuaginta : *Omnem agrum Nephthali*. Arabs : *Omnia armamentaria urbium Nephthali*. In textu Regum, l. 3, cap. 15, vers. 20, legitur : *Universam regionem Cineroth, super omni terrâ Nephthali*. Melior videtur lectio Paralipomenon.

VERS. 7. — QUIA HABUISTI FIDUCIAM IN REGE SYRIÆ.... IDCIRCO EVASIT SYRIÆ EXERCITUS DE MANU TUA. Præsentium cum præcedentibus colligatio nulla videtur. Scitum est regem Syriæ irrupisse in ditionem Israelis, ut Asæ faveret : cur igitur ad Asam ait propheta, regem Syriæ è manibus ejus evasisse? Quid fuit dissidii Asam inter et regem Syriæ? Æquior videtur lectio : *Rex Israel evasit de manu tuâ*, cùm Baasa subduxerit sese Rama, nihil passus à rege Juda. Syriacus et Arabs dictum aliter accipiunt : Quia fiduciam tuam collocâsti in rege Syriæ, et non es confisus in Deo, *idcircò fugiet à te robur Syriæ*. Ut commodus sensus è textu exprimatur, supplendum est aliquid, uti : Nisi tu fiduciæ in Dominum defuisses, nedùm rex Israelis, sed ipse Syriæ rex è manibus tuis non evasisset, tantùmque abfuisses, à necessitate conducendi tam ingenti pecuniâ Syros, ut superaturus illos fuisses, atque in usus tuos capta ex illis spolia translaturus.

VERS. 9. — OCULI DOMINI PRÆBENT FORTITUDINEM HIS QUI CORDE PERFECTO CREDUNT IN EUM (1). Videtur his verbis Scriptura fidem abrogare testimonio quod superiùs, 15, 17, reliquit : *Attamen cor Asa erat perfectum cunctis diebus ejus*. Fortè hoc crimen pœnitudine eluit, uti et reliqua, de quibus statim; neque enim majora sunt peccata quàm quibus justi humanâ imbecillitate cadunt interdùm, sed continuò pœnitudine surgunt. Hebræus ad litteram : *Oculi Domini perlustrantes per totam terram ad roborandum se in omni corde perfecto erga eum*.

ADVERSUM TE BELLA CONSURGENT. Ex eo tempore et deinceps, usque ad exitum regni Baasæ, perpetuum inter regna Juda et Israelis bellum exarsit. 3 Reg. 15, 32 : *Fuitque bellum inter Asa et Baasa regem Israel cunctis diebus eorum*.

(1) *Les yeux du Seigneur contemplent toute la terre, et inspirent de la force à ceux qui croient en lui avec un cœur parfait. Vous avez donc agi follement, et à cause de cela des guerres vont s'élever dès à présent contre vous de tous côtés*. Les regards de Dieu sont bien différents de ceux des hommes. Un homme a beau regarder un autre homme, ce regard lui est inutile, et ne le rend point plus fort. Dieu, au contraire, regarde sur la terre qui sont *ceux qui croient en lui* par la foi humble *d'un cœur parfait*, c'est-à-dire, d'un cœur qui n'est point partagé entre lui et les créatures, et son regard favorable, qui est celui de sa grâce, *les rend forts* contre tous leurs ennemis. Si nous étions attentifs à cette grande vérité, que *les yeux de Dieu regardent* sans cesse *toute la terre*, et qu'ils *remplissent de force ceux qui croient en lui*, comme ils le doivent, nous craindrions de nous rendre indignes de ce regard si salutaire, et nous serions en état de ne rien craindre, ayant Dieu pour protecteur.

C'est donc une vraie *folie*, comme parle le prophète, de manquer à *croire* et à se confier *en lui*. C'en est une de n'avoir point ce *cœur parfait*, qui nous attire les regards de notre Dieu. Et cette folie consiste en ce qu'on s'appuie sur un faible roseau, et qu'on se prive volontairement de l'appui du Tout-Puissant. Elle consiste en ce que les enfants du siècle sont plus prudents et plus éclairés que ne le sont les enfants de Dieu, lorsqu'ils comptent pour beaucoup d'être regardés des rois de la terre, et qu'ils veillent pour ne rien faire qui puisse choquer leurs yeux, au lieu que ceux qui sont appelés enfants de lumière, comptent pour rien d'être regardés de Dieu et en attendent beaucoup moins que ces autres n'espèrent des princes, dont ils cherchent à s'attirer les regards.

Voici donc l'arrêt qu'un prophète vient prononcer de la part de Dieu au roi Asa : *Vous avez agi follement, et c'est pour cela que des guerres vont s'élever dès à présent contre vous de tous côtés*. Votre folie, ô roi de Juda, consiste en ce que vous avez cru vous délivrer de vos ennemis, en mettant votre confiance dans les hommes. Mais vous connaîtrez bientôt par une funeste expérience, que ce moyen même que vous aviez pris pour éteindre cette guerre qui s'est allumée contre vous, sera une source de nouvelles guerres qui s'allumeront de tous côtés en punition de votre folie. Le secours que je vous avais donné contre un million d'Éthiopiens, que j'ai tous livrés à votre épée, parce que *vous aviez espéré en moi*, devait augmenter votre sagesse, en augmentant votre confiance en votre Dieu; mais, parce que vous avez agi avec la dernière folie, en méprisant mon secours, et en implorant l'assistance du roi de Syrie, vous devez vous imputer à vous-même la perte de la victoire que je vous aurais donnée, non seulement contre le roi d'Israël, mais encore contre ce prince étranger, s'il l'eût fait venir à son secours; et c'est vous qui, par votre faute, vous attirez toutes les guerres qui vont s'élever contre vous : *Idcircò evasit Syriæ regis exercitus de manu tuâ... Et propter hoc ex præsenti tempore adversùm te bella consurgent*. (Sacy.)

Vers. 10. — Jussit eum mitti in nervum. *Nervus*, propriè significat vincula nervicea, quorum usus olim obtinebat : usurpatur etiam de funibus, catenis, manicis et vinculis, quibus cervices reorum impediuntur. Leges duodecim Tabularum : *Vincito aut nervo, aut compedibus quindecim pondo, ne minore, aut si volet majore.* Plautus : *Perfidiosè captus, ædepol, nervo, cervicis probas.* Denique S. Isidoro auctore Orig. l. 5, c. ult., *nervus est vinculum ferreum, quo pedes vel cervices impediuntur.* Hebræus ad litteram : *Dedit eum domo subversionis;* quod Septuaginta, Syrius et Arabs de carcere interpretantur. Sunt qui apud Vatablum explicent de compedibus sive jugis, quæ duo erant ligna inter se commissa, mediam excipientia cervicem, abstringebantque arcto adeò nexu, ut caput educi non posset. Sed mihi certum sedet, designari carcerem, uti satis demonstrat vox *domus* illi juncta.

Interfecit de populo in tempore illo plurimos. Quâ occasione et causâ, ignoramus, nisi fortè quòd ejus acta, non secùs ac propheta, vulgò improbarent; vel occasione detrusi in carcerem Hanani.

Vers. 12. — Ægrotavit dolore pedum vehementissimo, podagrâ, uti creditur. Hebræus : *In pedibus suis usque supra ægrotatio ejus.* Cùm noxius et acris ille humor podagræ ascendit ad pectus, lethalis morbus efficitur. Planiùs alii reddunt : *Languit pedibus, usque valdè languit.*

Nec in infirmitate sua quæsivit Dominum, sed magis in medicorum arte confisus est. Minimè ille quidem peccavit, salutem arte medicinæ quærens, et aliquid fiduciæ in illâ statuens. Quis enim illâ uteretur unquàm, nisi spe aliquâ blandiente? Sed ideò erravit, quòd in medicinâ potiùs, quàm in Dei ope sibi confisus sit; neglexerit ad Dominum confugere, dùm medicinæ auxilia sibi omnia procurabat.

Vers. 14. — Sepelierunt eum in sepulcro suo quod foderat sibi (1). Hebræus : *In sepulcris quæ foderat sibi.* Sepulcra erant in eâ regione in rupibus excisa; idemque specus plures continebat loculos, in quibus singulis singula cadavera ponebantur. Quæ loculorum disposi-

(1) Notant Hebræi apud S. Hieron. in Tradit. hæc aromata super, vel ad tumulum ipsius combusta fuisse; imò et vestes, idque reverentiæ et honoris causâ, quemadmodùm apud Virgilium, Æneid. 6 : *Congesta cremantur thurea dona*, et apud Plinium lib. 13, capite 1, Homerum et alios. Sic in morte Aristobuli à se submersi adhibet etiam ungenta et aromata plura Herodes apud Josephum, et in Herodis ipsius funere Archelaus apud eumdem. Ipsum adhuc viventem Asam implevisse sepulcrum suum unguentis, Azarias lib. 3, cap. ult., fol. 183, ac Rabbini quidam alii scribunt. Quin et unguenta à fidelibus offerri solita ad sepulcra martyrum, docet S. Paulinus Natali 6 S. Felicis, dùm ita canit :
Ut vibrent tremulas funalia pendula flammas,
Martyris hi tumulum studeant profundere nardo,
Et medicata pio referant unguenta sepulcro.
Idem testatur Prudentius Peristeph. hymno 11, in Hippolyto, dicens :
Oscula perspicuo figunt impressu metallo :
Balsama diffundunt, fletibus ora rigant.
Et S. Gregorius lib. 7 Indict. 2, Epist., 53, scribens ad Secundinum : « Aloem verò, inquit, thymiama, styracem et balsamum sanctorum martyrum corporibus offerenda latore præsentium deferente, transmisimus. »
(Corn. à Lap.)

Asa fut aussi malade en la trente-neuvième année de son règne, d'une très-violente douleur des pieds; et cependant sa maladie ne fut point capable de le porter à avoir recours au Seigneur, mais il mit plutôt sa confiance dans l'habileté des médecins. Estius nous fait remarquer que ce fut très-justement que le roi Asa fut tourmenté par cette douleur des pieds, lui qui avait très-injustement fait mettre les pieds du prophète du Seigneur dans les fers, parce qu'il lui avait dit la vérité. Ainsi Dieu permit qu'il fût puni dès ce monde par la même voie par laquelle il avait péché. Ce que l'Ecriture ajoute, lorsqu'elle le blâme *d'avoir mis sa confiance dans l'habileté des médecins*, n'est pas une condamnation de la médecine : car le Saint-Esprit nous ordonne ailleurs *d'honorer le médecin à cause de la nécessité* que nous en avons. Mais nous pouvons remarquer qu'au même endroit où il nous oblige d'honorer les médecins, il nous fait voir la vraie raison pour laquelle Asa pécha devant Dieu en se confiant trop dans leur art et dans leur habileté : car il nous dit aussitôt que *c'est le Très-Haut qui a créé le médecin;* que *c'est le Très-Haut qui a produit de la terre tout ce qui guérit, et qui a fait connaître aux hommes la vertu des simples.* Et il ajoute ces excellentes paroles : *Mon fils, ne vous méprisez pas vous-même dans votre infirmité, mais priez le Seigneur, et lui même vous guérira. Détournez-vous du péché, redressez vos mains, et purifiez votre cœur de toutes ses fautes.* C'est donc de même que s'il nous disait : Lorsque vous tombez malades, ne vous abandonnez pas au découragement, mais songez que le péché est la cause des maladies, et, par conséquent, que vous devez travailler avant toutes choses à purifier votre cœur de tous ses péchés. Regardez Dieu comme votre médecin suprême, qui a créé les médecins de votre corps, de qui vient toute la médecine, qui a produit de la terre tout ce qui guérit les hommes, et qui leur a fait connaître la vertu des simples, *afin qu'ils l'honorent dans ses merveilles.* C'est pourquoi *priez le Seigneur, et lui-même vous guérira.*

Ainsi il est très-visible par ces paroles de l'Ecriture que le roi Asa offensa Dieu, non en honorant les médecins, et en estimant la vé-

tio causa est cur Scriptura unicum sepulcrum plurali numero efferat.

Posuerunt eum super lectum suum plenum aromatibus, et unguentis meretriciis. Hebræus : *Occumbere fecerunt eum in lecto, quem impleverat aromatibus, et omnimodis odoramentis.* Lecti hujus nomine significatur instructus solemni apparatu lectus, in quo cadaver palam expositum aliquandiù mansit, circumfusum undique pretiosis unguentis et aromatibus, ut fœtorem cadaveris vincerent; vel loculus, in quo cadaver collocatum fuit in sepulcro; fortè etiam innuitur conditum illud fuisse aromatibus, obvolutumque institis, quæ suavibus et astringentibus liquoribus madebant. Quæ hìc auctor Vulgatæ appellat *unguenta meretricia,* Hebræo, Septuaginta, et interpretum plerisque sunt varii generis unguenta et aromata suaveolentia.

Combusserunt super eum ambitione nimia. His innui videtur, aromata hæc omnia injecta fuisse regis cadaveri, cumque illo arsisse. Sed Hebræus legit solummodò : *Combusserunt eâ combustione magnâ usque valdè;* omnia in ejus honorem, eo præsente, combusta sunt : in rogum ingentem injecta arserunt. Virgil. Æneid. 6 :

Congesta cremantur
Thurea dona, dapes, fuso crateres olivo.

Ita exponunt interpretum plures (1) ; atque ex Tacito Hist. lib. 5 discimus, familiariùs obtinuisse apud Hebræos, ut conderentur corpora, quàm cremarentur, more Ægyptiorum : *Corpora condere, quàm cremare, è more Ægyptio.*

Sed nobis cum aliis doctissimis Commentariorum scriptoribus (2) opinio sedet, ea omnia regis cadaveri injecta simul cum eo arsisse. Joramum regem Juda privatum fuisse hoc honore, docet Scriptura, ut non combureretur ejus cadaver, uti cum ipsius patribus servatum fuerat (3). Jeremias spem facit Sedeciæ futurum ut supremum hoc officium illi, quemadmodùm regibus prædecessoribus ejus, reddatur (4). Diù antea cadaver Saülis crematum fuerat (5) ; quod tamen in morem transîsse nonnisi post Asa videtur. Futurum prænuntiat Amos 6, 10, ut comburantur cadavera Israelitarum in domo, tum ossa efferantur.

ritable médecine que Dieu a donnée aux hommes pour les guérir mais en négligeant de faire réfléxion sur les péchés qu'il avait commis, et de travailler à purifier son cœur de ses fautes ; en ne priant point le Seigneur de guérir premièrement son âme, et son corps ensuite, et en mettant, au contraire, toute sa confiance dans l'art de ses médecins ; au lieu de considérer que c'est Dieu même qui nous guérit, et qui veut être honoré dans la guérison que nous procurent les médecins de la terre : *Dedit hominibus scientiam Altissimus, honorari in mirabilibus suis.* (Sacy.)

(1) Vide Sanct. in 4 Reg. 8, 24, num. 37, 38; Menoch. Mariana, Tirin., Cornelium.

(2) Pagn., Mont., Cajet., Vatab., Mercer., Bertr., Avenar. Vide dicta in Gen. 1, 3.

(3) 2 Par. 21 19 : *Non fecit ei populus, secundùm morem combustionis, exequias, sicut fecerat majoribus ejus.*

(4) Jerem. 34, 5 : *Secundùm com[illegible] patrum tuorum regum priorum, sic comburent te.*

(5) Reg. 31, 12 : *Tulerunt cadaver Saül, et cadavera filiorum ejus.., veneruntque Jabes Galaad, et combusserunt ea ibi.*

CAPUT XVII.

1. Regnavit autem Josaphat filius ejus pro eo, et invaluit contra Israel.

2. Constituitque militum numeros in cunctis urbibus Juda, quæ erant vallatæ muris. Præsidiaque disposuit in terrâ Judâ, et in civitatibus Ephraim, quas ceperat Asa pater ejus.

3. Et fuit Dominus cum Josaphat, quia ambulavit in viis David patris sui primis; et non speravit in Baalim,

4. Sed in Deo patris sui, et perrexit in præceptis illius, et non juxta peccata Israel.

5. Confirmavitque Dominus regnum in manu ejus, et dedit omnis Juda munera

CHAPITRE XVII.

1. Josaphat, son fils, régna en sa place, et il prévalut contre Israël.

2. Il mit garnison dans toutes les villes de Juda fermées de murailles, et distribua ses troupes dans la terre de Juda et dans les villes d'Ephraïm, qu'Asa son père avait prises.

3. Le Seigneur fut avec Josaphat, parce qu'il marcha dans les premières voies de David, son aïeul, et qu'il n'espéra point dans les dieux Baal,

4. Mais dans le Dieu de son père ; et qu'il marcha fidèlement dans la voie de ses préceptes, et ne suivit point les déréglements d'Israël.

5. Ainsi le Seigneur affermit le royaume dans sa main, et tous ceux de Juda vinrent

Josaphat; factæque sunt ei infinitæ divitiæ, et multa gloria.

6. Cùmque sumpsisset cor ejus audaciam propter vias Domini, etiam excelsa et lucos de Judâ abstulit.

7. Tertio autem anno regni sui, misit de principibus suis Benhail, et Obdiam, et Zachariam, et Nathanael, et Michæam, ut docerent in civitatibus Juda :

8. Et cum eis Levitas, Semeiam, et Nathaniam, et Zabadiam, Asael quoque, et Semiramoth, et Jonathan, Adoniamque et Tobiam, et Tob-Adoniam, Levitas, et cum eis Elisama et Joram sacerdotes.

9. Docebantque populum in Judâ habentes librum legis Domini, et circuibant cunctas urbes Juda, atque erudiebant populum.

10. Itaque factus est pavor Domini super omnia regna terrarum, quæ erant per gyrum Juda, nec audebant bellare contra Josaphat.

11. Sed et Philisthæi Josaphat munera deferebant, et vectigal argenti; Arabes quoque adducebant pecora, arietum septem millia septingenta, et hircorum totidem.

12. Crevit ergo Josaphat et magnificatus est usque in sublime; atque ædificavit in Judâ domos ad instar turrium, urbesque muratas.

13. Et multa opera paravit in urbibus Juda; viri quoque bellatores, et robusti erant in Jerusalem.

14. Quorum iste numerus per domos atque familias singulorum : in Juda principes exercitûs : Ednas dux, et cum eo robustissimi viri trecenta millia,

15. Post hunc Johanan princeps, et cum eo ducenta octoginta millia.

16. Post istum quoque Amasias filius Zechri, consecratus Domino, et cum eo ducenta millia virorum fortium.

17. Hunc sequebatur robustus ad prælia Eliada, et cum eo tenentium arcum et clypeum ducenta millia.

18. Post istum etiam Jozabad, et cum eo centum octoginta millia expeditorum militum.

lui faire des présents ; et il se trouva comblé d'une infinité de richesses et d'une très-grande gloire.

6. Et comme son cœur était plein de force pour l'observation des préceptes du Seigneur, il fit aussi abattre dans Juda les hauts lieux et les bois.

7. La troisième année de son règne, il envoya des premiers seigneurs de sa cour, savoir, Benhaïl, Obdias, Zacharie, Nathanaël et Michée, pour faire des instructions dans les villes de Juda ;

8. Et avec eux les Lévites Séméias, Nathanias, et Zabadias, Asaël, Sémiramoth, et Jonathan, Adonias, Tobias, et Tob-Adonias, tous Lévites, et les prêtres Elisama et Joram.

9. Et ils instruisaient le peuple en Juda, et portaient avec eux le livre de la loi du Seigneur; et ils allaient dans toutes les villes de Juda, et y enseignaient le peuple.

10. Ainsi la terreur du nom de Dieu se répandit dans tous les royaumes qui étaient aux environs de Juda, en sorte qu'ils n'osaient prendre les armes contre Josaphat.

11. Les Philistins mêmes venaient faire des présents à Josaphat, et lui payaient un tribut d'argent ; les Arabes lui amenaient des troupeaux, sept mille sept cents moutons, et autant de boucs.

12. Josaphat donc devint puissant, et s'éleva à la plus grande gloire; et il bâtit des forteresses dans Juda en forme de tours, et des villes fermées de murailles.

13. Et il fit de grandes choses dans toutes les villes de Juda; et il avait aussi des gens aguerris et vaillants dans Jérusalem.

14. Voici le dénombrement selon les maisons et les familles de chacun : Dans Juda, les principaux officiers de l'armée étaient Ednas, le géneral, qui avait avec lui trois cent mille hommes très-vaillants.

15. Après lui, le premier était Johanan, qui avait avec lui deux cent quatre-vingt mille hommes.

16. Après celui-ci, était Amasias, fils de Zechri, consacré au Seigneur, et avec lui deux cent mille hommes fort braves.

17. Il était suivi d Eliada, redoutable dans le combat, lequel commandait deux cent mille hommes armés d'arcs et de boucliers.

18. Après lui, était aussi Jozabad, qui était à la tête de cent quatre-vingt mille hommes, tous gens prêts à combattre.

19. Hi omnes erant ad manum regis, exceptis aliis, quos posuerat in urbibus muratis, in universo Judâ.

19. Tous ceux-là étaient près de la personne du roi, sans compter les autres qu'il avait mis dans les villes murées, par tout le royaume de Juda.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Invaluit Josaphat contra Israel. Regna Israelis et Juda perpetuis bellis sub regibus Asâ et Baasâ sese lacessivêre. Duo hæc imperia, viribus fermè paria, mutuô conabantur alterum alteri cædem et servitutem inferre. Cùm civilia bella, quibus Israel post obitum Baasæ laboravit, vires illius imperii plurimùm minuissent, factum est, ut Josaphat validius obtineret æmulo imperium, quò pater ejus pervenire nunquàm conando valuerat.

Vers. 2. — Constituit militum numeros in cunctis urbibus Juda. Habebat igitur sub signis copias publico stipendio merentes; et facilè sub eo rege eadem disciplina revixit, quæ olim sub Davide et Salomone, 1 Paral. 27, cùm agmen quatuor et viginti millium semper apud regem, vel in urbibus munitis sub armis erat.

In civitatibus Ephraim (1), quas ceperat Asa. De his urbibus ab Asâ regno Israelitarum ereptis, nihil memoriæ posteritatis mandatum est. Vide supra, 15, 8.

Vers. 3. — Ambulavit in viis David patris sui primis. Imitatus est exempla pii regis, antequàm ille cum Bethsabee peccaret. Veteres quidam Latini codices (2) ferunt: *In viis David primis, et novissimis.* Imitatus est Davidis exordia, et perseveravit ut ille usque ad finem; sed Hebræus, Septuaginta, et plerique codices Vulgatæ congruunt.

Vers. 5. — Dedit omnis Juda munera Josaphat. Ita mos obtinebat, præsertim sub exordia regni. Arguit Scriptura pravos quosdam Israelitas, qui Saülem regem salutatum oblatis muneribus agnoscere neglexerunt (3). *Munerum* nomine significantur hìc etiam tributa à populo solvenda, ut invidiam nominis mitior munerum appellatio tolleret.

Vers. 6. — Cum sumpsisset cor ejus audaciam propter vias Domini. Plenum se constantiæ et virtutis sensit Josaphat, ut disciplinam morum populi sui et idololatriæ ejectionem aggrederetur, quòd ipse divinis legibus planè obtemperaret. Invictum se reputavit, Dei ope protectum, de quâ sibi minimè diffidebat, cùm se fidei in Deum nihil defuisse sciret. *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum,* 1 Joan. 3, 21. Nemo constantior, quàm qui securâ conscientiâ utitur.

Etiam excelsa et lucos de Juda abstulit. Repugnare hoc videtur iis quæ leguntur in lib. 3 Regum c. 22, v. 14, et repetuntur inferiùs, 20, 33 : *Verumtamen excelsa non abstulit, et adhuc populus non direxerat cor suum ad Dominum.* Vide Commentarium in libros Regum.

Vers. 7. — Misit de principibus suis, ut docerent in civitatibus Juda (1). Dei leges docere

(1) Supple, et aliis aliarum quarumdam tribuum; nam *et de Manasse et de Simeon* plures relicto rege Israelitico *confugerant ad* regem *Juda,* ut dictum fuit c. 15, v. 9. Ut mirandum non sit, Josaphatum sub signis recensere potuisse undecies centena et sexaginta millia bellatorum, ut habemus in fine hujus capitis. (Tirinus.)

(2) La Haye, Bibl. Maxim. Neminem invenio, qui hanc additionem adoptârit.

(3) Vide 1 Reg. 10, 27 : *Filii Belial dixerunt : Num salvare nos poterit iste? et despexerunt eum, et non attulerunt ei munera.*

(1) Insignis hic fuit zelus regis Josaphat, quem olim imitati sunt S. Stephanus Hungarorum primus rex, S. Ludovicus Francorum, S. Wenceslaus, dux Bohemorum, et nostro ævo reges Hispaniæ et Lusitaniæ, qui magnis impensis Indias utrasque subjugârunt, ut earum incolas ad veri Dei cognitionem et cultum per viros religiosos traducerent. (Corn. à Lap.)

Il envoya des premiers seigneurs de sa cour pour instruire les peuples dans les villes de Juda, etc. Ces principaux de la cour de Josaphat, qui sont envoyés pour procurer l'instruction des peuples dans tout son royaume, le firent, partie par eux-mêmes, comme on a vu autrefois Origène étant laïque, instruire les peuples ; partie par les Lévites et par les prêtres qu'on leur joignit, comme étant ceux à qui ce ministère appartenait principalement. Et ces seigneurs les soutenaient en même temps, et les appuyaient de toute leur autorité. Josaphat ne fit donc rien en cela par une entreprise qui préjudiciât aux droits des ministres du Seigneur : car s'il appartient à ceux-ci d'instruire les peuples de toutes les choses qui regardent la Religion, il est du devoir des princes d'ôter les obstacles extérieurs qui se pourraient opposer à cette instruction des peuples, et de faciliter aux saints ministres, par tous les moyens raisonnables et légitimes, l'exécution de leur ministère.

Il y a même, comme on l'a dit, des exemples dans l'Eglise, qui font voir que quelques laïques, par un privilége particulier, ont été très-utilement employés sous l'autorité des évêques à enseigner les fidèles, ou à défendre la vérité, lorsqu'on remarquait en eux des talents extraordinaires qui pouvaient les rendre utiles aux autres, et que d'ailleurs leur humilité les faisait tenir dans le dernier rang avec les peu-

de more sacerdotibus servabatur. Malach. 2, 7 : *Labia sacerdotis custodient scientiam, et legem requirent ex ore ejus.* Sed in extraordinariis rebus quicumque aptus est huic muneri, illud suscipere tenetur. Nemo etiam, post sacerdotes huic muneri destinatos, aptior est, quàm magnates et præfecti principum. Fortè etiam ii principes missi solummodò fuerant, ut docentibus sacerdotibus præsentiâ suâ auctoritatem adderent, adigerentque populos ut illos debito honore exciperent, eaque perficerent quæ præstanda discebant.

Vers. 9. — Habentes librum legis Domini. Leges Moysis, quæ continentur in Pentateucho, vel fortè Deuteronomio, quod legum Domini ceu summa est et epitome. Legebant simul legem, et exponebant. (1)

Vers. 11. — Philisthæi Josaphat munera deferebant. Tributarii erant regis, vel grandi pecuniâ, aliisque rebus collatis emebant ab illo pacem et amicitiam. Hæc gens à Davide subacta perseveraverat eò usque sub jugo, regibus Juda obtemperans; sed hoc loco innuitur, ante Josaphatum eos non satis integrè et accuratè tributum solvisse.

Arabes adducebant pecora. Arabum nomen latissimè nostrâ ætate porrigitur : arctius est apud Scripturam. Nam sub Arabum nomine id censemus, quod continetur in Scripturâ sub nomine Ismaelitarum, Agarenorum, populorum Cedar, Gessur, Machati, Moabitarum, Ammonitarum, Madianitarum, Idumæorum, Amalecitarum, Sabæorum, Chuschim, Ithuræorum, populorum Bedan, Dumæ, aliorumque complurium. Sed qui peculiari nomine Arabes appellantur, quique eâdem appellatione utuntur in Scripturâ, gens erant vicina *Chuschim* (1), Madianitis, mari Mortuo, et Idumææ. Hi populi Salomoni parebant, iidemque opum suarum partem potissimam habebant in gregibus.

Vers. 12. — Ædificavit in Juda domos ad instar turrium (2). Hebræus : *Ædificavit Biranioth in Judâ.* Nomine *Biranioth* facilè designantur ædes magnificæ. Verba faciens David ad populum de templo quod exstruere Domino meditabatur, ait 1 Paral. 19, 1 : *Neque enim homini præparatur habitatio* (*Habbirah*), *sed Deo.* Septuaginta : *Habitationes.* Syriacus : *Palatia.* Arabs : *Castra.* Alii : *Arces.* Nomen *Birah* propriè Chaldæum est, legiturque additum nomini Susan, *Susan-Birah;* ac si diceretur *Susan Arx,* vel domus regia. Septuaginta usurpant sæpè nomen *Baris*, pro palatio, vel turri; quorum imitatione S. Hieronymus posuit : *Domos ad instar turrium.* Idem Pater docet (3), *Baris* vocem esse Palæstinam, quâ appellantur domus undique conclusæ in modum turris.

Urbesque muratas. Vertunt plures Hebræum : *Urbes armamentariorum.*

ples. Outre Origène, qui en usa de la sorte avant qu'il fût élevé aux ordres sacrés, on a toujours regardé avec admiration saint Prosper, qui étant, selon la commune opinion, un simple laïque, ne laissa pas de défendre avec toute la lumière et toute la piété d'un vrai disciple de saint Augustin, la doctrine de l'Eglise touchant la grâce de Jésus-Christ, en sorte qu'un célèbre cardinal de ces derniers temps n'a pas craint de dire que saint Augustin le regardait ainsi qu'un autre lui-même. (Sacy.)

(1) Vers. 10. — *Ainsi la terreur du nom de Dieu se répandit sur tous les royaumes des terres qui étaient aux environs de Juda.* On n'admire point assez comment la vraie piété et l'observance de la loi de Dieu rend les peuples redoutables à leurs ennemis. On a vu auparavant que le royaume de Roboam ayant paru entièrement affermi, ce prince ingrat abandonna la loi du Seigneur, et qu'il se trouva ensuite exposé aux ravages d'une armée victorieuse, qui était celle du roi d'Egypte. On voit ici, au contraire, le roi Josaphat ne se mettre en peine que de ce qui regardait le culte de Dieu, s'appliquer uniquement à ôter de son royaume tous les scandales qui pouvaient être un sujet de chute à son peuple, et à le faire bien instruire de sa sainte loi. Et l'Ecriture ajoute aussitôt que *la terreur du nom de Dieu se répandit sur tous les royaumes qui étaient aux environs de Juda*, et que *personne n'osait déclarer la guerre à Josaphat.* C'était l'accomplissement de cette excellente parole de Salomon, que *le nom du Seigneur est une très-forte tour ;* que *le juste y court* comme à son refuge, et qu'il *y trouve son élévation* et son assurance contre tous ses ennemis. Toute autre assurance n'est donc que vaine et trompeuse. Et ce grand nombre de rois de Juda et d'Israël, qui se confièrent témérairement en d'autres appuis qu'en celui du nom du Seigneur, en ont été des exemples éclatants, non seulement parce qu'ils ne purent trouver *leur élévation* véritable dans l'élèvement funeste de leur orgueil, mais parce qu'ils y trouvèrent en effet leur abaissement et leur perte. (Sacy.)

(1) 2 Paral. 21, 16 : *Arabes qui confines sunt Æthiopibus.* Hebræus : *Qui sunt ad manum* vel *ad latus Chuschim.*

(2) Ædificavit (per urbes et castella) in Judæa domos ad instar turrium. Hebr. *palatia* tam excelsa et munita ut turres viderentur. Fecit hoc ad Judææ tum ornatum, tum munimen, sicut Burgundiones contra incursum Wandalorum, Alanorum, Gothorum, etc., ædificârunt πυργούς, id est, *burgos* et turres ; indeque *Burgundiones* sunt appellati. (Corn. à Lap.)

(3) Hieron. ad Principiam : « Cùm βαρεῖς sit « verbum ἐπιχώριον Palæstinæ, et usque hodie « domus, ex omni parte conclusæ, et in mo- « dum ædificatæ turrium, βαρεῖς appellentur. »

Vers. 14. — In Juda principes exercitus, Ednas dux. In imperio suo colligebat Josaphat exercitum undecies centenorum ac sexaginta millium, sub quinque supremis ducibus, Ednâ, Johanano, Amasiâ, Eliadâ et Jozabado. Post Salomonem nunquàm tantùm divitiarum, virium atque copiarum spectatum fuerat in Judâ.

Vers. 15. — Post hunc, Johanan. Hebræus: *Ad manum ejus,* secundus ab illo, vel illi obtemperans.

Vers. 16. — Amasias consecratus Domino (1). Reddi potest Hebræus: *Amasias, qui se devovebat Domino,* vel qui spontè se Domino offerebat. Hoc illi cognomen pius ardor, rerum divinarum studium, et sollicitudo in omnibus, quæ Dei essent, vel votum aliquod solemne, ceu Nazaræatus, conciliaverat.

Vers. 17. — Et cum eo tenentium arcum et clypeum. Hebræus: *Qui osculabantur*, vel amplectebantur *arcum et clypeum*, qui arcum admovent ori, ut intendant et jaculentur. (2)

Vers. 19. — Hi omnes erant ad manum regis. Credibilene est, Josaphatum detinuisse sub armis apud se undecies centena et sexaginta millia præter eos quos distribuerat per arces? Alio, et facilè proniori sensu reddi potest Hebræus: *Hi omnes erant ad nutum regis, exceptis iis quos posuerat in urbibus muratis.* Cogere poterat sub signis undecies centena et sexaginta millia suorum, exceptis præsidiis urbium et copiis quas detinebat sub armis. Credibile est utique, detinuisse illum semper apud se ingentem ex his copiis exercitum, quo veluti præsidio uteretur, uti præstitum scimus sub Davide et Salomone, 1 Paral. 27. Si quis numerum hunc copiarum miretur, is animadvertat, imperium regum Juda sub Josaphato latiùs prorogandum fuisse, quàm ut intra limites Juda et Benjamini definiretur. Porrigebatur ad tribus Dan, Ephraimi et Simeonis, Arabiam, et Philisthæorum regionem. Denique omnia continebat à Bersabee et Pelusio ad usque montes Ephraimiticos, ab Jordane ad Mediterraneum. Regio erat probè culta, et populus frequentior quàm intelligi possit. Commercio autem plurimùm floruisse censendum est; regio enim, quantùmvis fertilissima, nunquàm frequenti adeò populò alendo par fuisset. Ea enim regio, quæ duodecies centena millia hominum ad arma idoneorum sufficit, continuerit necesse est saltem sexagies centena millia. Regnum autem Juda, intra hos limites definitum, nunquàm per se absque finitimorum auxilio suffecisset. Unica olim urbs Roma complectebatur incolarum tricies vel quadregies centena millia. Carthago, cùm Scipionis obsidionem sustinuit, censebat septingenta millia civium: feruntque, urbem Cairi à septuagies centenis millibus coli, et Sinæ à ducentis millibus millium frequentantur.

(1) Hebr. *hammitnaddab,* id est, ut Vatabl., qui spontè se obtulit Domino, hoc est, militiæ sacræ se devovit, ut pugnaret pro Deo Deique cultu contra idola et idololatras, ac pro fideli et pio rege suo Josaphat. Similes enim fuère milites Templi sive Templarii, qui militiæ sacræ se devoverunt pro tutelâ terræ sanctæ et templi Jerosolymitani. Vide S. Bernard. in serm. ad milites Templi. (Corn. à Lap.)

(2) Vers. 17. — Et cum eo centum octoginta millia. Universim Josaphat sub signis habuit undecies centena et sexaginta bellatorum millia, Deo eum prosperante: quia præter tribus Judæ et Benjamin potentes et numerosas sibi subditas, multi ex decem tribubus avitæ religionis studiosi et prosperitate Josaphat illecti, ad Jerusalem transfugerunt, ut dictum est cap. 15, 9. (Corn. à Lap.)

CAPUT XVIII.

1. Fuit ergo Josaphat dives et inclytus multùm, et affinitate conjunctus est Achab.

2. Descenditque post annos ad eum in Samariam; ad cujus adventum mactavit Achab arietes et boves plurimos, ipsi et populo qui venerat cum eo; persuasitque illi ut ascenderet in Ramoth-Galaad.

3. Dixitque Achab rex Israel ad Josaphat regem Juda: Veni mecum in Ramoth-Galaad. Cui ille respondit: Ut ego, et tu; sicut populus tuus, sic et populus meus; tecumque erimus in bello.

4. Dixitque Josaphat ad regem Israel:

CHAPITRE XVIII.

1. Josaphat fut donc riche et plein de gloire; et il contracta alliance avec Achab.

2. Quelques années après, il alla le voir à Samarie; et Achab, à son arrivée, fit immoler beaucoup de bœufs et de moutons en sa considération, et pour le monde qui était venu avec lui; et il lui persuada de marcher contre Ramoth de Galaad.

3. Achab, roi d'Israël, dit donc à Josaphat, roi de Juda: Venez avec moi à Ramoth de Galaad. Et Josaphat lui répondit: Vous pouvez disposer de moi comme de vous; mon peuple est votre peuple, et nous vous accompagnerons à cette guerre.

4. Et Josaphat dit au roi d'Israël: Consul-

Consule, obsecro, impræsentiarùm sermonem Domini.

5. Congregavit igitur rex Israel prophetarum quadringentos viros et dixit ad eos : In Ramoth-Galaad ad bellandum ire debemus, an quiescere? At illi : Ascende, inquiunt, et tradet Deus in manu regis.

6. Dixitque Josaphat : Numquid non est hic prophetes Domini, ut ab illo etiam requiramus?

7. Et ait rex Israel ad Josaphat : Est vir unus, à quo possumus quærere Domini voluntatem; sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum omni tempore; est autem Michæas filius Jemla. Dixitque Josaphat : Ne loquaris, rex, hoc modo.

8. Vocavit ergo rex Israel unum de eunuchis, et dixit ei : Voca citò Michæam filium Jemla.

9. Porrò rex Israel, et Josaphat rex Juda, uterque sedebant in solio suo, vestiti cultu regio : sedebant autem in areâ juxta portam Samariæ, omnesque prophetæ vaticinabantur coram eis.

10. Sedecias verò filius Chanaana fecit sibi cornua ferrea, et ait : Hæc dicit Dominus : His ventilabis Syriam, donec conteras eam.

11. Omnesque prophetæ similiter prophetabant, atque dicebant : Ascende in Ramoth-Galaad, et prosperaberis, et tradet eos Dominus in manu regis.

12. Nuntius autem, qui ierat ad vocandum Michæam, ait illi : En verba omnium prophetarum uno ore bona regi annuntiant : quæso ergo te, ut et sermo tuus ab eis non dissentiat, loquarisque prospera.

13. Cui respondit Michæas : Vivit Dominus, quia quodcumque dixerit mihi Deus meus, hoc loquar.

14. Venit ergo ad regem. Cui rex ait : Michæa, ire debemus in Ramoth-Galaad ad bellandum, an quiescere? Cui ille respondit : Ascendite, cuncta enim prospera evenient, et tradentur hostes in manus vestras.

15. Dixitque rex : Iterùm atque iterùm te adjuro, ut mihi non loquaris, nisi

tez, je vous prie, à l'instant la volonté du Seigneur.

5. Le roi d'Israël assembla donc quatre cents prophètes, et leur dit : Devons-nous aller attaquer Ramoth de Galaad, ou demeurer en paix? Allez, dirent-ils : Dieu livrera la ville entre les mains du roi.

6. Josaphat lui dit : N'y a-t-il point ici quelque prophète du Seigneur, afin que nous le consultions aussi?

7. Et le roi d'Israël dit à Josaphat : Il y a ici un homme par qui nous pouvons consulter la volonté du Seigneur; mais je le hais, parce qu'il ne me prophétise jamais rien de bon, et qu'il me prédit toujours du mal; c'est Michée, fils de Jemla. Josaphat lui dit : O roi, ne parlez pas ainsi.

8. Le roi d'Israël fit donc venir un de ses eunuques, et lui dit : Faites-moi venir à l'instant Michée, fils de Jemla.

9. Or le roi d'Israël et Josaphat, roi de Juda, étaient assis chacun sur un trône, vêtus avec une magnificence royale, et ils étaient assis dans la place qui est près de la porte de Samarie; et tous les prophètes prophétisaient devant eux.

10. Mais Sédécias, fils de Chanaana, se fit des cornes de fer, et dit : Voici ce que dit le Seigneur : Vous secouerez avec ces cornes la Syrie, jusqu'à ce que vous l'ayez détruite.

11. Les autres prophètes prophétisaient tous la même chose, et disaient : Marchez contre Ramoth de Galaad; vous aurez un succès heureux; et le Seigneur la livrera entre les mains du roi.

12. Et celui qui avait été envoyé pour faire venir Michée, lui dit : Voilà que tous les prophètes prédisent, tout d'une voix, un bon succès au roi; je vous prie donc que vos paroles ne soient point différentes des leurs, et que votre prédiction soit favorable.

13. Michée lui répondit : Vive le Seigneur, je dirai tout ce que mon Dieu m'aura ordonné de dire.

14. Michée vint donc se présenter au roi, et le roi lui dit : Michée, devons-nous marcher contre Ramoth de Galaad pour l'attaquer, ou demeurer en paix? Michée lui répondit : Allez; toutes choses vous réussiront heureusement, et les ennemis vous seront livrés entre les mains.

15. Le roi ajouta : Je vous conjure instam-

quod verum est, in nomine Domini.

16. At ille ait : Vidi universum Israel dispersum in montibus, sicut oves absque pastore; et dixit Dominus : Non habent isti dominos; revertatur unusquisque in domum suam in pace.

17. Et ait rex Israel ad Josaphat : Nonne dixi tibi, quòd non prophetaret iste mihi quidquam boni, sed ea quæ mala sunt?

18. At ille : Idcircò, ait, audite verbum Domini : Vidi Dominum sedentem in solio suo, et omnem exercitum cœli assistentem ei à dextris et à sinistris.

19. Et dixit Dominus : Quis decipiet Achab regem Israel, ut ascendat et corruat in Ramoth-Galaad? Cùmque diceret unus hoc modo, et alter alio :

20. Processit spiritus, et stetit coram Domino, et ait : Ego decipiam eum. Cui Dominus : In quo, inquit, decipies?

21. At ille respondit : Egrediar, et ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum ejus. Dixitque Dominus : Decipies et prævalebis, egredere, et fac ita.

22. Nunc igitur, ecce Dominus dedit spiritum mendacii in ore omnium prophetarum tuorum, et Dominus locutus est de te mala.

23. Accessit autem Sedecias filius Chanaana, et percussit Michææ maxillam, et ait : Per quam viam transivit Spiritus Domini à me, ut loqueretur tibi?

24. Dixitque Michæas : Tu ipse videbis in die illo, quando ingressus fueris cubiculum de cubiculo, ut abscondaris.

25. Præcepit autem rex Israel, dicens : Tollite Michæam, et ducite eum ad Amon principem civitatis, et ad Joas filium Amelech :

26. Et dicetis : Hæc dicit rex : Mittite hunc in carcerem, et date ei panis modicum, et aquæ pauxillùm, donec revertar in pace.

27. Dixitque Michæas : Si reversus fueris in pace, non est locutus Dominus in me. Et ait : Audite, omnes populi.

28. Igitur ascenderunt rex Israel et Josaphat rex Juda in Ramoth-Galaad.

ment de ne me parler que selon la vérité, au nom du Seigneur.

16. Michée alors lui dit : J'ai vu tout Israël dispersé dans les montagnes, comme des brebis sans pasteur; et le Seigneur a dit : Ceux-ci n'ont point de chefs; que chacun retourne en paix dans sa maison.

17. Aussitôt le roi dit à Josaphat : Ne vous ai-je pas bien dit que cet homme ne me prophétise jamais rien de bon, mais seulement des malheurs?

18. Et Michée répliqua : Ecoutez donc la parole du Seigneur : J'ai vu le Seigneur assis sur son trône, et toute l'armée du ciel autour de lui à droite et à gauche.

19. Et le Seigneur a dit : Qui séduira Achab, roi d'Israël, afin qu'il marche contre Ramoth de Galaad, et qu'il y périsse? Comme l'un répondait d'une façon, et l'autre d'une autre,

20. L'esprit s'avança, et se présenta devant le Seigneur, et lui dit : C'est moi qui le séduirai. Le Seigneur ajouta : Comment le séduiras-tu?

21. J'irai, répondit cet esprit, et je serai un esprit menteur en la bouche de tous ses prophètes. Le Seigneur dit : Tu le séduiras, et tu prévaudras; va, et fais ce que tu dis :

22. Maintenant donc le Seigneur a mis un esprit de mensonge en la bouche de tous vos prophètes; et le Seigneur a prononcé des malheurs contre vous.

23. Or Sédécias, fils de Chanaana, s'approcha et frappa Michée sur la joue, et dit : Par où l'esprit du Seigneur a-t-il passé de moi, pour te parler?

24. Michée répondit : Vous le verrez vous-même le jour où vous passerez de chambre en chambre pour vous cacher.

25. Et le roi d'Israël ordonna, disant : Prenez Michée, et le menez à Amon, gouverneur de la ville, et à Joas, fils d'Amélech ;

26. Et dites-leur : Voici ce que le roi ordonne : Mettez cet homme dans la prison, et ne lui donnez qu'un peu de pain et un peu d'eau, jusqu'à ce que je revienne en paix.

27. Michée répondit : Si vous revenez en paix, le Seigneur n'a point parlé par ma bouche. Et il ajouta : Peuples, soyez-en tous témoins.

28. Le roi d'Israël et Josaphat, roi de Juda, marchèrent donc contre Ramoth de Galaad.

29. Dixitque rex Israel ad Josaphat: Mutabo habitum, et sic ad pugnam vadam: tu autem induere vestibus tuis. Mutatoque rex Israel habitu, venit ad bellum.

30. Rex autem Syriæ præceperat ducibus equitatûs sui, dicens: Ne pugnetis contra minimum aut contra maximum, nisi contra solum regem Israel.

31. Itaque cùm vidissent principes equitatûs Josaphat, dixerunt: Rex Israel est iste. Et circumdederunt eum dimicantes: at ille clamavit ad Dominum, et auxiliatus est ei, atque avertit eos ab illo.

32. Cùm enim vidissent duces equitatûs, quòd non esset rex Israel, reliquerunt eum.

33. Accidit autem ut unus è populo sagittam in incertum jaceret, et percuteret regem Israel inter cervicem et scapulas. At ille aurigæ suo ait: Converte manum tuam, et educ me de acie, quia vulneratus sum.

34. Et finita est pugna in die illo; porrò rex Israel stabat in curru suo contra Syros usque ad vesperam, et mortuus est, occidente sole.

29. Et le roi d'Israël dit à Josaphat: Je changerai d'habit, et j'irai ainsi au combat; mais pour vous, prenez vos habits ordinaires. Ainsi le roi d'Israël changea d'habit, et vint au combat.

30. Mais le roi de Syrie donna ses ordres aux officiers qui commandaient la cavalerie, disant: Ne vous attachez dans le combat à aucun, ni petit ni grand, mais seulement au roi d'Israël.

31. Ainsi lorsque ceux qui commandaient la cavalerie aperçurent Josaphat, ils dirent: C'est le roi d'Israël. Ils le chargèrent de tous côtés; mais il poussa des cris vers le Seigneur, qui le secourut et les écarta de lui;

32. Car comme ces chefs de la cavalerie virent que ce n'était point le roi d'Israël, ils le laissèrent.

33. Mais il arriva qu'un homme du peuple tira une flèche au hasard, et qu'il en frappa le roi d'Israël entre le cou et les épaules. Alors il dit à son cocher: Tourne bride, et tire-moi du combat, car je suis blessé.

34. Ainsi la guerre fut terminée en ce jour. Cependant le roi d'Israël demeura dans son chariot jusqu'au soir, *faisant ferme* contre les Syriens, et il mourut au coucher du soleil.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — JOSAPHAT AFFINITATE CONJUNCTUS EST ACHAB. Hebræus ad litteram: *Gener factus est Achab*, vel generum tradidit Achabo, filio suo Joramo uxorem tradens Athaliam filiam Achabi, 2 Paral. 21, 6; 4 Reg. 8, 18. Totius hujus capitis expositionem habes in 3 Regum 22.

VERS. 2. — DESCENDITQUE POST ANNOS. Tertius is erat annus à compositâ pace vel induciis, Syriam inter et regnum Israelis, 3 Reg. 22, 1, anno mundi 3097.

VERS. 3. — RESPONDIT: UT EGO, ET TU. Temerè nimis implicaverat se Josaphat fœdere cum Achabo. Recolendum illi fuerat, quæ contigerant, cùm pater suus opem quæreret à rege Syriæ, quàm graviter ille ab Hanani prophetâ, Dei nomine, increpatus fuerit, 2 Paral. 16, 7. Jehu, ejusdem Hanani filius, missus fuit ad Josaphatum, ut de eo fœdere illum argueret, ibid. 19, 2; et aliquandiù post, Eliezer propheta monuit, Deum ejus classem perdidisse ob fœdus cum Ochoziâ rege Israelis initum, 2 Paral. 20, 37. Demonstrant hæc omnia, Josaphato non satis firmum, constantemque animum fuisse, ut impios à se arceret.

VERS. 14. — ASCENDITE: CUNCTA ENIM PROSPERA EVENIENT. Ironicè. Vel fortè: Si res ita se habent, atque exhibentur ab his prophetis; si Deus prospera spondet, pergite confidenter. Ego tamen contrarium vidi: Deus enim mihi exitium regis Israelitarum revelavit. Vide v. 16, 18, 19, etc.

VERS. 18. — AUDITE VERBUM DOMINI. Verba ad utrumque regem et populum facit. In 3 Reg. 22, 19, Achabum affatur: *Propterea audi sermonem Domini.* Illum potissimùm alloqui volebat. (1)

VERS. 21. — DECIPIES, ET PRÆVALEBIS: EGREDERE, ET FAC ITA. Deus malum permittit et patitur, sed non suadet, nec probat, multòque

(1) VERS. 20. — PROCESSIT SPIRITUS nequam, scilicet diabolus. Fabulantur Rabbini hunc spiritum fuisse animam Naboth injustè à Jezabele lapidati, quasi illa hìc se vindicârit, curâritque Achab à pseudoprophetis seduci, ut iret ad prælium in quo erat occidendus. (Corn. à Lap.)

etiam minùs jubet. In eamdem sententiam Judam affatus est Jesus Christus Joan. 13, 27 : *Quod facis, fac citiùs.* Jupiter apud Homerum Iliad. B, mittit ad Agamemnonem somnium, à quo ille decipiatur.

VERS. 25. — AD JOAS FILIUM AMELECH. Reddi Hebræus potest, ut interpretantur Syrus et Septuaginta : *Ad principem Joas filium regis.* Unum fuisse è filiis Achabi, aiunt quidam. Vide Tirin. et Osiand. (1)

VERS. 29. — MUTABO HABITUM, ET SIC AD PUGNAM VADAM. In 3 Reg. 22, 30, Achab ita alloquitur Josaphatum : *Sume arma, et ingredere prœlium, et induere vestibus tuis. Porrò rex Israel mutavit habitum suum, et ingressus est bellum.* Vide dicta ibidem.

VERS. 31. — AVERTIT EOS AB ILLO. Hebræus : *Et incitavit,* removit, persuasit, *ut recederent ab eo.* (1)

(1) VERS. 27. — AUDITE, OMNES POPULI, ac notate singula oraculi mei verba, ut cùm paulò post videritis singula impleri, sciatis me à Deo missum hæc prædixisse, ideòque Achabo necem non casu, sed Deo vindice obtigisse; ut ab ejus idolis et sceleribus caveatis, et ad Deum Juda redeatis. (Corn. à Lap.)

(1) VERS. 34. — REX ISRAEL STABAT IN CURRU SUO CONTRA SYROS USQUE AD VESPERAM; licet enim Achab esset vulneratus, perstitit tamen in curru, ut suis in pugnâ contra Syros animos adderet, donec vespere eum cum sanguine spiritus et vita defecit. (Corn. à Lap.)

CAPUT XIX.

1. Reversus est autem Josaphat rex Juda in domum suam pacificè in Jerusalem.

2. Cui occurrit Jehu filius Hanani videns, et ait ad eum : Impio præbes auxilium, et his qui oderunt Dominum amicitiâ jungeris, et idcircò iram quidem Domini merebaris :

3. Sed bona opera inventa sunt in te, eò quòd abstuleris lucos de terrâ Judâ, et præparaveris cor tuum ut requireres Dominum Deum patrum tuorum.

4. Habitavit ergo Josaphat in Jerusalem, rursùmque egressus est ad populum de Bersabee usque ad montem Ephraim, et revocavit eos ad Dominum Deum patrum suorum.

5. Constituitque judices terræ in cunctis civitatibus Juda munitis per singula loca,

6. Et præcipiens judicibus : Videte, ait, quid faciatis : non enim hominis exercetis judicium, sed Domini; et quodcumque judicaveritis, in vos redundabit.

7. Sit timor Domini vobiscum, et cum diligentiâ cuncta facite : non est enim apud Dominum Deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum.

8. In Jerusalem quoque constituit Josaphat Levitas, et sacerdotes, et principes familiarum ex Israel, ut judicium et causam Domini judicarent habitatoribus ejus.

9. Præcepitque eis, dicens : Sic agetis

CHAPITRE XIX.

1. Et Josaphat, roi de Juda, s'en revint en paix dans son palais à Jérusalem.

2. Le Voyant Jéhu, fils d'Hanani, vint au-devant de lui, et lui dit : Vous donnez du secours à un impie, et vous faites alliance avec ceux qui haïssent le Seigneur. C'est pourquoi vous méritiez la colère de Dieu ;

3. Mais il s'est trouvé de bonnes œuvres en vous, parce que vous avez exterminé de la terre de Juda les bois sacrés, et que vous avez porté votre cœur à chercher le Seigneur Dieu de vos pères.

4. Josaphat demeura donc à Jérusalem ; et il fit encore la visite de son peuple depuis Bersabée jusqu'à la montagne d'Ephraïm, et il les fit rentrer dans le culte du Seigneur Dieu de leurs pères.

5. Il établit aussi des juges dans toutes les places fortes de Juda, *et* dans chaque lieu.

6. Et il donna ses ordres à ces juges, et leur dit : Prenez bien garde à ce que vous ferez; car ce n'est pas la justice des hommes que vous exercez, c'est celle du Seigneur; et tout ce que vous aurez jugé, retombera sur vous.

7. Que la crainte du Seigneur soit avec vous, et faites toutes choses avec scrupule; car il n'y a point d'injustice dans le Seigneur notre Dieu, ni d'acception de personne, ni aucun désir de présents;

8. Josaphat établit aussi dans Jérusalem des Lévites, des prêtres et des chefs pour les familles d'Israël, afin qu'ils y rendissent aux habitants la décision des jugements du Seigneur et des procès.

9. Il leur donna ses ordres, et leur dit :

in timore Domini fideliter et corde perfecto.

10. Omnem causam quæ venerit ad vos, fratrum vestrorum, qui habitant in urbibus suis inter cognationem et cognationem, ubicumque quæstio est de lege, de mandato, de cæremoniis, de justificationibus; ostendite eis, ut non peccent in Dominum, et ne veniat ira super vos et super fratres vestros; sic ergo agentes, non peccabitis.

11. Amarias autem sacerdos et pontifex vester, in his quæ ad Deum pertinent, præsidebit; porrò Zabadias filius Ismahel, qui est dux in domo Juda, super ea opera erit, quæ ad regis officium pertinent: habebitisque magistros Levitas coram vobis: confortamini, et agite diligenter, et erit Dominus vobiscum in bonis.

Vous ferez toutes choses dans la crainte du Seigneur avec fidélité et avec un cœur parfait.

10. Toute cause qui sera portée devant vous de vos frères qui habitent dans leurs villes, soit qu'il s'agisse de quelque intérêt de famille, ou de quelque question de la loi, des commandements, des cérémonies et des préceptes, instruisez-les, de peur qu'ils ne pèchent contre le Seigneur, et que sa colère ne tombe sur vous et sur vos frères; en vous conduisant de la sorte, vous ne pécherez point.

11. Amarias, prêtre et votre pontife, présidera dans les choses qui regardent Dieu; et Zabadias, fils d'Ismahel, chef de la maison de Juda, présidera dans les affaires qui regardent le roi. Vous avez aussi les Lévites parmi vous, qui seront vos maîtres. Soyez pleins de force, et acquittez-vous avec soin de vos devoirs, et le Seigneur vous traitera favorablement.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Reversus est pacifice in Jerusalem. Præsentissimâ Dei ope è discrimine feliciter evasit.

Vers. 2. — Jehu filius Hanani (1), nempe prophetæ illius, qui florebat sub Asâ, 1 Paral. 16, 7.

(1) Impio præbes auxilium, et his qui oderunt Dominum amicitia jungeris et affinitate, dando filiam impii Achab scilicet Athaliam, uxorem filio tuo Joram. Hoc enim indignum est, ut scilicet eos faciamus nobis amicos, qui Dei sunt hostes, et quorum Deus est hostis, nisi necessitas aut magna utilitas cogat, æquè ac periculosum, ut patuit ex ventu. Athalia enim pervertit Joram et Judæos Unde David Psalm. 138, 21, profitetur se hostem hostium Dei: *Nonne*, inquit, *qui oderunt te, Domine, oderam, et super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, et inimici facti sunt mihi.* Quocirca subjungit Deus per Jehu prophetam :

Et idcirco iram (castigationem et vindictam acrem) quidem Domini merebaris, sed bona opera inventa sunt in te, scilicet pietatis et zeli in evertendâ idololatriâ, et tuendo promovendoque Dei cultu, ob quæ Deus tibi omnem culpam, æquè ac pœnam condonat.

(Corn. à Lap.)

Vous donnez du secours à un impie, et vous faites alliance avec ceux qui haïssent le Seigneur. Sachez donc que vous vous étiez rendu digne de la colère de Dieu. Mais il s'est trouvé de bonnes œuvres en vous, etc. On a eu lieu en effet de s'étonner, lorsqu'on a vu dans le chapitre précédent Josaphat, ce roi si pieux, s'être uni si étroitement avec un impie, tel qu'était Achab, que cette même liaison l'ait comme aveuglé, jusqu'à l'engager à aller témérairement à une guerre dont le prophète du Seigneur avait prédit en sa présence que le succès serait très-malheureux. Il est encore étonnant que ce même prince ayant vu Achab s'emporter si injustement contre un prophète qu'il avait forcé de lui dire la vérité, et le faire emprisonner pour cette seule raison, n'ait rien dit pour le détourner de cette injustice, et y ait même consenti par son silence. Ces suites funestes de la liaison qu'il avait faite avec un roi si impie, sont sans doute très-capables de nous donner de l'horreur de tout commerce avec ceux qui ont secoué le joug et la crainte du Seigneur, puisqu'une lâche complaisance pour ces personnes dont on ménage l'amitié, est capable de précipiter insensiblement les plus justes dans de grands péchés.

Cependant le cœur du roi Josaphat, qui paraissait attaché à la vraie Religion, lorsque tant d'impies l'abandonnaient, lui fit obtenir l'indulgence du Seigneur, quoiqu'il *eût effectivement mérité sa colère.* Mais on ne peut s'empêcher de remarquer en même temps la différence de la justice de ces anciens Juifs d'avec celle que Dieu exige au temps de la loi nouvelle. Qu'on lise, en effet, ce que Jésus-Christ dans le livre de l'Apocalypse, dit aux ministres de son Eglise, et l'on sera effrayé en considérant combien la vertu qu'il leur demande est plus parfaite. Je sais, dit-il à l'un d'eux, *quelles sont vos œuvres, votre travail et votre patience; que vous ne pouvez souffrir les méchants.... que vous êtes patient; que vous avez souffert pour mon nom; et que vous ne vous êtes point découragé; mais j'ai un reproche à vous faire, qui est que vous vous êtes relâché de votre première charité. Souvenez-vous donc de l'état d'où vous êtes déchu, et faites-en pénitence.* Ainsi que l'on ne se flatte pas par la vue de cette indulgence dont Dieu usa envers le roi Josaphat, lorsque sa conduite l'avait rendu digne de sa colère. C'etait au temps de la loi des Juifs, qui était comme celui de l'enfance à l'égard de l'homme parfait. D'ailleurs il fallait alors une grande force pour soutenir, comme faisait Josaphat, la Religion

VERS. 3. — EO QUOD ABSTULERIS LUCOS DE TERRA. Syrus et Arabs : *Eò quòd sanguinem innocentem nequaquàm fuderis;* perinde ac si innueretur, humanis hostiis litatum fuisse in iis lucis; quibus igne vastatis, Josaphat vetuit ne quid ulteriùs innocentis sanguinis effunderetur. Reddi potest Hebræus : *Eò quòd cremaveris lucos sacros,* vel *simulacra Astartæ.*

ET PRÆPARAVERIS COR TUUM, UT REQUIRERES DOMINUM. Septuaginta : *Direxisti cor tuum.* Syrus et Arabs : *Disposueris cor tuum,* etc. Nihil boni supra naturam præstari ab homine viribus suis posse, docet fides; sed et docet pariter, inesse nobis libertatem, ut malum sive operemur, sive respuamus; et quodcumque tandem sit, quo ad bonum malumque determinamur, semper tamen ad utrumque ferri absolutâ libertate, et voluntatis nostræ delectu.

VERS. 4. — EGRESSUS EST AD POPULUM DE BERSABEE USQUE AD MONTEM EPHRAIM. Ante secessionem decem tribuum usurpari solebat *de Bersabee usque Dan,* vel, *usque ad introitum Emath.* Verùm post schisma regnum Juda definitum fuit intra Bersabee ad meridiem, et montes Ephraimi ad septentrionem. Quin nonnisi post Abiam et Asam, reges Hierosolymæ urbes nonnullas in his montibus possederunt, supra, c. 13, v. 19, et c. 15, v. 8.

VERS. 6. — NON ENIM HOMINIS EXERCETIS JUDICIUM, SED DOMINI; ET QUODCUMQUE JUDICAVERITIS, IN VOS REDUNDABIT (1). Alio sensu reddi potest Hebræus : *Non enim vos jus dicitis pro homine, sed pro Deo; et* Dominus *est vobiscum, cùm vos judicatis.* Illum intueri debetis perinde ac in medio vestrûm assidentem, et judiciis vestris præsidentem. *Deus stetit in synagogâ deorum,* vel *judicum,* psalm. 81, 1. Non humanum est, quod exercetis, sed planè divinum, habendaque à vobis est minùs hominis, pro quo jus dicitis, ratio, quàm Dei, ad quem de sententiis per vos latis rationes referendæ sunt.

VERS. 7. — NON EST ENIM APUD DOMINUM INIQUITAS, NEC PERSONARUM ACCEPTIO, NEC CUPIDO MUNERUM. Quare nec vos talia decent, quippe qui Domini vicibus fungimini. Judicia vestra sint æqua, munerum suspicione vacua, atque ita integra, uti si à Domino lata essent. Unica tantùm sincera religio tam sancta dogmata dictare potuit.

du vrai Dieu contre la pente effroyable qu'avaient les Juifs à l'idolâtrie. Et si le Seigneur eut égard à ces *bonnes œuvres qui se trouvèrent en lui,* ce fut pour le délivrer du danger où il s'était vu de périr dans le combat, lorsqu'il *cria,* comme parle l'Ecriture, au milieu de tant d'ennemis qui l'attaquaient, pour demander *au Seigneur* son assistance. Mais depuis que Jésus-Christ est venu nous ouvrir par son exemple et par le prix de sa mort, une voie beaucoup plus parfaite; depuis qu'il a déclaré que Dieu est un pur esprit, et que ceux qui le veulent adorer, le doivent faire en esprit et en vérité, ne nous flattons point d'une justice extérieure, et ne nous appuyons point sur des œuvres qui ne regardent, pour le dire ainsi, que le dehors de la Religion. Il ne suffit pas pour un chrétien d'avoir abattu et foulé aux pieds les autels profanes. Mais il faut qu'il travaille avec ardeur toute sa vie à détruire dans son cœur tout ce qui se sent encore de l'idolâtrie spirituelle de ses passions. Il faut qu'il s'applique sans relâche à y faire croître la charité, de peur que venant insensiblement à déchoir de son premier état, il ne mérite que celui qui sonde les cœurs et les reins *ne vienne à lui,* comme il l'en menace, et *n'ôte son chandelier de son lieu.* (Sacy.)

(1) *Prenez bien garde à tout ce que vous ferez. Car ce n'est pas la justice des hommes que vous exercez, mais celle du Seigneur, et tout ce que vous aurez jugé retombera sur votre tête,* etc. Nous voyons ici un prince qui fait des visites dans ses états, bien différentes sans doute de celles de la plupart des autres rois de la terre. Il les fait, non pour s'assurer de la fidélité de ses sujets, ni pour fortifier les places de son royaume, ni pour faire la revue de ses armées. Ce sont des visites qu'on pouvait nommer épiscopales et apostoliques avant le temps des Apôtres et des évêques, puisqu'elles tendaient véritablement, comme celles de S. Paul, à affermir la vraie Religion, et à rétablir partout l'honneur qu'on devait à Dieu. Car il savait et il était convaincu que c'est en cela principalement que consiste toute la force des princes.

Qu'il serait à souhaiter que les avis que ce roi donnait aux juges, en même temps qu'il les établissait dans les villes, fussent gravés encore aujourd'hui dans le fond des cœurs de tous ceux qui sont établis pour juger les peuples! S'ils se regardaient sérieusement les uns et les autres, comme *exerçant la justice de Dieu même* à l'égard des hommes, soit pour le spirituel ou pour le temporel, ils auraient soin de peser beaucoup dans les divines balances de ses Ecritures leurs jugements, pour les rendre autant qu'ils pourraient, conformes à la vérité de sa parole, qui seule est capable de délivrer ceux qui sont jugés, aussi bien que ceux qui jugent. S'ils faisaient un peu de réflexion sur cette terrible sentence que Josaphat prononce ici contre tous les juges, lorsqu'il leur dit que *ce qu'ils auront jugé retombera sur leur tête,* ils craindraient sans doute de prononcer contre eux-mêmes un jugement de condamnation, en ne jugeant pas leurs frères selon les règles de la loi divine. Mais lorsque *la crainte du Seigneur,* dont il est parlé ici, *n'est point avec eux,* il est vrai de dire, comme il est dit en ce lieu, qu'ils n'agissent pas comme les ministres de celui *en qui il n'y a ni injustice, ni acception des personnes,* mais comme des hommes intéressés et emportés par *le désir des présents,* ou par d'autres considérations humaines. (Sacy.)

Vers. 8. — In Jerusalem constituit Levitas et sacerdotes... ut judicium et causam Domini judicarent habitatoribus ejus. Hebræus ad litteram : *Josaphat in Jerusalem constituit de Levitis et sacerdotibus* judices...... *ad judicium Domini* exercendum, *et ad litem* terminandam ; *et reversi sunt Jerusalem.* Josaphat scilicet ac sui redierunt ab itinere, de quo superiùs, v. 4. Vel : *Et permanserunt in Jerusalem,* Judicibus illis sedes assignata est in urbe metropoli. Syrus et Arabs jungunt hæc verba cum sequentibus : *Deinde rediens in Jerusalem, præcepit eis,* ut munus obirent suum cum timore Domini. Septuaginta legerunt Hebræum similiter ac Vulgata ; sed Josephus l. Antiq. 9, c. 1, Hebræum sequitur.

Vers. 10. — Omnem causam, quæ venerit ad vos. Alloquitur judices metropoleos, sacerdotes, Levitas, et judices regios, ad quos causæ omnes cæterarum urbium sive jure appellationis, sive primo statim accessu in quibusdam causis peculiaribus deferebantur. Non obscurè distinguit hìc Josaphat geminam potestatem, civilem et ecclesiasticam. Judiciorum ecclesiasticorum supremus arbiter erat summus sacerdos ; Zabadias jus regium dicebat : *Super ea opera, quæ ad regis officium pertinent,* id est, de civilibus et politicis cognoscebat. Vide v. 11.

Inter cognationem et cognationem. Cùm res est de judicio graduum necessitudinis, ob successiones hæreditatum, vel connubia. Hebræus : *Inter sanguinem et sanguinem,* cùm de cædibus et homicidiis, sive ab imprudente, sive sponté commissis, res est.

Vers. 11.—Amarias sacerdos et pontifex vester. Occurrit 1 Paral. 6, 11, *Amarias* quidam filius Azariæ et pater Achitobi, summi sacerdotis ; illum verò cum hoc nostro miscendum non esse censemus. Maluerim eumdem esse ac *Azariam patrem Johanani,* ibid. v. 9, qui pariter summo sacerdotio sub Josaphato functus est : sed Amarias, vel Azarias sub exordium, Johanan sub finem Josaphati.

CAPUT XX.

1. Post hæc congregati sunt filii Moab, et filii Ammon, et cum eis de Ammonitis, ad Josaphat, ut pugnarent contra eum.

2. Veneruntque nuntii, et indicaverunt Josaphat, dicentes : Venit contra te multitudo magna, de his locis quæ trans mare sunt, et de Syriâ, et ecce consistunt in Asason-thamar, quæ est Engaddi,

3. Josaphat autem, timore perterritus, totum se contulit ad rogandum Dominum, et prædicavit jejunium universo Juda.

4. Congregatusque est Juda ad deprecandum Dominum ; sed et omnes de urbibus suis venerunt ad obsecrandum eum.

5. Cùmque stetisset Josaphat in medio cœtu Juda et Jerusalem, in domo Domini ante atrium novum,

6. Ait : Domine, Deus patrum nostrorum, tu es Deus in cœlo, et dominaris cunctis regnis gentium : in manu tuâ est fortitudo et potentia, nec quisquam tibi potest resistere.

7. Nonne tu, Deus noster, interfecisti omnes habitatores terræ hujus coram populo tuo Israel, et dedisti eam semini Abraham amici tui in sempiternum?

8. Habitaveruntque in eâ, et exstruxe-

CHAPITRE XX.

1. Après cela, les enfants de Moab et les enfants d'Ammon, et avec eux une partie des Ammonites, s'assemblèrent contre Josaphat, pour lui faire la guerre.

2. Des courriers vinrent en apporter la nouvelle à Josaphat, et lui dirent : Une grande multitude vient contre vous, des lieux qui sont au-delà de la mer et de la Syrie ; et ils sont campés à Asasonthamar, qui est Engaddi.

3. Alors Josaphat, saisi de crainte, s'appliqua entièrement à prier le Seigneur, et publia un jeûne dans tout Juda.

4. Et Juda s'assembla pour implorer le Seigneur ; et tout le monde même sortit de ses villes pour venir le prier *à Jérusalem.*

5. Après que Josaphat se fut levé au milieu de l'assemblée de Juda et de Jérusalem, dans la maison du Seigneur devant le nouveau vestibule,

6. Il dit : Seigneur, Dieu de nos pères, vous êtes le Dieu du ciel, et vous dominez sur tous les royaumes des nations ; dans votre main est la force et la puissance, et nul ne peut vous résister.

7. N'est-ce pas vous, notre Dieu, qui avez fait mourir tous les habitants de cette terre en présence de votre peuple d'Israël, et qui l'avez donnée à jamais à la postérité d'Abraham, votre ami?

runt in illâ sanctuarium nomini tuo, dicentes:

9. Si irruerint super nos mala, gladius judicii, pestilentia et fames, stabimus coram domo hâc in conspectu tuo, in quâ invocatum est nomen tuum: et clamabimus ad te in tribulationibus nostris, et exaudies salvosque facies.

10. Nunc igitur ecce filii Ammon, et Moab, et mons Seir, per quos non concessisti Israel ut transirent quando egrediebantur de Ægypto, sed declinaverunt ab eis, et non interfecerunt illos:

11. E contrario agunt, et nituntur ejicere nos de possessione quam tradidisti nobis.

12. Deus noster, ergo non judicabis eos? In nobis quidem non est tanta fortitudo, ut possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos. Sed cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te.

13. Omnis verò Juda stabat coram Domino, cum parvulis, et uxoribus, et liberis suis.

14. Erat autem Jahaziel filius Zachariæ, filii Banaiæ, filii Jehiel, filii Mathaniæ, Levites de filiis Asaph, super quem factus est Spiritus Domini in medio turbæ,

15. Et ait: Attendite, omnis Juda, et qui habitatis Jerusalem, et tu, rex Josaphat: Hæc dicit Dominus vobis: Nolite timere, nec paveatis hanc multitudinem: non est enim vestra pugna, sed Dei.

16. Cras descendetis contra eos: ascensuri enim sunt per clivum nomine Sis, et invenietis illos in summitate torrentis, qui est contra solitudinem Jeruel.

17. Non eritis vos qui dimicabitis, sed tantummodò confidenter state, et videbitis auxilium Domini super vos, ô Juda et Jerusalem: nolite timere, nec paveatis: cras egrediemini contra eos, et Dominus erit vobiscum.

18. Josaphat ergo, et Juda, et omnes habitatores Jerusalem, ceciderunt proni in terram coram Domino, et adoraverunt eum.

8. Ils s'y sont établis, et ils y ont bâti un sanctuaire à votre nom, disant:

9. Si les maux viennent fondre sur nous, l'épée du jugement, la peste, la famine, nous nous présenterons devant vous, dans cette maison où votre nom a été invoqué; nous crierons vers vous dans nos afflictions; vous nous exaucerez, et vous nous délivrerez.

10. Voici donc maintenant que les enfants d'Ammon et de Moab, et *ceux qui habitent* la montagne de Séir, sur les terres desquels vous ne voulûtes pas permettre à votre peuple d'Israël de passer, lorsqu'ils sortaient d'Egypte, les obligeant de prendre une autre route et de ne les point détruire:

11. Voilà qu'ils agissent autrement, faisant tous leurs efforts pour nous chasser des terres que vous nous avez données.

12. O notre Dieu, ne les jugerez-vous donc point? Certes, nous, nous n'avons point assez de force pour résister à toute cette multitude qui vient fondre sur nous. Mais comme nous ne savons pas même ce que nous avons à faire, il ne nous reste autre chose qu'à tourner les yeux vers vous.

13. Or tout Juda était devant le Seigneur, avec leurs plus jeunes enfants, leurs femmes et leurs enfants.

14. Là se trouva aussi Jahaziel, fils de Zacharie, fils de Banaïas, fils de Jéhiel, fils de Mathanias, lévite de la famille d'Asaph; et l'Esprit de Dieu descendit sur lui au milieu de cette multitude;

15. Et il dit: Ecoutez, vous tous, peuple de Juda, et vous qui demeurez à Jérusalem, et vous aussi, roi Josaphat: Voici ce que le Seigneur vous dit: Ne craignez rien, et n'appréhendez point cette multitude. Ce n'est pas là votre combat, mais celui de Dieu.

16. Demain vous descendrez contre eux; car ils monteront par le coteau appelé Sis, et vous les rencontrerez à l'extrémité du torrent qui regarde le désert de Jéruel.

17. Ce ne sera pas vous qui combattrez; demeurez seulement fermes, et vous verrez le secours du Seigneur sur vous, ô Juda et Jérusalem; ne craignez point, et ne vous effrayez point; vous marcherez demain contre eux, et le Seigneur sera avec vous.

18. Alors Josaphat et Juda, et tous ceux qui demeuraient à Jérusalem, se prosternèrent en terre devant le Seigneur, et l'adorèrent.

19. Porrò Levitæ de filiis Caath et de filiis Core, laudabant Dominum Deum Israel voce magnâ, in excelsum.

20. Cùmque manè surrexissent, egressi sunt per desertum Thecue; profectisque eis, stans Josaphat in medio eorum, dixit: Audite me, viri Juda, et omnes habitatores Jerusalem; credite in Domino Deo vestro, et securi eritis: credite prophetis ejus, et cuncta evenient prospera.

21. Deditque consilium populo, et statuit cantores Domini, ut laudarent eum in turmis suis, et antecederent exercitum, ac voce consonâ dicerent: Confitemini Domino, quoniam in æternum misericordia ejus.

22. Cùmque cœpissent laudes canere, vertit Dominus insidias eorum in semetipsos, filiorum scilicet Ammon, et Moab, et montis Seir, qui egressi fuerant ut pugnarent contra Judam, et percussi sunt.

23. Namque filii Ammon et Moab consurrexerunt adversùm habitatores montis Seir, ut interficerent et delerent eos: cùmque hoc opere perpetràssent, etiam in semetipsos versi, mutuis concidère vulneribus.

24. Porrò Juda cùm venisset ad speculam, quæ respicit solitudinem, vidit procul omnem latè regionem plenam cadaveribus, nec superesse quemquam, qui necem potuisset evadere.

25. Venit ergo Josaphat, et omnis populus cum eo ad detrahenda spolia mortuorum, inveneruntque inter cadavera variam supellectilem, vestes quoque, et vasa pretiosissima, et diripuerunt, ita ut omnia portare non possent, nec per tres dies spolia auferre prædæ magnitudine.

26. Die autem quarto congregati sunt in valle Benedictionis: etenim quoniam ibi benedixerant Domino, vocaverunt locum illum, vallis Benedictionis usque in præsentem diem.

27. Reversusque est omnis vir Juda, et habitatores Jerusalem, et Josaphat ante eos, in Jerusalem cum lætitiâ magnâ, eò quòd dedisset eis Dominus gaudium de inimicis suis.

19. Et les Lévites de la famille de Caath et de celle de Coré chantaient à haute voix et de toutes leurs forces les louanges du Seigneur, Dieu d'Israël.

20. Et le lendemain au matin, s'étant levés, ils marchèrent au travers du désert de Thécué; et comme ils étaient en chemin, Josaphat se tint debout au milieu d'eux, et leur dit : Ecoutez-moi, hommes de Juda, et vous tous qui demeurez à Jérusalem : Mettez votre confiance dans le Seigneur votre Dieu, et vous n'aurez rien à craindre; croyez à ses prophètes, et tout vous réussira.

21. Et après avoir donné ses avis au peuple, il établit par troupes des chantres pour louer le Seigneur ; ils marchaient devant l'armée ; et tous en chœur chantaient : Louez le Seigneur, parce que sa miséricorde est éternelle.

22. Et lorsqu'ils eurent commencé de chanter ces louanges, le Seigneur tourna les desseins des ennemis contre eux-mêmes, c'est-à-dire, des enfants d'Ammon et de Moab, et des habitants du mont Séir, qui, s'étant mis en marche pour combattre Juda, furent tous défaits;

23. Car les enfants d'Ammon et de Moab se mirent à combattre ceux du mont Séir, pour les tuer et les détruire; et après cette action, ils tournèrent leurs armes contre eux-mêmes, et se tuèrent les uns les autres.

24. L'armée de Juda étant donc arrivée sur ce lieu élevé ; d'où l'on découvre le désert, vit de loin toute la plaine couverte de corps morts, sans qu'il fût resté un seul homme qui eût pu s'échapper.

25. Josaphat s'avança donc avec tout son monde pour prendre les dépouilles des morts. Ils trouvèrent parmi les corps morts diverses sortes de meubles, des habits et des vases très-précieux, qu'ils prirent ; de sorte qu'ils ne purent emporter tout, ni enlever pendant trois jours ces dépouilles, tant le butin fut grand.

26. Le quatrième jour, ils s'assemblèrent dans la vallée de la Bénédiction ; car comme ils y avaient béni le Seigneur, ils nommèrent ce lieu la vallée de la Bénédiction, *et ce nom lui est resté* jusqu'à présent.

27. Ensuite tout Juda et ceux qui habitaient dans Jérusalem, s'en retournèrent à Jérusalem. Josaphat marchait devant eux ; et ils étaient tout comblés de joie, de ce que le Seigneur les avait fait triompher de leurs ennemis.

28. Ingressique sunt in Jerusalem cum psalteriis, et citharis, et tubis in domum Domini.

29. Irruit autem pavor Domini super universa regna terrarum, cùm audîssent quòd pugnâsset Dominus contra inimicos Israel.

30. Quievitque regnum Josaphat, et præbuit ei Deus pacem per circuitum.

31. Regnavit igitur Josaphat super Judam, et erat triginta quinque annorum cùm regnare cœpisset; viginti autem et quinque annis regnavit in Jerusalem; et nomen matris ejus Azuba filia Selahi.

32. Et ambulavit in viâ patris sui Asa, nec declinavit ab eâ, faciens quæ placita erant coram Domino.

33. Verumtamen excelsa non abstulit, et adhuc populus non direxerat cor suum ad Dominum Deum patrum suorum.

34. Reliqua autem gestorum Josaphat priorum et novissimorum, scripta sunt in verbis Jehu filii Hanani, quæ digessit in libros regum Israel.

35. Post hæc iniit amicitias Josaphat rex Juda cum Ochoziâ rege Israel, cujus opera fuerunt impiissima.

36. Et particeps fuit ut facerent naves quæ irent in Tharsis, feceruntque classem in Asiongaber.

37. Prophetavit autem Eliezer filius Dodau de Maresâ ad Josaphat, dicens : Quia habuisti fœdus cum Ochoziâ, percussit Dominus opera tua, contritæque sunt naves, nec potuerunt ire in Tharsis.

28. Ils entrèrent donc à Jérusalem et dans le temple, au son des harpes, des guitares et des trompettes.

29. Et la terreur du Seigneur se répandit sur tous les royaumes voisins, lorsqu'ils eurent appris que le Seigneur avait lui-même combattu contre les ennemis d'Israël.

30. Ainsi le royaume de Josaphat demeura tranquille, et Dieu lui donna la paix avec ses voisins.

31. Josaphat régna donc sur Juda. Il commença de régner à l'âge de trente-cinq ans; il en régna vingt-cinq à Jérusalem. Sa mère se nommait Azuba, et était fille de Sélahi.

32. Il marcha dans les voies de son père Asa : il ne s'en détourna point, accomplissant ce qui était agréable aux yeux de Dieu.

33. Néanmoins il ne détruisit pas les hauts lieux; et le peuple n'avait pas encore tourné son cœur *assez parfaitement* vers le Seigneur, Dieu de ses pères.

34. Pour le reste des actions de Josaphat, tant les premières que les dernières, elles sont écrites dans l'histoire de Jéhu, fils d'Hanani, laquelle a été insérée dans les livres des rois d'Israël.

35. Après cela, Josaphat, roi de Juda, fit amitié avec Ochozias, roi d'Israël, dont les actions furent très-impies.

36. Et ils s'accordèrent à équiper une flotte pour aller à Tharsis; et ils firent construire des vaisseaux à Asiongaber;

27. Mais Eliézer, fils de Dodau de Maréza, prophétisa à Josaphat, et lui dit : Parce que vous avez fait alliance avec Ochozias, Dieu a renversé vos desseins. Et les vaisseaux ont été brisés, et n'ont pu aller à Tharsis.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — POST HÆC CONGREGATI SUNT FILII MOAB, ET FILII AMMON, ET DE AMMONITIS. Ammonitas et filios Ammonis unam esse eamdemque gentem, nemo unus ignorat. Quid est igitur, Ammonitas collegisse sese cum filiis Ammon? Ammonitas hìc secundo loco descriptos alias fuisse gentes, quæ coiverant in hoc bellum sub Ammonitarum nomine, censent quidam (1). Amalecitæ erant, ex. gr., Idumæi, Agaræi, qui ad Ammonitas sese collegêre, proprio nomine arma capere in Hebræos non ausi, sed alieno nomine bellantes.

(1) Ita Hebræus, Lyran., Vatablus, Menochius, Mariana.

Defendit Bochartus Phaleg. l. 2, c. 22, ipsos esse *Minæos*, vel, uti Hebræi appellant, *Mahonim*, quos unica litterula transposita ab Ammonitis distinguit. Porrò *Mahonim* non semel occurrunt in Scripturâ (1), idemque nomen reddere solent Septuaginta *Minæos* (2), qui erant in Arabiâ priscis notissimâ (3), tenebantque in Arabiâ Felici regionem ad Erythræum. Maluerim ego dictum accipere de Maoniis, vel

(1) Judic. 10, 12, pro *Chanaan*, Hebræus legit *Mahon*, מעין, et 1 Paral. 4, 40, 41.

(2) Hebr. ועמהם מהעמינים. Septuag. : Καὶ μετ' αὐτῶν ἐκ τῶν Μιναίων. Legunt מהמעונים.

(3) Strabo lib. 16, pag. 728; Plin. lib. 6, cap. 28; Stephan. Ptolem.

Mæoniis, Gazæ et Bersabee proximis. Vide dissertationem in Geographiam, et 1 Paral. 4, 40, 41.

Manuscripti quidam codices (1) et latinæ editiones nonnullæ (2) pro *Ammonitis* vel *Ammanitis*, ut est in vetustis manuscriptis ferè omnibus, exhibent, *de Idumæis*, quæ tamen correctio est amanuensium, nullius textûs fundamento subnixa.

Auctor Traditionum Hebraicarum censet, Ammonitas positos esse loco Idumæorum, qui apertum bellum indicere non ausi Josaphato, cui tributum solvebant, adscititio nomine odium suum in Hebræos explere conati sunt. Alii verò textum salvis omnibus ita reddunt : *Filii Moab, et filii Ammon, et gentes aliæ* originem referentes *de Ammonitis, congregati sunt in Josaphat.* Qui aiunt, psalmum 80 occasione hujus belli exaratum fuisse, admittere etiam coguntur, præter Ammonitas, Moabitas, Idumæos, et facilè etiam Minæos, de quibus in hoc capite, coivisse pariter in hoc bellum Ismaelitas, Agarenos, Amalecitas, Tyrios, Gebalenos et Assyrios.

Post hæc. Antiquius fuisse hoc bellum videtur bello in 4 Reg. 3, 12, relato, quo Moabitæ graviter cæsi jacuerunt sub regno Jorami, filii Achabi, regis Israelis; neque enim post bellum hoc, gestum ab anno mundi 3109 usque ad 3115, qui ipse est annus emortualis Josaphati, caput erigere illos potuisse, vix ac ne vix quidem credimus. Hìc equidem cum Moabitis et Ammonitis videtur rex Idumææ, vel Seir, qui tunc tributum pendebat Josaphato, et vix sub Joramo ejus filio descivit. Sed rex iste Seir idem est facilè ac rex Seir in montibus Galaad, planè alterius à Seir ad meridiem Judææ, quæ posterior regio tributaria erat Josaphato. De utriusque Idumææ discrimine vide nostrum commmentarium in Genesim, et nostram dissertationem in Geographiam.

Vers. 2. — De his locis, quæ trans mare sunt, et de Syria. De regione trans mare Mortuum, seu lacum Asphaltitem, de Idumæâ, Madianitide, Arabiâ. Gentem istam mare hoc tranâsse (vectam camelis suis pro familiari Arabum more) Josephus Antiq. lib. 9, cap. 1, testatur. Majores lacus maris nomen apud Hebræos obtinebant. Ex progressu hujus historiæ nullibi disco venisse in societatem armorum Syros, quorum est : regio à locis hìc descriptis plurimùm distans. Legendum ego maluerim מאדם, *de Edom,* pro מארם, *de Aram*, vel de Syriâ, quod est in textu. Porrò similitudine litterarum inter *Edom* et *Aram* decipi amanuenses, nunc primùm non contigit (1); et versibus 10, 22, 23, qui huic respondere videntur, correctionem hanc planè exigunt. Constat utique, non defuisse in exercitu hostium Idumæos, vel incolas montis Seir, nec infimum ibi locum tenuisse, ut recenseri inter cæteros mererentur.

Ecce consistunt in Asasonthamar, quæ est Engaddi. Jacebat Engaddi inter Jerichuntem et mare Mortuum. *Asason-Thamar* (2) est habitatio sub palmis, vel locus irriguus et palmis consitus. Tradit Josephus, Antiq. l. 9, c. 1, eam gentem trajecisse mare Mortuum, quod à vero non abludit; solent enim Arabes illud mare camelis suis quotidiè trajicere.

Vers. 3. — Totum se contulit ad rogandum Dominum, et prædicavit jejunium. Hebræus ad litteram : *Posuit faciem suam ad quærendum Dominum, et prædicavit jejunium.* In rebus gravibus et periculosis indicebant reges jejunia, sive per urbes, sive per totum regnum, uti res exigebat. Jezabel indixit jejunium in Jezrahele, ut Nabothum damnaret, 3 reg. 21, 9. Rex Ninives Jonæ 3, 7, metropoli suæ jejunium imperavit; quippe cui proximum exitium immineret. Hìc in discrimine totius regni jejunium palam toto regno prædicatum est.

Vers. 5. — Cum stetisset Josaphat in medio cœtu Juda...., in domo Domini, ante atrium novum. Cùm rex in medio populi sui esset, stetit in tribunali suo, *ante atrium novum constituto.* Novum hoc atrium vel doctissimos torquet; accipiendum autem videtur de atrio interiori, vel de atrio sacerdotum, ante cujus fores regis tribunal consistebat. Sed latet penitùs causa cur illi nomen *atrii novi* tribuatur, nisi fortè reputemus, Asam, vel Ezechiam non leve aliquid vel reparâsse, vel adjecisse, vel repurgâsse et innovâsse. Alii explicant de atrio mulierum, (3) alii (4) de atrio populi, vel de atrio quodam novo pro advenis et profanis, juxta Clericum hìc : adeò omnia in hâc re in-

(1) Ita unum è nostris S. Michaelis ad Mosam.

(2) Ita legit Lyra, et ita habent plerique Latini libri apud Menoch. At ex iis quos vidi, nullos in textu, paucos in margine id habere comperi. Ita corrigit et Castalius.

(1) Vide 4 Reg. 16, 6 : *Restituit Ailath Syriæ*, השיב את אילת לארם, pro לאדם, *Idumææ*.

(2) *Tugurium*, חצצון, vel *locus irriguus*, et תמר *palma*. Vide Boch. de Animal. part. 1, l. 2, c. 52, et part. 2, lib. 6, cap. 5.

(3) Vide Salian. ad an. 3143; Menoch., et alios apud Salian.

(4) Junius, Malvenda, Osiander.

certa sunt. Sed retinenda videtur interpretatio de atrio sacerdotum.

Vers. 9. — Gladius judicii. Vel ultionis tuæ. Bellum à Deo ulsciscente permissum, ut nos puniat. (1)

Vers. 12. — Ergo non judicabis eos (1)? Non punies iniqua illorum molimina? Horum audacia minùs in nos sævit, quàm in te, Deus.

Vers. 13. — Omnis Juda stabat coram Domino cum parvulis. Cùm res gravissimæ premebant, jejunium sæpè imperatum est pueris lactentibus et brutis. Persimile exemplum olim apud profanos spectatum est, uti apud Ninivitas, qui universale jejunium, vel jumenta ipsa obligans, injunxerunt (2). Legimus in Judith 4, 8, incolas Hierosolymæ, minis Holofernis auditis, *humiliâsse animas suas in jejuniis et orationibus, ipsos et mulieres eorum, et induisse se sacerdotes ciliciis, et infantes prostravisse contra faciem templi Domini, et altare Domini operuisse cilicio.* De jejuniis hisce solemnibus et insuetis populi conventibus, ad iram Numinis placandam, ait Joel 2, 15 : *Canite tubâ in Sion,*

(1) Vers. 10, 11. — *Voilà les enfants d'Ammon et de Moab, et toute la montagne de Séïr, sur les terres desquels vous ne voulûtes pas permettre à votre peuple d'Israël de passer lorsqu'ils sortirent d'Egypte...., qui tiennent une conduite bien différente,* etc. On a vu ailleurs qu'après qu'Israël eut murmuré contre Dieu, à cause de la relation que leur firent ceux qu'ils avaient envoyés visiter la terre promise, il leur défendit d'aller combattre les habitants de la montagne de Séïr, qui étaient les Iduméens, et, par conséquent, leurs frères, comme étant descendus d'Esaü, frère de Jacob, et qu'ils furent obligés de tourner long-temps autour de cette montagne, en punition de leur murmure. On a vu encore que Moïse, au bout de plusieurs années, ayant envoyé des ambassadeurs au roi des Iduméens, pour le supplier de vouloir permettre aux Israélites, leurs frères, de passer par son pays, et lui donner assurance qu'ils ne leur feraient aucun tort, ce prince le refusa, et alla même au-devant d'eux avec une puissante armée pour empêcher leur passage. Enfin on a vu que le Seigneur, ayant compassion de son peuple, dit à Moïse qu'ils avaient assez tourné autour de cette montagne de Séïr, et lui donna ordre de leur dire qu'ils passeraient aux extrémités des terres des enfants d'Esaü, parce qu'il imprimerait leur crainte dans l'esprit des Iduméens, mais qu'ils se gardassent bien de s'élever en aucune sorte contre eux, parce qu'il ne leur donnerait pas un seul pied de terre dans leur pays, ayant donné en héritage à Esaü le mont de Séïr.

Tous ces passages de l'Ecriture nous font donc voir le soin tout particulier que Dieu avait pris anciennement de conserver les Iduméens, et l'obligation indispensable où étaient ces peuples de ménager par conséquent les Israélites, leurs frères, qui avaient usé, par l'ordre de Dieu, de si grands ménagements à leur égard.

On peut dire encore la même chose des Moabites et des Ammonites dont il est aussi parlé en ce lieu. Car le Seigneur défendit de même à son peuple, après qu'ils eurent passé le pays des Iduméens, de faire la guerre à ces nations, en déclarant à Moïse qu'il ne donnerait aucune chose de leur pays à Israël, parce qu'il avait donné ces terres en héritage aux enfants de Loth, de qui étaient descendus les Moabites et les Ammonites. C'était donc une grande ingratitude à tous ces peuples de venir combattre le peuple de Dieu, qui les avait épargnés comme ses frères, dans le temps que le Seigneur lui livrait toutes les autres nations voisines. Et c'est pour cette raison que Josaphat représente ici à Dieu, pour le toucher de compassion envers son peuple, combien ces Iduméens, ces Ammonites, et ces Moabites étaient injustes de vouloir chasser Israël de l'héritage que sa providence lui avait donné, après qu'il leur avait conservé celui qu'ils avaient aussi reçu de sa bonté. (Sacy.)

(1) Sed cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te. Nota hoc Josaphat consilium piissimum et utilissimum. *Cùm ergo omni humano auxilio destitueris, vicinum est divinum*, ut aiebat Philo legat. ad Caium, si illud invoces; Dei enim proprium est in arctis succurrere, ac desperata restituere : ibi enim maximè suam clementiam et potentiam ostendit. Hoc ergo opus uti divinitati est congruum, sic et Deo proprium. (Sacy.)

Pour nous, nous reconnaissons que nous n'avons point assez de force pour résister à toute cette multitude qui vient fondre sur nous, etc. Ce n'était point par lâcheté, mais par une humble piété, que Josaphat reconnaissait devant Dieu son impuissance à résister à tant d'ennemis qui le venaient attaquer en même temps. Lorsque Dieu voulait donner la victoire à Israël, il le réduisait ordinairement à cet aveu de sa propre faiblesse, afin que l'orgueil eût moins de sujet de prendre part à l'avantage qu'ils remporteraient dans la suite, et qu'ils en rendissent toute la gloire à la force de son bras divin. C'était donc véritablement une raison à son peuple, *d'avoir une entière confiance en Dieu,* que de se voir tout-à-fait sans force, et même *sans connaissance de ce qu'ils avaient à faire,* selon que ce roi vraiment humble l'avoue ici. Etre en cet état, et y être avec une parfaite dépendance de celui qu'on reconnaît pour son Dieu, c'est la préparation la plus excellente pour pouvoir vaincre tous ses ennemis. Or, ce qui était véritable des Israélites à l'égard de tous ces peuples qui les venaient attaquer, ne l'est pas moins des Chrétiens à l'égard des ennemis de leur salut, dont la force ou la multitude produit un effet très-avantageux sur leur cœur, lorsqu'elle ne leur donne de la crainte que pour les porter à cette confiance que Jésus-Christ exige d'eux, en leur disant : *Vous aurez des afflictions dans le monde ; mais ayez confiance, j'ai vaincu le monde.* (Sacy.)

(2) Jonas 3, 7 : *Homines, et jumenta, et boves, et pecora non gustent quidquam, nec pascantur, et aquam non bibant.*

sanctificate jejunium, vocate cœtum, congregate populum, coadunate senes, congregate parvulos et sugentes ubera.

VERS. 14. — JAHAZIEL FILIUS ZACHARIÆ (1). Hâc unâ re gestâ hic propheta notus est.

VERS. 16. — ASCENSURI SUNT PER CLIVUM NOMINE SIS. Reddunt quidam Hebræum : *Ascendent per collem florentem,* vel per clivum florum. Si legatur *Zin* pro *Ziz,* accipi poterit de deserto Zin in Arabiâ Petræâ. Meminit Ptolemæus urbis Sizæ in Arabiâ Petræâ. (2)

(1) Ex mediâ orantium turbâ divinus afflavit Spiritus Jahazielem, qui omnes benè sperare jussit in illo rerum omnium conflictu, quibus victoriam promittit sine sudore ac sanguine concessam à Domino divinitùs. Quid facturi sint edocet, cujus consilium accepit rex lubens, et reliqui de populo. Cùmque ad locum à prophetâ demonstratum ventum esset, hortatus est rex omnes ut spem omnem suam locarent in Domino, et solemni atque legitimo cantico, quod in gratiarum actione cantari assolet, anticiparent victoriam. Canticum porrò erat : *Confitemini Domino, quoniam in æternum misericordia ejus.* De quo lib. 1 Reg. c. 16.
(Sanctius.)

(2) VERS. 17. — *Ce ne sera pas vous qui combattrez. Demeurez seulement fermes, et vous verrez le secours du Seigneur sur vous : O Juda et Jérusalem, n'ayez point de peur, et ne soyez point saisis de frayeur ; vous marcherez demain contre eux, et le Seigneur sera avec vous.* C'est une chose admirable que la conduite que Dieu tient envers son peuple. Il permet d'abord qu'il soit effrayé par la vue de la grande multitude de ses ennemis, comme il est marqué effectivement de Josaphat, qu'il *fut d'abord saisi de frayeur.* Et non seulement il le permet, mais on peut dire même qu'il le veut ainsi, afin que, craignant ses ennemis, il se porte à avoir recours à lui : car c'est ce que l'Ecriture a eu soin de nous marquer que la crainte produisit dans Josaphat, lorsqu'elle dit *qu'étant tout épouvanté, il se tourna tout entier vers le Seigneur pour le prier, et fit publier un jeûne universel dans tout son royaume.* Mais quand la crainte a produit cet effet si salutaire dans le cœur du peuple de Dieu, il ne veut plus lui permettre de craindre ses ennemis, et il lui défend expressément de s'abandonner à la frayeur, lui faisant dire plusieurs fois par son prophète qu'il n'ait plus aucune crainte, parce qu'en effet dès le moment qu'il ne met plus sa confiance dans ses forces, ce qu'a produit sa première frayeur, il ferait outrage à la toute-puissance de Dieu, s'il craignait encore après avoir mis toute son espérance en lui seul.

L'Eglise se sert tous les ans des paroles du texte sacré que nous expliquons, pour bannir du cœur des hommes le joug de la crainte, sous lequel ils gémissaient avant la naissance de Jésus-Christ, lorsqu'ils étaient accablés par la multitude des ennemis de leur salut. Elle les assure qu'ils *n'ont plus rien à appréhender,* parce que *le Seigneur va être avec eux,* non pas seulement comme il y avait été du temps des anciens Israélites, mais d'une manière sans comparaison plus excellente, en se faisant homme lui-même, et en demeurant au milieu d'eux. Elle leur déclare, non pas pour les rendre lâches et sans action, mais afin de leur inspirer l'humilité et la confiance, que *ce ne sera pas eux qui combattront* leurs ennemis, *mais le Seigneur,* parce qu'en effet le Fils de Dieu étant devenu par son incarnation le chef de l'Eglise, c'est lui-même qui agit, qui combat et qui surmonte le démon dans ses membres, quoiqu'ils agissent en même temps conjointement avec lui.

Il est vrai que les ennemis d'Israël qui le vinrent attaquer alors furent tous défaits, sans que ce peuple de Dieu y ait eu aucune part. Mais cela nous peut marquer seulement que dans la victoire que Jésus-Christ a remportée sur le démon par sa mort, nul homme en effet n'y a pu avoir la moindre part, ce qui néanmoins n'empêche pas que le Sauveur ne communique dans la suite à tous ses vrais membres une partie de sa divine vertu, afin qu'ils puissent vaincre de nouveau ceux qu'il a déjà vaincus. (Sacy.)

VERS. 19. — LAUDABANT DOMINUM VOCE MAGNA IN EXCELSUM. Voces præter morem extulerunt, ut eâ vocis significatione agnoscere se beneficium auxilii sibi à Deo per prophetam promissi indicarent.

VERS. 20. — CREDITE IN DOMINO DEO VESTRO, ET SECURI ERITIS. Reddi potest Hebræus : *Confidite in Domino, et estote illi fideles.* Vel : Spem habete in illo, nec spe vestrâ decipiemini. Vel denique : Credite divinis promissionibus, et veritatem illarum experiemini.

VERS. 21. — ET STATUIT CANTORES DOMINI, UT LAUDARENT EUM IN TURMIS SUIS. Hebræus : Josaphat, audito populi consilio; *constituit cantores Domini,* qui canerent Domini laudes, et *laudantes in decore sanctitatis,* vel decorem sanctuarii illius ; statuit autem illos *coram exercitu.* Ita rebus constitutis, proficisci videbatur agmen more potiùs triumphantis, et relatâ victoriâ reducis, quàm progredientis adversùs hostes in prælium. In fronte agminis pergebant Levitæ cum instrumentis musicis templi, altè inclamantes Psalm. 135 : *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia ejus ;* carmen recitari solitum, cùm læta celebrarentur ex 2 Paral. 5, 13. Eodem pariter instructi ordine post victoriam, regressi sunt Hierosolymam, infra, v. 28.

VERS. 22. — VERTIT INSIDIAS EORUM IN SEMETIPSOS. Permisit Deus ut eæ gentes in mutuam perniciem ruerent. Primò quidem Moabitæ et Idumæi manus conseruêre cum Ammonitis, infra, v. 23; deinde Moabitæ et Ammonitæ arma junxerunt adversùm Idumæos : quibus cæsis, arma in se mutuò con-

verterunt. Ita Hebræus : paulò aliter in Vulgatâ. Aliter in Septuaginta; ferunt enim invasos ab Ammonitis primùm Moabitas et Idumæos; quibus fugatis, Ammonitas et Moabitas junxisse se in perniciem Idumæorum, cæsisque Idumæis, mutuò in se armis sævîsse.

VERS. 24. — AD SPECULAM, QUÆ RESPICIT SOLITUDINEM. Specula erat hæc posita in vertice collis Ziz, vel in colle florido, v. 16. Reddi Hebræus potest : *Ad Mizphe deserti*, seu ad speculam, unde prospectus in desertum; seu ad urbem *Mesphe,* Josue 13, 26, vel Masphath, quæ respicit desertum. Urbs erat in sorte Benjamini, et facilè inter Jerichuntem et Engaddi.

VERS. 25. — INVENERUNT INTER CADAVERA VARIAM SUPELLECTILEM. Hebræus ad litteram : *Invenerunt in eis in multitudine, et substantiam* (vel spolia), *et cadavera* (seu potiùs vestes), *et vasa pretiosa.* Septuaginta : *Invenerunt pecora multa, et apparatum, et spolia, et vasa desiderabilia.* Syrus : *Invenientes inter eos spolia quàm plurima, facultates, habenas, et equos, supellectiles denique optabiles,* Arabs : *Prædam ingentem, armenta, et vestes præcellentes.*

ITA UT OMNIA PORTARE NON POSSENT. Hebræus : *Spolia erant sine pondere.* Tam multæ erant manubiarum divitiæ, ut pondus et valor narrari non possent.

VERS. 26. — VALLIS BENEDICTIONIS. Sermo est apud S. Hieronymum, in Epitaphio S. Paulæ, de loco cui nomen *Caphar-Barucha,* ager benedictionis, propè Hebronem, quò usque, inquit, Abraham comitatus est Dominum, ad eversionem Sodomæ proficiscentem. Locus igitur erat ad orientem Hebronis. Meminit etiam S. Epiphanius *Caphar-Baricha,* loci ter mille passibus ab Hebrone. Nec alia est facilè vallis Benedictionis, de quâ in præsenti.

VERS. 33. — VERUMTAMEN EXCELSA NON ABSTULIT. Vide dicta in textum capitis 17, 6, qui repugnare huic videtur.

VERS. 34. — SCRIPTA SUNT IN VERBIS JEHU FILII HANANI, QUÆ DIGESSIT IN LIBROS REGUM ISRAEL. Hebræus variè accipitur : *Scripta sunt in verbis Jehu filii Hanani, quæ inseruntur in libro Regum Israel.* Jehu idem est propheta, de quo in historiâ Regum Israelis; idemque qui supra, cap. 19, increpavit Josaphatum, quòd fœdus cum Achabo composuisset. Septuaginta : *Scripta sunt in sermonibus Jehu filii Hanani, qui conscripsit librum Regum Israel.* Reges Israelis ponuntur hìc, quemadmodùm sæpè alibi in his libris, pro regibus Juda. Vide 21, 2; 22, 2; 24, 16.

VERS. 35. — INIIT AMICITIAS CUM OCHOZIA (1). De fœdere cum impiis principibus, vide supra, 16, 3.

VERS. 36. — PARTICEPS FUIT, UT FACERENT

(1) *Après cela Josaphat, roi de Juda, fit amitié avec Ochozias, roi d'Israël, dont les actions furent très-impies. Et il consentit qu'ils équiperaient une flotte,* etc. On a déjà remarqué que Josaphat avait mérité d'être repris par le prophète du Seigneur, à cause de l'alliance qu'il avait faite avec Achab, cet impie roi d'Israël; mais que *les œuvres de piété qui s'étaient trouvées en lui,* comme parle l'Ecriture, l'avaient garanti de la colère de Dieu. Cependant il ne laisse pas de s'allier de nouveau avec Ochozias, fils d'Achab, que l'impiété de sa conduite rendait semblable à son père. Et il semble néanmoins que cette trop grande facilité qui pouvait lui être si pernicieuse, ne lui gâta pas tout-à-fait le cœur, puisque Dieu paraît le traiter comme un prince qu'il aimait, se contentant de le châtier temporellement, pour le faire revenir à lui, et pour lui donner de la confusion de ses fautes. C'est pourquoi, comme il permit la première fois qu'il se trouvât exposé à un grand danger de perdre la vie, afin que la vue de la mort présente lui fît reconnaître son péché, et que même il lui envoya ensuite un prophète comme à David, pour lui en faire un reproche très-sévère, il se contente encore à présent de briser ses vaisseaux par une violente tempête qu'il excita sur la mer, où la flotte de ce prince était jointe à celle d'Ochozias, et il lui envoie de nouveau un autre prophète, nommé Eliézer, pour lui déclarer de sa part que c'était lui-même qui venait de renverser tous ses desseins, à cause de l'alliance qu'il avait faite avec le roi d'Israël.

C'est ce qui sert à entendre ce qui est dit dans le troisième livre des Rois, qu'Ochozias, fils d'Achab, ayant voulu engager le roi Josaphat à faire aller sur la mer ses serviteurs avec les siens, ce prince ne le voulut pas, c'est-à-dire, qu'ayant reconnu si sensiblement que cette alliance déplaisait à Dieu, il y renonça, et ne voulut plus se mettre en danger d'éprouver enfin les derniers effets de sa colère. Heureux ceux que Dieu daigne prendre soin lui-même de châtier ainsi dès ce monde, comme ses enfants! Mais encore plus heureux sont ceux qui, étant ainsi châtiés par la discipline de sa main paternelle, s'humilient sous cette main favorable, et reconnaissent sa miséricorde dans la rigueur de cette justice apparente!

Il y en a, néanmoins, qui doutent si Josaphat persévéra jusqu'à la fin dans sa première piété, parce que dans le livre de l'Ecclésiastique il n'est point mis au nombre des rois pieux avec David, Ezéchias et Josias. Et même ils entendent ce qui est dit plus haut, au verset 33, *qu'il ne détruisit pas les hauts lieux,* comme si le peuple s'était encore laissé aller à la superstition du paganisme, et que ce prince n'ait pas paru aussi ferme, qu'il l'avait été au commencement, et ait négligé de détruire ces autels profanes consacrés à des idoles. Cependant on voit dans le chapitre suivant, que son fils Joram est repris de ce qu'il ne marchait point dans les voies de son père Josaphat,

NAVES, QUÆ IRENT IN THARSIS : FECERUNTQUE CLASSEM IN ASIONGABER. Demonstrare conati sumus in Genesi 10, 4, Tharsis esse urbem Tarsi in Ciliciâ; *naves* verò *Tharsis* naves esse diuturnæ navigationi aptas; cùmque dicitur, naves instructas in Asiongaber, navigaturas in Tharsis, iter constitutum peragere non potuisse, illud intelligitur, classem navium, longæ navigationis patientium, pergere non potuisse ex Asiongaber in Ophir, vel aliò : denique profecturas in Tharsis naves non solvere ex Asiongaber, qui portus est Erythræi, sed ex alio Mediterranei portu.

mais dans celle des rois d'Israël, ayant fait tomber Juda dans l'idolâtrie. Et dans le vingt-troisième chapitre il est dit encore que Jéhu ayant fait mourir Ochozias, roi de Juda, qui était un prince très-impie, on lui donna néanmoins la sépulture, *parce qu'il était fils,* c'est-à dire, petit-fils *de Josaphat, qui avait cherché le Seigneur de tout son cœur.* (Sacy.)

CAPUT XXI.

1. Dormivit autem Josaphat cum patribus suis, et sepultus est cum eis in civitate David; regnavitque Joram filius ejus pro eo.

2. Qui habuit fratres, filios Josaphat, Azariam, et Jahiel, et Zachariam, et Azariam, et Michael, Saphatiam : omnes hi filii Josaphat regis Juda.

3. Deditque eis pater suus multa munera argenti et auri, et pensitationes cum civitatibus munitissimis in Juda : regnum autem tradidit Joram, eò quòd esset primogenitus.

4. Surrexit ergo Joram super regnum patris sui : cùmque se confirmâsset, occidit omnes fratres suos gladio, et quosdam de principibus Israel.

5. Triginta duorum annorum erat Joram cùm regnare cœpisset : et octo annis regnavit in Jerusalem.

6. Ambulavitque in viis regum Israel, sicut egerat domus Achab : filia quippe Achab erat uxor ejus; et fecit malum in conspectu Domini.

7. Noluit autem Dominus disperdere domum David, propter pactum quod inierat cum eo : et quia promiserat ut daret ei lucernam, et filiis ejus omni tempore.

8. In diebus illis rebellavit Edom, ne esset subditus Judæ; et constituit sibi regem.

9. Cùmque transîsset Joram cum principibus suis, et cuncto equitatu qui erat secum, surrexit nocte, et percussit Edom, qui se circumdederat, et omnes duces equitatûs ejus.

10. Attamen rebellavit Edom, ne esset sub ditione Juda, usque ad hanc diem. Eo

CHAPITRE XXI.

1. Or Josaphat s'endormit avec ses pères, et fut enseveli avec eux dans la ville de David; et son fils Joram régna en sa place.

2. Joram eut pour frères Azarias, Jahiel, Zacharias, Azarias, Michel et Saphatias; tous fils de Josaphat, roi de Juda.

3. Leur père leur donna de grandes sommes d'or et d'argent avec des pensions et des villes très-fortes dans le royaume de Juda; mais il donna le royaume à Joram, parce qu'il était l'aîné.

4. Joram prit donc possession du royaume de son père, et lorsqu'il s'y fut bien affermi, il fit mourir par l'épée tous ses frères et quelques-uns des principaux d'Israël.

5. Joram avait trente-deux ans lorsqu'il commença de régner; et il régna huit ans à Jérusalem.

6. Il marcha dans les voies des rois d'Israël, comme avait fait la maison d'Achab; car *Athalie,* sa femme, était fille d'Achab, et il fit le mal en la présence du Seigneur.

7. Cependant le Seigneur ne voulut point perdre la maison de David, à cause de l'alliance qu'il avait faite avec lui, et parce qu'il avait promis qu'il lui donnerait en tout temps une lampe à lui et à ses enfants.

8. En ces jours-là Edom se révolta, pour n'être plus assujetti à Juda, et se donna un roi.

9. Joram se mit en campagne avec ses principaux officiers et toute sa cavalerie qui le suivait; et s'étant levé la nuit, il attaqua et défit Edom qui l'avait environné, et tous ceux qui commandaient sa cavalerie.

10. Edom a continué néanmoins de se révolter jusqu'aujourd'hui, afin de n'être plus sous la puissance de Juda. En ce même temps, Lobna se retira aussi de l'obéissance

tempore et Lobna recessit, ne esset sub manu illius. Dereliquerat enim Dominum Deum patrum suorum.

11. Insuper et excelsa fabricatus est in urbibus Juda, et fornicari fecit habitatores Jerusalem, et prævaricari Judam.

12. Allatæ sunt autem ei litteræ ab Eliâ prophetâ, in quibus scriptum erat: Hæc dicit Dominus Deus David patris tui: Quoniam non ambulâsti in viis Josaphat patris tui, et in viis Asa regis Juda,

13. Sed incessisti per iter regum Israel, et fornicari fecisti Judam, et habitatores Jerusalem, imitatus fornicationem domûs Achab; insuper et fratres tuos, domum patris tui, meliores te, occidisti:

14. Ecce Dominus percutiet te plagâ magnâ, cum populo tuo, et filiis, et uxoribus tuis, universâque substantiâ tuâ.

15. Tu autem ægrotabis pessimo languore uteri tui, donec egrediantur vitalia tua paulatim per singulos dies.

16. Suscitavit ergo Dominus contra Joram spiritum Philisthinorum et Arabum, qui confines sunt Æthiopibus.

17. Et ascenderunt in terram Juda, et vastaverunt eam, diripueruntque cunctam substantiam quæ inventa est in domo regis, insuper et filios ejus, et uxores: nec remansit ei filius, nisi Joachaz, qui minimus natu erat.

18. Et super hæc omnia percussit eum Dominus alvi languore insanabili.

19. Cùmque diei succederet dies, et temporum spatia volverentur, duorum annorum expletus est circulus: et sic longâ consumptus tabe, ita ut egereret etiam viscera sua, languore pariter et vitâ caruit. Mortuusque est infirmitate pessimâ, et non fecit ei populus secundùm morem combustionis, exsequias, sicut fecerat majoribus ejus.

20. Triginta duorum annorum fuit, cùm regnare cœpisset, et octo annis regnavit in Jerusalem. Ambulavitque non rectè, et sepelierunt eum in civitate David, verumtamen non in sepulcro regum.

de Joram, *Dieu le permettant,* parce qu'il avait abandonné le Seigneur Dieu de ses pères.

11. Il fit faire outre cela des hauts lieux dans les villes de Juda; et il engagea les habitants de Jérusalem dans l'idolâtrie, et Juda dans la prévarication.

12. Or on lui apporta des lettres du prophète Elie, où il était écrit: Voici ce que dit le Seigneur Dieu de votre aïeul David: Parce que vous n'avez point marché dans les voies de votre père Josaphat, ni dans celles d'Asa, roi de Juda,

13. Mais que vous avez suivi l'exemple des rois d'Israël, et que vous avez fait tomber Juda et les habitants de Jérusalem dans l'idolâtrie, imitant l'infidélité de la maison d'Achab, et que de plus vous avez fait mourir vos frères, qui étaient de la maison de votre père, et meilleurs que vous;

14. Voici que le Seigneur vous frappera d'une grande plaie, vous et votre peuple, vos enfants, vos femmes, et tout ce qui vous appartient.

15. Vous serez attaqué dans le ventre d'une maladie très-maligne, qui vous fera jeter tous les jours peu à peu vos entrailles.

16. Le Seigneur excita donc contre Joram l'esprit des Philistins et des Arabes, qui sont voisins des Ethiopiens.

17. Ils entrèrent dans la terre de Juda, la ravagèrent, et emportèrent tout ce qu'ils trouvèrent dans le palais du roi, et même ils emmenèrent ses fils et ses femmes, de sorte qu'il ne lui resta d'enfant que Joachaz, qui était le plus jeune de tous.

18. Et par-dessus tout cela, Dieu le frappa d'une maladie incurable dans les entrailles.

19. Et les jours succédant aux jours, et le temps continuant à s'écouler, deux ans se passèrent; et tout consumé par la longueur de ce mal, il jetait même ses entrailles; et son mal ne finit qu'avec sa vie. Il mourut donc d'une très-horrible maladie; et le peuple ne l'ensevelit point avec les honneurs qu'on avait rendus à ses ancêtres, selon la coutume, en brûlant son corps avec des parfums.

20. Joram avait trente-deux ans quand il commença de régner, et il régna huit ans à Jérusalem. Mais il ne marcha pas avec un cœur droit. On l'enterra dans la ville de David; mais on ne le mit point dans le sépulcre des rois.

VERS. 2. — AZARIAM, ET JAHIEL, ET ZACHARIAM, ET AZARIAM. Gemini hi Azariæ, filii Josaphati, aliter et aliter scribuntur in textu originali : unius enim nomen est tantummodò עזריה *Azaria*, alterius עזריהו *Azariahu*, Dominus est adjutor meus.

FILII JOSAPHAT REGIS JUDA. Textus qui hodiè superest, Hebræus fert : *Josaphat rex Israel;* cui veteres Latini codices manuscripti ferè omnes suffragantur, eaque lectio retineri potest, si nomen Israelis hìc non ut Judæ oppositum accipiatur, sed tantummodò ut innuens, imperium Josaphati in tribus Israelis potissimas porrigi, uti capite præcedenti, v. 34, dicitur Jehu filius Hanani *digessisse libros Regum Israel;* id est, Regum Juda; et capite 23, 2, scribitur Joiada *congregâsse principes familiarum Israel*, pro, *principes familiarum Juda.* Septuaginta, Syrus, Arabs, Latina quædam manuscripta, et editiones omnes Vulgatæ ferunt, *regis Juda* ; ex quo arbitrari quis posset, idem habuisse olim et Hebræum.

VERS. 3. — DEDIT EIS MULTA MUNERA... ET PENSITATIONES. In Hebræo legimus, Josaphatum distribuisse munera aurea, argentea, et pretiosa multa. Septuaginta : Ἔδωκεν αὐτοῖς δόματα πολλὰ, ἀργύριον καὶ χρυσίον, καὶ ὅπλα : *Dedit eis dona multa, argentum, et aurum, et arma.*

REGNUM AUTEM TRADIDIT JORAM, utpote natu majori, adscivitque illum Josaphat superstes adhuc in regni societatem. Vide 4 Reg. 8, 16.

VERS. 4. — OCCIDIT OMNES FRATRES SUOS GLADIO, ut se metu liberaret, ne quid novi ab illis tentaretur, turbareturque regni possessio. Nihil familiarius est in historiâ regum orientalium, quàm principes, qui fratres, veluti perniciosissimos hostes, interficiant.

VERS. 6. — FILIA ACHAB ERAT UXOR EJUS ; Athalia, cujus nomen ab impietate et sævitiâ celebre est, cui debentur mala pleraque ab Joramo commissa. Eam porrò filiam Amri, et Achabo sororem tribuunt quidam ; appellaturque filia Amri capite sequenti, v. 2. Scitum est tamen, nomen filiæ in Scripturâ sæpissimè pro nepte usurpari (vide Estium, Lyram). Creditur autem Athalia matrem habuisse impiam Jezabelem, Achabi uxorem. Vide 4 Reg. 8, 18.

VERS. 7.—PROMISERAT UT DARET EI LUCERNAM, successorem vel principem generis sui, qui post illum regnaret.

VERS. 8. — IN DIEBUS ILLIS (1). Hebræus : *In diebus ejus*, sub rege Joramo.

VERS. 10. — REBELLAVIT EDOM USQUE AD HANC DIEM (1). Vide dicta in hanc rem, 4 Reg. 8, 20, 21.

EO TEMPORE ET LOBNA RECESSIT. Lobna satis ampla urbs erat ad meridiem Juda, Idumæam versùs.

VERS. 11. — ET PRÆVARICARI JUDAM. Hebræus : *Compulit Judam.* Veluti cùm quis alium urget ut præcipitem det. Septuaginta : Ἀπεπλάγησε τὸν Ἰούδαν : *Errare fecit* (seduxit, in errorem traxit) *Judam.* Syrus et Arabs : *Dissipavit,* dispersit Judam.

VERS. 12. — ALLATÆ SUNT EI LITTERÆ AB ELIA PROPHETA (2). Vulgaris opinio docet, Eliam

(1) REBELLAVIT EDOM, seu *Idumæa*, ne ampliùs esset sub regibus Juda : cùmque ad id usque tempus paruisset viceregibus à Judæâ submissis, jam facta rebellis, proprium *sibi*, neque ampliùs Judææ subjectum, *regem constituit ;* pudebat enim Idumæos tam fœdo monstro, et in suos tam crudeli subesse, et licet mox *Seira,* id est, terra Seir, seu Idumæa, movente adversùs ipsam Joramo, succubuerit in prælio, ut habes 4 Regum 8, vers. 21, coactique singuli *refugerent in* propria *tabernacula;* Joram tamen vel conscientiâ scelerum animos adimente, non est ausus uti victoriâ, et fugitivos ad tributa rursùs pendenda cogere; vel novis Philisthinorum, Arabum et Æthiopum bellis impetitus, ut hìc dicetur v. 16, non potuit persequi fugientes Idumæos, atque ita continuavit rebellionem suam Idumæa *usque ad hanc diem,* id est, perpetuò exinceps, usquedùm hæc à sacro scriptore litteris mandarentur. Tunc impleta est Isaaci patriarchæ prophetia, Gen. 27, v. 40, de jugo Judaico ab humeris Idumæorum excutiendo.

(Tirinus.)

(1) Idumea scilicet excussit jugum impii Joram regis Juda ; tuncque impleta est prophetia Jacob Genes. 27, 40, prædicentis quòd Esaü excuteret jugum Jacob, puta quòd Idumæi excuterent jugum Judæorum.

EO TEMPORE ET LOBNA RECESSIT. Urbs erat prisca in tribu Juda, q. d : Non tantùm exteri Idumæi, sed et subditi Lobnenses, impio Joram, licet regi suo, rebellârunt. Audi Adrichom. in Descrip. tribûs Juda, n. 176 : *Lebna* quæ et *Lobna,* et *Labana,* urbs Levitarum fortis et munita, non longè à Lachis dissita. Habuerat priscis temporibus regem, quo interfecto, Josue etiam ipsam expugnavit. Postquàm ad monarchiam devenisset status Judæorum, propter impietatem regis Joram filii Josaphat defecit ab eo Lebna ; tandem obsessa fuit à Sennacherib rege Assyriorum. Nunc villa est in regione Eleutheropolitanâ, quæ appellatur *Lobna,* de quâ scribit Isaias, ut auctor Hieronymus. Quidam hanc ponunt in tribu Dan.

(Corn. à Lap.)

(2) Hisce litteris Elias graviter increpat Joram, quòd à Deo æquè ac religione patris sui Josaphat desciverit, quòdque fratres suos quasi parricida occiderit, ac eidem minatur triplicem plagam : scilicet primò, publicam bonorum tam ipsius regis quàm regni populi-

prophetam litteras ejusmodi dedisse ad Joramum è Paradiso terrestri, vel è loco ubi superstes adhuc vivit; ita Hebræus, Estius, Tirinus, Mariana. Scitum enim est, prophetam hunc igneo curru raptum fuisse, translatumque in locum occultum, et ab hominum cognitione remotum, 4 Reg. 3, 2. Persuasum habuisse Grotius videtur, per quietem Joramo id contigisse; comparat enim hanc rem cum visione Judæ Machabæi, qui pontificem Oniam et Jeremiam prophetam orantes pro populo intueri sibi visus est, 2 Mach. 15, 2, 12. Malunt alii, nempe Menochius, Mariana, Junius, Piscator, Eliam has litteras scripsisse, antequàm raperetur in cœlum, prævisis jam tum Jorami flagitiis, scriptas verò ad Joramum deferendas, Eliseo tradidisse. Hebræus fert solummodò : *Et venit ad eum scriptura ab Eliâ prophetâ, dicens,* etc. Clericus mallet loco Eliæ hìc Eliseum legi. Nullibi Eliseum auctor hujus libri commemorat. Scriptores quidam, puta Cajetanus, Piscator, Ligtfootus, opinantur litteras hasce missas per Eliam quemdam, multò quàm vetus ille juniorem ; raptum et ipsum pariter dein in cœlum, antequàm eædem litteræ redderentur. Malunt alii hanc historiam hìc insertam esse extra suum locum, ac referendam ad eam ætatem, quâ Elias vixit.

VERS. 15.— TU AUTEM ÆGROTABIS, DONEC EGREDIANTUR VITALIA TUA PAULATIM PER SINGULOS DIES. Hebræus : *Tu in infirmitatibus multis, in infirmitate intestinorum tuorum, donec egrediantur intestina tua diebus super dies,* vel *anno super annum,* infra duos abhinc annos. Vide v. 19. Antiochus, cognomento Illustris, et Agrippa eodem morbo correpti sunt.

VERS. 16. — SUSCITAVIT DOMINUS CONTRA JORAM SPIRITUM PHILISTHINORUM ET ARABUM, QUI CONFINES SUNT ÆTHIOPIBUS, vel *Chuschim.* Æthiopes frequentabant extremam oram maris Rubri ; præcipuè tamen sedes habebant in Ægypto inferiori ad usque Nilum, ibique pariter habitabant Arabes, sed aliquantò ulteriùs ad Euphratem. Nihil memoriæ proditum est de historiâ bellorum harum gentium cum Joramo. Hucusque videntur Philisthæi regibus Juda, jam inde à Davide, paruisse,

VERS. 17. — NEC REMANSIT EI FILIUS NISI JOACHAZ, alio nomine *Ochozias,* 2 Paral. 22, 1, et *Azarias,* ibid. v. 6, in Hebræo.

VERS. 19. — NON FECIT EI POPULUS SECUNDUM MOREM COMBUSTIONIS, EXEQUIAS, SICUT FECERAT MAJORIBUS EJUS. Omnium primus ex regibus, quibus ita parentatum fuisse legimus, est Asa, Jorami avus, supra, 2 Paral. 16, 14. Pœnas que expilationem, æquè ac uxorum et filiorum ejus rapinam, quam mox intulerunt Philisthæi, Arabes et Æthiopes, ut dicitur v. 16. Secundò, gravem morbum et longam duorum annorum tabem, ita ut viscera egerat, itàque in doloribus et fœtoribus infelicem animam exhalet, v. 18. Tertiò, quòd carebit honore regiæ sepulturæ. Hanc tertiam pœnam non exprimit Elias, sed hæc è duabus prioribus, atque ex infami ejus vitâ et morte consecuta est, ut patet v. 19. (Corn. à Lap.)

Dieu ne fait plus guère maintenant de ces grands miracles, qui surprennent et qui abattent tout d'un coup l'orgueil des impies. Mais nous avons au milieu de nous comme un miracle, subsistant continuellement depuis dix-huit siècles. Ce sont les lettres vraiment divines que le Fils de Dieu ressuscité d'entre les morts a écrites du haut du ciel à son Eglise, et qui se sont conservées dans cette admirable révélation qu'eut saint Jean, son disciple bien-aimé, dans l'île nommée Pathmos, où, comme il le dit lui-même, il avait été exilé pour la parole du Seigneur, et à cause du témoignage qu'il avait rendu à Jésus. C'est dans ces lettres miraculeuses qu'il écrit prophétiquement de tout ce qui regardait le cours de l'Eglise.

C'est là qu'il parle des différentes persécutions qui la devaient attaquer dans tous les temps, et que, pénétrant dans le fond le plus secret des consciences de ceux qu'il appelle les anges, c'est-à-dire, les évêques des différentes Eglises, il nous donne lieu à tous de trembler à la vue d'une pureté et d'une lumière si redoutable. Songeons donc à ces lettres toutes divines, non d'un prophète ; mais du Seigneur de tous les prophètes, quand nous entendons parler de la lettre que le saint prophète Elie écrivit au roi Joram, pour lui reprocher son impiété. Et craignons, mais d'une crainte chaste et filiale, les reproches salutaires que ce Sauveur de nos âmes nous y fait encore présentement du haut du ciel, afin que nous méritions d'éviter les effets de ses menaces, par le changement sincère de notre cœur.

On ne peut lire qu'avec horreur la manière dont Joram fut puni de son impiété dès cette vie. Mais ce qu'il souffrit alors n'était qu'une image de ce que doivent souffrir un jour ceux qui auront méprisé les vérités adorables contenues dans les saintes lettres dont nous venons de parler. Ces Philistins, ces Arabes et ces Ethiopiens qui ravagèrent tout le royaume de ce prince malheureux, qui pillèrent son palais, et qui enlevèrent ses fils et ses femmes, nous figurent admirablement l'étrange désolation où d'autres ennemis infiniment plus redoutables nous doivent réduire, si nous sommes assez malheureux pour négliger, ou pour mépriser les vérités qui pourraient être pour nous la source de notre salut. Disons donc avec saint Jean, ou plutôt écoutons saint Jean lui-même avec une sainte frayeur, lorsqu'il nous dit : *Heureux celui qui lit et qui écoute les paroles de cette prophétie, et qui garde les choses qui y sont écrites : car le temps est proche.* (Sacy.)

malorum, quæ à regibus suis pertulerant Hebræi, in illorum cadavera ferebant. Honorem funeris dabant pro rebus ab illis in regimine perpetratis. Apud Ægyptios, teste Diodoro Siculo, lib. 1 Biblioth., fas erat accusare mortuos in cœtu ad eam rem coacto judicum plus quàm quadraginta : nec honor sepulturæ cuiquam permittebatur, nisi priùs censuram hanc subiisset, ut accusationibus populi exponeretur : calumniatores severissimè puniebantur ; si verò defunctus reus vitæ malè actæ convinceretur, solitâ sepulturâ mulctabatur. Si nemo delator accederet, vel nisi probaret quod deferebat, necessariorum erat elogio celebrare defunctum, ac sepulturæ mandare.

Nec regum Ægypti ullum erat in eâ re privilegium singulare supra privatos. Die luctûs et funerum postremâ, paratis omnibus ad sepulturam, exponebatur feretrum in vestibulo sepulcri, ac libera omnibus permittebatur censura et accusatio defuncti. Si probè vitam egisset, ejus encomia funebri elogio celebrabant sacerdotes, ac laudantibus populus acclamabat. Sin verò populus aliquid in rege reprehenderet atque accusaret, tumultuosis vocibus inclamabatur, intercedente populo, ne majorum sepulcro defuncti regis cadaver traderetur, eodem auctore, lib. 2. Sententia populi in hâc re non semel prævaluit, et plures è regibus sepulturæ honore privati fuêre. Probri hujus et ignominiæ metus plurimos continuit in officio, coegitque æquo regimine populos moderari. Huic Ægyptiorum par erat mos apud Hebræos ; quos nec obsequium, nec metus successoris continebant, quin honore avitæ sepulturæ malos principes mulctarent. Suppetunt hujus exempla in regibus Joramo, Joas, Achaz, Achabo, Manasse.

Vers. 20. — Ambulavit non recte. Hebr. : *Ambulavit absque desiderio,* vel *abiit,* decessit *nemine dolente.* Septuaginta : Ἐπορεύθη οὐκ ἐν ἐπαίνῳ, *Ambulavit non in laude ;* nemine actam ab eo vitam laudante. Denique reddi potest : *Vixit non contentus,* invisus populis, valetudine affectâ, et regni calamitatibus oppressus.

Sepulcro regum. Sepulcrorum istorum descriptionem legas apud d'Arvieux tom. 2, pag. 181, 182, *Des Breves Itiner.* pag. 194, 197. Jacent ab Hierosolymis passibus mille.

CAPUT XXII.

1. Constituerunt autem habitatores Jerusalem Ochoziam filium ejus minimum, regem pro eo : omnes enim majores natu, qui ante eum fuerant, interfecerant latrones Arabum, qui irruerant in castra : regnavitque Ochozias filius Joram regis Juda.

2. Quadraginta duorum annorum erat Ochozias cùm regnare cœpisset, et uno anno regnavit in Jerusalem, et nomen matris ejus Athalia filia Amri.

3. Sed et ipse ingressus est per vias domûs Achab : mater enim ejus impulit eum ut impiè ageret.

4. Fecit igitur malum in conspectu Domini sicut domus Achab ; ipsi enim fuerunt ei consiliarii post mortem patris sui, in interitum ejus.

5. Ambulavitque in consiliis eorum. Et perrexit cum Joram filio Achab rege Israel, in bellum contra Hasael regem Syriæ in Ramoth-Galaad : vulneraveruntque Syri Joram.

6. Qui reversus est ut curaretur in Jezrahel : multas enim plagas acceperat in

CHAPITRE XXII.

1. Les habitants de Jérusalem établirent roi en sa place Ochozias, le plus jeune de ses fils, parce qu'une troupe de voleurs arabes qui avaient fait une irruption dans le camp, avaient tué tous ses frères qui étaient plus âgés que lui. Ainsi Ochozias, fils de Joram, roi de Juda, prit possession du royaume.

2. Il avait quarante-deux ans quand il commença de régner, et il ne régna qu'un an à Jérusalem. Sa mère se nommait Athalie, fille d'Amri.

3. Mais il suivit aussi les voies de la maison d'Achab, car sa mère le porta à l'impiété.

4. Il fit donc le mal en présence du Seigneur, comme la maison d'Achab, qui lui servit de conseil après la mort de son père, pour sa perte.

5. Il marcha selon leurs conseils, et il alla à Ramoth de Galaad, avec Joram fils d'Achab, roi d'Israël, faire la guerre à Hasaël, roi de Syrie, et Joram fut blessé par les Syriens.

6. Il s'en revint à Jezrahel pour s'y faire traiter ; car il avait reçu beaucoup de blessu-

supradicto certamine. Igitur Ochozias filius Joram rex Juda, descendit ut inviseret Joram filium Achab in Jezrahel ægrotantem.

7. Voluntatis quippe fuit Dei adversùs Ochoziam, ut veniret ad Joram; et cùm venisset, et egrederetur cum eo adversùs Jehu filium Namsi, quem unxit Dominus ut deleret domum Achab.

8. Cùm ergo everteret Jehu domum Achab, invenit principes Juda, et filios fratrum Ochoziæ, qui ministrabant ei, et interfecit illos.

9. Ipsum quoque perquirens Ochoziam, comprehendit latitantem in Samariâ; adductumque ad se, occidit, et sepelierunt eum: eò quòd esset filius Josaphat, qui quæsierat Dominum in toto corde suo: nec erat ultra spes aliqua, ut de stirpe quis regnaret Ochoziæ.

10. Siquidem Athalia mater ejus, videns quòd mortuus esset filius suus, surrexit, et interfecit omnem stirpem regiam domûs Joram.

11. Porrò Josabeth filia regis tulit Joas filium Ochoziæ, et furata est eum de medio filiorum regis, cùm interficerentur; absconditque eum cum nutrice suâ in cubiculo lectulorum; Josabeth autem, quæ absconderat eum, erat filia regis Joram, uxor Joiadæ pontificis, soror Ochoziæ; et idcircò Athalia non interfecit eum.

12. Fuit ergo cum eis in domo Dei absconditus sex annis, quibus regnavit Athalia super terram.

res dans cette bataille. Ochozias, fils de Joram, roi de Juda, vint donc à Jezrahel pour voir Joram, fils d'Achab, qui y était malade.

7. Et ce fut par la volonté de Dieu contre Ochozias qu'il vint rendre visite à Joram; et y étant venu, il marcha avec lui contre Jéhu, fils de Namsi, que le Seigneur avait oint pour exterminer la maison d'Achab.

8. Comme donc Jéhu s'en allait pour ruiner la maison d'Achab, il trouva les princes de Juda, et les fils des frères d'Ochozias qui le servaient, et il les tua tous.

9. Et cherchant aussi Ochozias, il le surprit caché dans Samarie; et après qu'on le lui eut amené, il le fit mourir. Et on lui rendit l'honneur de la sépulture, parce qu'il était fils de Josaphat, qui avait cherché le Seigneur de tout son cœur; mais il n'y avait plus d'espérance qu'aucun de la race d'Ochozias pût régner,

10. Parce qu'Athalie, sa mère, voyant que son fils était mort, fit tuer tout ce qui restait de la maison royale de Joram.

11. Néanmoins Josabeth, fille du roi, prit Joas, fils d'Ochozias, et le déroba du milieu des enfants du roi, lorsqu'on les massacra; et elle le cacha, lui et sa nourrice, dans la chambre des lits; et Josabeth, qui l'avait caché, était fille de Joram, femme du pontife Joïada et sœur d'Ochozias; c'est pourquoi Athalie ne le fit point mourir.

12. Joas fut donc caché avec les prêtres dans la maison de Dieu durant les six années qu'Athalie régna sur le pays.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — CONSTITUERUNT OCHOZIAM REGEM. Regem illum salutavêre, collato Judæ imperio, utpote legitimum Jorami hæredem, cæsis reliquis ejus fratribus à *latronibus Arabiæ*, id est, copiis Arabum, quæ regionem invaserant. Vide caput præcedens, v. 17.

VERS. 2. — QUADRAGINTA DUORUM ANNORUM ERAT OCHOZIAS CUM REGNARE CŒPISSET. Quî istud fieri possit, si pater ejus Joram quadraginta annorum ætate decessit (1)? An filius patre suo senior fuerit? Insuper quo pacto Ochozias annos agebat duos et quadraginta, regnum iniens, cùm in libris Regum (1) viginti duorum annorum ætate juvenis regnum capessat? Difficultatem augent ea quæ hìc leguntur, Ochoziam scilicet inter cæteros fratres juniorem fuisse: *Omnes enim majores natu, qui ante eum fuerant, interfecerant latrones Arabum.* Hæc conciliare alibi (2) conati sumus. Syrus et codices Arabici legunt viginti duos annos; idemque ferunt editiones nonnullæ Septua-

(1) Vide 2 Par. 21, 20: *Triginta duorum annorum fuit, cùm regnare cœpisset, et octo annis regnavit in Jerusalem.*

(1) 4 Reg. 8, 26: *Viginti duorum annorum erat Ochozias, cùm regnare cœpisset, et uno anno regnavit in Jerusalem.*

(2) Vide Usser. Chronolog. ad. an. 3120, et nos in 4 Reg. 8.

ginta (1) ; aliæ tantummodò viginti annos (2) ; aliæ denique cohærent Hebræo et Vulgatæ, legentibus hìc, *quadraginta duos annos*. Hanc annorum epocham referunt quidam ad Amri, patrem vel avum Athaliæ (3) ; alii ad ipsam Athaliam, quæ tunc ageret ætatis annos duos et quadraginta (4). Sed ego legendum malo, *viginti duorum annorum*, ut est in libris Regum. Solutio est probabilissima, quâ difficultates omnes subducuntur.

Vers. 5. — Perrexit cum Joram... in bellum contra Hazael. Bellum hoc narratur in libris Regum nihilò fusiùs quàm hìc : quare de illo nihil novimus, nisi illud, quòd Joram rex Israelis vulnere correptus fuerit.

Vers. 6. — Ochozias filius Joram. Hebræus : *Azarias filius Joram*. Sed Græci, Syrus, Arabs, Latini codices et lib. 4 Reg. 10, 12, ferunt *Ochozias*. Igitur mendo facilè amanuensium irrepsit *Azarias* ; vel idem Ochozias tribus nominibus nuncupabatur, Joachaz, Ochozias et Azarias.

Vers. 7. — Jehu, quem unxit Dominus, ut deleret domum Achab. Historia hæc fusè narratur in 4 Regum 9.

Vers. 8. — Cum everteret Jehu domum Achab. Hebræus : *Faciendo jus cum domo Achab*. Septuaginta : *Quando ultus est Jehu domum Achab*.

Filios fratrum Ochoziæ, qui ministrabant ei. Legimus supra, v. 1, fratres Ochoziæ à manu Arabum cæsos fuisse. Relictos ex illis liberos, collatis apud se magistratibus, Ochozias sibi addixerat. Venerant autem ut regi suo assisterent, qui facilè diù permansurus erat Jezrahele cum Joramo. Vide 4 Reg. 10, 12.

Vers. 9. — Ipsum quoque perquirens Ochoziam, comprehendit latitantem in Samaria. Legimus in 4 Regum 9, 27, Ochoziam obiisse in Mageddo. Vide dicta ibi. Commentariorum scriptores

(1) Ὧν ἐτῶν ἔικοσι καὶ δύο Ὀχοζίας ἐβασίλευσε. Ita editio Aldina, Bibl. Francofort., Bibl. Reg., Polygl. Antuerp. et Paris.
(2) Editio Romana : Ὧν ἐτῶν ἔικοσι.
(3) Ita Jun., Hebr., Brouth., Harduin.
(4) Vide, si placet, Usser. Chronolog. loco citato.

quidam, Junius, Malvenda, dissidium conciliaturi nomen *Samariæ* accipiunt hìc non de urbe, sed regno ejusdem nominis. Cùm Jehu quæri jussisset Ochoziam, illumque perseverare adhuc in ditione Israelis intelligeret, quippe qui in regnum Juda evadere non potuisset, misit qui illum caperent in Mageddo, ubi detinebatur ex vulnere in ascensu Gaver relato, eumdemque coram se jugulari jussit. Is igitur occubuit non in Mageddo, nec Samariæ, sed facilè Jezrahele. *Mortuus est ibi*, non in hâc urbe Mageddo, sed in hâc expeditione, in hoc prælio, in regno Samariæ.

Sepelierunt eum. Ochoziæ cadaver tradidit ejus cognatis Jehu deferendum Hierosolymam, ne honore avitæ sepulturæ careret, 4 Reg. 9, 28, quam ille honoris significationem memoriæ Josaphati ejus avi concedendam censuit : *Eò quòd esset filius Josaphat*.

Nec erat ultra spes aliqua, ut de stirpe quis regnaret Ochoziæ. Hebræus : *Et non erat de familiâ Ochoziæ aliquis ob sustinendam potentiam regni*. Ochozias liberos ex se reliquerat, sed tenerâ ætate, ut pondus regni et curarum subire possent, cùm præsertim Jehu reliquos principes Juda, omnesque regii sanguinis interfecisset. Vide vers. 8.

Vers. 10. — Surrexit, et interfecit omnem stirpem regiam (1). Excepto juniore Joas, quem è discrimine subductum fuisse hìc legimus, et narratum est 4 Reg. 11, 2. (2)

(1) תקם ותדבר את כל זרע הטמלכה Grotius et alii legendum putant תאבר, *perdidit* pro, תרבר, uti in 4 Reg. 11, 1. Septuaginta et Syrus legunt : תאבד, ἀπόλεσε πᾶν τὸ σπέρμα τῆς βασιλείας.
(2) Vers. 11. — Porro Jozabeth filia regis Joram (non ex Athaliâ, sex ex aliâ uxore) furata est eum (Joas) de medio filiorum regis cum interficerentur, « quem inter cæsorum fra« trum cadavera, ait Josephus, opinione Atha« liæ mortuum nutricis operâ ablatum furtim « domi suæ abdidit, et solo marito (Joiadâ « pontifice) conscio sex annis abscondit in « templo in cubiculo lectulorum, » id est, in unâ exedrâ, sive cubiculo, ubi erat triclinium in quo vescebantur sacerdotes et Levitæ, qui vice suâ illâ hebdomade deserviebant templo. Tales enim exedræ plurimæ erant circa templum, ideòque et ipsæ *templum*, id est, templi appendices vocantur. (Corn. à Lap.)

CAPUT XXIII.

1. Anno autem septimo, confortatus Joiada, assumpsit centuriones, Azariam videlicet filium Jeroham et Ismahel filium Johanan, Azariam quoque filium Obed, et Maasiam filium Adaiæ, et Elisaphat filium Zechri ; et iniit cum eis fœdus.

CHAPITRE XXIII.

1. Or, en la septième année, Joïada, animé d'un nouveau courage, choisit les centeniers, Azarias, fils de Jéroham, Ismahel, fils de Johanan, Azarias, fils d'Obed, Maasias, fils d'Adaïas, et Elisaphat, fils de Zéchri, et fit un traité avec eux.

2. Qui circumeuntes Judam congregaverunt levitas de cunctis urbibus Juda, et principes familiarum Israel, veneruntque in Jerusalem.

3. Iniit ergo omnis multitudo pactum in domo Dei cum rege; dixitque ad eos Joiada : Ecce filius regis regnabit, sicut locutus est Dominus super filios David.

4. Iste est ergo sermo quem facietis:

5. Tertia pars vestrûm, qui veniunt ad sabbatum, sacerdotum, et levitarum, et janitorum, erit in portis, tertia verò pars ad domum regis; et tertia ad portam, quæ appellatur Fundamenti; omne verò reliquum vulgus sit in atriis domûs Domini.

6. Nec quispiam alius ingrediatur domum Domini, nisi sacerdotes, et qui ministrant de levitis; ipsi tantummodò ingrediantur, quia sanctificati sunt: et omne reliquum vulgus observet custodias Domini.

7. Levitæ autem circumdent regem, habentes singuli arma sua (et si quis alius ingressus fuerit templum, interficiatur) : sintque cum rege et intrante et egrediente.

8. Fecerunt ergo levitæ, et universus Juda, juxta omnia quæ præceperat Joiada pontifex; et assumpserunt singuli viros qui sub se erant, et veniebant per ordinem sabbati, cum his qui impleverant sabbatum, et egressuri erant: siquidem Joiada pontifex non dimiserat abire turmas, quæ sibi per singulas hebdomadas succedere consueverant.

9. Deditque Joiada sacerdos centurionibus lanceas, clypeosque et peltas regis David, quas consecraverat in domo Domini.

10. Constituitque omnem populum tenentium pugiones, à parte templi dextrâ, usque ad partem templi sinistram, coram altari et templo, per circuitum regis.

11. Et eduxerunt filium regis, et imposuerunt ei diadema et testimonium, dederuntque in manu ejus tenendam legem, et constituerunt eum regem; unxit quoque illum Joïada pontifex, et filii ejus; imprecatique sunt ei, atque dixerunt: Vivat rex!

2. Et comme ils parcouraient toute la Judée, ils assemblèrent les lévites de toutes les villes de Juda, et les chefs de toutes les familles d'Israël, et ils se rendirent à Jérusalem.

3. Toute cette multitude fit donc un traité dans le temple avec le roi; et Joïada leur dit: Voilà le fils du roi; il régnera, selon ce que le Seigneur a prononcé en faveur de tous les descendants de David.

4. Voici ce que vous devez faire :

5. La troisième partie d'entre vous, prêtres, lévites et portiers, qui venez pour faire votre semaine dans le temple, gardera les portes; l'autre troisième partie se placera vers le palais du roi; et la troisième, à la porte que l'on nomme du Fondement; le reste du peuple se tiendra dans le parvis de la maison du Seigneur.

6. Que qui que ce soit n'entre dans la maison du Seigneur, que les prêtres et les lévites qui sont en fonction; il n'y en entrera que ceux-là, parce qu'ils sont sanctifiés. Le reste du peuple fera garde à la maison du Seigneur.

7. Que les lévites entourent en armes la personne du roi; et si quelque autre entrait dans le temple, qu'on le tue; qu'ils accompagnent toujours le roi, soit qu'il entre, soit qu'il sorte.

8. Les lévites et tout Juda exécutèrent tout ce que le pontife Joïada leur avait ordonné : tous prirent les gens qui étaient sous eux, tant ceux qui venaient à leur rang faire leur semaine, que ceux qui l'avaient faite et qui sortaient de service, parce que le pontife Joïada n'avait point permis aux troupes qui devaient se succéder chaque semaine, de se retirer.

9. Le grand-prêtre Joïada donna à tous les centeniers les lances et les boucliers grands et petits du roi David, qu'il avait consacrés dans la maison du Seigneur.

10. Et il rangea tout le peuple l'épée à la main devant l'autel, depuis le côté droit du temple, jusqu'au côté gauche, tout autour du roi.

11. Ensuite ils amenèrent le fils du roi, et lui mirent la couronne sur la tête. Ils le revêtirent des ornements de sa dignité, et lui mirent dans la main le livre de la loi, et le déclarèrent roi. Le grand-prêtre Joïada, assisté de ses enfants, le sacra; et tous lui souhaitant un heureux règne, se mirent à crier : Vive le roi!

12. Quod cùm audîsset Athalia, vocem scilicet currentium atque laudantium regem, ingressa est ad populum in templum Domini.

13. Cùmque vidisset regem stantem super gradum in introitu, et principes, turmasque circa eum, omnemque populum terræ gaudentem, atque clangentem tubis, et diversi generis organis concinentem, vocemque laudantium, scidit vestimenta sua, et ait : Insidiæ, insidiæ !

14. Egressus autem Joiada pontifex ad centuriones et principes exercitûs, dixit eis : Educite illam extra septa templi, et interficiatur foris gladio. Præcepitque sacerdos ne occideretur in domo Domini.

15. Et imposuerunt cervicibus ejus manus : cùmque intrâsset portam equorum domûs regis, interfecerunt eam ibi.

16. Pepigit autem Joiada fœdus inter se, universumque populum, et regem, ut esset populus Domini.

17. Itaque ingressus est omnis populus domum Baal, et destruxerunt eam : et altaria ac simulacra illius confregerunt : Mathan quoque sacerdotem Baal interfecerunt ante aras.

18. Constituit autem Joiada præpositos in domo Domini sub manibus sacerdotum et levitarum, quos distribuit David in domo Domini : ut offerrent holocausta Domino, sicut scriptum est in lege Moysi, in gaudio et canticis, juxta dispositionem David.

19. Constituit quoque janitores in portis domûs Domini, ut non ingrederetur eam immundus in omni re.

20. Assumpsitque centuriones, et fortissimos viros ac principes populi, et omne vulgus terræ, et fecerunt descendere regem de domo Domini, et introire per medium portæ superioris in domum regis, et collocaverunt eum in solio regali.

21. Lætatusque est omnis populus terræ, et urbs quievit; porrò Athalia interfecta est gladio.

12. Lorsqu'Athalie eut entendu la voix du peuple, qui courait et qui bénissait le roi, elle vint vers ce peuple, dans le temple du Seigneur.

13. Et dès qu'elle eut vu le roi debout sur une estrade, à l'entrée du temple, et les princes et les troupes autour de lui, et tout le peuple, qui, dans la joie, sonnait de la trompette, et jouait de toutes sortes d'instruments, et qu'elle eut entendu les voix de ceux qui chantaient les louanges du roi, elle déchira ses vêtements, et s'écria : Trahison ! trahison !

14. Or le pontife Joïada s'avançant vers les centeniers et les chefs de l'armée, leur dit : Tirez-la hors de l'enceinte du temple; et lorsqu'elle sera dehors, percez-la de vos épées. Mais il leur commanda surtout de ne la pas tuer dans la maison du Seigneur.

15. Ils la saisirent donc par le cou; et lorsqu'elle fut entrée dans la porte des chevaux de la maison du roi, ils la tuèrent en cet endroit.

16. Joïada fit une alliance entre lui, tout le peuple et le roi, afin qu'ils fussent à l'avenir le peuple du Seigneur.

17. C'est pourquoi tout le peuple entra dans le temple de Baal, et le détruisit : il brisa toutes ses images et ses autels, et tua devant l'autel, Mathan, prêtre de Baal.

18. Joïada établit aussi des officiers pour la garde du temple du Seigneur, qui dépendraient des prêtres et des lévites, selon la distribution que David en avait faite, afin qu'ils offrissent des holocaustes au Seigneur, comme il est écrit dans la loi de Moïse, avec joie et avec des cantiques, ainsi que David l'avait ordonné.

19. Il mit encore des portiers aux portes de la maison du Seigneur, afin que nul, souillé de quelque impureté que ce fût, n'y pût entrer.

20. Ensuite il prit les centeniers, et les plus braves et les premiers du peuple, avec tout le reste de la multitude; et ils firent descendre le roi de la maison du Seigneur, le conduisirent dans son palais, le firent passer par la grande porte, et le mirent sur le trône royal.

21. Tout le peuple fut dans la joie, et la ville en paix. Or l'on fit mourir Athalie par l'épée.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Anno septimo (1). Septuaginta: *Anno octavo*, Joiada assumpsit centuriones, Azariam, Ismahelem, Azariam, Maasiam, et Elisaphatum. Utrùm hi centuriones è Levitis essent, an potiùs è præfectis veterum regum Juda, qui, ut priscis regibus studebant, ita invisam haberent Athaliam, ignoratur. De hâc narratione actum est ad 4 Regum 11.

Vers. 2. — Principes familiarum Israel, seu potiùs Juda; capita majorum familiarum, singularum urbium optimates. Israel ponitur sæpè pro tribubus Juda et Benjamini. Horum librorum auctor scribebat exciso jam fractoque regno Israelis, cùm Juda, quique illi hærebant, Israelem universum, totumque Jacobi genus exhiberent; quare nihil erat cur sedulò caveret à phrasi quæ ætate suâ ambiguitatis nihil inferebat.

Venerunt in Jerusalem. Die sabbati, vel fortè aliquâ è tribus maximis anni solemnitatibus.

Vers. 5. — Tertia pars erit in portis. Quibus? Septuaginta: Εἰς τὰς πύλας τῶν εἰσόδων, *Ad portas introituum:* sed hæc verba ambiguitatis nihil minùs quàm Vulgata, præferunt. Commodè in hanc sententiam redditur Hebræus, junctis quæ sequuntur: *Tertia pars vestrûm, sacerdotum, Levitarum, ostiariorum; tertia pars, inquam, custodiet domum regis*, id est, ex nonnullis interpretibus, Grotio, Junio, Piscatore, tertia hæc pars custodiet locum illum templi, ubi junior rex educatus fuerat. Alii verò, è quibus Vatablus, Osiander, malunt, constitutam fuisse in viâ ad regias ædes, vel è regiis ædibus ad templum. Porrò via hæc desinebat ad occidentem templi, ut ex 1 Paralipomenon 26, 16, discimus.

Tertia ad portam, quæ appellatur Fundamenti. Interpretum plerique aiunt, portam hanc patuisse viæ è regiâ ad templum deferenti. Creditur autem nomen *portæ Fundamenti* ex eo derivari, quòd is clivus è regiâ in templum humilior esset templi portâ; quare in ipso templi fundamento porta aperienda fuit, quâ per aliquot gradus ad templi pavimentum deveniretur. Alii explicant de portâ fundamentali, maximâ cæterarum templi, quæ facilè patebat ad orientem. Aliam hujus loci conjecturam dedimus in libris Regum, eamdem scilicet esse ac *portam Sur*, quæ septentrionem respiciebat. Septuaginta vertunt: Ἐν τῇ πύλῃ τῇ μέσῃ, *in portâ mediâ*. Syrus et Arabs: *In portâ coquorum*.

Omne reliquum vulgus sit in atriis domus Domini. Innuit facilè cæteros Levitas, qui tunc à ministerio vacabant. Vulgus Levitarum custodiet portas sibi commissas in atrio Levitarum. Hic locus æquè respondet alteri in 4 Reg. 11, 6: *Custodietis excubias domûs Messa*. Turbatum hìc aliquid ab amanuensi videtur; quod enim hìc legitur, versiculo sequenti repetitur, hoc tamen discrimine, quòd ibi locum suum retinet, hìc verò non respondet iis quæ textus libri Regum præfert.

(1) Confortatus (à Deo) Joiada. Fuit hic pontifex magni animi et virtutis, qui regiam stirpem in regnum restituit, vixitque 130 annos, 2 Paralip. 24, 15. Nonnulli cum Henrico Samerio in Chronolog., putant eum non fuisse summum pontificem, sed principem sacerdotum in tribu Juda, scilicet eorum qui dispersi erant per tribum Juda, ejusque curam gerebant. Ratio eorum est, quòd in Catalogo summorum pontificum, qui exstat 1 Paral. 6, et 1 Esdræ 7, 1, et apud Joseph. 10 Antiq. cap. 11, non nominetur Joiada. Verùm chronicon Hebr. Joiada collocat in numero summorum pontificum. Rursùm Joseph. eum vocat ἀρχιερέα, et Scriptura eum vocat pontificem et *principem sacerdotum*, ac in Hebr. *primum sacerdotem*, et, *caput sacerdotum*, id est, summum pontificem. Accedit ratio quòd ipse regem Joas in regnum restituerit et regem unxerit: hoc autem erat munus summi pontificis. Rursùm, mandata et imperia quæ ipse hìc dat omnibus sacerdotibus, Levitis, totique populo in custodiendo rege et templo, arguunt eum fuisse summum omnium pontificem. Porrò nec Joseph. nec Script. 1 Paralip. 6, et 1 Esdræ 7, 1, omnes recenset pontifices, sed aliquos omittit; nam à rege Josaphat usque ad Josiam, quod fuit spatium 238 annorum, numerant tantùm quatuor pontifices, scilicet Achitob, Meraioth, Sadoc et Sellum, quorum quisque debuisset 59 annos fungi pontificatu, quod est incredibile. Joiada ergo et alii nonnulli omissi sunt, eò quòd non esset ex Eleazaro primo Aaronis filio, cui jure primogenituræ debebatur pontificatus progeniei. Fortè etiam Joiada, uti et multi alii, aliud habuit nomen. Unde nonnulli putant eum qui à Josepho inter pontifices ponitur, vocaturque *Sedeas*, esse Joiadam, et sequentem *Julum* esse Zachariam filium Joiadæ. Zachariam enim patri Joiadæ in pontificatu successisse, censent Abulensis, Torniellus et alii, licet chronicon Hebr. quod sequitur Genebr. et Salian., asserat Joiadæ successisse Pedeiam. Joiada ergo restituit religionem æquè ac regnum Judæ, ideòque à Joas rege post mortem sepultus est in sepulcro regum. Unde chronicon Hebr. hoc Joiadæ dat epitaphium et elogium: *Senuit Joiada plenus dierum, et mortuus est cùm esset* 130 *annorum. Nempe oriente in diebus Salomonis labe* (idololatriâ) *et ruinâ, natus est simul Joiada qui eam corrigeret.* Natus est enim Joiada sub annum regni Salomonis 35, mortuus verò anno 28 Joas regis Juda. Ita Salian. (Corn. à Lap.)

VERS. 6. — IPSI TANTUMMODO INGREDIANTUR, QUIA SANCTIFICATI SUNT (1). Nemo non è Leviticâ stirpe satus in atrium sacerdotum et Levitarum ingrediatur : contineat se populus in atrio suo, ubi agat excubias, ne quis è fautoribus Athaliæ turbaturus ingrediatur. Pedem intrò quidem tulit Athalia; sed sine comite ingredientem nemo veritus est.

VERS. 8. — NON DIMISERAT ABIRE TURMAS, QUÆ SIBI PER SINGULAS HEBDOMADAS SUCCEDERE CONSUEVERANT. Hebræus legit tantummodò : *Joiada non aperuerat divisiones,* vel non remiserat turmas, quæ muneris sui vices per hebdomadam obierant. Pro *egressuri,* legunt plures, *egressi.* (2)

VERS. 11. — IMPOSUERUNT EI DIADEMA ET TESTIMONIUM, DEDERUNTQUE IN MANU EJUS TENENDAM LEGEM, ET CONSTITUERUNT EUM REGEM. Pressior Hebræus : *Dederunt super eum diadema, et testimonium, et constituerunt eum regem.* Nomen testimonii interpretum plerique explicant legis volumen ; alii regia ornamenta; Syrus, *diadema et coronam ;* Arabs fert tantummodò *coronam.* Nec magis sibi constant codices Latini manuscripti; omittunt enim plerique ea verba : *Dederunt ei tenendam legem,* alii illud : *Et testimonium.* Ex iis quos consuluimus, unus præfert : *Imposuerunt ei chlamyda, dederuntque ei in manus ejus tenendam legem, et constituerunt eum regem.* Alter : *Et imposuerunt ei diadema, dederuntque in manu ejus tenendam legem, et constituerunt eum regem.* Auctor novæ editionis S. Hieronymi variantia nulla hìc adscripsit; ex quo licet colligere, vetustiores codices manuscriptos Vulgatæ hìc cohærere. Nomine *testimonii* significari hoc loco putant Hebræi, Tradit. in lib. Paral., phylacteria, seu volumina membranacea, quibus nemo Israelitarum ex legis præcepto carere potest.

VERS. 13. — STANTEM SUPER GRADUM IN INTROITU, seu constitutum in tribunali suo, ad introitum templi. Regum Juda tribunal positum erat in atrio populi, è regione aditûs atrii Sacerdotum. Eductus fuerat rex ex atrio interiori, regio more paludatus, ut in tribunali regum in atrio exteriori collocaretur.

VERS. 14. — EXTRA SEPTA TEMPLI. Hebræus : *Educite illam extra ordines* columnarum, extra porticum : vel, extra ordines custodum, qui sunt in templo.

VERS. 16. — INTER SE ET REGEM (1). Ponti-

(1) RELIQUUM VULGUS (tum Levitarum, tum populi fidelis) OBSERVET CUSTODIAS DOMINI, id est, fungatur officio suo in atrio domûs Domini, sive templi; scilicet ut si quis tumultus oriatur ex militibus quos Athalia submiserit ad occidendum Joas, ipsi eos sistant, impediant et repellant. Idcircò enim jusserat vers. 5, dicens : *Reliquum vulgus sit in atriis domûs Domini,* puta in atrio quod erat quasi templum laicorum, ac in varia minora atria erat divisum. Voluit enim Joiada novellum regem puerum, non tantùm Levitarum, sed et populi fidelis præsidio communiri, ne quæ ei vis aut fraus fieret ab Athaliâ aviâ impiâ.

(Corn. à Lap.)

(2) VERS. 10. — CORAM ALTARI, scilicet holocaustorum æneo, quod erat in atrio Sacerdotum ante frontem templi. Populus tamen hìc cum armis non intrabat hoc atrium : sed ante illud stabat in alio communi atrio Israelitarum.

(Tirinus.)

(1) *Joïada fit en même temps une alliance entre lui, tout le peuple et le roi, afin qu'ils fussent à l'avenir le peuple du Seigneur.* Ce que l'Ecriture marque en ce lieu du pontife Joïada, qu'il *fit une alliance entre lui, tout le peuple et le roi,* regardait principalement le culte de Dieu et la vraie Religion, qu'il avait dessein de rétablir dans sa pureté, en mettant Joas sur le trône de David. Car la princesse Athalie faisant une profession publique d'impiété, et se déclarant ouvertement contre le Dieu d'Israël, ce grand pontife voulait faire rendre au vrai Dieu le culte qui lui était dû, en faisant rendre au successeur légitime de la couronne le rang que cette princesse avait voulu lui ôter, pour dominer seule dans le royaume de Juda.

C'est pourquoi, aussitôt après que le texte sacré a parlé de cette alliance, il est dit que *c'était afin qu'ils fussent à l'avenir le peuple du Seigneur,* c'est-à-dire, que leur cœur ne demeurât plus partagé entre le Seigneur et l'idole de Baal; mais que, *détruisant,* comme ils firent, *le temple de ce faux dieu, et brisant ses images et ses autels,* ils ne reconnussent à l'avenir pour leur Dieu que le Dieu et le Seigneur de leurs pères. Joïada tenait donc alors, en qualité de grand pontife, comme la place de Dieu même, lorsqu'il est dit qu'il fit une alliance *entre lui, tout le peuple et le roi,* c'est-à-dire que le roi et tout le peuple s'engagèrent à le reconnaître pour le pontife du vrai Dieu, et à rejeter en même temps tous les prêtres des fausses divinités, ce qu'ils firent en effet, en faisant mourir, aussitôt après ce renouvellement d'alliance, Mathan, prêtre de Baal, qu'ils égorgèrent devant l'autel de ce faux dieu.

Mais cette alliance que Joïada fit renouveler au roi et à tout le peuple, afin qu'ils fussent à l'avenir le peuple de Dieu consacré entièrement à son service, fut suivie d'une autre alliance particulière entre le roi et le peuple. C'est pourquoi l'histoire sacrée des Rois, après avoir rapporté cette première alliance qui regardait le Seigneur, parle aussitôt de la seconde, en ajoutant : *Et entre le roi et le peuple,* c'est-à-dire, selon l'explication d'Estius, que ce prince s'engagea, en la présence de Dieu, de gouverner son peuple justement et selon les règles de sa loi divine ; et que le peuple s'engagea aussi de son côté à lui obéir comme à son roi légitime, et à lui être fidèle jusqu'à la mort.

Que si l'Ecriture n'a point parlé en ce lieu de cette seconde alliance, qui regardait le roi de

fex in eo fœdere Domini vicibus fungebatur.

Vers. 20. — Fecerunt descendere regem de

Juda, c'est qu'elle en avait parlé au commencement de ce chapitre. Et d'ailleurs on peut bien dire que la seconde se trouve nécessairement renfermée dans la première, parce qu'on ne peut passer pour fidèle serviteur de Dieu, sans garder aussi la fidélité qu'on doit à son prince, selon que l'a déclaré saint Paul, lorsqu'il a dit à tous les fidèles que *la puissance* des rois *vient de Dieu;* que *c'est lui qui a ordonné celles qui sont* sur la terre, et *qu'ainsi quiconque résiste aux puissances, résiste à l'ordre de Dieu, et s'attire la condamnation sur soi-même.* (Sacy.)

domo Domini, et introire per medium portæ superioris (1) in domum regis. Portam hanc superiorem retrò post templum patuisse credimus, ut ipsa esset porta occidentalis et custodum.

(1) Hæc erat porta templi, quæ ducebat ad regis palatium. Dicitur *superior,* quia altior erat regiâ, ex quâ in inferiori loco constitutâ per hanc portam in templum ascendebatur, ut patet 4 Reg. 11, v. 6 et 19. Eadem porta, vers. 5, vocatur *Fundamenti,* quia in ipsis fundamentis templi, id est, in Mello erecta; ita Villalp. p. 219. Hæc præ cæteris jussa fuit custodiri, quia per hanc Athalia ex regiâ ventura erat in templum cum suo milite et satellite. (Corn. à Lap.)

CAPUT XXIV.

1. Septem annorum erat Joas cùm regnare cœpisset, et quadraginta annis regnavit in Jerusalem : nomen matris ejus Sebia de Bersabee.

2. Fecitque quod bonum est coram Domino cunctis diebus Joiadæ sacerdotis.

3. Accepit autem ei Joiada uxores duas, è quibus genuit filios et filias ;

4. Post quæ, placuit Joas ut instauraret domum Domini.

5. Congregavitque sacerdotes, et levitas, et dixit eis : Egredimini ad civitates Juda, et colligite de universo Israel pecuniam ad sarta tecta templi Dei vestri, per singulos annos, festinatòque hoc facite. Porrò levitæ egêre negligentiùs.

6. Vocavitque rex Joiadam principem, et dixit ei : Quare tibi non fuit curæ, ut cogeres levitas inferre de Judâ et de Jerusalem pecuniam, quæ constituta est à Moyse servo Domini, ut inferret eam omnis multitudo Israel in tabernaculum testimonii?

7. Athalia enim impiissima, et filii ejus destruxerunt domum Dei, et de universis quæ sanctificata fuerant in templo Domini, ornaverunt fanum Baalim.

8. Præcepit ergo rex, et fecerunt arcam; posueruntque eam juxta portam domûs Domini forinsecùs.

9. Et prædicatum est in Judâ et Jerusalem, ut deferrent singuli pretium Domino, quod constituit Moyses servus Dei super omnem Israel in deserto.

10. Lætatique sunt cuncti principes et omnis populus; et ingressi contulerunt

CHAPITRE XXIV.

1. Joas avait sept ans quand il commença de régner; et il régna quarante ans à Jérusalem. Sa mère s'appelait Sébie, et elle était de Bersabée.

2. Et il fit ce qui était bon en la présence du Seigneur, tant que vécut le pontife Joaïda.

3. Joïada lui fit épouser deux femmes, dont il eut des fils et des filles.

4. Après cela, Joas conçut le dessein de réparer la maison de Dieu.

5. Et il assembla les prêtres et les lévites, et il leur dit : Allez par toutes les villes de Juda, et ramassez de tout Israël de l'argent tous les ans pour les réparations du temple de votre Dieu; et faites cela avec diligence. Mais les lévites exécutèrent cet ordre trop négligemment.

6. Le roi fit donc appeler le pontife Joïada, et il lui dit : Pourquoi n'avez-vous point eu soin d'obliger les lévites d'apporter l'argent qui se lève sur Juda et sur Jérusalem, selon l'ordonnance que fit Moïse, serviteur de Dieu, lorsqu'il engagea tout Israël à la construction du tabernacle de l'alliance?

7. Car la très-impie Athalie et ses enfants avaient ruiné la maison de Dieu, et orné le temple des Baalim de tout ce qui avait été consacré au temple du Seigneur.

8. Le roi leur demanda donc de faire un coffre *pour recevoir les offrandes.* Et ils le mirent auprès de la porte de la maison du Seigneur en dehors.

9. Puis on publia en Juda et à Jérusalem, que chacun vînt apporter au Seigneur l'argent que Moïse son serviteur avait imposé sur tout Israël dans le désert.

10. Tous les officiers et le peuple eurent une grande joie; ils entrèrent, et mirent l'argent

in arcam Domini, atque miserunt ita ut impleretur.

11. Cùmque tempus esset ut deferrent arcam coram rege per manus levitarum (videbant enim multam pecuniam), ingrediebatur scriba regis, et quem primus sacerdos constituerat; effundebantque pecuniam quæ erat in arcâ; porrò arcam reportabant ad locum suum; sicque faciebant per singulos dies, et congregata est infinita pecunia,

12. Quam dederunt rex et Joiada his qui præerant operibus domûs Domini: at illi conducebant ex eâ cæsores lapidum, et artifices operum singulorum, ut instaurarent domum Domini: fabros quoque ferri et æris, ut quod cadere cœperat, fulciretur.

13. Egeruntque hi qui operabantur industriè, et obducebatur parietum cicatrix per manus eorum, ac suscitaverunt domum Domini in statum pristinum, et firmiter eam stare fecerunt.

14. Cùmque complèssent omnia opera, detulerunt coram rege et Joiadâ reliquam partem pecuniæ; de quâ facta sunt vasa templi in ministerium, et ad holocausta, phialæ quoque, et cætera vasa aurea et argentea; et offerebantur holocausta in domo Domini jugiter cunctis diebus Joiadæ.

15. Senuit autem Joiada plenus dierum, et mortuus est cùm esset centum triginta annorum.

16. Sepelieruntque eum in civitate David cum regibus, eò quòd fecisset bonum cum Israel, et cum domo ejus.

17. Postquàm autem obiit Joiada, ingressi sunt principes Juda, et adoraverunt regem, qui delinitus obsequiis eorum, acquievit eis.

18. Et dereliquerunt templum Domini, Dei patrum suorum, servieruntque lucis et sculptilibus; et facta est ira contra Judam et Jerusalem propter hoc peccatum.

19. Mittebatque ei prophetas, ut reverterentur ad Dominum, quos protestantes illi audire nolebant.

20. Spiritus itaque Dei induit Zacha-

dans le coffre du Seigneur, et ils y en jetèrent tant qu'il en fut rempli.

11. Lorsqu'il était temps de faire porter ce coffre devant le roi par les mains des lévites (parce qu'ils voyaient qu'il y avait beaucoup d'argent), le secrétaire du roi venait avec celui que le grand-prêtre avait choisi, et ils vidaient tout l'argent de ce coffre, puis ils reportaient le coffre à sa place; ce qu'ils faisaient tous les jours. Et ils amassèrent une somme immense,

12. Que le roi et Joïada mirent *par compte* entre les mains des officiers qui conduisaient des ouvrages de la maison du Seigneur; ces officiers l'employaient à payer les tailleurs de pierres, et tous les autres ouvriers qu'ils faisaient travailler aux réparations de la maison du Seigneur; ils en payaient aussi les artisans qui travaillaient en fer et en cuivre, afin qu'ils rétablissent ce qui menaçait ruine.

13. Ces ouvriers travaillèrent avec industrie, et réparèrent toutes les ouvertures des murs; ils rétablirent la maison du Seigneur dans son premier état et l'affermirent sur ses fondements.

14. Après avoir fait faire entièrement tous ces ouvrages, ils portèrent au roi et au pontife Joïada l'argent qui restait; et l'on en fit les vases nécessaires pour le ministère du temple et pour les holocaustes, des tasses et tous les autres vaisseaux d'or et d'argent; et l'on offrait continuellement des holocaustes dans le temple du Seigneur durant toute la vie de Joïada.

15. Or Joïada vieillit jusqu'à être plein de jours, et il mourut âgé de cent trente ans.

16. On l'ensevelit avec les rois dans la ville de David, parce qu'il avait fait beaucoup de bien à Israël et à sa maison.

17. Après que Joïada fut mort, les princes de Juda entrèrent chez le roi, et l'adorèrent; alors, gagné par leurs soumissions, il se rendit fort complaisant à leur égard.

18. Et ils abandonnèrent le temple du Seigneur, Dieu de leurs pères, et s'attachèrent au culte des idoles et des bois consacrés, et ce péché attira la colère du Seigneur sur Juda et sur Jérusalem.

19. Il leur envoyait des prophètes pour les ramener au Seigneur; mais ils ne voulaient point écouter les protestations qu'ils leur firent.

20. L'Esprit de Dieu remplit donc le grand-

riam filium Joiadæ sacerdotem, et stetit in conspectu populi, et dixit eis : Hæc dicit Dominus Deus : Quare transgredimini præceptum Domini, quod vobis non proderit, et dereliquistis Dominum, ut derelinqueret vos?

21. Qui congregati adversùs eum, miserunt lapides, juxta regis imperium, in atrio domûs Domini.

22. Et non est recordatus Joas rex misericordiæ, quam fecerat Joiada pater illius secum, sed interfecit filium ejus. Qui cùm moreretur, ait: Videat Dominus, et requirat.

23. Cùmque evolutus esset annus, ascendit contra eum exercitus Syriæ : venitque in Judam et Jerusalem, et interfecit cunctos principes populi, atque universam prædam miserunt regi in Damascum.

24. Et certè cùm permodicus venisset numerus Syrorum, tradidit Dominus in manibus eorum infinitam multitudinem, eò quòd dereliquissent Dominum Deum patrum suorum; in Joas quoque ignominiosa exercuêre judicia.

25. Et abeuntes dimiserunt eum in languoribus magnis; surrexerunt autem contra eum servi sui, in ultionem sanguinis filii Joiadæ sacerdotis, et occiderunt eum in lectulo suo, et mortuus est; sepelieruntque eum in civitate David, sed non in sepulcris regum.

26. Insidiati verò sunt ei Zabad filius Semmaath Ammonitidis, et Josabad filius Semarith Moabitidis.

27. Porrò filii ejus, ac summa pecuniæ quæ adunata fuerat sub eo, et instauratio domûs Dei, scripta sunt diligentiùs in libro Regum; regnavit autem Amasias filius ejus pro eo.

prêtre Zacharie, fils de Joïada, et il vint se présenter devant le peuple, et leur dit : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Pourquoi violez-vous les préceptes du Seigneur? cela ne vous sera pas avantageux; et pourquoi avez-vous abandonné le Seigneur, pour le porter aussi à vous abandonner?

21. Mais, s'unissant ensemble contre lui, ils le lapidèrent dans le vestibule du temple du Seigneur, selon l'ordre qu'ils en avaient reçu du roi.

22. Ainsi Joas ne se souvint point de la miséricorde que Joïada, père de Zacharie, avait exercée envers lui; mais il fit mourir son fils, qui, sur le point d'expirer, dit : Que Dieu voie cela, et qu'il le venge.

23. *Et en effet* quand l'année fut finie, l'armée de Syrie vint contre Joas; elle entra dans Juda et dans Jérusalem, et fit mourir tous les princes du peuple; et elle envoya au roi de Damas tout le butin qu'elle fit.

24. Et il est remarquable que ces Syriens étaient venus en fort petit nombre, et que Dieu leur livra entre les mains une multitude infinie, parce qu'ils avaient abandonné le Seigneur Dieu de leurs pères; et ils traitèrent Joas même avec la dernière ignominie.

25. Ils se retirèrent ensuite, et le laissèrent dans d'extrêmes langueurs; ses serviteurs même s'élevèrent contre lui, pour venger le sang du fils de Joïada, souverain pontife, et ils le frappèrent dans son lit, et il mourut. Il fut enterré dans la ville de David, mais non dans le tombeau des rois.

26. Ceux qui avaient conspiré contre lui, étaient Zabad, fils de Semmaath, femme ammonite, et Josabad, fils de Sémarith, femme moabite.

27. Ce qui regarde ses enfants, la grande somme d'argent qu'on avait amassée sous lui, et le rétablissement de la maison de Dieu, est écrit avec plus de soin dans le livre des Rois; et Amasias, son fils, régna en sa place.

COMMENTARIUM.

VERS. 3. — ACCEPIT EI JOIADA UXORES DUAS. Judæi ita reddunt Hebræum : *Accepit sibi Joiada duas uxores;* cui interpretationi Septuaginta et Arabs favent; at Syrus cum interpretibus plerisque Vulgatam sequitur. Affectâ nimiùm erat ætate Joiada, ut de connubio cogitaret.

VERS. 5. — COLLIGITE DE UNIVERSO ISRAEL PECUNIAM AD SARTA TECTA TEMPLI... PER SINGULOS ANNOS. Regionem universam peragrate, indicentes populo, ut reddat annuum, solvendum Domino, tributum ad sarta tecta templi, scilicet hemisicli capitationem, quam Moyses singulis Israelitis imperavit hactenùs sub regibus superioribus neglectam.

VERS. 6. — VOCAVIT REX JOIADAM PRINCIPEM. Hebr. ad litteram : *Vocavit rex Joiadam caput,*

supplè, *sacerdotum.* Vide v. 11 : *Primum sacerdotem;* Hebræus : *Sacerdotem caput.*

Vers. 7. — Athalia et filii ejus destruxerunt domum Dei. Athalia plures genuit liberos; sed, omnibus Arabum manu cæsis, unus superfuit Ochozias. Unicus fuit igitur Ochozias maternæ impietatis æmulator, quem Scriptura innuit hìc plurali nomine *filiorum Athaliæ.* Pluralis numerus pro singulari ponitur, *filii ejus,* pro, *filius ejus;* quemadmodùm inferiùs, vers. 25, in Hebræo legimus *filios Joiadæ* pro unico Zachariâ, summi hujus sacerdotis filio. Porrò Athalia et Ochozias domum Dei everterant, neglectis iis quæ instaurari oportuit, omnibusque sacris divitiis ad templum Baalis translatis. Auctor Traditionum Hebraicarum in Paralipomena scribit, *filios Athaliæ,* de quibus hìc, ipsos esse numinum sacerdotes, quos regina loco filiorum apud se alebat detinebatque.

Vers. 10. — Contulerunt in arcam Domini.... ita ut impleretur. Hebræus : *Projecerunt quoadusque factum fuit;* quousque scilicet omnes pecuniam debitam solverunt. Ita Pagninus, Vatablus. Verùm Septuaginta, Syrus, ac interpretum plerique Vulgatam sequuntur : *Immiserunt ita ut arca impleretur.*

Vers. 14. — De qua facta sunt vasa templi. Instauratis iis quæ reparari opus erat, reliquum pecuniæ in sacra vasa impensum est; cautum enim erat, ne in alios usus ea pecunia verteretur, nisi supremâ manu restaurationi templi impositâ.

Vasa ad holocausta. Recentiores interpretes (1) vertunt Hebræum העלית *mortaria,* pistilla, vel pateras, vel lances.

Vers. 16. — Eo quod fecisset bonum cum Israel, seu potiùs cum Judâ. Non enim satis accuratè distinguit auctor Paralipomenon Israelem ab Judâ, uti supra, 23, 2, animadversum est.

Vers. 17. — Adoraverunt regem, qui delinitus obsequiis eorum, acquievit eis (2). Brevior Hebr. : *Principes Juda incurvaverunt se regi; tunc audivit eos rex.* Auctores Judæi tradunt eos principes delinîsse Joas, dignum honoribus

(1) Pagn., Mont., Cast., Belg. Vide Proverb. 27, 22, ubi העלי pro mortario, vel pistillo usurpatur.

(2) *Après la mort de Joïada, les princes de Juda vinrent trouver le roi, et lui rendirent de profonds respects. Ce prince, gagné par ces témoignages* extraordinaires *de respect, consentit à ce qu'ils voulurent,* etc. Une ancienne tradition des Hébreux porte que ces chefs et ces princes du royaume de Juda flattèrent Joas jusqu'à cet excès que de lui dire qu'il était digne des honneurs divins, comme ayant été nourri dans le temple du Seigneur : et que ce prince ne rejeta point ces basses et ces funestes flatteries, mais qu'il les reçut avec complaisance, comme Hérode Agrippa en reçut depuis de semblables, sans rendre à Dieu la gloire qui lui était due, et mérita d'en être puni d'une manière si terrible.

Mais sans nous trop arrêter à cette tradition, l'Ecriture nous donne lieu de juger, par ce qu'elle dit dans la suite, que les grandes flatteries dont usèrent les principaux de Juda à son égard, tendaient principalement à l'engager dans l'idolâtrie, pour laquelle, comme on l'a dit plusieurs fois, le peuple Juif a toujours eu un penchant extraordinaire. Aussi elles produisirent tout l'effet qu'ils souhaitaient : c'est-à-dire que ce prince leur donna la liberté *d'abandonner le temple du Dieu de leurs pères,* et d'embrasser les superstitions du paganisme, en préférant à la maison du Seigneur *les bois profanes et les idoles* des fausses divinités. Qu'il est donc vrai que les louanges sont étrangement pernicieuses à tous les hommes, depuis que l'affectation d'une fausse ressemblance avec Dieu a précipité nos premiers pères de l'état heureux de l'innocence, dans le plus grand de tous les malheurs ! Qui d'entre les justes ne sera saisi de frayeur, en considérant que le roi Joas avait travaillé auparavant avec tant de zèle à réparer les ruines du temple, et à faire rendre au culte de Dieu son ancien éclat, et qu'aujourd'hui la fumée d'un vain encens que lui donnent de misérables flatteurs est capable de l'enivrer tout d'un coup, et de lui faire perdre de vue ce que la raison et la piété lui avaient fait voir jusqu'alors qu'il devait à Dieu ?

L'exemple terrible de la chute de ce prince nous doit bien convaincre que ni les grands, ni les petits, ne connaissent point assez combien il est important pour leur salut d'avoir un guide fidèle qui les éclaire et qui les conduse jusqu'à la fin dans un chemin tout environné de précipices, où un seul pas est capable de les perdre sans ressource. Tant que le pontife Joïada véeut, dit le texte sacré, *Joas fit toujours ce qui était bon en la présence du Seigneur.* C'était là le fidèle conseiller que Dieu lui avait donné pour le soutenir dans la piété. Mais peut-être que ce prince ne reconnut pas, comme il le devait, cette grâce dont il lui était si redevable. Peut-être qu'il s'attribua à lui-même une lumière qui ne venait pas de lui. Et Dieu, pour punir son ingratitude et son orgueil, permet que cette lumière lui étant ôtée par la mort du saint pontife qui lui servait de ministre pour l'éclairer, il demeure tout d'un coup abandonné aux ténèbres de son propre esprit, et qu'il éprouve par une funeste expérience de quoi est capable la fausse sagesse de celui que la justice du Seigneur livre à lui-même et à la réprobation de son sens. Car nous pouvons dire certainement, en nous appuyant sur l'autorité du Saint-Esprit même, que ce prince ne déchut point de sa première piété, et ne se brisa point devant Dieu, sans s'être élevé auparavant par l'orgueil : *Contritionem præcedit superbia : et ante ruinam exaltatur spiritus.* (Sacy.)

bus divinis principem vociferantes, quippe in templo educatum, beneficio nemini hominum concesso; eum verò regem, his assentationibus facili aure exceptis, à Deo iis pœnis affectum, quas statim legimus. Commenta malis avibus concepta, infelicioribus edita. Si principes Juda pellicere volebant regem, ut sibi cultum idolorum permitteret, quis credat illum priùs monuisse aliquid sibi divinum inesse? Qui principes eò stultitiæ devenerunt, ut honores sibi divinos decernerent, sollicitè cavebant, ne alterum numen coleretur.

VERS. 18. — SERVIERUNT LUCIS ET SCULPTILIBUS. Hebræus : *Serviebant lucis et doloribus.* Septuaginta : *Serviebant Astartibus et idolis.*

VERS. 19. — QUOS PROTESTANTES ILLI AUDIRE NOLEBANT. Hebræus : Prophetæ *testabantur adversùm eos*, cœlum terramque testes invocabant, sed populus aure percipere recusabat. Quinam prophetæ hi fuerint, ignoramus : compertum tamen est, circa ea tempora floruisse, ac prophetiam exercuisse Eliseum, Michæam, Jehu filium Hanani suprà, 20, 34, Jahazielem filium Zachariæ ibid., vers. 14, Eliezerum filium Dodau, ibid., v. 27 : pertinere enim hæc videntur non modò ad regnum Joas, sed et ad præcedentes reges, præsertim post Josaphatum.

VERS. 20. — SPIRITUS DEI INDUIT ZACHARIAM FILIUM JOIADÆ (1). Utrùm hic Zacharias filius Joiadæ idem sit cum illo quem Christus in Evangelio testatur inter templum et altare occisum fuisse, in utramque patrem ambigitur. Asseruisse videtur sanctus Hieronymus in Matth. 23 : quamvis enim pater Zachariæ summi sacerdotis Joiada fuerit, alterius verò, de quo in Evangelio (1), Barachias appelletur; id tamen discriminis S. Hieronymum à sententiâ non removit, ratum, Joiadæ summo sacerdoti datum idcircò fuisse nomen *Barachiæ*, quod est *Benedictus Domini*, in Evangelio, ut significaretur viri sanctitas, et gratia quâ cumulatus fuerat à Deo. Addit, in exemplari sancti Matthæi, quò utebantur Nazaræi, legi *Joiadam* pro *Barachiâ* : quo difficultas omnis aufertur. In hanc sententiam concesserunt ex interpretibus planè multi (2); quam etiam suffragio suo confirmans Grotius, in Commentaria in sanctum Matthæum, pluribus exemplis demonstrat, Hebræos mutare consuevisse nomina propria, tunc præsertim cùm litteras aliquas nominis *Jehovah* continerent. Quin et

(1) *L'Esprit de Dieu remplit donc Zacharie, fils de Joïada, qui était alors pontife, et il se présenta devant tout le peuple, et il leur dit : Voici ce que dit le Seigneur votre Dieu : Pourquoi violez-vous le précepte du Seigneur,* etc. Tel avait été le père, tel fut le fils. Joïada, rempli de zèle pour la gloire du Seigneur, n'avait pas craint de hasarder tout, et de s'exposer à la fureur d'Athalie, pour remettre sur le trône celui qui devait rétablir la liberté de la vraie Religion dans Juda. Et le même esprit qui avait animé ce père si pieux, anime présentement Zacharie, son fils, et le remplit d'un saint courage, pour reprocher à tout un peuple, devenu prévaricateur de la loi de Dieu, l'énormité de son crime, et lui déclarer que *le Seigneur l'abandonnerait, comme il avait abandonné le Seigneur.*

Que si Joïada, ayant évité la cruauté d'Athalie, la fit punir elle-même, et si, au contraire, Zacharie, son fils, fut exposé à la fureur des impies, qui l'assommèrent pour leur avoir dit la vérité, c'est que Dieu fait connaître, quand il lui plaît, et qu'il n'est pas au pouvoir des plus méchants de nuire à ceux qu'il a résolu de protéger pour l'avantage de son peuple, ainsi qu'il parut en la personne de Joïada; et que lors même qu'il leur permet d'exercer leur cruauté contre les justes, comme ils le firent à l'égard de Zacharie, c'est d'une part une gloire à ces hommes justes, de soutenir sa vérité aux dépens de leur vie même, et c'est d'autre part la plus grande marque et le plus terrible effet de sa divine colère contre ces mêmes impies : car ce pouvoir qu'il leur donne d'exécuter leur mauvaise volonté contre ses saints, les précipite bientôt eux-mêmes dans un abîme de malheurs. C'est ce qu'on voit dans la suite par les effroyables traitements que les Syriens firent souffrir aux habitants de Juda et même au roi Joas, puisqu'ils exercèrent sur ce prince les dernières indignités, en punition, dit un ancien, de son horrible ingratitude envers Joïada, dont il fit mourir si inhumainement le fils, après qu'il avait lui-même reçu et la vie et la couronne du père.

Saint Jérôme croit que ce saint pontife, qui était fils de Joïada, est le même dont parle le Fils de Dieu dans l'Evangile, lorsque, reprochant aux Juifs leur cruauté envers les prophètes, il ajoute : *Afin que tout le sang des justes, qui a été répandu sur la terre, retombe sur vous, depuis le sang d'Abel le juste, jusqu'au sang de Zacharie, fils de Barachie, que vous avez tué entre le temple et l'autel.* Et le même saint témoigne que le nom de Barachie pouvait être un second nom de Joïada, ce qui est fort ordinaire dans les Ecritures. Il assure aussi que dans l'Evangile Hébreu, Zacharie était nommé fils de Joïada. Nous nous contentons de rapporter le sentiment de saint Jérôme sur ce sujet, qui n'est pas sans difficulté, et que nous laissons à éclaircir aux savants. (Sacy.)

(1) Matth. 23, 35 : *A sanguine Abel justi usque ad sanguinem Zachariæ, filii Barachiæ, quem occidistis inter templum et altare.*

(2) Ita Salian, Menoch., Cleric., alii hìc, et plures ad Matth. 23, 35, ut Jansen., Maldonat., Salmeron, Tost., Lyr., et ex antiquioribus Beda, D. Thom. Albert., etc.

in rem præsentem animadvertit de hoc Zachariâ, Paraphrastem Chaldæum in Threnis Jeremiæ patrem illi tribuere *Iiddo;* imò in primo Paralipomenon 6, 9, est *Johanan*, qui hìc Joiada appellatur. Azarias hìc legitur apud Septuaginta pro Zachariâ.

Nequidquam tamen rationibus hisce et testimoniis repugnantibus, fatendum est, rem esse planè incertissimam, utrùm Zacharias lapidibus jussu Joas confectus idem sit vir, de quo Jesus Christus, uti nos in S. Matthæum demonstrabimus. Porrò ex duabus, quas exhibet Jesus Christus, quibus Zacharias hìc distinguatur, notis, nulla hìc occurrit, quin et contraria omnia videntur. Zacharias hìc noster summo sacerdotio potiebatur, ex Joiadâ parente natus, necique traditus *in atrio domûs Domini,* et fortè in atrio populi, quà processerat populum allocuturus, atque exprobraturus idololatriam (1): Zacharias verò, de quo in Evangelio, nunquàm pontifex fuisse dicitur: patrem habuit Barachiam, ac neci traditus est *inter templum*, seu vestibulum, et *altare* holocaustorum, id est, ad occidentem altaris holocaustorum. (2)

(1) Vers. 20: *Stetit in conspectu populi.* Hebr. ויעמד מעל לעם, *Stetit supra populum:* illum è sublimi loco allocutus est: egressus ab atrio Sacerdotum, vel etiam stans in gradibus vestibuli ejus atrii, ex quo in atrium Israelis descensus erat.

(2) Vers. 22. — Qui (Zacharias) cum moreretur, ait: Videat Dominus et requirat. *Videat,* scilicet meam innocentiam et probitatem, quâ ex officio meo (erat enim pontifex) regem idola colentem reprehendo. *Videat* pariter regis impietatem et ingratitudinem, quâ me filium Joiadæ pontificis, et avunculi sui, cui vitam et regnum debet, ingratè, injustè et impiè interficit. *Et requirat*, ut meam necem tantaque scelera justo judicio puniat et ulciscatur. Dixit hoc Zacharias ex zelo justitiæ, qui fuit spiritus Eliæ et veteris Testamenti. At in novo Christus et Apostoli à Judæis occisi non vindictam, sed veniam à Deo occisoribus precabantur. Unde Christus in cruce: *Pater,* inquit, *ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt,* Matth. 27, et S. Stephanus, cùm lapidaretur, ut hìc Zacharias: *Domine*, inquit, *ne statuas illis hoc peccatum,* Actor. 7.

Exaudivit Deus orationem Zachariæ; unde Joas et Judæos multipliciter punivit: nam primò, ut sequitur, anno proximè sequenti Hazael rex Syriæ cum paucis copiis immensam Judæorum multitudinem cecidit, ac thesauros templi æquè ac palatii regii in Syriam abripuit. Secundò, in Joas regem ignominiosa exercuit judicia, ut dicitur v. 24, exprobrans illi suam ingratitudinem et perfidiam, ac probris variisque ignominiis, atque ut videtur, plagis eum afficiens, qualibus Sedeciam perfidum affecit Nabuchodonosor, 4 Reg. 25. Tertiò, ex hisce probris et plagis, ac ex novâ Dei castigatione Joas incidit in morbum gravem, qui ei dolores et languores magnos creavit, vers. 25. Quartò. servi ejus contra eum conjurârunt, eumque decumbentem in lecto mactârunt *in domo Mello,* quæ vicina erat palatio. Addit Joseph. hos conjuratos fuisse amicos Zachariæ, unde vers. 25 hìc dicuntur eum occidisse *in ultionem sanguinis Zachariæ, filii Joiadæ.* Denique S. Hier., S. Thom., Abulens., Jansen., Maldon. Barradius et alii censent, hunc esse Zachariam, cujus necem Judæis exprobrat Christus, eisque excidium minatur dicens: *Ut veniat super vos omnis sanguis,* etc., *à sanguine Abel justi usque ad sanguinem Zachariæ filii Barachiæ, quem occidistis inter templum et altare,* Matth. 23, vide ibi dicta. Denique ob templum cæde et sanguine hujus Zachariæ pollutum, deinceps defecisse in templo oracula et responsa divina, tradit S. Epiph. in vitâ Zachariæ, et ex eo Genebr. in Chronol.

(Corn. à Lap.)

Vers. 23. — Ascendit contra eum exercitus Syriæ (1). Legimus in quarto Regum 12, 17, Hazaelem regem Syriæ copias duxisse in Hie-

(1) 4 Reg. 12, v. 17, dicitur: *Ascendit Hazael rex Syriæ*, utique flagellum Dei ad punienda scelera regis Joas et populi Judaici. Nam à morte Joiadæ pontificis, qui quamdiù vixit regem in officio continebat, perditis consiliariorum suorum suasionibus in transversum actus rex Joas, primò ad idola deflexit, coluitque quæ ante destruxerat; secundò Zachariam filium Joiadæ avunculi sui, cui post Deum, cui debebat et regnum et vitam, cùm ob tam fœdum idololatriæ scelus tam regem quàm principes (uti summum decebat pontificem) acriter reprehenderet, in ipso sacerdotali atrio templi jussit lapidibus obrui; sed, en mox divinam vindictam: vix annus ab occiso Zachariâ pontifice lapsus erat, cùm adest Hazael Syriæ rex, qui exiguis copiis infinitam penè Judæorum multitudinem concidit et prosternit, omninòque thesauros tum templi, tum regii palatii in Syriam abripit, et in *Joas ignominiosa exercet judicia*, ut post in Sedeciam Nabuchodonosor 4 Regum 25, nempe acriter et probrosè increpando de ingratitudine, de perfidiâ, de animi vilitate. Neque ibi stat malum: rex acerbissimo mox corporis dolore cruciatur, lecto affigitur, in regem insurgunt et conjurant servi, decumbentem in lecto trucidant *in domo Mello:* vicina hæc erat palatio, constructa à Salomone pro filiâ Pharaonis, et jam fortè regio palatio adjuncta. Vide. 3 Regum 9, vers. 24, et cap. 11, vers. 27. Josephus hos conjuratos dicit amicos fuisse Zachariæ, quod probabile facit illud hìc v. 25, quo qui in regem *insurrexerunt*, dicuntur insurrexisse in *ultionem sanguinis Zachariæ filii Joiadæ;* sanctus Hieronymus putat hunc Zachariam illum esse, de quo Christus Matthæi 23, dicit, occisum fuisse à Judæis *inter templum et altare.* S. Hieronymum sequuntur D. Thom., Albertus, Major, Abulensis, Gagnæus, Jansenius, Salmeron, Maldonatus, Barradius et quidam alii. Sed non minùs probabile est, Christum allusisse ad alterum Zachariam, qui in minorum prophetarum catalogo undecimus numeratur.

(Tirinus.)

rosolymam; quem ut ab incœpto removeret Joas, coactum fuisse templum et regium ærarium expilare. Creduntur tamen Syri vertente anno rediisse adversùs Joas; quibus cùm ille armis resistere conaretur, commisso prælio, ingenti suorum clade victum recessisse. In hanc expeditionem per se non venerat rex Syriæ, missæque adversùs Joas copiæ minores erant agmine Judæorum; sed Deus hostium manibus populum suum permisit. Ditissima planè spolia retulerant Syri, quæ miserunt ad Hazaelem : *Universam prædam miserunt regi in Damascum.* Spoliis addiderunt facilè captivos principes Juda, quos illum neci tradidisse hìc legimus : *Interfecit cunctos principes populi.*

Vers. 24. — In Joas quoque ignominiosa exercuere judicia. Hebræus legit solùm : *Cum Joas fecerunt judicia.* Quemadmodùm Nabuchodonosor, 4 Reg. 25, 6, *locutus est cum Sedeciâ judicium;* accusavit Sedeciam, et reum tenuit perduellionis. Credibile est, Joas anno superiore fidem suam obligâsse regi Syriæ, nec ea quæ spoponderat reddidisse. Hinc alterum ex altero bellum reparatum est, eidem Joas infelicissimum. Auctor Traditionum Hebraicarum in Paralipomena confidenter asserit, Syros coram patre trucidâsse ejus filios, exprobrantes interim iniquam Zachariæ necem. Ex progressu historiæ intelligimus, Syros variis suppliciis affecisse miserum regem; *abeuntes* enim *dimiserunt eum in languoribus magnis.*

Vers. 25. — In ultionem sanguinis filii Joiadæ. Hebræus : *Filiorum Joiadæ.* Neci traditos ab illo fratres Zachariæ, metu ne quid ultionis molirentur, docent quidam. Sed præstat, *filios Joiadæ* positos hìc dicere pro *filio Joiadæ*, licentiâ cujuslibet sermonis usitatâ.

Sed non in sepulcris regum. Ita post mortem puniebantur principes, qui vitam egerant vituperandam. Ultionem suam exercebat populus in defunctos, quam in vivos regia auctoritas et potentia exerceri non patiebatur. Describuntur in Itinerariis (1) sepulcra regum Juda, tanquàm ædificia admiratione et prodigio digna. Excisa sunt in rupe, eorumque fores artis miraculum exhibent. Sex pedibus ex humo surgunt, duos latitudine superant, et bis tertiam pedis partem habent crassitie. Nihil in illis desideres eorum quæ ad operis ornamentum et elegantiam peritissimus architectus conferret, tympana, toreumata; omnia verò ex eodem lapide sunt, uti et postes, in quibus cardines vertuntur. Positæ sunt autem eâ industriâ, ut vix mente assequi quis possit, quâ ratione duo cardines, quorum singuli duobus pollicibus altitudinem portæ excedunt, suis forulis inseri adeò accuratè potuerint, ut cavitatem totam justè repleant. Fores ex unico sunt marmore, atque excisum superiùs foramen et inferiùs alterum alteri respondens; ex eâdem rupe utrumque sunt. Nec desunt qui fores ipsas eâdem è rupe, ac reliqua, expressa asserant : quod vix mente concipimus. Cellæ, in quibus posita cadavera conduntur, in lapide excisæ, latæ sunt, spatiosæ, et nihilò minoris quàm reliqua omnia perfectionis.

Vers. 26. — Zabad filius Semmaath, aliter 4 Reg. 12, 21 : *Josachar filius Semaath.*

Vers. 27. — Summa pecuniæ quæ adunata fuerat sub eo, ad sarta tecta templi. Ita Vatabl., Castal. Vel, ex Hebræo : *Grande onus, quod illi impositum fuit.* Designatur facilè tributum à Syris imperatum (1); vel graves illæ minæ, et mala Dei nomine regi denuntiata (2); vel ingentia illa tributa, quæ Joas subjectis sibi gentibus imposuit. Septuaginta aliter legerunt : *Et filii ejus omnes, et accesserunt ei quinque.*

In libro Regum. Hebræus : *In perquisitionibus libri Regum.* Occurrit superiùs, 13, 22, liber prophetæ Addo, inscriptus *Midrasch,* vel Perquisitiones. Scripta hæc interciderunt, nec supersunt nisi excerpta quædam, in libris Regum et Paralipomenon servata : sed illa consuluisse Esdras videtur. Porrò idem illis fatum contigit, quod eximiis quamplurimis monumentis, ut epitomæ ex illis confectæ ad interitum opera ipsa urgerent. Id autem facillimè fieri poterat eâ ætate, quâ rari erant scriptores, et libri rarissimi.

(1) Vide Doubdan cap. 26, et Morizon, *Voyage de Jérusalem;* eorumque ichnographiam in Tractatu Italicè exarato à R. P. Bernardo Amico Gallipolitano, qui inscribitur : *Trattato delle piante et imagini de' sacri edifici di Terra Santa,* cap. 46, 47.

(1) Vide v. 23, 24, et 4 Reg. 12, 18. Ita Jun., Pisc., Mariana.

(2) משא, *onus,* frequenter de vaticiniis gravibus et injucundis usurpatur.

CAPUT XXV.

1. Viginti quinque annorum erat Amasias, cùm regnare cœpisset, et viginti

CHAPITRE XXV.

1. Amasias avait vingt-cinq ans lorsqu'il commença de régner; et il en régna vingt-

novem annis regnavit in Jerusalem; nomen matris ejus Joadan de Jerusalem.

2. Fecitque bonum in conspectu Domini, verumtamen non in corde perfecto.

3. Cùmque roboratum sibi videret imperium, jugulavit servos, qui occiderant regem patrem suum,

4. Sed filios eorum non interfecit, sicut scriptum est in libro legis Moysi, ubi præcepit Dominus, dicens: Non occidentur patres pro filiis, neque filii pro patribus suis, sed unusquisque in suo peccato morietur.

5. Congregavit igitur Amasias Judam, et constituit eos per familias, tribunosque et centuriones in universo Judâ et Benjamin: et recensuit à viginti annis et supra, invenitque trecenta millia juvenum, qui egrederentur ad pugnam, et tenerent hastam et clypeum.

6. Mercede quoque conduxit de Israel centum millia robustorum, centum talentis argenti.

7. Venit autem homo Dei ad illum, et ait: O rex, ne egrediatur tecum exercitus Israel: non est enim Dominus cum Israel et cunctis filiis Ephraim:

8. Quòd si putas in robore exercitûs bella consistere, superari te faciet Deus ab hostibus: Dei quippe est adjuvare, et in fugam convertere.

9. Dixitque Amasias ad hominem Dei: Quid ergo fiet de centum talentis, quæ dedi militibus Israel? Et respondit ei homo Dei: Habet Dominus unde tibi dare possit multò his plura.

10. Separavit itaque Amasias exercitum, qui venerat ad eum ex Ephraim, ut reverteretur in locum suum: at illi contra Judam vehementer irati, reversi sunt in regionem suam.

11. Porrò Amasias confidenter eduxit populum suum, et abiit in vallem Salinarum, percussitque filios Seir decem millia.

12. Et alia decem millia virorum ceperunt filii Juda, et adduxerunt ad præruptum cujusdam petræ, præcipitaveruntque eos de summo in præceps, qui universi crepuerunt.

neuf à Jérusalem. Sa mère s'appelait Joadan; elle était de Jérusalem.

2. Il fit le bien en la présence du Seigneur, mais non pas d'un cœur parfait.

3. Lorsqu'il vit son empire affermi, il fit mourir les serviteurs qui avaient tué le roi son père;

4. Mais il ne fit point mourir leurs enfants, comme il est écrit dans le livre de la loi de Moïse, où le Seigneur a ordonné, disant: Les pères ne seront point mis à mort pour les enfants, ni les enfants pour les pères; mais chacun mourra pour son propre péché.

5. Amasias assembla donc Juda, et les distribua par familles, et établit des tribuns et des centeniers dans toute l'étendue de Juda et de Benjamin; et dans le dénombrement qu'il en fit, depuis l'âge de vingt ans et au-dessus, il trouva trois cent mille jeunes hommes, qui pouvaient aller à la guerre, et porter la lance et le bouclier.

6. Il prit aussi à sa solde cent mille hommes robustes du royaume d'Israël, pour cent talents d'argent.

7. Mais un homme de Dieu vint à lui, et lui dit: O roi, ne souffrez point que l'armée d'Israël marche avec vous; car Dieu n'est point avec Israël, ni avec aucun des enfants d'Ephraïm.

8. Que si vous vous imaginez que le succès de la guerre dépende de la force de l'armée, Dieu fera que vous serez vaincu par vos ennemis; car c'est de Dieu que vient le secours, et c'est lui qui met en fuite.

9. Amasias répondit à l'homme de Dieu: Que deviendront donc les cent talents que j'ai donnés aux soldats d'Israël? Et le prophète répliqua: Dieu est assez riche pour vous en rendre beaucoup davantage.

10. Ainsi Amasias sépara l'armée qui lui était venue d'Ephraïm, et la renvoya en son pays. Ces troupes s'en retournèrent chez elles, mais étrangement irritées contre Juda.

11. Amasias plein de confiance fit marcher son peuple, et se rendit dans la vallée des Salines, où il défit dix mille des enfants de Séir (*c'est-à-dire, des Iduméens*).

12. Les fils de Juda firent aussi dix mille prisonniers; ils les menèrent sur la pointe d'un rocher, et les précipitèrent du haut en bas, de sorte qu'ils furent tous brisés.

13. At ille exercitus, quem remiserat Amasias ne secum iret ad prælium, diffusus est in civitatibus Juda, à Samariâ usque ad Bethoron, et interfectis tribus millibus diripuit prædam magnam.

14. Amasias verò post cædem Idumæorum et allatos deos filiorum Seir, statuit illos in deos sibi, et adorabat eos, et illis adolebat incensum.

15. Quamobrem iratus Dominus contra Amasiam, misit ad illum prophetam, qui diceret ei: Cur adorâsti deos, qui non liberaverunt populum suum de manu tuâ?

16. Cùmque hæc ille loqueretur, respondit ei : Num consiliarius regis es? quiesce, ne interficiam te. Discedensque propheta : Scio, inquit, quòd cogitaverit Deus occidere te, quia fecisti hoc malum, et insuper non acquievisti consilio meo.

17. Igitur Amasias rex Juda, inito pessimo consilio, misit ad Joas filium Joachaz filii Jehu, regem Israel, dicens : Veni, videamus nos mutuò.

18. At ille remisit nuntios, dicens : Carduus qui est in Libano, misit ad cedrum Libani dicens : Da filiam tuam filio meo uxorem : et ecce bestiæ quæ erant in sylvâ Libani, transierunt, et conculcaverunt carduum.

19. Dixisti : Percussi Edom, et idcircò erigitur cor tuum in superbiam : sede in domo tuâ : cur malum adversùm te provocas, ut cadas et tu, et Juda tecum?

20. Noluit audire Amasias, eò quòd Domini esset voluntas, ut traderetur in manus hostium propter deos Edom.

21. Ascendit igitur Joas rex Israel, et mutuos sibi præbuêre conspectus : Amasias autem rex Juda erat in Bethsames Juda :

22. Corruitque Juda coram Israel, et fugit in tabernacula sua.

23. Porrò Amasiam regem Juda, filium Joas filii Joachaz, cepit Joas rex Israel in Bethsames, et adduxit in Jerusalem, destruxitque murum ejus à portâ Ephraim usque ad portam Anguli, quadringentis cubitis.

13. Mais l'armée qu'Amasias avait congédiée, afin qu'elle ne vînt point à la guerre avec lui, se répandit par toutes les villes de Juda, depuis Samarie jusqu'à Béthoron ; et après avoir défait trois mille hommes, elle fit un grand butin.

14. Cependant Amasias, après avoir taillé en pièces les Iduméens, et avoir emporté les dieux des enfants de Séir, en fit ses propres dieux, les adora, et leur offrit de l'encens.

15. Cette action irrita le Seigneur contre Amasias; et il lui envoya un prophète, pour lui dire : Pourquoi avez-vous adoré des dieux qui n'ont pu délivrer leur peuple de vos mains?

16. Comme le prophète parlait ainsi, Amasias répondit : Êtes-vous conseiller du roi? Taisez-vous, de peur que je ne vous fasse mourir. Alors le prophète se retirant, dit : Je sais que Dieu a résolu de vous perdre, parce que vous avez commis ce grand crime, et que de plus vous n'avez pas voulu vous rendre à mes avis.

17. Amasias, roi de Juda, prit donc une malheureuse résolution, et envoya des ambassadeurs à Joas, fils de Joachaz, fils de Jéhu, roi d'Israël, disant : Venez, et voyons-nous l'un l'autre *les armes à la main.*

18. Sur quoi Joas lui fit cette réponse par ses ambassadeurs : Le chardon qui est sur le mont Liban envoya vers le cèdre du Liban, et lui dit : Donnez votre fille en mariage à mon fils. Et voilà que les bêtes qui étaient dans la forêt du Liban, passèrent et foulèrent aux pieds le chardon.

19. Vous avez dit : J'ai défait Edom; et votre cœur s'est enflé d'orgueil de ce succès. Demeurez chez vous *en paix;* pourquoi provoquez-vous votre malheur, pour périr, vous et Juda avec vous?

20. Amasias ne voulut point l'écouter, parce que le Seigneur avait résolu de le livrer entre les mains de ses ennemis, à cause des dieux d'Edom *qu'il avait adorés.*

21. Joas, roi d'Israël, s'avança donc; et les deux armées se mirent en présence. Amasias, roi de Juda, était à Bethsamès en Juda.

22. Et Juda tomba devant Israël, et s'enfuit dans ses tentes.

23. Enfin Joas, roi d'Israël, prit Amasias, roi de Juda, fils de Joas, fils de Joachaz, dans Bethsamès, et l'emmena à Jérusalem, et fit abattre quatre cents coudées des murailles de cette ville, depuis la porte d'Ephraïm jusqu'à la porte de l'Angle.

24. Omne quoque aurum, et argentum, et universa vasa, quæ repererat in domo Dei, et apud Obededom, in thesauris etiam domûs regiæ, necnon et filios obsidum reduxit in Samariam.

25. Vixit autem Amasias filius Joas rex Juda, postquàm mortuus est Joas filius Joachaz rex Israel, quindecim annis.

26. Reliqua autem sermonum Amasiæ priorum et novissimorum, scripta sunt in libro regum Juda et Israel.

27. Qui postquàm recessit à Domino, tetenderunt ei insidias in Jerusalem. Cùmque fugisset in Lachis, miserunt et interfecerunt eum ibi.

28. Reportantesque super equos, sepelierunt eum cum patribus suis in civitate David.

24. Il emporta même à Samarie tout l'or et l'argent, et tous les vases qu'il trouva dans la maison de Dieu, chez les descendants d'Obédédom, et dans les trésors du palais royal. Il ramena aussi à Samarie les fils de ceux qui étaient en ôtage.

25. Amasias, fils de Joas, roi de Juda, vécut quinze ans après la mort de Joas, fils de Joachaz, roi d'Israël.

26. Le reste des actions d'Amasias, tant les premières que les dernières, est écrit dans le livre des rois de Juda et d'Israël.

27. Après qu'Amasias eut abandonné le Seigneur, il se fit une conspiration contre lui dans Jérusalem ; et comme il se fut enfui à Lachis, les conjurés y envoyèrent, et l'y firent assassiner.

28. Et on le rapporta sur des chevaux, et on l'ensevelit avec ses ancêtres dans la ville de David.

COMMENTARIUM.

Vers. 2. — Fecit bonum in conspectu Domini : verumtamen non in corde perfecto ; animo sincero, pleno. Septuag. : Οὐκ ἐν καρδίᾳ πλήρει. Deum omni mentis sollicitudine non quæsivit; fidem habuit nec satis constantem, nec diuturnam: quam statim amplexus est pietatem, brevi deseruit.

Vers. 5. — Constituit eos per familias, tribunosque et centuriones. Cùm subditi omnes, armis idonei, milites principis censerentur, res utique poscebat, ut census haberentur per familias, et à ducibus ex unaquàque familiâ datis regerentur. Milites omnes mutuò inter se sanguinis, necessitudinis, amicitiæ, consuetudinis vinculo jungebantur, de singulorum salute solliciti : parebant duci, qui plenè nôrat uniuscujusque nomen, familiam, dotes, patriam, res, facultates. Quare ii exercitus validiori nexu inter se colligabantur quàm nostri.

Vers. 6. — Mercede conduxit centum millia robustorum centum talentis argenti. Cedebant hæc in commodum regis, qui subditos vendebat Amasiæ. Duces et milites perinde erant ac servi principis, qui illorum usum aliis concedebat, nullo militum compendio, nisi si quam retulissent ex hostibus prædam; hæc enim inter illos æquè distribuebatur. Centum hæc argenti talenta reddunt quadringenta octoginta sex millia, septingentas decem et octo libras, solidos quindecim. Non levi se hìc Amasias errore obstrinxit, fœdere se jungens cum rege Israelis, ejusque copias conducens ; nôrat enim, Dominum fœdera cum Israele jam tunc improbâsse, cùm regnum illud in impietatem declinaverat ; ac didicisse tandem oportuit, omnem sibi in Deo fiduciam esse collocandam.

Vers. 7. — Venit homo Dei ad illum (1),

(1) Propheta à Deo missus. Hebræi in Seder Olam tradunt prophetam hunc fuisse Amos, qui erat frater Amasiæ regis et pater Isaiæ prophetæ, idque probat ex Isai. 37, 2, ubi S. Hieron. legit: *Ad Isaiam filium Amos prophetæ*, sicque olim legebatur, licet jam Hebr., Septuag. et Roman. constanter legant : *Ad Isaiam filium Amos prophetam.*

O rex ! ne egrediatur tecum exercitus Israel : non enim est Dominus cum Israel, utpote hostibus suis, et idola, puta vitulos aureos colentibus. Discant hìc reges et principes christiani non quærere auxilia principum vel militum hæreticorum, Turcarum, aliorumque infidelium, quia si id faciant, Deum habebunt hostem, eumque vindicem sentient, uti sensit Josaphat, cujus naves confregit Deus, eò quòd junctæ essent navibus impii Ochoziæ regis Israel, cap. 20, 37.

Causam dat noster Salianus anno mundi 3208, numer. 6 : Nolebat, inquit, Dominus impios et infideles conjungi cum fidelibus. Itaque licet utrisque seorsim pro mirabili suâ providentiâ, faveret, daretque victoriam, conjunctos tamen non raró perculit, victosque reddidit. Erat Josaphat cum Achabo, 3 Reg. 22, cùm hic occisus est, et ille ingens adiit vitæ discrimen. Erat item cum Joramo, cùm exercitus siti penè enecti, tantùm non Moabitarum præda facti sunt, 4 Reg. 3. Ochozias aderat Joramo in Ramoth Galaad, cùm Joramus multis vulneribus à Syris affectus est, moxque rex uterque à Jehu interfectus est, 4 Regum 8, vers. 28. Ergo ne nunc quidem conjunctis se affuturum ait, imò cladem et interitum utrisque minatur, separatis autem victoriam dedit. Nam mox Amasias victor extitit contra Idumæos, et Joas contra Ama-

nempe, si fides sit Judæis, Amos pater Isaiæ. Sed nullo documento novimus, Amos Isaiæ patrem viri Dei seu prophetæ nomine vel munere fuisse insignitum, nedùm convenisse Amasiam.

VERS. 8. — QUOD SI PUTAS IN ROBORE EXERCITUS BELLA CONSISTERE (1). Hebræus ad litteram : Si eò pergis, *exere robur tuum in bellum; faciet* (Dominus) *corruere hostem tuum ante te.* Jungi possunt hæc verba cum præcedentibus in hanc sententiam : *Ne exercitus Israelis egrediatur tecum ; non est enim Dominus cum Israel, si non iveris, fac, roborare ad bellum : Dominus faciet ruere inimicum tuum.*

VERS. 9. — QUÆ DEDI MILITIBUS ISRAEL. Reddi potest : *Quæ dedi pro manu Israelis.* Syrus et Arabs : *Quod est peccatum meum, quod commisi ob centum talenta, quæ dedi Israelitis?*

VERS. 12 — ADDUXERUNT AD PRÆRUPTUM CUJUSDAM PETRÆ. Huic rupi deinceps in monumentum rei gestæ nomen mansit *Jectehel.* Ex interpretibus quidam sermonem hìc esse putant de *Petrâ,* Arabiæ urbe. Vide dicta in 4 Reg. 14, 7.

VERS. 13. — ILLE EXERCITUS, QUEM REMISERAT AMASIAS... DIFFUSUS EST IN CIVITATIBUS JUDA, A SAMARIA USQUE AD BETHORON. Israelitarum copiæ, habitâ dimissione, rediisse primùm videntur Samariam, velut apud regem Joas injuriam sibi ab Amasiâ irrogatam conquesturæ, reumque illum deceptæ manubiarum spei postulaturæ. Regem verò Israelis rebus suis minimè consulere paratum nactæ, omnia invaserunt loca ditionis regum Juda, à Samariâ usque Bethoronem, latèque populatæ sunt, cæsis tribus millibus, ingentibusque spoliis relatis. Conjecturam hanc parit v. 10 cum præsenti collatus, situsque Samariæ ac Bethoronis. Samaria, unde ad prædam egressi sunt, metropolis erat regni Israelitici ; Bethoron, quò pervenerunt, jacebat in regno Juda, Hierosolymæ proxima : Bethoronem inferiorem innui hìc credimus. Urbs erat hæc in sorte Ephraimi, Josue 13, 14, sed cùm à Salomone condita fuerit, 2 Paral. 13, 5, paruisse in posterum regibus Juda meritò reputamus. (1)

VERS. 16. — NUM CONSILIARIUS REGIS ES ? Hebræus ad litteram : *Numquid consiliarium regis dederunt te?* Missi à Deo prophetæ ob eam electionem auctoritatis aliquid præferebant,

siam, et Jeroboam contra Syros. Denique maluit Deus, et ex Deo Amasias rex perdere centum talenta argenti, imò ab Israelitis dimissis spoliari Judæam , ut patet v. 13, quàm eos in societatem belli admittere. (Corn. à Lap.)

(1) *Que si vous vous imaginez que le succès de la guerre dépende de la force de l'armée, Dieu fera que vous serez vaincu par vos ennemis,* etc. Comme les rois et les peuples d'Israël s'étaient éloignés de Dieu, le Seigneur les avait abandonnés, et ne voulait pas que les rois et les peuples de Juda eussent de liaison avec eux. C'est la raison pour laquelle il envoie exprès un prophète à Amasias, roi de Juda, qui avait pris à sa solde cent mille hommes d'élite du royaume d'Israël, afin de lui dire de sa part qu'il se gardât bien de les faire marcher avec lui, parce que *Dieu n'était point avec Israël,* qui l'avait abandonné d'une manière si ingrate. Mais comme il paraît qu'Amasias mettait un peu trop sa confiance dans la multitude et le courage de ces troupes, le Seigneur lui fait dire encore qu'il *serait vaincu par ses ennemis, s'il s'imaginait que la victoire dépendît de la force de son armée,* et il l'assure de cette vérité importante, que les uns ne vainquent, et les autres ne sont mis en fuite, que par un effet de sa volonté toute-puissante.

Soyons donc bien convaincus de ce que les saintes Écritures nous prêchent partout, que nous combattrons en vain, si Dieu ne combat lui-même avec nous; qu'il ne combattra point avec nous, tant que nous nous lierons volontairement à ses ennemis, et que nous aurons sujet de nous tenir assurés de la victoire, si nous la considérons comme l'effet, non de nos forces, mais de son secours. C'est pour cela qu'il ne veut pas qu'on s'attache à tous les biens temporels et même spirituels, sur lesquels on prétendrait s'appuyer, et qui pourraient affaiblir en quelque sorte la confiance qu'on doit avoir en lui seul : car c'est ce qu'il eut dessein de marquer alors par l'exemple d'Amasias, qui témoignait de la peine à renvoyer toutes ces troupes d'Israël, parce qu'il leur avait fait donner plus de quatre cent soixante mille livres pour les engager à son service; qu'il appuyait ses espérances sur cette somme si considérable qui les attachait à son parti, et qu'il regardait comme une perte pour lui de se priver du secours de cet argent : *Que deviendront donc,* dit-il au prophète, *les cent talents que j'ai donnés aux soldats d'Israël?* Mais le prophète confondit son peu de foi en lui répliquant : *Le Seigneur a le pouvoir de vous en donner beaucoup davantage,* ce qui est de même que s'il lui eût dit : Vous regrettez un peu d'argent lorsqu'il s'agit de vous confier à celui qui est tout-puissant pour vous rendre le centuple de ce que vous aurez méprisé pour lui obéir. (Sacy.)

(1) VERS. 15. — CUR ADORASTI DEOS. Audi Josephum pleniùs rem gestam enarrantem : « Quamobrem à prophetâ conventus est mirari se dicente, si hos deos crederet qui cultoribus suis nihil opis afferre valuerint ; neque eos ab Hebræorum vi tutos præstiterint, sed tanquàm ad se non pertinentes cædi, et captivos trahi passi sint. Quin et ipsos belli jure abductos inter reliquam captivorum turbam, Hierosolymam pervenisse. Rex his verbis ad iram percitus, jussit illum hâc de re esse quietum, minatus supplicium, si negotiis alienis miscere se pergeret. Tum ille, se quidem quieturum dixit, Deum tamen ultorem hujusmodi novitatibus non defore. » (Corn. à Lap.)

veluti jure suo consilia regibus dare possent; quod munus erat illis inter præcipua commissum. Nimis leviter rapi se in furorem et minas Amasias sinit. Idem erat facilè propheta, cujus monita priùs audiverat ac secutus fuerat in expeditione Idumææ. Sed victoria superbum regem obcæcaverat, et animo ac mente corruperat.

Scio quòd cogitaverit Deus occidere te. Periit quidem violentâ morte Amasias, at sexdecim annis ab hoc oraculo.

Vers. 17. — Veni, videamus nos mutuo. Insaniens victoriâ de Idumæis Amasias, bellum Joas regi Israelis indicit. Reum facilè illum agebat vastationis ab ejus subditis in urbes suas et in ditionem Juda illatis. *Videre se*, sonat hìc, manus conserere. Vide nostrum commentarium in 4 Regum 14, 8. (1)

(1) Vers. 18. — Carduus Libani, quia fortè fortuna prætereuntis incautè viatoris pedem læserat, atque unam alteramve sanguinis guttam extorserat, quasi re maximâ gestâ insolescens, et aliis longè præcelsioribus parem se, imò fortiorem ratus, legatione *missâ* ad primam et celsissimam omnium arborum *cedrum*, expetiit non rogando, sed imperando *filiam illius filio suo uxorem* : et quidem primum in eâ affinitate locum sibi deposcit, sicut maritus in nuptiali fœdere superior est uxore. Verùm impudentiâ istâ cardui offensæ *bestiæ* quæ ad umbram cedri stabulari consueverant, à carduo verò nihil unquàm utilitatis, vel acceperant, vel sperabant, ut cedro factam injuriam vindicarent, spinosam et vilem plantam pedibus ita protriverunt, ut deinceps neque virere, neque sursùm attollere se posset. Latini breviùs, ut talem notent disparem congressum, dicunt leonem ab hinnulo, equum à testudine, aquilam à scarabeo, lusciniam à picâ provocari ad pugnam, ad cursum, ad volatum, ad cantum. Porrò proverbium hoc Amasias magno suo damno et probro verissimum esse et sensit, et toti orbi testatum fecit. (Tirinus.)

Vers. 20. — Noluit audire Amasias, eo quod Domini esset voluntas, ut traderetur in manus hostium. Deus suis illum consiliis permisit, nec ejus tenebras dissipavit superno illo lumine, quo saniora ostendisset. *Quos Jupiter vult perdere, iis mentem adimit,* ait Homerus.

Vers. 24. — Apud (posteros) Obededom, curæ illorum commissi erant thesauri templi, 1 Paral. 26, 15.

Filios obsidum reduxit in Samariam. Quid sint *filii obsidum,* dissidium est sententiarum. Alii meros et simplices obsides designari credunt, quemadmodùm *filius hominis, filius iniquitatis, filius mortis,* est homo, peccator, reus. Malunt alii, optimates quamplures ab Joas rege Israelis ductos fuisse captivos, quos Hierosolymam deductos abire permiserit, acceptis eorum loco filiis in obsides. Alii denique malunt, plures Israelitarum adolescentulos, quos Judæ rex Hierosolymis habebat, obsidum et pignoris loco, ne quid adversùs se deinceps rex Israelis moveret, ab eodem Israelis rege, ut primùm Hierosolymam invasit, receptos fuisse, ac Samariam reductos. Hæc tamen omnia meras et simplices conjecturas non superant.

Vers. 28. — In civitate David. Hebr. : *In civitate Juda;* Hierosolymis, urbe imperii Juda metropoli. Septuaginta, Syrus, et Arabs lectionem Vulgatæ fulciunt : *In civitate David.*

CAPUT XXVI.

1. Omnis autem populus Juda filium ejus Oziam, annorum sedecim, constituit regem pro Amasiâ patre suo.

2. Ipse ædificavit Ailath, et restituit eam ditioni Juda, postquàm dormivit rex cum patribus suis.

3. Sedecim annorum erat Ozias, cùm regnare cœpisset, et quinquaginta duobus annis regnavit in Jerusalem; nomen matris ejus Jechelia de Jerusalem.

4. Fecitque quod erat rectum in oculis Domini, juxta omnia quæ fecerat Amasias pater ejus.

5. Et exquisivit Dominum in diebus Zachariæ intelligentis et videntis Deum : cùmque requireret Dominum, direxit eum in omnibus.

6. Denique egressus est, et pugnavit

CHAPITRE XXVI.

1. Tout le peuple de Juda prit Ozias, âgé de seize ans, et l'établit roi en la place d'Amasias, son père.

2. C'est lui qui bâtit Ailath, et la réunit sous l'empire de Juda, après que le roi se fut endormi avec ses pères.

3. Ozias avait seize ans quand il commença de régner, et il en régna cinquante deux dans Jérusalem; sa mère était de Jérusalem, et s'appelait Jéchélie.

4. Il fit ce qui était droit aux yeux du Seigneur, selon tout ce qu'avait fait Amasias, son père.

5. Il chercha le Seigneur tant que vécut Zacharie, intelligent, voyant de Dieu; et parce qu'il cherchait le Seigneur, le Seigneur le conduisit en toutes choses.

6. Enfin il se mit en campagne pour com-

contra Philisthiim, et destruxit murum Geth, et murum Jabniæ, murumque Azoti; ædificavit quoque oppida in Azoto, et in Philisthiim.

7. Et adjuvit eum Deus contra Philisthiim, et contra Arabes, qui habitabant in Gurbaal, et contra Ammonitas.

8. Appendebantque Ammonitæ munera Oziæ: et divulgatum est nomen ejus usque ad introitum Ægypti propter crebras victorias.

9. Ædificavitque Ozias turres in Jerusalem super portam Anguli, et super portam Vallis, et reliquas in eodem muri latere, firmavitque eas.

10. Extruxit etiam turres in solitudine, et effodit cisternas plurimas, eò quòd haberet multa pecora, tam in campestribus, quàm in eremi vastitate; vineas quoque habuit et vinitores in montibus, et in Carmelo: erat quippe homo agriculturæ deditus.

11. Fuit autem exercitus bellatorum ejus, qui procedebant ad prælia, sub manu Jehiel scribæ, Maasiæque doctoris, et sub manu Hananiæ, qui erat de ducibus regis.

12. Omnisque numerus principum per familias virorum fortium, duorum millium sexcentorum.

13. Et sub eis universus exercitus, trecentorum et septem millium quingentorum, qui erant apti ad bella, et pro rege contra adversarios dimicabant.

14. Præparavit quoque eis Ozias, id est, cuncto exercitui, clypeos, et hastas, et galeas, et loricas, arcusque et fundas ad jaciendos lapides.

15. Et fecit in Jerusalem diversi generis machinas, quas in turribus collocavit, et in angulis murorum, ut mitterent sagittas, et saxa grandia; egressumque est nomen ejus procul, eò quòd auxiliaretur ei Dominus, et corroboràsset illum.

16. Sed cùm roboratus esset, elevatum est cor ejus in interitum suum, et neglexit Dominum Deum suum: ingressusque templum Domini, adolere voluit incensum super altare thymiamatis.

battre les Philistins : il ruina les murs de Geth, de Jabnie et d'Azot, et il bâtit des places fortes dans Azot et dans les terres des Philistins.

7. Et Dieu le soutint contre les Philistins et contre les Arabes qui demeuraient dans Gurbaal, et contre les Ammonites.

8. Les Ammonites faisaient des présents à Ozias; et sa réputation se répandit jusqu'à l'entrée de l'Egypte, à cause de ses fréquentes victoires.

9. Ozias éleva aussi des tours à Jérusalem sur la porte de l'Angle, et sur la porte de la Vallée, et d'autres encore dans le même côté de la muraille, et il fortifia ces tours.

10. Il bâtit encore des tours dans le désert, et il fit creuser plusieurs citernes, parce qu'il avait beaucoup de troupeaux, tant dans la campagne que dans l'étendue du désert; il avait aussi des vignes et des vignerons sur les montagnes et dans le Carmel, parce qu'il était adonné à l'agriculture.

11. Les troupes qui composaient son armée, et qui étaient déstinées à faire la guerre, étaient commandées par Jéhiel, secrétaire; par Maasias, docteur, et par Hananias l'un des généraux du roi.

12. Le nombre des chefs de famille et des hommes d'une valeur distinguée montait à deux mille six cents.

13. Et toute l'armée qu'ils avaient sous eux était de trois cent sept mille cinq cents hommes, tous propres à la guerre, et qui combattaient pour le roi contre ses ennemis.

14. Ozias donna ordre qu'il y eût toujours pour toute l'armée, des boucliers, des piques, des casques, des cuirasses, des arcs, et des frondes pour jeter des pierres.

15. Et il fit faire dans Jérusalem toutes sortes de machines qu'il plaça dans les tours et dans tous les angles des murailles, pour lancer des flèches et de grosses pierres; de sorte que la gloire de son nom se répandit fort loin, parce que le Seigneur était son secours et sa force.

16. Mais lorsqu'il se fut ainsi affermi, son cœur s'éleva d'orgueil pour sa perte; il négligea le Seigneur, son Dieu; et étant entré dans le temple du Seigneur, il voulut y offrir de l'encens sur l'autel des parfums.

17. Statimque ingressus post eum Azarias sacerdos, et cum eo sacerdotes Domini octoginta, viri fortissimi,

18. Restiterunt regi, atque dixerunt : Non est tui officii, Ozia, ut adoleas incensum Domino : sed sacerdotum, hoc est, filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad hujuscemodi ministerium; egredere de sanctuario, ne contempseris : quia non reputabitur tibi in gloriam hoc à Domino Deo.

19. Iratusque Ozias, tenens in manu thuribulum ut adoleret incensum, minabatur sacerdotibus. Statimque orta est lepra in fronte ejus coram sacerdotibus in domo Domini super altare thymiamatis.

20. Cùmque respexisset eum Azarias pontifex, et omnes reliqui sacerdotes, viderunt lepram in fronte ejus, et festinatò expulerunt eum. Sed et ipse perterritus acceleravit egredi, eò quòd sensisset illicò plagam Domini.

21. Fuit igitur Ozias rex leprosus usque ad diem mortis suæ, et habitavit in domo separatâ, plenus leprâ, ob quam ejectus fuerat de domo Domini. Porrò Joatham filius ejus rexit domum regis, et judicabat populum terræ.

22. Reliqua autem sermonum Oziæ priorum et novissimorum scripsit Isaias filius Amos, propheta.

23. Dormivitque Ozias cum patribus suis, et sepelierunt eum in agro regalium sepulcrorum, eò quòd esset leprosus; regnavitque Joatham filius ejus pro eo.

17. Le pontife Azarias y entra aussitôt après lui, accompagné de quatre-vingts prêtres du Seigneur, tous hommes d'une grande fermeté.

18. Ils s'opposèrent au roi, et lui dirent : Il ne vous appartient pas, Ozias, d'offrir de l'encens devant le Seigneur ; mais c'est aux prêtres, c'est-à-dire aux enfants d'Aaron, qui ont été consacrés pour ce ministère; sortez du sanctuaire, et ne méprisez point cet ordre établi, parce que cette action ne vous sera pas imputée à gloire par le Seigneur Dieu.

19. Ozias, transporté de colère, et tenant l'encensoir à la main pour offrir de l'encens, menaça les prêtres. Et aussitôt il fut frappé de lèpre, et elle s'éleva sur son front en présence des prêtres, dans le temple du Seigneur, auprès de l'autel des parfums.

20. Et comme le pontife Azarias et tous les autres prêtres eurent jeté les yeux sur lui, ils aperçurent la lèpre sur son front, et le chassèrent promptement; et lui-même, saisi de frayeur, se hâta de sortir, parce qu'il sentit tout d'un coup la plaie du Seigneur.

21. Le roi Ozias fut donc lépreux jusqu'au jour de sa mort; et il demeura dans une maison séparée, à cause de cette lèpre dont il était couvert, et qui l'avait fait chasser de la maison du Seigneur. Cependant Joatham, son fils, gouvernait la maison du roi, et rendait la justice au peuple du pays.

22. Le reste des actions d'Ozias, tant les premières que les dernières, a été écrit par le prophète Isaïe, fils d'Amos.

23. Et Ozias s'endormit avec ses pères ; et on l'enterra dans le champ où étaient les tombeaux des rois, *et non dans les tombeaux mêmes*, parce qu'il était lépreux; et Joatham, son fils, régna en sa place.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — OZIAM CONSTITUIT REGEM, alio nomine Azariam, 4 Reg. 14, 21.

VERS. 2. — ÆDIFICAVIT AILATH, ET RESTITUIT EAM DITIONI JUDA. Urbs hæc, uti et reliqua omnis Idumæa, sub rege Joramo sese ab imperio Juda subduxerat. Azarias reduxit ad officium, restituit, munivit, ac prioribus dominis iterùm subjecit; sed Judæis non paruit, nisi usque ad regnum Achaz, 4 Reg. 16, 6.

VERS. 4. — FECIT QUOD ERAT RECTUM IN OCULIS DOMINI (1), quamdiù vixit Zacharias propheta, uti versiculo sequenti animadvertitur. Deinde verò superbiâ tumens, profanam manum por-

(1) *Il fit ce qui était droit aux yeux du Seigneur, et il se conduisit en tout comme avait fait Amasias, son père. Il chercha toujours le Seigneur tant que vécut Zacharie, qui avait le don d'intelligence, et qui voyait Dieu*, etc. On a déjà remarqué ailleurs qu'il paraît d'abord une espèce de contradiction dans ces paroles de l'Ecriture, qu'Ozias *fit ce qui était droit aux yeux du Seigneur,* et que cependant il se conduisit *en tout comme avait fait Amasias, son père;* car Amasias s'était à la fin laissé aller jusqu'à adorer les idoles des Iduméens, après les avoir vaincus. Mais il est aisé de discerner par ce qui suit immédiatement ces paroles, comment il est vrai qu'Ozias fit ce qui était droit devant le Seigneur, et comment il ressembla néanmoins en toutes choses au roi, son père. Car le texte sacré ajoute aussitôt qu'il *chercha* toujours *le Seigneur tant que vécut Zacharie,* qui était, selon un ancien, fils de Zacharie que le roi Joas fit

rigere ad thuribulum ausus fuit. Hoc uno crimine ejus elogium hìc descriptum violatur.

Vers. 5. — In diebus Zachariæ intelligentis et videntis Deum. Hebræus : *Superstite Zachariâ intelligente in visionibus Domini;* perito vaticiniorum, qui exponere illa nôrat. Septuag. (1): *Zachariæ intelligentis in timore Domini.* Chaldæus, Syrus, Arabs : *Erudientis in timore Domini.*

At enim quis hic Zacharias? Sunt qui miscendum censeant cum filio Joiadæ, lapidibus confecto in templo, jubente Joas, 4 Reg. 24, 20, 21. Sed alii multò probabiliùs arbitrantur, filium esse posthumum Zachariæ filii Joiadæ. Affirmant Hebræi apud Lyram, regem Oziam, hìc Zachariam, in libris Regum Azariam appellari. Princeps igitur fuit Ozias sapiens et felix, dùm vixit Zacharias, sapiens scilicet ac felix prioribus regni sui annis. Quid, rogo, explicatione hâc puerilius?

Vers. 6. — Ædificavit oppida in Azoto, et in Philisthiim ; id est, in agro Azoti, et in regione Philisthæorum. Septuaginta. *Ædificavit civitates Azoti.* Urbem hanc et socias restituit, arces adversùs Philisthæos. De hoc bello nihil in libris Regum. Desciverant Philisthæi ab Joramo rege Juda, qui prospero cum illis bello pugnavit, 2 Par. 21, 16.

Vers. 7. — Contra Arabes, qui habitabant in Gurbaal. Septuaginta : *Super Arabes habitantes super Petram.* Auctor Traditionum Hebraicarum *Gurbaal* cum *Gerara* miscet. Maluerim ego *Gurbaal* ad *Gebal* referre (1), ut Arabes *Gurbaalitæ* iidem sint incolæ *Gabalenes,* vel *Gabalæ,* modicæ regionis in Arabiâ, apud Stephanum et Eusebium ; in quam sententiam concedunt etiam Septuaginta reddentes : *Juxta Petram in Arabiâ.*

Et contra Ammonitas. Hebræus : *Contra Mehonim.* Arabes sunt Minæi, de quibus superiùs, 20, 1.

Vers. 8. — Appendebant Ammonitæ munera Oziæ, id est, tributa solvebant. Vide inferiùs, 27, 5.

Vers. 9. — Super portam Anguli, et super portam Vallis. Creditur Ozias reparâsse quadringentos mœnium cubitos, quos Joas rex Israelis diruerat, 4 Reg. 14, 13, *à portâ Ephraim usque ad portam Anguli.*

Vers. 10. — Turres in solitudine, perfugia pastorum et gregum ab irruptionibus Arabum et latronum; cujusmodi turres appellat non rarò Scriptura *turres custodum,* 4 Reg. 17, 9, et 18, 8 : *A turre custodum usque ad civitatem munitam.*

Tam in campestribus, quam in eremi vastitate : vineas quoque habuit et vinitores, etc. Hebræus : *Habebat multùm gregis in vallibus, et agricolas in planitie, et vinitores in montibus et in Carmel.* Carmeli montes erant in Judæâ duo; alter quidem in tribu Juda, ubi Nabal Davidis ætate pascebat greges ; alter ad Mediterraneum, propè Cison. Uterque ferax vinearum, ut nomen *Carmeli* indicat; est enim vinea Dei, vel eximia. Credibile est, regem Oziam vineas non habuisse in Carmelo ad Mediterraneum, utpote extra ditionem suam constituto, sed in Carmelo regionis Juda.

Erat quippe homo agriculturæ deditus. Hebræus : *Quia diligebat terram.* Mirati sumus 1 Paral. 17, 25, 26, quanto studio et sollicitudine David ac Salomon agriculturæ gregibusque studerent.

Vers. 11. — Maasiæ doctoris. Hebræus : *Maasiæ Soter.* Vox hæc *Soter* redditur interdùm apparitor, seu præco, interdùm præfectus operum. Septuaginta hìc reddunt *judicem;* solent autem interpretes accipere pro eo qui lateri judicis assistit, executor sententiæ, et reorum punitor. Hoc tamen munus est imperatori exercitûs minùs congruens. Vide nostram dissertationem de Præfectis regum Juda.

Vers. 13. — Diversi generis machinas, quas

lapider, et petit-fils du grand-prêtre Joïada. Or ce Zacharie, qui vivait sous le règne d'Ozias, était un prophète rempli de la lumière du Saint-Esprit, et du *don de l'intelligence* pour connaître la volonté du Seigneur, et la déclarer aux hommes. De même donc *qu'Amasias fit d'abord ce qui était bon et* juste *aux yeux de Dieu,* et qu'après qu'il eut vaincu les Iduméens, il s'abandonna à l'orgueil, et s'éloigna du Seigneur en adorant les idoles, ainsi Ozias *fit ce qui était droit devant ses yeux,* tant que Zacharie le soutint par sa lumière et par sa piété ; mais *lorsqu'il eut vu son règne affermi, son cœur s'éleva,* dit l'Ecriture, *pour sa propre perte ; il négligea le Seigneur, son Dieu,* en cessant de le regarder comme l'auteur de l'affermissement de son règne, et il entreprit de violer son précepte, en usurpant le ministère des prêtres, et en s'ingérant de vouloir lui-même offrir de l'encens sur l'autel des parfums, ce qui était une espèce d'idolâtrie, selon le reproche très-sévère que Samuël en fit au premier de tous les rois d'Israël, en lui déclarant que de refuser d'obéir à Dieu, c'était devenir en quelque sorte idolâtre. *Melior est obedientia quàm victimæ... et quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere.* (Sacy.)

(1) Τοῦ συνίεντος ἐν φόβῳ τοῦ Κυρίου. Legerunt בִּירְאַת.

(1) Psalm. 82, 8 : *Gebal et Ammon, et Amalec.*

in turribus collocavit. Nomen machinarum bellicarum in usum propugnandi urbes, nunc primùm occurrit. Vide nostram dissertationem de Re militari Hebræorum.

Eo quod auxiliaretur ei Dominus, et corroborasset illum. Hebræus : *Quia mirificavit ad juvandum se, donec roboratus est;* vel potiùs, quia mirificè inibat artes quibus se tueretur : munivit se Hierosolymis, omnibusque finibus, ut terrorem suî cæteris injiceret.

Vers. 16. — (1) Adolere voluit incensum. Vide 4 Reg. 15, 6.

(1) Cum roboratus esset, elevatum est cor ejus in interitum suum, et neglexit Dominum Deum suum. Hæc verba D. Chrysostom. homiliâ 3 de Verbis Isaiæ, expendens, notat, in iis non solùm Oziæ superbiam, sed etiam superbiæ causam indicari. *Cùm,* inquit, *roboratus esset,* seu, ut legit ipse: *Cùm potens esset, elevatum est cor ejus :* ut nimia potentia nimiam genuisse superbiam ostenderetur. « Non ferebat, inquit « (*nempe rex Ozias*) principatûs magnitudinem; « sed quemadmodùm ex edacitate nascitur in- « flatio, ex inflatione gignitur febris, deinde ex « febri plerùmque mors : itidem et hìc ex « actionum eminentiâ nata est superbia, mox ex « superbiâ nata est appetentia rerum ipsi non « congruentium. » Sicut ergo Amasias pater ex devictâ Idumæâ animos sumpsit insolentes et fatuos, provocando ad bellum regem Israelis, ideòque victus, captus et spoliatus est, sic et Azarias filius ejus ex victoriis tot hostium intumescens, sacerdotale munus sibi arrogare præsumpsit, voluitque Deo adolere thymiama; sed illicò à Deo humiliatus, regno et regiâ pulsus, ob lepram infelicem usque ad mortem traxit spiritum.

Vers. 18. — Non est tui officii, Ozia. Audi S. Chrysost. homil. 4 de Verbis Isaiæ : « Vide, « inquit, libertatem; vide mentem servire « nesciam ; vide linguam cœlos attingentem ; « vide libertatem incoercibilem ; vide hominis « corpus et angeli mentem ; vide humi ingre- « dientem, et in cœlo versantem, » etc.

Vers. 19. — Statimque orta est lepra in fronte ejus ; lepra enim erat supplicium sacrilegorum, et eorum qui pontifici et sacerdotibus resistebant et rebellabant, uti fecit hìc Zacharias.

Addit Joseph. lib. 9, c. 11, duas alias prodigiosas Dei plagas Oziæ et Judææ inflictas : « Et ecce tibi, inquit, tibi terra vehementer « concutitur, fissoque supernè templo, radius « solis os regis fecit, quod è vestigio leprâ « contactum est : accessit huic et aliud prodi- « gium, quòd eodem terræ motu, ante urbem « in loco qui dicitur Eroge, dimidium montis « ad occidentem vergentis revulsum, per qua- « tuor stadia volutum, objectu demùm orien- « talis montis constitit, obstructâ viâ publicâ, « et oppressis ruinâ hortis regiis. »

Tertiam plagam addunt S. Hieron., Cyrill., Orig. et Chrys. in Isaiæ c. 6, 1, ad illa verba : *In anno quo mortuus est Ozias, vidi Dominum,* scilicet Deum ob peccatum Oziæ, cui nonnulli primores consenserant, privâsse Judæos suis oraculis, prophetiis et spiritu, usque ad mortem Oziæ. Vide ibi dicta.

Denique Hebræi in Seder Olam putant Oziam leprâ percussum anno 27 regni sui, quo et contigit terræ motus, de quo Amos cap. 1, 1. Verùm id dici nequit; nam tunc necdùm natus erat Joatham, qui patre Oziâ leprâ percusso gubernavit regnum. Nam Joatham natus est anno 28 Oziæ; id patet ex eo quòd patre moriente anno regni 52, Joatham erat 25 annorum, ut dicitur 4 Reg. 15, 33. Igitur probabiliter Salian. putat Oziam leprâ percussum anno regni sui 49, quo natus est Joathamo filius Achaz, et eodem Manahen rex Israel mortuus est. Favet Abulensis, qui Oziam quatuor vel quinque annos leprosum vixisse censet. Porrò S. Hieron. in 2 Paral. 29, asserit Oziam leprâ percussum eo anno quo mortuus est, qui fuit regni ejus 52. Peccavit Ozias dupliciter, primò quòd ausus sit ingredi Sanctum, quod solis sacerdotibus ingredi licebat; secundò, quòd adoleverit thymiama quasi sacerdos, cùm esset laicus, ac pontifici obsistenti comminatus sit mortem, ut ait Joseph.; quia ergo invasit sacerdotium, idcircò amisit regnum per lepram : prima tamen sententia (quòd scilicet leprâ percussus sit anno 27 regni sui) probabilis est, uti ostendi Amos 1, 1 : potuit enim regnum administrari per optimates, donec Joatham nasceretur et adolesceret.

Discant hìc reges non invadere jura pontificum et sacerdotum, ne à Deo percutiantur, uti percussus est Ozias; quâ de re passim exempla funesta suggerit Baron. in suis Annalibus.

(Corn. à Lap.)

Mais Ozias se mit en colère, et tenant toujours l'encensoir dans sa main, pour offrir de l'encens, il usait de menaces contre les prêtres. En même temps la lèpre parut sur son front, etc. Cet exemple de la punition d'Ozias est devenu fort célèbre dans la suite de tous les siècles. Et ce qui causa un si grand trouble à ce prince même, lorsqu'il *se sentit frappé de cette plaie du Seigneur,* et qu'il se hâta de sortir du lieu saint où il l'avait offensé, a toujours aussi inspiré une frayeur salutaire à tous les bons princes, pour les empêcher de passer les justes bornes de l'autorité que Dieu même leur a confiée. Bien loin d'entreprendre de mettre la main à l'encensoir, comme fit alors le roi Ozias, ils ont même appréhendé de donner atteinte à la moindre chose qui regardât l'autorité sacrée de l'Eglise et de ses ministres. Et nous en voyons dans l'Histoire un exemple illustre en la personne de Constantin. Car les évêques Donatistes s'étant adressés à ce grand prince, pour le rendre juge des accusations qu'ils avaient formées contre Cécilien, évêque de Carthage, si connu de tout l'univers par les injustes persécutions de ces schismatiques, Constantin, qui était rempli de respect pour la sainteté de l'Eglise et la dignité épiscopale, condamna à l'heure même leur procédé par ces excellentes paroles : *Ils demandent,* dit cet empereur, *que je les juge, moi qui attends le jugement de Jésus-Christ, puisque celui des évêques doit être considéré véritablement comme celui du Seigneur, qui juge lui-même en leur personne.*

Et lorsque depuis ce temps, et avant l'ouverture du concile de Nicée, quelques évêques Ariens s'adressèrent de nouveau à ce même prince, et lui présentèrent des libelles diffamatoires contre les plus saints prélats, au lieu

Vers. 22. — Reliqua sermonum (1) Oziæ scripsit Isaias filius Amos. De Oziâ penè nihil apud Isaiam prophetam superest : quare censendum est, commentarios hujus prophetæ de rebus Oziæ intercidisse, postquàm Esdras ex iis libris excerpsit ea quæ in libris Regum et Paralipomenon referuntur.

Vers. 23. — In agro regalium sepulcrorum. Vide 4 Regum 15, 7. Ut honore regiæ sepulturæ careret, fecit non crimen, sed lepræ, quo decessit, morbus. Porrò leprosorum cadavera à communibus sepulcris rejiciebantur : is erat ejus morbi horror; censebant enim pollui sepulcra, si corrupta elephantiasi cadavera eò inferrentur.

d'en laisser le jugement au concile même, Constantin apprit encore à toute la postérité, par son exemple, le respect que les souverains doivent avoir pour l'Église. Car après les avoir reçus, sans en vouloir lire un seul, il les fit brûler en présence des prélats, et leur dit que Dieu les ayant établis ses pontifes, leur avait donné le pouvoir de juger et des peuples et des princes, et qu'ainsi ils ne devaient pas être jugés par des hommes.

Dieu n'a puni qu'un Ozias de cette hardiesse avec laquelle il entreprit de mettre la main à l'encensoir, et l'on n'a vu que ce prince frappé de lèpre, pour avoir témérairement usurpé un ministère qui ne lui appartenait pas. Mais il y a une autre lèpre spirituelle, dont celle d'Ozias n'était qu'une image, et qui néanmoins ne cause pas la même horreur, parce qu'elle est invisible et insensible. Ce fut une espèce de miséricorde pour ce prince, de ce qu'il sentit ce châtiment corporel, de ce qu'il connut la main de Dieu qui le punissait, et de ce que la frayeur qu'elle lui causa le porta à se hâter de lui-même, comme le dit l'Ecriture, *à sortir du sanctuaire,* d'où les prêtres le chassaient. Mais il est rare que ceux qui ne sont frappés qu'intérieurement de cette autre lèpre invisible, qui rend l'âme toute difforme aux yeux du Seigneur et de ses anges, reçoivent les mêmes impressions de crainte et de trouble, et qu'ils se portent volontairement à sortir des engagements criminels, qui ont attiré sur eux les effets funestes de la colère de Dieu.

On est souvent tout lépreux devant ce juge invisible des cœurs des hommes, et on demeure néanmoins sans crainte dans son sanctuaire. On se glorifie même de sa lèpre, ou au moins de ce qui l'a causée. Et l'on vit ainsi dans une sécurité étonnante, jusqu'à ce qu'à la lumière du grand jour de l'éternité, cette lèpre horrible paraisse telle qu'elle est sur le front des réprouvés, et cause à leur âme un tel désespoir qu'elle *se hâte,* pour le dire ainsi, *de sortir du sanctuaire,* c'est-à-dire, de la présence du Saint des saints, selon cette excellente parole d'une grande sainte, que l'âme d'un réprouvé, au sortir du corps, est frappée d'une telle horreur, en se regardant elle-même dans le miroir de la pureté parfaite de Dieu, que ce lui est une espèce de soulagement de se précipiter dans les ténèbres de l'enfer, quoiqu'elle ne puisse s'y dérober encore à cette lumière souveraine qui causera éternellement son plus grand supplice. (Sacy.)

(1) Seu rerum gestarum. Horum tamen nihil jam extat in prophetiâ Isaiæ, sed prorsùs interierunt omnia. Bis tantùm illius obiter meminit, semel c. 6, vers. 1 : *Anno quo mortuus est rex Ozias, vidi Dominum sedentem super montem excelsum;* ubi S. Hieronymus, Origenes, Cyrillus et Chrysostomus notant, ideò usque ad mortem Oziæ distulisse Deum per prophetas agere cum populo Judaico, quòd hic contaminaretur consortio et præsentiâ leprosi regis : debuissent enim illum non in urbe detinere, sed extra mœnia exturbare, ut lege cautum fuerat. Addi posset debuisse occid[illegible] nam proposito capitali supplicio vetitum erat, Num. 12 et 18, ne quis præter sacerdotes incensum adoleret : quod tamen fecerat Ozias. Iterùm meminit illius Isaias c. 14, vers. 28, cùm Philisthæos ab Oziâ sæpiùs attritos, ut hìc habes v. 6 et 7, et jam compertâ morte illius vehementer exultantes, sic minabundus alloquitur : *Ne lœteris, Philisthæa omnis tu, quoniam comminuta est virga percussoris tui,* Oziæ; *de radice enim colubri egredietur regulus,* nempe *Ezechias* pronepos *Oziæ,* qui tantò graviùs vos affliget, quantò gravior est *reguli* quàm *colubri* morsus. Iterùm Oziâ adhuc vivente accidit magnus ille terræ motus, cujus meminerunt Amos, et ex quorumdam sententiâ Zacharias propheta, qui tunc contigisse videtur, quando rex attentavit sceleratis manibus incensum offerre Deo ; ita Josephus et alii Hebræi : neque abnuunt S. Hieronymus et Cyrillus. Ut mirum non sit, cives (quod ait propheta Zacharias) ex urbe Jerosolymitanâ profugisse, et regem extemplò ab impio facinore destitisse, territumque loco cessisse, ut hìc dicitur v. 20. (Tirinus.)

CAPUT XXVII.

1. Viginti quinque annorum erat Joatham cùm regnare cœpisset, et sedecim annis regnavit in Jerusalem; nomen matris ejus Jerusa filia Sadoc.

2. Fecitque quod rectum erat coram Domino, juxta omnia quæ fecerat Ozias pater suus, excepto quòd non est ingressus templum Domini, et adhùc populus delinquebat.

CHAPITRE XXVII.

1. Joatham avait vingt-cinq ans quand commença de régner; et il régna seize ans dans Jérusalem ; sa mère s'appelait Jérusa, et était fille de Sadoc.

2. Il fit ce qui était droit en la présence du Seigneur, selon tout ce qu'avait fait Ozias, son père, si ce n'est qu'il n'entra point dans le temple du Seigneur ; et cependant le peuple continuait encore de vivre dans ses désordres.

3. Ipse ædificavit portam domûs Domini excelsam, et in muro Ophel multa construxit.

4. Urbes quoque ædificavit in montibus Juda, et in saltibus castella et turres.

5. Ipse pugnavit contra regem filiorum Ammon, et vicit eos, dederuntque ei filii Ammon in tempore illo centum talenta argenti, et decem millia coros tritici, ac totidem coros hordei : hæc ei præbuerunt filii Ammon, in anno secundo et tertio.

6. Corroboratusque est Joatham, eò quòd direxisset vias suas coram Domino, Deo suo.

7. Reliqua autem sermonum Joatham, et omnes pugnæ ejus, et opera, scripta sunt in Libro regum Israel et Juda.

8. Viginti quinque annorum erat cùm regnare cœpisset, et sedecim annis regnavit in Jerusalem.

9. Dormivitque Joatham cum patribus suis, et sepelierunt eum in civitate David : et regnavit Achaz filius ejus pro eo.

3. Ce fut lui qui bâtit la grande porte de la maison du Seigneur, et qui fit faire beaucoup de bâtiments sur la muraille d'Ophel.

4. Il bâtit aussi des villes sur les montagnes de Juda, et des châteaux et des tours dans les bois.

5. Il fit la guerre au roi des Ammonites, et il les vainquit; et ils lui donnèrent en ce temps-là cent talents d'argent, dix mille mesures de froment et autant d'orge ; ce fut là ce que les enfants d'Ammon lui donnèrent en la seconde et en la troisième année, *après qu'il les eut vaincus.*

6. Et Joatham devint puissant, parce qu'il avait réglé ses voies en la présence du Seigneur, son Dieu.

7. Le reste des actions de Joatham, tous ses combats, et ce qu'il a fait de grand, est écrit dans le livre des Rois d'Israël et de Juda.

8. Il avait vingt-cinq ans quand il commença de régner, et il en régna seize dans Jérusalem.

9. Et Joatham s'endormit avec ses pères ; et ils l'ensevelirent dans la ville de David ; et Achaz, son fils, régna en sa place.

COMMENTARIUM.

VERS. 2. — NON EST INGRESSUS TEMPLUM DOMINI (1), ut pater ejus ; manum ferre ad suffitum non est ausus ; sed eò venit more regum majorum suorum, nec munera sacerdotalia usurpavit.

ET ADHUC POPULUS DELINQUEBAT. Hebræus :

(1) *Il fit ce qui était droit en la présence du Seigneur, et se conduisit en tout comme avait fait Ozias, son père, si ce n'est qu'il n'entra point dans le temple du Seigneur, et que le peuple continuait encore à pécher,* etc. Ce que le texte sacré marque dans la suite, lorsqu'il est dit que *Joatham devint puissant, parce qu'il avait réglé ses voies en la présence du Seigneur, son Dieu,* se doit entendre avec quelque sorte de restriction. Il est donc vrai que ce prince *régla ses voies,* ou rendit ses voies droites *devant Dieu,* en ce qu'il ne s'écarta point de la vraie Religion, et qu'il y marcha avec persévérance, sans sortir de cette voie où avait toujours marché David son père. Et l'on peut dire qu'il était très-digne de louanges, pour être ainsi demeuré ferme dans le culte du vrai Dieu, lorsque l'exemple de plusieurs de ses ancêtres, et le penchant de sa nation vers l'idolâtrie, lui pouvaient être un sujet de chute très-dangereux. Ce fut aussi pour cela que Dieu *affermit son règne,* voulant faire voir par ces marques si sensibles de sa protection, qu'il était fidèle à ceux qui étaient exacts à lui garder la fidelité qu'ils lui devaient.

Mais cependant il est remarquable que, dans le dénombrement des meilleurs rois de Juda, Joatham ne se trouve point compris; car, quoique d'ailleurs il ne parût rien de répréhensible dans sa vie, c'était assez, selon un ancien Père, pour l'exclure de ce nombre, de ce qu'il n'eut point la force de *détruire les hauts lieux,* où le peuple, contre la défense du Seigneur, continuait de sacrifier, quoiqu'il sût bien qu'il ne leur était permis de le faire que dans le seul temple de Jérusalem. Il est donc besoin qu'un prince, pour être parfaitement agréable à Dieu, fasse paraître de la fermeté à soutenir ses intérêts, et à faire exécuter ses divines ordonnances. Il faut qu'en considérant l'exactitude avec laquelle il se fait lui-même obéir par ses officiers et par ses sujets, il devienne très-fidèle pour obéir le premier, et pour porter tous les autres à obéir à celui dont tous les rois de la terre sont les ministres. Il faut qu'il se donne bien de garde d'user des deux poids ou des deux balances que l'Ecriture témoigne être en abomination devant Dieu, c'est-à-dire, d'exiger de ceux qui lui sont soumis une entière dépendance, et de négliger d'être lui-même parfaitement dépendant de son souverain, qui est le Seigneur de tout l'univers. Si l'Ecriture nous déclare que *le règne de Joatham fut affermi, parce qu'il régla* et rendit droites *ses voies devant Dieu,* soyons donc très-convaincus que le règlement du cœur et la droiture de la conduite sera toujours l'unique source de toute la force qu'on peut espérer contre tous ses ennemis. La chercher ailleurs, c'est se tromper, c'est courir en vain, et se vouloir appuyer sur un roseau. (Sacy.)

Adhuc populus corrumpebatur, vel corrumpebat vias suas, frequentans edita loca, teste 4 Regum 15, 35 : *Adhuc populus immolabat, et adolebat incensum in excelsis.*

Vers. 3. — Ædificavit portam domus Domini excelsam, nempe, uti creditur, portam templi orientalem.

Et in muro Ophel multa construxit. *Ophel* ingens erat turris, in mœnibus Hierosolymæ (1) : quam stetisse docet Josephus juxta porticum templi orientalem. Discimus ex secundo Esdræ 3, 26, Nathinæos consedisse in vico quodam Hierosolymæ, *Ophel* appellato. Porrò Joatham turres multas, vel arces mœnibus Ophel facilè adjecit.

Vers. 5. — Pugnavit contra regem Ammon. Ammonitas Ozias pater Joathami subjecerat, coegeratque ad tributum, c. præced. v. 7; deinde verò excutere jugum tentantes, Joathamus redegit in officium, mulctavitque talentis centum argenti, coris frumenti decies mille, et hordei totidem. Centum argenti talenta sunt quadringenta octoginta sex millia, septingentæ et duodeviginti libræ, et solidi quindecim nostri numismatis. Corus mensura erat capiens ducentas octoginta et octo pintas, cum hemipintâ, hemisextario, et ampliùs aliquantò.

Hæc præbuerunt in anno secundo et tertio. Septuaginta : *Hæc afferebant filii Ammon in primo anno, et in secundo, et in tertio,* facilè ex quo armis Joathami in ordinem redacti sunt. Deinde Joathamus tributi onus levius reddidit. Seu potiùs : Ammonitæ delato per triennium tributo ad Joathamum, quemadmodùm sub patre reddiderant, deinde descivêre, et Joathamus, motis in illos armis, ad conditionem subeundam adegit.

Vers. 7. — Omnes pugnæ et opera. Sustinendus illi fuit impetus armorum Rasin regis Syriæ, et Phacee regis Israelis, 4 Reg. 15, 37.

In libro Regum Israel et Juda. Describebantur in commentariis regum Juda ea quæ in imperio Israelis contingebant, si quid haberent affinitatis cum rebus Juda, et vicissim annales Israelitarum referebant ea ex Judâ, quæ ad Israelem spectabant : communia bella, fœdera, vel alterius in alterum prælia. Utriusque imperii commentarios Esdras utique ad manus habebat : cujus viri diligentiam spectare licet in fine historiæ uniuscujusque principis, ut adscribat fontes, unde sua omnia derivavit.

(1) Vide S. Hieron. in Isai. 32, 14, et Vatab., Lyr., Joseph. lib. 6 de Bello, c. 13, in Græcis.

CAPUT XXVIII.

1. Viginti annorum erat Achaz cùm regnare cœpisset; et sedecim annis regnavit in Jerusalem; non fecit rectum in conspectu Domini sicut David pater ejus.

2. Sed ambulavit in viis regum Israel, insuper et statuas fudit Baalim.

3. Ipse est qui adolevit incensum in valle Benennom; et lustravit filios suos in igne, juxta ritum gentium, quas interfecit Dominus in adventu filiorum Israel.

4. Sacrificabat quoque, et thymiama succendebat in excelsis, et in collibus, et sub omni ligno frondoso.

5. Tradiditque eum Dominus, Deus ejus, in manu regis Syriæ, qui percussit eum, magnamque prædam cepit de ejus imperio, et adduxit in Damascum : manibus quoque regis Israel traditus est, et percussus plagâ grandi.

6. Occiditque Phacee filius Romeliæ de Judâ centum viginti millia in die uno, omnes viros bellatores; eò quòd reliquissent Dominum, Deum patrum suorum.

CHAPITRE XXVIII.

1. Achaz avait vingt ans quand il commença de régner; et il régna seize ans à Jérusalem ; il ne fit point ce qui était droit en la présence du Seigneur, comme David son père.

2. Mais il marcha dans les voies des rois d'Israël, et fit même fondre des statues aux Baalim.

3. C'est lui qui brûla de l'encens dans la vallée de Bénennom, et qui fit passer ses enfants par le feu, selon la superstition des nations que le Seigneur extermina à l'arrivée des enfants d'Israël.

4. Il sacrifiait aussi, et brûlait des parfums sur les hauts lieux, sur les collines et sous tous les arbres chargés de feuilles.

5. Et le Seigneur, son Dieu, le livra entre les mains du roi de Syrie, qui le défit, et enleva de son royaume un grand butin, qu'il emporta à Damas. Il fut aussi livré entre les mains du roi d'Israël, et frappé d'une grande plaie.

6. Phacée, fils de Romélie, tua cent vingt mille hommes de Juda en un seul jour, tous hommes belliqueux; *Dieu le permit,* parce qu'ils avaient abandonné le Seigneur, Dieu de leurs pères.

7. Eodem tempore occidit Zechri, vir potens ex Ephraim, Maasiam filium regis, et Ezricam ducem domûs ejus, Elcanam quoque secundum à rege.

8. Ceperuntque filii Israel de fratribus suis ducenta millia mulierum, puerorum, et puellarum, et infinitam prædam : pertuleruntque eam in Samariam.

9. Eà tempestate erat ibi propheta Domini nomine Oded, qui egressus obviàm exercitui venienti in Samariam, dixit eis : Ecce iratus Dominus, Deus patrum vestrorum, contra Juda, tradidit eos in manibus vestris, et occidistis eos atrociter, ita ut ad cœlum pertingeret vestra crudelitas.

10. Insuper filios Juda et Jerusalem vultis vobis subjicere in servos et ancillas, quod nequaquàm facto opus est : peccâstis enim super hoc Domino Deo vestro.

11. Sed audite consilium meum, et reducite captivos, quos adduxistis de fratribus vestris, quia magnus furor Domini imminet vobis.

12. Steterunt itaque viri de principibus filiorum Ephraim, Azarias filius Johanan, Barachias filius Mosollamoth, Ezechias filius Sellum, et Amasa filius Adali, contra eos qui veniebant de prælio,

13. Et dixerunt eis : Non introducetis hùc captivos, ne peccemus Domino. Quare vultis adjicere super peccata nostra, et vetera cumulare delicta? grande quippe peccatum est, et ira furoris Domini imminet super Israel.

14. Dimiseruntque viri bellatores prædam, et universa quæ ceperant coram principibus et omni multitudine.

15. Steteruntque viri, quos supra memoravimus, et apprehendentes captivos, omnesque qui nudi erant, vestierunt de spoliis : cùmque vestîssent eos, et calceâssent, et refecissent cibo ac potu, unxissentque propter laborem, et adhibuissent eis curam ; quicumque ambulare non poterant, et erant imbecillo corpore, imposuerunt eos jumentis, et adduxerunt Jericho civitatem Palmarum ad fratres eorum, ipsique reversi sunt in Samariam.

7. En même temps Zechri, homme très-puissant dans Ephraïm, tua Maasias, fils du roi, Ezricam, grand-maître de la maison du roi, et Elcana, qui tenait après le roi le second rang dans ses états.

8. Et les enfants d'Israël prirent deux cent mille de leurs frères, tant femmes que garçons et filles, avec un butin infini, qu'ils emmenèrent à Samarie.

9. Il y avait là alors un prophète du Seigneur, nommé Oded, qui alla au-devant de l'armée qui venait à Samarie, et leur dit : Voici que le Seigneur, Dieu de vos pères, étant en colère contre Juda, l'a livré entre vos mains, et vous les avez tués inhumainement ; en sorte que votre cruauté est montée jusqu'au ciel.

10. Mais, outre cela, vous voulez encore vous assujétir les enfants de Juda et de Jérusalem, pour en faire vos esclaves et vos servantes ; ce que vous ne devez point faire ; car vous avez en cela même péché contre le Seigneur, votre Dieu.

11. Mais écoutez mon conseil : Ramenez ces captifs que vous avez amenés d'entre vos frères ; car une grande colère de Dieu est près de fondre sur vous.

12. Ainsi quelques-uns des principaux des enfants d'Ephraïm, savoir, Azarias, fils de Johanan, Barachias, fils de Mosallamoth, Ezéchias, fils de Sellum, et Amasa, fils d'Adali, se présentèrent devant ceux qui revenaient du combat,

13. Et leur dirent : Vous ne ferez point entrer ici vos captifs, de peur que nous ne péchions contre le Seigneur. Pourquoi voulez-vous ajouter à nos péchés, et mettre le comble à nos anciens crimes? Car ce péché est grand ; et la fureur du Seigneur est sur le point de tomber sur Israël.

14. Et cette armée renvoya le butin et tout ce qu'elle avait pris, en présence des principaux et de toute la multitude.

15. Et les personnes dont nous avons parlé prirent les captifs et tous ceux qui étaient venus, les vêtirent des dépouilles, les habillèrent, les chaussèrent, et leur donnèrent à boire et à manger ; ils les oignirent, parce qu'ils étaient très-fatigués, et en prirent un grand soin. Ils mirent sur des bêtes ceux qui ne pouvaient marcher, et dont les corps étaient dans une grande faiblesse, et les menèrent à Jéricho, ville des Palmiers, vers leurs frères, après quoi ils s'en retournèrent à Samarie.

16. Tempore illo misit rex Achaz ad regem Assyriorum, postulans auxilium.

17. Veneruntque Idumæi, et percusserunt multos ex Judâ, et ceperunt prædam magnam.

18. Philistiim quoque diffusi sunt per urbes campestres, et ad meridiem Juda, ceperuntque Bethsames, et Aialon, et Gaderoth, Socho quoque, et Thamnam, et Gamzo, cum viculis suis, et habitaverunt in eis.

19. Humiliaverat enim Dominus Judam propter Achaz regem Juda, eò quòd nudâsset eum auxilio, et contemptui habuisset Dominum.

20. Adduxitque contra eum Theglathphalasar regem Assyriorum, qui et afflixit eum, et nullo resistente vastavit.

21. Igitur Achaz, spoliatâ domo Domini, et domo regum ac principum, dedit regi Assyriorum munera, et tamen nihil ei profuit.

22. Insuper et tempore angustiæ suæ auxit contemptum in Dominum, ipse per se rex Achaz :

23. Immolavit diis Damasci victimas percussoribus suis, et dixit : Dii regum Syriæ auxiliantur eis, quos ego placabo hostiis, et aderunt mihi : cùm è contrario ipsi fuerint ruinæ ei, et universo Israel.

24. Direptis itaque Achaz omnibus vasis domûs Dei, atque confractis, clausit januas templi Dei, et fecit sibi altaria in universis angulis Jerusalem.

25. In omnibus quoque urbibus Juda exstruxit aras ad cremandum thus, atque ad iracundiam provocavit Dominum, Deum patrum suorum.

26. Reliqua autem sermonum ejus, et omnium operum suorum priorum et novissimorum, scripta sunt in libro Regum Juda et Israel.

27. Dormivitque Achaz cum patribus suis, et sepelierunt eum in civitate Jerusalem, neque enim receperunt eum in sepulcra regum Israel : regnavitque Ezechias filius ejus pro eo.

16. En ce même temps, le roi Achaz envoya au roi des Assyriens pour lui demander du secours.

17. Et les Iduméens vinrent, et tuèrent beaucoup de monde dans Juda, et firent un grand butin.

18. Les Philistins se répandirent aussi dans les villes de la campagne, et au midi de Juda ; ils prirent Bethsamès, Aïalon, Gadéroth, Socho, Thamnan, et Gamzo, avec leurs bourgades, et s'y établirent;

19. Car Dieu avait humilié Juda, à cause de son roi Achaz, parce qu'il l'avait réduit à être dénué de tout secours, et qu'il avait méprisé le Seigneur.

20. Le Seigneur fit aussi venir contre lui Theglathphalasar, roi des Assyriens, qui le battit, et ravagea son pays, sans trouver aucune résistance.

21. Achaz prenant donc tout ce qu'il y avait dans la maison du Seigneur, et dans le palais du roi et des princes, fit des présents au roi des Assyriens, ce qui néanmoins ne lui servit de rien.

22. Mais de plus, le roi Achaz, dans le temps même de sa plus grande affliction, fit paraître par lui-même un plus grand mépris encore pour le Seigneur :

23. Il immola des victimes aux dieux de Damas, à ceux qui l'avaient frappé, et dit : Ce sont les dieux des rois de Syrie, qui leur donnent du secours ; je me les rendrai favorables par mes sacrifices, et ils m'assisteront. Au lieu qu'au contraire ils furent cause de sa ruine et de celle de tout Israël.

24. Achaz, ayant donc pris tous les vases de la maison de Dieu, et les ayant brisés, ferma les portes du temple de Dieu, et dressa des autels *aux idoles* dans toutes les places de Jérusalem.

25. Il éleva aussi des autels dans toutes les villes de Juda pour y offrir de l'encens *aux idoles;* et ainsi il provoqua la colère du Seigneur, Dieu de ses ancêtres.

26. Pour le reste de ses actions et de toute sa conduite, depuis le commencement jusqu'à la fin, il est écrit dans le livre des rois de Juda et d'Israël.

27. Et Achaz s'endormit avec ses pères, et il fut enseveli dans la ville de Jérusalem ; mais on ne le mit pas dans les tombeaux des rois d'Israël ; et Ezéchias, son fils, régna en sa place.

VERS. 1. — VIGINTI ANNORUM ERAT ACHAZ, CUM REGNARE COEPISSET. De hâc ætate vide quæ disseruimus in 4 Reg. 16, 2.

VERS. 3. — LUSTRAVIT FILIOS SUOS IN IGNE. Locum hunc expendimus in 4 Reg. 16, 3.

VERS. 4. — SUB OMNI LIGNO FRONDOSO. In lucis omnibus superstitiosis, annosis, sub eximiâ quâque arbore, apud quas altaria profana erigebantur.

VERS. 5. — TRADIDIT EUM DOMINUS IN MANU REGIS SYRIÆ, QUI PERCUSSIT EUM, MAGNAMQUE PRÆDAM CEPIT.... ET ADDUXIT IN DAMASCUM. Rasin Syriæ rex fœdus composuit cum Phacee rege Israelis adversùs Achaz. Ambo verò Hierosolymam coronâ strinxerunt, sed irrito conatu, 4 Reg. 16, 5, vertente anno redierunt; divisoque agmine, uterque secundo prælio adversùs Judam pugnavit, ut hìc narratur. *Tradidit* Achaz *Dominus in manu regis Syriæ.* Scriptores quidam arbitrantur(1), regem in manus hostium incidisse, ut captivus Damascum raptus fuerit : quæ tamen eorum sententia nullâ textûs seu versionis auctoritate fulcitur. Victus solummodò fuit, ac regio direpta, suamque prædam Syri Damascum securi retulerunt. Belli hujus causa latet : quin et legitimam omnem defuisse, innuit Michæas 11, 8. (2)

VERS. 7. — OCCIDIT ZECHRI, VIR POTENS EX EPHRAIM, MAASIAM FILIUM REGIS. Zechri facilè è summis erat imperatoribus exercitûs Phacee regis Israelis, qui relatâ de rege Achaz victoriâ, jussu regis sui Maasiam regis filium interfecit. Deest in Hebræo illud, *eodem tempore;* quæ verba facinus Zechri distinguere videntur à victoriâ Phacee, cùm reverà victoriæ appendix sit.

ELCANAM SECUNDUM A REGE. Hebræus ad litteram : *Secundum regis.* Septuaginta : Τὸν διάδοχον τοῦ βασιλέως, *vicarium regis.* Eâ dignitate fruebatur Aman sub Assuero, Esther. 13, 3, 7, et 15, 2, et Josephus sub Pharaone, Gen. 41, 42. Secundi erant pariter apud summos sacerdotes. Sed utriusque generis secundi quid præstarent muneris, non satis constat.

VERS. 8. — DUCENTA MILLIA. Septuaginta : *Trecenta millia.* Alii : *Octingenta millia.*

VERS. 9. — ERAT IBI PROPHETA DOMINI, NOMINE ODED. Quis hic fuerit, ignoratur : neque pariter scimus, utrùm sedem haberet Samariæ, an casu Numinis providentiâ eò ductus fuerit. Sed objurgationum ipsius efficaciam planè mirabilem admirari subit : unde argumentum capere etiam licet, Ephraimitas in licentiam frena penitùs non relaxâsse.

VERS. 10. — FILIOS JUDA VULTIS VOBIS SUBJICERE IN SERVOS (1), reclamante præcepto legis

(1) Vide Menoch. hìc, Natal. Alex. Hist. veter. Testam. tom. 2, cap. 1, art. 5.

(2) VERS. 6. — EÒ QUÒD ACHAZ IMPIUS REX NUDASSET populum. Nihil amplius est in Hebræo, Chaldæo et Græco : sed Hieronymus explicationis causâ addidit, *auxilio*, scilicet divino. Videtur alludi ad vestium denudationem, quibus spoliabantur qui idolorum cultui vacabant, verbi gratiâ in Bacchanalibus, ut eo ritu demonstrarent, se omni humano naturalique præsidio destitutos, spem omnem in ope solius idoli repositâ habere. Simili phrasi Exodi 32, v. 25, dicitur Moyses *populum* vitulo sacrificantem invenisse *nudatum*. (Tirinus.)

(1) *Vous avez vu que le Seigneur, le Dieu de vos pères, étant en colère contre Juda, l'a livré entre vos mains, et vous les avez tués inhumainement, en sorte que votre cruauté est montée jusqu'au ciel,* etc. Un interprète a remarqué très-judicieusement sur ce sujet, que le pouvoir que Dieu donne quelquefois à un prince ou à un peuple, de punir un autre peuple, ne lui doit pas être un sujet d'élèvement, comme s'il était lui même plus juste que celui qu'il a vaincu, ou comme si tout ce qu'il peut faire pour l'humilier et l'assujétir ne blessait point la justice : car pour être convaincu du contraire, il suffit de considérer que Dieu punit fort souvent les hommes par le démon même, et que cependant ce qui est très-juste de la part de Dieu, lorsqu'il se sert de la malice du démon pour punir le péché de l'homme, est très-criminel du côté de cet esprit de ténèbres, qui ne cherche en nous affligeant qu'à satisfaire sa fureur.

C'est donc le reproche que le prophète de Dieu, nommé Oded, fait ici aux troupes du roi d'Israël, lorsqu'il les reprend de la barbarie avec laquelle elles avaient tué un très-grand nombre de leurs frères, et voulaient encore, contre la loi du Seigneur, emmener les autres en esclavage. Considérez, leur dit-il, que les habitants de Juda avaient péché contre Dieu, et que c'a été pour cette raison que Dieu s'est mis en colère contre eux, et les a livrés entre vos mains. Mais vous avez dû, vous autres, vous souvenir que ceux qu'il vous a livrés étaient vos frères, et par conséquent que vous étiez obligés d'épargner en eux votre propre sang. Cependant vous vous êtes emportés aux derniers excès de cruauté, en sorte que le traitement si barbare que vous avez exercé contre eux a crié vengeance à Dieu, et s'est élevé jusqu'à son trône, pour vous accuser vous-mêmes d'une injustice qui méritait sa colère. Ainsi vous vous êtes rendus criminels en usant inhumainement du pouvoir que Dieu vous donnait contre les habitants de Juda, au lieu de les regarder et de les traiter comme vos frères.

C'est donc avec très grande raison que saint Paul disait depuis aux Chrétiens, qu'ils prissent garde à eux mêmes lorsqu'ils corrigeaient les autres : *Mes frères*, leur disait ce grand Apôtre, *si quelqu'un est tombé par surprise*

Levit. 25, 43, 44 : *Ne affligas fratrem tuum per potentiam. Servus et ancilla sint vobis de nationibus quæ in circuitu vestro sunt.* Vide Michæam 2, 8, Israelitis exprobrantem ea quæ crudeliter et impotenter in fratres suos egerant.

QUOD NEQUAQUAM FACTO OPUS EST ; PECCASTIS ENIM SUPER HOC DOMINO DEO VESTRO. Hebræus : *Nonne tantùm vos vobiscum habetis delicta* (satis criminum) *in Dominum Deum vestrum?* Septuaginta : *Nonne ego sum vobiscum ad contestandum Domino Deo vestro?*

VERS. 13. — GRANDE QUIPPE PECCATUM EST. Crudele bellum in fratres gestum, et consilium redigendi illos in servitutem, immania sunt peccata. (1)

VERS. 16. — AD REGEM ASSYRIORUM. Hebr. : *Ad reges Assyriæ*, plurali numero pro singulari, ad Theglathphalasarum. Vide 4 Reg. 16, 7.

VERS. 17. — CEPERUNT PRÆDAM MAGNAM. Hebr. : *Duxerunt captivos plurimos.*

VERS. 18. — GAMZO. Nulla hujus nominis urbs nota est in Palæstinâ, quanquàm obscuri nominis urbs utique non erat, quippe cui minores urbes, vel suus ager parerent. Vel originalis vox corrupta est, vel urbs recens condita. Syrus et Arabs *Garam* appellant. Eadem est facilè *Gaza* Philisthæorum. De hoc bello Philisthæorum in Achaz nihil in libris Regum.

VERS. 19. — ACHAZ REGEM JUDA (1) : He-

en quelque péché, vous qui êtes spirituels, ayez soin de le relever dans un esprit de douceur, chacun de vous faisant réflexion sur soi-même, et craignant d'être tenté aussi bien que lui. Ainsi il faut que la charité tempère toujours la sévérité de la justice ; que l'homme, en punissant un autre homme, se souvienne de sa propre infirmité, et qu'il ait plutôt à se reprocher d'avoir excédé en épargnant trop son frère, qu'en le châtiant trop durement. (Sacy.)

(1) VERS. 15. — CUMQUE VESTISSENT EOS ET CALCEASSENT, ET REFECISSENT CIBO. Vide hìc insignem Israelitarum in Judæorum, licet hostium suorum, captivos, humanitatem et misericordiam, omnibus Christianorum principibus et ducibus propositam, ut eam imitentur. Sic enim vicissim Dei misericordiam in se provocabunt, si in hostes à se captos sint clementes; nimirùm, *clementia plus potest quàm violentia*, ut aiebat Antigonus rex Macedoniæ, apud Plutarch. in Apophtheg., adeò ut Darius optârit Alexandri Magni clementiam, utque is, licet hostis, sibi in regno succederet. Sic in hostes clementes fuêre Julius Cæsar Augustus, Vespasianus, Titus, Aurelianus. (Corn. à Lap.)

Et ces hommes que nous venons de nommer, prenant les captifs et tous les autres qui étaient nus, les revêtirent de ces dépouilles mêmes, etc. Exemple admirable du prompt changement que peut produire la parole et la grâce du Seigneur dans les cœurs les plus emportés! Combien de fois avaient parlé inutilement à ce même peuple tant de saints prophètes! Et le voici abattu en un instant par une seule parole du prophète Oded. Ils sont chargés de dépouilles; ils emmènent une grande multitude de captifs, et ils retournent chez eux triomphants, et par conséquent peu disposés à s'humilier dans leur victoire. Cependant, sur la simple déclaration que leur fait un homme de la part de Dieu, qu'ils ont péché et offensé le Seigneur, et sur l'avis qu'il leur donne, de renvoyer libres leurs frères qu'ils menaient captifs, non seulement ils leur accordent la liberté, mais ils les traitent avec une charité aussi tendre qu'ils leur avaient fait paraître auparavant de cruauté, et ils renoncent en même temps à tout le butin et à toutes ces dépouilles si riches qu'ils avaient prises sur ceux qu'ils avaient vaincus.

Qui désespérera, après un si grand exemple, des effets que peut produire la grâce sur les cœurs rebelles à la vérité et à la piété? Mais qui néanmoins ne sera aussi effrayé par ce même exemple d'un changement si général et si prompt de toute une armée, lorsqu'il voit présentement au milieu même de l'Eglise tant de prédications et de menaces réitérées de la part de Dieu, rendues inutiles par la dureté du cœur de ceux qui vivent au temps de la grâce de l'Evangile? Des troupes qui sont encore toutes transportées de la chaleur du combat, renoncent sans peine à tout l'avantage de leur victoire, parce qu'un homme leur fait entendre qu'elles ont péché et offensé le Seigneur, en dépouillant si cruellement leurs frères, quoiqu'il fût vrai que Dieu même les avait livrés entre leurs mains. Et nous sommes sourds, nous autres, à la parole d'un Homme-Dieu, qui nous prêche par son Incarnation, par ses souffrances et par sa mort. Nous méprisons les menaces qu'il nous fait, lorsque nous osons dépouiller aussi nos frères par nos injustices, ou que nous leur refusons la nourriture et le vêtement qu'ils ont droit de nous demander, comme à ceux qui sont établis pour les assister dans leur pauvreté. Qu'il y aura donc de ces anciens Juifs qui s'élèveront contre beaucoup de Chrétiens au jour que Dieu jugera les hommes, pour leur reprocher par leur propre exemple la dureté de leur cœur! Et que ce sera alors une terrible confusion pour des disciples de JÉSUS-CHRIST, d'être convaincus d'inhumanité envers leurs frères par ceux-mêmes dont leur divin Maître les obligeait de surpasser la charité et la justice! (Sacy.)

(1) *Dieu humilia Juda à cause de son roi Achaz, qui l'avait dépouillé de tout secours, et qui avait méprisé le Seigneur. Le Seigneur fit aussi venir contre lui Theglathphalasar, roi des Assyriens, qui le battit, et ravagea* son pays, etc. On a remarqué ailleurs qu'on a de la peine à accorder ce qui est dit en ce lieu, que le Seigneur, irrité contre ce prince, fit venir contre lui le roi des Assyriens, avec ces autres paroles du quatrième livre des Rois, qu'Achaz envoya des ambassadeurs à ce même

bræus : *Regem Israelis.* Occurrit inferiùs, v. 27, et alibi etiam sæpè nomen Israelis pro Judâ positum.

EO QUOD NUDASSET EUM AUXILIO, ET CONTEMPTUI HABUISSET DOMINUM. Hebræus : *Quia exspoliaverat in Judâ, et prævaricavit in Dominum.*

roi des Assyriens, pour le prier de venir le délivrer des mains du roi de Syrie et des mains du roi d'Israël, qui s'étaient unis contre lui. Mais il faut considérer que dans ce même chapitre que nous expliquons, où il est dit *que le Seigneur fit venir le roi des Assyriens contre Achaz*, il est marqué aussi en propres termes un peu devant, comme au quatrième livre des Rois, *que le roi Achaz envoya au roi des Assyriens lui demander du secours.* Il paraît donc que les rois de Syrie et d'Israël, s'étant joints ensemble contre Juda pour le perdre, et étant venus mettre le siége devant la ville de Jérusalem, ne purent néanmoins s'en rendre maîtres, et que ce fut leur grand orgueil qui attira, comme le marque Isaïe, le secours de Dieu à Achaz, quoiqu'il en fût si indigne.

Or ce prince, étant délivré de la sorte, ou même avant qu'il le fût, se confia davantage au secours des hommes qu'à celui de Dieu. Ainsi, ayant envoyé des ambassadeurs à Theglathphalasar, roi des Assyriens, il lui demanda son assistance. C'est pourquoi, lorsque la sainte Ecriture dit ici *que le Seigneur envoya contre lui ce roi des Assyriens*, il est visible qu'elle entend qu'encore qu'Achaz eût envoyé de lui-même demander à Theglathphalasar du secours, ce prince marcha néanmoins véritablement par l'ordre de Dieu contre lui, pour le punir de son infidélité, parce qu'en effet au lieu de le secourir, il lui fit la guerre et pilla tous ses états. Aussi Dieu ayant donné à Achaz une aussi grande assurance de son secours, que le Saint-Esprit nous le déclare dans le quatrième livre des Rois, où l'on peut voir le signe miraculeux par lequel il s'engagea de le délivrer de ses ennemis qui l'assiégeaient, ce prince mérita bien, pour n'avoir pas cru à une parole si positive que Dieu lui donnait, d'en être puni très-sévèrement par le roi même dont il osa préférer l'assistance à celle du Dieu d'Israël.

Ce fut ce *mépris qu'il fit du Seigneur*, qui *le dépouilla* avec son peuple *de tout secours*, selon l'expression du texte sacré : car que pouvait espérer un prince qui méprisait le secours de Dieu même, et qui mettait sa confiance dans les troupes d'un roi idolâtre? Tel est cependant le malheur de ceux qui, se devant assurer sur la parole de Jésus-Christ, lorsqu'il leur déclare qu'il a vaincu le monde, l'un des plus grands ennemis de leur salut, refusent aussi bien qu'Achaz de se confier au Seigneur, et aiment mieux mettre encore leurs espérances dans le monde, comme s'ils pouvaient y trouver leur avantage et leur sûreté. Ils appellent donc alors, pour le dire ainsi, le prince du monde, figuré par le roi des Assyriens. Mais il leur arrive enfin, comme à ce roi de Juda, d'être pillés et accablés par la tyrannie de celui qu'ils ont préféré à Jésus-Christ. (Sacy.)

Nudavit Achaz Judam divitiis suis, malis oppressit, in illum undique hostes inducens; in defectionem à Domino lapsus est, tramiti insistens divinis legibus planè opposito. Vel potiùs : *Nudavit Judam*, ignominiæ exposuit, ac probris hostium, defensione undique præreptâ; et prævaricatus est à Domino perfidiâ suâ et flagitiis. Persimilem phrasim habes apud Moysem, cùm Israelitas ob cultum aureo vitulo impensum *nudatos* fuisse scribit. Exod. 32, 25 : *Videns Moyses populum quòd esset nudatus; spoliaverat enim eum Aaron propter ignominiam sordis, et inter hostes nudum constituerat.*

VERS. 20. — ADDUXIT CONTRA EUM THEGLATHPHALASAR, QUI ET AFFLIXIT EUM, ET NULLO RESISTENTE VASTAVIT. Hebræus ad litteram : *Dominus adduxit super eum Theglathphalasar regem Assyriæ, et angustiæ fuit ei* (vel afflixit) *et non roboravit eum.* Septuaginta : *Venit super eum...*, *et tribulabat eum.* Viri quidam docti locum hunc conciliaturi cum iis quæ leguntur in 4 Regum 16, 7, Theglathphalasarum scilicet venisse suppetias laturum Achaz, quem et liberavit molestiâ belli gravissimi duorum regum, Syriæ scilicet ac Samariæ, immutandum aliquid censent in textu, vertuntque : *Rex Assyriæ venit in auxilium ejus, eruitque ex afflictione, quâ premebatur, et auxiliatus est ei.* Hæc illi substituunt pro iis quæ versiculo sequenti leguntur : *Et tamen nihil ei profuit;* vel juxta Hebræum : *Et non ad auxilium sibi.* Vide Grotium hìc.

Sed immutationes ejusmodi graviores sunt, quàm ut nullâ gravi necessitate cogente admittantur. Nec desunt qui gemina hæc loca inter se conciliare aggrediantur, nullâ vi textui illatâ, quin hæc extrema conentur. Creditur Theglathphalasar venisse primùm opem laturus Achaz, ab eoque avertisse vires Syrorum et Israelitarum regni Phacee, ut in libris Regum narratur, cui ob acceptum insigne beneficium gratias acturus Achaz, illum invisurus, Damascum usque concessit. Is verò, seu non contentus iis quæ sibi Achaz rependerat, seu aliam belli occasionem captans, invasit ditionem Juda, latèque vastavit, nec ante discessit quàm expoliato ab Achaz templo et regiâ domo supellectilibus quas secum auferret, coactoque Achaz ad annuum tributum. Postremum hoc exprimitur iis verbis : *Dedit regi Assyriorum munera* (4); et apertiùs etiam

(4) Vide v. 21, et 4 Reg. 16, 7 : *Misit Achaz...., dicens : Servus tuus et filius tuus ego sum.*

constabit ex historiâ Ezechiæ, filii et successoris Achaz, qui cùm tributum solvere detrectâsset, Sennacheribi arma in se provocavit, quibus ad eas angustias redactus est, quæ in lib. Regum 4, 18, 7, narrantur, Isaiæ pariter vaticinio prænuntiatas: *Adducet Dominus super te dies qui non venerunt à diebus separationis Ephraim à Judâ cum rege Assyriorum.* Lege eumdem 8, 6, 7, ubi Theglathphalasari exercitum inundationi Euphratis comparat.

VERS. 22. — IPSE PER SE REX ACHAZ IMMOLAVIT DIIS DAMASCI VICTIMAS, PERCUSSORIBUS SUIS (1); immolavit, scilicet suis manibus, vel suâ sponte, nemine sollicitante vel cogente. Scitum est, Achaz, accepto à rege Assyriorum insigni beneficio, Damascum se contulisse, 4 Reg. 16, 10 et seq. Cùm verò minimè studeret grates referre Deo, qui sibi opem à Theglathphalasaro impetraverat, adeò se erroris caligine mersit, ut crederet, numina Damasci sibi infensa eam ultionem in caput suum exercuisse: quare litandum illis sacrificio censuit, aramque ad normam Damasci procuratam Hierosolymis exstruxit. Denique eò venit nequitiæ, ut Dominus, scelerum ejus pertæsus, permiserit illum manibus regis Assyriorum, hactenùs patroni, nunc adversarii, qui Judam invadens latè vastavit atque diripuit.

Hebræo hujus versiculi et præcedentis aptari potest sensus à Vulgatâ parùm alienus vers. 22: *In tempore angustiæ suæ auxit contemptum in Dominum ipse rex Achaz;* vers. 22: *Et immolavit diis Damasci percussoribus suis.* Septuaginta: *Et adjecit recedere à Domino, et dixit ipse rex Achaz: Exquiram*, colam, *deos Damasci, qui verberant me.* Sed difficultas hìc suboritur aliqua. Statuit Achaz sacra operari diis regum Syriæ, quòd propitii sint cultoribus suis: *Dii Syriæ auxiliantur eis, quos ego placabo hostiis, et aderunt mihi.* An ignorabat, deos hosce neque se, neque regem suum, neque regionem eripere ab invasione copiarum Assyriæ valuisse? Facilè igitur hæc præcesserunt victoriam relatam à Rasin rege Damasci de Theglathphalasaro, quem castris exutum neci tradidit; hoc autem à se initum consilium post iter Damascenum explevit. (1)

VERS. 24. — CLAUSIT JANUAS TEMPLI DEI. Primò quidem clausit templi fores, ne à rege Assyriorum occuparetur, 4 Reg. 16, 18; deinde cultum Domini penitùs abjecit, 2 Paral. 29, 7. Ezechias inter primas regni curas hanc posuit, ut sacras fores recluderet, ibid. v. 3.

VERS. 27. — INTER SEPULCRA REGUM ISRAEL. Nomen *Israel* hìc, uti et alibi sæpiùs, pro *Judâ* ponitur.

(1) *Mais de plus, dans le temps même de sa plus grande affliction, le roi Achaz fit paraître encore un plus grand mépris du Seigneur par cette action qu'il fit de lui même. Il immola des victimes aux dieux de Damas, qu'il regardait comme les auteurs de son malheur*, etc.

On s'étonnera sans doute de l'extravagance de ce prince; mais elle était une suite naturelle du premier aveuglement par lequel il avait osé préférer l'assistance des Assyriens à celle de Dieu. Ainsi, tombant de précipice en précipice, et passant facilement du premier mépris de Dieu à un plus grand, il quitta même ouvertement le culte extérieur de la Religion de ses pères, pour sacrifier à des faux dieux. Ce sont des démarches bien funestes et bien terribles, mais qui dépendent de la première, et qui doivent faire craindre à tous les hommes les premiers engagements dans le péché, d'où peuvent naître tant de suites monstrueuses qu'on n'a pas d'abord envisagées. Quel étrange raisonnement pour un roi du peuple de Dieu, à qui tous les siècles passés fournissaient tant d'exemples de la faiblesse des idoles des nations, vaincues mille fois par Israël! *Ce sont*, disait-il, *les dieux des rois de Syrie qui les assistent* si puissamment. *C'est pourquoi je veux me les rendre favorables par mes sacrifices. Et alors ils m'assisteront* aussi. Mais l'Ecriture détruit en un mot ce raisonnement extravagant et impie, lorsqu'elle ajoute que ces faux dieux, au lieu d'assister ce prince, *furent cause de sa ruine, et de celle de tout Israël*, parce qu'en les éloignant tout à-fait du secours de Dieu, ils les exposèrent enfin à une ruine entière. (Sacy.)

(1) VERS. 23. — IMMOLAVIT DIIS DAMASCI VICTIMAS PERCUSSORIBUS SUIS, ET DIXIT: DII REGUM SYRIÆ AUXILIANTUR EIS, QUOS EGO PLACABO HOSTIIS, ET ADERUNT MIHI, CUM E CONTRARIO IPSI FUERINT RUINÆ EI, ET UNIVERSO ISRAEL. Dii enim hi erant dæmones, qui non nisi nocere student Israeli, id est, populo fideli. Similis fuit stultitia Romanorum gentilium, qui hostium suorum deos invocabant, ut evocati à terrâ hostili Romam commigrarent, ac Romanis victoriam de hostibus darent, uti refert S. August. lib. 4 de Civit. (Corn. à Lap.)

CAPUT XXIX.

1. Igitur Ezechias regnare cœpit cùm viginti quinque esset annorum, et viginti novem annis regnavit in Jerusalem: nomen matris ejus Abia, filia Zachariæ.

CHAPITRE XXIX.

1. Ezéchias commença donc à régner à l'âge de vingt-cinq ans, et il en régna vingt-neuf dans Jérusalem; sa mère s'appelait Abia, et était fille de Zacharias.

2. Fecitque quod erat placitum in conspectu Domini, juxta omnia quæ fecerat David pater ejus.

3. Ipse anno et mense primo regni sui, aperuit valvas domûs Domini, et instauravit eas.

4. Adduxitque sacerdotes atque levitas, et congregavit eos in plateam orientalem.

5. Dixitque ad eos : Audite me, levitæ, et sanctificamini; mundate domum Domini Dei patrum vestrorum, et auferte omnem immunditiam de sanctuario.

6. Peccaverunt patres nostri, et fecerunt malum in conspectu Domini Dei nostri, derelinquentes eum ; averterunt facies suas à tabernaculo Domini, et præbuærunt dorsum.

7. Clauserunt ostia quæ erant in porticu, et exstinxerunt lucernas, incensumque non adoleverunt, et holocausta non obtulerunt in sanctuario Deo Israel.

8. Concitatus est itaque furor Domini super Judam et Jerusalem, tradiditque eos in commotionem, et in interitum, et in sibilum, sicut ipsi cernitis oculis vestris.

9. Et corruerunt patres nostri gladiis; filii nostri, et filiæ nostræ, et conjuges captivæ ductæ sunt propter hoc scelus.

10. Nunc ergo placet mihi ut ineamus fœdus cum Domino Deo Israel, et avertet à nobis furorem iræ suæ.

11. Filii mei, nolite negligere : vos elegit Dominus ut stetis coram eo, et ministretis illi, colatisque eum, et cremetis ei incensum.

12. Surrexerunt ergo levitæ : Mahath filius Amasaï, et Joel filius Azariæ, de filiis Caath. Porrò de filiis Merari, Cis filius Abdi, et Azarias filius Jalaleel. De filiis autem Gersom, Joah filius Zemma, et Eden filius Joah.

13. At verò de filiis Elisaphan, Samri, et Jahiel. De filiis quoque Asaph, Zacharias, et Mathanias.

14. Necnon de filiis Heman, Jahiel, et Semei. Sed et de filiis Idithun, Semeias, et Oziel.

15. Congregaveruntque fratres suos, et

2. Il fit ce qui était agréable aux yeux du Seigneur, selon tout ce qu'avait fait David, son père.

3. Dès le premier mois de la première année de son règne, il ouvrit les grandes portes de la maison du Seigneur, et il les rétablit.

4. Il fit aussi venir les prêtres et les lévites; il les assembla dans la place qui est à l'orient,

5. Et leur parla ainsi : Ecoutez-moi, lévites; sanctifiez-vous, nettoyez la maison du Seigneur, Dieu de vos pères; et ôtez toutes les impuretés du sanctuaire.

6. Nos pères ont péché, et ont commis le mal devant le Seigneur notre Dieu, en l'abandonnant; ils ont détourné leur visage de son tabernacle, et lui ont tourné le dos.

7. Ils ont fermé les portes du vestibule, et ont éteint les lampes; ils n'ont plus brûlé d'encens, et n'ont plus offert d'holocaustes dans le sanctuaire au Dieu d'Israël ;

8. Aussi la colère de Dieu s'est enflammée contre Juda et Jérusalem. Il les a livrés au trouble, à la mort et à la raillerie, comme vous le voyez vous-mêmes de vos propres yeux.

9. C'est ainsi que nos pères ont péri par l'épée, et que nos fils, nos filles et nos femmes ont été emmenés captifs, en punition de ce crime.

10. Maintenant donc je veux que nous renouvelions l'alliance avec le Seigneur, Dieu d'Israël, et il détournera de nous l'effet de sa colère.

11. Mes enfants, ne soyez point négligents; le Seigneur vous a choisis pour paraître devant lui, pour le servir, pour lui rendre le culte qui lui est dû, et pour brûler de l'encens en son honneur.

12. Alors plusieurs lévites se levèrent; *savoir*, d'entre les descendants de Caath, Mahath, fils d'Amasaï, et Joël, fils d'Azarias; des descendants de Mérari, Cis, fils d'Abdi, et Azarias, fils de Jalaléel; des descendants de Gersom, Joah, fils de Zemma, et Eden, fils de Joah;

13. Des descendants d'Elisaphan, Samri et Jahiel; des descendants d'Asaph, Zacharias et Mathanias;

14. Des descendants d'Héman, Jahiel et Séméï; des descendants d'Idithun, Séméias et Oziel.

15. Ils assemblèrent leurs frères, et s'étant

sanctificati sunt, et ingressi sunt juxta mandatum regis et imperium Domini, ut expiarent domum Dei.

16. Sacerdotes quoque ingressi templum Domini ut sanctificarent illud, extulerunt omnem immunditiam, quam intrò repererant in vestibulo domûs Domini: quam tulerunt Levitæ, et asportaverunt ad torrentem Cedron foràs.

17. Cœperunt autem primâ die mensis primi mundare, et in die octavo ejusdem mensis ingressi sunt porticum templi Domini, expiaveruntque templum diebus octo, et in die sextâ decimâ mensis ejusdem, quod cœperant impleverunt.

18. Ingressi quoque sunt ad Ezechiam regem, et dixerunt ei : Sanctificavimus omnem domum Domini, et altare holocausti, vasaque ejus, necnon et mensam propositionis cum omnibus vasis suis,

19. Cunctamque templi supellectilem, quam polluerat rex Achaz in regno suo, postquàm prævaricatus est : et ecce exposita sunt omnia coram altare Domini.

20. Consurgensque diluculò Ezechias rex, adunavit omnes principes civitatis, et ascendit in domum Domini :

21. Obtuleruntque simul tauros septem, et arietes septem, agnos septem, et hircos septem pro peccato, pro regno, pro sanctuario, pro Judâ ; dixitque sacerdotibus filiis Aaron ut offerrent super altare Domini.

22. Mactaverunt igitur tauros, et susceperunt sanguinem sacerdotes, et fuderunt illum super altare: mactaverunt etiam arietes, et illorum sanguinem super altare fuderunt : immolaveruntque agnos, et fuderunt super altare sanguinem.

23. Applicuerunt hircos pro peccato, coram rege et universâ multitudine, imposueruntque manus suas super eos :

24. Et immolaverunt illos sacerdotes, et asperserunt sanguinem eorum coram altari pro piaculo universi Israelis; pro omni quippe Israeli præceperat rex ut holocaustum fieret, et pro peccato.

25. Constituit quoque Levitas in domo Domini, cum cymbalis, et psalteriis, et

sanctifiés, ils entrèrent dans le temple, suivant l'ordre du roi et le commandement du Seigneur, pour le purifier.

16. Les prêtres entrèrent aussi dans le sanctuaire du Seigneur, pour le sanctifier ; et ils ôtèrent tout ce qu'ils trouvèrent d'impur audedans, et ils le portèrent dans le vestibule de la maison du Seigneur, où les lévites le prirent pour le jeter dans le torrent de Cédron.

17. Ils commencèrent le premier jour du premier mois à tout purifier ; et le huitième jour du même mois, ils entrèrent dans le portique du temple du Seigneur ; ils employèrent huit jours à purifier le temple ; et le seizième du même mois, ils achevèrent ce qu'ils avaient commencé.

18. Ils entrèrent ensuite au palais du roi Ezéchias, et lui dirent : Nous avons sanctifié toute la maison du Seigneur, l'autel de l'holocauste, les vases sacrés, la table de proposition avec tous ses vaisseaux,

19. Et tous les ustensiles du temple, que le roi Achaz avait souillés pendant son règne, depuis qu'il eut abandonné Dieu; et voici que l'on a tout exposé devant l'autel du Seigneur.

20. Alors le roi Ezéchias, se levant de grand matin, assembla tous les chefs de la ville, et monta à la maison du Seigneur.

21. Ils offrirent donc ensemble sept taureaux, sept beliers, sept agneaux et sept boucs pour l'expiation des péchés, pour le royaume, pour le sanctuaire et pour Juda ; et le roi dit aux prêtres, descendants d'Aaron, d'offrir les holocaustes sur l'autel du Seigneur.

22. Les prêtres immolèrent donc les taureaux ; et ils en prirent le sang, qu'ils répandirent sur l'autel : ils immolèrent aussi les béliers, et en répandirent le sang sur l'autel; ils immolèrent de même les agneaux, et en répandirent le sang sur l'autel.

23. Ils firent approcher les boucs qui étaient pour le péché, devant le roi et devant tout le monde, et ils leur imposèrent les mains.

24. Les prêtres les immolèrent, et en répandirent le sang devant l'autel, pour l'expiation des péchés de tout Israël ; car le roi avait ordonné d'offrir pour tout Israël l'holocauste et l'hostie pour le peché.

25. Il établit aussi les lévites dans la maison du Seigneur, avec les cymbales, les harpes

citharis, secundùm dispositionem David regis, et Gad videntis, et Nathan prophetæ: siquidem Domini præceptum fuit per manum prophetarum ejus.

26. Steteruntque Levitæ tenentes organa David, et sacerdotes tubas.

27. Et jussit Ezechias ut offerrent holocausta; cœperunt laudes canere Domino, et clangere tubis, atque in diversis organis, quæ David rex Israel præparaverat, concrepare.

28. Omni autem turbâ adorante, cantores, et ii qui tenebant tubas, erant in officio suo, donec compleretur holocaustum.

29. Cùmque finita esset oblatio, incurvatus est rex, et omnes qui erant cum eo, et adoraverunt.

30. Præcepitque Ezechias et principes Levitis, ut laudarent Dominum sermonibus David et Asaph videntis: qui laudaverunt eum magnâ lætitiâ, et incurvato genu adoraverunt.

31. Ezechias autem etiam hæc addidit: Implêstis manus vestras Domino: accedite, et offerte victimas, et laudes in domo Domini. Obtulit ergo universa multitudo hostias, et laudes et holocausta, mente devotâ.

32. Porrò numerus holocaustorum, quæ obtulit multitudo, hic fuit: tauros septuaginta, arietes centum, agnos ducentos.

33. Sanctificaveruntque Domino boves sexcentos, et oves tria millia.

34. Sacerdotes verò pauci erant, nec poterant sufficere ut pelles holocaustorum detraherent: unde et Levitæ fratres eorum adjuverunt eos, donec impleretur opus, et sanctificarentur antistites: Levitæ quippe faciliori ritu sanctificantur, quàm sacerdotes.

35. Fuerunt ergo holocausta plurima, adipes pacificorum, et libamina holocaustorum: et completus est cultus domûs Domini.

36. Lætatusque est Ezechias, et omnis populus, eò quòd ministerium Domini esset expletum. De repente quippe hoc fieri placuerat.

et les guitares, en suivant ce qu'avaient réglé le roi David, le voyant Gad et le prophète Nathan; car c'était un ordre que le Seigneur avait donné par le ministère de ses prophètes.

26. Les lévites se tenaient là avec les instruments de David, et les prêtres avaient des trompettes.

27. Et Ezéchias commanda qu'on offrît les holocaustes sur l'autel; et lorsqu'on les offrait, ils se mirent à chanter les louanges du Seigneur, à sonner des trompettes, et à jouer de diverses sortes d'instruments que David, roi d'Israël, avait inventés.

28. Et pendant que le peuple était prosterné, les chantres et ceux qui tenaient des trompettes faisaient leur office, jusqu'à ce que l'holocauste fût achevé.

29. L'oblation finie, le roi s'inclina et tous ceux qui étaient avec lui, et ils se prosternèrent.

30. Ezéchias et les princes commandèrent aux lévites de chanter les louanges de Dieu par les paroles de David et du voyant Asaph; ils le firent avec grande joie; et s'étant mis à genoux, ils se prosternèrent.

31. Ezéchias ajouta encore ceci: Vous avez empli vos mains au Seigneur; approchez-vous *donc*, et offrez des victimes et des sacrifices d'actions de grâce dans la maison du Seigneur. Ainsi toute cette multitude offrit des hosties, des sacrifices d'actions de grâce, et des holocaustes, avec un esprit de piété.

32. Voici le nombre des holocaustes qui furent offerts par la multitude: soixante-dix taureaux, cent béliers, et deux cents agneaux.

33. Et ils sanctifièrent au Seigneur six cents bœufs et trois mille moutons.

34. Or les prêtres étaient en petit nombre, et ils ne pouvaient suffire à ôter la peau des victimes destinées aux holocaustes; c'est pourquoi leurs frères les Lévites les aidèrent jusqu'à ce que tout fût achevé, et que l'on eût purifié des prêtres; car on peut sanctifier les lévites plus facilement que les prêtres.

35. Ainsi l'on offrit beaucoup d'holocaustes, de graisses des hosties pacifiques, et de libations des holocaustes; et le culte de la maison du Seigneur fut entièrement rétabli.

36. Et Ezéchias, avec tout le peuple, témoigna une grande joie de ce que le ministère du culte du Seigneur était rétabli; car la résolution de le faire en fut prise tout d'un coup.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Abia (vel, 4 Reg. 18, 2, *Abi*) filia Zachariæ. Sunt qui filiam, vel neptem faciant Zachariæ filii Joiadæ, lapidibus in templo, jubente Joas, confecti, 2 Paral. 24, 20, 21. Quam opinionem unicum Zachariæ nomen invexit. (1)

Vers. 3. — Anno et mense primo regni sui; facilè in universali populi conventu, ubi delatum illi est imperium. Ita Lyra.

Instauravit eas; portas scilicet templi induit laminis aureis, quas deinde evellere coactus fuit, regi Assyriorum tradendas. (2)

Vers. 4. — In plateam orientalem, in atrium sacerdotum, ante portam orientalem templi. Eò convenerunt sacerdotes et Levitæ omnes qui tunc Hierosolymis aderant, illosque monuit, ut reliquos fratres suos vocarent, atque expiationem templi aggrederentur.

Vers. 5. — Auferte omnem immunditiam de sanctuario. Sanctuarium non semel pro templo accipitur, uti inferiùs, v. 7. Hæc igitur sententia textui aptari potest : Auferte sordes è templo. Idola in Sanctuario collocata fuisse, censent Hebræi apud Lyram, quod tamen nos vix credimus. Cur enim templi fores clausisset Achaz hìc vers. seq., si idola eò invexisset?

Vers. 7. — Clauserunt ostia, quæ erant in porticu. Scilicet sive portas atrii Sacerdotum, sive templi, seu vestibuli, vel Sancti.

Holocausta non obtulerunt in Sanctuario. Victimæ nullæ, sed tantùm victimarum cruor die solemnis expiationis in Sanctuarium inferebatur, Levit. 16, 14, 32. Maluerim hìc ego nomen *Sanctuarii* accipere de atrio Sacerdotum, ubi erat altare holocaustorum, in quo victimæ omnes offerebantur.

Vers. 8. — Tradidit eos in commotionem, et in interitum, et in sibilum. Hebræus ad litteram : *Tradidit eos in commotionem, in desolationem et in sibilum.* Septuaginta : *Dedit eos in extasim, in perditionem et in derisum.* Panico *terrore* correpti sunt : regio illorum desolata est, nemine casum illorum plorante.

Vers. 9. — Conjuges captivæ. Vide supra, 28, 8. (1)

Vers. 16. — Sacerdotes ingressi templum Domini, ut sanctificarent illud, extulerunt omnem immunditiam..., quam tulerunt Levitæ, et asportaverunt ad torrentem Cedron. Ordo in his versiculis 15, 16 et 17, non satis accuratè servatur. Ita ergo res sese habuit : Sacerdotes et Levitæ primò purgârunt atria tùm sacerdotum, tum populi, quod octo dierum opere absolutum est. Dein manum admoverunt interiori templi. Sed cùm Levitis pedem intrò ferre vetitum esset, sacerdotes ad vestibulum deferebant sordes, avehendas à Levitis,

(1) Vers. 2. — *Il fit ce qui était agréable aux yeux du Seigneur, selon tout ce qu'avait fait David, son père.* Autant qu'un enfant est criminel, lorsqu'il s'éloigne de la vertu de son père, et que foulant sous ses pieds les exemples domestiques de piété qu'il avait sans cesse devant les yeux, il devient lui-même un exemple de déréglement et d'impiété à tous les autres; autant un fils est digne de toutes sortes de louanges, lorsqu'il s'éloigne de la corruption dont son père lui avait donné l'exemple, et qu'il travaille avec d'autant plus d'ardeur à rendre à Dieu tout ce qu'il lui doit, qu'il ressent plus de confusion de toutes les infidélités de ses proches; car ce n'est pas, dit saint Grégoire, une fort grande louange d'être bon avec les bons; mais c'est une chose très-digne d'estime d'être bon au milieu même des méchants. Il suffit donc de se souvenir qu'Ezéchias était fils d'Achaz, pour donner de grandes louanges à un fils si vertueux, dont le père était si impie, ou plutôt pour relever l'admirable miséricorde du Dieu d'Israël, qui voulut faire éclater en la personne du fils les trésors de sa bonté et de sa grâce, comme on avait vu des effets terribles de sa justice en la personne du père.

Le plus grand éloge que l'Ecriture pouvait faire d'Ezéchias, a été de dire qu'il *imita en toutes choses David, son père.* Car quoique David eût commis deux grands péchés, Dieu n'a pas laissé de le nommer toujours depuis son fidèle serviteur, et parce qu'il fit une pénitence très-sincère de ces péchés, et parce qu'il demeura toujours très-fidèlement attaché à son service, ne l'ayant jamais abandonné pour adorer des dieux étrangers. Ce fut donc à l'imitation de l'exemple de David qu'Ezéchias s'attacha principalement. Il ne regarda l'exemple d'Achaz, son propre père, que pour en avoir de l'horreur et s'en éloigner de toutes ses forces, et pour réparer, selon son pouvoir, tout le mal qu'il avait fait. Mais il se proposa le modèle de David, comme celui qu'il devait suivre. Et c'est pour cela que dans le dénombrement des plus saints rois, qui se trouve dans le livre de l'Ecclésiastique, il est nommé immédiatement après David. (Sacy.)

(2) 4 Reg. 18, 16 : *Confregit Ezechias valvas templi Domini, et laminas auri, quas ipse affixerat, et dedit eas regi Assyriorum.*

(1) Vers. 15. — Ut expiarent domum Domini, puta atrium Sacerdotum, quod eorum erat templum, nam in Sanctum nemini ingredi fas erat nisi sacerdoti, sicut in Sanctum sanctorum soli pontifici. Unde et hìc soli sacerdotes asseruntur *ingressi templum et sanctificâsse,* id est, expurgâsse illud ab idolis, eorumque superstitione, sordes hasce exportantes *in vestibulo.* Sept. : *In vestibulum,* ex quo deinde Levitæ illas efferebant, et projiciebant in torrentem Cedron. (Corn. à Lap.)

projiciendasque in torrentem Cedron, in locum immundum. Hoc itidem opere dies octo insumpti sunt, atque ita demùm templum universum intra dies sexdecim mundatum est. (1)

Vers. 19. — Quam polluerat. Hebræus : *Quam projecerat* extra templum.

Vers. 21. — Obtulerunt tauros septem; plures scilicet quàm à lege imperatum erat Levit. 4, 13, 14, 22; neque enim injunctus fuerat nisi vitulus unicus pro peccato populi, et hircus pro delicto principis. Ezechias offerendas à se victimas non dimetitur ad legis normam, sed ad studium religionis et pietatis suæ. Adde, sermonem non esse in legibus nisi de peccato ignorantiæ : hìc autem nimiò graviora expianda erant : idololatria, legum divinarum contemptus, templi profanatio, atque alia quæ ex his consequuntur sexcenta. In textu Hebræo legimus, oblatas fuisse eas victimas *pro regno, pro Sanctuario, pro Judâ. Pro regno* quidem, nempe pro delictis regis, ejusque majorum; *pro Sanctuario* profanato et violato, vel pro sacerdotibus sacrilegis et profanatoribus; denique *pro Judâ,* pro universo scilicet populo, qui deteriora regum vestigia legerat.

Vers. 23. — Imposuerunt manus suas super eos. Totius cœtûs principes, uti rex et optimates Juda, manus ex legis præcepto capiti victimæ imponentes, peccata sua confitebantur, Levit. 4, 15.

Vers. 25. — Constituit Levitas in domo Domini cum cymbalis... secundum dispositionem David regis, et Gad videntis, et Nathan prophetæ. Musica instrumenta in tabernaculo, sive dùm sacrificia offerebantur, nulla Moyses præscripserat : conflari solummodò jussit tubas, quibus canebatur interdùm, cùm præter consuetum morem holocausta et hostiæ pacificæ darentur, Num. 10, 10. At David, usus consilio prophetarum Gad et Nathani, apparatum hunc magnificum instituerat, aptissimum, qui venerationem, lætitiam, et amorem, et studium sacrarum solemnitatum, cœtuumque religiosorum in populo excitaret : hùc enim spectant ea quæ viri prudentiâ, pietate ac sanctitate eximii invenêre, majestas cæremoniarum, ornamentum, harmonia, concentus et musica in templis. Hæc verò ne tanquàm hominum inventa habeantur prohibet Scriptura, monens, Deo docente hæc sanctos prophetas instituisse; *siquidem Domini præceptum fuit per manum prophetarum ejus.* Conciliatur his sacrorum rituum veneratio et obsequium.

Vers. 30. — Sermonibus David et Asaph videntis. Asaphi celebre fuit nomen ob peritiam musices, et varia quæ scripsit, cantica, hactenùs in collectione Psalmorum servata. (1)

Vers. 33. — Sanctificaverunt Domino boves sexcentos. Non in sacrificium quidem tunc omnes oblati sunt, sed voto destinati ad sacrificium, ne scilicet in posterum victimæ in templo deessent. Seu potiùs, præter septuaginta boves aliasque victimas in holocaustum datas, v. 22, additum est sacrificium sexcentorum boum, et trium millium arietum *in hostias pacificas.*

Vers. 34. — Levitæ fratres eorum adjuverunt eos (2). Fas erat vulgaribus Levitis paci-

(1) Vers. 17. — Cœperunt autem prima die mensis primi (nisan, id est, in martio) mundare, q. d. : Primus octo diebus mensis nisan expurgârunt atria et cubicula sacerdotum et Levitarum, quæ eis erant annexa, deinde posterioribus octo diebus expurgârunt ipsum templum, sive Sanctum. (Corn. à Lap.)

(1) Vers. 37. — Implestis (id est, consecrâstis) manus vestras Domino, id est, consecrâstis vos sacerdotes, implendo manum oleo et victimis. (Corn. à Lap.)

Ezéchias ajouta encore ceci : Vous avez empli vos mains, pour faire des offrandes *au Seigneur; approchez-vous donc, et offrez des victimes et des louanges dans la maison du Seigneur.* Les interprètes entendent ceci comme si le roi Ezéchias se fût adressé aux prêtres, et ils expliquent ces paroles : *Implêstis manus vestras Domino:* Vous avez consacré vos mains au Seigneur. Mais il semble qu'il est plus simple, et plus naturel, et plus conforme à ce qui suit immédiatement après, d'entendre ces mêmes paroles d'Ezéchias, comme s'adressant à tout le peuple. Ce prince voyait toute cette multitude d'Israélites qui étaient venus au temple se présenter devant le Seigneur, non *les mains vides,* ce que la loi leur défendait, mais ayant *les mains pleines* de ce qu'ils voulaient lui offrir. Ainsi il leur dit : Puisque *vous avez empli vos mains* des offrandes que vous voulez faire *au Seigneur, approchez-vous, et offrez-lui des victimes et des louanges.* Il joint les louanges aux victimes, parce que la louange de Dieu qui part d'un cœur pénétré de reconnaissance, est l'une des plus excellentes victimes, et que si l'immolation de toutes les bêtes, et l'oblation de tous les fruits de la terre n'est accompagnée de cette victime spirituelle des louanges de la bonté du Seigneur, ce n'est qu'un sacrifice extérieur et indigne de la majesté de Dieu.

Or, ce qui peut faire connaître que le roi Ezéchias s'adressait alors, non aux prêtres, mais à tout le peuple, c'est qu'aussitôt qu'il eut parlé de la sorte, l'Ecriture ajoute que *toute la multitude offrait des hosties, des louanges et des holocaustes avec un esprit rempli de dévotion,* c'est-à-dire, avec joie et avec ardeur. (Sacy.)

(2) *Or il y avait alors peu de prêtres, et ils ne*

ficas hostias corio nudare, cùm integræ igni altaris non darentur : sed holocaustis, quæ sacro igne penitùs absumebantur, pellis detrahenda erat à sacerdotibus, ita ut vel illa tangere citra necessitatem nefas esset Levitis, 2 Paral. 35, 2. Nullum tamen in eâ re conceptis verbis præceptum erat in lege, Levitas ab hoc munere excludens; sed jussis id muneris præstare sacerdotibus, Levit. 1, 6, satis superque Levitæ excluduntur.

LEVITÆ FACILIORI RITU SANCTIFICANTUR QUAM SACERDOTES. Vide Exod. 29, 1, Levit. 8, 2, ritus consecrationis sacerdotum et Levitarum, Num. 8, 6, 7, 8, etc. Alium à Vulgatâ sensum reddere videtur Hebræus, ferens ad litteram : *Nam Levitæ recti corde ad sanctificandum se præ sacerdotibus.* Æquiores erant animo, sinceriores mente, pio studio ardentiores ad ministerium, quàm sacerdotes; quæ verba obliquè accusare videntur sacerdotes negligentiæ et incuriæ. Suspicionem hanc promovet caput sequens, vers. 15, ferens : *Sacerdotes et Levitæ* affecti pudore negligentiæ suæ *tandem sanctificati sunt,* sese ad ministerium paravêre. Syrus et Arabs : *Levitæ verebantur apud semetipsos,* magis sese continebant, *ad sanctificandum, quàm sacerdotes.* Porrò hæc omnia tantâ sollicitudine ac celeritate gesta esse videntur, ut tempus defuerit sacerdotibus sese expiandi. Versabantur plerique in agro et longè à metropoli; cùmque ministerium pluribus annis penitùs intermissum fuisset in templo, non satis studuerant sanctitatem debitam servare, atque è priscis moribus nonnihil decesserant. Ex progressu historiæ intelligimus (1), rarum sacerdotum numerum primo mense initi ab Ezechiâ regni expiatorum causam fuisse, cur Pascha non celebraretur.

VERS. 36. — EO QUOD MINISTERIUM DOMINI ESSET EXPLETUM. Hebræus : *Eò quòd Dominus disposuisset,* præparâsset, direxisset *populum.* Gavisus est Ezechias, pleno populi assensu cultum Domini esse restitutum, nemine repugnante, in subitâ illâ rerum ab extremo in extremum mutatione, è cultu scilicet idolorum ad cultum Domini, eo præsertim tempore, quo rex nondùm penitùs in regno confirmatus fuerat.

pouvaient suffire paur lever la peau des victimes destinées aux holocaustes. C'est pourquoi leurs frères les Lévites les aidèrent, etc. Nous ne nous arrêtons point à parler ici de tous ces différents sacrifices dont on a parlé souvent ailleurs. Mais nous dirons seulement avec un ancien qu'on offrit alors contre la coutume sept boucs pour le péché, quoiqu'on n'en offrît jamais qu'un seul, et que la grande multitude de péchés et d'impiétés qui s'étaient commises sous le règne de l'impie Achaz, obligèrent apparemment à offrir un plus grand nombre de boucs, quoiqu'un seul eût pu suffire pour figurer la victime toute divine, qui s'étant depuis chargée de tous nos péchés, a voulu être immolée pour les racheter.

Le même auteur témoigne encore que les Lévites levaient ordinairement la peau des victimes qu'on devait offrir en holocauste, et que c'était au contraire aux prêtres à lever la peau de celles qu'on offrait pour le péché. Et il ajoute que ce fut pour cette raison que les prêtres étaient alors occupés à lever la peau des bêtes, parce que c'était un sacrifice qu'on offrait pour le péché. L'Ecriture marque cependant que c'étaient les peaux des victimes destinées aux holocaustes que levaient alors les prêtres. Mais de quelque sorte qu'on doive entendre ce que dit cet auteur, il est certain que le nombre de ces prêtres se trouva alors trop petit pour pouvoir fournir aux fonctions de leur ministère, ce qui put venir de ce qu'ayant été peut-être dispersés par la violence du roi Achaz, ils pouvaient bien n'être pas encore revenus. C'est pourquoi il est marqué que leurs frères les Lévites les aidèrent en cette rencontre.

Ce que nous devons admirer ici principalement, est cette ardeur avec laquelle Ezéchias s'occupe tout entier dans les seules choses qui regardaient le rétablissement de la vraie Religion, sachant bien sans doute que le Seigneur prendrait soin d'affermir son règne, à proportion de celui qu'il prendrait lui-même de bien établir son culte parmi son peuple. Et ce qu'il y a encore d'étonnant, c'est qu'on vit passer tout d'un coup Juda d'un règne d'impiété à un règne de piété et de justice, comme le remarque expressément l'Écriture : *car cette résolution,* dit-elle, de rétablir le service du Seigneur, *avait été prise tout d'un coup.* Mais qui put produire un changement si surprenant, sinon celui qui, *tenant le cœur des rois dans sa main,* selon l'expression du Sage, *le tourne comme il lui plaît,* et leur fait aimer ce qui doit être la source du salut de tous leurs peuples? *Sicut divisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini : quòcumque voluerit, inclinabit illud.* Heureuse est la nation qui reconnaît le Seigneur pour son Dieu, et qui se rend digne qu'il lui donne pour son roi un prince dont il ait rempli le cœur de sa crainte! Car c'est un bonheur qu'on ne peut bien estimer qu'en le comparant au malheur si déplorable, et aux suites si funestes d'un règne tel que fut celui d'Achaz, ce prince ingrat et superbe, qui en *fermant,* comme il fit, *les portes du temple de Dieu,* s'était privé lui et son peuple de toutes les bénédictions qu'il avait promises à ceux qui y viendraient adorer et invoquer son saint nom.

(Sacy.)

(1) 2 Paralip. 30, 3 : *Non potuerant facere* (Phase) *in tempore suo, quia sacerdotes, qui possent sufficere, sanctificati non fuerant.* Vide et vers. 15.

CAPUT XXX.

1. Misit quoque Ezechias ad omnem Israel et Judam, scripsitque epistolas ad Ephraim et Manassen, ut venirent ad domum Domini in Jerusalem, et facerent phase Domino Deo Israel.

2. Inito ergo concilio regis et principum, et universi cœtûs Jerusalem, decreverunt ut facerent phase mense secundo.

3. Non enim potuerant facere in tempore suo, quia sacerdotes, qui possent sufficere, sanctificati non fuerant, et populus nondùm congregatus fuerat in Jerusalem.

4. Placuitque sermo regi et omni multitudini.

5. Et decreverunt ut mitterent nuntios in universum Israel de Bersabee usque Dan, ut venirent, et facerent phase Domino Deo Israel in Jerusalem : multi enim non fecerant sicut lege præscriptum est.

6. Perrexeruntque cursores cum epistolis ex regis imperio, et principum ejus, in universum Israel et Judam, juxta id quod rex jusserat, prædicantes : Filii Israel, revertimini ad Dominum Deum Abraham, et Isaac, et Israel : et revertetur ad reliquias quæ effugerunt manum regis Assyriorum.

7. Nolite fieri sicut patres vestri et fratres, qui recesserunt à Domino Deo patrum suorum, qui tradidit eos in interitum, ut ipsi cernitis.

8. Nolite indurare cervices vestras sicut patres vestri : tradite manus Domino, et venite ad sanctuarium ejus, quod sanctificavit in æternum : servite Domino Deo patrum vestrorum, et avertetur à vobis ira furoris ejus.

9. Si enim vos reversi fueritis ad Dominum, fratres vestri et filii habebunt misericordiam coram dominis suis, qui illos duxerunt captivos, et revertentur in terram hanc : pius enim et clemens est Dominus Deus vester, et non avertet faciem suam à vobis, si reversi fueritis ad eum.

10. Igitur cursores pergebant velociter

CHAPITRE XXX.

1. Ezéchias envoya aussi avertir tout Israël et tout Juda ; et il écrivit à ceux d'Ephraïm et de Manassé, pour les inviter à venir au temple du Seigneur à Jérusalem, pour immoler la pâque au Seigneur Dieu d'Israël ;

2. Le roi donc et les princes et tout le peuple ayant délibéré à Jérusalem, arrêtèrent qu'on la ferait au second mois,

3. Parce qu'ils n'avaient pu la faire en son temps, n'ayant pas assez de prêtres sanctifiés, et le peuple n'étant pas encore assemblé à Jérusalem.

4. Cette résolution ayant été prise par le roi et par tout le peuple,

5. Ils décidèrent qu'on enverrait des courriers dans tout le royaume d'Israël, depuis Bersabée jusqu'à Dan, pour les inviter à venir célébrer la Pâque du Seigneur Dieu d'Israël dans Jérusalem, parce qu'un grand nombre ne l'avaient point célébrée comme il est ordonné par la loi.

6. Les courriers partirent donc par le commandement du roi et des princes avec des lettres; et ils passèrent dans tout Israël et Juda, publiant *partout* ce que le roi avait ordonné : Enfants, d'Israël, revenez au Seigneur, Dieu d'Abraham, d'Isaac et d'Israël ; et il reviendra aux restes qui ont échappé à la main du roi des Assyriens.

7. Ne faites point comme vos pères et vos frères, qui se sont retirés du Seigneur, Dieu de leurs pères, qui les a livrés à la mort comme vous le voyez.

8. N'endurcissez pas vos cœurs, comme vos pères, donnez les mains au Seigneur ; et venez à son sanctuaire, qu'il a sanctifié pour jamais : servez le Seigneur Dieu de vos pères, et l'effet de sa fureur se détournera de dessus vous.

9. Car si vous revenez au Seigneur, vos frères et vos enfants trouveront miséricorde auprès des maîtres qui les ont emmenés captifs, et ils reviendront en ce pays-ci, parce que le Seigneur votre Dieu est bon et miséricordieux; et il ne détournera point son visage de vous si vous revenez à lui.

10. Les courriers faisaient diligence, et al-

de civitate in civitatem, per terram Ephraim et Manasse usque ad Zabulon, illis irridentibus et subsannantibus eos.

11. Attamen quidam viri ex Aser, et Manasse, et Zabulon, acquiescentes consilio, venerunt Jerusalem.

12. In Judâ verò facta est manus Domini, ut daret eis cor unum, ut facerent juxta præceptum regis et principum, verbum Domini.

13. Congregatique sunt in Jerusalem populi multi, ut facerent solemnitatem azymorum in mense secundo :

14. Et surgentes dextruxerunt altaria quæ erant in Jerusalem : atque universa in quibus idolis adolebatur incensum, subvertentes, projecerunt in torrentem Cedron.

15. Immolaverunt autem phase quartâ decimâ die mensis secundi. Sacerdotes quoque, atque Levitæ tandem sanctificati, obtulerunt holocausta in domo Domini.

16. Steteruntque in ordine suo, juxta dispositionem et legem Moysi hominis Dei : sacerdotes verò suscipiebant effundendum sanguinem de manibus Levitarum,

17. Eò quòd multa turba sanctificata non esset : et idcircò immolarent Levitæ phase his qui non occurrerant sanctificari Domino.

18. Magna etiam pars populi de Ephraim et Manasse, et Issachar, et Zabulon, quæ sanctificata non fuerat, comedit phase, non juxta quod scriptum est : et oravit pro eis Ezechias, dicens : Dominus bonus propitiabitur

19. Cunctis qui in toto corde requirunt Dominum Deum patrum suorum : et non imputabit eis quòd minus sanctificati sunt.

20. Quem exaudivit Dominus, et placatus est populo.

21. Feceruntque filii Israel, qui inventi sunt in Jerusalem, solemnitatem azymorum septem diebus in lætitiâ magnâ, laudantes Dominum per singulos dies ; Levitæ quoque et sacerdotes per organa quæ suo officio congruebant.

22. Et locutus est Ezechias ad cor omnium Levitarum, qui habebant intelligen-

laient de ville en ville dans toute la terre d'Ephraïm, de Manassé et de Zabulon ; mais ces peuples se moquaient d'eux, et les insultaient.

11. Néanmoins, il y en eut quelques-uns d'Aser, de Manassé et de Zabulon, qui suivirent l'avis qu'on leur donnait, et vinrent à Jérusalem.

12. Pour ce qui est de Juda, la main du Seigneur, agissant sur eux, fit qu'ils n'eurent tous qu'un cœur pour accomplir la parole du Seigneur, selon les ordres du roi et des princes.

13. Ainsi beaucoup de peuples s'assemblèrent à Jérusalem, pour y célébrer la solennité des azymes au second mois.

14. Et se levant, ils détruisirent les autels qui étaient à Jérusalem, mirent en pièces tout ce qui servait à offrir de l'encens aux idoles, et le jetèrent dans le torrent de Cédron.

15. Ils immolèrent donc la pâque le quatorzième jour du second mois. Et les prêtres et les lévites qui s'étaient enfin sanctifiés offrirent des holocaustes dans la maison du Seigneur.

16. Et ils se tinrent tous en leur rang, selon l'ordonnance et la loi de Moïse, l'homme de Dieu ; et les prêtres recevaient de la main des lévites le sang que l'on devait répandre,

17. Parce qu'une grande partie du peuple ne s'était pas *encore* sanctifiée ; et c'est pour cela que les lévites immolèrent la pâque pour ceux qui n'avaient pas assez pris de soin de se sanctifier au Seigneur.

18. Une grande partie du peuple d'Ephraïm, de Manassé, d'Issachar et de Zabulon, qui ne s'était point non plus sanctifié, mangea la pâque, ne suivant point en cela ce qui est écrit. Et Ezéchias pria pour eux, disant : Le Seigneur est bon, il fera miséricorde

19. A tous ceux qui cherchent de tout leur cœur le Seigneur Dieu de leurs pères ; et il ne leur imputera point de n'être pas sanctifiés.

20. Le Seigneur l'exauça et pardonna au peuple.

21. Ainsi les enfants d'Israël qui se trouvèrent à Jérusalem célébrèrent la solennité des azymes pendant sept jours dans une grande joie, chantant tous les jours les louanges du Seigneur ; les lévites et les prêtres aussi, en touchant les instruments qui étaient convenables à leur fonction.

22. Ezéchias parla avec bonté à tous les lévites qui entendaient le mieux le culte du

tiam bonam super Domino: et comederunt septem diebus solemnitatis, immolantes victimas pacificorum et laudantes Dominum Deum patrum suorum.

23. Placuitque universæ multitudini, ut celebrarent etiam alios dies septem: quod et fecerunt cum ingenti gaudio.

24. Ezechias enim rex Juda præbuerat multitudini mille tauros, et septem millia ovium: principes verò dederant populo tauros mille, et oves decem millia: sanctificata est ergo sacerdotum plurima multitudo.

25. Et hilaritate perfusa omnis turba Juda, tam sacerdotum et Levitarum, quàm universæ frequentiæ, quæ venerat ex Israel, proselytorum quoque de terrâ Israel, et habitantium in Judâ.

26. Factaque est grandis celebritas in Jerusalem, qualis à diebus Salomonis filii David regis Israel in eâ urbe non fuerat.

27. Surrexerunt autem sacerdotes atque Levitæ benedicentes populo, et exaudita est vox eorum: pervenitque oratio in habitaculum sanctum cœli.

Seigneur; et ils mangèrent des victimes pendant les sept jours que dura cette fête, immolant des hosties pacifiques, et louant le Seigneur Dieu de leurs pères.

23. Et la multitude fut aussi d'avis de célébrer encore sept autres jours de fête; ce qu'ils firent avec grande joie;

24. Car Ezéchias, roi de Juda, avait donné à la multitude mille taureaux et sept mille moutons: et les principaux de la cour donnèrent au peuple mille taureaux et dix mille moutons; ainsi il y eut une grande quantité de prêtres qui se sanctifièrent.

25. Et tout le peuple de Juda fut comblé de joie, tant les prêtres et les lévites que toute la multitude qui était venue *du royaume* d'Israël, et les prosélytes mêmes, tant de la terre d'Israël que ceux qui demeuraient dans celle de Juda.

26. Et il se fit une grande solennité à Jérusalem, telle qu'il n'y en avait point eu de semblable dans cette ville depuis le temps de Salomon, fils de David, roi d'Israël.

27. Enfin les prêtres et les lévites se levèrent pour bénir le peuple; et leur voix fut exaucée, leur prière ayant pénétré jusque dans le sanctuaire du ciel.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Misit Ezechias ad omnem Israel et Judam (1). Ezechiæ religio intra fines regni Juda sese non continens, Israelem universum amplexa est: quamvis enim jus nullum haberet imperandi subditis regis Osee, qui reliquas imperio Israelis tribus moderabatur, fas sibi tamen esse censuit, eas

(1) *Ezéchias envoya aussi des courriers à tout Israël et à Juda, et il écrivit des lettres à ceux d'Ephraïm et de Manassé, les invitant de venir au temple de Jérusalem, afin d'immoler la Pâque au Seigneur le Dieu d'Israël,* etc. Depuis que les dix tribus s'étaient séparées du royaume de Juda, et que Jéroboam avait fait, comme on l'a vu autre part, élever aux deux extrémités de ses états deux veaux d'or, la plus grande partie de ces peuples ne venaient plus adorer le Seigneur leur Dieu dans le temple de Jérusalem, et leurs princes, devenus idolâtres, employaient même tout leur pouvoir pour en empêcher ceux d'entre eux qui le voulaient. Mais comme Osée, qui régnait alors sur Israël, était, selon que l'assure le texte sacré, moins méchant et moins impie que les rois ses prédécesseurs, et que d'ailleurs Ezéchias, roi de Juda, était tout rempli de zèle pour la gloire du Seigneur et pour le salut des peuples, il envoya des courriers partout, pour inviter aussi bien les peuples des dix tribus, que ceux du royaume de Juda, à venir se joindre tous ensemble pour célébrer la grande solennité de la Pâque.

C'était l'ordre qu'on célébrât cette fête si solennelle le quatorzième jour du premier mois. Mais Dieu avait mis une exception pour ceux qui ne se trouveraient point alors purifiés des impuretés légales, en leur permettant de faire la Pâque le quatorzième jour du second mois. Comme donc l'impiété du règne d'Achaz avait troublé et renversé toutes choses; qu'on s'était vu obligé d'employer beaucoup de temps pour purifier les lieux saints qui avaient été profanés; qu'il ne se trouvait point alors assez de prêtres à Jérusalem qui fussent en état de satisfaire à toutes les cérémonies de cette grande solennité, et qu'enfin le peuple même n'avait pu encore être tout assemblé à Jérusalem, on jugea que l'exception portée par la loi pouvait avoir lieu en cette rencontre. Ainsi il fut arrêté d'un commun consentement que la Pâque universelle se célébrerait cette année le quatorzième jour du second mois.

Il est marqué que le roi écrivit particulièrement à ceux d'Ephraïm et de Manassé, et peut-être qu'il le fit, soit parce qu'ils étaient plus voisins de ses états, soit parce qu'il y avait dans la tribu d'Ephraïm des villes qui dépendaient du royaume de Juda; ou parce que plusieurs personnes de ces deux tribus d'Ephraïm et de Manassé étaient venues se réfugier, comme on l'a vu, dans ce royaume, pour s'éloigner de l'impiété des rois d'Israël. (Sacy.)

gentes ad festum Domini vocare, nullâ de se malâ suspicione. Osee princeps erat, si cum ejus majoribus illum conferas, non malus (1). Vices quas regnum ejus paulò ante subierat, et quæ sibi imminebant, minitante rege Assyriorum exitium, animos facilè regis et populi dociliores effecerant. Addunt Judæi (vide Menoch. et Salian.), post raptos ab Assyriis vitulos aureos Jeroboami, quæ sanctissima erant ejus populi numina, Osee removisse stationes militum, à majoribus suis in finibus Juda constitutas, liberamque permisisse viam subditis, ut religionis suæ tributum Domino Hierosolymis redderent.

Vers. 2. — Inito consilio regis, et principum, et universi coetus. Nonnisi de assensu principum atque universi populi movere aliquid audet Ezechias, cùm de religione agitur, de re utique gravissimâ, quæ à populo universo explenda erat.

Decreverunt ut facerent Phase mense secundo. — Vers. 3. — Non enim potuerant facere in tempore suo, vel, ut habet Hebræus : *In tempore illo.* Quo tempore primùm coactus fuit populus, celebrari Pascha non potuit, cap. præced. v. 34, 36, cùm sacerdotes expiati non essent; quare necessariò rejecta fuit ejus celebratio ad quartam decimam secundi mensis, ex legis præscripto edicentis Num. 9, 10, 11 : *Homo, qui fuerit immundus super animâ, sive in viâ procul in gente vestrâ, faciet Phase Domino in mense secundo, quartâ decimâ die mensis ad vesperam,* etc. Affirmant Rabbini apud Selden., de Synedr. l. 2, c. 1, Ezechiam eo anno, præter ordinem, intercalâsse annum, addito scilicet altero mense adar, rem improbantibus plerisque sapientibus. Addunt, æquum non fuisse ut Ezechias populum prohiberet, ne Pascha primo mense celebraret, inexpiatis licet sacerdotibus, cùm festum hoc transferri non patiatur lex, nisi ob aliquos privatos, quos removit à festo vel legalis macula, vel absentia ab urbe; nihilque præscriptum sit, cùm major populi pars legali maculâ tenetur. Sed intercalationem hanc non admittunt Judæi Caraitæ satisque ex his quæ hìc narrantur, discimus, Ezechiam nihil movisse, nisi de consilio optimatum et populi; remque ab illo constitutam nedùm non improbat, imò laudat Scriptura, eamdemque improbatam fuisse à sapientibus, nulla conjectura suadet.

(1) 4 Regum 17, 2 : *Fecit Osee malum coram Domino, sed non sicut reges Israel, qui ante eum fuerant.*

Vers. 5. — Multi enim non fecerant, sicut lege præscriptum est. Innui hoc loco videtur, plerosque Pascha celebrâsse tempore à lege præscripto, quod repugnat reliquæ huic narrationi ferenti, neminem Pascha celebrâsse primo mense; id quod in causâ fuit, ut ad secundum mensem transferretur. Itaque Hebræus legit : *Quia longo tempore non factum fuerat juxta Scripturam* (1). Clauso templo ab Achaz patre Ezechiæ, Paschalis celebratione diù abstinendum fuit Judæis. Grotius explicat de Israelitis regni Samariæ. Statuit Ezechias vocare Israelitas decem tribuum, ut Hierosolymam Pascha celebraturi venirent, quòd jampridem sacram urbem non adiissent, prohibiti minis regum Israelis. Septuaginta : *Quoniam multitudo non fecerat Pascha, secundùm Scripturam,* id est, primo mense non celebraverat. Syrus et Arabs : *Quoniam opes eorum admodùm multiplicatæ fuerant;* quâ utrique interpretatione textus nihil illustratur.

Vers. 6. — Et revertetur (Dominus) ad reliquias, quæ effugerunt manum regis Assyriorum. Reges Phul et Theglathphalasar regnum Samariæ afflixerant, 4 Reg. 15, 19; quin et Theglathphalasar tribus nonnullas captivas abduxerat, ibid. v. 20, et 1 Paral. v. 26. Quæ remanserant in sedibus suis tribus, appellat Ezechias *reliquias, quæ effugerunt manum regis Assyriorum;* vel juxta Hebræum, מכף מלכי : *E volâ regum Assyriorum*, Phul et Theglathphalasari.

Vers. 7. — Tradidit eos in interitum. Reddi potest Hebræus : *Tradidit eos desolationi*, exitio, stupori. Septuaginta (2) : Εἰς ἐρήμωσιν : *In desolationem*, in solitudinem.

Vers. 8. — Tradite manus Domino; in argumentum servitutis, reconciliationis, fœderis. (3)

(1) Ita Pagn., Mar., Jun., Munst., Grot., Osiand., Castal., Pisc., Vatab.

(2) Capite 29, 8, vertunt eamdem vocem Hebraicam : Εἰς ἀφανισμόν.

(3) *Mais ces peuples se moquaient d'eux et leur insultaient. Il y eut néanmoins quelques hommes des tribus d'Aser, de Manassé et de Zabulon, qui se rendant au conseil qu'on leur donnait, vinrent à Jérusalem.* Qui sont donc ces peuples qui *se moquent* des conseils d'Ezéchias, et qui *insultent* à ses courriers? Ne sont-ce pas les descendants d'Abraham, d'Isaac et de Jacob? N'est-ce pas la postérité de ceux que le Seigneur tout puissant avait délivrés par tant de prodiges de l'esclavage des Egyptiens? Ne sont-ce pas les enfants de ceux qui furent sauvés miraculeusement de l'épée de l'ange exterminateur des premiers-nés des Egyptiens, et qui en reconnaissance de cette grâce, s'engagèrent so-

VERS. 12. — FACTA EST MANUS DOMINI ; favor Dei, gratia, potentia sese in Judam universum claruêre; Deus enim illi contulit facilem mentem, summum animi et studiorum assensum, *ut daret eis cor unum*, ut unanimes jubenti regi assentientes, ad Dominum reverterentur.

VERS. 14. — UNIVERSA, IN QUIBUS IDOLIS ADOLEBATUR INCENSUM, SUBVERTENTES. Hebræus : *Omnia vasa suffimenti removerunt*. Altaria omnia, in quibus thura profana dabantur, seu vasa, quibus suffimenta numinibus offerebantur.

VERS. 15. — SACERDOTES ATQUE LEVITÆ TANDEM SANCTIFICATI, OBTULERUNT HOLOCAUSTA. Sacerdotes et Levitæ in primo illo populi conventu ad sacrum ministerium nondùm parati, expiârunt denique sese, paraveruntque sacro muneri, in secundâ hâc cæremoniâ obeundo. Hebræus : *Sacerdotes et Levitæ, pudore suffusi, sanctificaverunt se*. Puduit illos incuriæ suæ, ardorem populi et studium intuentes, seque expiaverunt, ut pro suo munere quisque templo vacaret. Vide dicta capite præcedenti, v. 34.

VERS. 17. — EO QUOD MULTA TURBA SANCTIFICATA NON ESSET, ET IDCIRCO IMMOLARENT LEVITÆ PHASE HIS QUI NON OCCURRERANT SANCTIFICARI ; obtulerunt, scilicet Levitæ, agni cruorem in altari offerendum à sacerdotibus. Hinc docemur, meros laicos per se tunc immolâsse victimam paschalem, nisi legali maculâ impedirentur. Hæc autem cohærent primæ institutioni Paschatis, in quâ privatus quisque domi hostiam suam immolabat, Exod. 22, 6. Erecto tabernaculo, juris fuit sacerdotum cruorem victimæ effundere ad altare. Postremâ demùm ætate censet Grotius hìc et in Matth. 26, 18, sacerdotes ad se avocâsse jus mactandi victimam paschalem ; cui sententiæ favere Josephus (1) videtur. Sed Philo, ætatis ejusdem scriptor. de Decal. et l. 3 de Vitâ Moysis animadvertit, totam gentem semel quotannis speciali legis privilegio sacerdotale munus exercere. Frustra autem contendit Grotius, Philonem, utpote Alexandrinum, testem esse minùs idoneum quoad gentis suæ mores ; agitur enim de re magis exploratâ, quàm ut à Judæo quocumque ignoretur. Neque id semel repetit Philo; eaque Josephi, quæ in contrarium afferuntur, testimonia, incertissima sunt, minimùmque faventia. Sedet itaque nobis sententia usque ad templi eversionem populum retinuisse morem et privilegium mactandi per

(1) Antiquit. lib. 10, cap. 5. Τὰς θυσίας ἐπετέλουν τοῖς Μωυσέως νόμοις, ἑκάστου τῶν ἱερέων ἐξηγουμένων τοῖς ὄχλοις. Certum tamen non est utrùm hic locus de solâ victimâ paschali explicandus sit ; esto tamen, quid inde? *Unusquisque*, inquit, *ex sacerdotibus præerat populo* in sacrificiis. Idem lib. 6 : Ἁλώς. Κεφάλ. μέ. Κέστιος παρεκάλεσε τοὺς ἀρχιερεῖς, εἴπως δυνατὸν εἴη τὴν πληθὺν ἐξαριθμήσασθαι· διὸ ἐνστάσης ἑορτῆς, πάσχα καλεῖται, καθ' ἣν θύουσι μὲν ἀπὸ ἐννάτης ὥρας μέχρι ἑνδεκάτης. Hic etiam locus minimùm virium habet. Id fortassè vult Josephus, à sacerdotibus offerri cruorem victimæ paschalis, cum ait, sacerdotes ab unâ usque ad undecimam horam mactare.

lennellement, tant pour eux-mêmes que pour tous leurs descendants, à célébrer toutes les années la fête de Pâque, qui devait être un monument éternel de leur délivrance? D'où vient donc qu'ils se moquent insolemment de ce qu'on les invitait à s'acquitter d'une obligation si importante ? D'où vient qu'ils insultent à ceux qu'un roi si pieux leur envoyait pour les exhorter à venir rendre les vœux de leurs pères au Dieu leur libérateur ?

On est sans doute effrayé d'une disposition si impie, et frappé de cette horrible ingratitude qui a pu faire oublier si absolument à ce peuple toutes les promesses de leurs ancêtres, et leurs alliances si souvent renouvelées avec le Dieu d'Israël. Mais qu'on cesse toutefois de s'étonner de l'insensibilité de ces anciens Juifs, en considérant plus près de nous, et peut-être dans nous-mêmes, l'aveuglement encore plus inconcevable que l'Église déplore tous les jours dans ses enfants. Les prophètes, les Apôtres, les saints évêques et tous les prédicateurs peuvent être regardés comme autant de *courriers* que Dieu a eu soin de nous envoyer dans tous les siècles, et qu'il *nous envoie* encore tous les jours *avec ses lettres* divines, qui contiennent ses saints préceptes ; il n'a jamais cessé de nous crier par leur bouche ces mêmes paroles : *Enfants d'Israël, revenez au Seigneur, le Dieu d'Abraham... N'endurcissez pas vos cœurs... Abaissez vous sous le Seigneur..., et le servez avec un cœur pur..., et sa colère se détournera de dessus vous... Car le Seigneur votre Dieu est bon et plein de clémence; et il ne détournera point son visage de vous autres, si vous revenez à lui* sincèrement.

Comment cependant écoutons-nous et suivons-nous ces conseils si salutaires qu'il nous fait donner sans cesse par ses ministres, qui ne nous parlent qu'ayant en main *les lettres* sacrées de ses divines Ecritures ? Il est vrai que peu s'en rient ouvertement, comme faisaient ces Israélites. Mais la plus grande partie s'en moquent réellement, lorsqu'ils *retiennent*, comme dit saint Paul, *la vérité de Dieu dans l'injustice*, c'est-à-dire, lorsqu'écoutant et connaissant les vérités que Dieu leur fait annoncer, ils ne veulent point s'y rendre pour les pratiquer, et persévèrent dans leurs injustices et dans tous leurs crimes comme auparavant. Heureux ceux que la divine miséricorde sépare de ce grand nombre, comme elle sépara alors *quelques-uns d'Aser, de Manassé et de Zabulon*, pour leur inspirer de se rendre à sa parole, et de *venir à Jérusalem*, c'est-à-dire, de marcher fidèlement dans la voie qui les doit conduire à leur céleste patrie! Plus le nombre en est petit, plus ils doivent estimer un bonheur si grand et si rare. (Sacy).

se agnum paschalem, relicto tamen sacerdotibus jure, ut præberetur illis victimæ cruor ad basim altaris fundendus; quare in Paschate sub Ezechiâ celebrato idcircò populus, legali maculâ immundus, Levitarum operâ usus est in victimæ paschalis oblatione, quòd ipse muneri huic per se præstando impar esset; Levitis cæterùm nullo peculiari privilegio fruentibus, potiùs quàm laici, rebus sacris operandi.

VERS. 18. — MAGNA PARS POPULI DE EPHRAIM... QUÆ SANCTIFICATA NON FUERAT, COMEDIT PHASE... ET ORAVIT PRO EIS EZECHIAS (1). Vetat lex, ne immundi è rebus sacris participent, Levit. 15, 31, 22, 4, Num. 9, 6, neve sacra limina contingant, nisi ut expientur; et cùm quædam essent maculæ, quarum expiatio non adeò expedita erat et facilis, accidit ut plures à sacrificii paschalis communione excluderentur. Eo præsertim vitio laborârunt tribus Samariticæ, quæ ab avitarum cæremoniarum exercitio jam inde à pluribus annis cessaverant, quæque cùm præcipiti festinatione excurrissent ad festum, satis spatii ad lustrationem non habuerunt. Sed Ezechias legalia hæc negligenda esse censuit in eo rerum articulo, cùm de revocandis ad cultum Domini plerisque tribubus, quæ jampridem religioni terga verterant, agebatur. Porrò hæ tribus obsequii sui erga legem specimen exhibuerant luculentum, cùm mactandas dedêre Levitis hostias, quas per se immolare potuissent. Meritò illi quidem censuerunt in sacrificii oblatione plus aliquid sanctitatis exigi, quàm victimæ communione: necessitas autem utrinque non eadem erat. Suppleri enim poterat victimæ oblatio permisso eo munere aliis; sed post Pascha secundi mensis tertium Pascha non supererat, è quo participarent. Denique Israelitæ, nisi eam indulgentiam obtinuissent, domum redire coacti fuissent Paschatis participatione frustrati, non sine periculo nunquàm deinceps Hierosolymam regrediendi.

VERS. 20. — QUEM EXAUDIVIT DOMINUS, ET PLACATUS EST POPULO. Hebræus : *Et exaudivit Dominus Ezechiam, et sanavit populum*; servavit illum, nec puniit ob irreverentiam. Auctor Traditionum Hebraicarum in Paralipomena docet, quicumque impurus Paschati participâsset, morte statim mulctari consuevisse : quòd verò tunc pepercerit Dominus Ezechiæ, inde judicatum esse, quòd nemo unus perierit. Sed commodè hæc verba : *Sanavit Dominus populum,* accipi possunt pro, *expiavit :* vel pepercit, neque crimini dedit impuritatem quâ tenebantur; vel denique puros illos et mundos habuit.

VERS. 21. — FECERUNT SOLEMNITATEM AZYMORUM SEPTEM DIEBUS. Docent Hebræi, illos, qui ad secundum mensem Pascha transferunt, nullo præcepto teneri, sive ut festum septem diebus prorogent, sive ut abstineant à fermentato, si utrique officio in priori Paschate factum jam satis fuerit : adeòque secundum hoc Pascha peculiarem sanctitatem non exigere. In hâc secundi Paschatis celebratione ita omnia servata fuisse videntur, ac si primum Pascha celebratum non fuisset, idcircò facilè, quòd in priori non satis accuratè omnia servata fuerint.

PER ORGANA, QUÆ SUO OFFICIO CONGRUEBANT. Hebræus : *In vasis fortitudinis Domino;* in in-

(1) *Ezéchias pria pour eux, et dit : Le Seigneur est bon... et il ne leur imputera point ce défaut de sanctification,* etc. La Pâque ne devait être mangée que par des gens purifiés, selon les règles de la loi. Et ils étaient menacés de mort s'ils n'avaient soin de se purifier auparavant. Ce fut donc alors une exception légitime de la règle générale : car comme le temps avait été court pour se préparer à la célébration de la Pâque, et que plusieurs d'Israël, désaccoutumés de venir à Jérusalem, et élevés sous des princes idolâtres, pouvaient bien n'être pas tout-à-fait instruits des cérémonies de la loi, on jugea que le Seigneur, étant *bon* et plein de *miséricorde,* aurait égard à la nécessité présente, et *se rendrait favorable à ceux qui le cherchaient de tout leur cœur,* lorsqu'il n'y avait qu'une cérémonie extérieure qui leur manquât. Ainsi il leur fut permis, non pas d'immoler l'agneau, mais de *le manger,* parce que c'aurait été une trop grande incommodité pour ceux qui étaient de loin, de remettre encore la célébration de la Pâque à un autre mois, c'est-à-dire, au troisième; outre que la dispense que Moïse avait accordée pour ceux qui ne s'étaient pas purifiés, ne regardait, comme on l'a vu, que le second mois.

Cependant, parce que le temps de la loi était un temps de rigueur, il est remarqué expressément que le roi *Ezéchias pria le Seigneur pour toutes ces personnes,* auxquelles on accordait cette dispense, afin qu'il *ne leur imputât point le défaut de purification,* lorsque dans la nécessité présente il paraissait suppléé très-avantageusement par la pureté intérieure de leur cœur. C'est aussi ce que le texte sacré nous assure être arrivé, lorsqu'il ajoute que *le Seigneur exauça ce prince, et se rendit favorable au peuple,* pour lequel il l'avait prié : c'est-à-dire, comme l'entendent quelques-uns, que, fléchi par les prières d'Ezéchias, il fit connaître qu'il ne le leur imputait point à péché, en ne faisant point mourir ceux que la loi avait menacés de mort : *Aiunt neminem pollutum potuisse Phase comedere, quin statim moreretur. Et in eo placatum Dominum cognoverunt, quia comedentes extincti non sunt.* S. Hieron. Tradit. Hebr. in hunc loc. (Sacy.)

strumentis musicis, quibus omni peritiâ canebant, vel in instrumentis altè sonantibus: vel denique in instrumentis, quæ robur et magnitudinem Domini palam vulgabant.

Vers. 22. — Locutus est ad cor Levitarum, qui habebant intelligentiam bonam super Domino; qui cultum Domini vel res musicas apprimè callebant, vel erga cultum Domini voluntate sinceriores erant et studio. Sollicitavit illos rex, monuitque ut muneribus suis sollicitè fungerentur, eosque humanitate et comitate suâ pellexit, ut festum ad dies quatuordecim prorogarent. Porrò in maximis solemnitatibus labor erat ingens sacerdotum Levitarumque, eorum præsertim qui voce et instrumentis modulabantur.

Comederunt septem diebus solemnitatis, victimas eucharisticas. Hebræus : *Comederunt solemnitatem hanc septem diebus.* Vescebantur festi hujus victimis, vel *comederunt quod imperatum erat* in hoc festo *septem diebus;* nempe usi sunt dapibus et pane, à lege in Paschate præscriptis. Comedebatur tunc panis azymus, et dapes ex hostiis pacificis, de quibus agitur v. 24.

Vers. 25. — Proselytorum quoque de terra Israel; advenarum scilicet, qui ad sacra Judaica et circumcisionem admissi fuerant; neque enim licebat incircumcisis è Paschate participare. (1)

Vers. 26. — Qualis a diebus Salomonis non fuerat; etenim post ejus regnum decem tribus ab Judâ secesserant. Tunc autem pars eorum, qui supererant à decem tribubus, fratribus suis sese adjunxêre.

Vers. 27. — Sacerdotes atque Levitæ benedicentes populo. Jus benedicendi populo solemni ritu unis sacerdotibus servabatur, Num. 6, 24. Pompam auxerunt Levitæ acclamationibus, vel instrumentorum concentu.

(1) Exod. 12, 48 : *Quòd si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam, et facere Phase Domini, circumcidetur priùs omne masculinum.*

CAPUT XXXI.

1. Cùmque hæc fuissent ritè celebrata, egressus est omnis Israel, qui inventus fuerat in urbibus Juda, et fregerunt simulacra, succideruntque lucos, demoliti sunt excelsa, et altaria destruxerunt, non solùm de universo Judâ et Benjamin, sed et de Ephraim quoque et Manasse, donec penitùs everterent : reversique sunt omnes filii Israel in possessiones et civitates suas.

2. Ezechias autem constituit turmas sacerdotales et leviticas per divisiones suas, unumquemque in officio proprio, tam sacerdotum videlicet quàm Levitarum, ad holocausta et pacifica, ut ministrarent et confiterentur, canerentque in portis castrorum Domini.

3. Pars autem regis erat, ut de propriâ ejus substantiâ offerretur holocaustum manè semper et vespere, sabbatis quoque et calendis, et solemnitatibus cæteris, sicut scriptum est in lege Moysi.

4. Præcepit etiam populo habitantium Jerusalem, ut darent partes sacerdotibus et Levitis, ut possent vacare legi Domini.

5. Quod cùm percrebruisset in auribus multitudinis, plurimas obtulêre primitias filii Israel frumenti, vini et olei, mellis

CHAPITRE XXXI.

1. Tout s'étant fait avec les cérémonies accoutumées, tous les Israélites qui se trouvèrent dans les villes de Juda sortirent, et brisèrent les idoles, abattirent les bois profanes, démolirent les hauts lieux, et renversèrent les autels, non-seulement dans la terre de Juda et de Benjamin, mais aussi dans celle d'Ephraïm et de Manassé, jusqu'à ce qu'ils eussent tout détruit. Après, tous les enfants d'Israël s'en retournèrent dans leurs héritages et dans leurs villes.

2. Et Ezéchias divisa les prêtres et les lévites en diverses classes, selon le partage qui avait été fait, tant des prêtres que des lévites, chacun dans son office propre pour les holocaustes et les sacrifices de paix, afin qu'ils pussent servir dans leur ministère, louer Dieu, et chanter aux portes du temple du Seigneur.

3. Et le roi pour sa part voulut que l'on prît sur son domaine de quoi offrir l'holocauste du matin et du soir, comme aussi pour celui des jours de sabbat, des premiers jours des mois et des autres solennités, ainsi qu'il est marqué dans la loi de Moïse.

4. Il commanda aussi au peuple qui demeurait à Jérusalem de donner aux prêtres et aux lévites la part qui leur était due, afin qu'ils pussent se donner tout entiers à la loi de Dieu.

5. Ce qui étant venu aux oreilles du peuple,

quoque, et omnium quæ gignit humus, decimas obtulerunt.

6. Sed et filii Israel et Juda, qui habitabant in urbibus Juda, obtulerunt decimas boum et ovium, decimasque sanctorum, quæ voverant Domino Deo suo : atque universa portantes, fecerunt acervos plurimos.

7. Mense tertio cœperunt acervorum jacere fundamenta, et mense septimo compleverunt eos.

8. Cùmque ingressi fuissent Ezechias et principes ejus, viderunt acervos, et benedixerunt Domino ac populo Israel.

9. Interrogavitque Ezechias sacerdotes et Levitas, cur ita jacerent acervi.

10. Respondit illi Azarias sacerdos primus de stirpe Sadoc, dicens : Ex quo cœperunt offerri primitiæ in domo Domini, comedimus, et saturati sumus, et remanserunt plurima, eò quòd benedixerit Dominus populo suo : reliquiarum autem copia est ista quam cernis.

11. Præcepit igitur Ezechias ut præpararent horrea in domo Domini. Quod cùm fecissent,

12. Intulerunt, tam primitias quàm decimas, et quæcumque voverant, fideliter. Fuit autem præfectus eorum Chonenias Levita, et Semei frater ejus secundus,

13. Post quem Jahiel, et Azarias, et Nahath, Asael, et Jerimoth, Jozabad quoque, et Eliel, et Jesmachias, et Mahath, et Banaias, præpositi sub manibus Choneniæ, et Semei fratris ejus, ex imperio Ezechiæ regis et Azariæ pontificis domûs Dei, ad quos omnia pertinebant.

14. Core verò filius Jemna levites et janitor orientalis portæ, præpositus erat iis quæ spontè offerebantur Domino, primitiisque et consecratis in Sancta sanctorum.

15. Et sub curâ ejus Eden, et Benjamin, Jesue, et Semeias, Amarias quoque et Sechenias, in civitatibus sacerdotum, ut fideliter distribuerent fratribus suis partes, minoribus atque majoribus,

16. Exceptis maribus ab annis tribus et supra, cunctis qui ingrediebantur tem-

les enfants d'Israël leur offrirent plusieurs prémices, du blé, du vin, de l'huile et du miel, et leur donnèrent encore la dîme de tout ce que porte la terre.

6. Les enfants d'Israël et de Juda, qui demeuraient dans les villes de Juda, offrirent aussi la dîme des bœufs et des moutons, avec la dîme des choses sanctifiées qu'ils avaient vouées au Seigneur leur Dieu ; et portant tout cela, ils en firent plusieurs monceaux.

7. Ils commencèrent à faire ces monceaux le troisième mois, et les achevèrent le septième.

8. Le roi et les principaux de sa cour, étant entrés, virent ces monceaux, et ils bénirent le Seigneur, et le peuple d'Israël.

9. Ezéchias demanda aux prêtres et aux lévites pourquoi ces monceaux restaient ainsi.

10. Le grand-prêtre Azarias, qui était de la race de Sadoc, répondit : Nous avons toujours vécu de ces prémices, depuis que l'on a commencé de les offrir au Seigneur ; nous en avons pris abondamment ; cependant il en est encore resté beaucoup, parce que le Seigneur a béni son peuple ; et cette grande abondance que vous voyez, n'en est que les restes.

11. Ezéchias donna donc ordre que l'on préparât des greniers dans la maison du Seigneur. Ce qui étant fait,

12. Ils y portèrent fidèlement, tant les prémices que les dîmes, et tout ce qui avait été offert, et l'on en donna le soin au lévite Chonénias, et à son frère Séméï en second,

13. Après lequel on établit encore pour gardes Jahiel, Azarias, Nahath, Asaël, Jérimoth, Jozabad, Eliel, Jesmachias, Mahath et Banaïas, sous l'autorité de Chonénias et de Séméï, son frère, par l'ordre du roi Ezéchias et d'Azarias, pontife de la maison de Dieu, auxquels on rendait compte de toutes choses.

14. Le lévite Coré, fils de Jemna, qui gardait la porte orientale, était préposé sur les dons qu'on offrait volontairement au Seigneur, et sur les prémices et autres choses que l'on offrait dans le sanctuaire.

15. Sous lui étaient Eden, Benjamin, Jésué, Séméias, Amarias et Séchénias, dans les villes des prêtres, pour distribuer fidèlement à leurs frères leur part, tant aux grands qu'aux petits,

16. Et même aux enfants mâles depuis l'âge de trois ans et au-dessus, enfin à tous ceux qui avaient droit d'entrer dans le temple

plum Domini; et quidquid per singulos dies conducebat in ministerio, atque observationibus juxta divisiones suas,

17. Sacerdotibus per familias, et Levitis à vigesimo anno et supra, per ordines et turmas suas.

18. Universæque multitudini, tam uxoribus, quàm liberis eorum utriusque sexûs, fideliter cibi, de his quæ sanctificata fuerant, præbebantur.

19. Sed et filiorum Aaron per agros, et suburbana urbium singularúm, dispositi erant viri, qui partes distribuerent universo sexui masculino de sacerdotibus et levitis.

20. Fecit ergo Ezechias universa quæ diximus in omni Judâ, operatusque est bonum et rectum et verum, coram Domino Deo suo,

21. In universâ culturâ ministerii domûs Domini, juxta legem et cæremonias. volens requirere Deum suum in toto corde suo; fecitque et prosperatus est.

du Seigneur. Ils veillaient encore sur tout ce que l'on devait distribuer chaque jour à ceux qui étaient en service et dans divers offices, selon la distribution qu'on en avait faite;

17. Aux prêtres mêmes, pris selon l'ordre de leurs familles, et aux lévites, à compter depuis vingt ans et au-dessus, en les divisant par troupes selon leur ordre.

18. Enfin l'on prenait, sur les choses qui avaient été offertes, des vivres pour toute la multitude, pour les femmes et pour les enfants, garçons ou filles.

19. Il y avait aussi des hommes descendants d'Aaron dans la campagne, et dans les faubourgs de toutes les villes, qui distribuaient des parts à tous les mâles descendants des prêtres ou des lévites.

20. Ezéchias accomplit donc tout ce que nous venons de dire dans toute l'etendue de Juda; et il fit ce qui était bon, droit et véritable en la présence du Seigneur son Dieu,

21. Dans tout ce qui concerne le service de la maison du Seigneur, selon la loi et les cérémonies, cherchant Dieu de tout son cœur; il le fit et prospéra.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Altaria destruxerunt non solum de universo Juda et Benjamin, sed et de Ephraim. Sive quòd Osee rex Israelis eversioni idololatriæ, lucorum et altarium profanorum consenserit, sive quòd Ezechias religiosi ardoris impetum sequeretur, nihil curans regulas juris (1) prohibentis ne subditi alterius principis quid simile privato consilio in alieno regno moliantur. Reputandum est, Ezechiam hæc omnia præcepisse de assensu vicini regis Osee. Pium Ezechiæ studium et ardorem imitatus Josias, 2 Paral. 34, 6, 9, monumenta omnia idololatriæ subvertit, non in ditione suâ modò, sed in tribubus Manasse, Ephraimi, Simeonis et Nephthali, quorum tunc regio parebat Assyriis, tribubus diù ante Josiam abductis in captivitatem.

Vers. 2. — Ut canerent in portis castrorum Domini; in templo scilicet, quod Castra Domini appellatur. *Portam* nuncupant Mahometani regum suorum palatium. Nomine *portæ castrorum,* vel arcis Domini, significatur atrium templi, ubi sacra munera obibant sacerdotes. Porrò scitum est, cecinisse illos non in portis, sed in atrio interiori.

(1) Vide Grotium hìc, et Hebr., et August. ad Deut. 7 et 12.

Vers. 3. — Pars regis erat, ut de propria ejus substantia offerretur holocaustum. Post Davidem, reges Juda è suo censu præbuisse videntur impensas victimarum solemnium, vespertinæ et matutinæ, omniumque dierum festorum. Cùm David arcam Domini in domum suam detulisset, animadvertit Scriptura, 3 Reg. 16, 37, divisisse illum sacerdotes et Levitas, eorumque partem misisse Gabaonem, ut altari à Moyse erecto ministrarent, alteram verò constituisse in tabernaculo à se in urbe Sion excitato. Credibile est, Davidem necessaria omnia exhibuisse ad sacrum ministerium tabernaculi domestici in Sion. Salomon id suscepit, ut exhiberet holocausta, non pro majoribus tantummodò anni festis, 3 Reg. 9, 25, sed vespertinum etiam et matutinum quotidiè, 2 Paral. 8, 13; id quod inter cætera mirabatur regina Saba, stupens ob regis magnificentiam in holocaustis, quæ in domo Domini offerenda præbebat. Assignat Ezechiel, c. 45, v. 16, 17, annuos proventus regibus post captivitatem regnaturis, ne desint sumptibus sacrificiorum, quæ dare tenebantur. Cùm verò populus diutissimè caruerit principe, ac temporum vices non permitterent ut sancitæ à prophetâ leges omninò servarentur,

solutâ captivitate, populus indixit sibi capitationem tertiæ partis sicli in sumptus sacrificiorum, 2 Esdr. 10, 32, 33.

Vers. 5. — Primitias mellis. Cautum est in lege Levit. 2, 11 : *Nec quidquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio.* Ne autem primitiarum loco, et in usus sacerdotum daretur, leges non vetabant. Demonstravimus in Levitico, loco citato, mellis nomen accipi posse de dactylis palmarum, vel liquore ex illis expresso. Ita Hebræi, lexicographi, Junius, Mariana, alii. Plinius lib. 13, c. 4, de palmis scribit : « Dos « his præcipua succo pingui lactentibus, quo« dam vini sapore, ut in melle prædulci. » Nec temerè etiam arbitraremur, innui eam medullam, quam Plinius appellat *cerebrum palmæ,* cujus est cibus dulcis et succulentus : « Dulcis « medulla earum in cacumine, quod cerebrum « appellant. » (1)

Omnium, quæ gignit humus, decimas obtulerunt. Decima non solvebatur, nisi ex frumento, hordeo, vineâ, oleo, malo punico, ficu et palmâ. (2)

Vers. 7. — Cœperunt acervorum jacere fundamenta. Cœperunt ferri ad templum primitiæ et decimæ circa tempus Pentecostes, post festum Paschatis secundo mense celebrati, nec cessatum est nisi septimo mense, absolutis messibus et vindemiis.

Vers. 10. — Azarias primus de stirpe Sadoc. Nepos erat facilè illius Sadoci, de quo in 1 Paralip. 6, 12, nec desunt, inter quos Junius, Mariana, qui illum misceant cum Sadoco filio Achitobi, et patre Sellum.

Eo quod benedixerit Dominus populo. Largam illi segetem contulit ; quare et uberiores decimas reddiderunt. Benedictionibus cumulatus à Deo populus, largiora etiam rependit sacerdotibus.

Vers. 11 — Præcepit Ezechias, ut præpararent horrea, seu vetera repararentur, seu nova veteribus adderentur, si opus esset. Horrea construxerat olim Salomon, et cellas in templo, quæ regum et sacerdotum incuriâ periêre. Primitias per se quisque privatus conferebat ad templum ; sed Levitæ decimas exigebant in locis sui domicilii, ac de exactis rationes reddebant sacerdotibus, suâ illis parte exhibitâ. Aliam etiam partem conferebant in templum, in annonam custodum, sacerdotum ac Levitarum ministerio vacantium. Vide 2 Esdr. 10, 36, 37, 38.

Vers. 12. — Semei frater ejus, secundus : vicarius ejus, et adjutor (1).

Vers. 13. — Azariæ pontificis domus Dei. Hebr. : *Azariæ ducis domûs Dei.* Vers. 10, primus, vel summus sacerdos appellatur.

Ad quos omnia pertinebant. Desunt hæc verba in Hebræo et septuaginta.

Vers. 14. — Primitiis et consecratis in Sancta sanctorum ; nempe quæ offerebantur in Sanctuario, vel in templo, sive in sacros templi usus ; in Sanctuario enim nec primitiæ, nec decimæ offerebantur. Hebræus ad litteram : *Ad dandum oblationes elevatas Domino, et sanctificationes sanctificationum.* Curæ horum Levitarum commissum fuerat, ut distribuerent sacerdotibus, quæ deferebantur in templum oblationes, uti panis, similæ, carnium è sacrificiis pro peccato, et aliis quæ juris erant sacerdotalis.

Vers. 16. — Exceptis maribus ab annis tribus et supra. Excludi videntur hìc pueri hujus ætatis ; re ipsâ tamen ita accipienda sunt : Æquè omnibus distribuentur, exceptis maribus trimulis, id est, *illis* pariter *comprehensis.* Persimilis loquendi phrasis occurrit aliis in locis, in quibus vox, *exceptis,* ita valet ac *præter* (2). Nihil hìc assignatur puellis sacerdotum, sed vers. 18 edicitur, ut cum illis perinde ac cum maribus agatur. Creditur vulgò infantes triennio lac sugere consuevisse ; quare solidus illis cibus, nonnisi id ætatis agentibus, assignatur. Vide Marianam.

Vers. 17. — A vigesimo anno et supra. Reformandum censuerat David veterem ordinem à Moyse constitutum, addicentem Levitas sacro ministerio anno ætatis trigesimo (3), seu vigesimo quinto, uti alio in loco exprimitur (4).

(1) Plin. ibid., Galen., Theophrast. ; alii ἐγκέφαλον vocant. Vide et Hieron. à Lobo.

(2) Vers. 6. — Decimas sanctorum quæ voverant Domino. Hebr. : *Decimas sanctitatum* (id est, rerum sanctarum) *quæ erant sanctificatæ Deo,* q. d. : Obtulerunt omnium suarum rerum decimas, quæ ex lege jubentur *Deo sanctificari,* id est, consecrari et offerri, Num. 18, vers. 8 et sequent. ; insuper decimas alias lege non præceptas, sed quas ipsi ultrò *Deo sanctificârant,* id est, *voverant,* dicârant et destinârant, ut vertit noster, q. d. : Præter decimas lege præscriptas, ipsi insuper ex devotione et liberalitate alias addiderunt, quas Deo dicârant et voverant, Num. 18, 14. (Corn. à Lap.)

(1) אתיהו משנה. Septuag. : ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ διαδεχόμενος.

(2) Vide Levit. 23, 38 : *Exceptis sabbatis Domini,* etc. ; et Num. 28, 23, 31. Vide Piscatorem hìc.

(3) Num. 4, 3 : *A trigesimo anno, et supra, usque ad quinquagesimum.*

(4) Num. 8, 24 : *A viginti quinque annis, et supra, ingredientur ut ministrent.*

Legem hanc immutans David, exordium sacri ministerii statuit anno ætatis vigesimo (1); quod pariter ab Ezechiâ servatum est.

VERS. 18. — FIDELITER CIBI DE IIS, QUÆ SANCTIFICATA FUERANT, PRÆBEBANTUR. Hebræus : *Quia sanctificabant, quæ sancta erant, in fide eorum.* Israelitæ integrâ et sincerâ fide tributum suum pendebant sacerdotibus et Levitis; vel dispensatores oblationum bonâ fide munere suo fungebantur; fidei illorum planè credebatur, neque rationes accepti reddere cogebantur. Denique sacerdotes in sacro ministerio sese fideliter sanctificabant.

VERS. 20. — OPERATUS EST BONUM ET RECTUM ET VERUM CORAM DOMINO (2). Elogium profectò omnium quæ de rege prædicari queant amplissimum, illum scilicet recta egisse, exercuisse justitiam, coluisse veritatem, fidem, sinceritatem, *coram Domino,* id est, omnibus numeris absolutissimam; quibus rebus Ezechias inter cæteros reges Juda eminet : quare in 4 Regum 18, 5, de illo legimus : *Non fuit similis ei de cunctis regibus Juda.*

(1) 1 Paral. 23, 24 : *Qui faciebant opera ministerii domûs Domini, à viginti annis et supra.*

(2) *Il fit ce qui était bon, ce qui était droit et ce qui était véritable en la présence du Seigneur, son Dieu...., n'ayant point d'autre passion que de chercher Dieu de tout son cœur,* etc. L'Ecriture, ayant marqué en détail tout ce que fit Ezéchias pour le règlement de toutes les choses qui regardaient le culte de Dieu, et la nourriture des familles sacerdotales et lévitiques, fait cet éloge raccourci de sa piété, qu'il *fit ce qui était bon, ce qui était droit et ce qui était véritable en la présence du Seigneur, son Dieu :* c'est-à-dire que ce prince, s'appliquant uniquement à accomplir la volonté du Seigneur, et l'ayant toujours présent au fond de son cœur, s'éloignait de tout ce qui n'était pas conforme à la *vérité,* à la *droiture,* et à la *bonté* de ses saints préceptes, et qu'il suivit très-exactement, dans tout ce qu'il ordonna qu'on observât pour le rétablissement de son divin culte, ce que sa loi prescrivait, ne croyant pas qu'il pût y avoir ni rien de bon, ni rien de droit, ni rien de véritable en tout ce qui regardait une religion si divine, à moins que Dieu même, qui est la bonté et la vérité par essence, n'en fût l'auteur. Car l'exemple de tant de rois d'Israël et de Juda, qui, pour s'être misérablement écartés de la droiture de cette loi toute sainte, et avoir suivi la vanité et l'illusion de leur propre esprit, étaient tombés dans de si prodigieux égarements, qui avaient été suivis de si grands malheurs, lui apprit à s'attacher inviolablement à la vérité de la parole de son Dieu. Il jugea très-sagement qu'il n'appartient point à l'homme de se faire une religion à son caprice, comme avaient fait tous ces princes, et qu'il ne peut refuser ses adorations au Seigneur suprême qui l'a créé; que c'est seulement de cet Etre souverain qu'il peut recevoir et sa lumière et ses ordres, pour le connaître et lui obéir, étant indispensablement obligé, et à cette connaissance et à cette obéissance, sans laquelle il ne saurait être heureux, et qu'ainsi il doit mettre tout son bonheur à *s'appliquer* uniquement *à chercher son Dieu de tout son cœur.* Car c'est ce que l'Ecriture loue d'une manière si particulière dans ce prince par ces paroles : *Volens requirere Deum suum in toto corde suo.* (Sacy.)

CAPUT XXXII.

1. Post quæ et hujuscemodi veritatem, venit Sennacherib rex Assyriorum : et ingressus Judam, obsedit civitates munitas, volens eas capere.

2. Quod cùm vidisset Ezechias, venisse scilicet Sennacherib, et totum belli impetum verti contra Jerusalem,

3. Inito cum principibus consilio, virisque fortissimis, ut obturarent capita fontium, qui erant extra urbem : et hoc omnium decernente sententiâ,

4. Congregavit plurimam multitudinem, et obturaverunt cunctos fontes, et rivum qui fluebat in medio terræ, dicentes : Ne veniant reges Assyriorum, et inveniant aquarum abundantiam.

5. Ædificavit quoque agens industriè omnem murum, qui fuerat dissipatus, et exstruxit turres desuper, et forinsecùs alterum murum : instauravitque Mello in

CHAPITRE XXXII.

1. Après ces choses et cette fidélité, Sennachérib, roi des Assyriens, vint, et entra dans Juda, il en assiégea les plus fortes places pour s'en rendre maître, *et il les prit.*

2. Ezéchias, voyant que Sennachérib s'avançait, et que tout l'effort de la guerre allait tomber sur Jérusalem,

3. Ayant tenu conseil avec les principaux de la cour et les plus braves officiers, s'il ne fallait point boucher les sources des fontaines qui étaient hors de la ville; et tous en ayant été d'avis,

4. Il assembla une grande multitude, et ils bouchèrent toutes les sources et le ruisseau qui coulait au milieu du pays, afin, disaient-ils, que si les rois des Assyriens viennent, ils ne trouvent point cette abondance d'eau.

5. Il rebâtit aussi avec un grand soin tous les remparts qui avaient été ruinés, et éleva des tours dessus avec une autre muraille par dehors; il rétablit la forteresse de Mello en la

civitate David, et fecit universi generis armaturam et clypeos.

6. Constituitque principes bellatorum in exercitu; et convocavit universos in plateâ portæ civitatis, ac locutus est ad cor eorum, dicens:

7. Viriliter agite, et confortamini; nolite timere, nec paveatis regem Assyriorum, et universam multitudinem quæ est cum eo: multò enim plures nobiscum sunt, quàm cum illo.

8. Cum illo enim est brachium carneum; nobiscum Dominus Deus noster, qui auxiliator est noster, pugnatque pro nobis. Confortatusque est populus hujuscemodi verbis Ezechiæ regis Juda.

9. Quæ postquàm gesta sunt, misit Sennacherib, rex Assyriorum, servos suos in Jerusalem (ipse enim cum universo exercitu obsidebat Lachis), ad Ezechiam regem Juda, et ad omnem populum qui erat in urbe, dicens:

10. Hæc dicit Sennacherib rex Assyriorum: In quo habentes fiduciam sedetis obsessi in Jerusalem?

11. Num Ezechias decepit vos, ut tradat morti in fame et siti, affirmans quòd Dominus Deus vester liberet vos de manu regis Assyriorum?

12. Numquid non est iste Ezechias, qui destruxit excelsa illius et altaria, et præcepit Juda et Jerusalem, dicens: Coram altari uno adorabitis, et in ipso comburetis incensum?

13. An ignoratis quæ ego fecerim, et patres mei, cunctis terrarum populis? numquid prævaluerunt dii gentium, omniumque terrarum liberare regionem suam de manu meâ?

14. Quis est de universis diis gentium quas vastaverunt patres mei, qui potuerit eruere populum suum de manu meâ, ut possit etiam Deus vester eruere vos de hâc manu?

15. Non vos ergo decipiat Ezechias, nec vanâ persuasione deludat, neque credatis ei. Si enim nullus potuit deus cunctarum gentium atque regnorum liberare populum suum de manu meâ, et de manu

ville de David, et fit toutes sortes d'armes et de boucliers.

6. Il nomma ensuite des officiers pour commander son armée; puis, assemblant tout le monde dans la place de la porte de la ville, il parla à leur cœur, disant:

7. Soyez braves, et conduisez-vous en gens de cœur; ne craignez point, et n'ayez point peur du roi des Assyriens, ni de toute cette multitude qui l'accompagne; car il y a beaucoup plus de monde avec nous qu'avec lui.

8. Car avec lui est un bras de chair; mais nous avons avec nous le Seigneur, notre Dieu, qui nous secourt, et combat pour nous. Le peuple prit un nouveau courage par ces paroles d'Ezéchias, roi de Juda.

9. Après cela, Sennachérib, roi des Assyriens (qui assiégeait Lachis avec toute son armée), envoya quelques officiers à Jérusalem vers Ezéchias, roi de Juda, et à tout le peuple qui était dans la ville, pour leur dire:

10. Voici ce que vous mande Sennachérib, roi des Assyriens: Sur qui pouvez-vous vous appuyer pour demeurer en repos assiégés dans Jérusalem?

11. Ne voyez-vous pas qu'Ezéchias vous trompe, pour vous faire mourir de faim et de soif, vous assurant que le Seigneur, votre Dieu, vous délivrera de la main du roi des Assyriens?

12. N'est-ce pas cet Ezéchias qui a renversé ses hauts lieux et ses autels, et qui a publié dans Juda et dans Jérusalem, un ordre portant que vous n'adorerez que devant un seul autel, et que vous y brûlerez aussi votre encens?

13. Ignorez-vous ce que nous avons fait, moi et mes ancêtres, à tous les peuples de la terre? Les dieux des nations et de toutes les provinces du monde, ont-ils été assez forts pour les délivrer de mes mains?

14. Qui de tous les dieux des nations que mes ancêtres ont ravagées, a pu tirer son peuple de mes mains, pour vous donner lieu de croire que votre Dieu pourra vous sauver d'une telle puissance?

15. Qu'Ezéchias donc ne vous trompe pas, et qu'il ne vous joue pas par une vaine persuasion; ne croyez rien de ce qu'il vous dit. Si aucun des dieux des nations et des autres royaumes n'a pu délivrer son peuple de ma

patrum meorum, consequenter nec Deus vester poterit eruere vos de manu meâ.

16. Sed et alia multa locuti sunt servi ejus contra Dominum Deum, et contra Ezechiam servum ejus.

17. Epistolas quoque scripsit plenas blasphemiæ in Dominum Deum Israel, et locutus est adversùs eum : Sicut dii gentium cæterarum non potuerunt liberare populum suum de manu meâ, sic et Deus Ezechiæ eruere non poterit populum suum de manu istâ.

18. Insuper et clamore magno, linguâ judaicâ, contra populum qui sedebat in muris Jerusalem, personabat, ut terreret eos, et caperet civitatem.

19. Locutusque est contra Deum Jerusalem, sicut adversùm deos populorum terræ, opera manuum hominum.

20. Oraverunt igitur Ezechias rex, et Isaias filius Amos prophetes, adversùm hanc blasphemiam, ac vociferati sunt usque in cœlum.

21. Et misit Dominus angelum, qui percussit omnem virum robustum, et bellatorem, et principem exercitûs regis Assyriorum; reversusque est cum ignominiâ in terram suam. Cùmque ingressus esset domum dei sui, filii qui egressi fuerant de utero ejus, interfecerunt eum gladio.

22. Salvavitque Dominus Ezechiam et habitatores Jerusalem de manu Sennacherib regis Assyriorum, et de manu omnium, et præstitit eis quietem per circuitum.

23. Multi etiam deferebant hostias et sacrificia Domino in Jerusalem, et munera Ezechiæ regi Juda : qui exaltatus est post hæc coram cunctis gentibus.

24. In diebus illis ægrotavit Ezechias usque ad mortem, et oravit Dominum; exaudivitque eum, et dedit ei signum.

25. Sed non juxta beneficia quæ acceperat, retribuit, quia elevatum est cor ejus, et facta est contra eum ira, et contra Judam et Jerusalem.

26. Humiliatusque est postea, eò quòd exaltatum fuisset cor ejus, tam ipse, quàm habitatores Jerusalem, et idcircò non

main et de celle de mes pères, votre Dieu par conséquent ne pourra non plus vous tirer de la mienne.

16. Les officiers de Sennachérib dirent encore beaucoup d'autres choses contre le Seigneur Dieu, et contre Ezéchias son serviteur.

17. Il écrivit aussi des lettres pleines de blasphèmes contre le Seigneur, Dieu d'Israël, et il parla contre lui, savoir : Comme les dieux des autres nations n'ont pu délivrer leur peuple de ma main, de même le Dieu d'Ezéchias ne pourra non plus sauver son peuple de cette puissance.

18. De plus, élevant sa voix de toutes ses forces, il parla en langue judaïque au peuple qui était sur les murs de Jérusalem, pour l'épouvanter, et se rendre ainsi maître de la ville.

19. Il parla contre le Dieu de Jérusalem, comme si c'était contre les dieux des peuples de la terre, qui sont l'ouvrage de la main des hommes.

20. Mais le roi Ezéchias et le prophète Isaïe, fils d'Amos, opposèrent leurs prières à ces blasphèmes, et élevèrent leurs cris jusqu'au ciel.

21. Et le Seigneur envoya un ange qui tua tout ce qu'il y avait de gens forts et de combat dans l'armée du roi des Assyriens, et le chef qui les commandait. Et Sennachérib s'en retourna avec ignominie en son pays. Et étant entré dans le temple de son dieu, ses enfants qui étaient sortis de lui le tuèrent par l'épée.

22. Le Seigneur délivra ainsi Ezéchias et les habitants de Jérusalem de la main de Sennachérib, roi des Assyriens, et de la main de tous leurs ennemis; et il leur donna la paix avec leurs voisins.

23. Plusieurs même apportaient des victimes à Jérusalem, pour y offrir des sacrifices au Seigneur et des présents à Ezéchias, roi de Juda, dont la réputation fut depuis fort grande parmi toutes les nations.

24. En ces jours-là, Ezéchias fut malade jusqu'à la mort, et il pria le Seigneur, qui l'exauça, et il lui en donna un signe.

25. Mais Ezéchias ne rendit pas à Dieu selon les biens qu'il en avait reçus, parce que son cœur s'enorgueillit; et la colère de Dieu s'alluma contre lui, contre Juda et contre Jérusalem.

26. Ensuite il s'humilia avec tous les habitants de Jérusalem, de ce que son cœur s'é-

venit super eos ira Domini in diebus Ezechiæ.

27. Fuit autem Ezechias dives, et inclytus valdè, et thesauros sibi plurimos congregavit argenti, et auri, et lapidis pretiosi, aromatum, et armorum universi generis, et vasorum magni pretii :

28. Apothecas quoque frumenti, vini et olei, et præsepia omnium jumentorum, caulasque pecorum,

29. Et urbes ædificavit sibi : habebat quippe greges ovium et armentorum innumerabiles, eò quòd dedisset ei Dominus substantiam multam nimis.

30. Ipse est Ezechias, qui obturavit superiorem fontem aquarum Gihon, et avertit eas subter ad occidentem urbis David : in omnibus operibus suis fecit prosperè quæ voluit.

31. Attamen in legatione principum Babylonis, qui missi fuerant ad eum, ut interrogarent de portento quod acciderat super terram, dereliquit eum Deus ut tentaretur, et nota fierent omnia quæ erant in corde ejus.

32. Reliqua autem sermonum Ezechiæ, et misericordiarum ejus, scripta sunt in visione Isaiæ filii Amos prophetæ, et in Libro regum Juda et Israel.

33. Dormivitque Ezechias cum patribus suis, et sepelierunt eum super sepulcra filiorum David; et celebravit ejus exequias universus Juda, et omnes habitatores Jerusalem; regnavitque Manasses filius ejus pro eo.

tait élevé ; c'est pourquoi la colère de Dieu ne vint point sur eux pendant la vie d'Ezéchias.

27. Or Ezéchias fut très-riche et comblé de gloire; il amassa de grands trésors d'argent, d'or et de pierreries, d'aromates, de toutes sortes d'armes et de vases de grand prix.

28. Il avait aussi des magasins de blé, de vin et d'huile, des étables pour toute sorte de bêtes de charge, et des bergeries pour ses troupeaux.

29. Et il fit bâtir des villes pour lui, parce qu'il avait une infinité de troupeaux de brebis, et de toute sorte de grandes bêtes, et que le Seigneur lui avait donné une abondance extraordinaire de biens.

30. C'est ce même Ezéchias qui boucha la haute fontaine des eaux de Gihon, et les fit couler sous terre à l'occident de la ville de David, et qui réussit heureusement dans toutes ses entreprises.

31. Néanmoins Dieu, pour le tenter, et pour faire voir tout ce qu'il avait dans son cœur, se retira de lui dans cette ambassade des princes de Babylone, qui avaient été envoyés vers lui pour s'informer du prodige qui était arrivé sur la terre *à son occasion.*

32. Pour le reste des actions d'Ezéchias, et de toutes ses bonnes œuvres, il est écrit dans les prophéties du prophète Isaïe, fils d'Amos, et dans le livre des Rois de Juda et d'Israël.

33. Et Ezéchias s'endormit avec ses pères, et on l'ensevelit dans un lieu plus élevé que les tombeaux des rois ses prédécesseurs : tout Juda et tout Jérusalem célébrèrent ses funérailles; etManassé, son fils, régna en sa place.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — POST QUÆ ET HUJUSCEMODI VERITATEM (1). Postquàm hæc omnia prorsùs impleta sunt; vel, cum Junio, Tremellio, Piscatore, his omnibus firmiter constitutis; vel, cum Vatablo et Marianâ, his omnibus integrâ fide relatis; vel denique, cum Syriaco, post hæc

(1) *Après que toutes ces choses eurent été fidèlement exécutées, Sennachérib, roi des Assyriens, vint, et étant entré dans le pays de Juda, il en assiégea les plus fortes places*, etc. Qui n'eût cru que la grande piété d'Ezéchias, et un zèle si ardent pour toutes les choses de la religion du vrai Dieu, lui auraient dû procurer une paix entière du côté de ses ennemis ? C'était, en effet, ce que tous les Juifs charnels se promettaient et se proposaient, en rendant à Dieu le culte qui lui est dû. Ce qui lui put attirer cette guerre, fut qu'Achaz s'étant engagé à payer au roi des Assyriens un tribut, Ezéchias le lui refusa, et, comme dit l'Ecriture, *secoua son joug, ne voulant point lui être assujéti.* Mais disons plutôt que Dieu le permit principalement pour faire éclater et l'humilité de ce prince, et sa propre toute-puissance : car, après qu'Ezéchias eut d'abord témoigné quelque faiblesse, et commis même une faute, selon quelques-uns, comme on le peut voir dans le quatrième livre des Rois, l'orgueil de son ennemi devenu plus insolent, servit à ce prince à s'humilier encore plus devant Dieu, et à mériter qu'il déployât, pour parler ainsi, toute la puissance de son bras, afin de confondre et de renverser tant d'impies.

Encore qu'Ezéchias mît en Dieu toute sa confiance, il ne laissa pas, lorsqu'il sut que

omnia, et specimen veritatis et æquitatis à rege exhibitum, Assyriorum arma sustinere coactus est, id permittente Deo, altissimo consilio suo, ut virtutem et pietatem hujus principis periclitaretur.

VENIT SENNACHERIB, ET OBSEDIT CIVITATES JUDA MUNITAS, VOLENS EAS CAPERE. Hebræus ad litteram: *Ingressus est in Judam, et castrametatus est contra civitates munitas, et dixit* (vel statuit) *ad perrumpendum eas ad se;* statuit illas vi capere, exuere munitionibus, atque ad se avertere. Adversùs Judam non movit Sennacherib, nisi anno quarto decimo Ezechiæ; hactenùs enim rex Juda illi paruerat, et tributum solverat, ex conditionibus Achaz patri ejus à Theglathphalasaro Assyriæ rege impositis, 4 Reg. 18, 7, 13.

VERS. 2. — QUOD CUM VIDISSET EZECHIAS; obsideri se copiis Assyriis, ac privari munitissimis urbibus intelligens Ezechias, ratusque futurum ut hostis tandem victorem exercitum admoveret Hierosolymis, sese muniens, obsidionem exspectabat. Tum fœdus quoddam composuit cum Sennacheribo, quod tamen brevi rex barbarus abrupit. Vide 4 Reg. loco citato.

VERS. 3. — UT OBTURARENT CAPITA FONTIUM. Ut aquarum subterraneos meatus perderent, dissiparent, arenâ obruerent, aliò averterent in loca invia, ne usui hostibus essent: notissimum antiquis etiam stratagema, ex Frontino, l. 3, c. 7. Porrò obsidentium curæ id esse solebat, ut obsessos aquis privarent, quemadmodùm in obsidione Bethuliæ ab Holopherne factum est, Judith 7, 6. Aiunt, Semiramidem, Cyrum, ac denique Alexandrum averso Euphratis cursu Babylonem cepisse. Eâdem arte Julius Cæsar potitus est Cadurco, præcisis fontibus urbi aquam subministrantibus, et prohibitis civibus, ne exirent ad amnem teste Frontino loc. cit. Contraria hìc præstat Ezechias, eò cogere hostes molitus, ut aquarum penuriâ urgere obsidionem non queant, subtrahens illis aquas fontium et torrentis Cedron, quibus unis uti potuissent, cæteris aquis longè ab urbe distantibus.

VERS. 4. — OBTURAVERUNT RIVUM, QUI FLUEBAT IN MEDIO TERRÆ. Torrentem Cedron, qui collectis Siloe et Gihon aquis, alluebat mœnia urbis et radices montis Oliveti, ad orientem Hierosolymæ. Rivus est quidem aquis suis modicus, liquatis tantùm nivibus, et imbribus tumens. Arescit plerùmque, et cùm fluit, tres latitudinis passus non superat, ex Doubdan, cap. 27: quare nullus erat negotii Ezechiæ torrentis hujus aquas perdere, vel colligere in locum, quem fodit in urbe, cæsâ idcircò rupe, uti discimus ex 4 Reg. 20, 20, et ex Ecclesiastico (1). Nec facilè alius est canalis, quem Nehemias 2 Esdr. 2, 14, appellat *aquæductum regis*. Legimus inferiùs, v. 30, obstruxisse illum fontem Gihon, cujus aquas ad occidentem urbis Davidicæ avertit.

VERS. 5. — ÆDIFICAVIT OMNEM MURUM, QUI FUERAT DISSIPATUS, ET EXTRUXIT TURRES DESUPER. Heb.: *Ædificavit omnem murum disruptum, et ascendere fecit super* murum *turres.* Vel potiùs, murum extulit ad altitudinem turrium, vel machinas constituit in turribus. Ita Mariana, Tigurina, Munsterus. Facilè *murus* iste *disruptus*, ab Ezechiâ restitutus, idem est, quem Joas rex Israelis spatio quadringentorum cubitorum dejecerat, 2 Paralipom. 25, 23, 4 Reg. 14, 13. Hiatum hunc partim reparaverant reges Ezechiæ prædecessores, totumque opus continuavit Ezechias, et fortè Manasses Ezechiæ filius absolvit. Vide caput 33, 14.

FORINSECUS ALTERUM MURUM. Aggerem ante mœnia, vel septum duplex mœnium. Compertum utique est, veterum munitissimas urbes multiplici mœnium ambitu septas fuisse, additis per intervalla turribus. Alius ab his erat agger; simplex nempe murus, mœnibus urbis minùs validus. Hebræa vox (2), quæ aggerem vel antemurale sonat, hìc non legitur.

INSTAURAVIT MELLO. De Mello egimus 2 Reg. 5, 9, et 3 Reg. 9, 15. Surgebant ibi ædes regum Juda, et facilè locus erat munitus situ suo, et operibus, quæ Ezechias et reparavit et auxit.

UNIVERSI GENERIS ARMATURAM, ET CLYPEOS.

Sennachérib se disposait à venir attaquer avec toutes ses forces la ville de Jérusalem, de prendre toutes les mesures, et d'user de toutes les précautions nécessaires pour se défendre, comme si sa sûreté en eût dépendu. Car Dieu ne fait pas toujours des miracles, et c'est même en quelque sorte une conduite plus humble, d'avoir recours aux voies ordinaires et légitimes pour se défendre dans ces grandes occasions, lorsqu'on ne s'appuie en même temps que sur le bras du Seigneur, dont on a soin d'implorer la protection.

(Sacy.)

(1) Eccli. 48, 19: *Ezechias munivit civitatem suam, et induxit in medium ipsius aquam, et fodit ferro rupem, et ædificavit ad aquam puteum.*

(2) חיל *antemurale;* hìc, לחוצה החומה אחרת.

Hebræus: *Fecit missile in multitudine et clypeos.* Prior vox sonat armorum genus quod in hostes jacitur.

VERS. 6. — IN PLATEA PORTÆ. Accedere solebat portæ urbis forum, locus publicorum conventuum, et mercatûs. Vide 2 Reg. 18, 24, et Job. 39, 7.

VERS. 7. — MULTO PLURES NOBISCUM SUNT QUAM CUM ILLO (1). Ita despondentem animis discipulum suum Eliseus confirmavit, exhibens illi præstò ad opem ferendam cœlestium copiarum exercitum, 4 Reg. 6, 16, 17. Ezechias spondebat sibi opem Numinis ejusque angelorum, viribus Sennacheribi multò superiorem. Patrocinii hujus vim expertus est in prodigio fusi exercitûs Assyrii, quem angelus Domini cæcidit, 4 Reg. 19, 35.

VERS. 9. — MISIT SENNACHERIB IN JERUSALEM (IPSE ENIM OBSIDEBAT LACHIS), AD EZECHIAM, etc. Sedulò distinguenda est legatio hæc Rabsacis ab obsidione Lachis ad Ezechiam missi, qui Sennacheribi minas deferret, ab aliâ hìc descriptâ v. 17, in quâ Assyrius refertas impiissimis blasphemiis litteras ad Ezechiam misit ab obsidione Lobnæ, quam tunc urgebat, quamque deserere coactus fuit, ut copias duceret adversùs Tharacam regem Æthiopum. Vide Comment. in 4 Reg. 18, 13.

VERS. 12. — DESTRUXIT EXCELSA ILLIUS (1). Edita loca Domino sacra. Ignorabat Rabsaces Dei legem: quare laudabile Ezechiæ facinus vitio illi et crimini deputavit.

VERS. 21. — (2) OMNEM VIRUM ROBUSTUM, ET

(1) *N'ayez aucune appréhension du roi des Assyriens, ni de toute cette grande multitude qui l'accompagne : car il y a beaucoup plus de monde avec nous qu'avec lui*, etc. La foi de ce prince était la même qu'avait été autrefois celle d'Elisée, ce grand prophète, qui pour rassurer son serviteur effrayé par la vue des troupes de Syrie, lui dit ces mêmes paroles qu'Ezéchias dit maintenant à son peuple : *Ne craignez point ; car il y a plus de gens avec nous qu'il n'y en a avec eux.* Et pour être convaincu que ce saint roi entendait la même chose que le prophète, il suffit de voir ce qu'il ajoute aussitôt après, comme la raison de ce qu'il venait de dire : *Car ce n'est,* dit-il, *qu'un bras de chair,* c'est-à-dire, une force humaine, *qui est avec* le roi des Assyriens; *mais c'est le Seigneur notre Dieu qui est avec nous, qui nous donne son secours, et qui combat pour nous.* Ce Dieu est donc plus puissant lui seul que toutes les plus nombreuses armées de nos ennemis : ou bien, le nombre de ses ministres, c'est-à-dire, des saints anges qui combattent par son ordre pour ses serviteurs, est beaucoup plus grand que celui de ceux qui nous attaquent. C'est *un bras de chair* que toute la force de nos ennemis, mais *c'est un Dieu qui combat pour nous.* Pourquoi donc craindriez-vous des hommes faibles et méprisables, ayant pour vous la protection du Tout-Puissant?

On a vu ailleurs que Rabsacès, le plus insolent homme qui fut jamais, et l'un des premiers officiers de Sennachérib, fit dire à Ezéchias entre autres choses, pour le porter à se soumettre à son maître, que s'il espérait du secours de Pharaon, roi d'Egypte, il le devait regarder comme *un roseau qui était brisé, et qui ne pouvait que percer la main de tous ceux qui mettraient en lui leur confiance.* Il avait peut-être raison de parler ainsi d'un prince qui n'était pas aussi puissant que lui : mais il se trompait grossièrement, lorsque regardant un autre prince, ainsi qu'un roseau brisé, en comparaison de soi, il ne songeait pas qu'il n'était lui-même qu'un roseau très-faible et qu'un bras de chair, en comparaison de Dieu, le protecteur d'Israël. Tel a été cependant l'orgueil de ces princes idolâtres, de n'envisager jamais dans les autres rois et les autres peuples, que leur faiblesse apparente qu'ils méprisaient fièrement, et de ne songer jamais ce qu'ils étaient eux-mêmes en présence de Dieu. Ainsi un néant d'orgueil et un monstre en impiété s'élevait insolemment contre le Très-Haut, et osait nier hautement qu'il eût le pouvoir de délivrer son peuple de la puissance du roi des Assyriens. (Sacy.)

(1) *N'est-ce pas là cet Ezéchias, qui a détruit ses hauts lieux et ses autels ?* etc. Lorsqu'il est dit dans l'Ecriture qu'Ezéchias *détruisit les hauts lieux*, quoique la plupart des interprètes entendent par là les lieux profanes consacrés à l'adoration des idoles, saint Augustin semble néanmoins l'avoir entendu principalement des lieux élevés où l'on sacrifiait au vrai Dieu, mais contre son ordonnance. Mais soit qu'on l'entende, comme a fait saint Augustin, des lieux consacrés au vrai Dieu; ou, comme les autres interprètes, des lieux prostitués aux fausses divinités, il paraît toujours de l'extravagance dans la manière dont raisonnait Rabsacès. Car si on l'entend des autels consacrés au Dieu d'Israël, cet officier ne pouvait blâmer Ezéchias de les avoir renversés, lorsqu'il en rendait la raison lui-même, en ajoutant qu'il l'avait fait pour porter son peuple à s'unir ensemble afin d'adorer tous leur Dieu *devant un seul autel,* selon l'ordre que Dieu même leur avait donné. Que si, au contraire, on veut l'entendre des autels profanes des idoles, il était encore plus ridicule à ce général d'armée, de prétendre que cela dût empêcher le Dieu d'Israël de se déclarer alors pour son peuple, puisqu'en abattant ces autels impies, ils se rendaient encore plus favorable le Seigneur leur Dieu. Et c'est aussi ce qui nous donne tout lieu de juger que Rabsacès ne crût point que les autels renversés par Ezéchias eussent été ceux des idoles. (Sacy.)

(2) MISIT DOMINUS ANGELUM. Hanc historiam Herodotus in Eutorpe depravavit, dicens, Sennacherib Ægyptum invasisse, sed à sacerdote Vulcani fugatum per inductos mures, qui arcus et arma Assyriorum corrodebant; nam pro Judæâ supponit Ægyptum, pro Ezechiâ sacerdotem, pro Deo Vulcanum, pro

BELLATOREM, ET PRINCIPEM EXERCITUS. Reddendum ego Hebræum maluerim : *Omnem militem, et ducem, et principem castrorum regis Assyriæ.* Septuag. : Πάντα δυνατὸν καὶ πολεμιστὴν, καὶ ἄρχοντα, καὶ στρατηγὸν, ἐν τῇ παρεμβολῇ βασιλέως Ἀσσούρ. Angelus Domini gladio sæviit in milites, duces, summosque imperatores copiarum Assyriæ.

REVERSUS EST CUM IGNOMINIA. Rabbinorum quidam affirmant, Sennacheribum rediisse barbâ et crinibus rasum ab angelo, id quod illi in populo suo sese exhibenti fuit ignominiosissimum. Hanc illi opinionem fulciunt verbis Isaiæ 7, 20 : *Radet Dominus in die illâ caput et pilos regis Assyriæ.* Sed in textu planè his contraria sententia legitur : *Radet Dominus in novaculâ conductâ in his qui trans flumen sunt, in rege Assyriorum, caput et pilos pedum* populi sui.

VERS. 23. — MULTI DEFEREBANT HOSTIAS ET SACRIFICIA DOMINO. Innuuntur facilè peregrini, qui Dominum adoraturi, et oblaturi in templo sacrificia veniebant.

VERS. 24. — ÆGROTAVIT EZECHIAS. De morbo et prodigiosâ regis curatione vide 4 Reg. 20.

VERS. 25. — ELEVATUM EST COR EJUS. Inanem quamdam gloriolam hausit, sibi applaudens opum suarum honorumque causâ, ab alienis principibus sibi impensorum, ac præsertim ob legationem à rege Babylonis missam, 4 Reg. 20, 12, etc.

VERS. 27. — ARMORUM UNIVERSI GENERIS. Hebræus : מגינים *clypeos.* Septuaginta : ὁπλοθήκας, *armamentaria.*

VERS. 28. — PRÆSEPIA OMNIUM JUMENTORUM, CAULASQUE PECORUM. Hebræus : *Stabula cuivis jumento et jumento, et greges ad stabula.* Stabula habebat refertissima pecore.

VERS. 30. — OBTURAVIT SUPERIOREM FONTEM AQUARUM GIHON ; cæcis sub terrâ meatibus avertit illum ad occidentem urbis Davidicæ. Fluebat Gihon ad orientem urbis, infra, 33, 14 ; at Ezechias eas aquas deduxit ad occidentalem urbis Davidicæ plagam.

VERS. 31. — UT INTERROGARENT DE PORTENTO. Missa hæc legatio creditur ob prodigium retardati vel retroacti solis : sed Grotius venisse credit, ut certior fieret de prodigio fusi exercitûs Assyrii. Vide 4 Reg. 20, 12.

DERELIQUIT EUM DEUS, UT TENTARETUR (1).

angelo mures. Porrò Sennacherib ipse in tantâ suorum clade solus penè, « idcircò servatus « est, ait S. Hieron. in cap. 30 Isaiæ, ut « sciret potentiam Dei et blasphemantium ora « comprimeret, fieretque testis illius maje- « statis, quam paulò ante contempserat. Pha- « rao quoque in decem Ægypti servatur pla- « gis, ut novissimus pereat : quod et iste « passus est. » Oportebat hominem puniri gravissimâ jacturâ maximi florentissimique exercitûs et divitiarum maximarum, quam jacturam non sensisset, si momento cum suis periisset. Oportebat incredibilem apud suos subire ignominiam, cujus aut culpâ, aut imperitiâ, tanta strages regnum potentissimum perculisset. Oportebat denique longè illum acerbiore morte, et modis omnibus exercendâ consumi : multis quippe, ut apparet, gladiorum ictibus confodiendus erat, et à filiis, et in loco divinitati consecrato. Ita Salianus ; non dubium in hâc clade ab angelo cæsum, et magis excruciatum fuisse Rabsacen, utpote in Deum blasphemum, et in Ezechiam maledicum : porrò opimis tot cæsorum Assyriorum spoliis ditati sunt Ezechias et Judæi.

FILII (Adramelech et Sarazar) INTERFECERUNT EUM GLADIO. Causam dat R. Salomon, et ex eo Lyra, quòd Sennacherib ad placandos deos tantæ stragis auctores, voluerit eis immolare hosce duos filios ; sed illi id subodorati patrem prævenerunt et necârunt. Porrò Sennacherib acceptâ clade in Judæâ fugit rediitque in suam Niniven, ubi sæviit in Judæos, multosque occidit, adeò ut Tobias eos sepeliens, bonis omnibus exutus mortem fugiendo evaserit, à quâ fugâ post dies 45 Sennacherib à filiis occisus est, quæ omnia narrantur Tobiæ cap. 1, v. 21 et seq. Eamdem R. Salomonis causam tradit S. Hieron. in Tradit., eamdemque ex textu Hebræo Tobiæ cap. 1, refert Serarius, ac Genebr. in Chronol. Aliam causam afferunt Lyra et Abulens., in lib. 4 Reg. cap. 15, q. 31, scilicet Sennacherib occisum esse à duobus filiis senioribus, quoniam pater eis postpositis, Asarhaddonem minorem natu successorem regni esse vellet. Cujus electionis causam refert Historia Scholastica in amorem quo Sennacherib matrem Asarhaddonis prosequebatur. Quæ fuisse putatur causa cur pridem Roboam, Abiam filium Maacha reliquis filiis suis antetulerit, ut patet 2 Paralipomenon. 11, 21.

Verior certiorque causa est, quam affert Theodor. in 4 lib. Reg., dicens : « Quoniam « adversùs Deum, qui ipsum fecerat, rabie « fuerat percitus, ab iis qui ex ipso procreati « fuerant, fuit interfectus. » (Corn. à Lap.)

(1) Le Seigneur l'abandonna, afin qu'il fût tenté, et que tout ce qui était dans son cœur fût connu : *Dereliquit eum Deus, ut tentaretur, et nota fierent omnia, quæ erant in corde ejus* : c'est-à-dire, que ce prince s'étant déjà élevé secrètement dans la vue des grandes choses que Dieu avait faites pour lui, Dieu *l'abandonna* à lui-même, et permit en même temps qu'il fût exposé à être tenté de nouveau par l'orgueil, à l'occasion de l'ambassade célèbre que le roi des Babyloniens lui envoya, pour savoir de lui, dit l'Ecriture, *comment était arrivé ce* grand *prodige*, par lequel on avait vu *l'ombre du soleil retourner en arrière de dix degrés.* Ce ne fut pas Dieu qui le tenta, mais comme le cœur de ce prince s'était déjà élevé, Dieu, en s'éloignant de lui, permit seulement que cette occasion des ambassadeurs

Periculum facere voluit Deus fidei Ezechiæ; quare et tentationi illum objici passus est.

Vers. 33. — Sepelierunt eum super sepulcra filiorum David. Honoris gratiâ, cadaver ejus collocatum est in loco editiori, quàm reliqua superiorum sepulcra, sive quòd loculi excisi in rupe, in quâ sepulcra hæc erant, altitudinis essent inæqualis, sive quòd super Ezechiæ tumulum erecta fuerit pyramis, vel eminens aliquod monumentum, ut inter cæteros reges Juda distingueretur.

de Babylone se presentât, afin que ce qui était encore caché dans son cœur, se produisît au dehors, et *fût connu* de tout le monde par la vaine ostentation qu'il leur fit de ses richesses.

C'est là ce que l'Ecriture appelle une ingratitude, lorsqu'elle dit qu'il *ne rendit pas à Dieu ce qu'il lui devait pour les biens qu'il avait reçus de lui.* Car en s'élevant de cette sorte, il s'attribuait à lui-même une gloire qui ne lui appartenait pas, au lieu de faire remonter jusqu'à Dieu, qui l'avait rendu si heureux, toute la cause de son bonheur. C'est ainsi que Dieu permet quelquefois, pour faire connaître à ses serviteurs l'élèvement secret de leur cœur, qu'ils tombent même au-dehors dans quelque péché visible, qui en les humiliant devant les hommes, leur donne lieu de sonder le fond de leurs consciences, et de travailler plus sincèrement à guérir cet orgueil caché qu'ils doivent envisager comme la source de leur chute. Le texte sacré nous assure aussi qu'Ezéchias *s'humilia dans la suite avec tous les habitants de Jérusalem*, lorsque le prophète Isaïe lui eut fait connaître son péché, et qu'ainsi les effets de la colère du Seigneur ne tombèrent point sur eux tant que ce prince vécut. (Sacy.)

CAPUT XXXIII.

1. Duodecim annorum erat Manasses cùm regnare cœpisset, et quinquaginta quinque annis regnavit in Jerusalem.

2. Fecit autem malum coram Domino, juxta abominationes gentium quas subvertit Dominus coram filiis Israel.

3. Et conversus instauravit excelsa, quæ demolitus fuerat Ezechias pater ejus; construxitque aras Baalim, et fecit lucos, et adoravit omnem militiam cœli, et coluit eam.

4. Ædificavit quoque altaria in domo Domini, de quâ dixerat Dominus : In Jerusalem erit nomen meum in æternum.

5. Ædificavit autem ea cuncto exercitui cœli, in duobus atriis domûs Domini.

6. Transireque fecit filios suos per ignem in valle Benennom : observabat somnia, sectabatur auguria, maleficis artibus inserviebat, habebat secum magos et incantatores; multaque mala operatus est coram Domino, ut irritaret eum.

7. Sculptile quoque et conflatile signum posuit in domo Dei, de quâ locutus est Deus ad David et ad Salomonem filium ejus, dicens : In domo hâc et in Jerusalem, quam elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen meum in sempiternum.

8. Et moveri non faciam pedem Israel de terrâ, quam tradidi patribus eorum : ita duntaxat si custodierint facere quæ præcepi eis, cunctamque legem et cære-

CHAPITRE XXXIII.

1. Manassé avait douze ans quand il commença de régner, et il en régna cinquante-cinq à Jérusalem.

2. Mais il fit le mal devant le Seigneur, suivant les abominations des peuples que le Seigneur avait exterminés devant les enfants d'Israël.

3. Il rebâtit les hauts lieux que son père Ezéchias avait démolis; il dressa des autels aux Baalim, planta des bois profanes, adora toute la milice du ciel, et lui sacrifia.

4. Il bâtit aussi des autels dans la maison du Seigneur, de laquelle le Seigneur avait dit : Mon nom demeurera éternellement dans Jérusalem.

5. Mais il les bâtit en l'honneur de toute l'armée du ciel, dans les deux vestibules du temple du Seigneur.

6. Il fit aussi passer ses fils par le feu dans la vallée de Benennom; il observait les songes, suivait les augures, s'adonnait à l'art de la magie, avait auprès de lui des magiciens et des enchanteurs, et commit beaucoup de maux devant le Seigneur, qui en fut irrité.

7. Il mit aussi une idole et une statue de fonte dans la maison du Seigneur, de laquelle Dieu avait dit, parlant à David et à Salomon son fils : J'établirai mon nom pour jamais dans cette maison et dans Jérusalem, que j'ai choisie entre toutes les tribus d'Israël.

8. Et je ne ferai point mouvoir le pied d'Israël de la terre que j'ai donnée à leurs pères, pourvu seulement qu'ils aient soin d'accomplir ce que je leur ai commandé, toute la loi, les cérémonies et les préceptes

monias atque judicia per manum Moysi.

9. Igitur Manasses seduxit Judam, et habitatores Jerusalem, ut facerent malum super omnes gentes, quas subverterat Dominus à facie filiorum Israel.

10. Locutusque est Dominus ad eum, et ad populum illius, et attendere noluerunt.

11. Idcircò superinduxit eis principes exercitûs regis Assyriorum; ceperuntque Manassen, et vinctum catenis atque compedibus duxerunt in Babylonem.

12. Qui postquàm coangustatus est, oravit Dominum Deum suum; et egit pœnitentiam valdè coram Deo patrum suorum.

13. Deprecatusque est eum, et obsecravit intentè, et exaudivit orationem ejus, reduxitque eum Jerusalem in regnum suum, et cognovit Manasses quòd Dominus ipse esset Deus.

14. Post hæc ædificavit murum extra civitatem David, ad occidentem Gihon in convalle, ab introitu portæ Piscium per circuitum, usque ad Ophel, et exaltavit illum vehementer: constituitque principes exercitûs in cunctis civitatibus Juda munitis:

15. Et abstulit deos alienos, et simulacrum de domo Domini: aras quoque, quas fecerat in monte domûs Domini in Jerusalem, et projecit omnia extra urbem.

16. Porrò instauravit altare Domini, et immolavit super illud victimas, et pacifica, et laudem; præcepitque Judæ ut serviret Domino Deo Israel.

17. Attamen adhùc populus immolabat in excelsis Domino Deo suo.

18. Reliqua autem gestorum Manasse, et obsecratio ejus ad Deum suum, verba quoque videntium, qui loquebantur ad eum in nomine Domini Dei Israel, continentur in sermonibus regum Israel.

19. Oratio quoque ejus et exauditio, et cuncta peccata atque contemptus, loca etiam in quibus ædificavit excelsa, et fecit lucos et statuas, antequàm ageret pœnitentiam, scripta sunt in sermonibus Hozai.

20. Dormivit ergo Manasses cum pa-

que je leur ai donnés par la main de Moïse.

9. Manassé séduisit donc Juda et tous les habitants de Jérusalem, les porta à faire plus de mal que toutes les autres nations que le Seigneur avait détruites en présence des enfants d'Israël.

10. Et Dieu lui parla, à lui et à son peuple, et ils ne voulurent point l'écouter.

11. C'est pourquoi Dieu fit venir sur eux les princes de l'armée du roi des Assyriens qui, après avoir pris Manassé, lui mirent les fers aux pieds et aux mains, et l'emmenèrent à Babylone.

12. Manassé, réduit à cette grande extrémité, pria le Seigneur, son Dieu, et il fit une fort grande pénitence en la présence du Dieu de ses pères.

13. Il lui adressa ses gémissements et ses instantes supplications, et le Seigneur exauça sa prière, et le ramena à Jérusalem dans son royaume; et Manassé reconnut que le Seigneur était le vrai Dieu.

14. Après cela il fit travailler à la muraille qui est hors de la ville de David, à l'occident de Gihon dans la vallée, depuis l'entrée de la porte des Poissons, continuant l'enceinte jusqu'à Ophel; et il éleva beaucoup cette muraille; il mit aussi des officiers de l'armée dans toutes les places fortes de Juda.

15. Il ôta les dieux étrangers et l'idole de la maison du Seigneur, comme aussi les autels qu'il avait faits sur la montagne de la maison du Seigneur et dans Jérusalem, et fit tout jeter hors de la ville.

16. Il rétablit aussi l'autel du Seigneur, et sur cet autel il immola des victimes, et des hosties pacifiques et d'action de grâces; et il ordonna à Juda de servir le Seigneur, Dieu d'Israël.

17. Cependant le peuple immolait encore sur les hauts lieux au Seigneur, son Dieu.

18. Le reste des actions de Manassé, la prière qu'il fit à son Dieu, et les remontrances qui lui furent faites par les voyants qui lui parlaient de la part du Seigneur, Dieu d'Israël, sont rapportées dans le livre des Rois d'Israël.

19. La prière aussi qu'il fit à Dieu, et la manière dont Dieu l'exauça, tous les crimes qu'il commit et son mépris de Dieu, les hauts lieux qu'il fit construire, les bois profanes qu'il planta, et les statues qu'il y érigea avant sa pénitence, sont écrits dans le livre d'Hozaï.

20. Manassé s'endormit donc avec ses pères,

tribus suis, et sepelierunt eum in domo suâ : regnavitque pro eo filius ejus Amon.

21. Viginti duorum annorum erat Amon cùm regnare cœpisset, et duobus annis regnavit in Jerusalem.

22. Fecitque malum in conspectu Domini sicut fecerat Manasses pater ejus : et cunctis idolis quæ Manasses fuerat fabricatus, immolavit atque servivit.

23. Et non est reveritus faciem Domini, sicut reveritus est Manasses pater ejus; et multò majora deliquit.

24. Cùmque conjurâssent adversùs eum servi sui, interfecerunt eum in domo suâ.

25. Porrò reliqua populi multitudo, cæsis iis qui Amon percusserant, constituit regem Josiam filium ejus pro eo.

et fut enseveli dans sa maison ; et son fils Amon régna en sa place.

21. Amon avait vingt-deux ans quand il commença de régner, et il régna deux ans dans Jérusalem.

22. Il fit le mal en la présence du Seigneur, comme Manassé, son père, avait fait; il sacrifia à toutes les idoles que Manassé avait faites, et il les adora.

23. Et il ne respecta point le Seigneur, comme son père Manassé l'avait respecté, mais il commit des crimes beaucoup plus grands.

24. Ses serviteurs conspirèrent contre lui, et le tuèrent dans sa maison.

25. Mais le reste du peuple ayant fait mourir ceux qui avaient tué Amon, établit roi Josias, son fils, au lieu de lui.

COMMENTARIUM.

Vers. 2. — Juxta abominationes gentium, quas subvertit Dominus. Imitati sunt Israelitæ potissimum cultum Phœnicum, qui et vetustissimus erat veterum Chananæorum, 3 Reg. 21, 26, et infra, v. 6, Manasses coluit *Baalem* vel Solem, *Astarten* vel Lunam, *et universam militiam cœli*, nempe astra. (1)

Vers. 5. — In duobus atriis domus Domini, Numinibus suis altaria dedicavit in utroque atrio Israelis et gentium, juxta Grotium, Menochium, Hebræos. Sed Vatablus, Villalpandus, Emm. Sâ, Pineda et cæteri, meliùs censent, extruxisse illa in atrio Sacerdotum et Israelis, quæ appellantur in Scripturâ atrium *interius et exterius*. Neque enim hactenùs ante captivitatem animadverti atrium pro gentibus : nihil tale in historiâ legentibus occurrit. Censet Salianus ad annum mundi 3340, n. 7, Manassem primò quidem altaria sua et simulacra non consecrâsse nisi in atriis Israelis et gentium; sed statim alia etiam collocâsse in atrio Sacerdotum, ubi stetisse opinatur idolum illud conflatile, de quo in v. 7. Opinioni huic favere videtur peculiare narrationis genus, quo facinus hoc posterius in sacrâ historiâ à cæteris prioribus distinguitur.

Vers. 7. — Sculptile et conflatile signum posuit in domo Dei. Simulacrum hoc collocavit in interiori templo, in loco sancto, vel in Sanctuario, pro arcâ. Suspicantur quidam, arcam à Manasse seorsùm tantummodò fuisse remotam, ut locum faceret simulacro : sed alii elatam malunt extra templum, nec restitutam loco sancto, nisi sub Josiâ, 2 Paral. 35, 3. Ferunt, Manassem constituisse in domo Dei simulacrum quatuor frontibus instructum, ut scilicet ingredientes undique in templum intueretur, quique ingrediebantur, cogerentur se coram Numine humi prosternere (1). Eusebius in pluribus codicibus Chronici sui tradit, quinas frontes fuisse simulacro. Vide Salian. loco cit., n. 9. Quid exhiberet numinis conflatile illud simulacrum, ingens est sententiarum dissidium. E 4 Regum 21, 7, discimus, simulacrum fuisse nemoris, *sculptile luci*. Nos Astarten deam nemorum, appellatam sæpè in Scripturâ *Aseram*, lucum, credimus. Vide supra nostram dissertationem de Numinibus Phœnicum. Quidam censent, quaternis vel quinis frontibus præditum hoc numen positum fuisse in medio luci, quo loco viæ plures desinebant in campum, cujus in campi medio simulacrum staret : sed apertissimè hìc Scriptura affirmat, simulacrum in templo Domini fuisse consecratum. (2)

Vers. 10. — Locutus est Dominus ad eum,

(1) Vers. 3. — Adoravit omnem militiam cœli, puta solem, lunam, cæteraque sidera quæ quasi milites Dei ordinatâ acie incedunt, ac pro Deo, cùm opus est, pugnant, vibrantque in hostes tonitrua et fulmina. Ita S. Hieron. (Corn. à Lap.)

(1) Basil Homil. de Pœnit : Τετραπρόσωπα εἴδωλα. Vide et Cedren., Syncel., Suid.

(2) Vers. 8. — Moveri non faciam pedem Israel de terra, id est, non patiar ejici populum Israeliticum de Chanaanitide optimâ et fertilissimâ terrâ : *si custodierint*, seu diligentissimè studuerint, *facere quæ præcepi eis*. (Tirinus.)

per prophetas suos : *Verba videntium, qui loquebantur ad eum in nomine Domini.*

VERS. 11. — PRINCIPES EXERCITUS REGIS ASSYRIORUM. Ex Isaiâ 20, 1, discimus, Asarhaddonem Assyriæ regem misisse Tharthanum, summum copiarum suarum imperatorem, in Palæstinam, cujus in manus devenisse credimus Manassem, translatum Babylonem anno mundi 3328, ejusdem Manassis anno secundo et vigesimo. Primò quidem Asarhaddon Assyriis solummodò imperavit, deinde circa annum 3323, regnum Babyloniorum aggressus, occupavit. Referendum hùc censemus vaticinium Isaiæ cap. 22, et quæ leguntur in 4 Regum 21, 10, etc. Vide commentarium in Isaiam.

CEPERUNT MANASSEM, ET VINCTUM CATENIS ATQUE COMPEDIBUS, DUXERUNT IN BABYLONEM. Vertunt quidam Hebræum : *Ceperunt Manassem latitantem in dumetis, et vinxerunt æneis catenis.* Ita Jun., Trem., Pisc., Usser., Boch. de Animal. sac. part. 1, lib. 3, c. 4, p. 766, Vox originalis significat sæpè spinas, vel loca inculta, dumis tantùm et sentibus ferendis idonea. Animadvertit Scriptura 1 Reg. 13, 6, populum interdùm, ut vim Philisthæorum fugeret, recepisse sese in rupes et in antra, *in spinis* (1). Reddi etiam potest : *Ceperunt Manassem hamo*, deceperunt fallacibus verbis, blandisque promissionibus circumvenerunt, etc.

VERS. 12. — QUI POSTQUAM COANGUSTATUS EST, ORAVIT DOMINUM (2). Criminum suorum seriò illum pœnituit. Quamdiù ejus captivitas producta fuerit, ignoratur; sed brevem fuisse innuit Scriptura, cùm supra, v. 1, illi tribuat quinque et quinquaginta regni annos Hierosolymis, tempore captivitatis penitùs neglecto; nec desunt qui eodem captivitatis

(1) בחוחים Vulg. : *In abditis.* Septuag. : Ἐν ταῖς μάνδραις.

(2) *Manassé, étant dans cette grande extrémité, pria le Seigneur son Dieu, et il conçut un très-vif repentir en présence du Dieu de ses pères. Il lui adressa ses gémissements et ses instantes supplications. Et le Seigneur exauça sa prière*, etc. Heureuse l'âme à qui Dieu fait retirer de son malheur un si grand bien, et à qui il donne la grâce de trouver la vie dans sa mort même! Le roi Manassé était perdu devant Dieu s'il n'avait été perdu pour le dire ainsi, devant les hommes. Il serait toujours demeuré esclave du péché, comme dit saint Paul, s'il ne fût tombé dans l'esclavage du roi des Assyriens. Les chaînes de fer de sa volonté endurcie dans le crime, comme parle saint Augustin, l'auraient retenu toujours lié malheureusement pour sa propre condamnation, si ses ennemis n'avaient chargé ses mains et ses pieds d'autres chaînes, et ne l'eussent emmené prisonnier à Babylone. Les impies le regardaient comme heureux, lorsqu'il était sur le trône, et qu'enivré de sa puissance, il s'abandonnait à ses passions avec une liberté que rien ne troublait. Mais Dieu, qui avait des desseins de miséricorde sur lui, troubla tout d'un coup cette grande prospérité dont il abusait pour sa propre perte et pour celle de ses sujets, et, renversant, pour parler ainsi, le lit sur lequel il se reposait, lorsqu'il jouissait paisiblement de tous ses plaisirs, et qu'il commettait impunément toutes sortes de crimes, il le fit tomber, lorsqu'il y pensait le moins, dans le plus grand de tous les malheurs, qui devait lui procurer le plus grand de tous les biens, savoir la réconciliation avec son Dieu.

Mais qui ne s'étonnera de la bonté infinie de ce Père des miséricordes, en considérant que le prince qu'il veut sauver par une si prodigieuse humiliation, était un impie, un ennemi déclaré de sa divinité, un monstre d'ingratitude, et le très-indigne fils d'Ezéchias qu'il avait comblé de faveurs, et qui avait travaillé durant tout son règne à rétablir la véritable Religion, que celui-ci s'efforçait tout de nouveau de détruire? C'est ainsi que Dieu faisait éclater dès lors comme les prémices de cette grande et ineffable miséricorde, dont il fit depuis une profusion si admirable, lorsque, comme dit saint Paul, tous les hommes étant *pécheurs et impies, et ses ennemis* déclarés, Jésus-Christ *est mort pour eux, afin de les réconcilier avec son Père.*

Considérons donc avec l'Ecriture que ce fut dans *l'extrême affliction* où Manassé se trouva réduit, qu'il commença à avoir recours à Dieu et à le prier : *Postquàm coangustatus est, oravit Dominum Deum suum.* Mais sa prière n'était pas, comme celle d'Antiochus le fut depuis, un simple effet naturel de la douleur. Elle partait très-sincèrement d'un cœur percé d'un vif repentir de ses péchés, dans la vue de la divine Majesté qu'il avait si outrageusement offensée : *Et egit pœnitentiam valdè coram Deo patrum suorum.* Et cette prière qu'il fit à Dieu fut persévérante, et accompagnée de toute l'ardeur qui devait être proportionnée à la grandeur de ses crimes, dont il demandait le pardon : *Deprecatusque est eum, et obsecravit intentè.* Car ce n'est pas sans grande raison que le Saint-Esprit a fait marquer toutes ces particularités de la prière de Manassé, avant que de déclarer que le Seigneur l'exauça : *Et exaudivit orationem ejus.*

Ce fut donc alors que Manassé reconnut, comme parle l'Ecriture, *que le Seigneur* d'Israël, *était le vrai Dieu.* Ainsi il fut nécessaire que ce prince tombât dans la dernière affliction, et que cette affliction lui ouvrît le cœur et l'esprit pour avoir recours à la prière, et pour concevoir un vif repentir de tous ses crimes, et que cette prière, accompagnée de ce repentir, fût exaucée par l'ardeur de son humble persévérance, afin qu'il fût en état de *connaître* et d'être bien convaincu qu'il s'était trompé jusqu'alors, en se regardant lui-même comme puissant, et en refusant de regarder *Dieu* comme *le Seigneur* suprême de tous les rois et de tous les peuples. *Et cognovit Manasses quòd Dominus ipse esset Deus.* (Sacy.)

anno remissum fuisse censeant. Quare Manassis pœnitentiam perseverâsse opus est tribus et triginta annis, si captus statuatur anno regni secundo et vigesimo. Manassis oratio, quâ captivus Deo supplicavit, legebatur in annalibus Regum Juda, infra, v. 18; sed hodiè cum aliis pluribus intercidit. Quæ sub nomine *Orationis Manasse* exstat, nec legitur in Hebræo, nec recipitur in Canonem sive Judæorum, sive Ecclesiæ. De pœnitentiâ Manassis vide quæ disseruntur in 4 Regum 21.

Vers. 14.—Ædificavit murum extra civitatem David, ad occidentem Gihon, in convalle (1). Novus est facilè mœnium ambitus, quo latus illud munivit, clausitque partem urbis, quam *secundam* appellant Sophonias 1, 10, et lib. 4 Regum 22, 14; at in Regibus nonnisi post Josiam memoratur: vel cœptum ab Ezechiâ patre suo opus perfecit, 2 Paral. 32, 5; vel deniquè sarcivit mœnia, quassa fortassè à ducibus regum Assyriæ. Fateor equidem, nullibi legere nos, Hierosolymam vi expugnatam fuisse: id tamen probabilissimum est. Demus autem, Manassem spontè sine prælio se dedisse, ii fortassè duces eam mœnium urbis partem dejecêre, quam olim Joas rex Israelis everterat, 4 Reg. 14, 13; 2 Paral. 25, 23. (2)

Vers. 16.—Immolavit pacifica et laudem, hostias nempe pacificas et eucharisticas, *hostias laudis.* Quibus verbis innui potest carmen gratiarum actionis et laudis, uti in psalmo 26, 6: *Hostiam vociferationis*, et in psalmo 125, 17: *Hostiam laudis,* et in Isaiâ 57, 19: *Fructum labiorum.* Sed hìc usurpatur pro sacrificio eucharistico. Idem est ac sacrificium pacificum: at pacifica sacrificia latiorem sensum faciunt.

Vers. 17.—Populus immolabat in excelsis Deo. Hebræus: *Immolabat duntaxat Deo suo,* cultu quidem non superstitioso vel profano, sed illicito. Illud verò incommodum Manassi contigit, ut minori polleret auctoritate, quàm opus fuisset, ut eum abusum aboleret. Plus nimiò ille quidem populum in idololatriam trahere valuit; sed non æquè vulnus curare, quod ipse induxerat, malaque reparare, quæ pravo exemplo pepererat.

Vers. 18.—Continentur in Sermonibus regum Israel (1). Non in libris quidem, qui sub hoc

(1) Portâ Piscium. Jerosolymis ad aquilonem erat illa per quam ex Joppe portu maris vicino Jerosolymæ inferebantur pisces et in viciniâ vendebantur: ita S. Hieronymus, et quia propè erat arx Sion, vocabatur etiam *porta David.* Hæc est porta per quam postea Chaldæi irruperunt, ut ex Sophoniâ colligitur.

(Tirinus.)

(2) Vers. 15 et seq.— *Il ôta les dieux étrangers, et l'idole* qu'il avait mise *dans la maison du Seigneur. . . Il rétablit l'autel du Seigneur. . . Et ordonna à tous les peuples de Juda de servir le Seigneur le Dieu d'Israël. Cependant le peuple immolait encore sur les hauts lieux,* etc. Le repentir de Manassé n'eût pas été véritable s'il n'avait produit de dignes fruits de pénitence. Ce prince répara en deux manières l'outrage qu'il avait fait au Seigneur: il renversa les idoles qu'il avait fait adorer à la place du vrai Dieu, et il rétablit son autel, qu'il avait détruit. Mais de plus, comme l'Ecriture a marqué auparavant qu'il *avait séduit Juda et les habitants de Jérusalem, en les portant à faire même plus de mal que toutes les nations* infidèles, il est dit ici expressément qu'il *commanda à tous les peuples de Juda de servir le Seigneur le Dieu d'Israël*, c'est-à-dire, que les ayant pervertis par son exemple et par son autorité il usa alors plus justement de la même autorité pour les obliger de rentrer dans leur devoir, et de le suivre dans sa pénitence.

Que si l'Ecriture ajoute que *le peuple cependant immolait encore dans les hauts lieux,* elle a soin de prévenir le soupçon qu'on eût pu avoir, que ce ne fût aux idoles qu'ils immolaient, lorsqu'elle dit nettement que c'était *au Seigneur leur Dieu* qu'ils offraient ces sacrifices. C'était néanmoins un mal, puisque Dieu avait, comme on l'a dit plusieurs fois, défendu qu'on lui sacrifiât ailleurs qu'à Jérusalem. Mais c'était un mal en quelque façon tolérable, surtout en un temps où il semblait que c'était faire beaucoup de retirer au moins ces peuples des superstitions de l'idolâtrie, pour lesquelles ils avaient toujours un si horrible penchant.

(Sacy.)

(1) *Le reste des actions de Manassé, et la prière qu'il fit à son Dieu, et les paroles des prophètes qui lui parlèrent au nom du Seigneur le Dieu d'Israël, sont rapportées dans les livres des rois d'Israël*, etc. Ce qui est dit en ce lieu de la sépulture de Manassé, qui ne fut point mis dans le tombeau des rois de Juda, mais *dans sa maison,* c'est-à-dire, *dans le jardin de sa maison*, ou *dans le jardin d'Oza*, comme il est marqué au quatrième livre des Rois, a donné lieu de juger diversement de ce qui en fut la cause. Quelques-uns ont cru que c'était ce prince qui l'avait ainsi souhaité par un esprit de pénitence, comme se jugeant indigne de la sépulture royale, à cause de tous les grands crimes qu'il avait commis. D'autres disent que ce fut le peuple même qui lui refusa la sépulture des rois, parce qu'encore qu'il eût rétabli l'honneur du temple, et édifié tout son royaume par sa pénitence, il attira néanmoins sur Jérusalem et sur tout Juda la grande colère du Seigneur, qui en pardonnant à ce prince ne laissa pas de punir ensuite d'une manière terrible tous ces peuples, jusqu'à ce que Jérusalem fût entièrement détruite. Car c'est aux abominations et à toutes les impiétés qui se commirent sous le règne de Manassé, que nous sommes obligés d'attribuer tous les malheurs qui suivirent, puisque Dieu même s'en est déclaré formellement, en disant par la bouche de ses prophètes, que *parce que Manassé avait*

titulo supersunt, sed in Annalibus regum illorum historiam continentibus, quos nobis vetustior ætas pernegavit.

Vers. 19.—Cuncta peccata atque contemptus. Hebræus : *Omne peccatum ejus, et prævaricatio ejus*. Septuag. : Πᾶσαι αἱ ἁμαρτίαι αὐτοῦ, καὶ ἀποστάσεις (aliter, ἀποστασίαι) αὐτοῦ : *Omnia peccata ejus, et rebelliones ejus;* idololatriæ publica et aperta professio.

In Sermonibus Hozai.—Prophetam hunc Hebræi in Menoch. eumdem esse censent cum Isaiâ, qui sub Manasse florebat. Alii, nempe Grotius, Munsterus, Tigurina, et cæteri, generico sensu interpretati, reddunt : *In Sermonibus prophetarum*, seu videntium ; quæ significatio est vocis *hozai*. Hanc interpretationem exhibent Septuaginta : Ἐπὶ τῶν λόγων τῶν ὁρώντων ; sed probabilius est, hìc significari in Scripturâ singularem aliquem prophetam, pro more Scripturæ, quæ lectorem remittere solet ad prophetam qui res gestas singulorum regum scriptis mandavit. In Syriaco appellatur *Hanan*, in Arabico *Saphan*.

Vers. 20.— Sepelierunt eum in domo sua. Non in sepulcris regum, ex Grotio, Estio, Marianâ, sed in hortis ædium regalium. Vide 4 Reg. 22, 18.

Vers. 22.—Amon cunctis idolis, quæ Manasses fuerat fabricatus, immolavit (1) ; quæ scilicet Manasses in exordio quidem regni sui dedicaverat, sed abjecerat, atque subverterat post captivitatem et pœnitentiam. Amon re-

commis des abominations encore plus détestables que tout ce que les Amorrhéens avaient fait avant lui, et qu'il avait fait pécher Juda par ses infamies...., il effacerait Jérusalem comme on efface ce qui est écrit sur des tablettes, et passerait et repasserait souvent la plume de fer par dessus, afin qu'il n'en restât rien. Effets étonnants et incompréhensibles, mais très justes sans doute, du jugement du Dieu d'Israël, qui punit avec une si terrible rigueur sa ville sainte à cause des crimes d'un prince à qui néanmoins il pardonne ces mêmes crimes ! Aveuglement déplorable des hommes charnels, qui comptent pour rien les plus grandes iniquités qu'ils avalent comme de l'eau, et qui se reposent mollement sur ce que notre Dieu est bon, sans considérer que ces mêmes iniquités sont capables quelquefois d'attirer sa juste colère, et de faire tomber tout le poids de sa fureur sur des peuples et sur des royaumes entiers ! Disons néanmoins que les peuples de Juda contribuèrent aussi eux-mêmes à leur propre perte, et qu'ayant suivi le roi Manassé dans ses abominations, ils ne le suivirent pas sans doute de même dans la sincérité de sa pénitence, et qu'ainsi Dieu, irrité par l'impiété détestable de leur conduite, s'éloigna d'eux de plus en plus, jusqu'à ce qu'il accomplît entièrement cet oracle par lequel il avait déclaré qu'il *étendrait sur Jérusalem le cordeau de Samarie*, pour la ruiner et la raser tout-à-fait. (Sacy.)

(1) *Il immola à toutes les idoles que Manassé avait fait faire, et les adora. Et il ne fut point touché de la crainte du Seigneur, comme Manassé son père en fut touché ; mais il commit des crimes beaucoup plus grands.* On est sans doute surpris d'entendre parler ici des idoles que Manassé avait fait faire, puisqu'on peut dire que sa pénitence n'eût pas été véritable, s'il n'avait ôté de devant les yeux de son peuple, et brisé ces statues profanes qui avaient été l'ouvrage impie de ses mains, et un sujet très-funeste de scandale et de chute pour Juda. Quelques-uns ont cru qu'il en avait ôté une partie, c'est-à-dire, toutes celles qu'il avait pu. Mais ce n'était point assez pour un prince pénitent, tel qu'il l'a été. Et comme un peu de levain peut aigrir toute la pâte, selon saint Paul, Manassé était obligé d'exterminer jusqu'aux moindres restes de ce qui pouvait servir à corrompre ses sujets ou ses successeurs. Il en eut même tout le temps, puisqu'après sa pénitence il régna encore, autant qu'on en peut juger, plus de vingt années. Ainsi il paraît plus vraisemblable que le fils de Manassé trouva dans soi-même ce levain de corruption et d'impiété, et qu'ainsi, lorsqu'il est dit qu'*Amon sacrifia à toutes les idoles que son père Manassé avait fait faire*, on doit entendre, non que ce fussent effectivement les mêmes idoles, mais de semblables qui représentaient les mêmes dieux. Et l'on ne peut en cela déplorer assez les suites si malheureuses d'un mauvais exemple, tel qu'avait été celui du roi Manassé, dont la pénitence put bien le sauver lui-même, mais non effacer les damnables impressions qu'il avait formées dans le cœur de ses sujets et de ses enfants. Aussi Dieu voulait nous convaincre par l'exemple de ces rois que la piété ne devait point être regardée comme un bien absolument héréditaire, puisqu'on avait vu le saint roi Ezéchias succéder à un père très-impie, tel qu'avait été Achaz ; que Manassé, qui a attiré par ses abominations les plus terribles effets de la colère de Dieu sur Jérusalem, succéda à Ezéchias, ce roi si pieux, et que Manassé ayant mérité d'être réconcilié avec Dieu par sa pénitence, eut pour successeur un fils, à qui l'exemple de cette même pénitence ne servit de rien, sinon pour le rendre encore plus criminel, par l'abus qu'il fit de cet exemple de son père converti et touché si vivement de la crainte du Seigneur, auquel il n'eut pas le moindre égard.

Il est dit qu'Amon *commit des crimes beaucoup plus grands* que son père. Cependant la sainte Ecriture semble exagérer en divers endroits les péchés de Manassé, comme s'ils avaient surpassé ceux des autres rois de Juda. Et nous voyons, en effet, que dans le livre des Rois, et dans le prophète Jérémie, le Saint-Esprit nous déclare que la piété même de Josias, l'un des plus saints rois de Juda, ne fut point capable *d'apaiser l'extrême colère et la fureur du Seigneur, qui s'était allumée contre ce royaume, à cause des crimes par lesquels Manassé l'avait irrité, qu'ainsi il résolut d'exposer ces peuples à la persécution pleine de fureur de tous les royaumes de la terre, à cause de ce même*

stituit simulacra et cultum superstitiosum quem Manasses regno pellere conatus fuerat.

Manassé, fils d'Ezéchias, roi de Juda, et de tous les crimes qu'il avait commis dans Jérusalem.

Pour concilier cette contradiction apparente, il semble que l'on peut dire, que l'impiété, *les infamies* et les *abominations détestables* de Manassé, comme les appelle l'Ecriture, ayant *séduit* les peuples de Juda, jusqu'à *les porter à commettre de plus grands péchés que les nations que le Seigneur avait détruites, pour les établir en leur place;* ce prince a dû être effectivement regardé comme la cause principale de la ruine de Jérusalem, parce qu'il devint à l'égard de son royaume, comme un piége d'impiété qui engagea tous ses peuples et son fils même dans les plus grands crimes. Mais parce que ce même fils et ces mêmes peuples, étant une fois engagés dans l'impiété dont Manassé leur avait donné l'exemple, s'y enfoncèrent de plus en plus, selon qu'il est dit ailleurs que celui qui commet l'injustice la commet encore plus, et que celui qui est souillé se souille encore davantage : *Qui nocet, noceat adhuc, et qui in sordibus est, sordescat adhuc,* il ne faut pas s'étonner s'il est dit d'Amon, fils de Manassé, qu'il *commit des crimes beaucoup plus grands* que son père, puisque le père s'arrêta au milieu de son impiété, et en fit une pénitence publique devant tous ses peuples, au lieu que le fils multiplia jusqu'à la fin ses abominations, *sans être touché comme son père de la crainte du Seigneur.* (Sacy.)

CAPUT XXXIV.

1. Octo annorum erat Josias, cùm regnare cœpisset, et triginta et uno anno regnavit in Jerusalem.

2. Fecitque quod erat rectum in conspectu Domini, et ambulavit in viis David patris sui : non declinavit neque ad dexteram, neque ad sinistram.

3. Octavo autem anno regni sui, cùm adhuc esset puer, cœpit quærere Deum patris sui David: et duodecimo anno, postquàm regnare cœperat, mundavit Judam et Jerusalem ab excelsis et lucis, simulacrisque et sculptilibus.

4. Destruxeruntque coram eo aras Baalim: et simulacra quæ superposita fuerant, demoliti sunt; lucos etiam et sculptilia succidit atque comminuit; et super tumulos eorum qui eis immolare consueverant, fragmenta dispersit.

5. Ossa præterea sacerdotum combussit in altaribus idolorum, mundavitque Judam et Jerusalem.

6. Sed et in urbibus Manasse, et Ephraim, et Simeon usque Nephthali, cuncta subvertit.

7. Cùmque altaria dissipàsset, et lucos et sculptilia contrivisset in frusta, cunctaque delubra demolitus esset de universâ terrâ Israel, reversus est in Jerusalem.

8. Igitur anno octavo decimo regni sui, mundatâ jam terrâ, et templo Domini, misit Saphan, filium Eseliæ, et Maasiam principem civitatis, et Joha filium Joachaz à commentariis, ut instaurarent domum Domini Dei sui.

9. Qui venerunt ad Helciam sacerdotem

CHAPITRE XXXIV.

1. Josias avait huit ans quand il commença de régner; et il régna trente et un ans à Jérusalem.

2. Il fit ce qui était bon en la présence du Seigneur, et marcha dans les voies de David son père, sans se détourner ni à droite ni à gauche.

3. Or dès la huitième année de son règne, tout jeune qu'il était, il commença de chercher le Dieu de David son père; et la douzième année après qu'il eut commencé de régner, il purgea Juda et Jérusalem des hauts lieux, des bois profanes, des idoles et des figures de sculpture.

4. Il fit détruire en sa présence les autels des Baalim, et briser les idoles qu'on avait posées dessus; et il abattit les bois profanes, et mit en pièces les idoles qui y étaient, et en jeta tous les morceaux sur les tombeaux de ceux qui avaient accoutumé de leur offrir des victimes.

5. De plus il brûla les os des prêtres des idoles sur leurs autels; et purifia Juda et Jérusalem.

6. Il renversa encore tout dans les villes de Manassé, d'Ephraïm et de Siméon, jusqu'à Nephthali.

7. Et après qu'il eut renversé les autels et les bois profanes, et qu'il eut mis en pièces les idoles, et détruit tous leurs temples dans toute la terre d'Israël, il s'en revint à Jérusalem.

8. Ainsi dans la dix-huitième année de son règne, ayant déjà purifié la terre et le temple du Seigneur, il envoya Saphan, fils d'Ezélias, et Maasias, gouverneur de la ville, Joha, fils de Joachas, son secrétaire, pour rétablir la maison du Seigneur son Dieu.

9. Ils vinrent vers le grand-prêtre Helcias;

magnum : acceptamque ab eo pecuniam, quæ illata fuerat in domum Domini, et quam congregaverant Levitæ et janitores de Manasse et Ephraim, et universis reliquiis Israel; ab omni quoque Judâ et Benjamin, et habitatoribus Jerusalem;

10. Tradiderunt in manibus eorum qui præerant operariis in domo Domini, ut instaurarent templum, et infirma quæque sarcirent.

11. At illi dederunt eam artificibus et cæmentariis, ut emerent lapides de lapicidinis, et ligna ad commissuras ædificii, et ad contignationem domorum, quas destruxerant reges Juda :

12. Qui fideliter cuncta faciebant. Erant autem præpositi operantium Jahath et Abdias de filiis Merari, Zacharias et Mosollam de filiis Caath, qui urgebant opus : omnes Levitæ scientes organis canere.

13. Super eos verò, qui ad diversos usus onera portabant, erant scribæ, et magistri de Levitis janitores.

14. Cùmque efferrent pecuniam quæ illata fuerat in templum Domini, reperit Helcias sacerdos librum legis Domini per manum Moysi.

15. Et ait ad Saphan scribam : Librum legis inveni in domo Domini. Et tradidit ei.

16. At ille intulit volumen ad regem, et nuntiavit ei, dicens : Omnia quæ dedisti in manu servorum tuorum, ecce complentur.

17. Argentum quod repertum est in domo Domini, conflaverunt : datumque est præfectis artificum, et diversa opera fabricantium.

18. Præterea tradidit mihi Helcias sacerdos hunc librum. Quem cùm rege præsente recitâsset,

19. Audîssetque ille verba legis, scidit vestimenta sua,

20. Et præcepit Helciæ, et Ahicam filio Saphan, Abdon filio Micha, Saphan quoque scribæ, et Asaæ servo regis, dicens :

21. Ite, et orate Dominum pro me, et pro reliquiis Israel et Juda, super universis sermonibus libri istius, qui repertus

et ayant reçu de lui l'argent qui avait été porté en la maison du Seigneur, et que les lévites et les portiers avaient recueilli de Manassé et d'Ephraïm, et de tout ce qui était resté d'Israël, et encore de tout Juda et Benjamin, et de ceux qui demeuraient à Jérusalem,

10. Ils le mirent entre les mains de ceux qui faisaient travailler les ouvriers dans le temple, pour le rétablir, et pour en réparer toutes les ruines.

11. Et ceux-ci donnèrent cet argent à des ouvriers et à des tailleurs de pierres, afin qu'ils en achetassent des pierres des carrières, et du bois pour la charpente, et pour faire les planchers des maisons que les rois de Juda avaient détruites.

12. Et ils accomplissaient fidèlement toutes ces choses. Or ceux qui avaient soin de faire travailler les ouvriers, et qui pressaient l'ouvrage, étaient Jahath et Abdias de la race de Mérari, Zacharias et Mosollam de la race de Caath; tous lévites qui savaient jouer des instruments.

13. Mais ceux qui portaient les fardeaux pour divers usages étaient commandés par des scribes, des juges et des portiers de l'ordre des lévites.

14. Or comme on transportait l'argent qui avait éte porté au temple du Seigneur, le pontife Helcias trouva un livre de la loi du Seigneur donnée par les mains de Moïse.

15. Et il dit au secrétaire Saphan : J'ai trouvé le livre de la loi dans le temple du Seigneur. Et il le lui mit entre les mains.

16. Saphan porta ce livre au roi, et lui rendant compte de tout, lui dit : Ce que vous avez commandé à vos serviteurs s'exécute.

17. Ils ont ramassé tout l'argent qu'ils ont trouvé dans la maison du Seigneur, et ils l'ont donné à ceux qui veillent sur les ouvriers et sur les gens de métier, qui font divers ouvrages.

18. Outre cela, le pontife Helcias m'a encore chargé de ce livre; et il le lut devant le roi.

19. Le roi ayant entendu les paroles de la loi *et les maux dont elle menace les violateurs*, déchira ses vêtements;

20. Et il donna ses ordres à Helcias, à Ahicam, fils de Saphan, à Abdon, fils de Micha, à Saphan, secrétaire, et à Asaas, officier du roi, disant :

21. Allez, et priez le Seigneur pour moi et pour ce qui reste d'Israël et de Juda, sur

est : magnus enim furor Domini stillavit super nos, eò quòd non custodierint patres nostri verba Domini, ut facerent omnia quæ scripta sunt in isto volumine.

22. Abiit ergo Helcias, et hi qui simul à rege missi fuerant, ad Oldam prophetidem, uxorem Sellum filii Thecuath, filii Hasra, custodis vestium, quæ habitabat in Jerusalem in secundâ; et locuti sunt ei verba quæ supra narravimus.

23. At illa respondit eis : Hæc dicit Dominus Deus Israel : Dicite viro qui misit vos ad me :

24. Hæc dicit Dominus : Ecce ego inducam mala super locum istum et super habitatores ejus, cunctaque maledicta quæ scripta sunt in libro hoc, quem legerunt coram rege Juda :

25. Quia dereliquerunt me, et sacrificaverunt diis alienis, ut me ad iracundiam provocarent in cunctis operibus manuum suarum : idcircò stillabit furor meus super locum istum, et non exstinguetur.

26. Ad regem autem Juda, qui misit vos pro Domino de precando sic loquimini : Hæc dicit Dominus Deus Israel : quoniam audìsti verba voluminis,

27. Atque emollitum est cor tuum, et humiliatus es in conspectu Dei super his quæ dicta sunt contra locum hunc, et habitatores Jerusalem, reveritusque faciem meam, scidisti vestimenta tua, et flevisti coram me, ego quoque exaudivi te, dicit Dominus.

28. Jam enim colligam te ad patres tuos, et infereris in sepulcrum tuum in pace; nec videbunt oculi tui omne malum quod ego inducturus sum super locum istum et super habitatores ejus. Retulerunt itaque regi cuncta quæ dixerat.

29. At ille, convocatis universis majoribus natu Juda et Jerusalem,

30. Ascendit in domum Domini, unàque omnes viri Juda et habitatores Jerusalem, sacerdotes et levitæ, et cunctus populus à minimo usque ad maximum. Quibus audientibus in domo Domini, legit rex omnia verba voluminis;

tout ce qui est écrit dans ce livre qui a été trouvé; car une grande colère du Seigneur est prête à fondre sur nous, parce que nos pères n'ont point écouté les paroles du Seigneur, ni accompli ce qui a été écrit dans ce livre.

22. Helcias et les autres qui avaient été envoyés par le roi, s'en allèrent donc vers la prophétesse Olda, femme de Sellum, fils de Thécuath, fils de Hasra, gardien des vêtements, laquelle demeurait à Jérusalem dans la seconde partie de la ville, et ils lui dirent ce que nous avons raconté plus haut.

23. Olda leur répondit : Voici ce que dit le Seigneur Dieu d'Israël : Dites à l'homme qui vous a envoyés vers moi :

24. Voici ce que dit le Seigneur : Je vais faire tomber sur ce lieu et sur ses habitants les maux et toutes les malédictions qui sont écrites dans ce livre, qui a été lu devant le roi de Juda,

25. Parce qu'ils m'ont abandonné, qu'ils ont sacrifié aux dieux étrangers, pour me provoquer à la colère par toutes les œuvres de leurs mains. C'est pourquoi ma fureur se répandra sur ce lieu, et elle ne s'apaisera point.

26. Quant au roi de Juda, qui vous a envoyés pour implorer la miséricorde du Seigneur, vous lui direz : Voici ce que dit le Seigneur Dieu d'Israël : Parce que vous avez écouté les paroles de ce livre,

27. Que votre cœur en a été attendri, et que vous vous êtes humilié devant Dieu, en attendant les maux dont Dieu menace ce lieu-ci et les habitants de Jérusalem, et parce que vous avez été touché de ma crainte, que vous avez déchiré vos vêtements, et que vous avez pleuré devant moi, je vous ai aussi exaucé, dit le Seigneur.

28. C'est pourquoi je vous ferai reposer avec vos pères, vous serez mis en paix dans votre tombeau, et vos yeux ne verront point tous les maux que je dois faire tomber sur cette ville et sur ses habitants. Ils vinrent donc rapporter au roi tout ce qu'elle leur avait dit.

29. Et le roi ayant fait assembler tous les anciens de Juda et de Jérusalem,

30. Il monta à la maison du Seigneur, accompagné de tous les hommes de Juda et des habitants de Jérusalem, des prêtres, des lévites et de tout le peuple, depuis le plus petit jusqu'au plus grand. Ils se mirent tous à écouter dans la maison du Seigneur, et le roi leur lut toutes les paroles de ce livre;

31. Et stans in tribunali suo, percussit fœdus coram Domino, ut ambularet post eum, et custodiret præcepta, et testimonia, et justificationes ejus in toto corde suo, et in totâ animâ suâ, faceretque quæ scripta sunt in volumine illo quod legerat.

32. Adjuravit quoque super hoc omnes qui reperti fuerant in Jerusalem et Benjamin, et fecerunt habitatores Jerusalem juxta pactum Domini Dei patrum suorum.

33. Abstulit ergo Josias cunctas abominationes de universis regionibus filiorum Israel; et fecit omnes qui residui erant in Israel, servire Domino Deo suo. Cunctis diebus ejus non recesserunt à Domino Deo patrum suorum.

31. Et se tenant debout dans son tribunal, il fit alliance avec le Seigneur pour marcher après lui dans ses voies, et pour garder ses préceptes, ses ordonnances et ses cérémonies, de tout son cœur et de toute son âme, et pour accomplir ce qui était écrit dans ce livre qu'il avait lu.

32. Et il fit promettre avec serment la même chose à tous ceux qui s'étaient trouvés à Jérusalem et en Benjamin, et tous ceux qui demeuraient à Jérusalem consentirent à cette alliance du Seigneur Dieu de leurs pères.

33. Ainsi Josias bannit toute sorte d'abominations de toutes les terres des enfants d'Israël, et il obligea tous ceux qui restaient encore dans Israël, à servir le Seigneur leur Dieu. Et tant qu'il vécut, ils ne se séparèrent point du Seigneur Dieu de leurs pères.

COMMENTARIUM.

Vers. 3.—Octavo anno regni sui (1), ætatis sexto et decimo. Solebant reges Juda minorem ætatem producere usque ad annum tertium et decimum ætatis absolutum. Itaque Josias minorem ætatem jam aliquot abhinc annis præterierat. Primos ille regni sui annos pio studio restituendi cultûs Dominici commendavit.

Duodecimo anno mundavit Judam et Jerusalem. Duodecimo anno regni, atque ætatis vigesimo, Judam universum et Hierosolymam expiavit, sublatis omnibus impietatis et superstitionis monumentis, quibus loci sanctitas violabatur. Hebræus et Septuaginta: *Cœpit mundare Judam et Jerusalem.* Grande equidem

(1) *Dès la huitième année de son règne, n'étant encore qu'un enfant, il commença à chercher le Dieu de David son père*, etc. Josias, dont on a beaucoup parlé en expliquant le quatrième livre des Rois, commença, selon l'Ecriture, à régner dès *la huitième année de son âge*. Et lorsqu'il était en *la huitième année de son règne*, c'est-à-dire, lorsqu'il était seulement âgé de seize ans, ce que l'Ecriture appelle *être encore enfant*, il commença à *chercher le Dieu de David son père.* La tutelle durait alors jusqu'à treize ans accomplis. Ainsi Josias, à l'âge de seize ans, jouissait déjà de l'administration de son royaume. Et même il était marié dès auparavant, puisqu'il paraît par l'Ecriture, qu'il eut un fils cette même année, qui fut nommé Eliakim, et à qui le roi d'Egypte fit changer depuis de nom, en le nommant Joakim. Lors donc que Josias commençait à être maître de sa personne, et qu'il se vit en état de se soutenir par sa propre autorité, *il commença*, dit l'Ecriture, *à chercher le Dieu de David son père.*

Cette expression est admirable, et nous fait comprendre que le temps où il vivait était un temps d'irréligion et de ténèbres, où, pour connaître la vérité, il était besoin de la chercher. Car, comme il avait succédé à un père très-impie, et que les peuples, portés par eux-mêmes au paganisme, ne manquaient jamais de se conformer à l'impiété de leurs rois, on peut juger s'il était aisé à un prince engagé encore, selon l'expression de l'Ecriture, dans l'enfance, c'est-à-dire, dans une très-grande jeunesse, de percer toutes les ténèbres d'idolâtrie qui l'environnaient. Ainsi, lorsque l'Ecriture nous dit que *Josias commença à chercher le Dieu de David son père,* nous devons entendre qu'au milieu de ces ténèbres de l'impiété qui couvraient le royaume de Juda, Dieu même inspira au fond du cœur de ce prince le désir de le chercher.

Celui qu'il cherchait est nommé ici particulièrement *le Dieu de David son père,* parce que David ne l'avait jamais abandonné pour adorer les idoles, et avait toujours cherché à lui plaire et à le faire adorer par tous ses sujets. Mais où est-ce donc que Josias cherchait le Dieu de David? Cet Etre infini ne l'environnait-il pas, et ne s'était-il pas fait connaître de tous les Juifs par tant de prodiges qu'il avait faits en leur faveur, et par tant de saintes ordonnances qu'il avait daigné leur prescrire pour les rendre heureux? Ce qui est dit dans la suite de ce chapitre, de l'étonnement où fut Josias, en entendant lire le livre du Deutéronome, qu'on retrouva en ce même temps, abandonné et négligé, comme dit saint Chrysostôme, fait bien juger quel était alors le renversement de toute la Religion des Juifs, et l'effroyable ignorance où ils étaient de leur propre loi. Ainsi Josias cherchait le Dieu d'Israël, au milieu même d'Israël, qui l'avait quitté. Il le cherchait parmi les prêtres du temple de Dieu, où il ne le trouvait plus, parce qu'ils s'étaient eux-mêmes ou abandonnés à l'idolâtrie avec leurs princes, ou relâchés tout-à-fait dans l'observance des préceptes de la loi. Mais il le cherchait principalement dans soi-même par l'ardeur de ses désirs, voulant connaître ce que le Seigneur demandait de lui, et désirant très-sincèrement de lui plaire. (Sacy.)

hoc opus nonnisi anno illius duodevigesimo absolutum est, v. 8.

VERS. 4. — ARAS BAALIM, ET SIMULACRA, QUÆ SUPERPOSITA FUERANT (1). Hebræus : *Destruxerunt aras Baalim et Chamanim* (vel simulacra Solis), *quæ in sublime desuper eis;* vel, *quæ antea erant desuper* hæc altaria, vel desuper Baalim; quæ scilicet simulacra Solis multò religiosiùs antea, quàm ipsi Baalim, culta fuerunt. Demonstrare alibi conati sumus, *Chamanim* septa fuisse quædam sub dio, claudentia ignem Soli consecratum. Hic tamen interpretum plerique accipiunt de simulacris sub dio positis, Solem exhibentibus, vel Soli dedicatis. Septuaginta : *Diruit altaria ipsorum Baalim, et excelsa, quæ juxta ea.* Syriacus : *Cœpit destruere aras, idola, tigres, et fana;* v. 5 : *Et torques, atque tintinnabula, omnesque arbores, quas conficiebant idolis.* Arabs : *Extirpavit altaria, idola, pardos.*

SUPER TUMULOS EORUM, QUI EIS IMMOLARE CONSUEVERANT. Fusiùs hæc omnia in lib. 4 Regum 5, 6, et 10, 11, 12, narrantur, ubi et legimus, Josiam projecisse rudera altarium, et simulacrorum fragmenta in convallem Ennom, ac super tumulos vulgi sparsisse, ibid. c. 23, v. 6. Mactavit etiam numinum sacerdotes super numinum profanorum altaria, ibid. v. 20. (2)

VERS. 6. — IN URBIBUS MANASSE ET EPHRAIM CUNCTA SUBVERTIT. Hebræus : *Et in urbibus Manasse et Ephraim... gladiis eorum circùm,* vel *malleolis,* vel securibus omnia confregit. Alii : *In urbibus Manasse, et Ephraim, et in desertis eorum.* In editis scilicet ac desertis locis, ubi altaria consecrata fuerant; seu potiùs in regione, quæ, translatis aliò deductisque in captivitatem incolis, deserta squalebat. Septuaginta : *In urbibus Manasse, et Ephraim, et locis eorum in circuitu.* Syrus et Arabs : *In urbibus et in plateis eorum.* Interpretes omnes, uti et Vulgata, aliter quàm hodiè ferat, legerunt Hebræum.

Mirari subit, cur Josias, cujus imperio non subdebantur tribus Ephraimi, Manassis, Simeonis, ac reliquæ usque ad Nephthali, illas tamen, superstitionem eversurus, peragrârit, perinde ac loca essent ditionis suæ, atque cum tribubus sibi subditis res esset. Animadvertendum tamen est, everso regno Samaritico per Salmanasarum, reliquos, qui victorum manus effugerant, confugisse in ditionem et fidem regum Juda. Quare ii reges supremum jus in ipsos prorogaverant, quod hìc Josias exercet, aras eorum profanas et simulacra subvertens. Nihil autem eâ in re, nisi de assensu earum gentium molitus est. Reges quidem Assyriæ, quibus regio, olim principibus Israelis subdita, parebat, habere potuissent iniquiùs genus illud auctoritatis, quod Josias in alieno solo exercebat; sed res ad eorum aures non pervenit, vel fortè auditam neglexerunt, cùm Josias urbem nullam ad se averteret, nullam regioni cladem inferret. Neque Cuthæi, cæterique recentes regionis incolæ id curandum censuêre, ut reliquias religionis, quam minimè profitebantur, defenderent.

VERS. 8. — SAPHAN FILIUM ESELIÆ, ET MAASIAM PRINCIPEM CIVITATIS, ET JOHA FILIUM JOACHAZ. In 4 Reg. 22, 3, legimus missum fuisse tantummodò *Saphan filium Aslia, filii Messulam, scribam templi Domini.*

VERS. 9. — QUAM CONGREGAVERANT LEVITÆ ET JANITORES. Negotii facessit aliquid vox *Janitores* Hebr. הלוים שמרי הסף, quam expendimus 1 Paral. 9, 26, et 4 Reg. 22, 4. Hebræum vertunt quidam, inter quos Montanus : *Custodes abaci,* in quem scilicet mittebantur oblationes.

VERS. 12. — OMNES LEVITÆ, SCIENTES ORGANIS CANERE. Hoc facilè animadversum est, ut

(1) *Il mit en pièces les idoles, dont il jeta les morceaux sur les tombeaux de ceux qui avaient accoutumé de leur offrir des victimes. Il brûla de plus les os de leurs prêtres sur leurs autels,* etc. Il était très-nécessaire d'inspirer aux Juifs une grande horreur de l'idolâtrie. C'est pourquoi le roi Josias, voulant rétablir au fond de leurs cœurs la profonde vénération qu'ils devaient avoir pour le vrai Dieu, lorsqu'il se vit plus affermi en autorité, et qu'il eut atteint environ l'âge de vingt ans, il ne se contenta pas de briser toutes les idoles qu'il trouva dans son royaume, et d'en répandre tous les restes sur les tombeaux de ceux qui les avaient adorées, mais il fit mourir tous leurs prêtres, et brûla leurs os sur les autels mêmes consacrés à ces fausses divinités. Il en usa de la sorte pour souiller et ces autels des idoles, et ces tombeaux de leurs adorateurs. Car c'est de même que s'il leur eût dit : Que vos dieux périssent, et soient réduits comme vous en cendres. Vous les avez regardés comme de vrais dieux, en leur immolant des victimes : soyez-en donc les victimes vous-mêmes, et que votre mort apprenne à tout Israël que quiconque d'entre nous sacrifie à un autre Dieu qu'à celui qui a délivré son peuple de la servitude de l'Egypte, mérite d'être exterminé du milieu de ce peuple consacré à son service. (Sacy.)

(2) VERS. 5. — OSSA PRÆTEREA SACERDOTUM (idolorum, v. g., vitulorum aureorum) COMBUSSIT IN ALTARIBUS IDOLORUM, scilicet ut contactu et combustione cadaverum hominum tam impiorum altaria ipsa contaminarentur, infamarentur, et horrori forent, ne quis deinceps in iis victimas idolis immolaret. (Corn. à Lap.)

distinguerentur à Levitis janitoribus, ad excipiendas oblationes destinatis, eorumque præsidibus, qui onera portabant, vers. 13. Vel, delecti sunt Levitæ cantores, ut præessent operibus, quòd munus suum minùs assiduè in templo exercerent.

VERS. 13. — SUPER EOS, QUI AD DIVERSOS USUS ONERA PORTABANT, ERANT SCRIBÆ, ET MAGISTRI DE LEVITIS JANITORES. Hebræus versiculorum 12 et 13, qui sejungendi non sunt, ita sonat: *Levitæ peritiam habentes in vasis musices, constituti erant super facientes in opere, Jahath et Abdias filii Merari, et Zacharias et Mosollam filii Caath, præfecti musices.* Curabant etiam *bajulos, et sollicitatores, omnem facientem opus in opere et opere; scribæ, et præfecti, et janitores erant de Levitis.*

VERS. 15. — LIBRUM LEGIS INVENI (1). Vide 4 Reg. 22, 8.

VERS. 17. — ARGENTUM CONFLAVERUNT. Ita sonat Hebræus : יתיכו את הכסף: Septuag. Ἐχώνευσαν τὸ ἀργύριον, valetque idem ac, *argentum collegerunt.* Argentum omne, quod populus in frusta sectum exhibebat, redigebatur in virgas; neque enim morem argenti cudendi ea regio nôrat.

VERS. 22. — AD OLDAM PROPHETIDEM. Vide 4 Reg. 22, 4. Sellum ejus vir appellatur hìc *filius Thecuath, filii Hasra;* et in libris Regum, *filius Thecuæ, filii Araas.*

VERS. 23. — FECIT OMNES, QUI RESIDUI ERANT IN ISRAEL, SERVIRE DOMINO. Reliquos è decem tribubus, qui in ditionem suam migraverant, ad Dominum reverti coegit. Vide supra, v. 6. (1)

(1) Genebrardus in Chronol. censet fuisse hoc exemplar, quod à Moyse vel ab alio eo vivo scriptum fuerat, et in sanctuario positum ante 800 annos, ut propterea majori devotione acceptum et majori fructu lectum fuerit. Porrò non est dubium alibi in Judæos, et in aliis provinciis apud Judæos pios et doctos extitisse plures libros legis; incredibile ergo videtur quod nonnulli aiunt, omnes libros S. Scripturæ cum templo à Chaldæis fuisse combustos, ac ab Esdrâ ex memoriâ restitutos. (Corn. à Lap.)

(1) VERS. 28. — INFERERIS IN SEPULCRUM TUUM IN PACE. Dices : Josias in prælio occisus est à Pharaone Nechao; ergo non pacificè, sed violentâ morte occubuit. — Resp. pacem non privatam Josiæ, sed publicam reipublicæ hìc intelligi; vivente enim Josiâ et moriente, Judæa gaudebat pace et rerum abundantiâ; at post mortem ejus invasa fuit à variis gentibus, præsertim Babyloniis, qui illam sub Sedeciâ filio Josiæ funditùs everterunt. Hunc esse sensum liquet ex sequentibus, ubi se Scriptura explicat. (Corn. à Lap.)

CAPUT XXXV.

1. Fecit autem Josias in Jerusalem phase Domino, quod immolatum est quartâ decimâ die mensis primi :

2. Et constituit sacerdotes in officiis suis, hortatusque est eos ut ministrarent in domo Domini.

3. Levitis quoque, ad quorum eruditionem omnis Israel sanctificabatur Domino, locutus est : Ponite arcam in sanctuario templi, quod ædificavit Salomon filius David rex Israel, nequaquàm enim eam ultra portabitis; nunc autem ministrate Domino Deo vestro, et populo ejus Israel.

4. Et præparate vos per domos et cognationes vestras in divisionibus singulorum, sicut præcepit David rex Israel, et descripsit Salomon filius ejus.

5. Et ministrate in sanctuario per familias turmasque leviticas,

6. Et sanctificati immolate phase : fratres etiam vestros, ut possint juxta verba quæ locutus est Dominus in manu Moysi, facere, præparate.

CHAPITRE XXXV.

1. Josias fit ensuite célébrer à Jérusalem la pâque du Seigneur, et elle fut immolée le quatorzième jour du premier mois.

2. Il établit les prêtres dans leurs fonctions, et les exhorta à servir dans la maison du Seigneur.

3. Il parla aussi aux lévites, par les exhortations desquels tout Israël était sanctifié au Seigneur, *et il leur dit :* Remettez l'arche dans le sanctuaire du temple que Salomon, fils de David, roi d'Israël, a bâti; car vous ne la porterez plus; ayez seulement soin maintenant de servir le Seigneur votre Dieu et son peuple d'Israël.

4. Préparez-vous donc par vos maisons et par vos familles, selon la distribution de chacun de vous, ainsi que l'avait ordonné David, roi d'Israël, et que l'a écrit Salomon, son fils.

5. Et servez dans le sanctuaire, selon la distribution des familles et des compagnies établies parmi les lévites.

6. Après vous être sanctifiés, immolez la pâque, et disposez aussi vos frères à pouvoir faire ce que le Seigneur a commandé par le ministère de Moïse.

7. Dedit præterea Josias omni populo qui ibi fuerat inventus in solemnitate phase, agnos et hædos de gregibus, et reliqui pecoris triginta millia, boum quoque tria millia : hæc de regis universâ substantiâ.

8. Duces quoque ejus spontè quod voverant, obtulerunt, tam populo quàm sacerdotibus et Levitis. Porrò Helcias, et Zacharias, et Jahiel, principes domûs Domini, dederunt sacerdotibus ad faciendum phase pecora commixtim duo millia sexcenta, et boves trecentos.

9. Chonenias autem, et Semeias, etiam Nathanael fratres ejus, necnon Hasabias, et Jehiel et Jozabad, principes Levitarum, dederunt cæteris levitis ad celebrandum phase quinque millia pecorum, et boves quingentos.

10. Præparatumque est ministerium, et steterunt sacerdotes in officio suo : Levitæ quoque in turmis, juxta regis imperium.

11. Et immolatum est phase; asperseruntque sacerdotes manu suâ sanguinem, et Levitæ detraxerunt pelles holocaustorum.

12. Et separaverunt ea ut darent per domos et familias singulorum, et offerrentur Domino, sicut scriptum est in libro Moysi; de bobus quoque fecerunt similiter.

13. Et assaverunt phase super ignem, juxta quod in lege scriptum est; pacificas verò hostias coxerunt in lebetibus, et cacabis, et ollis, et festinatò distribuerunt universæ plebi;

14. Sibi autem, et sacerdotibus postea paraverunt : nam in oblatione holocaustorum et adipum usque ad noctem sacerdotes fuerunt occupati : unde levitæ sibi et sacerdotibus filiis Aaron paraverunt novissimis.

15. Porrò cantores filii Asaph stabant in ordine suo, juxta præceptum David, et Asaph, et Heman, et Idithun prophetarum regis; janitores verò per portas singulas observabant, ita ut nec puncto quidem discederent à ministerio : quam ob rem et fratres eorum Levitæ paraverunt eis cibos.

7. Josias donna à tout le peuple qui se trouva à la solennité de la pâque des agneaux et des chevreaux de ses troupeaux, et du reste de son bétail jusqu'à trente mille, et trois mille bœufs ; le roi donna tous ces animaux de son propre bien.

8. Ses officiers offrirent aussi ce qu'ils avaient promis, tant au peuple qu'aux prêtres et aux lévites. Outre cela, Helcias, Zacharias et Jahiel, qui étaient les premiers officiers de la maison du Seigneur, donnèrent aux prêtres pour célébrer cette pâque deux mille six cents bêtes de menu bétail, avec trois cents bœufs.

9. Mais Chonénias, avec Séméias et Nathanaël ses frères, comme aussi Hasabias et Jéhiel, et Jozabad, chefs des lévites, donnèrent aux autres lévites pour célébrer la pâque, cinq mille menues bêtes et cinq cents bœufs.

10. Après que tout fut préparé pour ce ministère, les prêtres se rendirent à leurs fonctions, et les lévites aussi divisés par compagnies, selon le commandement du roi.

11. On immola donc la pâque, et les prêtres en répandirent de leur propre main le sang, et les lévites écorchèrent les victimes des holocaustes :

12. Et ils les séparèrent, pour les distribuer par les maisons et les familles, et pour les offrir au Seigneur, selon ce qui est écrit dans le livre de Moïse ; et ils firent la même chose des bœufs.

13. Ensuite ils firent rôtir la pâque sur le feu, comme il est écrit dans la loi ; ils firent cuire les victimes pacifiques dans des marmites, des chaudrons et des pots, et les distribuèrent promptement à tout le peuple.

14. Après quoi ils en préparèrent pour eux et pour les prêtres; car les prêtres furent occupés jusqu'à la nuit à offrir les holocaustes et les graisses ; ce qui fut cause que les lévites ne purent en préparer pour eux, et pour les prêtres, fils d'Aaron, que les derniers.

15. Les chantres, fils d'Asaph, étaient aussi là dans leur rang, selon l'ordre de David, d'Asaph, d'Héman et d'Idithun, prophètes du roi ; les portiers étaient aussi soigneux de garder toutes les portes, sans s'éloigner un seul moment de leur office ; c'est pourquoi les lévites, leurs frères, leur préparèrent à manger.

16. Omnis igitur cultura Domini ritè completa est in die illâ, ut facerent phase, et offerrent holocausta super altare Domini, juxta præceptum regis Josiæ.

17. Feceruntque filii Israel, qui reperti fuerant ibi, phase in tempore illo, et solemnitatem azymorum septem diebus.

18. Non fuit phase simile huic in Israel à diebus Samuelis prophetæ; sed nec quisquam de cunctis regibus Israel fecit phase sicut Josias, sacerdotibus et levitis, et omni Judæ et Israel qui repertus fuerat, et habitantibus in Jerusalem.

19. Octavo decimo anno regni Josiæ hoc phase celebratum est.

20. Postquàm instauraverat Josias templum, ascendit Nechao rex Ægypti ad pugnandum in Charcamis juxta Euphraten: et processit in occursum ejus Josias.

21. At ille, missis ad eum nuntiis, ait: Quid mihi et tibi est, rex Juda? non adversùm te hodie venio, sed contra aliam pugno domum, ad quam me Deus festinatò ire præcepit; desine adversùm Deum facere, qui mecum est, ne interficiat te.

22. Noluit Josias reverti, sed præparavit contra eum bellum, nec acquievit sermonibus Nechao ex ore Dei; verùm perrexit ut dimicaret in campo Mageddo.

23. Ibique vulneratus à sagittariis, dixit pueris suis: Educite me de prælio, quia oppidò vulneratus sum.

24. Qui transtulerunt eum de curru in alterum currum, qui sequebatur eum more regio, et asportaverunt eum in Jerusalem, mortuusque est; et sepultus in mausoleo patrum suorum; et universus Juda et Jerusalem luxerunt eum:

25. Jeremias maximè, cujus omnes cantores atque cantatrices, usque in præsentem diem, Lamentationes super Josiam replicant, et quasi lex obtinuit in Israel: ecce scriptum fertur in Lamentationibus.

26. Reliqua autem sermonum Josiæ et misericordiarum ejus, quæ lege præcepta sunt Domini,

27. Opera quoque illius prima et novissima, scripta sunt in libro Regum Juda et Israel.

16. Tout le culte du Seigneur fut donc exactement accompli ce jour-là, soit dans la célébration de la pâque, soit dans l'oblation des holocaustes qui se fit sur l'autel du Seigneur, selon que le roi Josias l'avait ordonné.

17. Et les enfants d'Israël qui se trouvèrent là firent la pâque en ce temps, et célébrèrent les azymes durant sept jours.

18. Il n'y eut point de pâque semblable à celle-ci dans Israël, depuis le temps du prophète Samuel; et de tous les rois d'Israël il n'y en a point eu qui ait fait une pâque comme celle que Josias fit avec les prêtres, les lévites, tout le peuple de Juda, et ce qui se trouva d'Israël, et les habitants de Jérusalem.

19. Cette pâque fut célébrée la dix-huitième année du règne de Josias.

20. Après que Josias eut réparé le temple, Néchao, roi d'Egypte, alla porter la guerre à Charcamis sur l'Euphrate. Josias marcha pour s'opposer à lui.

21. Mais Néchao lui envoya des ambassadeurs qui lui dirent: Qu'avez-vous à démêler avec moi, ô roi de Juda? Ce n'est pas contre vous que je viens aujourd'hui, mais je vais faire la guerre à une autre maison, contre laquelle Dieu m'a commandé de marcher en diligence; cessez donc de vous opposer aux desseins de Dieu qui est avec moi, de peur qu'il ne vous tue.

22. Josias ne voulut point s'en retourner; mais il se prépara à le combattre; et il ne se rendit point à ce que lui dit Néchao de la part de Dieu; mais il continua sa marche pour lui livrer bataille dans le champ de Mageddo.

23. Et étant là, il fut blessé par des archers, et il dit à ses gens: Tirez-moi d'ici, parce que je suis fort blessé.

24. Ils le transportèrent d'un char dans un autre qui le suivait, selon la coutume des rois, et ils le portèrent à Jérusalem; il succomba, et fut mis dans le tombeau de ses pères; et tout Juda et Jérusalem le pleurèrent,

25. Particulièrement Jérémie, dont les Lamentations sur la mort de Josias se chantent jusqu'à cette heure par les musiciens et par les musiciennes; cette coutume est comme une loi établie dans Israël; on les trouve écrites parmi les Lamentations.

26. Le reste des actions de Josias et toutes ses bonnes œuvres, conformes à ce qui est ordonné par la loi de Dieu,

27. Et tout ce qu'il a fait, tant au commencement qu'à la fin de son règne, est écrit dans le livre des rois de Juda et d'Israël.

COMMENTARIUM.

VERS. 3. — LEVITIS, AD QUORUM ERUDITIONEM OMNIS ISRAEL SANCTIFICABATUR DOMINO, LOCUTUS EST (1). Reddi potest Hebræus : *Locutus est ad Levitas erudientes* (vel præparantes Israelem universum) *qui sunt sancti Domino*, vel, *qui Domino consecrati sunt.* Aliter : *Locutus est ad Levitas, qui præparant in universo Israele res Domino consecratas,* qui ministri sunt universi Israelis in iis quæ religionis sunt. Septuaginta : *Dixit Levitis potentibus in omni Israel, ut ipsi sanctificarentur Domino.*

PONITE ARCAM IN SANCTUARIO TEMPLI.... NEQUAQUAM ENIM EAM ULTRA PORTABITIS. Remota fuerat de Sanctuario arca sub aliquo è regibus impiis, qui Josiam præiverant, et sacerdotes sacrum illud depositum hùc illùcque transferebant, ut rei et temporis necessitas postulabat. Sunt qui opinentur, post Achaz nunquàm restitutam fuisse Sanctuario. Alii eductam à Manasse censent, cujus scelere factum constat, ut simulacrum profanum in domo Dei constitueretur, 2 Paral. 33, 7 : *Sculptile et conflatile signum posuit in domo Dei.* Quo loco servata fuerit arca eo spatio temporis, ignoratur. Aliqui in ædibus Sellum viri Holdæ prophetidis, alii nunquàm elatam è templo arbitrantur, sed neglectam in angulo Sanctuarii, vel in occulto templi loco clausam jacuisse. Textus luculentissimè asserit, *delatam esse humeris sacerdotum,* adeòque varias Judæ urbes peragrâsse.

VERS. 5. — MINISTRATE IN SANCTUARIO PER FAMILIAS TURMASQUE LEVITICAS. Hebræus ad litteram : *State in Sancto per divisiones domûs patrum, fratrum vestrorum filiorum populi, et divisionem domûs patris Levitarum.* Unusquisque vestrûm per familias ordinetur, quemadmodùm laicus quisque tribûs et familiæ suæ ordine distribuitur. Rectum tenete ordinem in ministerio, quemadmodùm Israelitæ suo ordine in templo disponuntur. *Filii populi* hìc et in versibus 7 et 12, meros laicos significant.

VERS. 6. — SANCTIFICATI IMMOLATE PHASE ; FRATRES ETIAM VESTROS PRÆPARATE. Hebræus :

(1) *Il parla aussi aux Lévites, par les exhortations desquels tout Israël était sanctifié au Seigneur, et il leur dit : Mettez l'arche dans le sanctuaire du temple*, etc. Il semble que les Lévites faisaient alors en quelque sorte la fonction dont se sont depuis acquittés les diacres dans l'Eglise, lorsqu'ils étaient, selon le langage des anciens, comme les yeux de l'évêque, pour examiner tout ce qui se passait parmi le peuble, qu'ils travaillaient par son ordre à conserver la discipline parmi les fidèles, et que dans le temps des saints mystères, ils criaient que les choses saintes étaient pour les saints, et que les profanes et les pécheurs eussent à se retirer. Les Lévites étaient donc chargés aussi dans le temps des Juifs, d'instruire ces peuples, et de les faire souvenir de ce qu'ils avaient à faire pour se sanctifier, c'est-à-dire, pour se purifier des impuretés légales, et se rendre dignes de se présenter devant le Seigneur, et de s'acquitter de leurs devoirs dans le temple.

L'ordre que Josias donne à ces Lévites de *mettre l'arche dans le sanctuaire du temple* de Dieu, fait bien voir qu'elle n'y était donc pas. Aussi il fallait que sous le règne de quelqu'un des rois ses prédécesseurs, cette arche sainte en eût été enlevée par une suite de l'impiété de ces princes, qui avaient entièrement profané la maison consacrée à la gloire du Seigneur, en y faisant même élever des statues de fausses divinités. Et il n'est point surprenant que quelqu'un de ces princes idolâtres ait fait transporter l'Arche du Dieu d'Israël hors de ce temple, puisque nous voyons que le roi Achaz en avait fait transporter l'autel d'airain si célèbre pour les sacrifices, et briser tous les vaisseaux destinés au ministère sacré de la maison du Seigneur. Mais comme on a remarqué que le roi Ezéchias fit rétablir toutes choses dans le temple, et que Manassé, depuis qu'il fit pénitence de toutes ses abominations, leva de même tous les scandales qu'il avait causés, en rendant à Dieu toute la gloire qu'il lui devait, on ne peut pas croire que l'arche, qui a toujours été regardée comme la chose la plus sainte de la Religion des Juifs, ait pu être négligée par l'un ou l'autre de ces deux princes. Ainsi il paraît très-vraisemblable que ce fut sous le règne impie d'Amon, fils de Manassé, que cette arche sainte fut transportée hors du temple, par un mépris très-criminel qu'eut ce prince pour la majesté de Dieu. Mais Josias se hâta de réparer cet outrage que son père lui avait fait, en la faisant replacer au lieu destiné pour sa demeure.

Ce qu'il dit ensuite aux Lévites, qu'ils *ne seraient plus obligés de la porter,* tendait seulement à les faire souvenir que le lieu de l'arche étant fixe, et eux n'étant plus par conséquent occupés à la porter, comme autrefois, sur leurs épaules, toutes les fois que le camp des Israélites changeait, ils devaient uniquement s'appliquer aux autres fonctions de leur ministère, c'est-à-dire, comme il l'explique lui-même, *à servir Dieu et son peuple.* Car c'est en effet à cette fin principale que se doivent rapporter tous les exercices que font dans l'Eglise ses saints ministres. Et si toutes leurs différentes fonctions ne se terminent à rendre *à Dieu* le service qu'ils lui doivent comme *à leur Seigneur,* par le culte d'un amour pur et fervent, *colitur enim Deus amando,* et aux fidèles par tous les devoirs les plus exacts que la charité et l'obligation de leur ministère exigent d'eux, on peut dire que c'est en vain qu'ils font profession de l'honorer, lorsqu'ils négligent l'essentiel de sa Religion, selon qu'il le dit lui-même : *In vanum autem me c.....* *relinquentes mandatum Dei.* (Sacy.)

Fratribus vestris præparate, immolate victimas paschales, earumque cruorem præbete sacerdotibus; omnia parate, ne quid supersit Israelitis faciendum, nisi ut è manibus vestris victimæ carnes coquendas accipiant. (1)

VERS. 8. — HELCIAS, ET ZACHARIAS, ET JAHIEL, PRINCIPES DOMUS DOMINI. Helciam summum sacerdotem fuisse constat 2 Paral. 34, 14. Zacharias et Jahiel primas inter sacerdotes tenebant.

DEDERUNT PECORA COMMIXTIM DUO MILLIA SEXCENTA. In Hebræo, nullo expresso pecoris genere, legitur tantummodò : *Dederunt duo millia sexcenta.* Verùm Septuaginta legunt : *Dederunt in Phase oves, agnos, et hædos duo millia sexcenta.* Syrus et Arabs supplent *oves.* Sed præstat sequi Septuaginta. Hædi, vel agni in victimam paschalem adhibebantur, Exod. 12, 5.

(1) VERS. 7, 8, 9. — *Josias donna aussi à tout le peuple qui se trouva là à la solennité de Pâque, des agneaux et des chevreaux...., jusqu'au nombre de trente mille.... Les premiers officiers du temple donnèrent aux prêtres pour célébrer cette Pâque deux mille six cents bêtes de menu bétail*, etc. Il était de la charité et de la générosité, tant du roi que des principaux de sa cour et des personnes les plus riches, d'aider le peuple, et les Prêtres et les Lévites, à offrir à Dieu divers sacrifices, afin que l'on vît alors une figure de ce qui devait, selon saint Paul, se pratiquer dans la suite parmi les fidèles. *Je n'entends pas*, disait cet Apôtre à ceux de l'Eglise de Corinthe, *que les autres soient soulagés, et que vous soyez surchargés; mais que pour ôter l'inégalité, votre abondance supplée maintenant à leur pauvreté, afin que votre pauvreté soit soulagée un jour par leur abondance, et qu'ainsi tout soit réduit dans l'égalité ;* c'est-à-dire, qu'il se doit faire un saint commerce de la charité entre les rois et les peuples, entre les riches et les pauvres, en sorte que l'abondance des uns suppléant à la pauvreté des autres, ils soient en état d'offrir tous ensemble des sacrifices de reconnaissance et de louange à la majesté de celui qui est également le Seigneur des riches, et le Dieu des pauvres.

Il est parlé en ce lieu, et d'agneaux, et de chevreaux, et de bœufs, etc., parce qu'on n'immolait pas seulement l'agneau pascal dans cette grande solennité, mais qu'il paraît par l'Ecriture que l'on sacrifiait encore différentes sortes de bêtes dans tout le temps que durait cette fête si solennelle. Ainsi la grande piété du roi Josias ayant excité une louable émulation dans tous les grands de Juda, pour reconnaître par leurs hommages la souveraineté suprême du Dieu de leurs pères, on immola en cette Pâque un très-grand nombre de victimes à sa gloire, et on s'efforça de réparer en quelque sorte par la multitude de ces sacrifices, les horribles indignités qui s'étaient commises dans ce même lieu contre son honneur. (Sacy.)

VERS. 11. — ET IMMOLATUM EST PHASE : ASPERSERUNTQUE SACERDOTES MANU SUA SANGUINEM, ET LEVITÆ DETRAXERUNT PELLES HOLOCAUSTORUM. Hebræus : *Et immolaverunt Phase, et asperserunt sacerdotes* sanguinem, quem accipiebant *de manu eorum, et Levitæ spoliantes.* Mactare per se potuissent laici victimas paschales, et manu suâ vel Levitarum offerre sacerdotibus sanguinem in altari fundendum. Hìc Levitæ pellem detrahunt holocaustis, quanquàm id munus esse solebat sacerdotum, Levit. 1, 6, ut laborem illis in tantâ sacrificiorum frequentiâ levarent. Idem sub Ezechiâ contigisse, superiùs animadversum est; at laici eo tempore, quòd essent inexpiati, victimas suas per Levitas mactabant. Hìc verò Israel universus erat expiatus. Vide superiùs, v. 3. In Hebræo de *holocaustis* nihil legitur.

VERS. 12. — SEPARAVERUNT EA, UT DARENT PER DOMOS ET FAMILIAS SINGULORUM, ET OFFERRENTUR DOMINO. Hebræus non obscurè habet : *Removerunt*, vel seposuerunt *holocausta, ad dandum ea ad varias familias populi, ad applicandum Domino.* Mactatas, et corio nudatas hostias, holocausto destinatas, reddebant Levitæ familiis populi, ut per se illas sisterent sacerdotibus, in altari cremandas.

VERS. 13. — ASSAVERUNT PHASE SUPER IGNEM, ex Moysis præscripto Exod. 12, 9. Vox originalis יבשלו באש (Septuag. : ὤπτησαν ἐν πυρὶ) valet sæpè coquere in ollâ, sed hìc et in Deuteronomio 16, 7, usurpatur pro coquere utcumque, vel etiam assare, torrere.

VERS. 15. — JUXTA PRÆCEPTUM DAVID, ET ASAPH, ET HEMAN, ET IDITHUN, PROPHETARUM REGIS. Trium horum nomina clara sunt inter Levitas et cantores; appellanturque *prophetæ David*, sive quòd ipsos rex consulere soleret, sive quòd destinati essent qui coram ipso et ad ejus imperium in Tabernaculo canerent. Præfecti erant musices, quos ille in Domini honorem consecraverat. Hebræus legit in singulari : *Asaph, Heman, et Idithun videntem regis*, quibus verbis titulus prophetæ Davidis soli Idithun tribui videtur. Verùm Septuaginta, Syrus et Arabs, plurale retinent. Utrùm verò vox *videns* de musico usurpari possit, uti de *prophetâ* constat, magnoperè ambigo. Jam in lib. 2 Reg. 24, 2 occurrit vir quidam *propheta*, seu *videns* Davidis, nempe Gad propheta.

VERS. 18. — NON FUIT PHASE SIMILE HUIC IN ISRAEL A DIEBUS SAMUELIS. Celebritatem hanc à reliquis præcedentibus distinxit ingens Jo-

siæ munificentia, quippe qui collecto frequentissimo populo victimas abundè distribuerit, quod nec à Davide, nec à Salomone præstitum fuerat. Ita Lyra, Estius.

Vers. 20. — In Charcamis. De situ et nomine hujus urbis disseruimus in commentario in 4 Regum 23, 29. Urbs erat in Assyriâ ; ita enim loquentem Assyriæ regem inducit Isaias 10, 9 : *Numquid non principes mei simul reges sunt? Numquid non ut Charcamis, sic Calano?* Ex quo autem armorum vi Assyrii potiti sunt Babylone supra, 33, 2, Charcamis ad regnum Babylonicum pertinuit, et Babylonis reges indiscriminatim modò Assyriæ, modò Babylonis reges appellantur, quippe qui utrumque imperium in se conciliâssent.

Vers. 21. — Desine adversum Deum facere, qui mecum est (1). Unde nôrat Nechaus, Deum sibi adesse? Censet Grotius, mandatum Dei nomine accepisse ab Jeremiâ, ut expeditionem in regem Assyriorum susciperet. Malunt alii cum Menochio, belli hujus suasores fuisse hariolos, quos consuluerat. Auctor Traditionum Hebraicarum in Paralipomena docet, Josiam monitum ab Jeremiâ fuisse, ne consiliis Nechai sese opponeret. Auctor tertii Esdræ 1, 28, tradit, Josiam neglexisse monita prophetæ, qui sese Dei nomine alloquebatur. Illud certò constare videtur, Nechaum spem aliquam certam habuisse à Domino prosperi eventûs moliminis sui, vel etiam jussum fuisse expeditionem hanc in Assyrios aggredi.

Vers. 22. — Sed præparavit contra eum bellum (1). Hebræus : *Sed ad pugnandum cum*

(1) Contra aliam pugno domum, scilicet contra regem Assyriorum, ut patet 4 Reg. 23, 29. Abul. in 4 Reg. cap. 23, q. 41 et 42, censet, *aliam domum*, sive aliam familiam, aliumque regem, contra quem se pergere dicit Pharao, fuisse Adadremmon regem Syriæ, Josiæ fœderatum, ideòque Josiam prohibuisse Pharaonem transitu per Judæam, ut suo amicique regno consuleret. Id hausit Abul. ex Herodoto lib. 2, sub finem, qui ait regem Ægypti nomine *Necum*, filium Psammitichi, conflixisse cum Syris, et in Magdalo victoriâ potitum : ubi videntur nomina esse corrupta, ut *Necum* ponatur pro *Nechao*, Syri pro Assyriis, Magdalo pro Mageddo. Verùm hæc sententia est improbabilis, tum quia nemo hujus Adadremmon regis Syriæ meminit; tum quia Pharao pergebat contra Assyrios habitantes juxta Euphratem, non contra Syros habitantes juxta Libanum.

Alii censent Pharaonem perrexisse propriè contra regem Assyriorum ; verùm nec hoc dici potest; nam Asarhaddon, filius Sennacherib, post cladem patris ab Angelo acceptam in Judæâ, tantùm decem annis regnavit, ac cum eo et in eo quasi ultimo rege desiit regnum Assyriorum sub annum Ezechiæ regis Juda 25, qui hunc annum 31 et ultimum Josiæ antecessit nonaginta annis. Quare (deficiente Asarhaddon et regno Assyriorum (unde post Asarhaddon in Scripturâ nulli nominantur reges Assyriorum, sed Babyloniorum duntaxat), surrexit regnum Chaldæorum per Merodach, cui successit Ben-Merodach, huic Nabopolassar, qui alio nomine dictus est Nabuchodonosor senior, qui dominabatur Assyriis æquè ac Babyloniis, unde nunc Assyriorum, nunc Babyloniorum rex vocatur. Atque hic est contra quem pugnavit Pharao Nechao, cùm occidit Josiam, ac videtur eum superâsse. Unde hanc patris sui cladem ulturus ejus filius Nabuchodonosor junior cognomento Magnus, qui Judæam, Asiam, multaque alia subegit, seseque fecit monarcham, invasit Ægyptum, conflixit cum Nechao, eumque occidit, ac Ægyptum occupavit, uti eidem prædixerat Jeremias cap. 46, et Ezechiel cap. 29 ; vide ibi dicta. Ita Salianus et alii.

Ad quam me Deus festinato ire præcepit, per oraculum Jeremiæ non scriptum, sed vivâ voce editum, quod ipse Jeremias per nuntium Pharaoni significavit, ut tradunt Hebræi apud S. Hieron., unde et S. Justinus, q. 89 ad Orthodoxos, docet Josiam ideò occisum, quòd monitis Jeremiæ, ut Pharaoni sese non opponeret, minimè paruerit. (Corn. à Lap.)

(1) *Josias ne voulut point s'en retourner; mais il se prépara à le combattre, et il ne se rendit point à ce que Néchao lui dit de la part de Dieu.* Le roi d'Égypte marchait contre le roi des Assyriens, en ayant, comme il l'assurait, et comme l'Ecriture même semble le dire en ce lieu, reçu un ordre du ciel, soit en songe, soit par un prophète, comme l'a cru saint Jérôme, soit enfin par quelque autre voie. Ainsi le roi de Juda aurait dû, ou consulter un prophète sur cette guerre qu'il entreprenait, ou ne la pas entreprendre sans être assuré que Néchao en voulût à son royaume, ou au moins s'en désister, et se tenir seulement sur ses gardes, lorsque ce prince lui envoya dire *qu'il n'avait rien à démêler avec lui ; que c'était contre une autre maison que le Seigneur l'envoyait en diligence, et qu'il cessât de s'opposer aux ordres de Dieu.*

Il est vrai, comme on l'a marqué ailleurs, qu'il n'était pas obligé d'ajouter foi tout d'un coup à ce que le roi d'Egypte lui fit dire de sa part. Mais aussi il semble que la piété, qui doit toujours inspirer aux bons princes de l'éloignement des guerres, devait l'arrêter un peu en cette rencontre, et le porter à s'assurer autant qu'il pourrait, à l'exemple du saint roi David, dont il tâchait d'imiter la conduite, si c'était la volonté du Seigneur qu'il marchât contre les Egyptiens, lorsque leur roi l'assurait qu'il marchait lui-même par l'ordre de Dieu contre les Assyriens. Ainsi il est difficile de justifier entièrement Josias en cette rencontre. Et la manière dont Dieu le punit temporellement de cette faute, en permettant qu'il reçût une plaie mortelle dans le combat, et qu'il en mourût ensuite, nous donne lieu de trembler, lorsque nous considérons que les plus justes ne sont point en assurance tant qu'ils vivent sur la terre, et surtout qu'il est très-rare de

eo mutavit se; vestibus ementitis immiscuit se certamini, ut olim Achab in prælio cum Syris. Septuaginta : *Confortatus est*, pertinaciter perrexit *ad impugnandum eum.* Alii : *Præparavit se ad certandum cum illo.*

VERS. 24. — TRANSTULERUNT EUM DE CURRU IN ALTERUM CURRUM. Teste Q. Curtio, libro 3, reges Persidis nunquàm non trahebant post currum equum alterum, in omnem eventum paratum. Hebræum ita vertunt quidam : *Transire fecerunt eum servi ejus de curru*, quo vehebatur, *et ascendere fecerunt in currum alterum, qui erat ipsi*, qui sequebatur ; vel in currum, qui ejus erat qui eum sequebatur. Ita Vatablus.

IN MAUSOLEO PATRUM SUORUM. Scitum est mausolei nomen inditum primo sepulcro illi celebri, quod Artemisia Cariæ regina sponso suo Mausolo regi dedicavit. Eo nomine nonnisi sepulcra illa designantur, quæ supra terram extantia insigne suî spectaculum præbent. Verùm antiquorum regum Judæorum sepulcra terræ infossa erant, et in antris sive in locis non facilè perviis reposita, quin et aditus de industriâ celabantur, ne quid profani illa violaret, maximè cùm bellum aliquod gereretur, curantes præsertim ut thesauri aliquid ibi conderetur. Iisdem moribus utebantur reges Ægypti et Persidis, summâ curâ satagentes, ut aditus sepulcrorum suorum inquisitiones hominum fugerent.

LUXERUNT EUM; — VERS. 25. — JEREMIAS MAXIME, CUJUS OMNES CANTORES ATQUE CANTATRICES.... LAMENTATIONES SUPER JOSIAM REPLICANT. Scriptorum plurimi censent, Lamentationes, quæ modò exstant, Jeremiæ ipsissimas esse, quibus ille Josiæ funus illuxit. Ita Chald., Joseph., Rabb. Sal., Lyr., Hugo, Dionys., Raban. Junius. Sed alii non pauciores, nempe Grotius, Salian., et Cornelius à Lap., Præf. in Thren., aiunt, Lamentationes hasce funebres de Josiâ intercidisse, ut solæ supersint eæ, quas scripsit pro Hierosolymâ à Nabuchodonosore captâ : quam sententiam nos accuratè in præfatione Lamentationum Jeremiæ expendemus. Hesiodus in Fragmento, agens de Lino filio Uraniæ, vel deæ cœlestis scribit :

Quem (Linum) *quicumque mortalium cantores sunt et citharistæ,*
Omnes lugent in conviviis et choris,
Incipientes et desinentes Linum vocant.

Simillima planè verba iis quibus hìc utitur Scriptura.

ECCE SCRIPTUM FERTUR IN LAMENTATIONIBUS. Hinc discimus, Hebræis fuisse ad manus collectionem lamentationum, hymnorumque varii generis, et carminum. Aderant illis carmina triumphalia, è quibus fragmenta quædam in historiâ supersunt, nuptialia, funebria denique, quibus elogia insignium virorum canebantur. Auctor librorum Regum ea servavit, quæ David pro obitu Saülis et Abneri cecinit. È collectionibus hisce nihil superest magis absolutum et perfectum quàm Lamentationes Jeremiæ. Porrò carmina hæc et cantica lugubria historias scribentibus auxilio erant præsentissima.

VERS. 27. — SCRIPTA SUNT IN LIBRO REGUM JUDA ET ISRAEL. Regnum Israelis toto ampliùs seculo ante Josiæ mortem exciderat : itaque regum Israelis annales cessaverant ; sed cùm miseræ infelicis regni reliquiæ in regionem Juda secessissent, reges Juda nomen sibi conciliàrunt regum Israelis et Juda ; nec deinceps, ut olim, regna Juda et Israelis distincta sunt.

conserver jusqu'à la fin une exacte humilité et une entière fidélité, lorsqu'on se voit élevé au-dessus des autres, et, par conséquent, exposé à une continuelle tentation d'orgueil.

Mais à Dieu ne plaise que nous regardions Josias comme étant déchu alors tout-à-fait de cet état de justice où la grâce du Seigneur l'avait établi. La faute qu'il put commettre en cela était du nombre de celles dont Dieu, par son infinie miséricorde, se sert très-avantageusement pour humilier ceux qui sont à lui. Elle l'obligea de s'abaisser et de s'anéantir au fond de son cœur, et lui faisant perdre un royaume temporel avec la vie, elle nous donne sujet de comprendre en même temps, combien les moindres péchés sont grands devant Dieu, puisqu'ils rendent dignes ceux qui les commettent d'être privés de ce qui paraît le plus grand aux yeux des hommes, et que Dieu même use envers eux de miséricorde, en les traitant de la sorte.

On ne peut douter que le prince dont nous parlons ne fût de ce nombre, puisque l'Écriture a fait elle-même, long-temps après sa mort, cet éloge singulier de sa piété : *La mémoire de Josias est comme un parfum d'une odeur admirable, composé par un excellent parfumeur. Son souvenir sera doux à la bouche de tous les hommes, comme le miel, et comme un concert de musique dans un festin de vins délicieux. Il a été destiné divinement pour faire rentrer le peuple dans la pénitence; et il a exterminé les abominations de l'impiété. Il a marché vers le Seigneur avec un cœur droit, et dans un temps de péchés, il s'est affermi dans la piété. Hors David, Ézéchias et Josias, tous ont péché.* Dieu n'a donc compté pour rien la faute de ce pieux prince, non plus que celle d'Ézéchias et de David, puisqu'en parlant de ceux qui avaient péché, il en excepte David, Ézéchias et Josias, non qu'ils n'eussent effectivement péché, mais parce que la ferveur de leur piété et leur pénitence couvraient à ses yeux les péchés qu'ils avaient commis, en sorte qu'il ne s'en souvenait plus. (Sacy.)

CAPUT XXXVI.

1. Tulit ergo populus terræ Joachaz filium Josiæ, et constituit regem pro patre suo in Jerusalem.

2. Viginti trium annorum erat Joachaz, cùm regnare cœpisset, et tribus mensibus regnavit in Jerusalem.

3. Amovit autem eum rex Ægypti, cùm venisset in Jerusalem, et condemnavit terram centum talentis argenti, et talento auri.

4. Constituitque pro eo regem Eliakim fratrem ejus super Judam et Jerusalem: et vertit nomen ejus Joakim: ipsum verò Joachaz tulit secum, et abduxit in Ægyptum.

5. Viginti quinque annorum erat Joakim, cùm regnare cœpisset, et undecim annis regnavit in Jerusalem: fecitque malum coram Domino Deo suo.

6. Contra hunc ascendit Nabuchodonosor rex Chaldæorum, et vinctum catenis duxit in Babylonem.

7. Ad quam et vasa Domini transtulit, et posuit ea in templo suo.

8. Reliqua autem verborum Joakim, et abominationum ejus, quas operatus est, et quæ inventa sunt in eo, continentur in Libro regum Juda et Israel. Regnavit autem Joachin filius ejus pro eo.

9. Octo annorum erat Joachin, cùm regnare cœpisset, et tribus mensibus ac decem diebus regnavit in Jerusalem, fecitque malum in conspectu Domini.

10. Cùmque anni circulus volveretur, misit Nabuchodonosor rex, qui adduxerunt eum in Babylonem, asportatis simul pretiosissimis vasis domûs Domini. Regem verò constituit Sedeciam patruum ejus super Judam et Jerusalem.

11. Viginti et unius anni erat Sedecias cùm regnare cœpisset, et undecim annis regnavit in Jerusalem.

12. Fecitque malum in oculis Domini Dei sui, nec erubuit faciem Jeremiæ prophetæ, loquentis ad se ex ore Domini.

13. A rege quoque Nabuchodonosor recessit, qui adjuraverat eum per Deum: et induravit cervicem suam et cor, ut

CHAPITRE XXXVI.

1. Le peuple du pays prit donc Joachaz fils de Josias, et l'établit roi en la place de son père dans Jérusalem.

2. Joachaz avait vingt trois ans quand il commença de régner, et il régna trois mois dans Jérusalem.

3. Mais le roi d'Egypte étant venu à Jérusalem, le déposa, et condamna le pays à lui donner cent talents d'argent et un talent d'or.

4. Et il établit Eliakim, son frère *aîné*, roi en sa place sur Juda et sur Jérusalem, et l'appela Joakim; et après s'être saisi de Joachaz, il l'emmena en Egypte avec lui.

5. Joakim avait vingt-cinq ans quand il commença de régner, et il régna onze ans à Jérusalem, mais il fit le mal devant le Seigneur, son Dieu.

6. Nabuchodonosor, roi des Chaldéens, marcha contre lui; et l'ayant chargé de chaînes, il l'emmena à Babylone,

7. Où il transporta aussi les vases du Seigneur, et les mit dans son temple.

8. Le reste des actions de Joakim, et des abominations qu'il commit, et tout ce qui fut trouvé en lui, est écrit dans le livre des Rois de Juda et d'Israël. Son fils Joachin régna en sa place.

9. Joachin avait huit ans quand il commença de régner; il régna trois mois et dix jours dans Jérusalem; et il commit le mal en la présence du Seigneur.

10. Et à la fin de l'année, le roi Nabuchodonosor envoya des troupes qui l'emmenèrent à Babylone, et emportèrent avec lui les vases les plus précieux de la maison du Seigneur; et il établit roi en sa place sur Juda et sur Jérusalem son oncle Sédécias.

11. Sédécias avait vingt-et-un ans quand il commença de régner, et il régna onze ans à Jérusalem.

12. Il fit le mal en la présence du Seigneur, son Dieu, et il n'eut point de respect pour la personne du prophète Jérémie, qui lui parlait de la part du Seigneur.

13. Il se révolta même contre le roi Nabuchodonosor, qui lui avait fait jurer fidélité par le nom de Dieu: il endurcit donc sa tête

non reverteretur ad Dominum Deum Israel.

14. Sed et universi principes sacerdotum, et populus, prævaricati sunt iniquè juxta universas abominationes gentium, et polluerunt domum Domini quam sanctificaverat sibi in Jerusalem.

15. Mittebat autem Dominus Deus patrum suorum ad illos per manum nuntiorum suorum, de nocte consurgens, et quotidiè commonens; eò quòd parceret populo et habitaculo suo.

16. At illi subsannabant nuntios Dei, et parvipendebant sermones ejus, illudebantque prophetis, donec ascenderet furor Domini in populum ejus, et esset nulla curatio.

17. Adduxit enim super eos regem Chaldæorum, et interfecit juvenes eorum gladio in domo sanctuarii sui; non est misertus adolescentis, et virginis, et senis, nec decrepiti quidem, sed omnes tradidit in manibus ejus.

18. Universaque vasa domûs Domini tam majora, quàm minora, et thesauros templi, et regis, et principum, transtulit in Babylonem.

19. Incenderunt hostes domum Dei, destruxeruntque murum Jerusalem, universas turres combusserunt, et quidquid pretiosum fuerat, demoliti sunt.

20. Si quis evaserat gladium, ductus in Babylonem servivit regi et filiis ejus, donec imperaret rex Persarum,

21. Et compleretur sermo Domini ex ore Jeremiæ, et celebraret terra sabbata sua : cunctis enim diebus desolationis egit sabbatum, usque dùm complerentur septuaginta anni.

22. Anno autem primo Cyri regis Persarum, ad explendum sermonem Domini, quem locutus fuerat per os Jeremiæ, suscitavit Dominus spiritum Cyri regis Persarum : qui jussit prædicari in universo regno suo, etiam per scripturam, dicens :

23. Hæc dicit Cyrus rex Persarum : Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli, et ipse præcepit mihi ut ædificarem ei domum in Jerusalem, quæ est

et son cœur, pour ne plus retourner au Seigneur, Dieu d'Israël.

14. Et même tous les princes des prêtres et le peuple s'abandonnèrent à toutes les abominations des gentils, et profanèrent la maison du Seigneur, qu'il s'était sanctifiée à Jérusalem.

15. Or le Seigneur Dieu de leurs pères leur adressait souvent la parole par l'entremise de ceux qu'il leur envoyait; et il ne cessait de leur donner, soit de nuit ou de jour, des avertissements, afin qu'il pût pardonner à son peuple et à sa maison.

16. Mais eux se moquaient des envoyés de Dieu : ils méprisaient ses paroles, et traitaient indignement ses prophètes, jusqu'à ce que la fureur du Seigneur s'élevât contre son peuple, et que le mal fût sans remède ;

17. Car il fit venir contre eux le roi des Chaldéens, qui égorgea leurs jeunes gens dans la maison de son sanctuaire, sans avoir pitié ni des adolescents, ni des jeunes filles, ni des vieillards, ni même de ceux qui étaient décrépits. *Dieu* les livra tous entre ses mains,

18. Comme aussi tous les vaisseaux du temple, tant grands que petits, tous les trésors de la maison de Dieu, et de celle du roi et des princes, qu'il fit emporter à Babylone.

19. Les ennemis ensuite brûlèrent la maison du Seigneur, et renversèrent les murs de Jérusalem ; ils mirent le feu à toutes ses tours, et détruisirent tout ce qu'il y avait de précieux.

20. Si quelqu'un avait échappé à la mort, il était emmené à Babylone, pour être esclave du roi et de ses enfants jusqu'au règne du roi de Perse,

21. Et jusqu'à ce que s'accomplît la parole du Seigneur, qui avait été prononcée par la bouche de Jérémie, et que la terre célébrât ses jours de sabbat ; car elle fut dans un sabbat continuel durant tout le temps de sa désolation, jusqu'à ce que les soixante-dix ans fussent accomplis.

22. Mais dans la première année de Cyrus, roi des Perses, le Seigneur, pour accomplir la parole qu'il avait dite par la bouche de Jérémie, toucha le cœur de Cyrus, roi des Perses, qui commanda de publier dans tout son royaume cet édit, savoir :

23. Voici ce que dit Cyrus, roi des Perses : Le Seigneur, Dieu du ciel, m'a donné tous les royaumes de la terre, et m'a aussi commandé de lui bâtir une maison dans Jérusalem qui est

in Judæâ : quis ex vobis est in omni populo ejus? sit Dominus Deus suus cum eo, et ascendat.

dans la Judée. Qui d'entre vous se trouve être de son peuple? Que le Seigneur son Dieu soit avec lui, et qu'il monte.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — TULIT POPULUS TERRÆ JOACHAZ. Post prælium Mageddo, in quo Josias cecidit, Nechaus, nihil moratus in Judæâ, processit in Charcamis. Interim Israelitæ, ne exspectato quidem Nechai assensu, Joachazum Josiæ filium regem creavêre. Vide 4 Reg. 23, 30 et seq. (1)

VERS. 3. — CUM VENISSET IN JERUSALEM, abdicavit Joachazum. In 4 Reg. 23, 33, legimus, Ægyptii regis jussu illum ductum fuisse Reblam in terrâ Emath; et apud Ezech. 19, 3, traditur, Joachazum, qui sub emblemate leunculi sævientis exhibetur, captum fuisse, cruore suo madidum, affectum vulneribus, tractumque in Ægyptum. Hæc omnia conciliantur, si statuamus, Joachazum, regno occupato pro Josiâ patre suo, captis armis sese comparâsse ad defensionem adversùs Nechaum regem Ægypti, reducem è Charcamis ultra Euphratem : sed victum captumque à ducibus regis Ægyptii, tractum fuisse à Nechao Reblam; tum Nechaum venisse Hierosolymam, ut hìc scribitur, ac deposuisse publico ritu Joachazum, imperâsse tributum populo, et deduxisse captivum regem in Ægyptum, ubi ille interiit.

VERS. 5. — VIGINTI QUINQUE ANNORUM ERAT JOAKIM. Natu maximus erat inter filios Josiæ, ortus anno patris decimo sexto et regni ejus octavo.

VERS. 6. — VINCTUM CATENIS DUXIT IN BABYLONEM (1). Vertunt quidam Hebræum : *Vinxit*

(1) VERS. 2, 3. — *Joachaz avait vingt-trois ans quand il commença à régner, et il régna trois mois dans Jérusalem. Mais le roi d'Egypte étant venu à Jérusalem, le déposa,* etc. L'Ecriture nous marque ailleurs la raison pour laquelle la divine Providence permit que le roi d'Égypte eût l'avantage sur Joachaz, roi de Juda, et qu'il le fît prisonnier; car elle déclare que ce prince *fit le mal devant le Seigneur,* c'est-à-dire, qu'en ce peu de temps qu'il régna, qui ne fut que de trois mois, il s'abandonna à l'impiété, *et qu'il commit tous les mêmes crimes que ses pères avaient commis.* Qui ne sera étonné encore une fois, en considérant que Josias, ce roi si pieux, dont nous venons de parler, soit sorti d'une tige aussi corrompue qu'était Amon, fils de Manassé, et qu'il ait eu pour fils et pour successeur Joachaz, dont l'impiété lui fit mériter d'être esclave de Néchao? A peine ce jeune prince avait commencé à régner, qu'il renversa par son exemple tout le bien qu'avait pu produire la piété de son père. Trois mois seulement de règne effacent de son esprit toute la vertu qu'il lui avait inspirée. Il paraîssait un homme consommé dans l'impiété, avant presque qu'il eût eu le temps de donner des marques de sa conduite, et l'on peut dire de lui, quoiqu'en un sens tout opposé, ce que l'Esprit-Saint dit du juste dans la Sagesse, *qu'ayant peu vécu,* ou peu régné, *il ne laissa pas de remplir la course d'une longue vie,* ou d'un long règne : *Consummatus in brevi, explevit tempora multa.*

Mais comme ce prince se hâta, pour le dire ainsi, de courir dans la voie de l'impiété et de l'injustice, le Seigneur aussi se hâta de lui faire ressentir les tristes suites de cet horrible déréglement, qui l'avait fait dégénérer en si peu de temps de la sainteté dont son père lui avait donné l'exemple. Et l'on peut bien dire encore du saint roi Josias à l'égard de Joachaz, ce que Dieu ajoute dans le même livre de la Sagesse, que ce juste, tout mort qu'il était, condamnait très-sévèrement ce fils impie qui lui survivait : *Condemnat autem justus mortuus vivos impios.* (Sacy.)

(1) *Ce fut contre lui que marcha Nabuchodonosor, roi des Chaldéens, et l'ayant chargé de chaînes, il l'emmena à Babylone.* On a remarqué ailleurs, ce qu'il n'est pas inutile de répéter en ce lieu, que le prophète Jérémie dit quelque chose qui paraît contraire à ceci, lorsqu'il déclare de la part de Dieu, que *la sépulture de Joakim serait comme celle d'un âne mort, qu'on le jetterait tout pourri hors les portes de Jérusalem.* Car si Joakim fut mené à Babylone, comment mourut-il à Jérusalem? Pour concevoir donc comment ce passage de Jérémie, et celui des Paralipomènes que nous expliquons, se doivent entendre, il est nécessaire de les éclaircir tous deux par cet autre du quatrième livre des Rois, qui porte que Joakim fut vaincu par Nabuchodonosor, et lui demeura assujéti pendant trois ans; mais qu'ayant voulu ensuite secouer le joug de ce prince, Dieu envoya contre lui des troupes de Chaldéens, de Syriens, de Moabites et d'Ammonites, qui exterminèrent tous ses états, et qui le tuèrent aussi lui-même, selon saint Jérôme.

Ainsi ce que l'Ecriture dit en ce lieu, que *Nabuchodonosor chargea Joakim de chaînes et l'emmena à Babylone,* marque seulement, selon quelques interprètes, qu'il l'avait fait enchaîner pour le mener en captivité. Mais depuis, comme il se fut sans doute racheté, Nabuchodonosor le relâcha, soit avant son arrivée à Babylone, soit même avant qu'il l'eût fait sortir de Jérusalem, à condition, toutefois, qu'il tiendrait de lui son royaume, et qu'il lui paierait tribut. Ainsi Joakim vécut trois ans dans cet assujétissement sous Nabuchodonosor. Mais parce qu'il voulut depuis se délivrer de cette honteuse dépendance, et que cependant il ne voulait pas non plus dépendre du Dieu d'Israël, qui l'avait assujéti à ce prince étranger pour le punir de ses crimes, il mérita de tomber dans un second châtiment plus rigoureux que le premier. Ainsi il perdit et le royaume et la vie par la violence de ces troupes de

duabus catenis. Alii : *Vinxit catenis æneis.* Quî verò Joackim adductus fuerit Babylonem, qui dicitur 4 Reg. 24, 5, *dormivisse cum patribus suis,* et *sepulturâ asini sepeliendus, projectus extra portas Jerusalem?* Discrimina hæc conciliaturi quidam, aiunt, principem hunc translatum primò Babylonem, statim rediisse, nec diu postea obiisse Hierosolymæ. Alii multò probabiliùs opinantur, primò quidem imperâsse Nabuchodonosorem, ut ille Babylonem traheretur, adeòque catenis vinciretur : tum illo mutante consilium, necatum fuisse, ejusque cadaver inhumatum projectum extra Hierosolymam. Censet Usserius ad an. mundi 3398, Joakimum post ea quæ hìc referuntur, mansisse adhuc triennio Hierosolymis, obnoxium tributo; ex eâque priori servitute ducendum esse exordium septuaginta annorum captivitatis ab Jeremiâ prædictæ c. 25, v. 2, et 29, 10. In hunc pariter annum incidit translatio Danielis et sociorum Babylonem. Obitus Joakimi nonnisi triennio post consecutus est, anno mundi 3405.

Vers. 7. — Vasa Domini transtulit, et posuit ea in templo suo. Hebræus : *Ex vasis domûs Domini adduxit in Babylonem, et dedit ea in domo suâ.* Septuaginta, Syrus, et Esdras, ac Daniel ferunt, posita hæc fuisse in templo, vel in domo Dei illius. *Domum* fortassè appellavit Scriptura templum Dei Nabuchodonosoris. Vel, sacra hæc vasa Nabuchodonosor in domestico regiarum ædium templo dedicavit : vel denique, conditis maximè pretiosis in domo suâ, reliqua templo alicui credidit. Cùm verò hìc narrat Scriptura, transtulisse illum *partem vasorum,* non inde colligendum est, quidquam ex illis reliquisse Hierosolymis. Rapuisse enim omnia constat infra, v. 18. Sed fortassè parte illorum confractâ, nonnisi ditissima et elegantissima retinuit, *vasa desiderii,* ut appellantur in v. 10.

Vers. 8. — Et quæ inventa sunt in eo (1). Hæc accipiunt Hebræi de stigmatibus et characteribus quibus obsignatum sese exhibuit defunctum ejus cadaver, cùm nudum inhumatumque projectum fuit. Sed præstat expo-

différentes nations, que le Seigneur envoya lui-même, dit le texte sacré, contre lui. Et ce fut alors que, selon la prédiction du prophète Jérémie, il demeura même sans sépulture, en sorte que *son corps fut jeté pourri hors les portes de Jérusalem, comme celui d'un âne mort.* Cela fait sans doute horreur à entendre : mais rien cependant n'est plus capable de nous faire concevoir quelle doit être aux yeux de Dieu l'horrible difformité d'une âme qui en refusant à son Créateur les justes hommages qui lui sont dus, mérite que son corps même soit traité comme celui des plus viles bêtes que l'on traite avec le dernier mépris. (Sacy.)

(1) *Le reste des actions de Joakim, et des abominations qu'il commit, et qui se trouvèrent en lui, est rapporté dans les annales des rois de Juda et d'Israël,* etc. Les Hébreux, avec plusieurs autres interprètes, disent que ces *abominations* qui *se trouvèrent,* selon l'Ecriture, en la personne de *Joakim,* se doivent entendre de quelques signes ou caractères particuliers, que ce prince impie avait lui-même fait imprimer sur sa chair en l'honneur des idoles qu'il adorait, et dont il tenait à gloire de porter les marques. Et ils ajoutent que l'on découvrit ces impressions profanes sur son corps, lorsqu'il fut jeté hors la ville de Jérusalem, et qu'il demeura sans sépulture comme celui d'une bête. On voit en effet encore aujourd'hui plusieurs imposteurs, qui, se jouant de la vanité des hommes superstitieux et crédules, impriment sur eux ou leur donnent certains caractères et certaines figures, en les assurant en même temps des effets qu'ils doivent produire. Ainsi les adorateurs des idoles se faisaient des incisions, ou s'imprimaient certains signes qui marquaient la détestable dépendance où ils étaient de ces faux dieux, qu'ils reconnaissaient pour leurs maîtres.

Mais, sans rejeter ni approuver cette explication du passage dont nous parlons, il semble qu'on peut l'entendre aussi, avec un savant auteur, d'une autre manière plus simple et conforme même au langage assez ordinaire de l'Ecriture, en disant que cette expression par laquelle l'écrivain sacré parle ici des abominations qui *se trouvèrent en Joakim,* ne marque autre chose que les abominations dont il se trouva coupable. Car c'est ainsi qu'il est dit ailleurs : *L'iniquité ne s'est point trouvée en moi;* et autre part : *La science et la sagesse se sont trouvées en lui.* Il n'est donc pas nécessaire de se figurer que des caractères sensibles de l'impiété de Joakim fussent imprimés extérieurement sur son corps. L'âme de ce prince en portait d'autres très-visibles aux yeux de Dieu. Et c'est ainsi que Jésus-Christ fait dire dans l'Apocalypse à l'ange de l'Eglise de Sardes, qu'il *ne trouvait point ses œuvres pleines devant Dieu,* c'est-à-dire, que toutes les âmes portent véritablement chacune leurs caractères, ou de piété ou d'impiété, de cupidité ou de charité, d'humilité ou d'orgueil, d'élection ou de réprobation. C'est Dieu seul qui découvre par sa lumière tous ces divers caractères dans les âmes, mais avec cette différence que ceux de la piété, de la charité, de l'humilité et de l'éternelle élection, ne sont imprimés en elles que par le doigt adorable de son Saint-Esprit : au lieu que ceux de l'impiété et de la cupidité, de l'orgueil et de la réprobation, sont leur propre ouvrage et celui du prince de tous les méchants. Or ce n'est qu'après la mort que *se trouvent* et se reconnaissent ces caractères si différents des âmes des hommes, tout étant mêlé et confondu pendant cette vie, et n'étant permis à personne de faire ce discernement jusqu'au jour des lumières, où toutes choses seront *trouvées* devant Dieu, et paraîtront, en effet, telles qu'elles sont. (Sacy.)

nere de criminibus ac flagitiis, quibus reus tenebatur. *Non est inventa iniquitas in me*, psalm. 16, 3, scilicet, innocens sum. E contra *Deus invenit iniquitatem servorum suorum*, Genes. 44, 8, scilicet, rei sumus coram Deo.

Vers. 9. — Octo annorum erat (1). In 4 Reg. 24, 8, est *octodecim annorum*; quam pariter lectionem exhibent Septuaginta in manuscripto Alexandrino, Syrus et Arabs.

Vers. 10. — Cum anni circulus volveretur (2); redeunte anni tempestate, quâ solent reges in bellum procedere, vere ineunte. Joachin nonnisi triennio et diebus aliquot regnavit, 4 Reg. 14, 8.

Constituit Sedeciam patruum ejus. Hebr., *Sedeciam fratrem ejus*. Quanquàm satis constat, Sedeciam patruum fuisse Jechoniæ, appellari tamen meritò potuit *frater ejus*, eodem sensu quo Abraham Lotum filium fratris sui nomine fratris compellavit : *Fratres sumus*, Gen. 13, 8; Septuaginta : *Regnare fecerit Sedeciam fratrem patris ejus*. Patruum etiam Jechoniæ illum appellat Syrus.

Vers. 13. — Qui adjuraverat eum per Deum. Data fides principibus etiam impiis sanctè servanda est; et cùm sacramentum intercessit, novum est vinculum, quo promissis obstringimur. Nihil iniquum ab Sedeciâ Nabuchodonosor exigebat.

Vers. 15. — De nocte consurgens, et quotidie commonens (1). Hebræus ad litteram :

(1) Joachin cum regnare coepisset, scilicet cum patre Joakim, qui anno secundo regni sui filium Joachin octennem regem creavit, et regni sui filium socium ascivit, adeòque cum eo decem annis regnavit. Causa fuit quòd vereretur si quid humanitùs sibi accidisset, Sedeciam, excluso puero Joachin, invasurum regnum. Jam tum enim videbatur meditari rebellionem, ut jugo Chaldæorum se eximeret; quod fecit anno tertio regni, ideòque, eodem anno, à Chaldæis abductus est in Babylonem, unde tunc successit ei filius Joachin novem vel decem annorum; sed pater Joakim, rebus in Babylone compositis, illicò rediit, ac alios octo annis cum filio regnavit; quibus exactis anno undecimo regni sui rursùs rebellans interemptus est à Chaldæis; unde tunc solus plano et pleno jure regnans successit ejus filius Joachin, qui jam octodecim erat annorum, ac tribus tantùm mensibus regnavit, quibus exactis abductus est et ipse in Babylonem à Chaldæis, qui ei substituerunt Sedeciam patruum. Ita Abul., Salian., Torniellus et alii. (Corn. à Lap.)

(2) *Le roi Nabuchodonosor envoya des troupes qui l'emmenèrent à Babylone*, etc. Tout ce qui regarde la captivité de Joachin, fils de Joakim, est rapporté plus en détail dans le quatrième livre des Rois, où il est marqué que ce prince ayant commis les mêmes crimes que son père, les officiers du roi de Babylone vinrent assiéger Jérusalem, et l'enfermèrent par une circonvallation; que Nabuchodonosor vint aussi lui-même en personne, pour presser davantage cette ville; que Joachin, se voyant alors pressé, suivit le conseil de Jérémie, qui déclarait aux habitants de Jérusalem, de la part de Dieu, que pour éviter la mort, ils devaient se rendre à Nabuchodonosor, et qu'étant venu se remettre entre les mains de ce prince avec sa mère, ses serviteurs, ses princes et ses eunuques, il fut ainsi transféré à Babylone, sur quoi l'on peut voir les explications du vingt-quatrième chapitre de Jérémie, sans qu'il soit besoin de les répéter ici. L'on voit encore dans les explications de la suite de ce prophète, tout ce qui regarde l'impiété de Sédécias, successeur de Jéchonias; son extrême obstination à résister aux remontrances de Jérémie, et sa ridicule crédulité à l'égard des faux prophètes, qui lui promettaient toujours, contre les oracles du Seigneur, une victoire imaginaire; le déréglement et l'impiété tant des prêtres que des peuples, qui se moquaient des personnes que Dieu même leur envoyait, qui les maltraitaient et méprisaient sa parole, et enfin la dernière désolation de Jérusalem, de son roi et de tous ses habitants. C'est pourquoi nous n'en disons rien ici, ayant déjà éclairci très-amplement toutes ces choses. (Sacy.)

(1) *Or le Seigneur, le Dieu de leurs pères, leur adressait souvent sa parole par l'entremise de ceux qu'il leur envoyait, et il se hâtait de leur donner tous les jours de nouveaux avis, afin qu'il pût pardonner à son peuple*, etc. Plus la justice de Dieu était près de fondre sur sa propre ville de Jérusalem et sur son temple, plus sa divine miséricorde paraissait en quelque sorte s'y opposer. Et c'est pour cela qu'il est dit ici que *le Seigneur le Dieu de leurs pères*, c'est-à-dire, celui que leurs pères Abraham, Isaac et Jacob avaient toujours adoré et aimé comme leur Dieu et leur Seigneur, se souvenant de l'humble fidélité de ces anciens patriarches, *faisait parler par ses prophètes* à leurs enfants, pour les exhorter à se convertir à lui. *Il se hâtait*, dit l'Ecriture, *de leur donner tous les jours de nouveaux avis, afin qu'il pût pardonner à son peuple*, ce qui est la même chose que si l'Ecriture nous disait que Dieu employait tous les moyens qu'on aurait pu désirer, pour porter ce peuple à reconnaître ses égarements, et à faire pénitence, *afin qu'il lui pardonnât*.

Mais Dieu ne pouvait-il donc pas, dira quelqu'un, pardonner à Israël, qu'il avait choisi pour son peuple, et épargner son propre temple? Ne pouvait-il pas d'une parole changer le cœur de ce peuple, et le rendre digne de sa miséricorde, lui dont la parole a pu tirer du néant tout l'univers, et qui par la prédication d'un de ses prophètes changea tout d'un coup une grande ville, comme était Ninive, lorsqu'elle était à la veille de sa ruine? Dieu sans doute le pouvait, et il l'aurait fait s'il l'avait voulu. Mais s'il n'a pas exercé cette grande miséricorde envers son peuple, qui en avait abusé déjà tant de fois avec le dernier mépris, cela ne diminuait en aucune sorte la malice inconcevable de ceux qui semblaient disputer en quelque façon contre Dieu par l'horrible

Misit per manum nuntiorum suorum, misit summo mane, ceu solers paterfamiliâs, qui servos suos diluculò applicat operi (1). Nihil reliquit intentatum, ut populum suum ad se reduceret, subduceretque à gravissimâ ultione, quæ illis imminebat. *Eò quòd parceret populo;* illorum misertus, clementiâ illos potiùs quàm justitiâ et severitate prosequi volebat.

VERS. 16. — ILLUDEBANT PROPHETIS. Hebræus : *Insultabant prophetis,* vel seducebant seipsos, decipiebant se spontè in sermonibus prophetarum; vel aures præbebant pseudoprophetis, à quibus seducebantur; vel perperàm accipiebant monita prophetarum, ac sibi impunitatem pollicebantur, licet in crimine perseverantes.

ET ESSET NULLA CURATIO; adeò ut Dei furor implacabilis fieret : longanimitatem ejus criminibus superârunt. Est equidem Deus semper paratus ut misereatur. Semper eos excipit, qui ad se revertuntur; sed cùm peccator nequitiam suam et pervicaciam usque ad contemptum provexerit, tunc Deus inexorabili justitiæ severitate punit.

VERS. 19. — QUIDQUID PRETIOSUM FUERAT DEMOLITI SUNT. Hebræus : *Corruperunt omnia vasa pretiosissima* et elegantissima; ad litteram : *Vasa desiderii.* Confregerunt vasa multa pretiosa, eorumque vix partem servavêre, in thesauro regis, ejusque templo custodiendam, supra, v. 7. Vasa hæc utique longè plura erant iis quæ restituit Cyrus, quæque in regis ærario inventa fuêre.

VERS. 20. — SERVIVIT REGI ET FILIIS EJUS; Nabuchodonosori, Evilmerodacho et Baltasari.

DONEC IMPERARET REX PERSARUM; donec Cyrus imperium Chaldæorum et Assyriorum ad Persas transferret, usque ad exitum captivitatis septuaginta annorum, ab Jeremiâ prædictæ. De Persarum origine vide Iter Moschovit. tom. 1, pag. 359.

VERS. 21. — ET CELEBRARET TERRA SABBATA SUA (1), dies sabbatorum suorum, vel annorum

(1) Id est, feriaretur et quiesceret ab aratione, quâ sulcatur, occatur, seritur, metitur, etc., quibus terra agitari et quasi vexari solet.

CUNCTIS ENIM DIEBUS DESOLATIONIS EGIT SABBATUM, id est, inculta quievit, agens quasi sabbati otium. Notant Hebræi, Judæos violâsse festum sabbati, illudque profanâsse operibus servilibus et illicitis, ideòque Deum in pœnam eos è Judæâ abduxisse, ut ipsa ageret sabbatum sibi à Judæis negatum, per 70 annos.

USQUE DUM COMPLERENTUR SEPTUAGINTA ANNI. Cur fuêre captivitatis Judæorum in Babylone anni 70, non 80, non 90, non 100? Causam dat Theod. Levit. 26, 34, ad illa : *Placebunt terræ sabbata sua cunctis diebus solitudinis suæ, eò quòd non requieverit in sabbatis vestris, quando habitabatis in eâ.* Sic enim ait : « Septuaginta « annos servierunt in Babylone; atqui à regno « Saülis usque ad captivitatem numerantur « anni 480, quorum septimam partem faciunt « septuaginta. Hoc ergo vult dicere : Septua« ginta annos terra manebit inculta, et non « seminata, vobis terram alienam incolentibus, « propterea quòd unà cum reliquis etiam sab« batis præceptum transgressi estis, » q. d. : Terra Judææ juxta legem septimo anno arari non poterat, sed quiescebat et suum agebat *sabbatum,* id est, otium et quietem, quam quia vos (multi vestrûm), ô Judæi, ei abstulistis ex avaritiâ, septimo anno eam arantes ut fructus meteretis, idcircò Deus quietem ei debitam

dureté avec laquelle ils méprisaient toutes les menaces et toutes les exhortations qu'il leur faisait faire tous les jours par Jérémie et par ses autres fidèles ministres.

Que si l'on demande pourquoi il est dit que *Dieu se hâtait de leur donner continuellement de nouveaux avis, afin qu'il leur pardonnât,* ou *parce qu'il voulait les épargner,* puisqu'il l'eût pu faire s'il l'avait voulu, ce n'est point à nous de pénétrer dans la profondeur de ses conseils, qui sont toujours adorables, lors même qu'ils sont incompréhensibles, et qui ont donné sujet à saint Paul, qui était monté jusqu'au troisième ciel, de les adorer plutôt avec une humble frayeur, que de les vouloir sonder. *Car qui a connu,* dit cet Apôtre, *les desseins de Dieu, ou qui est entré dans le secret de ses conseils? Qui lui a donné quelque chose le premier, pour prétendre qu'il lui en doive récompense?* Contentons-nous donc de dire encore avec le même saint Paul, que *s'il plaît à Dieu de faire éclater* d'une part, *sa colère et sa puissance à l'égard des vases de colère destinés à la perdition,* et de l'autre, *les richesses de sa gloire et* de sa grâce *sur les vases de miséricorde qu'il a préparés pour la gloire,* l'homme n'a aucun sujet de se plaindre.

Ainsi il est vrai de dire que plus Dieu faisait menacer, exhorter et presser ces peuples de rentrer dans leur devoir, plus il leur faisait connaître que c'était à leur propre malice qu'ils devaient s'en prendre, s'il ne leur pardonnait pas, puisque c'était par leur faute qu'ils refusaient de lui obéir. Et la multitude des crimes auxquels ils s'étaient abandonnés avec la dernière impiété, le portant à s'éloigner de plus en plus de leur cœur, on peut dire encore que plus il travaillait par ses ministres à leur présenter tous les moyens qui auraient dû les porter à rentrer dans la voie de la piété qu'ils avaient quittée, plus le mépris qu'ils faisaient de tous ces moyens qu'il leur présentait pour leur salut, donnait lieu à sa justice d'éclater contre eux. Ce qui doit causer à tous les fidèles une frayeur toute sainte du mépris des saints préceptes, qui peut conduire insensiblement jusqu'à cet état des Israélites, où les prophéties, les menaces et les exhortations de ses ministres ne contribuaient, par un effet de leur propre endurcissement, qu'à les aveugler en quelque façon, et à les enraciner plus fortement dans l'impiété. (Sacy.)

(1) Vide similes phrases Jerem. 11, 7, et 25, 3, 4, et 35, 14, et Matth. 20, 1.

suorum. Imperaverat Moyses Hebræis, ut incultos relinquerent agros singulis septimis annis, Levit. 25, 3, ejus præcepti violatoribus minitatus captivitatem, prædicens relinquendum esse incultum eorum solum, ut annos sabbaticos vel inviti explerent, ibid. 26, 41, 43. Minas ejusmodi renovans Jeremias 25, 11, 12; 29, 10, 11, septuaginta annorum captivitatem prædixerat, quo temporis spatio tellus quietis suæ annos repararet. Cæterùm hæc septuaginta annorum quies non ita strictè accipienda est; neque enim regio mansit inculta toto hoc tempore ab anno Joakimi tertio, et mundi 3398, usque ad septimum Cyri, mundi 3468.

Vers. 22. — Anno primo Cyri regis Persarum (1). Anno primo initi ab eo imperii orientalis, mundi 3468. Sed in Perside regnare cœperat ab anno 3444, vel 45. Hæc eadem

restituet in 70 annis captivitatis vestræ, quibus illa colonis suis destituta quiescat! 70 enim sabbata ei ademistis; totidem ergo ei reddet Deus. Nam in 490 annis, qui ab initio regni Saülis (si ei demus annos viginti, ac alios viginti Samueli, qui juncti faciunt 40, de quibus Actor. 13, 21) usque ad ultimum annum Sedeciæ duxerunt, pariter fluxerunt 70 sabbata terræ; hæc enim septimo quolibet anno suum ex lege exigebat sabbatum. Septimus enim annus in 490 annis recurrit septuagies; multiplica enim 70 per 7, invenies 490. Eadem causa hìc insinuatur dùm dicitur : *Et celebraret terra sabbata sua : cunctis enim diebus desolationis egit sabbatum usque dùm complerentur 70 anni.*

Rursùm, Hebræi per sua scelera varia et multa contaminârunt Judæam, quæ erat terra sancta, per 490 annos : unde Deus totidem annos pœnitentiæ et captivitatis potuisset eis injungere, sed noluit, et pœnam imminuit, ut è septem annis unum tantùm pœnitentiæ eis assignaret, quo pariter terra sabbatizaret : quare dedit eis annos 70 captivitatis : hi enim septies in 490 continentur, ut his 70 annis terra quiescens et quasi sabbatum agens, à sceleribus 490 annorum in eâ à Judæis commissis expiaretur, et præsertim ab idololatriâ, quæ in eâ diù, sed per 70 annos acriùs et ardentiùs viguit.

Alia causa litteralis fuit, quòd Chaldæorum monarchia durârit per 70 annos; Chaldæi autem Judæorum fuêre hostes et flagella Dei, qui eos in Babylonem abduxerunt, ibique toto tempore monarchiæ suæ detinuerunt : quo finito in anno 70 surrexit Cyrus Chaldæorum hostis et Judæorum amicus, qui Chaldæos evertit, et monarchiam ad Persas transtulit, ideòque Judæos è Babylone liberavit. Rursùm hi 70 anni desolationis respondent 70 hebdomadibus Danielis cap. 9, quibus exactis venturus erat Christus, cujus typus fuerat Cyrus, qui eos à servitute peccati et diaboli liberaret, ac Jerusalem cœlesti restitueret.

Prima et potissima causa fuit, Dei ita decernentis voluntas, et judiciorum ejus profundorum abyssus. Hanc causam dat Esdras lib. 4, c. 3, ubi narrat se anno trigesimo desolationis Jerusalem in Babylone coram Deo questum esse; quare tamdiù Judæos fideles suos in Babylone captivos detineret, et inter alia se Deo dixisse, v. 27 : *Tradidisti civitatem tuam in manibus inimicorum tuorum. Numquid meliora faciunt qui habitant Babylonem, et propter hoc dominabitur Sion?* Et rursùm : *Factum est cùm venissem hùc, et vidissem impietates quarum non est numerus, et delinquentes multos vidit anima mea hoc trigesimo anno.* Ac Urielem angelum ei respondisse, cap. 4, dixisseque : *Vade, pondera mihi ignis pondus, ac mensura mihi statum venti, aut revoca mihi diem quæ præteriit.* Quod cùm Esdras fieri non posse diceret, urget angelus : *Si,* inquit, *interrogarem te, quantæ sunt habitationes in corde maris, aut venæ in principio abyssi,* unde scilicet aquæ indesinenter scaturiunt, vel venæ pluviarum in cœlo, *aut qui sunt exitus paradisi, diceres mihi fortassis : In abyssum non descendi, neque in infernum adhuc, neque in cœlum unquàm ascendi. Nunc autem non interrogavi te nisi de igne, et vento et die per quem transîsti, et à quibus separari non potes, et non respondisti mihi de eis; et quomodò poteris capere Altissimi vias?*

Tropologica causa fuit, quam dat S. Hieronymus, Jerem. 29, 10, quòd septuagenarius numerus sit symbolum pœnitentiæ, quam totâ hâc vitâ agere debemus, ut ad cœlestem gloriam perveniamus. Nam, ut dicitur psal. 89, *dies annorum nostrorum, in ipsis septuaginta anni.* Hinc et Ecclesia à Septuagesimâ commemorando lapsum Adami et posterorum, inchoat tempus luctûs et pœnitentiæ. Denique voluit Deus per 70 annos omnes senes Judæorum vitiis suis assuetos, et in iis inveteratos emori, ac novam sobolem succrescere, quam per Esdram, Danielem, Jesum, Zorobabel, et alios in pietate et vero Dei cultu efformatam in terram sanctam reduceret, uti dixi Jerem. 29, 10. (Corn. à Lap.)

(1) *Mais la première année de Cyrus, roi des Perses, pour accomplir la parole du Seigneur, qui avait parlé par la bouche du prophète Jérémie, Dieu toucha le cœur de Cyrus,* etc. Il est un peu tard d'attendre, comme firent les habitants de Juda, à ajouter foi aux paroles du Seigneur, qu'on en voie et qu'on en éprouve l'accomplissement. C'est une chose terrible, dit saint Paul, de tomber entre les mains du Dieu vivant : *Horrendum est incidere in manus Dei viventis.* L'image affreuse que ce chapitre nous représente en quatre versets, de la désolation où se trouvèrent les peuples de Jérusalem par l'accomplissement funeste des menaces du Seigneur, et que l'on peut voir encore dans Jérémie, est sans doute bien capable de nous inspirer plus d'attention et plus de foi pour les paroles qu'il a soin aussi de nous faire tous les jours annoncer par ses ministres. Qu'on ne se moque donc pas, comme les Juifs, de sa vérité. Qu'on n'insulte pas aux paroles de ses serviteurs, et que l'on n'attende pas, selon qu'il est dit ici, que la fureur du Seigneur vienne à tomber sur son peuple, et qu'il n'y ait plus alors aucune espérance ni aucun remède : *Donec ascenderet furor Domini in populum ejus, et esset nulla curatio.* (Sacy.)

verba in exordio libri Esdræ leguntur. Animadversum est, id moris obtinuisse apud veteres, ut seriem historiarum et narrationum suarum ita colligarent, ut lector ex uno in alterum librum transiens, mentem aliò non averteret.

VERS. 23. — OMNIA REGNA TERRÆ DEDIT MIHI DOMINUS. Totius Orientis imperium mihi contulit, erexitque supra cæteros, qui nunc regnant, principes. Reges, orientales præsertim, titulos suos ac privilegia superbè exaggerant. Romani imperatores prædicabant sese *orbis dominos*, et Romanum imperium dicebatur *orbis imperium;* Virgil. Æneid. 1 :

Qui mare, qui terras omni ditione tenerent.

DE PRÆFECTIS AULÆ ET MILITIÆ REGUM HEBRÆORUM,

Dissertatio.

Cùm Hebræorum mores et consuetudines adeò sint à nostris moribus dissonæ, et Judæorum historia adeò parca sit, ubi de plerisque ejus gentis regibus agitur; idcircò operæ pretium nos facturos censemus, si curas omnes nostras intendamus, ut munera omnia, titulos et privilegia præfectorum in aulâ et exercitu Hebræorum exponenda aggrediamur.

Plerùmque filii regum secunda erant à parentibus in regno potestas : hinc filios David *primos fuisse* legimus *ad manum regis*, 2 Reg. 8, 18; et 1 Par. 18, 17, *filii David* כהנים *sacerdotes erant*, nempe aulæ principes, αὐλάρχαι. Regi Ochoziæ assidebant quadraginta principes, fratrum ipsius filii, qui principatum in Judâ, atque summa apud regem munera gerebant, 2 Par. 22, 8. Ad quem verò regni hæreditas spectabat, illi potior erat supra cæteros fratres dignitas; nec raro post Salomonem reges Juda et Israelis filium suum, regni futurum successorem, in societatem imperii, superstites adhuc, adsciscebant. Quod frequentiùs usurpatum, deinde in morem legemque transivit. Neque apud Hebræos tantùm, sed etiam apud Persas, teste Herodoto, l. 1 et 7, obtinuisse lex videtur, ut principes ad bellum extra regni fines profecturi, successorem suum designarent. Quo autem apparatu futuri hæredes regni procederent, ex historiâ Absalomi et Adoniæ satis intelligimus; neque enim illis deerant corporis custodes, non currus, non viri *qui illos præcederent*, 2 Reg. 15, 1, et 3 Reg. 1, 5.

Regiorum puerorum custodes, viri probatæ sapientiæ et gravitatis eligebantur, quemadmodùm ex viris à Davide selectis intelligimus : *Jonathan patruus David, consiliarius vir prudens, et litteratus; ipse, et Jahiel filius Hachamoni, erant cum filiis regis.*

De nutriciis filiorum regis sermo est in Scripturâ, cùm de filiis Achabi apud optimates Samariæ educatis agitur, 4 Reg. 10, 1. Rex Roboam educandos filios suos in amplissimas urbes Juda et Benjamin miserat, 2 Par. 11, 23; quibus deinde jam adultis et regias opes, et non imparis nobilitatis uxores paravit, eâ facilè cautione ne quid dissidii inter filios diversarum conjugum oriretur, occurrens.

Spectatissimum et princeps aulæ munus gerebat regiæ domûs œconomus, quem ego designari credo illis Scripturæ verbis : *Secundus à rege* (1). *Tu regnabis*, ait Jonathas ad Davidem, *super Israel, et ego ero tibi secundus ; sed et Saül pater meus scit hoc*, 1 Reg. 23, 17. Eamdem dignitatem Joseph sub Pharaone obtinebat, Genes. 41, 42, eamdem Aman primùm, Esther 13, 3, 6, et 15, 2; deinde Mardochæus sub Assuero rege Persarum, ibid. 8, 1, 2 et 9, 4, et Elchana sub Achaz, 2 Par. 28, 7. Huic similis respondebat in aulâ Constantinopolitanâ *præpositus magni palatii*, et veterum

(1) 2 Par. 28, 7 : משנה המלך, Septuag.: Τὸν διάδοχον τοῦ βασιλέως.

Francorum regum *major domûs*. Appellabantur etiam viri amplissimi, fideles, et regum amici; ita Moyses *fidelis* erat in domo Dei, Num. 12, 7; et vir super universam familiam constitutus, fidelis et prudens in Evangelio nominatur, Matth. 24, 45. Id muneris gerebat Eliezer in domo Abrahami, Genes. 24, 2, et Zabadias filius Ismahelis constitutus legitur à Davide *super ea opera quæ ad regis officium pertinent*, 2 Par. 19, 11. Suspicor tamen, œconomum alium fuisse à præfectis, qui res externas curabant, de quibus infra. Porrò hujus dignitatis, de quâ impræsentiarum, insignia fuisse videntur clavis super humeros gestata, magnifica quædam zona, vestisque, et titulus *patris domûs Juda,* et locus distinctus inter primos in cœtibus, Isai. 22, 21, 22.

Scribæ munus inter aulæ præcipua sine controversiâ reponendum est, quanquàm quid illud potissimùm esset, vix definire possumus. Sub Davide eâ dignitate auctus legitur Josaphat filius Ahilud, 2 Reg. 20, 24, quam adhuc sub Salomone gerebat, 3 Reg. 4, 3. Sub Ezechiâ scribæ munere fungebatur Joahe, 4 Reg. 18, 18, et sub Josiâ Joha filius Joachaz, 2 Par. 34, 8. Eorùm potissimum munus fuisse videtur, ut in publicas tabulas redigerent, redactasque custodirent historias et ephemerides regum Judæorum; ex quibus derivatos credimus commentarios illos, toties in Scripturâ sub nomine *Verborum dierum* laudatos. Eos viros Scriptura appellat מזכיר, *maschir*, ac si diceretur : *Qui in memoriam revocat,* seu qui monumenta reipublicæ servat.

Illud impræsentiarum addendum, eos qui scribas veterum Hebræorum cancellariis nostrorum regum comparârunt, nunquàm mihi persuasisse. Memorantur enim apud veteres præfectorum aliqui, quorum munus multò sanè meliùs exprimitur nomine *maschir,* seu *revocantis in mentem,* quàm nomine cancellarii. Erant ad latera veterum heroum admonitores sui, seu viri amplissimi, quos patris loco observabant, eorumque consiliis ducebantur. Ita Ulyssi monitor aderat *Myiscus* Cephalenicus, ex Ptolemæo, in Ephest. l. 1; Achilli Noemon, Patroclo Ecedorus, Hectori Dares, Protesilao Dardanus, et Antilocho Chalcon ejus armiger. Hisce, quantùm conjicio, respondebant apud Persas viri illi quos regis oculos et aures appellabant (1), quibus nihil inauditum et inexploratum, ut de omnibus regem facerent certiorem: Ptolemæo Philopatori suus erat monitor, singulis diebus regem quid facto opus esset, docens, 3 Mach. 5. Reges Ægypti ita describit Diodorus Siculus quasi in mediâ sapientissimorum coronâ sederent, qui, ne quid contra leges molirentur, auctoritate suâ prohibebant. Cùm manè è lecto illi surgerent, nihil habebant antiquius quàm ut statim litteras undique ad se delatas legerent, teste Diod. Sicul. l. 1. Erant igitur *maschir* apud reges Juda iidem planè viri, quantùm conjecturâ assequimur, ac oculi apud reges Persarum, monitores apud veteres heroas, et viri à consiliis apud reges Ægypti.

Viri à secretis regi הספרים plerùmque in Scripturâ scribis juncti memorantur. De munere scribarum, seu virorum à secretis fusiùs in librum Judicum 5, 14, disputavimus. Tria scribarum genera distinguuntur. Alii tabelliones erant, à quibus publica monumenta et privatæ scripturæ in tabulas referebantur. Alii verò scriptis excipiebant, simulque exponebant sacros libros, ut proinde tanquàm doctores Judæorum haberentur. Tertium scribarum genus referebant illi qui à secretis erant regum, quorum est impræsentiarum mentio. Regis edicta et diplomata scriptis excipiebant, censum servabant, tùm copiarum, tum urbium, tum proventuum sumptuumque rationem. Eorum æquè munus in aulâ et in exercitu necessarium (1) ex quo de amplitudine illius magistratûs argumentum capere licet. Suæ illis sedes in aulâ destinatæ erant; et apud viros à secretis regis summi totius reipublicæ et militiæ præfecti convenisse videntur Jerem. 36, 12; præfectus etiam *super bellatores viros,* 4 Reg. 25, 19, memoratur; cujus erat munus exercere milites in armis, seu copias in bellum educere, vel saltem copiarum omnium regionis censum servare. Rationem omnem apud illos turrium et arcium regis servari Isaias docet, c. 33, v. 18 : *Ubi est regis verba ponderans?* (Hebr. *ponderans argentum et census*) *ubi doctor parvulorum?* (Hebr. *numerans turres.*) Apertiùs adhuc de illo legitur in 1 Machab. 5, 42. Judas præfectis armorum mandavit, ut secùs torrentem manentes, neminem ex militibus trans aquas relinquerent, sed omnes ad transitum adigerent. Porrò viri illi amplissima erant et spectata reipublicæ portio, summam, si aliàs unquàm, auctoritatem solutâ jam captivitate obtinentes. Ita sub

(1) Vide Xenoph. l. 8 Cyrop.; Aristid. Orat. Paneg. Cyzic.

(1) Vide, si placet, notas Constant. l'Emper. in cap. 10; Bertram. de Rep. Hebr.

Judâ Machabæo omnes simul Alcimum et Bacchidem convenêre, ut populi nomine agerent, loc. cit. 7, 12.

Paria apud reges Persarum observamus. Cùm Xerxes exercitum suum lustrâsset, singulas variarum gentium, quibus constabat, copias oculis inspecturus, conscenso curru per singulas turmas discurrebat, cujus essent regionis gentisque sciscitatus, regiis scribis scripto interim redigentibus quicquid singulæ respondissent, auctore Herodoto l. 7, c. 100. De scribis Assueri, ejus edicta in tabulas referentibus, sermo est in Esther 3, 12, et 8, 9.

Apud Græcos munus istud scribarum vel à secretis multò erat quàm apud Romanos honestior. Pro eo enim quòd Romani perinde illos habebant ac mercede conductos homines, Græci vicissim munus idem non demandabant aliis nisi ingenuis, viris fide atque rerum peritiâ eximiis : quippe quos conscios futuros nôrant rerum in consiliis statuendarum : « Apud nos (Romanos), sicut mercenarii « scribæ existimantur ; et apud illos è contra« rio nemo ad officium admittitur, nisi ho« nesto loco, et fide, et industriâ cognitâ, « quòd necesse est omnium consiliorum esse « participem. »

Amicus regis peculiaris dignitatis titulus non erat, sed fortunæ; cujus beneficio nunquàm in aulâ defuerunt, quibus regius favor velificaretur. Ex alto licet reges Orientis subjectos sibi populos despicerent, quamvis torvo dominorum potiùs supercilio, quàm leni patris oculo illos intuerentur, superbas tamen rigidasque mentes blanda semper amoris voluptas edomuit, qui si fortè ad eos, quorum amicitiâ tenebantur, sese demittere recusâssent, eos tamen congestis honoribus, dignitatibus et opibus, ad se quodammodò elevare conati sunt. Ochozath amicus Abimelechi regis Geraræ, Genes. 26, 26, Chusai amicus Davidis, 2 Reg. 15, 37; Zabud filius Nathani, *sacerdos* seu princeps, et *amicus* regis Salomonis, 3 Reg. 4, 5. In Vulgatâ septem illi viri amplissimi, qui regis lateri semper assistebant, *amicorum regis* titulo designantur, 1 Esdr. 7, 14, et 3 Esdr. 8, 12; Aman ad summos honores, favore regis velificante, evectus, novo titulo *pater regis* appellabatur, Esther 16, 11.

Alia dignitas in Scripturâ memoratur eo titulo : *Secundus à rege.* Hanc obtinebat Elcanam sub Achaz rege Juda, 2 Paral. 28, 7; hanc Joseph sub Pharaone rege Ægypti, Genes. 41, 42; hanc Aman sub Assuero rege Persarum, Esther 13, 3; Jonathas ad Davidem locutus dicebat : *Tu regnabis super Israel, et ego ero tibi secundus,* 1 Reg. 23, 17. Dejecto Amano, ejus dignitatem in aulâ Assueri Mardochæus obtinuit, Esther 10, 3. Sed quænam hujus dignitatis privilegia? Vix illa certò definire possumus; amplissima tamen fuisse oportet. Assidebat secundus à rege in loco post regem honestissimo, auctoritatemque suam, quà latè patebat regis ditio, parùm infra regem, et super omnes regios præfectos obtinebat. Quin etiam cùm reges Orientis intra privatos palatii sui cancellos sese plerùmque continerent, totamque regni administrationem per præfectos exercerent, ideò non inviti credimus, regis secundum eodem planè apud illos in gerendis rebus loco fuisse, ac apud nos primum regni ministrum, ad quem omnia regni negotia deferuntur. Nihil æquè favorem et auctoritatem horum præfectorum magis demonstrat, quàm quæ de Holopherne, secundo à Nabuchodonosore rege Ninives, legimus Judith 11, 4. Viro enim illi ad regium cultum et magnificentiam nihil deerat. Xerxes, si regnum sibi concederetur, secundi dignitatem fratri suo Ariameni pollicitus est. Plutarch.: Περὶ φιλαδελφίας.

Erant etiam in aulâ regum Juda et Israelis sacerdotes et prophetæ, qui speciali titulo sacerdotes et prophetæ regis appellabantur; sive quòd illi constitutam haberent in aulâ sedem, ut lateri principis perpetuò adessent, sive offerendis sacrificiis et precibus pro voluntate regis occuparentur; simulque jussu regis Dominum consulerent. Gad munus obtinebat *videntis David,* 2 Reg. 24, 11; cui etiam regi sui erant cantores, appellati *prophetæ David,* 1 Par. 21, 9, 25, 2, ita facilè dicti, sive quòd ministrarent in tabernaculo, ab eo Hierosolymis erecto, sive quòd scriptos ab illo Psalmos cantarent. *Ira Jairites sacerdos erat David,* 2 Reg. 20, 28; quamvis quid potissimùm eo loco nomen sacerdotis designet, utrùm sacerdotem, an amicum, virum à consiliis, præceptorem regis, quo modo Alcuinus præceptor erat Caroli Magni, incertum. Neque enim Ira ad familiam Aaronis, sed ad Jairum filium Manassis spectabat. Nomen etiam sacerdotis obtinent Banaias filius Joiadæ, 1 Par. 27, 5, Zabud filius Nathani, *Amicus* sive familiaris Salomonis, 3 Reg. 4, 5, ac tandem filii Davidis, quanquàm nemo illorum munus sacerdotis in templo exercuit.

Consiliarii dignitas ipso satis nomine intelligitur. Inter eos celebratur Achitophel sub Davide, 3 Reg. 15, 12, vir æquè et consiliorum calliditate, et scelere præstans. Roboamus seniorum consiliis, qui Salomoni adfuerant, spretis, juvenes unà secum nutritos, non impunè tamen, audivit, ibid. 12, 6, 10. Ochozias rex Juda vestigia Achabi soceri sui legit, quòd eosdem viros in consilium adhibuerit, 2 Paral. 22, 4. Conciliariorum numerus apud Persas ad septem definiebatur, teste Esdrâ et Esther. Appellabantur oculi regis, quorum consilio si fortè edictum aliquod rex proposuisset, deinde ne regi quidem revocare integrum erat.

Cùm apud veteres Hebræos suus esset agriculturæ atque parcimoniæ honos, constituti erant à regibus præfecti agrorum, arborum, vinearum, olivarum, gregum, tam ex asinis, quàm camelis, bobus, capellis, et ovibus. Alii erant constituti viri super opera, nempe super eos qui regis commodo diurnas operas præstabant, vel saltem super mancipia quæ regi laborabant. Præter hos omnes, memorantur præfecti ærarii, 1 Par. 27, 25, Isai. 22, 15, sive proventuum regis, nempe cellæ vinariæ, et oleariæ, et horreorum : mos enim est Hebræis, ut rerum utilium et pretiosarum acervum, thesaurum appellent, uti et divitiarum nomine designant non aurum modò et argentum, sed etiam fructus terræ, vinum, oleum et greges. Hæc omnia regiâ curâ non indigna Salomon arbitratus, in suis libris plura œconomiæ axiomata sparsit, tum et impensam illis operam suam ipse testatur, Eccle. 11, 4, 5, 7. His veteres delectabantur ; nam et apud Homerum Democoon filius regis Priami greges equorum patris sui selectos in Abydenâ curare jussus est ; sicut et septem filii Ectionis regis Cilicum eodem curandi paterni gregis munere occupabantur.

Olim apud reges Persarum, ante Darium Hystaspem, in moribus positum erat, ut à subjectis sibi populis fructus aliarumque rerum genera, quarum singulæ regiones feraces erant, tributi loco reciperent. Sed his omnibus abrogatis, Darius Hystaspis pecuniam indixit. David, Salomon, et cæteri post ipsum reges, tributi nomine aurum, argentum, greges, fructus pro singulorum facultatibus recipiebant. His colligendis sui erant præfecti vectigalium constituti. Aduram munus illud gerebat sub Davide , Adoniram sub Salomone , à quo etiam eodem munere colligendi tributa ex Ephraimo et Manasse Jeroboamus auctus est, 3 Reg. 11, 28 ; nisi eo loco tributi nomine non vectigal, sed potiùs personale singulorum obsequium et labor designetur. Eam igitur occasionem nactus Jeroboamus, cùm abalienatos à Salomone Israelitarum animos nôsset, quòd scilicet gravissimo tributorum jugo à Salomone antea oppressi, nihilò mitiorem habiturum Roboamum ejus filium sperarent, illos ad defectionem sollicitans, decem tribus in suas partes adduxit, à quibus in regem salutatus est. Seditioni compescendæ Roboamus misit Aduramum, vectigalium præfectum : quem seditiosi, ne auditum quidem, lapidibus confecerunt, 3 Reg. 11 , 18. Olim apud Hebræos tributis nomen munerum dabatur ; subjectique regi populi munera ad illum deferebant : et nostrâ adhuc ætate apud Persas sunt præfecti constituti, qui munerum dominis suis collatorum rationes servant. (*Chardin, Voyage en Perse*, p. 275.)

Rei cibariæ præfecti in aulâ regis apud Salomonem non obscurè insinuantur, quanquàm apud alios post illum reges parciorem fuisse mensarum sumptum et magnificentiam, facilè concesserim. Erant igitur apud Salomonem duodecim præfecti, qui annonam resque omnes ad victum necessarias in regiis ædibus curabant , 3 Reg. 4 , 7. Ministrabant singulis mensibus per ordinem , assignatâ pariter singulis suâ ditionis Israeliticæ parte, unde annonas exigerent, ne idem semper populus immodico sumptu gravaretur, et nihil unquàm regiæ mensæ deesset. Quotidiè enim in mensâ principis erogabantur *triginta cori similæ, et sexaginta cori farinæ*, ibid. v. 22. Porrò corus mensura est capiens 298 pintas et semis, cum semisextario et aliquantò ampliùs. Quod ad dapes carnium attinet, singulis diebus decem boves pingues, vel saginati in eum usum mactabantur, adjectis etiam è grege viginti bobus, centum ovibus, ut nihil dicam de bobus sylvestribus , damis, cervis, et avibus , venatione paratis. Ex his omnibus non obscuro argumento intelligimus, quàm immensa hominum multitudo in obsequio magnificentissimi regis maneret. Regina Saba, famâ tanti nominis Hierosolymam accita , nihil æquè mirari se testata est, quàm numerum, ordinem , cultumque præfectorum , et pincernarum mensæ regiæ ministrantium , 3 Reg. 10, 5, uti et dapum regiam verè magnificentiam apparatumque. Ipse de se Salomon testatur, cantorum et cantatricum choros se adhibuisse, nihilque fecisse reliqui, ut quàm magnificè

potaret cœnaretque : *Scyphos et urceos in ministerio ad vina fundenda*, Eccles. 11, 8. *Omnia vasa convivii regis erant aurea*, 2 Par. 9, 20. In mensâ regum Juda et Israelis apponi solebant dapes omnes quæ deinde inter præfectos aulæ distribuebantur, quorum adeò immensa erat multitudo, ut si fides sit Villalpando et Calvisio, scriptoribus accuratissimis, 48 milleni et sexcenti, sive 50 milleni in aulâ Salomonis numerarentur. Jezabel, præter aulæ præfectos, suis sumptibus, ac regiæ mensæ dapibus alebat 850 pseudo-prophetas Baalis et Astartes, 4 Reg. 18, 19. Reges Persarum singulis diebus cibum suppeditabant 15 millenis viris, in aulæ obsequiis manentibus; quibus ex appositis in regiâ mensâ cibis ministrabatur. Herodot. l. 7, c. 17; Athen. l. 10, c. 10, et l. 6, c. 14.

Samuel, 1 Reg. 8, 13, exponens pro concione Israelitis jus ejus, quem sibi poscebant, regis, cogendas ab illo dixit filias Israelitarum, sibi unguenta, cibos, et cætera omnia ad victum necessaria parare. Ad hæc, usurpaturum sibi eorum famulos, famulasque; coacturum insuper Israelitarum juvenes regios agros colere, et cætera præstare opera, quibus nihil à mancipio distarent. Hæc ille pro receptâ inter reges Orientis consuetudine, ut subjectis sibi populis mancipii loco utentes, gravissimis imperatis vectigalibus, tum in singulorum proventus, tum in capita virorum manus injicerent. His omnibus exigendis sui erant præfecti destinati.

Postremo in aulâ loco erant eunuchi; quo nomine in Scripturâ designantur mancipia, ministerio regis sive reginæ destinata. Neque semper id nomen verum eunuchum exprimit, cùm Hebræis cautum esset, ne gentilem quemquam secarent, ministerio tamen alieni eunuchi pro arbitrio utebantur. Erant igitur eunuchi eo planè loco, quo pueri à cubiculis, et pedissequi. Cùm verò illis regem conveniendi pro arbitrio facultas esset, idcircò favore pollebant plurimùm; nec rarò servilem conditionem cum summâ quâcumque dignitate mutabant. Deus Isaiæ verbis denuntiat Ezechiæ, commissurum se ut posteri ipsius regi Babylonis servire coacti, in aulâ illius eunuchos sese præstent: quod sanè principibus summo probro erat futurum. Nec sanè eventus fefellit oraculum; Danielem enim, Ananiam, Misaelem, et Azariam eâ conditione in aulâ Babylonis ministrâsse scimus ex Dan. 1, 6. Eunucho regis Sedeciæ demandatum copiarum imperium legimus 4 Reg. 25, 19; quo etiam in loco de famulis, *qui steterant coram rege*, mentio occurrit, nempe de eunuchis regi à cubiculis. In fœdere ab eo rege inito cum Domino, subeunte anno sabbatico, et undecimo ejusdem regis, *principes Juda, eunuchi et sacerdotes, et omnis populus terræ transierunt inter divisiones vituli*, in sacrificium mactati; quod planè summam eunuchorum auctoritatem et potentiam demonstrat. Ita etiam Esther 1, 10, describit præfectos regi Assuero assistentes, ut ad ejus nutum præstò essent. Tandem ostiarii principum, quos alios planè credimus à militibus præ foribus cum armis excubantibus, eunuchi appellantur.

Eunuchi igitur ostiarii, sive *limina ejus custodientes*, excubabant potissimùm præ foribus conclavis sive cubiculi regii, uti de ostiariis Aod regis Moab legimus Judic. 3, 24. Interdùm virorum loco feminæ substituebantur. Ita sicarii captâ occasione absentiæ ostiariæ, purgando frumento occupatæ, in conclave Isbosethi filii Saülis ingressi, virum transfoderunt, 2 Reg. 4, 5, 6. Eunuchos præ foribus Holophernis excubantes describit Judith 10, 18, uti et alios ante fores Assueri legimus Esther 11, 21, 12, 1. Apud Herodotum l. 3, c. 72, 78, consilium initum à septem conjuratis, ut clam in palatium irrepentes, necem Mago Persidis tyranno inferrent, describitur, ubi non obscurè milites, præ foribus cum armis stantes, ab ostiariis, vel eunuchis, seu, quemadmodùm ille appellat, *eunuchis responsa ferentibus*, distinguuntur. Nabuzardan, dux copiarum Nabuchodonosoris, tres ostiarios Sedeciæ ad eumdem regem in Reblathâ versantem misit, 4 Reg. 25, 18. Cur eunuchis custodiam suam commiserit Cyrus, plura in causâ fuisse Xenophon commemorat Cyropæd. l. 7, illud potissimùm, quòd scilicet uxorum et liberorum, quin etiam sæpè parentum, quippe furtivo connubio plerùmque orti, curâ liberi, toto dominos suos animi affectu prosequantur, quos unicos fortunarum suarum auctores cognoscunt. Adde quòd humili loco natis superbi et ambitiosi spiritus desunt. Tandem in servili corpore ingenuum manere animum, exemplo animalium, quibus vigor etiam abscissis idem manet, Cyrus docebat.

Milites corporis, seu regis et regiarum ædium custodes, magis ingenuum majorisque momenti munus gerebant, quemadmodùm et de iis frequentior in Scripturâ mentio.

Achis rex Geth, Davidi tutelam quærenti

1 Reg. 28, 2: *Ego*, ait, *custodem capitis mei ponam te cunctis diebus.* In eum ordinem seligebantur viri bellicâ virtute et fide præstantissimi. Ita Abner, dux copiarum sub Saüle, idem pariter inter regii corporis custodes allectus erat, ibid. 26, 15. Banaias idem gessisse munus sub Davide à nonnullis creditur; quanquàm enim Vulgata habet: *Fecit eum sibi David auricularium à secreto,* Hebræus tamen commodè reddi potest: *In obsequium adduxit,* nempe coram se statuit, ut ad nutum præstò esset. Banaias præfectus erat Cerethi et Phelethi, nempe custodum corporis regii, 4 Reg. 20, 23. Præter eas custodias, 24 milleni in singulos menses destinati erant, ut regi excubias agerent, præstòque essent, si quid rex imperaret: suus illis præfectus vir strenuus, et è numero heroum, quem bellici facinoris laus aliqua commendâsset. Nihil tamen de iis militibus, nisi sub Davide et Salomone; qui enim deinceps secuti sunt reges, minori gloriæ apparatu contenti, eum facilè numerum diminuisse credendi sunt, Rex Josaphat plures milites *sub manu,* ut ait textus 2 Par. 17, 13, 14, nempe sub signis, Hierosolymis detinebat, quibus tamen non duodecim, sed quinque tantùm viros præfecerat. Salomonem domo prodeuntem 300 militum pompa comitabatur, à quibus, dùm rex ad templum iret, 300 aurei clypei, et 200 itidem aureæ hastæ, ex armamentario regio desumptæ cùm eundum esset, ibidemque depositæ cùm rediissent, deferebantur. Eumdem in numero militum et clypeorum apparatum Roboamus servavit, quanquàm post direptos à Sesaco clypeos aureos Salomonis, ille aureorum defectum æneis supplevit. Tandem sponsa, Cant. 3, 8, meminit sexaginta *fortium* gladio accinctorum, lectum sive fulcrum Salomonis custodientium. Quid deinde in militibus aulæ custodibus apud reges Judæos servatum sit, insinuare potest Xenophon Cyropæd. l. 7, milites custodes aulæ Persarum, ex Cyri magni dispositione, describens. Præter eunuchos ostiarios, et milites interiorum conclavium custodes, de quibus jam supra, manus erat decem millium Persarum, hastis sive jaculis instructa, quæ diurnas nocturnasque excubias circa palatium agebat, lateri regis, cùm prodiret, adequitans. Illis è regio ærario suppeditabantur vestes, quantùm fieri poterat, magnificentissimæ. Cùm rex in publicum procederet, hinc inde viarum latera longus equitum peditumque ordo stipabat, sed equites descensis equis stabant manusque habebant extra manicas, pro recepto ejus regionis more. Accedebat præterea lictorum manus, virgis instructa, qui nimis ad pompam accedentes, ordinemque turbantes, ictu virgarum in ordinem cogebant. Quo autem passu regius currus procederet, eo etiam ad latera quatuor milleni milites custodes sequebantur. Succedebat his 300 aliorum militum acies, bacillis instructa, quos excipiebant bis mille hastati, totumque agmen claudebant quatuor Persarum equitum cohortes, singulæ decem millenis Persis equitibus constantes, præter alias etiam cohortes alienarum gentium, tam pedestres quàm equestres.

Secessisse Salomonem singulis diebus in amœnam quamdam domum fontibus lucisque ornatam, et in pomœrio extra Hierosolymam sitam, Josephus, l. 8, c. 2, est auctor. Procedentem autem comitabatur manus viginti millium equitum, non insignibus modò magnique pretii equis spectanda, sed etiam multò elegantior scitâ corporis habitudine, ac flore juventæ, quâ singuli sessores præstabant. Singuli Tyriâ purpurâ nitebant, comâ promissâ luxuriabant, cui fulgorem addebat inspersus aureus pulvis, radios solis longè latèque repercutiens. Probè armati incedebant, gerebantque spicula, quasi ad jaculandum semper instructi.

Hisce militibus regem comitantibus nomen plerùmque *præcursorum* tribuitur; quod illis ex pernicitate inditum credo, vel fortè quòd ad nutum regis ejus jussiones deferrent, quemadmodùm etiam nostrâ ætate de *Haiducis* principum Germaniæ ferunt. Samuel jus regis exponens Israelitis, cogendos ab eo filios illorum denuntiat, ut sibi præcursorum obsequium præstent, 1 Reg. 8, 11. Eodem nomine appellatos milites custodes Saülis scimus, ibid. 22, 17, eodem milites Absalomum, 2 Reg. 15, 1, et Adoniam 3 Reg. 1, 5, tanquàm post patris obitum reges futuros, honoris gratiâ comitantes. Roboamus conflari æneos clypeos jussit pro ducibus præcursorum suorum, cæterisque aulæ excubias agentibus, 3 Reg. 14, 27. Tandem conclavia militum custodum *conclavia præcursorum* appellantur, ibid. v. 28. Præcursores illi sub Ezechiâ per singulas urbes discurrebant, regis edicta ferentes, quibus singuli ad festum Paschatis et ad templum Domini invitarentur, 2 Par. 30, 10.

Nunc tandem ad præfectos, militares Hebræorum accedamus. *Princeps militiæ,* quem

nos imperatorem appellamus, secundus à rege copiis præerat. Munus illud sub Saüle gessit Abner, sub Davide Joab, sub Salomone Banaias. Eodem nomine solent Hebræi designare duces alienarum copiarum : ita Sisara princeps copiarum Jabin, et Sobach princeps exercitûs Adarezeri regis Syriæ appellantur. Legitur etiam nomen Naamani ducis copiarum Damascenarum ; Nabuzardani, militum Nabuchodonosoris magni, et Holophernis copiarum alterius Nabuchodonosoris. Omnes regni copiæ gregariæ, in expeditionem proficiscentes, præfectis hisce parebant : militibus verò principis custodibus suos fuisse peculiares duces, ex iis quæ de regno Davidis et Salomonis legimus, satis insinuatur. Illis enim rerum potientibus, aderant duodecim duces copiarum, singuli 24,000 militum manum sub signis habentes, ut pro suo quisque mense ministrarent : sui etiam duces erant militibus Cerethi, et Pheleti, alii planè à Joabo et Banaiâ, copiarum sub Davide et Salomone imperatoribus.

Principes tribuum suæ singuli provinciæ acies ducebant. Appellantur interdùm *principes patrum*, sive familiarum, vel *principes Israelis*. Non inviti credimus subjectas illis, tanquàm peculiaribus ducibus, singulas tribus, quas per minores ministros à se creatos agerent ; nôrant enim illi singulorum meritum et virtutem. Neque aliter meliùs castrorum disciplina constare potuisset, cùm duces supremi singulorum militum, quos nunquàm in obsequiis habuissent, nôsse meritum, nisi ab iis ducibus docerentur, non possent. Hoc facilè duces et tribunos innui credimus, 1 Reg. 17, 55, cùm in exercitu Davidis memorantur *magistratus exercitûs*, ex versione S. Hieronymi, quorum magistratuum ope rex ordines ministrorum in obsequium templi decrevit. Porrò ii principes tribuum in bello duces, in pace præfectos et magistratus principis, tam in rebus sacris quàm in politicis, gerebant.

Chiliarchæ, seu mille militum præfecti, vel tribuni, centuriones, præfectique quinquagenorum, *schalischim* sive tertiani, ac tandem decuriones, munera erant supremo duce inferiora. Totus exercitus in tribus distinguebatur; viri enim singularum tribuum, cùm militarem ætatem attigissent, bello adscripti, arma ferre cogebantur. Tribus variis agminibus ex mille militibus constabant, familiarum et urbium, quantùm fieri poterat, distinctione servatâ ; agmina tribuno ex eâdem urbe seu familiâ lecto parebant, cui secundi erant præfecti, de quibus jam supra. Unaquæque verò militum cohors plerùmque quinquagenos non excedebat. Hujus rei documentum exhibent duces illi qui ductâ quinquaginta militum manu semel et iterùm ad Eliam venerunt, 4 Reg. 19, 10, ut virum ad regem Ochoziam deducerent. De *schalischim* sive tertianis satis egimus in Exodo, 14, 7, quorum munus licet bellicum fuisse apud Hebræos et Ægyptios constet, quod potissimum fuerit, nuspiam apparet. Horum omnium ducum nomina legimus in Moyse, Exod. 19, 25, Deut. 1, 15, quæ post longam temporum successionem adhuc mansisse ex 1 Mach. 3, 55, intelligimus.

Apud Persas, præter imperatores, noti sunt duces decem millium, duces millenorum, centuriones et decuriones. Porrò centuriones suos et decuriones dux quisque decem millium legebat, teste Herodoto, l. 7, c. 81.

Fusè jam actum est de *scribis exercitûs* (1), qui copiarum et præfectorum regis censum servabant. Addit etiam aliud eorum munus Scriptura : *Qui probabant tirones de populo terræ;* quod ego dictum crediderim, non quasi per imitamenta belli recens allectos milites instruerent, sed quasi in singulis tribubus et urbibus Israelis, qui ab bellum cogendi, qui verò sacramento solvendi, judicarent ; positum enim erat in moribus ejus ætatis, ut ad militiam etiam invitos cogerent. Sive igitur princeps universis subjectis sibi populis bellum imperaret, sive parti tantùm, semper milites legere ad scribas pro suâ singulos sorte pertinebat. Quare munus scribarum maximi erat momenti. Horum præfectorum nomina, sub regibus Juda et Israelis merentium, pleraque leguntur in sacrâ Scripturâ. Vide Comment. in Judic. 5, 14. Nec ignotum erat munus in aulâ veterum Persarum. Hi honoris insigne baculum, sive sceptrum gestabant. Vide ibid., in Hebræo et in Græco.

Cùm rex ipse per se bellum gereret, pedester olim, veluti è vulgo miles, procedebat, cui ad latera aderant armigeri, regia arma deferentes. David victoriæ de Goliath relatæ merito, armigeri munus apud Saülem gessit. Suus etiam armiger fuit Abimelecho filio Gedeonis, Jonathæ, Joabo, et apud Philisthæos Goliath. Meminit etiam Scriptura decem armigerorum Joabi. Sed postquàm reges conscenso curru in bella proficisci cœperunt, nulla deinceps ar-

(1) Supra, cùm de scribis regis ageretur, et Judic. 5, 14.

migerorum mentio : unus tantùm currus vacuus præstò euntibus aderat, quem, si quid sinistri accideret, statim conscenderent.

Soterim, præfecti erant, quorum nomina et munus, cùm Hebræi in Ægypto versarentur, nota erant, Exodi 5, 6, 10. Servavit et Moyses in deserto, ut illi super commissas sibi copias auctoritatem, potestatemque suam exercerent. Fusiùs eâ de re egimus in nostro comm. in Deut. 1, 15, et in Jos. 1, 10. Judicis etiam interdùm munere fungebantur, interdùm caduceatoris, præconis et lictoris. Sui erant Soterim in templo, et in aulâ; quorum postremi sub ordinum ductoribus et centurionibus merebant. Ita servatum intelligimus in manu 24 millium virorum, singulis mensibus Salomoni ministrantium. Plerùmque adjunctos legimus scribis, vel *Soterim*. Copiæ Oziæ regis Juda erant *sub manu Jehiel scribæ, et Maasiæ doctoris* (Hebr. *Soter,* quod nomen est hujus magistratûs), *et sub manu Hananiæ, qui erat de ducibus regis*. Ex quo conjectura facilis ducitur, Soterim viros fuisse amplissimos, quorum dignitas non iisdem semper limitibus terminaretur. Idem etiam insinuat Salomon, Prov. 6, 7, ubi de formicâ ait : *Cùm non habeat ducem*, *nec præceptorem* (soter), *nec principem, parat in æstate cibum sibi,* etc. Non invitus crediderim, milites Cyri, quos Xenophon (1) virgis, bacillis, vel hastis instructos inducit, ipsos fuisse Soterim. Memorant etiam Itineraria inter præfectos aulæ Persarum Schateres, sive Chateres (2). Tandem præcones principum in obsidione Trojæ versantium, ipsos referebant Soterim Scripturæ ; quo nomine facilè designantur præfecti, qui principibus semper præstò aderant, ut ad nutum parerent. His porrò, tanquàm ministris superûm hominumque, honorem cæteri deferebant, et illos tangere, seu violare omnibus nefas. Vide Iliad. A. Illis disponendarum in prælium copiarum, illis jussiones principum, sive ducum deferendi munus commissum (Iliad B). Iidem ministrabant, cùm solemnia sacrificia offerrentur, victimas prope altare ducebant, vina in libationibus miscebant, et aquam, cùm reges lavarent, fundebant (Iliad. Γ). (Calmet.)

(1) Xenophon lib. 8 Cyropæd. pag. 314 : Μαστιγοφόροι δὲ κατέστασαν, οἳ ἔπαιον εἴ τις ἐνοχλοίη. Et pag. 315 : δορυφόροι, et σκηπτοῦχοι.

(2) Tavernier, *Voyage de Perse,* tomo 1, cap. 5, p. 356, et l. 4.

DE REGIONIBUS IN QUAS DECEM TRIBUS ISRAELIS TRADUCTÆ SUNT, ET QUEM POTISSIMUM LOCUM NOSTRA ÆTATE TENEANT,

Dissertatio.

Nihil in historiâ frequentius, quàm gentis alicujus universæ in alios mores, sermonem, religionem, fœdera ac regiones transmigratio; ita ut vix aliquid de priori cultu retinentes, ipsæ suos fallant inventores. Minora imperia à majoribus absorpta sunt; et inclyti illi debellatores populorum, quos Dei latens consilium identidem excitavit, rapido quodam victoriarum impetu per provincias discurrentes, obvia quæque torrentis more ita diripiebant, ut in varias distractæ partes, dissociatæque gentes et populi, aliò alii traducerentur. Factum etiam, ut plures fortunam, religionem et linguam victoris, vel saltem mores ejus gentis, ad quas impetu victoriæ ferebantur, secutæ, pristinum cultum omnem abjicerent. Raræ sunt in orbe gentes, quas idem fortunæ casus non jactaverit : sed nullum æquè ejus rei magis illustre documentum, quàm decem tribuum, de quibus impræsentiarum, exhibitum fuisse arbitror.

Regnum igitur decem tribuum, post varias quà externorum, quà intestinorum bellorum vicissitudines et calamitates, tandem ultimum excidium, diu ante divinis oraculis prænuntiatum, expertum est; coactique solum vertere, vacuas sedes gentibus transeuphratæis reliquerunt. Raro quidem Deus ita punit, ut simul

rigorem plurimâ lenitate non temperet; et vix unquàm contingit, ut primo statim flagelli ictu miseros conficiat. Pro insito igitur ingenio Deus minoribus flagellis summæ ultioni præludit. Theglathphalasar rex Assyriæ, ab Achaz rege Juda invitatus, in ditionem Phacee regis Israelis sese fudit : quo belli impetu fortissimæ urbes, Syriæ latera spectantes, raptæ sunt, deductæque in captivitatem tribûs Nephthali, 4 Reg. 15, 29; Ruben, Gad, et dimidia Manasse, omnes transjordanicæ, in Lahelam, Habor, et Aram translatæ, 1 Par. 5, 26.

Post 20 annos ab eâ expeditione circa annum mundi 3283, Salmanasar, qui proximè Theglathphalasaro successit, ducto in Samariam exercitu, post triennii obsidionem, captâ urbe, populos omnes, infelicis regni reliquias, trans Euphratem duxit, sedesque illis in Assyriâ assignavit *Hala, Habor, regionem juxta fluvium Gozan, et civitates Medorum*, 4 Reg. 17, 6, et 18, 10. Nunc igitur certus harum regionum situs definiendus est.

Animadvertere operæ pretium est, eumdem locum devictis tribubus assignâsse Salmanasarem, quò olim priores illas Theglathphalasar transtulerat. Nomen quidem Ara in secundâ transmigratione deest, in quâ vicissim legitur de urbibus Medorum nuspiam in primâ notatis. *Lahela*, et *Hala* idem sunt nomen, et *Gozan* locus erat Chabori, sive Chaboræ planè vicinus.

Halam, sive *Lahelam* eumdem esse locum credimus ac Hevilath, de quo Genesis 2, 11; nempe Colchidem, cujus incolas, quòd circumcisionem admiserint, originem ab Ægypto referre Herodotus censuit, lib. 2, c. 107. Cur non eodem argumento potiùs Hebræi origine probentur, cùm unis illis ex universis orbis gentibus circumcisionis præceptum lege absolutâ imperatum sit? Nec à vero abludit, Colchos circumcisionem admittentes cum Israelitis decem tribuum miscendos : quod etiam censemus de Syris, Cappadocibus, et superiora amnis Thermodontis tenentibus, qui circumcisionem admittebant, utpote qui colonia essent Israelitarum Colchidis, sive juxta Chaboram non longè à Cappadociâ incolentium. Ad illos facilè Israelitas Cappadoces Epistolam suam S. Petrus dedit : *Advenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ*. Nota sunt etiam in Mesopotamiâ nomina *Chalonitidis* provinciæ, et in Syriâ septentrionali, *Calacines;* quæ sanè voces non absurdè ex *Chale* sive *Lachela* deducuntur.

Habor, sive *Chabor*, nomen est amnem Chaboram in Scripturâ et apud profanos notissimum, significans. Sunt etiam montes ejusdem nominis ad occidentem Ninives; fluens enim in Euphratem Chaboras, è monte Masio (cujus facilè portiones erant montes Chabores apud Ptolemæum) defluit. Perfluit hic amnis provinciam Gozan (1); cujus nominis regio versùs Tigridis fontes porrigitur. Plinio l. 6, c. 27, dicitur *Elongozine*, ac si diceretur, Elonti Gozæ. Cap. 26 verò idem Plinius Elonios statuerat prope montes Gordios. Meminit Ptolemæus Gauzanitidis in Mesopotamiâ, et regionem *Goetam* (ita appellat) Constantinus Porphyrogenitus in minori Armeniâ collocat. Est etiam regio Gauzan in Mediâ, inter amnes Cyrum et Cambysem. Rabbini nomine Gozan designatum credunt, fabulis non minùs quàm nomine celebrem, amnem sabbaticum, qui ex Indiâ, non longè à fontibus Gangis, vel ultra Chalchantem, originem suam refert. Hunc amnem venditant magno impetu totâ hebdomadâ provolvi, cùm interim vel arens inersque, vel saltem tacitis aquis die sabbati quiescat, obsitasque habere eâdem die igne ripas, ne quis unquàm accedere audeat. Benjamin Tudelensis Gozan in Mediâ statuit, quatridui itinere ab Hemdam. Quo etiam loco Ptolemæus urbem Gauzaniam constituit. Ita de hoc argumento varia narrant scriptores, quanquàm ab iis quas inquirimus regionibus nemo multùm aberrat.

Hara sive *Ara*, altera est regio, Israelitis decem tribuum assignata. Hunc locum in Mediâ constituendum ex eo suspicamur, quòd in 1 Paralip. 5, 26, legitur *Ara*, cujus loco in 4 Regum 17, 6, est : *Civitates Medorum*. Porrò Aræi populi sunt Mediæ apud geographos; et *Aria*, provincia Persidis, definita ad septentrionem Bactrianis et Margianis; in veteri Mediâ facilè continebatur, vel saltem Medis paruit. Hebræum *Har* est mons, et Septuaginta in textu Regum reddunt *montes*, quo loco nos legimus, *civitates Medorum*. Amos deducendos Israelitas in captivitatem ultra montes Armeniæ minitatur, Amos 4, 3 : *Projiciemini in Armon, dicit Dominus*. Talmudistæ fratres suos in Mediâ collocant : in cujus montibus quinquaginta urbes ab Israelitis cultas Benjamin Tudelensis recenset, Bereschit Rabb. sect. 33. Judæos nonnullos, sedem circa montes Caspios habentes, Esdras, ut secum in Judæam regre-

(1) 4 Reg. 18, 11 : *In Habor fluviis Gozan*. Et 4 Reg. 17, 6 : *In Habor, juxta fluvium Gozan*.

derentur, invitavit. Scitum est autem, montes illos, auctore Ptolemæo, Mediam et Parthiam interjacere. Ex Tobiâ discimus frequentes fuisse Israelitas in Assyriâ, Perside, Susianâ, Ninive, Rages Medorum, Susis, et Ecbatanis. Quibus olim limitibus Media terminaretur, incertum; et *civitates Medorum* non temerè creduntur innuere regionem, quam olim Assyriæ reges, pulsis Medis, subegerunt.

Per anarchiam, inter obitum Arbacis et initum à Dejoce regnum, Assyrios eo intervallo, occupatam olim à Medis, regionem suam vindicâsse, putat Usserius, ad annum mundi 3283.

Universam tribum Nephthali unà secum Ninivem traductam, Tobias 1, 11, testatur. Ezechiel oracula fundebat juxta flumen Chaboram. Mardochæus et Esther Susis morabantur; et universi imperii Assyrii regiones Judæis frequentabantur. Frequentabantur autem post solutam captivitatem, ut ex eo facilis conjectura ducatur, Judæos illos ad decem tribus spectâsse, admixtis etiam nonnullis ex Judâ et Benjamino. Jesu Christi ætate per totum latè Orientem Israelitæ dispergebantur, Act, 2, 9, 10, 11 : ita Persidem, Mediam, Ælamitidem, Mesopotamiam, Cappadociam, Pontum, Asiam, Phrygiam, Pamphyliam, Ægyptum, Cyrenaicam, insulam Cretam et Arabiam tenebant; undique enim ex his regionibus Judæi Hierosolymam ad festum Pentecostes, quod post Jesu Christi resurrectionem proximè successit, convenerant. Eos verò omnes ad tribum Juda et Benjamin spectâsse, nemo rerum peritus dixerit; plures enim Israelitæ ad avitam religionem redierant, et templum etiam ante captivitatem adibant. S. Petrus Epistolam primam canonicam inscribit : Judæis dispersis in Ponto, Galatiâ, Cappadociâ, Asiâ et Bithyniâ; et S. Jacobus alteram dedit ad duodecim tribus dispersionis. Josephus decem illas tribus suâ adhuc ætate in provinciis Transeuphratæis ingenti hominum numero floruisse testatur (1), addens insuper, solas tribus Juda et Benjamin ex universâ Judæorum gente, tam in Asiâ, quàm in Europâ, Romanis parere. Floruisse etiam in toto Oriente, Bithyniâ et imperio Persarum, Philo testatur, Legat. ad Caium. Sancto Hieronymo auctore, ejus adhuc ætate decem tribus captivæ in montibus et urbibus Mediæ, quò olim translatæ fuerant, manebant; quod ille ex traditione Judæorum et Christianorum suæ ætatis asseruisse credendus est.

Auctor libri quarti Esdræ 13, 41, vir planè christianus, quique ex opinione Judæorum ætatis suæ scribebat, deductos à Salmanasare Judæos trans Euphratem narrat. Cùm verò, ait, inter gentes versari se cernerent, consilium religione suâ planè dignum susceperunt; ne quid enim corruptionis ex eorum commercio referrent, in novas terras secedere, novasque sibi procurare sedes in regionibus planè desertis moliti sunt, ubi neque lex, neque religio quidquam discriminis subirent. Tantum profectò legis studium suspectum est in populo, cujus vitium et exilii causa, cultus vitulorum, suaque crimina fuêre. Sed hæc ultrò scriptori concedamus. « Religiosus ergo populus, ait ille, vada Jordanis sicco pede per angustos planè canales transgressus, cùm Dominus amnis aquas prodigio in arctum redegisset, post longas viarum ambages, exactumque itineris annum et sex menses, tandem in *Arsareth* pervenerunt. Eo in loco sedes fixêre, nunquàm ampliùs revellendas, donec ab Altissimo revocati, per Euphratis vada, eodem prodigio pervia, reducantur. » Negotium est modò qui locus hâc regione *Arsareth* designetur.

Nota est ad ostium Araxis in mare Caspium urbs *Arzarat,* Ptolem. l. 1, p. 135, uti et *Arzerie* et *Arzice* in minori Armeniâ, ac tandem provincia *Arzanene* in Mesopotamiâ. Sed hæc loca minùs distant quàm unius anni et sex mensium itinere ab Euphrate, sive à Palæstinâ, sive ab eâ regione, quò decem tribus primùm jussu Salmanasaris deductæ sunt. Nota erant etiam et frequentata vel ante hunc principem regio. Nos tamen nullam aliam regionem Arzareth uspiam audivimus. Non ita Judæi, quibus ea sedet opinio, decem tribus adhuc in incognitâ et inaccessâ regione perseverare, vel saltem per orbem dispersas periisse. Celeberrimus Josippon, qui sese supremæ Hierosolymorum obsidioni coævum jactitat, narrat, l. 2, c. 10, Alexandrum Magnum, cum manu 1300 militum, transitum *montium tenebricosorum,* regionem illam à cæteris disterminantium, tentâsse, ut ad terram filiorum Jonathan et Bechal pervaderet; ab incœpto tamen desistere coactum subitâ clamantis voce, ne aditum in domum Dei moliretur. Felicior, seu potiùs audacior Alexandro Benjamin Tudelensis fuit, qui iter suum per septentrionalem

(1) Antiq. lib. 11, cap. 5 : Αἱ δὲ δέκα φυλαὶ, πέραν εἰσὶν Εὐφράτου ἕως δεῦρο, μυριάδες ἄπειροι, καὶ ἀριθμῷ γνωσθῆναι μὴ δυνάμεναι.

plagam instituens, post 21 dierum viam tandem ad regnum Rechabitarum pervenit. Regio erat 16 dierum itinere porrecta, urbibus frequentissima, quarum historiam accuratè describit : omnia geographis, atque iter facientibus incognita. Sed neque Benjamin, neque alii Rabbini, omnes tribus in eo loco, à consortio hominum remotissimo, versari sibi persuadent.

Secretis ab historiâ quarti Esdræ fabulis, cæterisque cum veritate non planè congruentibus, sententia auctoris facilè apparet; innuit enim, urbem Arsareth Israelitis maximè frequentari. Neque rerum peritos latet, nostrâ etiam ætate in Mediâ pro centum familiis Judæorum vix quadraginta Christianorum respondere, ejusque gentis frequentissimas sedes potissimùm ad mare Caspium usque ad radices Caucasi spectari; ac tandem reges Mingreliæ originem suam ad Davidem referre (Chardin, Voyage de Perse). Eadem venditabant veteres reges Georgiæ, regesque Imirettæ. Nec temerè illi prorsùs; nam Julius Africanus apud Syncellum refert, Artaxerxem Ochum, confectâ expeditione suâ in Ægyptum, plures Judæos captivos secum abduxisse, quorum alios collocavit in Hircaniâ ad mare Caspium, alios in Babyloniâ, ut plures Græci auctores memoriæ prodiderunt. Gemina habet Paulus Orosius, lib. 31, c. 7, addens, suâ etiam ætate Israelitas eadem loca numero hominum valdè frequentes tenuisse, unde educi se tandem sperabant. Ex his facilè Judæis Hyrcanis reges Georgiæ originem suam retulerunt. Verùm nihil hæc Judæis decem tribuum favent, cùm Judæi superiora maris Caspii tenentes, ex eorum fuerint numero, quos Cyrus liberos in Judæam remiserat, quique excusso tandem servitutis jugo, hoc infortunium in caput suum provocârunt; infortunium, inquam, quod licet à Josepho prætermissum, certissimum videtur, cùm Josephus ipse in primo contra Appionem, locum ex Hecatæo Abderitâ laudet, ubi Judæi frequenti numero in Babyloniam captivi à Persis deducti leguntur : quod vix aliter quàm de expeditione Ochi intelligi potest.

Allatius et Grotius in 4 Regum nomine *Chabor* et *Chala* designatas credunt Iberiam et Colchidem. Fullerus l. 2, c. 5, *Gelas* ad Araxem et *Cadusios* originem à Judæis retulisse, ex nominis etymo demonstrat. *Gelæ* sonat advenas, et *Cadusii* sanctos; *Arsareth* reddi potest : *Urbs refugii*. De circumcisione Colchorum satis supra egimus. Apud Plinium l. 6, c. 27, legimus parvam quamdam regionem, Armeniam versùs, *Palæstinam*, sive *Calæstinam*, et urbem *Sabbatam*, sive sabbaticam appellatam. Tandem Esdræ testimonio discimus, montes Caspios Judæorum sedes fuisse; et vaticinio Amos 4, 3, transferendos ultra montes Armon sive Armeniæ Judæos prædictum est. Perozes rex Persidis Nephthalitas, sive Ephtalitas, populum finitimum, Medisque fœderatum, bello afflixit. Hæc gens suo regi parebat, regionemque jam inde à multis seculis tenebat; nec desunt qui reliquias illos credant Judæorum tribûs Nephthali. Auctor Historiæ Scholasticæ, et Vincentius Bellovacensis narrant, Alexandrum Magnum Israelitas decem tribuum parte regionis mulctatos, intra montes Caspios inclusisse. Omnia hæc loca populique, *Arsareth* non exceptâ, sive intra Mediam, sive circa illam sunt; ibique Israelitarum decem tribuum vestigia præ cæteris altiùs servata fuisse fatendum est.

In eâdem regione constituendum credimus regnum Cozar, Rabbinorum scriptis celebratissimum; quanquàm illi, pro insito gentis ingenio omnia in majus efferendi, fabulisque narrationem suam inferciendi, veram historiam in fabulam converterunt. Narrant igitur, regem Cozar Judaicæ religioni, octavo christianæ æræ seculo (1), nomen suum addixisse, neglectâ Christianâ, Mahometanâ et naturali philosophorum religione, postquàm sedulo examine singulas expendit. Quod maximè in eâ historiâ negotium facit, illud est, nimirùm ubinam potissimùm regnum Cozar statuendum sit. Alii collocandum malunt in Tartariâ, alii ab eâdem provinciâ, linguâ maris interjectâ disterminant. Urbs ejus metropolis, Togorma, sita est in montibus Arazat, ait Judæus quidam, qui octo dierum morâ regnum illud illustrâsse se asserebat. Alii verò totum illud regnum ludendi libidine à Rabbinis confictum, nullibi nisi in vacuâ errantium mente locandum censent. Nos tamen, si veritatis aliquid in fabulâ sit, ad littus meridionale maris Caspii, et intra Mediam constituimus. Mare Caspium Arabibus est *Cusar* : nos verò alibi ostendimus, regionem *Chus* vel *Chusch* ipsam esse *Araxenen* : *Coschir*, sive *Cosri*, potest urbem Chusch designare. R. Petachia, quem laudavimus, Tartariam à Cozar, interjectâ maris linguâ, disterminat; additque, regnum inter duo

(1) An. 740 circit. Vide Basnag. *Hist. des Juifs*, l. 7, c. 1, art. 5.

maria definitum, septem ingentibus fluminibus perlui, ejusque metropolim in montibus Arazat constituit. Ineptè ille quidem, sed ejus descriptio nulli loco magis, quàm Mediæ et Iberiæ convenit.

Ex his regionibus Israelitæ in Tartariam migrârunt, ubi alta adeò vestigia decem tribuum supersunt, ut doctissimorum quorumdam judicio, nostrâ etiam ætate decem tribus eum locum tenere credantur. Vide Philipp. Mornæum de Verit. Relig. Christ. cap. 26; Genebr. Chron.; Auctor. Religion. mundi, t. 2. Hinc censent derivatos Judæos in Russiam, Moschoviam, Poloniam, Lithuaniam, quas regiones majori numero quàm alias uspiam in Europâ Judæi frequentant. Plures manent apud Tartaros recepti ex Judæis mores; quique ex illis, duce Cingi, è regione suâ profecti anno 1200, imperium Magni Cham constituerunt, circumcisionem, etiam ante adoptatam Mahometanam superstitionem, admittebant. Polygamia apud illos obtinet; et si fortè vir conjuge adhuc sterili obierit, defuncti frater sive propinquior excitare semen fratris sui cogitur. A suillis abstinent, et circumcisione nono ætatis anno initiantur (*Voyage d'Europe à Paris*, 1698). Legimus apud Daviti, regem Thabor in Tartariâ, Francisco I regnante, in Galliam venisse, eo concilio, ut regi Judaicam superstitionem persuaderet, *Etats du Turc en Asie*, pag. 124 et 168. Paria cum Carolo V, cæterisque Europæ principibus præstiterat, nullo itinerum laborumque suorum fructu, nisi quòd malè exceptus ab omnibus, temeritatis suæ pœnas retulerit.

Menasse Ben-Israel, celebris postremi seculi Rabbinus, obviis manibus opinionem de transitu decem tribuum in Tartariam excepit; simulque constitutum apud se habuit, provinciam Thabor, quam ille in finibus Mediæ collocat, ipsam esse Chabor, quò transmigrare coactos Israelitas in libris Regum legimus. E Tartariâ verò ad Sinas fratres suos deducit. Vide Basnag. *Hist. des Juifs*, tom. 4, c. 3, lib. 6. Ortelius in suâ Tartariâ, seu Tabulâ 62, regnum Arsareth, de quo in quarto Esdræ, intra Tartariam collocat. Decem tribus, ait ille, Scytharum eadem loca incolentium sedes occupârunt, indito sibi novo *Gauthæorum* nomine, quo eorum studium pro Dei gloriâ designaretur, totique regioni nomen *Cathai* mansit. Celebris ille geographus statuit in Tartariâ Nephthalitas, sive Ephtalitas. Dacas verò, sive Danos, Tartaros septentrionales, ex tribu Dan nomen suum derivâsse arbitratur. Tandem regnum Thabor in meditullio Tartariæ collocat; *Thabor* enim in Hebræo sonat *umbilicum*, sive *meditullium*, ipsumque etiam Tartarorum nomen, quod pronuntiandum *Totaros*, id est, presbyteros, contendit, ex Hebræo arcessit. Postellus auctorem Armenum transcripserat, qui migrâsse in Tartariam Israelitas docuerat; cujus auctoritas ipsum Postellum in eamdem sententiam pertraxit.

Auctor recentior, qui sententiam hanc de transmigratione Israelitarum in Tartariam ad examen revocavit, Basnag. *Hist. des Juifs*, tom. 4, lib. 6, c. 3, art. 15, solidis rationibus illam refutandam aggressus, demonstrat, nunquàm id committere potuisse Israelitas, ut susceptâ in Scythas expeditione, easdem gentes sive Tartaros delerent. Gens enim illa idololatriæ cultui usque eò addicta permansit, donec ejus sacris ejuratis, ad Mahometanam religionem defecit; cum quâ circumcisionem, cæterosque Judaicos ritus Mahometanis communes suscepit. Nomina *Eutalitæ* sive *Ephtalitæ*, et *Dani* levissimo sunt pro tribubus Nephthali et Dan argumento, nisi majora alia documenta accesserint. Ego quidem negare non ausim, Israelitas nonnullos in Tartariam, quod facilè poterant, migrâsse; vix enim crediderim, gentem longè latèque per universam orbis faciem dispersam, solam Tartariam intactam reliquisse : nonnisi tamen per summam impudentiam assereretur, decem tribus, vel maximam earum partem, intra Tartariæ fines contineri, ibique nostrâ etiam ætate rerum potiri.

E Tartariâ facilis in Sinas transitus; unde migrâsse plures familias decem tribuum, superato muro utramque ditionem disterminante, hujus opinionis assertores contendunt. Nonnullas Judæorum synagogas ibidem sese invenisse P. Riccius testatur; addens, retineri ab illis Israelitarum nomen, quamvis Judæorum ignorent. Ex quo facilis conjectura, è decem tribubus, non ex Judâ, originem illos duxisse. Servant volumen legis sine punctis vocalibus, ante 600 annos scriptum. Hebræus quo idem Pater utebatur, narrabat, in urbe Hamcher, metropoli Chequiami, plures erectas esse synagogas, et locum Israelitis pluribus frequentari. Quam Hebræus ille ignorabat scripturam Hebraicam, longâ desuetudine eo studii genere neglecto, ejus frater callebat, cui synagogæ administratio deman-

data fuerat. Nòrat ille pariter historiam veteris Testamenti, Abrahami, Judith, Esther; exhibitumque à P. Ricci Virginis simulacrum, quod Liæ uxoris Jacobi per simulationem dixit, supplex provolutus adoravit. Jesuita alter, nomine Gozani, invenisse aliam synagogam in Honan provinciâ Sinarum testatus, deductos in regionem Judæos ante Jesum Christum putat, *Journal des Savants,* 16 maii 1707. Nôrant illi Esdram, et Jesum filium Sidrach (auctorem Ecclesiastici credo); eamdemque in suis interpretationibus servabant methodum, ac Thalmudistæ. Hæc omnia minùs cum Israelitis decem tribuum, è Tartariâ in Sinas derivatis, quàm cum Judæis è regno Persidis in eam regionem diu antea digressis, congruunt.

Exstat prolixior Epistola Judæorum Coquinensium ad synagogam Amstelodamensem, quâ se venisse ad Indos perhibent, quo tempore Romanorum armis Palæstina occupata est, Basnage, tomo 5, l. 7, c. 33. Narrant insuper, Judæos mille annorum spatio ita apud Sinas floruisse, ut 72 reges continuâ successione numerarent. Cùm verò duo fratres de regno inter se disputarent, oborto inter illos dissidio, eâ divisione Judæorum viribus in partes distractis, finitimos reges, motis in illos armis, gentem subegisse; quæ deinde eodem sub jugo semper gemuit. Cùm verò novis dominis inviolabili fide et obsequio semper paruissent, ejus virtutis merito plurimùm apud eas gentes æstimationis et laudis sibi conciliâsse; ut anno 1640, Samuel quidam ex eorum fratribus, præfecturam Coquinensem gerens obierit, munerisque sui et nominis successorem Judæum alterum reliquerit, Menasse filius Israel, in libro, *La Esperança d'Israel*, persuasus, Israelitas frequentissimos apud Sinas versari, vaticinium Isaiæ, 49, 12, illis vindicat, quo scilicet oraculo Hebræi redituri in avitas sedes *de terrâ australi, Meerets Sinim*, nempe, ut ipse quidem interpretatur, è regione Sinarum, perhibentur. Sed Hebræus auctor ignorare non debuit, vocem *Sin* Hebraicè lutum sonare; et Bochartus scitè demonstravit, urbem Pelusium ex lutoso situ olim סין appellatam; ex quo etiam derivatur nomen *Pelusium*, cùm Græcè πηλὸς, *pelos*, lutum sonet.

Hæc omnia satis quidem demonstrant, Sinas nonnullis synagogis Judæorum et Israelitarum frequentari. Quid ergo? an proinde decem tribus, sive omnes, sive potissima illarum pars ad Sinas migrârunt? Profectò eodem argumento demonstrabitur, Persidem, Germaniam, Turcarum ditionem ipsas fuisse Israelitarum sedes, cùm plures ibi quàm apud Sinas synagogæ spectentur. Modò quæ de transitu earum in Americam feruntur, in examen revocemus.

R. Menasse, de quo supra, neque unicus est, nec primus, qui Americanas terras ab Israelitis frequentatas censuerit. Grotius, de Orig. gentis Americ., pluribus scriptoribus eam stetisse sententiam testatur, Israelitas decem tribuum primùm in Mediam, ac deinde in Tartariam, demùm ad Americanas regiones pervenisse. Id autem jure sibi asserendum arbitrantur, ex quo mores nonnullos Judaicos Americanis innotuisse compererint: sed Grotio infirmior ea argumentandi ratio videtur, quàm ut sententiam suffragio suo fulciendam censuerit. Montesinius (1) deprehendisse se narrat frequentissimam Judæorum in populum collectorum turbam post montes *Cordilleras*, regionem Chily in Americâ terminantes. Cùm enim, ait ille, in eam regionem aliquantò ulteriùs penetrâssem, amnis occurrit, è cujus ripâ, dato signo, statim prodeuntes è latebris offendi viros quamplurimos, Hebraicè pronuntiantes ea verba, Deut. 6. 4: *Audi, Israel: Dominus Deus noster, ipse est Dominus unus.* Nôrant Abrahami, Isaaci et Jacobi nomina, quos viros tanquàm patres suos suspiciebant, genus suum ad Rubenum referentes: deductos se in eam regionem speciali Dei consilio, nec sine prodigiis testabantur; cùm verò Indos nacti fuissent adversarios, accidit tandem, ut ipsos persecutores suos, in manus Hispanorum lapsos, ultio consequeretur. Addebant, magis auctoribus semel, iterùm, et tertiò bello afflictos fuisse, in quo tamen cum hostibus congressi, fusis illis dissipatisque, insignem victoriam retulerint: è magis verò quicumque ultionem vitâssent, veritate demùm adactos fuisse, ut Deum Israelis solum esse numen, addictamque illi gentem denique in exitu seculorum universum latè orbem imperio suo subacturam faterentur. Hæc Montesinii narratio, quæ pura putaque fabella videtur, Menassem fefellit, et cùm ita naturâ comparatum sit, ut dulci rerum, quas maximè optamus, spe nos ipsos et decipiamus frequenter, et aliorum deceptionem amemus, blandâ rerum specie ob oculos Hebræi versante,

(1) *Relation de Montesini.* Vide *l'Espérance d'Israël, de Menassé Ben-Israel.*

librum suum de *Spe Israelis* dictavit, in quo tanquàm certum constituit, Asiam olim et Americam jugi continentis tractu continuatas, à Deo deinde sinu Aniani interjecto disterminatas fuisse. Ante eam divisionem, ait, Judæi in Americam migrantes, sedes ibi suas adversùs veteres regionis incolas munierunt. Nec desunt auctori Scripturæ in rem suam testimonia. *Me* (Dominum) *insulæ expectabunt*, Isai. 51, 5. Et : *Legem ejus insulæ expectabunt*, ibid. 42, 4. Insulæ Judæos expectantis nomen Americam designat.

Eques Pen, in suâ epistolâ de præsenti statu regionum Anglicanarum in Americâ, se invenisse Judæos in eâ regione sibi persuadet, ex eo potissimùm, quòd incolarum vultus, maximè puerorum, Hebræorum ora adeò referat, ut qui illos intueatur, Judæos se vidisse credat. Calculos suos per lunas instituunt, primitias fructuum offerunt, festum Tabernaculis simile celebrant, altare erigunt ex duodecim lapidibus, funus lugent per annum. Feminæ mores Judæarum exprimunt; sermone utuntur virili, conciso, vivido, brevi, non redundanti, quali et Hebræi, quorum unum verbum pro tribus valet, cùm reliqua auditores per se suppleant.

Tradunt insuper, obtinere apud Mexicanos circumcisionem (1), floruisse olim apud illos gigantes, diluvii memoriam aliquam servare, quamvis ejus historia variè à variis narretur. Eductos se jactant è pelago ; quod de transfretatione maris Idumææ intelligendum est. Solemne est etiam alicubi in regno Peruano, ut niveus agnus mactetur, ejusque cruore farina subacta in populos distribuatur, è quâ in domorum liminibus sanguineâ impressâ notâ, piantur. Sunt qui et resurrectionem probent, perpetuum ignem in cultum Domini servent, annum jubilæi post quinque annorum decades, et sabbatum post evolutos sex dies colant. Solent pariter Caraibæ clamore vocis aliisque lætitiæ significationibus renovatæ singulis mensibus lunæ plaudere, et à suillâ abstinere. Apud Peruanos sacrificiis quibusdam agnus, ritu ab Hebræis non absimili, immolatur. Mulieres, menstruo incommodo affectæ, à virorum interim commercio abstinent. Incolæ Machoæ relatam contactu cadaveris sordem aquâ eluunt. Nec desunt apud illos, quibus post mortem fratris conjugium cum uxore ipsius, lege præceptum est. Connubiales etiam leges apud Peruanos ferè similes ac apud Hebræos vigent, cùm de fratre agitur, suscitare semen fratri suo recusante, Deut. 25, 7. Mos est apud illos, ut femina calceum sponso inducat ; et feminæ mox à puerperio impuræ censentur. Tanta morum, legum et sententiarum concordia de industriâ inducta, non casu accidisse videtur. Ex hoc autem apertissimo documento deducitur, Israelitas in Americanas regiones penetrâsse, sive per Sinas, sive per Tartariam, sive classe ex Hispaniâ et Galliâ devectos, auctoribus nonnullis Rabbinis, qui in eam sententiam laudant Abdiæ vaticinium, quo, juxta Hebræam veritatem, eorum patres exilio in Hispaniam (*Sepharad*) et in Galliam (*Sarphaht*) depulsos, migraturos inde in regiones meridionales, prædictum est, quas meridionales regiones Americanas illi quidem interpretantur (1). Inter eos scriptores, qui transmigrationem Israelitarum in Americam asseruerunt, illi omnes addendi sunt, quos collegit Joannes Albertus Fabricius in suâ Bibliographiâ antiquariâ, c. 1, pag. 17, 18, 19, velut, e. g., Ludovicus Hennepinus *Itiner. Americanum*, Thomas Thorowgood, Joseph à Costa, Otto Dapper, Theophilus Spitzelius, Richardus Kidderus, Hermannus Witsius, Stephanus Morinus, aliique plures.

Verùm hæc argumenta, quò plus specie, tantò minus re habent soliditatis. Quibus enim in locis similes Hebraicis mores spectantur, plures etiam obtinent illis planè repugnantes. Ut aliquid in eam rem solidi adduceretur, monstranda esset integra gens, provincia, regio, moribus et cultu, quantùm ab aliis omnibus planè discreta, tantùm Israelitis conjuncta. Quòd enim alibi à suillâ abstineant, alibi septimam diem observent, alibi agnum mactent, etc., id planè levius est, quàm ut Americanorum origo ad Israelitas referatur. Ecquis populus, si hæc valeant, non Hebræam habeat originem ? Quem, rogo, ostenderint in vastis illis regionibus terrarum tractum, ubi nomina Abrahami, Isaaci et Jacobi innotescant; circumcisionis ritus communiter obtineat ; scriptionis genus, et Hebræorum vernaculus sermo utcumque maneat ; sabbati

(1) Vide, si lubet, Acostam, et alios rer. American. scriptores ; Huet. Demonstr. prop. 4, cap. 7, art. 6 ; Basnage. *Hist. des Juifs.*

(1) Vide in eam sententiam opus Gallicum : *Conformité des coutumes des Indiens orientaux avec celles des Juifs, par monsieur de la C.*, Bruxell. 1704, in-12, sicut et Anglicum alterum, de eodem argumento, Thomæ Thorowgood, aliosque nonnullos, apud Fabricium Bibliograph. Antiquar. pag. 16, etc.

observatio unanimi et constanti ritu vigeat? His enim characteribus genus Judaicum ita exprimitur, ut ubicumque Hebræi fuerint, ibi statim ultrò se prodant. Populus enim in ipsâ depressione suâ superbus, semper ab aliis se populis secernit, negatoque cum cæteris commercio, in unum cœtum coalescit. An simile quid in Americâ deprehendere potuêre, quicumque dubia Judaismi vestigia ibidem legerunt? Neque tamen negaverim, sive affirmare ausim, Hebræos per totam latè orbis faciem dispersos, gentem lucro inhiantem, sæpiùsque ab avitis sedibus pulsam, fortunæ quodam jactu, seu potiùs divinæ providentiæ consilio, parvo numero in Americanas regiones pervenisse, ibique temporis successu cæteris admixtos, in idololatriam, cæterosque paganorum mores, lapsâ originis, linguæ et legis suæ memoriâ, transire potuisse.

Docet non obscurè, neque semel Scriptura, Israelitas decem tribuum, post eversum regnum Samariæ, in Ægyptum secessisse, cùm nullum sive commodiorem, sive tutiorem effugii locum haberent. Erat enim regio Palæstinæ finitima: et Suam regem Ægypti Israelitis favere par erat, nisi aliâ impellente ratione, saltem quòd Osee rex Israelis ejus partibus studuerit plurimùm, consiliumque susceperit fœdus cum illo ineundi, ut se ab jugo Assyriorum subduceret, Osee 9, 6; ejusque rei merito bellum Salmanasaris, unde ultimum excidium inductum est, in caput suum provocaverit. Verùm idem propheta, ex quo secessisse in Ægyptum plures compertum habemus, gentem tamen universam trans Euphratem captivitatem tolerâsse testatur, addens insuper, ex iis qui in Ægyptum contenderant, plerosque misero lethi genere interiisse. Tandem vaticinatur, reliquias ejus gentis, quæcumque excidio supersunt, ad propria tandem remeaturas: *Ipse* (Dominus) *rugiet, et avolabunt quasi avis ex Ægypto,* 11, 2. Frustra igitur in Ægypto reliquiæ decem tribuum quæruntur; quarum si plures in eâ regione sub regibus Ptolemæis deprehendas, eò migrasse post obitum Alexandri Magni credendæ sunt. Hecatæo enim teste, post ejus principis obitum, plures Judæorum myriades ex Judæâ in Ægyptum translatæ sunt. Apud Joseph. contra Ap. l. 1.

Quærendi sunt etiam Israelitæ in Æthiopiâ, ubi jam inde à pluribus seculis sedes suas habuisse dicuntur. Quicumque reginam Saba Hierosolymam, ad invisendum Salomonem venientem, ex Æthiopiâ arcessunt, illi ab ejusdem reginæ ætate Judæos in eâ regione constituunt. R. Eldad è tribu Dan, auctor noni, sive juxta alios decimi tertii seculi, censet sub ipso Jeroboami regno tribum Dan in Æthiopiam concessisse, initoque cum incolis fœdere, ibidem coaluisse. Vide Bartolocci Bibliothec. Rabbin. tomo 1. Eorum deinde vestigia tribus Nephthali, Gad, et Aser secutas tradit: quibus idem Rabbinus accenset tribum Moysis; cujus nominis tribum, nisi fortè tribus Levi designetur, quæ certè nunquàm in eam regionem migravit, ut pluribus Scripturæ et historiæ Judaicæ argumentis docemur, nullam fuisse constat. Hæc Moysis tribus, si Rabbinum audiamus, idololatriæ primùm cultui addicta, cùm tandem resipuisset, superbas in eâ regione ædes sibi parare aggressa est. Porrò universis tribubus præerat ex eâdem gente selectus rex, viribus potens, sub cujus signis ad nutum stare potuisset exercitus 120,000 equitum, et 100,000 peditum. Sed aniles fabellas omittamus, quò etiam amandanda sunt, quæ ab eodem Rabbino traduntur de tribu Issachari, Persarum et Medorum dominationi subjectâ, et de Zabulone, cujus sedes à montibus Pharan usque ad Euphratem porriguntur. Nec meliorem fidem merentur, quæ apud illum legimus de Ruben retrò post Pharan commorante, atque vernaculo Arabum sermone utente; de Ephraimo et dimidiâ tribu Manasse ulteriùs ad meridiem delatis; ac tandem de Simeone et Judâ in regno Chozar, numero hominum atque sibi vectigalibus 25 finitimis regibus florente. Hæc augendæ gentis gloriæ temerè procusa, pro historiis venditantur, ut proinde diutiùs talia prosequentes, lectorum patientiâ abuti videamur. Quod extra controversiam arbitror, illud est, nimirùm plures hodiè in Æthiopiâ Judæos versari, viros strenuos et bellicosos, potentes adeò, ut circa elapsi seculi dimidium eorum quidam regnum sibi modicæ regionis inter montes sitæ, et accessu difficilis, usurpare tentaverit, quemadmodùm ex duobus legatis regis Æthiopiæ D. Bernier in aulâ Mogolis se didicisse refert, *Voyage de Kachemire*, tom. 4, pag. 218. An verò Judæi illi ad decem tribus spectent, nonnisi temerè asseri potest; quin et illi suam originem ad Judam referunt, quanquàm nullâ fide. Constat autem aliò quàm in Æthiopiam decem tribus translatas à Salmanasare venisse.

Benjamin Tudelensis in Itiner. temerè pror-

sùs, tribus Ruben, Gad et Manasse, in *Cebar* constituit, loco tridui itinere à *Tilimassa* dissito, ultra quem, sequitur, horrida quædam solitudo est, 18 dierum itinere porrecta. Dan, Zabulon, Aser, Nephthali sedem habent secundùm flumen *Gozan*, in montibus *Nisbor*. Meminit etiam montium Haphton, quos Israelitarum portio à Salmanasare translata occupaverat. Fides harum rerum esto penes auctorem, cui si quis credere recusaverit, illi loca petere, ibique tribus quærere licet: ductore tamen itineris perito opus est, sedulòque priùs in tabulis geographicis quærenda *Cebar*, montes *Nisbor* et *Haphton*.

Olaus Rudbeckius, filius Cl. Rudbeckii auctoris Atlantici, in suâ *Laponiâ illustratâ*, certat, non alibi quàm in ultimâ septentrionali orâ, nempe in patriâ suâ Laponiâ, quærendas decem tribuum reliquias; cujus opinionis generales quasdam affert conjecturas, et ritus quosdam æquè apud Judæos Laponesque obtinentes. Quæ si valeant, nulla non regio decem illis tribubus assignetur. Lege Vitsium dissertatione 2, quâ probat, Evangelium non ante ad Americanos deductum, quàm post frequentatas eorum regiones ab Europæis.

Postquàm igitur frustra quærendis decem tribubus sub his ducibus varia loca lustravimus, nihil nisi sublestæ fidei conjecturas nacti, hæc habemus, quæ ex itinere referamus. Decem tribus nulla habent certa in orbe loca, quantùm novimus, ubi simul omnes in unum populum coalescant; neque seorsùm singulæ certam habent fixamque sedem, quam ita teneant, ut à cæteris distinctum populum constituant. Variis in locis et regionibus reliquias infelicis populi cernere licet, qui in varias dispersus partes, nec gentem ampliùs, nec populum ab aliis discretum efficit, juxta vaticinium Isaiæ 7, 8: *Desinet Ephraim esse populus.* Jacent ubique inglorii, sine rege, sine principe, sine sacrificio temploque, nullo sacerdotii et Numinis honore, ut neque Judæos ampliùs, neque paganos referant, juxta illud Osee 3, 4: *Dies multos sedebunt filii Israel sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine Ephod, sine Theraphim.* Frustra illi vanâ potentiâ, quâ nunquàm extra regionem suam gavisi sunt, gloriantur. Quos reges et principes genti constitutos venditant, illi nonnisi in errantium cerebro regnum et auctoritatem obtinuerunt. Jam inde à transmigratione ad nostram usque ætatem, sine capite, et sine republicâ lacerati membra cadaveris dispurguntur... Si quod autem in medio gentium, et variis jactatum persecutionibus, veteris populi spectrum mansit, id divinæ providentiæ beneficio referendum est, quæ populi sui miseratione tangitur, et infelicem populum illustre statuit documentum ut de veritate religionis, ita etiam de severâ in refractarios ultione.

Dispersus tamen alioqui, et in aliarum gentium nomen et corpus translatus populus, adhuc tamen altiora suî vestigia, simulque apertiora suî exhibet documenta in iis locis, quæ olim, transferente Salmanasare, incolere coactus est, uti in Assyriâ, Mediâ, Mesopotamiâ, ad Euphratem, et circumjacentibus regionibus. Jactas olim in eo solo radices tam altè demisit gens Judæa, ut neque plures recurrentes vicissitudines, neque 24 seculorum incursus unquàm exstirpare annosam arborem potuerint. Exinde casu impellente ea latè loca penetrârunt, in quibus nominis Israelitici vestigia deprehendimus. Quanquàm non ii sumus, qui omnia ea loca Israelitis decem tribuum frequentari credamus: potuit enim facilè maxima illorum portio ex Judæis derivare. Tribus Juda et Benjamin ita Judæam repetiisse ducibus Zorobabele, Esdrâ et Nehemiâ leguntur, ut plures inter Assyrios remanserint. In censu populi apud Esdram minor sanè populi numerus refertur, quàm ut omnes duarum tribuum populos complectatur. Quanta enim hominum turba per totam Assueri ditionem dispersa esset, ex lectione libri Esther satis intelligimus. Legimus etiam in historiis frequentissimam transmigrationem Judæorum, quam Artaxerxes Ochus, post subactam Phœniciam et Ægyptum, imperavit, quibus assignata est regio ad mare Caspium, in Hyrcaniâ et Babyloniâ, Jul. African. apud Georg. Syncell. Oros. lib. 51, cap. 7. Judæi Hierosolymitani Alexandrum Magnum rogârunt, ut liberum legis et religionis exercitium permitterent Judæis, Mediam et Babyloniam tenentibus, Joseph. Antiq. lib. 11, c. ult.

Concessa quidem à Cyro tribubus Juda et Benjamini facultas in patriam remeandi: favor, quo universa Judæorum gens sub felici et diuturno Assueri regno per Orientem fruebatur, conciliante illis gratiam Esthere, regis uxore, et Mardochæo qui regi proximus imperabat; ac tandem patriæ ubertas, quam principis privilegia cumulabant; hæc simul omnia plures Israelitarum, ut in Palæstinam reditum optarent, vehementer impellebant.

Insitus est enim mortalibus omnibus patriæ amor, quo Hebræi, si quis alius populus, tenebantur maximè, utpote promissæ patribus suis terræ studiosissimi. Hæc verò concessa duabus tribubus facultas non angustis ita limitibus terminabatur, ut vel sub ejus nominis obtentu, vel quâcumque tandem aliâ de causâ ad cæteras non propagaretur. Id autem sibi commodum Juda reputabat, si reliquas tribus è servitute liberaret; in unum enim populum Judæis omnibus coalescentibus, quantò major populi turba regrediebatur, tantò ipse viribus et potentiâ augendus erat; tum majori præsidio se contra Samaritanos, veteres regionis occupatores, tuebatur. Serviendum erat insuper divinæ providentiæ consiliis, quibus ita disponendæ res erant, ut vaticiniis Prophetarum, non obscurè nec semel reditum decem tribuum prænuntiantibus, sua fides constaret. Quomodò etiam Jesus Christus fidem universo Israeli nuntiare potuisset, si eo in Judæam veniente, insignis ejus gentis portio alibi versata esset? Nonne debuisset Christus, qui missum se ad oves quæ perierant domûs Israel profitebatur, remotas illas regiones adire, ut miseris illis gentibus, et in umbrâ mortis versantibus lætum exortæ lucis nuntium afferret? Nonne ita Apostolos egisse, ac locutos scimus, ac si cum omnibus Judæis rem habere se arbitrarentur? Nonne in eam sententiam vaticinia de Ephraimo, Nephthali, et Zabulone exposuerunt, quasi singulas eas tribus avitam hæreditatem tenere persuaderentur?

Iis omnibus gemina opponunt : 1° De reditu decem tribuum in patriam nihil satis expressum uspiam in Scripturâ legi. 2° Decem eas tribus adhuc in dispersione manere, compertum esse. Quibus ego respondeo : 1° Nuspiam in Scripturâ quidem ejus rei historia legitur ; nuspiam etiam apparet edictum aliquod regum Chaldæorum, sive Persarum, hanc populo facultatem indulgens. Sed ejus rei defectum supplent non obscura Prophetarum oracula (1), quibus de reditu illorum, quemadmodùm et de Judâ, nihil ambigendum relinquitur. Nec tamen Israelitas omnes decem tribuum in Palæstinam rediisse contendimus, quemadmodùm nec ex Judâ et Benjamino omnes sub Zorobabele, Esdrâ et Nehemiâ avitas sedes repetierunt. 2° Potuit sensim et per turmas populus redire, ut nulla satis frequens transmigratio, in annales referenda, contigerit. 3° Id potissimùm ad Alexandrum Magnum referri potest, à quo, referente Josepho, Judæis omnibus concessa facultas avitas sedes repetendi (Joseph. l. 1 contra Appionem). 4° Non levibus argumentis docemur, Jesu Christi et Apostolorum ætate Judæam omnium tribuum Hebræis frequentatam fuisse.

Iis quæ secundo loco objiciebant, ita respondeo, ut argumentum in adversarios regeram : Compertum tenemus, post Cyri et Darii regnum plurimos è tribubus Juda et Benjamini Judæos per omnem latè Europam, Asiam et Ægyptum vagatos esse : quid ergo? an sub Zorobabele, Esdrâ et Nehemiâ tribus illæ Judæam non repetierunt? Nimis, vel nihil argumentum probat. Cur nostræ opinioni ex illo invidia creetur, nihil est ; poterant enim Israelitæ decem tribuum magno numero rediisse, pluribus aliis relictis. Leviori calamo hæc attigimus, peculiari dissertatione alibi discutienda. (CALMET.)

(1) Vide Osee 2, 10, et 11, 10, 2, 12 ; Ezech. 4, 6, et 37, 38, 39 ; Amos 9, 14, etc.

DE ELIA PROPHETA
Dissertatio.

Quomodò Christi Domini typus fuerit, et an ejusdem ad judicandos vivos et mortuos venturi præcursor futurus sit.

Insignem Christi typum in Eliâ Thesbite prophetâ Israelitico populo Deus exhibuit. Utriusque parallelum instituit S. Cæsarius Arelatensis, Sermone de Eliâ, olim inter

Augustinianos de Tempore 201, nunc 41, in Appendice : « Beatus Elias, inquit, typum « habuit Domini Salvatoris. Sicut enim Elias « à Judæis persecutionem passus est, ita et « verus Elias Dominus noster ab ipsis Judæis « reprobatus est, et contemptus. Elias reliquit « gentem suam, Christus deseruit Synagogam; « Elias abiit in desertum, Christus venit in « mundum; Elias in deserto corvis ministran- « tibus pascebatur, Christus in deserto mundi « hujus gentium fide reficitur. Corvi enim illi « qui beato Eliæ, jubente Domino, ministra- « bant, gentium populum figurabant. Propter- « ea et de gentium Ecclesiâ dicitur : *Nigra « sum, sed formosa*... Verè Ecclesia gentium « corvis similis erat, quando viventem Domi- « num contemnebat, et ante acceptam gratiam, « velut morticinis cadaveribus, idolis ministra- « bat... Venit Elias ad viduam, quia Christus « venturus erat ad Ecclesiam. Illa exierat ut « aquâ se lavaret, et ligna colligeret... In ligno « crucis mysterium, in aquâ ostenditur Bapti- « smatis sacramentum.... Ideò duo ligna col- « ligebat, quia in typo Eliæ Christum excipie- « bat. Duo ligna volebat colligere, quia crucis « mysterium desiderabat agnoscere. Crux enim « Domini Salvatoris duobus lignis aptata est. « Ideò duo ligna colligebat vidua illa, quia in « illum qui in duobus lignis pependit, credi- « tura erat Ecclesia. Dixit ergo vidua illa : « *Colligo duo ligna, ut faciam cibum mihi, et filio « meo; et manducabimus, et moriemur*... Nemo « in Christum crucifixum credere merebitur, « nisi huic seculo moriatur. Nam quicumque « corpus Christi dignè manducare voluerit, « necesse est ut moriatur præteritis, et vivat « futuris... Filius viduæ defunctus jacebat, « quia et filius Ecclesiæ, id est, populus gen- « tium multis peccatis et criminibus mortuus « est. Orante Eliâ, filius viduæ suscitatur; « veniente Christo, filius Ecclesiæ, id est, « populus christianus, de carcere mortis redu- « citur. Elias inclinatur in oratione, et vivifi- « catur viduæ filius; Christus procumbit in « Passione, et suscitatur populus christianus. « Quòd tribus vicibus Elias inclinatur, myste- « rium Trinitatis ostenditur. Viduæ enim filium, « id est, populum gentium, nec solus Pater « sine Filio, nec Pater et Filius sine Spiritu « sancto, sed tota Trinitas suscitavit. Denique « hoc etiam in sacramento Baptismatis demon- « stratur, dùm tertiâ vice vetus homo mergitur, « ut novus surgere mereatur... Elias oravit, « et sacrificium obtulit; Christus pro universo « mundo se ipsum immaculatum sacrificium « tradidit. Elias oravit in monte Carmeli; « Christus in monte Oliveti. Elias oravit ut « pluvia in terram veniret; Christus ut in cor- « dibus humanis gratia divina descenderet. « Quod autem dixit Elias ad puerum suum : « *Vade, et considera septies*, septiformem sancti « Spiritûs gratiam, quæ danda erat Ecclesiæ, « designabat. Et quia ipse dixit se vidisse nu- « beculam parvulam ascendentem de mari, « carnem Christi figurabat, quæ in mari mundi « istius nascitura erat. Quamobrem, ne fortè « aliquis dubitet, nubem illam vestigium homi- « nis habuisse dixit, illius utique hominis qui « dixit : *Quem dicunt esse homines Filium homi- « nis?* Sicut ergo orante Eliâ, post tres annos « et sex menses pluvia de cœlo descendit, ita « et in adventu Salvatoris tribus annis et sex « mensibus, quibus prædicare dignatus est, « pluvia verbi Dei totum mundum feliciter ir- « rigavit. Et sicut tunc in adventu Eliæ omnes « sacerdotes idolorum interfecti sunt et deleti, « ita et in adventu veri Eliæ, id est, Domini « nostri Jesu Christi, observatio sacrilega pa- « ganorum destructa est... Denique sicut Do- « minus, postea quàm multas virtutes exercuit, « postea quàm passus est, resurrexit et ascen- « dit in cœlum, ita et Elias post mirabilia quæ « per eum Deus fecit, igneo curru elevatur ad « cœlum. » Elias in raptu pallium Eliseo di- scipulo demisit, duplicisque spiritûs sui reli- quit hæredem; Christus in cœlum ascendens, dona dedit hominibus, et post ascensionem Spiritum sanctum ad illos misit, ac virtute ex alto induit. De priori dissertationis parte hæc sufficiant. De posteriori nunc disserendum.

PROPOSITIO. — *Elias cum Enocho præcursor Christi ad judicium venturi futurus est.*

Propositionis hujus veritas Malachiæ pro- phetæ probatur oraculo, cap. 4, 5, Deum ita loquentem inducentis : *Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequàm veniat dies Domini magnus et horribilis. Et convertet cor patrum ad filios, et cor filiorum ad patres eorum, ne fortè veniam, et percutiam terram anathemate.* De Joanne Baptistâ, qui venit *in virtute et spiritu Eliæ*, præcursor primi adventûs Christi, lo- cum illum perperam explicant catholici qui- dam interpretes, et plures ex Protestantium grege. Secundum enim Christi adventum ad judicium manifestè designant illa verba : *An- tequàm veniat dies Domini magnus et horribilis.* Item illa : *Ne fortè veniam, et percutiam terram*

anathemate, quæ primo Christi adventui non conveniunt, uti nec primum illud comma ejusdem capitis : *Ecce enim dies veniet succensa quasi caminus; et erunt omnes superbi, et omnes facientes impietatem stipula; et inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non derelinquet eis radicem et germen.* De Eliâ etiam ipso, non de Joanne, hunc locum esse intelligendum, confirmant septuaginta Interpretes, quorum versio sic habet : *Et ecce ego mittam vobis Eliam Thesbiten, antequàm veniat dies Domini magna et illustris.* Cui consentit Arabica. De ultimo etiam judicio locum hunc intellexerunt Chaldæus paraphrastes, et Syrus interpres, adeòque et Eliæ nomine Thesbitem prophetam, non Joannem Baptistam, Christi in primo adventu præcursorem. Ita Chaldaica paraphrasis : *Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, ante adventum diei qui venturus est à conspectu Domini, magnus et terribilis.* Ita Syriaca versio : *Ecce missurus sum vobis Eliam prophetam, antequàm veniat dies Domini magnus et formidandus.*

Confirmatur ex Ecclesiastici cap. 48, ubi Sirachides Eliam prophetam commendans, his eum verbis inter alia compellat : *Qui receptus es in turbine ignis in curru equorum igneorum. Qui scriptus es in judiciis temporum lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium, et restituere tribus Jacob.* Quæ de Joanne Baptistâ nemo cordatus intellexerit.

Confirmatur insuper ex oraculo Christi, Matth. 17, 10, duplicem adventum suum, et utriusque anteambulones distinguentis, Joannem, qui mysticus est Elias, primi; verum Eliam Thesbitem, prophetam, secundi adventûs præcursorem. *Et interrogaverunt eum discipuli, dicentes : Quid ergo scribæ dicunt quòd Eliam oporteat primùm venire? At ille respondens, ait eis : Elias quidem venturus est, et restituet omnia. Dico autem vobis, quia Elias jam venit, et non cognoverunt eum, sed fecerunt in eo quæcumque voluerunt.*

Ita Malachiæ vaticinium interpretati sunt non Hebræorum tantùm magistri, sed Ecclesiæ Patres. S. Justinus Martyr, Dialogo cum Tryphone Judæo, ubi Judæum illum sic loquentem inducit : « Omnes nos Christum hominem ex hominibus nasciturum, et qui illum inungat, Eliam venturum præstolamur. Quòd si hic appareat Christus esse, hominem ex hominibus genitum esse omninò scire oportet. Ex eo autem quòd Elias non venerit, neque hunc Christum esse censeo. » Tum S. Justinus Tryphonem hunc in modum interrogat : « Annon Eliam verbum per Malachiam adventurum esse dicit, ante magnam et terribilem istam Domini diem ? » Respondet Trypho : « Maximè. » Tum S. Justinus : « Si ergo ratio cogat fateri, duos futuros Christi adventus, prophetarum responsis prædictum esse; alterum passioni cùm subditus, et inhonoratus, et informis apparebit; alterum cùm gloriosus et judex omnium aderit; annon terribilis et magni illius diei, hoc est, secundi adventûs ejus Eliam præcursorem fore, Verbum Dei prænuntiâsse intelligemus ?— Maximè, » respondet Trypho. Tum Justinus : « Dominus sanè noster hoc ipsum in doctrinis quoque suis futurum tradidit, cùm dixit etiam Eliam venturum. Atque nos id fore scimus, cùm cœlitùs in gloriâ adveniet Dominus Jesus Christus : Cujus etiam prioris apparitionis præco præcessit, qui in Eliâ fuerat spiritus, in Joanne generis vestri prophetâ, postquàm nullus alius apud vos propheta apparuit. »

Tertullianus, libro de Animâ, cap. 35 : « Elias autem non ex decessione vitæ, sed ex translatione venturus est; nec corpori restituendus, de quo non est exemptus; sed mundo reddendus, de quo est translatus; non ex postliminio vitæ, sed ex supplemento prophetiæ; idem et ipse, et sui nominis, et sui hominis. » Et cap. 50 : « Translatus est Enoch et Elias, nec mors eorum reperta est, dilata scilicet. Cæterùm morituri reservantur, ut Antichristum sanguine suo extinguant. »

S. Hippolytus martyr, Oratione de Antichristo : « Prior Christi adventus præcursorem habuit Joannem Baptistam; posterior verò quo venturus est in gloriâ, Enoch et Eliam exhibebit, ad denuntiandum per universum mundum adventum Antichristi, hoc est, mille ducentos sexaginta dies, amictos saccis; facientque signa et prodigia, ut vel hâc ratione flectant et convertant homines ad pœnitentiam. Quòd si quis velit eis nocere, ignis egredietur ex ore ipsorum, et devorabit hostes eorum. Hi potestatem habent claudendi cœlum, ne pluat diebus adventûs Antichristi, et aquas convertendi in sanguinem, ac percutiendi terram omni plagâ, quotiescumque voluerint. Cùmque prædicaverint hæc omnia, occumbent gladio, interfecti à diabolo. » De Enoch et Eliâ interpretatur oraculum illud Apocalypsis 11 : *Et civitatem sanctam calcabunt*

mensibus quadraginta duobus : et dabo duobus testibus meis, et prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, induti saccis. Hi sunt duæ olivæ, et duo candelabra, in conspectu Domini terræ stantes. Et si quis voluerit eis nocere, ignis exiet de ore eorum, et devorabit inimicos eorum; et si quis voluerit eos lædere, sic oportet eum occidi. Hi habent potestatem claudendi cœlum, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum ; et potestatem habent super aquas convertendi eas in sanguinem, et percutere terram omni plagâ, quotiescumque voluerint. Et cùm finierint testimonium suum, bestia, quæ ascendit de abysso, faciet adversùm eos bellum, et vincet eos, et occidet eos. Et corpora eorum jacebunt in plateis civitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma et Ægyptus, ubi et Dominus eorum crucifixus est. Et videbunt de tribubus, et populis, et linguis, et gentibus corpora eorum per tres dies et dimidium; et corpora eorum non sinent poni in monumentis. Et inhabitantes terram gaudebunt super illos, et jucundabuntur, et munera mittent in invicem, quoniam hi duo prophetæ cruciaverunt eos qui habitabant super terram. Et post dies tres et dimidium, spiritus vitæ à Deo intravit in eos. Et steterunt super pedes suos, et timor magnus cecidit super eos qui viderunt eos. Et audierunt vocem magnam de cœlo, dicentem eis : Ascendite hùc. Et ascenderunt in cœlum in nube, et viderunt illos inimici eorum. Quo oraculo Enochi et Eliæ adventus temporibus Antichristi, eorumque prædicatio, miracula, martyrium, anticipata resurrectio, et assumptio in cœlum, non obscurè prædicuntur.

S. Joannes Chrysostomus, homiliâ 58 in Matthæum : « Divinæ, inquit, Scripturæ duos « adventus Christi testantur, quorum alter jam « factus est, alter verò futurus est... Sed pro- « phetæ quoque utriusque mentionem faciunt, « et secundi, cui præcursorem Eliam asserunt « futurum; primi enim Joannes fuit præcur- « sor, quem etiam Eliam Christus appellabat, « non quia Elias esset, sed quoniam ministe- « rium Eliæ faciebat; nam sicut ille secundi « adventûs præcursor erit, sic primi fuit Joan- « nes. Sed scribæ ista confundentes, et popu- « lum pervertentes, secundi adventûs solum- « modò recordabantur, et dicebant ad plebem : *Si Christus hic esset, Elias venisset.* Quapro- « pter discipuli quoque dicunt : *Quare igitur « scribæ Eliam oportere priùs venire asserunt ?* « Hàc de causâ Pharisæi miserunt ad Joannem, « ac interrogabant: *Elias es tu ?* Nullam prioris « adventûs mentionem facientes. Quam solu- « tionem attulit Christus, quia scilicet Elias « quidem tunc veniet, scilicet ante secundum « meum adventum ; et nunc jam Elias venit, « ipsum Joannem ita vocans. Si verò Thesbi- « tem quæritis, veniet. Ideò dicebat : *Elias « quidem veniet, et restituet omnia.* Quænam « omnia ? Quæcumque Malachias propheta di- « cebat : *Mittam enim vobis Eliam Thesbitem* « ait, *qui restituet cor patris ad filium, ne veniens « percutiam terram penitùs.* Vides exactam di- « ligentiam propheticæ prædicationis. Nam « quoniam propter ministerii similitudinem « Joannes quoque poterat Elias nominari, ne « confusio fiat, patriam adscripsit, *Eliam Thes- « bitem* appellans. Joannes enim non erat « Thesbites. Aliud etiam signum addit, dicens : « *Ne percutiam terram penitùs;* secundum atque « terribilem illum adventum significans; non « enim ad feriendam terram primò venit. *Non « veni,* ait, *ut mundum judicem, sed ut salvem.* « Quod dixit, ut expressè significaret, ante « illum adventum, quo judicium exercetur, « Thesbitem esse venturum. Causam quoque « cur venturus sit docuit. Quænam verò causa « est ? Ut Judæis credere in Christum persua- « deat, ne omnes illo adveniente penitùs per- « dantur; quam rem ipse in memoriam redu- « cens, inquit : *Et restituet omnia,* increduli- « tatem videlicet Judæorum, qui tunc erant « residui, ad fidem convertet. Exquisitissimè « autem dictum est : *Qui restituet cor patris ad « filium.* Judæorum enim filii Apostoli erant, « ad quorum dogmata patrum, id est, Judæo- « rum generis mentem convertet. »

S. Ambrosius, lib. 1 Commentarii in Evang. S. Lucæ, ubi Eliam cum S. Joanne Baptistâ comparat : « In deserto Elias, inquit, in de- « serto Joannes. Ille corvis pascebatur, hic « dumis, et calcatâ omni voluptatis illecebrâ, « parcimoniam prætulit, luxumque contem- « psit; ille Achab regis gratiam non quæsivit, « hic sprevit Herodis; ille Jordanem divisit, « hic ad lavacrum salutare convertit; hic cum « Domino versatur in terris, ille cum Domino « apparet in gloriâ; hic prioris, ille sequentis « Domini præcursor adventûs. » Et in psalmum 45 : « Nam et bestia illa Antichristus ex abysso « ascendit, ut adversùs Eliam atque Enoch, « qui propter testimonium Domini Jesu terris « sunt redditi, prælietur, ut legimus in Joan- « nis Apocalypsi. » Eidem sententiæ suffragatur Hilarius diaconus in Commentario Epist. 1 ad Corinthios, ad cap. 4, inter S. Ambrosii opera.

S. Hieronymus, in cap. 10 S. Matthæi : « Sunt qui propterea Joannem Eliam vocari « putant, quòd quomodò in secundo Salvato- « ris adventu juxta Malachiam præcessurus est « Elias, et venturum judicem nuntiaturus, « sic Joannes in primo adventu fecerit; et « uterque sit nuntius vel primi adventûs « Domini, vel secundi. » Et in cap. 17 : « Traditio Pharisæorum est, juxta Malachiam « prophetam, qui est novissimus in duodecim, « quòd Elias veniat ante adventum Salvatoris, « et reducat cor patrum ad filios, et filiorum « ad patres, et restituat omnia in anti- « quum statum. » Mox Christi verba : *Elias quidem venturus est, et restituet omnia,* in hunc sensum exponit : « Ipse qui venturus est in « secundo Salvatoris adventu juxta corporis « fidem, nunc per Joannem venit in virtute « et spiritu. »

S. Augustinus, libro 20 de Civitate Dei, cap. 29, oraculum Malachiæ expendens, hæc habet : « Cùm autem admonuisset, ut memi- « nissent legis Moysi, quoniam prævidebat « multo adhuc tempore, non eam spiritualiter, « sicut oportuerat, accepturos, continuò sub- « jecit : *Et ecce ego mittam vobis Eliam Thesbi- « tem, antequàm veniat dies Domini magnus et « illustris, qui convertet cor patris ad filium, et « cor hominis ad proximum suum, ne fortè ve- « niens percutiam terram penitùs.* Per hunc « Eliam magnum mirabilemque prophetam ex- « positâ sibi lege, ultimo tempore ante judi- « cium, Judæos in Christum verum, id est, « in Christum nostrum esse credituros, cele-

« berrimum est in sermonibus cordibusque « fidelium. Ipse quippe ante adventum judicis « Salvatoris non immeritò speratur esse ven« turus, quia etiam nunc vivere non immeritò « creditur. Curru namque igneo raptus est de « rebus humanis, quod evidentissimè sancta « Scriptura testatur. Cùm venerit ergo, ex« ponendo legem spiritualiter, quam nunc Ju« dæi carnaliter sapiunt, *convertet cor patris « ad filios*, id est, cor patrum ad filios, sin« gularem quippe pro numero plurali, Inter« pretes septuaginta posuerunt. Et est sensus : « Ut etiam filii sic intelligant legem, id est, « Judæi, quemadmodùm Patres eam intellexe« runt, id est, prophetæ, in quibus erat et « ipse Moyses. »

S. Cyrillus Alexandrinus, Commentario in Malachiæ cap. 4 : « Argumentum mansuetudi« nis et tolerantiæ Dei, quòd Elias Thesbites « quoque nobis priùs olim affulsurus est, qui « omnibus mortalibus affuturum judicem præ« nuntiet...... Quoniam autem multis peccatis « obstricti sumus, utiliter præcedit divinus « propheta, homines per terras in concordiam « reducens, ut omnes in unitatem fidei con« gregati, et à perversorum operum studiis « quiescentes, quod bonum est efficere velint, « atque ita veniente Judice salventur. Priùs « igitur venit beatus Baptista Joannes in spi« ritu et virtute Eliæ. Sed quemadmodùm ipse « prædicabat : *Parate viam Domini, rectas « facite semitas Dei nostri*, ita et divinus Elias « vicinum jam tunc prædicabit, et jamjam « affuturum, ut judicet orbem in justitiâ. »


Theodoretus, Commentario in Malachiæ cap. 4 de Judæis loquens, ait : « Deinde, cùm « sciret eos neque legi obtemperaturos, neque « eum in mundum venientem recepturos esse, « sed in crucem acturos, inexplicabili miseri« cordiâ utens, Eliam rursùs illis se missurum « pollicetur præconem salutis, et ait : *Ecce ego « mitto vobis Eliam Thesbitem.* Tum indicans « tempus, adjecit: *Antequàm veniat dies Domini « magnus et illustris.* Diem secundi adventûs « dixit, et ea docet quæ magnus Elias facturus « sit, cùm venerit. *Qui convertet cor patris ad « filium, et cor hominis ad proximum suum.* Et ut « indicet quo fine Elias prior venerit, adjecit : « *Ne fortè veniens percutiam terram penitùs.* « Ne enim, inquit, vos omnes in infidelitate de« prehensos in perpetua supplicia relegem, priùs « veniet Elias, et meum adventum vos edocebit : « et vobis, ô Judæi, inducet in animum, ut sine « dubitatione cum gentium fidelibus conjunga« mini, et in unam redigamini meam Ecclesiam. « Patres autem vocat Judæos, quòd priores « vocati fuerint ; filios verò gentes, quòd post « eos salvi facti sunt. Quoniam ergo nos hoc « tempore Judæos adhortamur ad pietatem, « illi contra nunquàm nostris monitis obtem« rant, salutem nostram æmulantes, meritò « dixit, *Eliam patris cor ad filium conversurum.* « Hos enim adducet ut nostram communionem « amplectantur. » Et in cap. 12 Danielis, præmisso Malachiæ oraculo, ait : « Docet nos, quem« admodùm Anti-christo illa audente, appare« bit magnus Elias, Judæis Domini prædicans « adventum, et multos convertet. »


S. Gregorius Magnus, homiliâ 7 in Evangelia : « Ad Zachariam, inquit, de Joanne ange« lus : *Ipse præcedet ante illum in spiritu et « virtute Eliæ.* Qui idcircò venturus in spiritu « et virtute Eliæ dicitur, quia sicut Elias se« cundum Domini adventum præveniet, ita « Joannes prævenit primum ; sicut ille præcur« sor venturus est Judicis, ita iste præcursor « est factus Redemptoris. »

Propositionem nostram calculis quoque suis confirmant S. Ephrem Syrus Sermone De Antichristo ; S. Prosper, seu alius auctor libri qui inscribitur : *Dimidium temporis*, cap. 13, 15, 16, inter illius opera editi ; S. Joannes Damascenus libro 4 ; de Fide orthodoxâ, cap. 27 ; Alcuinus, lib. 3 de Trinitate, cap. 19 ; Rabanus Maurus, opusculo de Antichristo ; venerabilis Beda, libro de Ratione temporum, cap. 68, et in allegoricis Expositionibus in 1 Regum cap. 11 ; auctor sermonis de montibus Sina et Sion, inter opera S. Cypriani ; auctor libri de Vitâ et Morte sanctorum, apud S. Isidorum ; Primasius, Andreas Cæsareensis, Aretas, Victorinus, Ambrosius Autpertus, Haymo Halberstatensis, Strabus monachus, Rupertus abbas, in cap. 11 Apocalypsis, et omnis recentiorum interpretum catholicæ, apostolicæ et Romanæ communionis chorus; ut propositio nostra doctrina traditionis jure meritòque dici debeat. Quam Grotius annotationibus in cap. 17 S. Matthæi, aliique heterodoxi frustra rejiciunt, nullo freti argumento. (NATALIS ALEXANDER.)

INDEX RERUM.

FINIS TOMI UNDECIMI.


La Bibliothèque
Université d'Ottawa
Echéance
The Library
University of Ottawa
Date Due
DEC 16'82
DEC 07'82


3 9003 001796241b

